
Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.


Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes





8149

CASTIGATISSIM




THEOPRIMARIAE STE

AEXOFFICINAEMISSIO

Dialectica Trapezontij seorsum impressa est.

¶ GIRARDVS RVFVS ACADEMIAE PARISIENSIS STVDIOSIS ADOLESCENTIBVS. S.



AIORES noſtri (ceu tradunt hiſtorię) cũ rudes adhuc eſſent: numiſmata in ære aut vili alia qualibet materia ſignabant. Cum autẽ vſus auri & argenti repertus eſt: viluit modus ille rudior / et ſola aurea et argentea cępere precio digna vel ſola videri. ita prope modũ vtile fore crediderim: ſi barbaræ & rudes diſciplinę quæ neſcio quid (vt ſic dixerim) Marboſianum redolẽt / cultis / nitidis et terſis venientibus diſciplinis cedant locũq; dent. Quis enim malit niſi cęcus mẽte: ferro / plumbo et e luto extractis ſcrupis q̃ auro / argẽto gemmiſq; preciosis animũ ornari / cũ animo nichil ſit preciosius / et qua parte maxime deo ſimiles euadere debemus? Quis adeo lippis eſt oculis qui nõ videat authores ipſos in propria eorũ littera non rudes / non barbaros / non craſſos et inſulſos ſed ſinceros et nitidam veluti auream quandã et argenteã cõtinentes ſententiã? Quid cõfuſiones cum demonſtrationibus? Quid cum diſciplinarum enunciationibus copulata quædam perſimilia perturbatis et ĩtrincatis filorum globis / quos cũ filatrices anus diu luctatę explicare nequeunt (quanto enim magis tractant / tanto magis intrincãt) ad nichil amplius vtiles / cũ indignatione tauillis mandant. Quid diſiuncta neoterici corũ quaſi quædam male diſſuta adiuuare poſſunt? Ex quibus ſi veſte confecta / ſophiſta quiſpiam induatur / etiam clunes appareant / et cum conditionibus / rationibus / excluſionibus / exceptionibus / reduplicationibus / diuerſitatibus / alietatibus aut potius ſenſuũ alienationibus: pro foribus ſacræ philoſophiæ lacer / nudus et inops incipiat excubare / infœlici conditione neſcire / rationabiliter excludi / excipi / fruſtra preces duplicare / reduplicare / ſemper ſibi diuerſus vt Cameleon quidã videri. quia nunq̃ ab hac miſeria deſinet / nũq̃ admittetur priuſq̃ mẽtis inſaniã & hãc ſenſuum alienationem exuerit / & ſe peritis philoſophię medicis curandũ crediderit. Quapropter o generoſi adoleſcentes verſate i manibus terſiores authores / et vos quos iam grãmatica digno ſermone excoluit: in altioribus diſciplinis miſerãda barbaries nõ corrumpat. ſi intelligentiã queritis quæ vos ad omnia iuuare poſſit: ſermo terſus et philoſophia dignus vobis copioſiſſime preſtabit. Et vt fidẽtius loquar / cum poſt Trapezontium / triualia dialecticorũ rudimẽta lego (exceptis paucis quæ ab aliis emendicata ſunt) videor michi ſummã caballi humeris iniectã perferre. et hinc quoq; operi illi nõ abſone nomẽ inditum eſſe. Vt vos igitur in primis ipſis philoſophię ingreſſibus / in primis tyrocinijs / ideſt in logicis et dialecticis adiuuarem: dudũ cum Ariſtotelicis libris Trapezontij ad dialecticã introductionem nõ inutilẽ mea quidẽ ſententia libellũ / ex libraria officina emiſi. Nũc vero Ammonium in Porphyriũ a Põponio Gaurico Neapolitano latinitate douatũ / a me vt cunq; recognitum cũ pauculis ad latus ſcholijs: ad veſtrã vtilitatem emitto / vna cum cõmentarijs et libellis quibuſdam Boetij & Themiſtij ad logicã facientibus intelligentiã. quos Frãciſcus Vatablus huiuſce puriorum litterarũ ſtudioſiſſimus adoleſcens / michi quidẽ ſcholari conſuetudine & ſodalitia arctiſſime cõiunctus: recognouit / me vrgẽtius in laboribus officinæ occupatum leuans / et veſtris cõmodis conſulẽs. Facite itaq; vt veſtra nobili inſtitutione / hoc vnũ inter reliqua floreat gymnaſium / et vt numeroſitate ſtudẽtium / ita et diſciplinarũ puritate cętera euicat. alioqui ſeda barbaries et deploranda miſeraq; ſophiſtica plures irretiat / iplicet / interimat nõ corpore qdẽ ſed mẽte qd lõge calamitoſius eſt q̃ in quouis alio. qd auertat deus optimus et faciat vt lux veſtra ſine inuidia ad reliquos ſe tranſfundat / et ab alijs quicquid ipſe emitti cõceſſerit: a vobis idẽtidem benigne ſuſcipiatur. Valete / florete / proficite. Pariſijs ex ędibus Henrici Stephani chalcographi Kal. Maijs. M. D. XI.

¶ Vbi hanc notam ⁊ ad latus adiectam videritis: litteram prędicti authoris (quẽ textũ vocãt) inſertam agnoſcite. quæ alioqui maiuſculis exarata fuiſſet litteris. VALETE ITERVM ⁊ FOELICISSIME.

L. GAVRICVS: DOMINICO GRIMANO VENETO CARDINALI. S. P. D.

SVperiori æstate cum forte per id tempus quo a studijs vacatur/ familiariter quibusdã vniuersales illas quinq; Porphyrij voces interpręari cogeremur/ ipsoq; statim principio/ quid sibi Platonica illa vellent addubitaremus: contuli me illico ad Pomponium fratrẽ qui ex Platone ipso (cuius is est studiosissimus) ea michi explicaret. Cum vero de Parmenide michi plura ad eam rem pertinentia recensuisset: ad Porphyrij tãdem interpręres se coniecit/ ipsumq; Ammonium. ex quo cũ quædam interpręatus esset: ita ego concitato vt rogare obtestariq; (causando nãq; subterfugere videbatur) nunq̃ prius desierim q̃ michi Ammoniũ latine vt dictaret polliceretur. Quod cum perfectũ celerrime esset multiq; dein me rogarent sibi describendi copiam facerem/ peneq; etiam cõuicijs efflagitarẽt librarij: statuimus id ita quidem/ atq; vt semper/ in commune nostra referenda omnia duxim⁹ consentaneum atq; præclarum magis rati plurimis prodesse q̃ pluribus/ omnibus etiam q̃ plurimis cum licuerit. Verumenimuero cogitanti michi cuinam hoc munus dono veniret: nemo omnium hominum inuẽtus est cui dignius q̃ tibi destinaretur. Qui in tanto honorũ ordine/ sũmaq; in Romano Diuinoq; senatu authoritate: nulli rei tantũ quantum philosophiæ studio tribuas. Omnemq; viuendi rationem nõ in hac breui & caduca (vt Cicero ait) sed in perpetua illa iam vita collocãdam existimasti. Suscipe igitur munusculum hoc nostrũ alioqui grato ac libenti ańo profectũ. Spero equidem dices/ dignum interprætem sortitus est Porphyrius Ammonium. Dignũ Ammonius interpręrẽ sortitus est (quãuis adolescentem) Pomponiũ. Vale. Et quod facis: Gauricos fratres ama. Patauij. xiiij. Cal. Ianuar. M. D. III.

¶ POMPONII GAVRICI NEAPOLITANI IN QVINQVE VOCES PORPHYRII COMMENTARIOLVS EX PLATONE/ ARISTOTELE ET AMMONIO.

¶ QVID DIFFINITIO. Cap. I.

POstq̃ propositum nobis est/ vt de philosophiæ prĩcipijs dicere incipiam⁹: necessarium quidẽ videtur/ vt prænoscamus quid sit philosophia. Oportet enim quemq; cuiuslibet institutionis principia suscepturũ: edoceri prius quid sit id quod consequi studeat. ita nãq; fiet et ad audiendum apparatior et ad prosequendum diligentior. Verum id quidẽ non nisi ex diffinitionibus. Qui aũt fieri hoc poterit/ vt ex diffinitionibus rem vllam percipiamus: si quid diffinitio ipsa sit/ non prius intelligatur? Diffinitio igitur est oratio: quę eius ipsius q̃d diffinitur naturam breuissime ostendit. dicta autem est per translationem ab agrorum finibus. Nam quemadmodũ illi proprietates determinãt/ distinguũtq; ab alienis nostra: sic & diffinitiones rem ipsam complectuntur/ atq; ab aliarũ confinio disiunctam esse faciunt. De philosophię igitur diffinitione a nobis hoc in loco dicẽdum. etenim si cum pueri grammaticę institutionibus traditi fumus/ ab eius diffinitione cepimus/ hoc modo/ Grammatica est peritia earum rerũ quę a poetis atq; historicis conscribuntur/ itemq; si cũ ad oratoriam accessimus/ ex diffinitione eam esse didicimus/ vim artificiosam probabilis orationis in causis ciuilibus/ cuius finis bene dicere: quanto id magis facere debebimus nũc in philosophia/ vnde omnium et artium et scientiarũ diffinitiones suscipiuntur? In omni autem institutione id ita fieri oportere/ positũ in Phędro a Platone cõprobauit (vt Cicero refert) Epicurus. atq; ab eodẽ ipso Cicerone nostro frequenti iam est vsu confirmatũ. Sed apud Platonem Socrates his verbis. In omibus rebus puer/ cũ quęstio aliqua incidit: primum quid illud sit quod quęritur intelligẽdum. aliter quidẽ prorsus in errorem dilabi necesse est. Fit autẽ vti et qui audiunt cum rẽ ipsam quid significet ignorarint decipiãtur: & qui docent postq̃ declaratũ nichil principio fuit/ differant quę nec sibi cõstare vllo modo possunt/ neq; alijs. Ne igitur qua in re cæteros vituperam⁹ vituperandi et ipsi simus/ danda opera est vti quando hec inter nos disceptatio est/ potius ne sit non amanti q̃ amanti gratã rem faciundum: quid ipse amor sit ex diffinitione pernoscam⁹. Sic nãq; cõmodum an incõmodum ex se amor afferat: facile considerabimus. Hec Plato nos ad Ammonium reuertamur.

¶ DE DIFFINITIONIBVS PHILOSOPHIAE. Cap. II.

J. b. epis. cuzulanus

GIRARDVS.



Omnis quidem ſcientia et ars: ſubiectum habet ac finem. Subiectum eſt id: circa quod verſatur. Finis vero id: ad quod reſpicitur/ & cuius gratia cætera fiunt. exempli cauſa. Medicus medicinę ſcientiæ ſubiectum habet corpora humana: quia circa ea tantum verſatur. finem vero ſanare: quia ad id ſolum reſpicit. ſimiliter quoq; et faber: tectonicæ ſuę artis/ ſubiectum habet ligna. finem vero: abacum facere. Quapropter diffinitiones omnes vel ex ſubiecto ſuſcipientur/ vel ex fine vel ab vtroq; ſimul. Ex ſubiecto: vt cum dicimus medicinam eſſe artem/ quę circa humana corpora verſatur. Ex fine vt cum dixerimus eam eſſe ſanitatis effectiuam. Ex vtroq; autem ſimul: ſic. Medicina eſt ars q̄ circa humana corpora verſatur ſanitatis effectiua. Simili modo et aſtronomia: ſubiectum habet/ celeſtia corpora. finem vero: cognoſcere motus aſtrorum. Quęramus ergo quid ſubijciatur/ et quis ſit finis philoſophiæ: atq; ita facile eius ipſius diffinitionem aſſignabimus. Sciendū eſt autem q̄ cum cęteræ omnes ſcientiæ atq; artes circa particularia quędam exiſtāt/ vt tectonice fabrilis/ circa ligna ſolum/ medicina circa ſolum humana corpora/ aſtronomia circa ſolū cęleſtia: ſola philoſophia circa res omnes verſatur. Cuius quidem finis: cognoſcere/ nō autem facere. Suſcipiuntur itaq; philoſophiæ diffinitiones multę. Multi enim multis modis eam diffiniuerunt. At ne importunam in preſentia nōnullorum deteſtemur ambitionem/ qui per multas ac prope infinitas vnius alicuius rei diffinitiones percurrendo euagari late ſolent/ dū multa intelligendo nichil intelligunt: ſufficiet nobis quinq;/ vel paulo plures philoſophiæ diffinitiones adducere. Duę quidem erunt ex ſubiecto/ totidem ex fine: vna rurſus per excellentiam/ altera ex vi nominis (quā etymologiā accepto vocabulo/ ſiue veriloquiū vocant) ſit autem prima philoſophiæ diffinitio hęc. Philoſophia eſt cognitio rerū vti res ſunt. hoc eſt quatenus earum eſſentia conſideratur. Non enim philoſopho propoſitum eſt: omnes qui in mundo ſūt homines ſcire ad vnum debere/ ſed hominis tantum quę ſit natura. Naturas quidem atq; exiſtentias dūtaxat rerum philoſophus contemplatur. Plato autem ipſe philoſophiam diffiniuit ſic. Philoſophia eſt diuinarum humanarumq; rerum cognitio. ſed certe manifeſtum/ eandem eſſe hanc cum ſuperiori diffinitione/ ac nichil inter ſe differre niſi cognito ac minus cognito: hoc eſt ijs rebus quę a nobis cerni tangiue poſſunt (vt Ciceronis verbis vtar) et ijs quæ nec cerni nec tangi poſſunt/ ſolo tamen animo atq; intellectu concipiuntur. Diuidens enim Plato: res q̄ ſempiterne eſſent/ dixit diuinas. quę generationem vero corruptionemq; paterentur: vocauit humanas. Vtraq; igitur diffinitio tradita eſt ex ſubiecto: atq; inter ſe (vt dictum eſt) non differunt niſi cognito atq; minus cognito. Ex fine autem hoc modo. Philoſophia eſt dei ſimilitudo quo ad eius fieri ab homine poterit/ quemadmodum et Plato diffiniuit in Theeteto. Nam cum duplicem deus habeat actionem/ nottonis alteram qua cuncta cognoſcit vti eſt apud poetas. Deus deus omnia nouit. alteram prouidentiæ qua mundum et quę in mundo ſunt inferiora hęc ipſa regit atq; adminiſtrat. quod poetę ſignificant/ non cum Epicuream mulierem ita loqui introducunt/ ſcilicet is ſuperis labor eſt ea cura quietos ſollicitat: ſed cum prudentiſſimū virum ſic. Dabit deus his quoq; finem. Vel rurſus cum matrem ſic. O qui res hominumq; deorumq; æternis regis imperijs & fulmine terres. Vtrinq; ſeſe philoſophus deo q̄ ſimillimum efficiet. Erit enim et rerum cognitor/ quando omnia in ſuam contemplationem adduxerit: et procurator rectorq; inferiorum/ quando ciuilis is quem πολιτικον græci vocant leges conſtituerit/ quibus quę bona ſunt permittantur/ quę mala prohibeantur. Iure igitur dictum eſt philoſophiam eſſe dei ſimilitudinem. Illud autem quoad eius fieri ab homine poterit: pulchre adiectum eſt diffinitioni. Quippe vt preclare eſt apud Homerum.

Diffinitio philoſophiæ.

Homerus.

Haud ſimile humanis genus immortale deorum.

Quorum enim cunq; ſunt diuerſę ſubſtantiæ: diuerſi eorundem ſunt et fines. quod ipſum in cæteris quoq; animalibus manifeſtum/ in homine videlicet atq; equo: quorum quia differētes ſubſtantiæ/ differentes ſunt et fines. Hominis quidem finis eſt: cum ratione ac prudētia viuere. equi vero velociter currere/ belliſq; idoneum eſſe. quiimmo in ijs quę ratione carent brutis aīalibus: nunq̄ differre videmus fines/ niſi & ſubſtātias. Alius quidē in cane finis/ alius i boue/ alius ī equo. qd ſi in ijs: quāto id erit magis ī homine ac deo/ quorū tam diuerſiſſimę ſubſtātię? Pulchre igit adiectū diffinitioni illud: quo ad eius fieri ab homīe poterit. quia cū oīs ſimilitudo (vt et nos paucā dicamus) ſemper citra veritatē conſiſtat/ exēpli gratia ſi Phidiā imitabimur/

ſi Homerum aut Demoſthenem/ accedemus vere ad eos nunq̃: ne forſitan deſiperemus ſperantes diuinam cognitionem prouidentiãue perfecte nos æmulaturos/ cõmonere nos voluit Plato(quemadmodum Titidẽ ipſum/ Apollo)ne æqualia dijs ſapere audeamus/ humanæ imbecillitatis noſtræ memores. Erit igitur philoſophia/ quatenus homini licebit/ diuinę cognitionis ac prouidentię ſimilitudo. Quam vero ob cauſam philoſophus duxerit ita diffinien dam philoſophiam: deinceps videamus. Poſtq̃ vt dictum eſt duplices ſunt dei actiones/ cogni tiuę alteræ/ alterę actiuæ: totidem quoq; erunt ex eius imitatione/ et noſtrarum animarum/ con templatiuę ac practicę. quibus ſuam cum exerceat philoſophus animam dum vel rerũ omniũ naturam quo modo ſe habeat perſcrutatur/ vel paſſiuas animę potentias cum diuinarum rerũ contemplatione cõiungens/ ſupra hominem attollitur: iure quidem Plato dei ſimilitudinẽ eſſe philoſophiam diffiniuit. Eſt autem et alia philoſophię diffinitio ex fine ſic. Philoſophia eſt mor tis meditatio. Sed agevideamus quemadmodum ſint philoſophi de morte meditaturi: quoue pacto eam ipſam mortis meditationem intelligi a nobis oporteat: ne quid ſimile fortaſſe acci dat quod olim adoleſcenti Cleombroto, is enim cum Platonico Phędoni ſtudioſe operam de diſſet/ didiciſſetq; oportere philoſophum mortem meditari: altiſſimo ſe ſe ſtatim muro pręcipi tem dedit. In quem tale fertur epigramma.

Vita vale: muro pręceps delapſus ab alto
Dixiſti moriens Ambraciota puer.
Nullum in morte malum credens, ſed ſcripta Platonis
Non ita erant animo percipienda tuo.

Ex ignorantia igitur id ita accidit adoleſcentulo, conſiderandum ei ſiquidem fuerat: quemad modum ea ipſa mortis meditatio intelligenda eſſet. Cum pręſertim ipſe Plato apertiſſime ad moneat: non debere ſibiipſi hominem manus inferre his verbis. Ille igitur qui in arcanis ha beri de luſce rebus ſolet ſermo/ homines veluti in quadam cuſtodia eſſe/ neq; eam refugere/ neq; inde ſe abducere oportere: magnus quidam michi certe apparet/ neq; ſat cognitu facilis. Fas autem ideo non eſt quẽq̃ ſibi mortem conſciſcere, quia quemadmodum qui publica in cu ſtodia reus tenetur/ ſi quo modo carceribus effractis effugere tentarit/ omnes quantæ ſunt le ges in ſe conuertet: ita et qui corporis vinculum diuina prouidentia colligatum ſoluere feſti narit/ omnem ſui opificis iram in ſe digniſſime concitabit. Hęc ita ſane ſint. Quomodo autẽ mortis meditationem philoſophiam eſſe dicemus? Sciendum q; cum homo ex anima et cor pore componatur: vti compoſitio eius duplex/ ita et ſolutio duplex. Nam cũ quoddam ſit na turale vinculum per quod animę corpus coniungitur vitam ab ea capiens/ quoddam volun tarium per quod anima inheret corpori/ obediens/ ſeruiens/ ab eoq; dominata: duplex quoq; erit et ſolutio/ altera corporis ab anima/ altera animę a corpore. & mors item duplex: altera q̃ dem naturalis/ qua cuncti homines moriuntur cum corpus diſſeparatur ab anima/ altera ve ro voluntaria cum videlicet philoſophi animam a corpore contemplando diſiungunt. dicun tur igitur debere mortem meditari: id eſt ſeparando animam a corporeis rebus/ diuinæ tantũ modo contemplationi intẽtos eſſe oportere. Sciendum autem non omnino cum corpus ſepa ratur ab anima: et animam ſeparari a corpore. Ita nanq; corporum amatrices ſunt animę: vt poſt mortem/ adhuc tamen eodem amore teneantur. at; ob eam cauſam fieri autumant: quę Gẽtilitium.
circa mortuorum tumulos videri ſolent vmbrarum apparitiones. Verum neq; cum anima ſe paratur a corpore: corpus omnino ſeparabitur ab anima. Philoſophi enim etſi per nimiam cõ templationem/ vehementius ſeſe a corporibus auocent: viuunt tamen nec prorſus cõmoriũ tur. Erit ergo philoſophia(vt ſuperius dictum eſt) mortis meditatio. hoc eſt(vt et nos Plato nem paulo apertius interpręmur) aſſidua ac frequẽs diuinarum rerum cõtemplatio: ad quã peruenire nunq̃ ſane poterimus/ niſi animam ipſam tantę mentis capacem a corpore iſto ſolu tam/ id eſt illecebris omnibus vacuam atq; expurgatam habuerimus. ¶ Quęrere autem haud indigne quiſpiam poterit hoc loco, ſi philoſophiæ finis eſt omnium rerum cognitio: cur ergo diffinitionem illam/ philoſophia eſt cognitio rerum vti res ſunt/ et rurſus illam/ philoſophia eſt diuinarum & humanarum rerum cognitio/ ex ſubiecto dixerimus eſſe nõ autem ex fine/ quẽ admodum enim medicinę ſcientiam dum circa humana corpora verſatur ex ſubiecto/ dũ ve ro ſanitatis eſt effectiua ex fine diffiniri diximus: ſic et in philoſophia fuerat dicendum, cuius ſi finis eſt rerum cognitio: oẽs qdẽ ſuperius traditas diffinitiones ex fine/ non autem ex ſubie cto eſſe dici oportebat. Sciendum q; cum philoſophiæ/ tantum duę ſint(vt dictum eſt) partes;

GIRARDVS. altera quidem contẽplatiua/altera actiua: duo quoq; erunt et eiꝰ fines. quando enim dicimus philoſophiam mortis eſſe meditationem: ex actiuo eam fine diffinimus. quando autem rerum vti res ſunt/ eſſe cognitionem: ex contemplatiuo. At vero cum dixerimus eſſe eam dei ſimilitudinem quoad eius fieri ab homine poterit: ex ambobus. medicinę autem ſcientia/ quoniam mixta eſt: quando ex contemplatiua ſpecie diffinitur/ circa humana corpora verſari dicimus. et non irrationabiliter ex ſubiecto talem eſſe diffinitionem affirmabimus. quando autem ex eo cuius gratia fit contemplatio/ ſanitatis dicetur effectiua: atq; ex fine traditam diffinitionem cõfitebimur. Philoſophia vero cum ſolam contemplatiuam ſpeciem habeat (propter id enim ſolum fit: vt res cognoſcantur) non quidem ex ſubiecto aliam/ aliã ex fine ſuſcipiet diffinitionẽ. Cognitio enim omnis/ certæ alicuius rei eſt cognitio. Et quoniam cognitio/ et certæ alicuius rei cognitio ſimul vna et intelliguntur et comprehenduntur: ſiue ex ſubiecto eam diffinitionẽ eſſe quis dixerit/ ſiue ex fine non aberrabit. rectius autem ſi ex ambobus. Sed age/ ad aliarum diſtinctionem eius videlicet quę dicit eſſe dei ſimilitudinem et eius quę mortis voluit eſſe meditationem: ex ſubiecto reliquas diffinitiones nuncupabimus. Eſt item et alia philoſophiæ diffinitio Ariſtotelica per excellentiam hoc modo. Philoſophia eſt ars artium/ et ſcientia ſcientiarum. intelligebat nimirum Ariſtoteles earum omnium cognitionem: ad ipſam philoſophiam referri quodam modo poſſe/ ſic. Cognitionum alię quidem coherent artibus: aliæ vero ſciẽtijs. Artes autem & ſcientiæ omnes nichil inter ſe differunt ſermocinatione: quę in omnibus ſemper eſt eadem ac nunq̃ immutatur: ſed materia. Enimuero ſcientiæ circa ea verſantur: quę ſemper eodem modo ſeſe habent. vt Aſtronomia/ Geometria/ & Arithmetica. Artes vero circa ea quę potiſſimum et variari et tranſmutari ſolent/ vt ſarcinatoria/ fabrilis/ ſutoria/ et ceterę omnes cerdonicæ. ac geometricę quidem ſermocinationes immutabiles: ſic. In omni circulo a centro ad circunferentiam interualla æqualiter diſtare. id enim eodem modo ſemper erit/ ac nunq̃ aliter habebit. medicinę vero artis: diuerſę (vt cum dicitur contraria contrarijs ſanãtur) propterea q; non circa idem ſemper exiſtit. primũ quidẽ: quia nõ omnes morbi mederi poſſũt. quid enim ſi pernicioſa foret peſtis: num medicorum quiſq̃ curaturus accederet? Deinde quia non ſemper contraria morbis adhibentur: ſed ſæpe etiam ſimilia. Plerumq; enim frigidus humor infuſus ijs qui nuper morbo conualuerunt: debilitatum iam ac pene diſceſſum febris ardorem reuocauit. ſolentq; potiſſimum medici rigorem rigore/ atq; eſtum eſtu propulſare. Sed ad rem omnibus quidem ſcientijs et artibus philoſophia principiũ dedit/ generaleſq; ſermocinationes. philoſophorũ enim eſt generaliter res omnes inueſtigare. Ac geometriæ quidem ſermocinationes: a philoſophia ſumptę. Suſcipit enim geometer punctum indiuiduum. ac magnitudinem diuidit in infinitum. ijſq; ſuis vtitur principijs in demonſtrando. at vero philoſophus ea ipſa demonſtrabit ſic. Omne terminans terminato minus eſt vna dimẽſione. Corpus enim tripliciter in longitudinem/ latitudinem ac profunditatem diuiſum: terminatur a ſuperficie. Superficies in longitudinem ac latitudinem: ſolum terminatur a linea. Linea in ſolam lõgitudinem: terminatur a puncto. Punctus vero indiuiſus: nullam amplius habebit dimenſionem. Omne igitur quod aliud terminat: minus eſt q̃ terminatum vna dimẽſione. Quod autem et omnis magnitudo in infinitũ vſq; ſecari poſſit: demõſtrabit philoſophus/ ſic. Sectio omnis fit per puncta. puncta autem neq; componunt neq; perficiunt corpus. corpus igitur per pũcta diuiſum. Poſtq̃ nichil prẽter magnitudinem quantitatis per ſectionem a corporibus amouetur: tres habebit dimenſiones. Conſtat igitur nichil obſtare quo minus corpora in infinitũ vſq; ſecari poſſint. neq; vero ſi ob innatam nobis imbecillitatem videatur id omnino fieri non poſſe: minus tamen idipſum ſic erit. Medicina quoq; ipſa plurimum debet philoſophiæ. nam cum didiciſſent a philoſophis medici quattuor prorſus eſſe in omni generatione corporũ elemẽta/ neq; plura/ neq; pauciora: cõtinuo intellexerũt totidẽ generari humores atq; ab illis hos ꝓportionabiliter deriuari. Rhetorice item (quam dicendi rationem vocamus) nõ iam dependet: ſed ita cum philoſophia coniuncta eſt/ vt non ſatis diſpicere poſſim/ a philoſophia ne rhetorice/ an ab rhetorice philoſophia ortum habuerit/ atq; vtra maiorem ſibi authoritatem vendicare merito poſſit. Cum et philoſophos non niſi ſummos oratores: et oratores non niſi ſummos philoſophos fuiſſe videamus/ alteroſq; ſine alteris aut parum aut nichil conſtare. quod pluribus quidem argumentis declararem: ni tecum michi nunc ſat eſſet Ariſtotelis vox. qui ſibi turpe putauit tacere: cum Iſocrates loqueretur. tum Ciceronis noſtri authoritas: qui ſepe fa-

Diuerſę id eſt mutabiles.

Nomĩe magnitudinis: hic corpus intelligi.

Dilucidius hoc ipſum ab Ariſtotele in ſexto Phyſicorũ mõſtratur. hic autem obſcurius. ſed quia ꝓpoſito incidens: nõ eſt ĩmorandũ.

Ariſtoteles Iſocrates. Cicero.

tetur omnem (quanta in se fuerit) eloquentiam a philosophis accepisse. Sed ne longius ab Ammonio recedamus: rhetoricen iccirco a philosophia dependere dicemus, quoniam pro inductione ac ratiocinatione quibus potissimum dialectici vtuntur: exemplum ab oratoribus sumptum est/ et enthymema. Quemadmodum enim ratiocinatio (qui et accepto vocabulo syllogismus dicitur) vera est cum afferat ex se necessitatem: ita et enthymema quoq; verum. Syllogismus autem est sermo in quo positis quibusdam aliud quid/ q̃ quę posita sunt necessario accidit euenire/ hoc modo. Quod ex seipso per se mouetur: imortale. anima ex se mouetur. anima igitur immortalis. Enthymema vero/ est quod vna tantum propositione superatur a syllogismo/ sic. Si aīa ex se/ seipa mouetur: quis est qui eā confitebitur esse mortalem? Item. Si quod cuncti expetunt/ id demum est bonum: cur tu pecuniam habere/ iudicas esse malum? Simili etiam modo correspondebit inductioni exemplum. Nam sicuti inductio probationis decentem quandam rationem habet/ non semper tamē veram: ita et exemplū. Inductio autem est sermo qui vel a particularibus ad vniuersalia fidē facit/ hoc pacto. Phedra nonne priuigno in amore crudelis fuit? fuit. Scylla vero/ qualis patri: nonne crudelis? crudelis. Dido autem num specie vlla humanitatis vsa est cū seipsam hospitis amore interfecerit? nulla. Medea vero cum fratris membra discerpserit/ Creontis reginam incenderit/ filios trucidauerit: nonne et ipsa crudelis? q̃ maxime. omnes igitur mulieres cum amāt: crudeles. vel econtrario a plurib⁹ ad vnum aliquod simile: quo plurimum vsus est apud Platonem Socrates/ hoc modo. Rhetorice ars nonne vtilis est hominū vitę? vtilis. Iuris autem ciuilis scientia? vtilissima quidem. quid cęteræ artes? et cęteræ. medicina igitur vtilis est vitæ. Eiusmodi est illud de Aspasia apud Ciceronem: dic michi quæso Xenophontis vxor. Exemplum vero fit a particularibus ad particularia: vt ex Cicerone ipso verba ponamus/ hoc modo. Negant intueri lucem fas esse ei qui a se hominem occisum esse fateatur. In qua vrbe tandem hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea quę primum iudicium de capite vidit M. Horatij fortissimi viri: qui nondum libera ciuitate tamē P. R. comitijs liberatus est/ cum sua manu sororem interfectam esse fateretur. Item sic. Pudicitiam cum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu C. Marij: propinquus eius imperatoris ab eo interfectus est cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose q̃ turpiter pati malui: atq; hūc ille summus vir scelere solutum periculo liberauit. Item sic. Neq; enim posset ille hala seruilius aut P. Nasica aut L. Opimius aut me consule senatus non nefarius haberi si sceleratos interfici nefas esset. Patet igitur rhetoricen a philosophia sumpsisse principium. etenim & Aristoteles: plures de ea libros conscripsit. Prętera orator iusto vtili et bono vtitur: q̃q̃ nesciat quo modo aut vbi reperiantur. sunt enim qui putent iustum consistere in vtili: et contra qui vtile dicant inesse iusto. Sunt & qui ea disiungant contrariaq; esse faciant: quę non nisi a philosophis definiri possunt. Grammatica quoq; ad philosophiam refertur. Nam quia circa tonos & tempora versatur: pertinebit ad musicē. Musice autem vt paulo post dicetur: pars est philosophiæ. sed iam non modo rationales scientiæ/ verum etiam eæ quę mechanicę vocantur artes: omnes quidem subijciuntur philosophię. Architectus enim cum perpēdiculo vtatur ad discernendum sit nec ne rectus paries: cognoscit q; sit perpendiculū/ neq; quicq̃ aliud. Philosophus vero eius rei causam reddens dicet: omnia grauia suapte natura ad centrum tendere/ ad rectangulos vndecunq; lapsu deferri. Rectangulos autem nunq̃ aliquo declinare. Simili etiam modo et faber ad lignorum rectitudinem rubrica vtitur: sed quę sit rectitudinis natura prorsus ignorat. Geometer vero philosophię addictus: dicet rectitudinem eam esse/ quę ex ęqualibus inter se sit signis constituta. Possemus autem scientias & artes/ quę a philosophia deductę fuerint: q̃plurimas inuenire. Sed hec satis. Postremo autem ex vi nominis diffinietur philosophia sic. Philosophia est (vt Cicero interpręta-
tur) sapientię studium. Cępit autem hec philosophię appellatio a Pythagora: qui quidē primus superiorum temporum castigauit errores. Nam cum ante eum omnes sapientē nominarēt quicunq; artem aliquam recte pertractaret/ e quorum numero fuit Archilochus/ cū dixit. & gubernator sophos/ sophos poeta. vir scientissimus ac deo plenus/ cum intelligeret solum illum vocari debere sapientem qui summam & sapientiā & perpetuam rerū om-

GIRARDVS.

Platonicum.

Hoc exemplum ex Cicerone est complendum.
P Populus
R Romanus

Rectitudo: linea recta idest quæ ex equo suis interiacet pūctis.

Hoc de Pythagora pertritum est.

nium cognitionem haberet: non ſe ſophon/ ſapientem/ ſed philoſophon ideſt ſapientię ſtudioſum appellari voluit. Cū autē perſpexiſſet alios de grāmatica/ de rhetorica alios/ alios de naturalibus rebus queſtionē habere: grāmaticos/ rhetoras phyſicos proprijs nominibus appellandos eſſe cenſuit, eos vero qui diuinarū rerum contēplatione animū exercerēt: philoſophos. ipſumq; eorū ſtudiū: philoſophiam ideſt diuinæ ſapientię amorē. Quid autē ex hac Pythagorica notatione philoſophia ſit: his libris ē a nobis declaratū quos περι αιρεσεων ſcripſimus. Sunt quidem et aliæ philoſophię diffinitiones. huc tamen tēdunt omnes. qualis eſt illa Solonis. γηρασκω αει πολλα διδασκομενος. quod ipſum πολυμαθειαν interpretatur Socrates in eo qui de philoſophia inſcriptus eſt a Platone liber/ hoc eſt aſſiduam rerū plurimarū diſciplinā. Seneſco (inquit) multa ſemper addiſcens. qđ quidem pulcherrime imitatus ē Iulian⁹: vt Pōponius meminit libro digeſtorū quadrageſimo de fidei cōmiſſarijs. Cuius verba digna non ſolū illic vt legātur: ſunt hęc. Equidē ego diſcēdi cupiditate (quā ſolam viuēdi rationē optimam in octauum & ſeptuageſimū annū ętatis duxi) memor ſum eius ſentētiæ quā dixiſſe fertur Iulianus. Et ſi alterū in ſepulcro pedē haberem: adhuc addiſcere quidē vellem. Nā quid aliud eſt philoſophia q̄ ſapere velle/ & quæ neſcimus/ quę quidem plera ſūt edoceri? Satis igitur (vt arbitror) de philoſophiæ diffinitionibus dictum. Nunc ad diuiſionem tranſeamus.

DE DIVISIONE PHILOSOPHIAE. Cap. III.

QVoniam vero in omnibus rebus quęri ſolet in quot partes diuidantur: neceſſarium quidem eſt/ vt & nos hoc loco de ipſius philoſophiæ diuiſione dicamus. ac primum quid ſit diuiſio. quid ſupradiuiſio ac ſubdiuiſio. Diuiſio principaliter quidē eſt integræ rei inciſio. Supradiuiſio diuiſæ rei ſectio. Verbi gratia diuidatur animal in rationabile & nō rationabile. id eſt diuiſio. Rurſus in ſuperceleſte ac terrenum. mortale & immortale. ſupradiuiſio. Subdiuiſio autē eſt diuiſæ rei ſpecierum partitio. Species vero eas nunc intelligimus quæ ſunt ſubalternæ. hoc modo. Superceleſtium: aliud eſt fixum/ aliud vero vagum atq; errans. hic nūc ſuperceleſte ſpecies animalis: ſubdiuiſum. Diuiditur autem philoſophia (quod ex ſuperioribus iam intelligi poteſt) vt nonnulli voluerunt/ in duas/ vt pleriq; in tris partes/ in contemplatiuam/ actiuam & rationalem. Quę res an ſic ſe habeat videamus. Quando quidem omnia rerum omnium principia ſunt a diuinis. & vt ait ille. ab Ioue omnia/ Iouis indigemus omnes. merito qdem theologicum genus primum: poſterius vero naturale. q̄q̄ quo ad nos qui cognoſcere nō poſſumus quę ſunt in intellectu niſi præcognouerimus quę ſunt in ſenſu: hoc quidem prius/ illud autem poſterius. Medium vero ſibi ordinem vendicauit mathematicū. A Platonicis iccirco/ vt reſidentes in anima idæas fideliter contineremus/ recordaremurq; quę a nobis ſemel eſſent percepta mathematicis demonſtrationibus vtentes. Quemadmodum in Menone facit Socrates. ab Ariſtotelicis vero iccirco: vt aſſueſceremus a corporea ſubſtantia trāſire ad incorpoream. quę cum ſit prorſus ab oculorum ſenſu remota: vim quandā maiorē habet q̄ quę cernitur. Linea quidem hec quę eſt in hac ſubiecta materia ligni/ æris aut cęræ nunq̄ veluti materia ipſa lignum/ æs/ cęraue a nobis perfecte intelligetur niſi cū in animū adduxerimus. illic enim altius eam contēplabimur/ vt quę ſemoueatur a materia. q̄ autem omnis figura in materiæ ſubſtantiam non tranſeat: vel ex hoc manifeſtum. Licet enim triangulus in hac cęra ſtatim tranſmutetur/ dimoto vno aliquo latere: non ſimul quidem trāſmutabitur & cęra. Tranſmutabatur autem: ſi amborū ſubſtantia fuiſſet communis vtriq;. Nec diſſimile huic eſſe poterit qđ eſt in Platonis Timæo/ de materia prima. Si omnes inquit figuræ ex eadem auri materia/ iterum atq; iterum in alias & alias continue reformarentur/ ac quis de vna illarum aliqua rogaret quid ſit: dicemus q̄ veriſſime aurum/ triangulum vero aut quam aliā figurā minime. Sed poſtq̄ nonnulli (vt dictū eſt) duas partes fecerūt philoſophiæ/ contēplatiuam & actiuā: non alienū hoc loco erit inueſtigare quā ob cām duas ſolum illas neq; plures neq; pauciores. At pauciores quidē fieri: nullo modo potuit. vnū ſiquidem in vnū non diuidit. Quare autē nō plures ſed illas ſolū duas: duę ſūt cauſæ. Prima hec. cum philoſophia (vt dictū eſt) dei ſit ſimilitudo ac deus duplicē habeat actionē notionis alterā/ q̄ cūcta

Platonicum.

Platonicum.

Centilitium.

¶ Hęc prima. cū philoſophia. Catholice deus tres habet operationes cōtēpla-

cognoſcit/ alterã prouidentiæ qua inferiora gubernat: iure quidẽ merito philoſophia diuiſa eſt in contẽplatiuam et actiuam. Per contemplatiuam enim/ res ipſas intelligimus. Per actiuam vero diſponimus inferiora: ſicq; deo perq̃ ſimiles efficimur. Altera eſt hęc. Noſtrarũ animarum duplices ſunt actiones: alteræ intellectiuę vt mens/ ratio ſenſus & opinio/ alterę vero vitales ſiue appetitiuæ vt volũtas animus et cõcupiſcentia. Cumq; per contemplationem perficiatur in nobis virtus intellectiua/ per actionem vero vitalis atq; appetitiua: rationabiliter quidẽ erunt philoſophiæ partes duæ/ contemplatiua et actiua. Sed cum contemplatiuam ipſam diuiſerint in theologicum/ mathematicum et naturale: id quoq; quare ita factum ſit pernoſcamus. Rerum omnium tres ſunt ordines. Alię enim penitus a materia ſeparantur/ vt ſunt diuina. Alię non ſeparantur: vt ſunt naturalia/ eæq; ſpecies q̃ ſine materia non poſſunt intelligi. vt lignũ/ oſſa/ caro et eiuſmodi quęcũq; a natura iterũ atq; iterũ procreãtur corpora. Alię vero ſunt intermedię: quę et ſeparari et nõ ſeparati poſſunt/ vt ſunt mathematica. Circulus quidẽ/ triangulus et eiuſmodi per ſeſe cõſiſtere ſine materia haudquaq̃ poſſunt. Poſſumus tamen nos ligneum/ęneũ ac lapideũ circulũ triangulũue aſpicientes: eorũ ſpeciẽ mente noſtra volutare/ ac ſeorſum a materia cõcipere. Veluti cera quę cum imprimitur a ſigillo: non materiam trahit ſed formã. dicenturq; qua per ſe nõ conſiſtunt: a materia non ſeparari. qua vero ad noſtram cogitationẽ qua quiduis imaginari poſſumꝰ/ ſeparari. Cũ itaq; rerũ omnium alię penitus ab intelligentia materię ſeparantur/ aliæ non ſeparantur/ alię tanq̃ intermedię et ſeparantur et non ſeparantur: haud quidem irrationabiliter contẽplatiua ſpecies diuiſa eſt in theologicum/ naturale et mathematicum. quę ſeparantur enim: ſubiiciuntur theologico. q̃ minime/ naturali. quę vero intermedię ſeparantur et non ſeparantur: mathematico. Q̃ autẽ ſpecies rerum corporearũ a materia ſeparari non poſſint/ et q̃ mathematica ſeparantur: patet id quidem ex diffinitionibus ipſis. In diffinitione namq; circuli/ nulla materia ſuſcipietur ſic. Circulus eſt figura plana quã vna linea circũſcribit in quo omnes quę ducuntur a centro ad circunferentiam rectilineę ſunt inter ſe coęquales. At vero cum domus diffinietur: diffiniri ſine materia nullo quidem pacto poterit ſic. Domus eſt ędificium quod a cœli nos iniuria deffendit: ex cęmento ligniſq; conſtructum. Niſi enim materia aliqua pręceſſerit: nullum vnquã ędificium intelligemus. Ac iure quidem medium eſt mathematicum: quoniam cum minime cuiq̃ liceat continuo a naturalibus ad diuina tranſire/ proficiſci ab iis quę nullatenus a materia ſecluduntur ad ſecluſa/ nũq̃ poterimus niſi per mathematica. Mathemata enim iccirco dicta q̃ oporteat qui eas diſciplinas perdidicerint: intelligere ſe mox ad diuina trãſitũ ſine ſanguine facturos. Etenim et diuinus Plotinus/ ex principe quidẽ Platone in ſeptimo de Republica libro ſic inquit. Tradendę ſunt adoleſcentibus mathematicæ/ vti aſſueſcant incorpoream naturã. nã ſi a naturalibus rebus cõtinuo ad theologiam deducantur: occecabimus. Vt enim ex tenebricoſis carceribus in ſplendidiſſimã lucem exituri: in ea domo aſſuefacere ſe priſolent/ q̃ mediocre lumen admittit. Sic et adoleſcẽtuli poſt naturalia: anteq̃ ad theologiã ducantur/ mathematicis diſciplinis exercitãdi erunt. Sunt enĩ ad illã hę tanq̃ gradus. q̃ qua non ſemouentur a materia: iunguntur naturalibus. qua vero ſegreganturꝰ/ diuinis. Dicendũ michi nunc eſſet: in quot partes diſtinguantur theologicũ et naturale. Sed cũ prolixiores ſint minimeq; ad introductionẽ neceſſarię: pręteribimus. Ac de mathematico tantũ dicamus. Mathematicum diuiditur in partes quattuor: in arithmeticã/ muſicen/ geometriã/ et aſtronomiã. Arithmetica numerũ cõſiderat/ nõ illũ cuius ignanũ fuiſſe Agamenonem/ ſeq; inuentorẽ (vt ait Plato) palamedes in tragœdiis gloriatur/ q̃ acies inſtruxerit/ et grecorum naues primꝰ numerauerit/ quo dinumerãt cõputãtq; vulgo idiotę ac mercatores (vt eſt i Philebo) duos exercitꝰ/ tris boues/ quattuor equos/ quinq; digitos/ aut bis quattuor octo/ quater quiq; viginti/ leuẽ ac puerilẽ: ſed ſpeciẽ ipſã nũerorũ diuinã. vt cũ q̃rit quã rationẽ habeat/ ſenariꝰ/ ad ternariũ/ aut nouenariꝰ ad ſenariũ: nõne duplarẽ ille/ hic triplarẽ/ ſiue greece. ἡμιόλιον Eſt aũt He-

GIRARDVS.

tionẽ/ prouidẽtiã/ effectionẽ. in ſe cõtemplationem/ in mũdi creatione effectionem/ in creatorũ gubernatione prouidẽtiã. Quo/ vt philoſophia quatenus diuinę operationis ſimilitudo ponit: recte ternario pficiatur & diducat Peripateticorũ more in contẽplatiuã/ actiuã/ et effectiuã/ nõ ſolum in contemplatiuam et actiuam quaſi deus mundũ non eſſet. Secunda cauſa non ſatis colligit ſolum duas eſſe philoſophię partes.

Sic Platonici ſuos laudant

Color rhetoricus.

Arithmeticã non eſſe praxim/ ſed rationum numerorũ cõſiderativ cẽ et ad diuina quoddam euehiculum.

miolius qui ad quē refertur minorem numerum continet/ ac eius dimidium. vt ſex ad quattuor/ nouem ad ſex. conſiderat item qui a quibus naſcantur: qui ſint integri/ qui abundent/ qui pares/ ſeparesue habeantur. cuius generis ea eſſe poterunt: quę Parmenides/ quęue tum alibi/ tum in Phædone quęrit Socrates. Muſicę vero (nō eam dico quā in libro ſecundo et ſeptimo de legibus deteſtatur Plato ſcęnicam atq; impudicam) ſed qua in tertio de republica et ſeptimo erudiendos cenſet adoleſcentulos/ honeſtam/ caſtiſſimam/ poetarum parentem/ ſororem oratorum/ nutricem philoſophorum/ amicam totius generis humani/ diſcq; ipſis iucundiſſimam. Nichil quidem aliud conſiderat q̄ chordarum vocumq; concentus: non qđ Plato reiicit ad voluptatem afferendam/ ſed tum ad mouendos/ tum ad leniendos animorum noſtrorum affectus. Quod quidem declarant adhuc delapſę iam e manibus vix ſeruata veſtigia. Audientes enim tubam: excitamur animo ſtatim vehemētius/ audacioreſq; reddimur. propter quod: in pręliis ſemper exerceri ſolita. Audiētes vero theatralem melodiam: fracto animo et quaſi ſoluto deficimus. Scitum quidem eſt illud. Fertur Pythagoras cum forte animaduertiſſet adoleſcentulū quendam tibiarum ſuauitate effractum/ ac quocunq; tibias inſequentem: iuſſiſſe tibicini ſonum immutaret. ſtatimq; vbi id factum eſt: ceſſauiſſe in puero affectionem. Intemperantes item factos quoſdam atq; ad vim pudicę domui afferendam concitatos forte cum vidiſſet iuuenes: iuſſa mutare in ſpondeum modos Tibicina/ compoſuiſſe. Taurominitanum adoleſcentem ebrium factum/ phrygiiſq; modis ad amburendam riualis domum in qua meretrix amica tenebatur/ incitatum: ſimiliter animo conſedaſſe. Terpander quoq; atq; arion Methimneus: leſbios/ lonaſq; dicuntur grauiſſimis morbis cātu liberauiſſe. Hiſmenias thebanus: bœotiorum q̄ plurimos ſciaticis doloribus exemiſſe. Empedocles agrigentinus: hoſpitem ſuum e furibundi adoleſcentis gladio/ cuius is patrem accuſatione damnarat/ eripuiſſe. Omnia quidem credenda: quęcunq; de diuiniſſima muſica dicuntur. Geometria vero conſiderat magnitudines ac figuras. Et vt breuiter expediamus: aſtronomia motus aſtrorum. ſic enim nunc placet επιχαρ interpretari. ¶ Sed age: quāobrem in quattuor diuiſum ſit Mathematicum/ neq; in plura neq; in pauciora/ deinceps videamus. Mathematicum circa quantitatem verſari/ manifeſtum. Quantitas autem alia continua/ alia vero diſcreta. continua quantitas diuiditur in quantitatem quę mouetur/ et quę non mouetur. quę mouetur alia ſemper/ alia non ſemper. quantitas vero diſcreta: in quantitatem quę eſt per ſe et quę eſt ad aliud. Quantitas continua q̄ non mouetur/ eſt terra: circa quam verſatur geometria. Eritq; geometria cognitio quantitatis continuę quę non mouetur. quantitas continua quę mouetur/ eſt cęlum: circa qđ verſatur aſtronomia. Eritq; aſtronomia cognitio quantitatis continuę quę ſemper mouetur. Continuum autem id eſt cuius partes in diffinitione conueniunt cum toto. Quantitas autem diſcreta per ſe: eſt numerus quando eum integer ne an abundans/ par an impar ſit conſiderauerimus/ neq; quicq̄ aliud quod extrinſecus aduenīat. pertineret enim ad muſicen. Arithmetica igitur eſt cognitio quātitatis per ſe diſcretę. Quantitas diſcreta ad aliud: eſt habitus tonorum inter ſe/ qui maxime per numeros diſcernuntur. circa quos verſatur muſica. Eritq; muſica cognitio quantitatis diſcretę reſpectum habentis ad aliud. Diſcretum autē id eſt: cuius partes per ſe conſiderantur/ nec dimoueri ſimul poſſūt. Vnde geometria et aſtronomia erunt circa quantitatem continuā: arithmetica vero et muſice circa diſcretam. ¶ Dixim9 iam de cōtemplatiua. Nūc vero de altera parte quā actiuam vocauimus: dicendum. Diuiditur quidē in moralem/ domeſticam/ et popularem. ſed grece ſignificantius: in ethicam/ œconomicam/ et politicā. qcunq; enim quid recte facit: vel in ſeipſum faciēs/ dicitur ethicus/ vel in domeſticos/ œconomicus/ vel in rem publicā politicus. quanq̄ nonnulli dicant: qui politicus ſit eundem poſſe et ethicū & œconomicū dici/ ſubiiciantq; actiuę ſolam politicam. Sed male. Pleriq; enim ab inani gloria dominati/ reſpublicas quidē recte adminiſtrarunt/ ſeipſos vero penitus neglexere/ ac nullam ſui ſuarumq; rerum curam habuere. Non immerito igitur in tres partes a nobis diuiſa eſt: in ethicam/ œconomicā/ et politicā. Diuiditur autem vnaquęq; in Nomotheticā (ea eſt ſe rendarū legū ratio) et in iudicialē. Politicus enim philoſophus & leges fert ad populū/ et qđ iure aut iniuria factū q̄ritur ex iiſdē diiudicans: bonos afficit pręmus malos vero ſuppliciis.

Similiter et œconomicus paterfamilias leges fert ad domeſticos diiudicanſq; punit: ſi a legib⁹ declinarint. Similiter etiam et ethicus ſibi leges proponet hoc modo.
Imprimis venerare deos: venerare parentes.
Et ventri, et ſomno parcas, veneremq; repelle.
Atq; animos iramq; tuam frenare memento.
Et quæcunq; ſcribit ad Demonicum Iſocrates. ea enim morales ſunt leges. Diiudicabit vero ſeipſum ſic.
Non mollem captare decet tua lumina ſomnum
Ante recenſendo q̃ ter tua facta probaris.
Quo veni? quidnam potui feciſſe? quid actum eſt?
Ordine cuncta ſuo memorans. ac mox tibi ſi quod
Turpe malum occurret, doleas: lęteris honeſto.
De œconomico autem et politico oportunius fortaſſe alias. Nunc pauca quędam de ethico. ἦθος vnde ethicus, quod noſtri dixerunt morem: nichil aliud eſt q̃ hominis ornamentum ac pulchritudo. pulchritudo cuiuſlibet rei eſt perfectio. Perfectio autem omnis fit ex priuatione rerum vicioſarum, exceſſus ſcilicet atq; defectus, quibus conſtat turpitudo. nam ſi turpē dixeris cui membrum aliquod defuerit: dices et turpem eum qui pluribus abūdarit. quales apud Apollonium gigātes. et in ſympoſio Ariſtophanes olim initio homines fuiſſe narrat. ac ſi turpem dixeris: cui longa nouem per iugera corpus porrigitur ticium, turpē quoq; dices, qui in cauernula viuit ſpithamęum pigmęum. turpitudo enim contraria pulchritudini. et quoniam vel exceſſu vel defectu imperfecta eſt: cōtraria erit et perfectioni. Perfectio igitur omnis, quando contraria contrariarum rerum priuatione perficiuntur: omnino conſtabit obſeruatione turpitudinis.
Hæc de diffinitione et diuiſione ipſius Philoſophiæ ſummatim quidem a nobis dicta ſint. Diuina certe eſt: atq; ab omnib⁹ q̃maxime expetenda. Sed præclare de ea dictū ferunt: tale tantūq; bonum, neq; iam peruenisſe, neq; vnq̃ ad homines peruenturum. Nunc autem ad ea quę ad propoſitum magis pertinere videbuntur: deueniamus.

GIRARDVS. Idreligioſi⁹, Imprimisve nerare deū venerare parētes. Iuxta eloquia diligesdominū deū tuū. et honora patrem et matrem.

Spithamę cubitalis

Stoicum Obſeruatio cautio



VM intellexiſſent Philoſophiam omnium rerum vti res ſunt eſſe cognitionem: cęperunt inueſtigare philoſophi, quo pacto in eam ipſam rerum omnium cognitionem peruenirent. Cūq; animaduertiſſent, particularia cuncta generari atq; corrumpi, eorumq; ob id experientiam haberi non poſſe ſcientiamq; ſempiternarum certarūq; rerum eſſe, atq; id quod cognoſcendum eſſet a notione comprehendi oportere: deduxerūt ſe a particularibus ad vniuerſalia, quę videbantur ęterna et definita. ſcientia namq; a gręcis ἐπιστημη vti Cratylo interpretatur Socrates: ideo dicta q⁹ nos in certiſſimum quēdam rerum ſtatum finemq; perducat. Exquiramus igitur quomodo progreſſum hunc fecerint a particularibus ad vniuerſalia. Cum intelligerent, verbi gratia in hominibus: haudquaq̃ oportere quotquot in mundo homines eſſent a ſe dinoſci, a particularibus cunctis hominibus deuenerunt ad vniuerſalem hanc hominis naturam, animal rationabile mortale. Nam qui id nouerit: noſcet quicūq; ſunt, fuerunt, aut futuri ſūt homines. Eodem modo a particularibus equis, deuenerunt ad vniuerſalem equi naturā quę omnes complecteretur, hanc: animal quadrupes hinnibile. nō enim neceſſarium erat philoſopho ſcire qui flauus eſſet, qui maculoſus, qui giluus. ſed vniuerſaliter tantum quid eſſet equus. Vniuerſalia nāq; ſemp eodē modo, nec nunc hoc, rurſus alio atq; alio quēadmodū particularia. Alia quidē eſt natura flaui, alia maculoſi, alia et gilui: ſicuti alia Platonis, alia Socratis, alia et Alcibiadis. At vero vniuerſalis homo, et vniuerſalis equus: non ita, ſed ſemper eodē modo equus erit aīal quadrupes hinnibile, et homo animal rationabile mortale. Porro cum cōſideraſſent varias ac prope infinitas id genus animalium ſpecies: deuenerunt in communem omnibus communitatem animal. Animal enim & homo & equus. Item ab hac ficu, platano, vite, ceteriſq; arboribus: deuenerunt ad vniuerſalem ficum, platanum, vitem quas adduxerunt in commune iis omnibus genus plantam. Habebant ergo has duas communitates animal & plantam: quas qui norit, omnia quę continentur ab eis nouerit. Item et animal et plantam duxerunt ſub animans. animantes enim ſunt et plantę: ſiquidem augentur, nutriuntur ac ſibi ſimile gignunt. cum vero animanti opponeretur id quod non eſſet animans vt ſunt lapides ligna &

Giluus Albinigriſq; medius

Animans Animatum

GIRARDVS. Non animans Corpus iaiatū. Item a dęmonibus/ animabus et huiuſmodi q̄ corporibus vacant. hic deſcīſcit a Platonicis ſuis. ſiqdē ſecūdū Platonicos dæmō aial/ aial autē aīans/ animās corpus. dęmō itaq; corpore⁹. nō igīt corpore vacat. Id cōcedi oportet ſecūdū Platonicos quos maxime obſeruare ſtudet. non aūt quia veritas ita habet.

Vniuerſalia
Subſtantia
Corporeū
Animatū
Animal
Homo

eiuſmodi/ quorum pleraq; poterant nobis eſſe incognita: deuenerunt a particularibus lapidib⁹ ad vniuerſalem lapidem/ et a particularibus lignis ad vniuerſale lignum/ quæ adduxerūt ſub commune genus non animans: a quo ſinguli et lapides continerentur et ligna. Sicq; habuerunt et has alteras duas communitates animans et non animans: quæ adduxerunt ſub corp⁹. Item a dæmonibus/ animabus et eiuſmodi quę corporibus vacāt: deuenerūt in cōmune genus incorporeum/ quod corporeo oppoſitum videbatur. nāq; vt tripliciter illud dimetiri/ et in partes ſecari poteſt: ſic neq; dimenſurabile hoc/ neq; vllas in partis diuiſibile. Item quærentes quid cōmune eſſe poſſet corporeo et incorporeo: inuenerunt ſubſtātiā/ quę vtrūq; cōplecteretur. æq; enim ſubſtantia eſt corporeū vt lapis/ lignū et eiuſmodi/ atq; incorporeū vt ſunt animę/ dęmones/ deus. Itē cum intellexiſſent ſubſtātias rē quāq; ſubiectā ſignificare/ eſſeq; ei contraria/ quę non per ſe/ ſed in aliis conſiſterent vt eſt albedo/ nigredo/ et eiuſmodi: inuenerunt cōmune iis omnibus genus/ accidens/ ſub quo cōtinerentur. Quęcūq; igitur per ſe conſtiterint/ vt homo/ lignum/ lapis: ſubſtantiæ. quæ vęro contra non niſi in aliis/ vt albedo/ nigredo: accidentia vocabuntur. Num ergo omnia quæ ſunt ex ſola ipſa ſubſtantia cōprehendentur? Itaq; rerum omnium cognitionē a philoſopho haberi poſſe dicemus? minime. Erāt nāq; adhuc duo/ tria/ quattuor/ decem & viginti: quæ adduxerūt ſub cōmune genus/ numerum. Item aliud paruū/ aliud magnum: quæ adduxerunt ſub continuum. cumq; numerus et continuum quantitates eſſent: (vtrumq; enim vt docuimus quantitas) adduxerunt ea ſub vniuerſale quantū/ ſicq; habuerunt generaliſſima duo ſubſtātiam et quantitatem. Itē erat quoddā album/ nigrum et id genus multa/ quæ particulariter inſunt pluribus: vt albedo in ceruſa et niue et cygno/ nigredo in æthiope et coruo. Inuenerūt vniuerſalē albedinem et nigredinē: quas ſub cōmune vnū iis omnibus genus adduxerunt colorem. Item et dulce et amarū calidum ac frigidum: quæ adduxerunt ſub cōmune omnibus gen⁹ quale. Quale aūt id eſt ex quo quid ſuſcipit denominatiue: vt ab albedine albus/ et a grāmatica grāmaticus. Erat itē dextrum et ſiniſtrū/ duplum dimidiū/ quæ adduxerunt ſub cōmune iis genus dictum ad aliquid: q; ſcilicet reſpectum haberet alterius ad alterū. Erat item aliud eſſe in ſcholis/ in foro/ in templo: quæ adduxerunt ſub cōmune genus vbi/ quod loci eſſet ſignificatiuum. Erat item heri/ hodie/ cras: quæ adduxerunt ſub quādo/ qđ temporis ſignificatiuum eſſet. Erat itē recumbere/ ſtare/ ſedere: quę adduxerūt ſub poſitionem/ q; ea corporum ſtatus omnis cōplecteretur. Erat itē accingi/ armari/ annulum geſtare: quæ adduxerunt ſub habitum/ q; is omnem comprehēderet ornatus cōpoſitionem. Erat item verberare/ calefacere ac frigefacere: quæ adduxerunt ſub agere/ quod eſt circa aliquid verſari. Erat item verberari/ calefieri/ frigefieri: quæ adduxerunt ſub pati/ quod eſt ab aliquo alterari. Itaq; habuerūt hæc decem genera: ſubſtātiā/ quātitatē/ qualitatē/ ad aliquid/ vbi/ quādo/ poſitionē ſiue ſitum/ habitū/ actionem/ ac paſſionem. ſub quibus quecūq; eſſent in humanis rebus continerentur. Dicta autē ſunt a philoſophis κατηγορια. hoc eſt prædicamēta: q; de iis quæ ſūt ſub ſe vniuerſaliter dicerētur. Scripſerat itaq; Ariſtoteles libellū de prędicamentis: in quo mentionē fecit de his quinq; vocib⁹ genere/ ſpecie/ differentia/ proprio atq; accidente. Quę cū incognitæ nobis iā eſſent longa deſuetudine: et philoſophi et boni viri functus officium Porphyrius/ ipſum hunc libellum cōpoſuit. Docēs nos quid quęq; illarum vocū ſignificaret: vt cum hęc didicerimus/ multo facilius ea aſſequi poſſimus/ quę ab Ariſtotele tradita ſunt de decem prædicamentis.



Dictum eſt igitur quot modis philoſophia diffiniatur/ demonſtratum eſt in quot quæue vnaquęq; philoſophiæ pars diuidatur/ poſtremo et quomodo ſub decē generaliſſimas cōmunitates omnia adducta fuerint declaratum: nūc de iis dicendū quę προλεγομενα appellātur. Ea vero ſūt huiuſmodi: propoſitū ſiue intētio/ vtilitas/ opus legitimum/ nomē authoris/ ordo librorū/ titulus/ diuiſio per capita/ docendi modus/ et relatio. Conſueuerunt autem interprętes ea in enarrandis philoſophorum ſcriptis ſemper proponere: non vt ipſi quicq; addidiſſe viderentur/ aut aliquā aliam ob cauſam/ ſed ſolum promptiores vt redderentur qui legerent/ quiue audirent. Si quis enim propoſitum ſiue ſcribentis intentionem ignorarit: pigreſcit/ medioq; in curſu ſtabit/ velut iis accidit qui eo proficiſcuntur quo neſciunt. Neq; vero id ſatis. q̄uis enim ſcribentis intentionē quis nouerit: non tamen promptior efficietur ad opus aggrediendum/ niſi & vtilitatem quoq; perdidicerit. quare poſt intentionem: & vtilitas oſtendenda. Ac neq; id quidem ſatis: niſi legitimum opus eſſe demonſtrabitur eius quē ſcimus ſapientiæ ſtudio fuiſſe clariſſimum/ veluti Ariſtotelis et Platonis/ a quibus nichil niſi quod vtile

GIRARDVS.

dictum existimamus. Sequitur mox quæstio de ordine/ vtrum prius an posterius collocetur: quare et ordinem declarant. Præterea et titulum: quoniam ex eo potissimum intentio dinosci solet. Postremo diuisionem/ modum præceptionis/ et relationem/ hoc est in quam partem philosophiæ referatur: iccirco vt sciamus vbi maxime versetur perficiaturq; scribentis intētio. Sed age nos quoq; huius libelli intentionem dicamus. ¶ Intentio Porphyrii est de quinq; vocibus differere/ de genere/ specie/ differentia/ proprio atq; accidente: sub quib⁹ particulariter omnes significatiuę voces continentur. Vtilis autem liber est ad omnem philosophiā. Docet enim nos quæcūq; supra species aduenunt: ex quibus suscipere solemus demōstrationes. ex demonstrationibus autē philosophię finem cōsequimur. vtilis igitur ad comparandū philosophię finē. Legitimū vero esse Porphyrii authoris opus: patet cum ex ipsa elocutione/ tum etiam ex eo q; sępius alibi de iis quę in hoc libro tradita præcepta sunt/ mentionē fecit. Alloquitur autē Chrysaorium cui et alios multos dedicarat libellos: ob hanc causam. Adolescens erat Chrysaorius: Porphyrio magistro ob ætatis & ingenii decorem gratissimus. Rogauerat is Porphyrium: de Etna vt scriberet, interim vero cum forte incidisset in Aristotelis prædicamenta/ neq; omnino incumbens profecisset quicq̄: significauit id Porphyrio/ qui tum illic in Sicilia erat/ rogitans si quod pollicitus fuerat de Etna perscripsisset/ ad se mitteret. sin min⁹: daret operā quo eum ipsum Aristotelis librum percipere posset. cui Porphyrius nil quicq̄ grauatus: continuo hūc libellum conscripsit/ ex principe Platone iisdem fere verbis omnia colligens. Ex quibus rebus manifestissime constat: viuo patre legitimum natum/ suumq; heredem hunc a Porphyrio iure fuisse institutum/ nichilq; prohibere/ quin testamento patriam sponte adire possit hereditatem/ vt verbis vtar iurisconsultorum. ¶ Ordine vero huic liber primus. introducit siquidem nos ad Aristotelis prędicamenta. Prædicamenta de simplicibus sunt rerum vocibus. Simplices autem de quibus hic agitur voces: rationalis sunt philosophiæ principia. Primus igitur meritoq; cæteris in philosophia libris pręponēdus. ¶ Titul⁹ aūt inscribitur εισαγωγη id est introductio: iccirco quia tanq̄ aditus est/ et via ad omnem philosophiam. ¶ Addubitarent huic fortasse nonnulli cur indeterminate inscriptus sit liber introductio. incertū enim grammaticæ ne sit an rhetorices. Responsum iis fit/ solere nos semper excellentissimam quāq; rem indefinite pronunciare. atq; vti nos cum Homerum aut Demosthenem significare volumus/ poetam dicimus & oratorem per excellentiam: ita nichil prohibuit volentem philosophiam significare eo modo dixisse. Prętera introductio omnis ex confesso vel artis vel scientiæ est introductio. sed cum philosophia sit artium ars et scientiarum scientia: quo modo satis digne poterat/ qui nos ad illam introducturus erat perq; eam ad cæteras omnis artes et scientias/ si vera eius diffinitio/ vnius tantū artis introductione libri titulum inscripsisse? ¶ Diuiditur autem in tris partes. in prima disputat de ipsis quinq; vocibus. In secunda eas complicat. In tertia docet quā habeant inter se similitudinem ac dissimilitudinem. ¶ Docendi modum quo vtatur facilem/ et qui ad erudiendos pertineat adolescentulos fore promittit ipso statim procœmio: cum dicit/ se ab altioribus quęstionibus velle abstinere/ et simpliciora cōiectare. ¶ Refertur postremo huic liber vt nobis placet/ qui omnē philosophiā distinguimus in Rationalē/ Moralem/ Naturalē/ Mathematicam/ et Diuinam: ad eam Rationalis partem/ quā differendi rationem Cicero/ nonnulli disputatricem dixere/ cuius duæ species λογικη quæ est inspectionis & διαλεκτικη quę actionis ars artiū et scientia scientiarum ab Aristotele/ a diuino autem Platone sæpi⁹ theologiæ vocabulo nuncupata/ vt Ammonio/ sub rationale organum. Organum enim logicam appellat/ quasi instrumentum philosophiæ. Docet enim (inquit) quæ ad principia demonstrationis cōducunt: introducitq; nos ad Aristotelis prædicamenta quę ad logicam spectant. logica autem non pars est philosophiæ/ sed organum: vt alibi demonstrabimus.

De ītētione

De vtilitate

Ex principe Platone. potius ex Aristotele q̄ Platone desū = ptus vide = bitur qui li = bros topico rū legerint

Legitimū natum. hic de libro loquitur non de sāguinis prole.



Vm sit necessarium Chrysaori. ¶ Quecunq; in humanis rebus sunt: omnia suapte natura bonum expetunt. Omnes vel specie ipa boni afficimur/ boni cupiditate incensi sumus omnes/ ad id qđ bonū est trahimur rapimurq; omnes. rerum nanq; omniū & origo & perfectio bonum. Malum vero qui appetat: nemo. Si quis tamen appetiuerit: idipsum expetet tanq̄ bonum. Quare quādocunq; voluerimus quempiam ad aliquid cohortari: ex illa ipsa re bonum futurum esse ostendemus. quod & Porphyrius nunc facit. Nam cum vellet Chrysaorium ad huius libri lectionē attentum facere: futurum ex eo

GIRARDVS.

bonum oſtendit. Sed quoniam duplex bonum/alterũ propter ſe vt virtus/ ſanitas/alterũ propter aliud vt diuitię/phlebotomia:neceſſarium hoc loco nõ dicetur potiſſimum propter ſe bonum/ſed propter aliud maius.quẽadmodum cũ dicimus: ſi ſanus fieri cupis/neceſſariũ eſt tibi venam laxari.Refertur nãq; ad prędicamẽta:ſed breuius.Vel neceſſariũ dixit hunc libellum reſpectu maioris boni vtilem.vel certe ꝓpter ſe neceſſarium:cũ ſine ipſo q̃ in philoſophia tradita ſunt/percipi minime poſſint. Intelligendũ autẽ neceſſarium a philoſophis duobus modis accipi. Neceſſarium qđ vtile. Vtile autem eſt qđ propter aliud ſumitur.verbi gratia lauari/veſtibus ſuccingi.& neceſſarium qđ ecõtrario opponitur(vt aiunt) poſſibili.verbi cauſa quãdo ſubiectum abſq; eo eſſe non poteſt/hoc modo. Neceſſe eſt q̃cunq; pulmonem habent aialia: reſpirare ſi volumus vt viuant. neceſſaria igitur eſt reſpiratio.nam ſine ea: quę pulmonem habent animalia viuere nullo modo poſſunt. Dicetur itaq; neceſſarius hic liber/aut ex priori aut ex poſteriori ſignificatione:atq; ex poſteriori quidẽ minime. Anteq̃ enim Porphyrius cõmentus hanc rem fuiſſet: haud ſane ignorabantur philoſophorum ſcripta quid ſignificarent. Igitur ex priori:q; illorum facillimam nobis cognitionẽ efficiãt.nũq̃ ergo ex poſteriori ſignificatione dicetur neceſſarius liber:quoniam illa ſine hoc conſtare non poſſent.ſed ex priori: quoniam ſine hoc illa haud ſatis vnq̃ recte intelligerentur.illud vero neceſſarium : non inſcripto ſed in ipſa rerum contẽplatione intelligendum. neq; enim dixit ſic. cum neceſſaria ſit huius libri confectio: ſed ſic.cum neceſſaria ſit & ad prędicamentorum traditam ab Ariſtotele doctrinam cognitio generis/ſpeciei/differentię/proprij & accidentis.Hec itaq; libri huius vtilitas eſt:q; quę diſperſim ab alijs olim dicta fuerant/hic collectim habentur/ac faciliorem nobis conciſioręq; illorum intelligentiam præſtat. Quare non ſibi inuentionem hanc Porphyrius vendicauit: ſed quę ab antiquioribus dicta ſunt (inq̃uit) adducere tẽtabo. Animaduertendũ autẽ in procœmio hec declarari: libri argumentum/vtilitatem/& præceptionis genus. Argumentum:cũ de ipſis quinq; vocibus ſe dicturum neceſſario exiſtimat. Vtilitatẽ:cum dicit vtilem eſſe non modo ad Ariſtotelis prædicamenta/verum etiam ad omnẽ philoſophiam. Pręceptionis genere ſe vſurum oſtendit eo:quod maxime cõueniat ijs qui nunc primũ erudiuntur. Neq; enim plura adducit q̃ pertineãt ad introductionem/ neq; ſcribẽdo longius ſe extendit/neq; obſcuro vtitur dicendi ſtilo:quibus plerunq; deturbari a ſtudio ſolent adoleſcentuli.Cõiunctio autem illa et/ ſignificat nobis non ſolum ad prędicamentorum doctrinã conferre hunc libellum/verũ etiam vt diximus/ ad omnem philoſophiam. Rurſus aliter. Et ad prædicamentorum quę tradita eſt ab Ariſtotele doctrinam inquiens:non ſolum ſignificauit conferre hũc librum ad eam doctrinam prædicamentorum quę tradita eſt ab Ariſtotele/ ſed ad prædicamenta etiam cęterorum qui de ijs perſcripſerunt. vt Architæ tarentini/ Theophraſti atq; aliorum. Plęriq; enim Ariſtotelis diſcipuli:ad pręceptoris æmulationem conſcripſere/ de prædicamentis/ de interpretatione/& de reſolutiuis ſyllogiſmis. ¶ Addubitarent autem fortaſſe nonnulli in hoc ipſo ſtatĩ principio. οητοσ αναγκαιου mouerentq; infirmam ſane atq; incõſequentẽ queſtionem alioqui pulcherrimam & relatu digniſſimam/hoc modo. Sed heu quanta Frater patrij ſermonis anguſtia & egeſtate laboramus. υπαρχον atq; ενδεχομενον quo modo noſtra lingua dici poſſint/non dum equidem inuenio:dicunt tamen contingens.& poſſibile(ſed illud latine michi vt videtur parum hoc: etſi conſuetudine receptum ſit) Δυνατον. Quid nãigitur fiet? Iſtorum vocabulis vtamur:donec noſtra adinuenerimus. Quod eſt(inquit)ens:aut neceſſarium eſt/aut poſſibile aut contingens. Neceſſarium:eſt qđ ex neceſſitate eodem modo ſemp habebit. Veluti hoc:dum ſol eſt ſupra terram/dies eſt. Poſſibile autem:quod duas inter ſe cõtrarias res admittet.vt ſcire ac neſcire.nunq̃ enim alterutrum ſi ſit:erit et alterum. Accidet quidẽ nunq̃(quod in Theeteto ait Socrates) vt quod quiſq; ſcit: idem ſimul neſciat. aut qđ neſciat ſciat.tamẽ potentia:id ita eſſe cõſiderabitur. Contingens vero:eſt qđ in actionem dirigitur/ poteritq; ita euenire. vt Cæſarem hodie creari pontificem. Illud itaq; eſt/ qđ pręponi eis ſolet cũ dicimus/eſt neceſſarium/eſt poſſibile/eſt contingens: non erit ijſdem coæquale. ſiquidẽ ex eorum cõmutatione: nichil qđ extare idem poſſit conſequitur. Quẽadmodum ex proprio & termino:quę inuicem & ſuppoſita & prædicata eſſe poſſunt. Suppoſitũ autem ſiue vt vulgo aiũt/ ſubiectum (q̃q̃ vtrumq; υποκειμενον. malim tamen in oratione ſuppoſitum/ in rebus vero ſubiectum.nuq̃ enim ſpernenda verborum proprietas)id eſt de quo fit ſermo/ cui græce articulus præponitur vt homo. Prędicatum vero eſt in quo ſubſtantiuum verbum aut actu aut potentia continetur. Omnia enim prædicata cum aut nomina ſint aut verba: nominibus quidem continebitur actu ſic/animal eſt/ verbis vero potentia ſic/ loquitur/diſputat.Nõ enim quo

Quę in procœmio declarantur.

Idem poſſit cõſequitur. id eſt nõ cõucrtunt vt propriũ et ſubiectũ diſfinitio et diſfinitum.

Quid ſuppoſitũ ſiue ſubiectum.

Quid prędicatum.

modo dicim⁹ homo eſt riſibilis/ et riſibile eſt homo: ita dicem⁹ ens eſt neceſſariū & neceſſariū eſt ens. nichil enim idē ex cōmutatione cōſequitur. quicquid enī neceſſariū/ admittibile et exiſtens: illud idē eſt et ens. ſed nō ſi quid ens eſt/ idem prorſus erit neceſſariū/ admittibile/ et cōtingens. Quin ſi illorum aliquod fuerit/ ſcilicet potens: nō erunt et reliqua/ ſcilicet neceſſariū atq; inexiſtens. Si igitur inęquale ens/ admittibili/ neceſſario & exiſtenti/ nec ſuppoſitum q⁹ nō idē ex cōmutatione cōſequatur: erit certe pluris. ¶ Cur itaq; Porphyrius/ cū & ipſe in omni prędicato iubeat debere ineſſe vel maius vel ęquale q̄ in ſuppoſito ac nunq̄ quid minus: neceſſariū qđ min⁹ eſt de eo quod pluris eſt fecit eſſe prędicatū/ ſic οριτος αναγκαιου? Fatebimur quidem id ita eſſe: de maiori quod eſt minus prędicari non oportere. Ens vero pluris eſſe q̄ neceſſarium: minime. Proprie enim ea dicūtur pluris eſſe nomina: quæ de pluribꝰ prędicantur/ in multiſq; inexiſtūt/ ac per ſe intellecta propriam in ſe exiſtentiam habent. vt animal: qđ et de homine et equo et cane prædicatur/ inexiſtens cunctis/ propriamq; per ſe intellectum/ in ſe exiſtentiā habeat. Dicitur enim ex diffinitione animal: ſubſtantia animans ſenſibilis. Præterea quęcunq; in ſeſe non exiſtūt/ ſed cōmunem pluribus appellationem habent vt canis/ gallus/ Alexander/ Aiax/ et eiuſmodi: nunq̄ dicētur pluris eſſe/ quia æquiuocę ſunt voces/ nō res. Oportebit enim ipſum per ſe priꝰ exiſtere q̄ alterū quod pluris eſſe dicatur. ens vero cum in ſe non exiſtat/ ſitq; vox dūtaxat cōmunis neceſſario: ei qđ poteſt eſſe/ et contingēti/ nūq̄ dicet pluris eſſe. Præterea ſi pluris id eſſe dicant: tanq̄ genus profecto non negabūt. Sed genus eodem tempore diuiſum cōtinet in ſe ſpecies: licet nichil omnino pręceſſerit/ aut ſubſequatur. Neceſſe igitur erit eos confiteri: vno eodem tempore neceſſariū eſſe: et poſſibile & contingens. quo nichil abſurdius. Neceſſarium quidē ſemper eſt neceſſarium: potens aūt eſſe ſiue admittibile/ et contingens/ nō ſemper ſed aliquando. Quare ſi ens genus nō erit: nō erit etiā & pluris. Quicquid enim natura ipſa definitum eſt: particularibus ſi adiit/ nullo modo poteſt eſſe gen⁹. Præterea omnia aut determinate aut indeterminate proferuntur. determinationes autem quattuor: omnis et quidam affirmatiuę/ non omnis et nullus negatiuæ. Dictæ iccirco/ quoniam ex iis determinatur qđ dicimus ſiue vniuerſaliter ſiue particulariter. Si enim dicamus ſic. omnes homines lucrum appetunt: id eſt vniuerſale. Sin vero ſic/ quidā ſummū bonum virtutem propter ſe expetendā/ eſſe voluerunt: particulare. Demonſtratū autem ab omnibus fere philoſophis eſt: particulare indeterminatum idē valere ac particulare determinatū/ vt quidam homo venit/ idem ſit atq; hoc/ homo venit. Quod ſi ita eſt: Porphyrius indeterminate cum dixiſſet οριτος αναγκαιου neq; præpoſuiſſet παριτος vniuerſalem determinationem: ſuſcepit illud particulariter ac ſi diceret. quoddā ens eſt neceſſarium: quod quidem (vt ipſi confitētur) ęquiualet neceſſario. Et quidem ſi æquiuocum ens tenuis vox non fuiſſet habuiſſetq; in ſe ſubſiſtentiam vt animal: rectiſſime de eo poterat neceſſarium indeterminate prędicari. Præterea quandocūq; volumus rem aliquā ſignificare: per rectū caſum ſignificare ſolemus/ ſic. homo/ equus. Quando autem rei ipſius partem aliquam/ aut qđ circa rem eſt: per genitiuum. Si enim dixero Socratis: certe vel membrum eius aliſquod ſignificari volo/ vt manus/ caput/ vel eorū quæ circunſtant aliquod/ vt librū/ domū & eiuſmodi. Si itaq; dixiſſet Porphyrius per rectum caſum ſic οριτος αναγκαιος rem plane ipſam ſignificaſſet. Sed cū dixerit οριτος αναγκαιου per genitiuum: certe vel partē rei/ vel aliquid eorū q̄ rem circūſtāt ſignificauit. Cuilibet autem parti eorū quæ circa rem ſunt/ æquiualet neceſſarium. verbi cauſa: homo idem atq; aliquod animal/ & manus idē atq; aliquod membrū in homine. Quāuis ergo propriā quis dixerit ens ſubſiſtentiam habere: nō tamē redarguendus iccirco Porphyrius q⁹fecerit de ente neceſſarium tanq̄ de ęquali ęquale prędicari. Demonſtrabimus adhuc alia ratione: ens neq; ſupradictorum neceſſarii/ poſſibilis et contingētis/ neq; ſubſtantię/ accidentis ac reliquorū prædicamentorū/ poſſe eſſe genus hoc modo. In quib⁹ aliquid priꝰ eſt ac poſterius: quod cōmuniter de iis prædicatur nō eſt genus, gen⁹ enim ſpecierū eſt genus: ſpecieſq; ipſæ eodē tempore per ſe ſubſiſtunt. accidens vero poſterius eſt ſubſtātia: quoniā in ea exiſtit. Poſterius et eo quod poteſt eſſe cōtingens: quoniā in eo habet exiſtentiā. De his igitur ens vt genus non prædicabitur vniuoce/ ſed æquiuoce. Appareat ſane inquiet aliquis/ in iis prius eſſe ac poſterius. vnde nam id manifeſtum erit/ exiſtere in ſubſtantia accidens & in eo quod poteſt eſſe cōtingens? Nō inexiſtent. Dimotis namq; ſubſtantia & poſſibili: dimouebuntur et cū accidenti contingēs. Sed ſemotis ab ente in quib⁹ nō ſubſiſtit ſpeciebus/ ſubſtantia et poſſibili: non ſemouebuntur & reliquę. nō enim corrupta ſpecie canis aut equi: corrumpentur & cæterę hominis/ equi/ bouis/ cameli et id genus aliorū. O vanam ſubtilitatem!

GIRARDVS.

Cur itaq; Porphyriꝰ; Exilis quęſtio et exilior ad eā adhibita ſolutio. nam id οριτος αναγκαιου abſolute dicitur ac ſi dicas ente id eſt exiſtente neceſſario vbi ens nō eſt ſubiectū et neceſſariū prędicatum. Sed eſto neceſſarium efficiat prędicatum: ens non erit ſubiectū/ ſed noſſe qđ genꝰ/ quid differentia & reliqua ſubiecti ſiue (vt mauult) ſuppoſiti locū obtinēt et neceſſarium prędicati. latiꝰ autem neceſſarium q̄ illa. ſiquidem vt doctrinam prædicamentorum Ariſtotelis ītelligas: noſſe qđ genus/ quid differentia/ quid ſpecies et reliqua neceſſarium ē. Et reuera neceſſarium in minus eſt q̄ ens.

Admittibile
Poſſibile
Exiſtens
Inexiſtens
Contingens.

Per genitiuū. ſed ille genitiuꝰ/ ablatiuꝰ ē absolutus apud nos. hic ex parua re magnum agitat proceſſum.

Hic indiget pulta

quattuor iam horas perdidimus interpretandis istis nugis, prætermittendus quidem fuerat locus ab omni latinitate alienissimo. Sed proderit fortassis & michi in re difficillima exercuisse dictaturam: et tibi didicisse ineptias nostrorum sophistarum/ qui istiusmodi quæstiuncullis interturbant omnia. Nam quę obsecro dementia/ putare philosophũ qui a principe Platone non tam rerũ cognitionem q̃ eloquẽtiam edoctus fuerit/ quæ nec phreneticus quidem somniasset vnq̃: ens fecisse suppositum / necessarium vero prędicatum? Sed valeant in sui non entis tenebras Sophistæ: nos quod parũ reliqui est absoluamus. Demõstrata (inquit) est alienæ quæstionis absurditas/ ac solutionis nostrę concinnitas. ¶Verumeninuero adhuc principiũ rursus dãnantes dicerent sic. Si ens ęquiuocũ/ ęquiuocũ autẽ indefinitũ: ens igitur indefinitum, at non oportet principium ab indefinito fieri. male igitur. Respõdebimus ens non dici debere æquiuocum: sed abvno aliquo. Velut a medicina: medicinę dicimus librum et medicinę potionem. Quid autem sit ęquiuocum/ quid vniuocum/ quid ab vno aliquo aliquid esse: in prędicamentis dicemus. quã vero ob causam ens pręposuerit necessario: tribus factum est causis. Prima vt quod vniuersali? est pręponeret. Secũda propter elocutionis elegantiã. si enim dixisset ἀμαρκαίου ὀρτος nõ sic sonora fuisset locutio: ob huiusce orationis vicium quod κεχηρος/ hiatus vocatur. Id autem fit: cum frequens est vocalium concursus vt arma amens capio. nam & hexametri exordio cepit. Quẽadmodum et apud nos T. L. Facturus ne operepreciũ. Postremo vt a generalissimis principiũ sumeretur. ab his enim sem per inchoandum. ¶Quęrent præterea cur non dixerit bonum aut vtile/ sed necessarium. Dicemus: quia hæc duo bonum & vtile adherent sibiinuicem/ continenturq; a necessario. bonum enim id est quod propter seipsum expetitur: vt fœlicitas/ virtꝰ. Vtile vero quod propter aliud: vt diuitiæ/ quodq; si adsit nõ penitus saluam rem faciet/ si absuerit non corrumpet/ veluti hęc toga. Necessarium autẽ duplex. Vel quod propter se ipsum expetitur/ nichilq; differet a bono: vt sanitas. Vel qđ expetitur propter aliud/ nichilq; differet ab vtili: vt venæ laxatio/ & potio medicinę. Sicuti quomodo dicimus: necessaria est hominibus sanitas. Et si sanus fieri cupis: necessarium est tibi cordis venam pertundi/ et medicinam hanc potare. Dicitur autem necessarium sex modis. Necessarium: vt materia ærisad informãdam statuam. Necessarium: vt rationale in hominibus. Necessarium: quod propter se fugiendum/ propter alterum vero expetendum/ vt venam incidere. Necessarium: qđ propter se est expetendum/ vt sanitas virtus. Necessariũ: quod propter se neq; expetendũ neq; fugiendum/ vt sunt quędam pharmaca. Necessariũ postremo: quod propter se & propter aliud est expetẽdum/ veluti est hic liber. ¶Cum sit necessarium Chrysaori et ad eam quæ tradita est ab Aristotele prędicamentorum doctrinam: intelligere quid sit genus/ quid differẽtia/ quid species/ propriũ atq; accidens. ¶Aristoteles in prædicamẽtis de generalissimis decem vocibus cum pertractaret: seperauit eas a differentiis et propriis/ atq; harum quinq; vocum ab eo illic mentio habita. Intelligere igitur quid sit genus/ differentia/ species/ proprium atq; accidens: ad faciliorem illarum intelligentiam necessarium. Vtitur autem Porphyrius/ et cõiunctione: quoniam nõ solum ad Aristotelis prædicamenta confert/ sed ad ea quæ ipse inferius narrat. q̃q̃ nonnulli interpręterentur dixisse et ad Aristotelis prædicamenta/ & ad prędicamenta Architæ vtilem harum quinq; vocum cognitionem: sed ista dicere michi est absurdum. ¶Quare autem pręposuerit genus differentiæ ac differentiæ speciem/ suo loco demonstrabimus. Nunc vniuersaliter de omnibus pauca dicamus: de genere/ differẽtia/ specie/ proprio et accidente. Non enim ab re quispiam rogaret: cur in eum ordinem sic redegerit has voces Porphyrius. neq; enim videri vllo modo debet: temere id factum. Huius nos rei causam paulo altius ab initio repetamus. Intelligendũ in omnibus rebus quędam esse vniuersalia/ quædam particularia. Cum vero corrũpi & quasi aboleri particularia necesse esset: excogitauit natura generalius quoddam quod omnia complecteretur/ genus/ & qđ vniuscuiusq; rei formam conseruaret/ speciẽ. Sed quo res planius intelligatur: ordine omnia exponemus/ atq; vnũquodq; tanq̃ in exemplo demonstrabimus. Socratem Platonem ac cæteros particularis homines similiter & flauum/ maculosum hunc equũ & illum vocarunt philosophi particularia/ siue indiuidua. Porro quę particularia ipsa comprehenderent/ vt vniuersalis homo et vniuersalis equus: vocarunt species. Quæ rursus species: appellauerunt genera/ veluti animal qđ continet vniuersalem & hominẽ & equũ. Quę vero media essent inter species & genera: dixerunt differentias/ vt rationale et irrationale/ q; alterum differre facerent ab altero. Rationale enim id dicitur: quod mentis iudicio ducitur ac ratione vt homo & dęmon. Irrationale vero: quod iudicij ac

rationis eſt expers/ vt equus/bos & ſimilia. Eruntq; particularibus vniuerſaliores ſpecies/ ſpecieb⁹ differẽtiæ/differẽtiis genera. Animal enĩ diuiſum/ cõtinebit rationale et irrationale. Rationale cõplectetur hominẽ et dęmona. Homo: Socratẽ et Platonẽ. Prętera id qđ alicui ſpeciei videbatur ſemper hęrere vt homini riſibile/ et equo hinnibile: placuit vt diceret̃ proprĩũ/ q; proprietatẽ ſuam intra vnã dũtaxat ſpeciẽ contineret. Id vero qđ abſq; vllo detrimento videbatur poſſe ab eo cui acciderat demoueri/ vt albũ/ nigrũ/ ſtare/ & ſedere: accidẽs nuncupatum. hęc vero nomina nõ vt grammatici vocabula/ aut iuriſconſulti & oratores verba: ſed generalius voces appellauere. Quarum alię quidem ſubſtãtiuæ/ aliæ vero adiectiuæ. hoc eſt alię ſubſtantiæ cohærent: aliæ inducuntur. cohęrent ſubſtantiæ: genus/ differentia & ſpecies. inducuntur/ propriũ & accidens. Vnde non immerito dicta a noſtris ſubſtantialia: quoniã ex his ſua cuiuſq; animalis ſubſtãtia ſignificatur/ ac eorum vnũquodq; fit particeps. Exempli cauſa/ Socrates qua homo: particeps erit ſpeciei. qua rationabilis ẽ: differẽtię. qua aĩal/ generis. Et cõtra Alexandri Bucephalus qua aĩal: generis. qua irrationabilis: differẽtiæ. qua vero equus: ſpeciei. Reliqua vero propriũ atq; accidẽs ſupſubſtãtialia/ ſiue inhærẽtia: quoniã in ſubiecta ſubſtãtię rationẽ non tranſferuntur. Propriũ tamen proximius: accidens remotiꝰ. illud enĩ ſemp in aliquo inexiſtet: hoc vero inibi erit/ inibi nõ. Vocataq; etiã ſunt ſeparabilia: q; ſeparari a ſubſtantia poſſint per cogitationem abſq; vllo (vt diximꝰ) detrimẽto. Oporteret enĩ aliter nigros non eſſe homines: ac ſiquis ridendi poteſtatẽ abiecerit/ ab humanis actionibus omnino tanq̃ ſibiipſi mortuum vacare. quo nichil abſurdius. En igitur quo proceſſit ordine Porphyrius. prępoſuit ea quę cohęrent: iis quę inducuntur. Rurſus ex iis quæ cohęrent: primo loco ſtatuit genus/ medio collocauit differentiam/ poſtremo ſpeciẽ. genus enim maiꝰ differẽtia: differẽtie vero ſpecie. Ex iis itẽ quę inducũtur/ ꝓximius ſubſtãtię propriũ: accidenti prępoſuit remotiori. ¶ Sed percõtabitur hoc loco aliquis: ſi generi & ſpeciei opponit accidẽs/ cur ergo in genera et ſpecies diuiſum? Dicemus: aliud eſſe cum res per ſe intelligũtur/ aliud cũ reſpectu ad alterũ. Quando enim per id ſolum quo res eſt/ rem intelligimus: dicimus vel eſſe ſubſtantiam/ vel quantitatem/ vel eiuſmodi. At vero quando reſpiciemus ad prędicamẽta poſt ſubſtantiam/ nõ vt per ſe exiſtant/ ſed vt illius egeant ad ſubſiſtentiam: accidẽtia nũcupabimus. item. In omni prædicamento: eſt (ſi longius proſpiciatur) et vniuerſale magis/ & particulare minus. et quo minus particularia differunt a magis vniuerſalibus/ hęc quę vocamus genus/ ſpeciẽ & differentiã/ vt demõſtrauimus. idẽ igitur alio atq; alio modo cõſideratum poterit eſſe et ſubſtantia & accidẽs. Poterit & diuidi in genera/ in ſpecies & in differentias: ſecundũ aliam atq; aliam prædicamentorum rationẽ. ¶ Cũq; ad diffinitionum traditionem/ & omnino ad ea quę ad diuiſionem & demonſtrationem pertinent: vtilis horũ ſit contemplatio. ¶ Intelligendũ hoc loco aliam Ariſtotelis/ aliã Platonis eſſe dialecticam. Ariſtoteles enim probabiles opiniones quinq; modis ſectatur: quẽadmodum in topicis diſſeruit. Plato autẽ quattuor: per diuiſionẽ/ diffinitionẽ/ demõſtrationẽ & reſolutionẽ. Neceſſaria igitur harũ quinq; vocum cognitio ad Ariſtotelis prędicamẽta/ & vtilis ad dialecticã Platonis/ immo ad omnem philoſophiam rationalem. Cuius quattuor dũtaxat ſunt partes: diuiſiua/ diffinitiua/ demõſtratiua/ et reſolutiua. Huius vero loci ſenſus latenter ſic intelligendus/ ac ſi diceret Porphyrius hunc libellum non modo ad aliorum philoſophorum ſcripta conferre: verum etſi nulla prorſus extarent ſcripta/ certe ad nouam quandam rerum omnium inueniendarum rationem/ vtilem futurũ. ¶ Sed ſuo ordine vnũquodq; breuiter exponamus. Diuiſiua Diuiſiuæ partis proprium eſt: propoſitum genꝰ recte in proprias differẽtias diuidere/ ſic. animal: rationale & irrationale/ mortale & immortale. non autẽ ſic. animal eſt aliud homo/ aliud equus/ aliud hoc & illud. Similes enim ſunt qui ita dicunt (vt ait Plato) coquis male ſecãtibus fruſta obſoniorum/ hoc eſt imperitis rudibuſq; hominibus. Diffinitiuæ autem prio- Diffinitiua prium eſt: vnicuiq; rei qđ ſuum eſt aſſignare. Præcedit autem diuiſiua. quoniam natura prior eſt & q̃maxime conficit diffinitiuã. Diffinitiones enim omnes: ex genere fiunt & conſtitutiuis differẽtiis. Verbi gratia. hominẽ quis diffinire volens: ex generis diuiſione excerpet quę ptinebũt ad diffinitionẽ hoc modo. Animal diuiſum eſt in rationabile & irrationabile/ mortale & immortale. Dicetur igit homo: animal rationabile mortale. Demõſtratiuæ propriũ eſt/ ex Demõſtratiua. propria ſubſtãtia rem oſtẽdere: nõ veluti ſolent oratores authoritate perſonarum & teſtium extimatione/ ſed vt Plato qui cum vellet in phædro demonſtrare immortalem eſſe animã/ Alcmæonis tamen Poetę ſententiam ſecutus (vt Ariſtoteles docet) ex eius ipſius ſubſtãtia ſic ratiocinatus eſt. Anima ex ſe mouetur, quod ipſum ex ſe mouetur: mouetur ſemper, quod

mouetur ſemper immortale. Anima igitur immortalis. Hæc eſt vera demonſtratio. Sic ſunt res diffiniendę, hoc ſit et noſtrarum demonſtrationũ perpetuo nobis exemplum. Veræ quidẽ demonſtrationes fiunt ex diffinitionibus. Atqui diffinitiones rei naturam oſtendũt. demonſtrationes igitur ex ipſa rerum natura eſſe debebunt: non ex iis quæ extrinſecus haud neceſ-
Reſolutiua ſario cõſequuntur. Iure igitur & tertium ordĩnẽ ſibi vẽdicauit demonſtratiua. hæc ſiquidem diffinitiuę auxilio eget: illa diuiſiuæ. reſolutiuę autẽ proprium eſt: compoſita reſoluere in ſimpliciſſimas ex quibus conſtant/ partium rationes. Verbi gratia. Apud grãmaticos: oratio in dictiones. dictiones: in ſyllabas. ſyllabæ in litteras & elementa. Apud philoſophos vero eos qui rerum naturã indagãtur: homo in caput/ manus/ pedes/ carnem/ oſſa/ neruos. hecrurſus in quattuor elementa. elementa vero in materiã & formã. Item & apud logicos: ſyllogiſmi in enunciationes quę & propoſitiones dicuntur. enũciationes in terminos: quẽadmodum in analyticis docet Ariſtoteles. Iure ergo prima omnium diuiſiua/ ſecũda diffinitiua/ tertia demonſtratiua/ quarta reſolutiua. Facta autem mentio illarum dũtaxat trium: quia ad illas potiſſimum vtilis hic liber. Demonſtratio enim omnis: fit ex diffinitionibus/ diffinitiones ex diuiſionibus/ diuiſiones vero fiunt ex generibus in ſpecies diductis per proprias differentias. de quibus in eo diſſeritur. Item quia tres illę ſunt inter ſe adalligatæ/ nec ſeiungi poſſũt: diffinitiua eget diuiſiuę/ demonſtratiua vtriuſq; reſolutiua vero nullius/ eſtq; contraria diuiſiuę. Soluit enim illa vnum in plura/ vt diximus/ hominẽ in membra/ membra in humores/ humores in elementa/ elementa in materiam & formam: hæc vero ex pluribus deſinit in vnũ. ſic. animaliũ aliud bipes/ aliud quadrupes: bipedum aliud ſenſu ſolo agitur/ aliud & ratione. qđ ratione agitur: homo. Item quia qui diuidit progreditur a ſimplicioribus ad cõpoſita: qui vero reſoluit/ a cõpoſitis ad ſimpliciora. Itẽ quia qui reſoluit cõtrarius ei qui diffinit. ille enĩ demolitor eſt ſubſtãtię: hic fabricator. Itẽ quia ſi cõtraria diuiſioni reſolutio/ eſt & diffinitioni. ſiquidem (vt dictũ eſt) diffinitio ſine diuiſione fieri nõ poteſt. Quinetiam & demõſtrationi: quæ non niſi ex diuiſione et diffinitione conſtabit. Qz autem reſolutiuam prætermiſerit: nichil id quidem refert. Namq; veluti decliue idem eſt atq; acliue/ nec differunt niſi ſolo habitu: ita et reſolutio eadem ac compoſitio/ tantum habitu differentes. Quando enim a primis principiis aſcenditur ad ſuprema: id eſt cõpoſitio. Quando vero a ſupremis deſcenditur ad prima: id eſt reſolutio. Item compoſitio ex ſimplicibus: terminatur in re ipſa cõpoſita. reſolutio ex compoſitis/ in re ſimplici. Componimus enim res ſimplices: reſoluimus cõpoſitas. nam quis in re tenui ſoluenda laboret? Et cum compoſitum aliquod reſoluimus: in plura id certe reſoluem⁹. Falſũ num igitur illud eſt: qui compoſitum reſoluit/ in vnum ſimplex reſoluere? Nequaq̃: at proxime accedit magis ad veritatem. dicemus tamen reſolui compoſitum in plura cõtinua/ & quod vltimum erit reſolui in vnũ. ſed ſciendum ſimplex in plura componi: non autem amplius reſolui. Vltimũ vero compoſitũ/ reſolui in continua plura: non autẽ amplius in ſupremum vnum componi. Qz vero diffinitionem quę poſterior eſt/ prępoſuerit diuiſioni: ne quid dubites/ dicemus. Primum quidem nichil prohibere/ quin in ſubiecto quæ libuerit ordinare noſtro arbitrio poſſimus. Deinde quo ad nos prius eſſe compoſita ex diffinitione cognoſci: atq; iccirco nõ irrationabiliter/ diffinitionem diuiſioni præpoſitam. Reſolutionem autem (vt diximus) ideo fortaſſe prætermiſit: q⁹ eadem videbatur ac compoſitio ratione ſubiecti/ ratione vero habitus/ minor. Horum contemplatio id eſt cognitio. Solent enim cognitionẽ ipſam philoſophi vocare contemplationem. ¶ Compendioſam tibi traditionem conficiens: breuiter in introductionis modũ quæ ab antiquioribus tradita ſunt adducere tentabo. ¶ Eſt nãq; & alia cõpendioſa traditio quę gratia cõmemorationis fieri ſolet per capita rerum/ eaq; vehementer eſt & cõciſa & breuis/ atq; iccirco dixit in introductionis modum. ¶ Ab altioribus quidem queſtionibus abſtinens. ¶ Tria ſunt quę pigriores efficiunt/ ac deterrent adoleſcentulos a ſcriptis aliorũ: prolixitas operis/ qualis olim in Chryſippo/ obſcuritas orationis circa verborum interpretationem. qualis in Heraclito/ qui ob id σκοτεινος (vt Cicero refert) cognominatus & in Lycophrone/ ac profunditas ſententiarum/ qualis in Timęo & Parmenide Platonis. A quibus omnibus/ quaſi alliciens ad ſe auditorem Porphyrius: libellum hũc ſuũ longe abeſſe oſtendit. Non fore prolixiorem ſignificat: cum dicit breuiter. Dictionis obſcuritatem non habiturum: cum dicit in introductionis modum. Cum autem dicit ab altioribus quidem abſtinens queſtionibus: declarat eum prorſus caritarum profunditate ſententiarum. Item cum dicit ſimpliciora: oſtendit facilitatem. cum dicit mediocriter coniectans: docet dictionis breuitatem ac modum. ¶ Simpliciora vero mediocriter coniectans. ¶ Non

ad rem ipſam rettulit. Philoſophorum enim eſt omnia per certam ſcientiam/ at non per coniecturas demõſtrare. Sed ad Chryſaoriũ/ ac ſi diceret: perſequens Chryſaorí/ ea quę maxime videbuntur ad te inſtituendũ pertinere. Nam (vt dixi) quod docẽt philoſophi: nõ per coniecturas docent/ ſed p veras demonſtrationes. ¶ Mox de generibuſq; & ſpecieb9. ¶ Pollicitus fuerat compendioſam Porphyrius ſe facturum diſciplinã/ aperta dictione vſurũ/ et profundiores quęſtiones poſthabiturum: ne quis autem diceret non eſſe profundam ſatis de his rebus quęſtionem/ voluit ex his latenter nobis ſignificare id ita eſſe. Sed age/ quo res ipſa manifeſtius intelligatur: breuiter pauca dicamus. Rerum omniũ quæ ſunt: alię perſiſtunt/ aliæ in ſola notione inſunt. Earum quę perſiſtunt: alię corporeæ/ aliæ incorporeæ. Incorporearũ: aliæ a corporibus poſſunt ſeparari vt rationalis anima & dæmon/ alię non poſſunt vt albedo/ nigredo et brutorũ animę. Earũ rurſus quę per ſe in noſtra notione inſunt: aliæ prius/ alię poſterius in anima genitę. Rerum omniũ: alię perſiſtunt/ aliæ in notione noſtra inſunt. Quæ intelliguntur: eæ perſiſtunt. quę non intelliguntur: nequaq̃. ſed ceſſante notione ceſſant et ipſæ: vt hippocẽtaurus/ hircoceru9/ & eiuſmodi. nõ enim tales vſq̃ extãt: ſed vidẽtes & equũ & centaurũ conformamus ipſi nos cogitatione noſtra quoddã ex vtroq; cõpoſitum/ qđ dicetur hippocẽtaurus. Similiter ex hirco & ceruo imaginabimur cõpoſitũ quoddã/ quod diceẽt hircoceru9: qui & vere erit hircoceruus. Neq; enim audiẽdus Antiſthenes: qui ponebat genera & ſpecies rerũ/ in nudis notionibus. equũ inquiẽs video: equinitatẽ non video. hominem video: humanitatẽ non video. vir ſolo vix ſenſu viuens bruto: nõ poterat ſeſe alti9 attollere. neq; quicq̃ aliud q̃q; quę ante oculos humi ſtrata eſſent/ intueri. ¶ Rerũ quę perſiſtunt: alię corporeæ/ alię incorporeæ. Negabant hoc alii: alii affirmabant. Eorum qui affirmabant: alij tãtum dicebant eſſe corporeas/ alii tantum incorporeas. qui dicebant corporeas: in ea ipſa opinione omnes permanſerunt. qui incorporeas (quãdo incorporearũ rerum aliq; (vt dictum eſt) per ſe perſiſtunt vt dęmon/ deus: aliq; in alteris vt albedo/ nigredo/ figura & eiuſmodi) aliqui dixerunt per ſe eas exiſtere/ aliqui in iis quæ ſenſibus percíperentur ineſſe. Rurſus poſtq̃ hæc quę ſunt in iis quę ſenſibus percipiuntur corpora: vel penitus commiſcentur/ quẽadmodum in ceruſſa albedo/ vel ſuperficie continentur ſola/ quẽadmodum ſpherica figura. Aliqui ea penitus cõmiſceri aſſeuerabant: aliqui in ſuperficie ſola apparere. Cæteri & circa ea contineri quę ὑφεστῶτα vocantur: nos circunſtantias dicere poſſumus loco ac tempore. Tales igitur cum fuiſſent de hac re diuerſitates: potis quidem erat de generib9 & ſpeciebus vt quęreretur/ ſint nec ne. Et ſi ſint: an in ſola notione permanerent/ quẽadmodum Antiſthenes opinabatur/ qui tamẽ cum deprehẽdiſſet perſiſtentia eſſe: inueſtigare amplius nõ potuit corporea ne eſſent an incorporea hęc quę perſiſterent/ quãdoquidem alteram diuiſionis partẽ abnegabat. Sed fac quo vis modo deprehenderit incorporea ea eſſe: non potuit iam rurſ9 inueſtigare/ an inſeparabilia prorſus eſſent a materia/ an eſſent i multis/ an & poſſent a materia ſeparari. Verum quo hęc ipſa manifeſtius intelligantur: tanquã exemplum ſubiiciamus. Neq; enim temere atq; imprudẽter hoc dictũ videri debet: res quę exiſterent/ alii corporeas eſſe dicẽbãt/ alij vero incorporeas. Rationabiliter quidẽ vtriq;/ neq; ob id inter ſe cõtrarii: neutri a veritate diſſentiunt hoc pacto. Intelligatur anulus qui inſculptã habeat alicuius imaginem: forte Achillis. intelligantur & cerulæ multæ diſpoſitæ: quę ab anulo comprimantur. mox & ſuperueniens aliquis videat cerulas/ vbiq; animaduerterit ſcieritq; omnes eiuſdẽ anuli impreſſione formatas/ cõtineat apud ſe in mente illam anuli impreſſionem: ſigillum illud anulo inſculptum/ dicetur ante multa. in cerulis vero effoꝛmatum: in multis. quod vero in illius qui ſuperuenerat mente continetur: ſuper multis ac poſterius genitum. Hoc idem intelligatur in generibus et ſpeciebus. Opifex enim rerum deus: rerum omnium penes ſe ſpecies habet. quas diuinus Plato ἰδέας appellauit. faciensq; hominem/ habet penes ſe ſpeciem humanam: ad cuius exemplum omnis homines facit. Sed inſurgent protinus ſophiſtæ pernegando vllas eſſe ſpecies apud opificem: aduerſus quos pugnare nunc nõ eſt propoſitum. Velim tamen non ſemper inſanire eos: ac perpetuo in errore verſarier. Audiant igitur hæc. immo Socratem potius ſi libeat cum Hippia diſputantem. SOCRATES. Omnium quicũq; rem aliquam operantur Hippia (vt michi quidem videtur) ea eſt conditio: vt aut ſciant quæ agunt aut neſciant. num idem videtur & tibi/ HIPP. Videtur. SOC. nonne qui ſciunt periti/ qui vero neſciũt rudes noiantur atq; ĩperiti/ HIPPIAS. noiantur. SOC. quẽ intelligemus peritũ Hippia: nonne qui eius rei quã factus eſt certã & rationẽ & ſpeciẽ habet/ HIPP. eum ipſum. SOC. Anulum igitur illum tuum/ quem in olympicis a te mira arte laboratum oſten-

Spherica figura: ſpherica pro circulari vſus eſt.

De ideis

GIRARDVS.

taſti: num effeciſſes/ ſi & ſculpendi ratione et anuli ſpeciem non habuiſſes? HIPP. non profecto. SOCRA. Et Phidias cū Mineruā q̄ in arce eſt faceret? HIPP. Minime. SOC. Eia age bone vir/ illum qui a nobis Δημιουργος/ a poetis rerū opifex dicit: qualē credis? HIPP. Maximum. SOCR. Putas ne eum certa ratione agere/ quēadmodum periti ſculptores ſolent: an potius ceco et fortuito euentu/ quēadmodum rudes atq; inexperti? HIPP. Certa ratione o Socrates quemadmodum periti. SOC. Dices ne eum irrationabili potentia ignariter agere/ veluti naturam? HIPP. Nequaq̄. SOC. Fatendum ne/ præſciri ab eo quę a ſe fiunt: vt ii hominem faciat/ cognoſcere ſe facturum hominem/ ſi equum/ equū? HIPP. fatendum. SOC. Nonne quemadmodum in te erat ſpecies anuli et in Phidia ſpecies Mineruæ: erunt ſimiliter in eo ſpecies hominis et equi? HIPP. erunt. SOC. Habebit igitur is rerum quas facit omnium in ſe ſpecies? HIPP. habebit. Sic quidem cum Hippia pro diſcipulo Socrates. Nos pro præceptore in eādem ſententiam: lemmatis quibus vtuntur ipſi/ vtamur/ vt ſuis armis confodiantur vel occidant potius. Hoc modo. Aut cognoſcit opifex quæ a ſe fiunt aut non cognoſcit. ſi non cognoſcit: nichil quidem fiet. ſiquidē nemo facere poteſt quæ ignorat. neq; enim dicendum irrationabili potentia agere/ ſicuti naturam. Si cognoſcit & vt par eſt certa cum ratione agit: fatendum quidē erit præcognoſcere eum quæ facit. ſi pręcognoſcit: negari certe non poteſt/ ineſſe in rerum opifice/ rerum ſpecies. ¶ Sunt autem huiuſmodi ſpecies in opifice/ veluti in anulo typus ac ſigillum Achillis: dicenturq; ante multas/ & a materia ſeparatæ. ſpecies autem ſingulorum hominum veluti cerulæ ſigillo efformatæ: dicēturq; in multis & a materia non ſeparatę. At ſpecies illa quam in ſingulis hominibus eandem eſſe videntes/ colligimus in mēte/ veluti is qui ſupuenerat: ſuper multis ſiue poſt multas & poſteriꝰ generata. poteritq; & a materia ſeparari et non ſeparari. ſeparari quia in anima exiſtit: nō in corpore. non ſeparari: quia per ſeſe penitus ſemoueri non poteſt/ quēadmodum ſpecies quas poſuit Plato. Non enim voluit (vti diſcipulus Ariſtoteles opinatus eſt: & plerique omnes peſſime interprætantur) ſpecies eas/ ſimpliciter eſſe intelligentias/ ſed quaſdam tantumodo eſſentias intelligibiles/ quas tanq̄ pictas tabellas inſpiciens mundi opifex/ inferiores has ſpecies facit. Hęcitaq; Porphyrius/ quęrere incorporeæ ne ſpecies ſeparentur a materia/ vt quę ſunt in opifice/ an non ſeparentur vt quę ſunt in multis/ an ſint poſt ea quæ ſenſibus percipiuntur/ hoc eſt ſuper multis: prorſus (inquit) recuſabo. ¶ Sciendum eſt autem in his videri Ariſtotelē ac Platonem non conuenire. Ariſtoteles eas dixit nō ſeparari poſſe a materia: Plato vero ſeparari. Differant autem inter ſe philoſophorum opiniones vel non differant: non eſt hoc loco diſputandum. Michi quidem Ariſtoteles videtur/ non niſi naturaliter eas intellexiſſe: diuinꝰ autem Plato/ diuine. Vides nunc Frater: q̄ longo interuallo ab Ariſtotele diſtet Plato. an nō tantum quantū a natura deus? ille quidem ſupra hominem naturę totius penetralia perſcrutatus eſt: hic ſupra naturam/ olorino volatu conſcendit ad ſuperos/ ſummo opifici non gratus modo/ ſed & familiaris. Ille mirandum humanæ naturæ domicilium: hic et diuinę adorādum ſacrarium. Non equidem hęc/ vt comparationem vllam inter eos facerem/ Platoniſq; noſtri laudes ingererem/ qui neq; ſatis neq; diu multum (vt Cicero ait) laudari ab omnibus poſſet: ſed te vt commonerem iſtos Sophiſtas non eſſe auſcultandum qui ita Platonis ideas inſectantur Ariſtoteli diſcipulo adnitentes/ vt Platone ipſo ignarius nichil/ ſuis captiunculis eſſe confingant. ¶ Hoc autem quēadmodum & de his et de præpoſitis λογικωτερον. ¶ Pollicitus fuit philoſophus Porphyrius/ libellum hunc fore vtilem ad Ariſtotelis prædicamenta: idem & nunc confirmat. Dicit enim ſe de iis non theologice aut naturaliter/ ſed potius logice locuturum. Logices vero (quæ modo rationalis/ modo ſermocinatiua dici poteſt) tot ſunt ſpecies quot & modi ſermonum. ſermonum autem modi plures. Enunciatiuus (vt ex Poeta Virgilio exempla ponamus) Atregina graui iam dudum ſaucia cura: vulnus alit venis & ceco carpitur igni. Optatiuus: Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus oſtendat nemore in tanto. Præcatiuus: Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. Vocatiuus ſiue compellatiuus: O regina nouam cui cōdere iuppiter vrbem. Imperatiuꝰ: Ferte viri ferte arma viri. Permiſſiuus: ſubducite claſſem. Hortatiuus: Eia age rumpe moras. Interrogatiuus: Tu ne ille æneas quem Dardanio Anchiſe/ alma venus phrygij genuit ſimoentis ad vndas. Sunt & alii plures/ ſi diligenter inſpexerimus: ſed ad commemorandum non neceſſarii. non enim de omnibus hic agitur: ſed de ſolo enunciatiuo. quippe quoniā is ſolus eſt intellectuæ animę nūcius/ reliqui cōcupiſcibilis. Nā qui optat/ alicuius rei voto optat: & qui vocat alicuius rei cupiditate vocat. Similiter et qui quouis modo quempiam alloquitur.

Lemmata/ ſumptiones

¶ Sūt autē huiuſmodi ſpecies ī opifice. Cognoſcit & p̄cognoſcit & omnia quidē in veritate/ ineffabili modo cognoſcit: ſed non vt nos per ſpecies quas ex obiectorū cogitatione nobis vēdicamus. Et ibimus inficias aliā ſpeciē hominis & aliam ſpeciē leonis/ aliā et aliā ſpeciē arboris et ſerpētis eſſe in deo/ quo modo comminiſcuntur Platonici: et intelligibiles illas eſſētias/ quas veluti pictas tabellas inſpiciat mundi opifex vt inferiora efficiat. figmenta enim ſunt hæc quæ nec Peripatetici credunt/ nec Chriſtianis vt credātur/ ingerenda ſunt: ſed omnium rerum eſt vna ſimpliciſſima veritas/ ſapientia et ęternū ineffabile verbum. quod nec Plato/ nec philoſophi cognouerunt/ in quo & per quod facta ſūt omnia: ſed illi nouerunt q̄ dicere potuerunt vidimꝰ et teſtamur et ānūciamus vobis vitam æternā q̄ erat apud patrē et apparuit nobis.

cc

Item quoniam is vel omnino verus est vel falsus/ veluti cum dicitur anima mortalis est. hic namq; vel veritas inest vel falsitas. reliqui vero neq; veritatem ostendunt/ neq; falsitatem. Enunciatiuus autem sermo est ille: qui rem vel esse vel non esse ostendit. Cõtinetq; in se duo: suppositum et prædicatum. Suppositum: est id de quo fit sermo. Prædicatum vero: quod de eoipso dicitur. vt homo est animal: homo est suppositum/ animal prædicatum. Item anima est immortalis: anima est suppositum/ immortalis vero prędicatum. ¶ Λογικωτερον. Possumus quidem de generibus et speciebus theologice loqui: vt cũ quærimus sic. Habet ne apud se generum & specierum comprehensionem deus an non? Item sic. Vtra nam verior est opinio: Platonis q̃ dicit ideas intelligibiles per sese existere/ ac vere primas esse essentias/ an Aristotelis qui id sedulo pernegat? Possumus item & naturaliter sic. Fortassis generum ac specierum natura rationes habet. non enim quo modo nix per se frigefacit/ ac per se ignis aduritita videri et eã ipsam per se temere atq; inconsulto agere/ sed ratione potius. et si quę agit minime intelligat: fortassis non habet. Item sic. Vtrum simpliciter vniuersale animal et vniuersalis homo dicatur esse in multis an non? Vtrum communis quędam substantia possit in singulis considerari/ cum quod sic consideratur diuidi minime possit: an non? Possumus postremo & logice de iisdem sic. Quę quibus supponantur? quæ de quibus prędicentur? Prædicantur quidem genera de differentiis ac speciebus: sed nõ econtrario. ita namq; coordinata inter se sunt: vt ordinem nunq̃ commutent. primo quidem: genus. secundo: species. medio: differentia. Et oportet quidem superiora prædicari de inferioribus: ac non de superioribus inferiora. Si enim dicamus/ omnis homo animal: verum dicemus. sin conuerterimus/ omne animal homo: falsum. quoniam subiectum est inferiori quod erat superius. Item si dicemus sic/ omnis equus irrationabilis: veri quidem erimus. sin econtrario sic/ omne irrationabile equus: mentiemur. nam irrationabile hic non debuit esse suppositum equo: quemadmodum neq; homini (vt dictum est) animal. Cum igitur logice enunciatiua potissimum specie contineretur/ enunciatioq; omnis suppositio constaret et prædicato/ suppositum autem et prædicatum haberi sine generum & specierum cognitione nõ possent/ generaq; & species pluribus modis considerarentur: de iis inquit λογικωτερον hoc est vt logici potius consueuerunt pertractabo/ non autem vt theologi aut naturales. ¶ Illud autem quẽadmodũ de iis ac propositis λογικωτερον antiqui pertractarunt. ¶ Logice pertractare proprie dicitur: rerum accidentia quærere. naturaliter: rerum substantias indagari. theologice vero: vnde omnia fluxerint/ vnde res principium habuerint: perscrutari. Naturaliter igitur de generibus et speciebus ac reliquis tractare (vt iam diximus) est cum de iis quæ in sensibus percipiuntur quærimus: quẽadmodum Aristoteles. Theologice autem cum quę in opifice sunt perscrutamur/ quẽadmodum in Parmenide diuinus Plato. Logice vero est: cum enunciatiuas rationes inuestigamus/ quẽadmodum in hoc libro Porphyrius. In omni autẽ enunciatione sunt suppositum & prædicatum. Suppositum autẽ & prędicatum omne: aut est genus/ aut species/ aut differentia/ aut proprium/ aut accidens. Quemadmodũ de his/ generibus et speciebus/ et de propositis reliquis tribus differentia/ proprio et accidente. vel potius sic. dicens Porphyrius de his: intellexit genus differẽtiam et speciẽ. apponens aũt illud et de propositis: reliqua duo proprium & accidens. ¶ Et horum maxime Peripatetici: nunc tibi tentabo monstrare.

¶ Philosophꝰ Porphyrius huius disciplinæ inuentionem nõ sibi vendicauit. sed ex omnibꝰ (inquit) antiquis qui de his ipsis logice pertractarunt: Peripatetici q̃ maxime diligẽtes fuere. Peripateticorum autem appellationem hinc ortam esse aiunt. Solebat diuinus Plato in academia frequenter cum familiaribus deambulando se exercere/ vt per exercitationem (quam magnopere comprobabat) corpus aptius ad animæ splendorem suscipiendum efficeret. Artificis enim opus quale sit: plerumq; ex instrumentis dinosci solet. Itaq; qui cum Platone in academia erant: a deambulando sunt Peripatetici cognominati. Post Platonis vero interitum: Aristoteles ac Xenocrates discipuli/ gymnasio succesſere. Aristoteles in Lycæo: Xenocrates in academia. Qui Aristotelem secuti: Peripatetici ex Lycæo dicebantur. qui Xenocratem: Peripatetici ex academia. Moxqui cum Aristotele erant: obsoleta loci cognominatione/ ex actione dicti tantum Peripatetici. qui vero cum Xenocrate: contra/ vocabulum ipsum loci tenuerũt/ atq; actionis cognominationẽ perdidere/ vocatiq; academici. Cõfecturus itaq; Porphyrius vtpote Platonicus/ ex iis quę a Platone dicta fuerant/ compẽdiosam institutionem/ scripturusq; vtilem ad prædicamenta Aristotelis libellum: demonstrabo (inquit) quẽadmodũ de his antiquiores pertractarint/ & maxime Peripatetici. Videtur autẽ.

GIRARDVS.

Et ideæ illę ob quas tã imodice Gauricus hic laudat Platonem: nõ tam Platonis q̃ dęmonii Socratis erãt. illas enim Plato a Socrate acceperat. Quo fit vt laudes illę si quæ debẽtur/ Socrati prędebeãtur q̃ Platoni. et vt Platonis (vt neq; Socratis) diuinitas supra dęmonicã nõ conscẽdat. quod et testatur liber: qui de dęmonio Socratis inscriptꝰ ẽ. Cũ igitẽ audis diuinũ Platonẽ a Platonicis appellari quos et i nũcupatione imitatus est Augustinus: intellige a figmẽto de diuinis dęmoniaco sic appellari. nõ aũt quo modo diuinũ aut Paulum/ aut Bartholomęũ a verę diuinitatis agnitione appellares. Hęc Athanasij et catholicorum sententia est. Hęc pfecto stulta nũcupatio diuinus Plato: multos imperitos mouit i sui perniciem/ vt CHRISTO derelicto post Platonicos Iãblicum/ Porphyriũ/ Syrianũ/ Proclũ/ Amulium et reliquos desiperent. At viuat CHRISTVS & q ad eum rectius instituũt. Sciantq; Platonici velim/ non protinus quẽ piã esse Sophistã q pedibus manibusq; vt aiunt) i Platonis placita non repat/ sed potiꝰ crediderim qui (iuxta apostoli sententiã) incidunt in tentationem & i laqueũ diaboli.

GIRARDVS. decem ſunt (vt iam dictū eſt) generaliſſima genera: ſubſtãtia/ quãtitas/ qualitas/ ad aliquid/ vbi/ quando/ ſitus/ habit9/ actio et paſſio. Horū ſola ſubſtantia per ſe exiſtit: reliqua vero tanq̃ ipſius ſubſtãtię accidẽtia. cõueniet tamen hęc ipſa generis deſcriptio/ his omnibus. Neq; dixeris qui conuenire poterit omnibus: cum inter ſe tantopere differant? quicquid enim acciderit ſubſtantię cum videlicet tanq̃ genus diuiditur in ſpecies: illud idem accidet et reliquis. Diuidũtur enim & ipſa in ſpecies/ tanq̃ genera. Aliudq; eſt cõſiderare ea/ vt ſubſtãtię ſunt & accidẽtia: aliud vt genera generaliſſima/ quod ipſum eſt commune omnibus.

¶DE GENERE. Cap. IIII.

» Videtur autem neq; genus neq; ſpeciem ſimpliciter dici. ¶Poſtq̃ & propoſitum & libri vtilitatem ſignificauit/ oſtenditq; introductionis modum/ cum dixit ſe ab altioribus queſtionibus abſtinere/ & faciliores velle conectare/ demonſtrauitq; quæ altiores/ quęue ſimpliciores eſſent: nunc ad ipſam quã propoſuerat/ dictarum quinq; vocum inſtitutionem deſcendit. Ac rationabiliter quidem primũ de genere: tum quia ordinem habuit primũ/ tum quia plures ſub ſe ſpecies comprehendit. eſt autẽ q̃ ſpecies prius genus per cauſam. Quomodo per cauſam? Quę ad aliquid ſunt: neceſſe enim ſubſtantias prius eſſe. quę ad aliquid futura ſunt: altera antiquiora alteris. vel per rationẽ ſubſtantiæ id ẽ per cauſam: vt pater filio. niſi enim patris ſubſtantia fuiſſet: filius non eſſet. pręceptor diſcipulo/ & dominus ſeruo. Dicitur quidem pręceptor cauſa diſcipuli: et dominus cauſa ſerui. Niſi enim Plato fuiſſet: Ariſtoteles diſcipulus nũc tantus non eſſet. Et niſi Cæſar fuiſſet: Romani nunc amiſſa Rep. non ſeruirent. Vel per rationem temporis: cum videlicet reſpicitur ad ętatem. vt Sophroniſcus iam ſenex: antiquior Socrate filio adoleſcente. Plato: Ariſtotele diſcipulo. Sempronius: Titio ſeruo. Priora tamẽ quę ad naturam: mutuo inter ſe/ per rationẽ ſubſtantię/ ſiue per cauſam ſunt conſtitutiua. Poſteriora hęc quę ad fortunam & magiſteriũ: cõmutationẽ quoq; interdum etiam patiuntur per rationẽ temporis. vt antiquior fuit Tuditano domino Meuius: et Hermogene pręceptore Marcus. Genus itaq; et ſpecies ſunt ad aliquid. Species ſiquidem generis eſt ſpecies/ et genus ſpeciei eſt genus. Si ad aliquid neceſſario (vt dictum eſt) et ſubſtantię: genus vero non erit q̃ ſpecies prius per rationem temporis/ ſed per rationem ſubſtantię conſtitutiuũ ſubſtantię ſpeciei. Diuiditur enim genus in ſpecies. Omne autem diuiduum/ & natura prius eſt q̃ partes & conſtitutiuum. Per ſubſtantię igitur rationẽ: prius genus q̃ ſpecies. At quęcunq; per ſubſtantię rationem priora: per cauſam ſunt priora. genus igitur q̃ ſpecies prius eſt per cauſam. Meritoq; cum antiquius ſit: ſpeciei & differentiæ/ ac reliquis/ prępoſitum. Simili nãq; ordine & natura vtitur i omni generatione. Primo enim ſemen ſuſcipiens: vitale facit. Deinde ſenſus prębẽs: facit eſſe animal. Deinde animum & cõ cupiſcentiam: facit irrationabile animal. Poſtremo perfectam rationem: & facit hominẽ. Per ſubſtantię igitur rationem genera priora ſunt q̃ ſpecies. Qua vero mutuo inter ſe habitu in aliis coexiſtunt & dimouentur genus & ſpecies: nomina tantum. ¶Sed ſi quęſitum fuerit: quare hoc loco de ſpecie mentionem fecerit ac non etiam de differentia et reliquis? dicem9 q; genus & ſpecies ſunt (vt diximus) ad aliquid. Species enim generis eſt ſpecies/ & genus ſpeciei eſt genus. Neceſſeq; in docendo quę ad aliquid ſunt: docentem alterum/ meminiſſe & alterius. Recte igitur Porphyrius cum de genere loqueretur: meminit ſimul etiam ſpeciei.

Deide animum. Nos fortaſſe id nõ tribuemus puerũ dici prius irrationale aĩal et ſubin de aĩal rationale. nam rationale & irrationale differẽtię ſũt eſſentiales et oppoſitę/ ſe nunq̃ viciſſim permittẽtes.

Vtitur autem regula quadam Ariſtotelica/ quę iubet eum qui de aliquo ęquiuoco nomine ſub quo plura contineantur ſit locuturus/ oportere primum eius ipſius nominis ſignificationes explicare. Deinde in quã ſignificationem loquatur pręmonere. Conſueuit enim plerumq; ομωνυμια id eſt ęquiuocatio: obſcuritatem atq; errorem ingenerare/ cum aliam qui loquitur/ qui audit aliam eiuſdem nominis ſignificationem accipiant. Verbi gratia. ſi de cęleſti cane locuturus dixeris ſic. Canis ortu & occaſu fruct9 diſcriminat. vi. nonas Maij occultatur. xv. cal. quintiles emergit: ſitim morboſq; ferens mortalibus ęgris. niſi prius edoceueris/ de quo cane loquaris: certe ambiguitatem facies in animis auditorum. Enumerandę quidẽ prius erant eius ſignificationes ſic. Canis alius eſt terreſtris/ marinus alius/ alius cœleſtis: deinde dicendum: nunc de cœleſti loquor. Quod idem Porphyrius hic facit. Enumerat quidem primum ſignificationes generis: deinde oſtendit de quo loquatur. Illud autem videtur/ nõ ſomnians dixit: veluti apud poetam æneas. In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector. viſus adeſſe mihi vltro flens ipſe videbar/ compellare virum. Vel confuſam habens mentem ſic/ Subito cum creber ad aures viſus adeſſe pedum ſonitus. Infœlix ſimulacrũ atq;

Poetica hęc

ipſius vmbra creuſæ viſa michi ante oculos et nota maior imago. Sed potius vigilans: veluti cum Poeta dixit. Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Apparet domꝰ intus et atria lõga pateſcunt. Apparẽt Priami et veterum penetralia regum. Apparẽt dirę facies inimicaq; Troię numina magna deum. Verbum enim videtur/ modo imaginem tantum rei oſtendit/ vt ex Poetę exemplis manifeſtum/ modo opinionem/ modo et veritatẽ. quę ſignificatio apud iuriſconſultos vſitatiſſima. Opinionis: vt ex Vlpiano exempla ponamꝰ de vi. ſic. Qui per vim poſſeſſionẽ ſuã retinuit: labeo ait non videri vi poſſidere. idem ait qui metu turbæ perterritus fugerit: vi videri deiectum. Item deiecíſſe is videtur qui mandauit vel iuſſit vt aliquis deiiceretur. Si familia mea ex volũtate/ mea deiecerit: ego videor deiecíſſe. Veritatis/ Africanus ſic: quia vbi legatarius non repudiauit retro/ ipſius videtur res/ ex quo hereditas adita eſt. Item/ ſed verius eſt etiã ſi vnus ſeruus vi deiecerit familiã/ deiecíſſe videri. ac mille alia eiuſmodi. Vtriuſq; autẽ & opinionis ſignificandę et veritatis definiẽdę ex Modeſtio exemplum erit hoc. Quiſquis michi alius filiꝰ filiúe heres ſit: labeo ait non videri filiã contineri. Proculus contra. Michi labeo videtur verborũ figuram ſequi: Proculꝰ mẽtem teſtantis. opinionis illud: hoc veritatis. Apparet vero verbum: ſemper ex ſuperiori aliqua cauſa ad certitudinem refertur. Vlpianus: vim vi repellere licere Caſſius ſcribit. idq; ius natura comparatum. Apparet autem ex eo arma armis repellere oportere. Celſius. Mouentium item mobilium appellatione idem ſignificamus. ſi tamen apparet defunctum: animalia dũtaxat quæ per ſeipſa mouerentur/ mouentia vocaſſe. Sed quid sõnians/ quid vigilãs/ Academicus Porphyrius Academicorum verbo vſus eſt: qui cum certi nichil affirmare auſint prudentiſſime in omni re hoc opinionis verbo vtuntur. Vnde & frequens illa apud Ciceronem noſtrum clauſula eſſe videatur. ¶Simpliciter dici. απλωσ ſimpliciter quattuor modis intelligitur. apud oratores vniuerſaliter. απλωσ ειπειν vt vniuerſaliter dicamꝰ. Apud Ariſtotelem/ propríe. απλωσ γενεσισ proprie generatio. Significat itẽ immerito vt cum dicimus ſimpliciter dominus ſeruum verberat hoc eſt indigne/ non ex merito. Significat & ſimpliciter hoc eſt abſq; perplexitate/ vt cum dicimus ſimplex ſermo verus. απλωσ igitur hoc loco accipitur in poſtremam hanc ipſam ſignificationem pro ſimplici et vnica ratione: perinde ac ſi diceret genus quidem ac ſpecies pluribus modis dicuntur. ¶Genus namq; dicitur & aliquorum quodam modo ad vnum aliquod ſe habentium: et mutua inter ſe congregatio. ¶Dicit primã generis ſignificationem: oſtenditq; idipſum duos habere relationis habitus. alterum multitudinis ad vnum: vt Heraclidarum ad Herculem quatenus ex hoc dicũtur illi habere genus. alterum multitudinis ad multitudinem: vt Heraclidarum inter ſe quatenus alteri alteris dicũtur auũculi et nepotes. Illud autem quodã modo/ pulchre appoſitum. Eorum enim quæ ſub eodem genere ſunt: alius atq; alius eſt relationis habitus. nam vel auunculi ſunt aliorum alii: vel filii vel fratres et eiuſmodi. ¶Heraclidarum dicitur genus. Dicẽdo Heraclidarũ: ſeparat idipſum ab aliis generibus/ Tantalidarum/ Atridarum & cæterorum. Et ab habitu vniꝰ et a multitudine habentium quodã modo mutuam inter ſe ab illo affinitatem: ſecundum quod duo rurſus ſuſcipiuntur relationis habitus. Vnius ad vnum: vt Herculis ad Lycum/ et cauſę ad cauſatum/ vt patriæ ad ciuem/ vt cum dicimus Platonem genere Atheniẽſem/ Pindarum vero Thebanum. ¶Sciendum eſt autem quattuor modis dici habitum. Reſpectu artis: vt præceptoris ad diſcipulũ. Reſpectu fortunæ: vt domini ad ſeruum. Reſpectu electionis: vt amici ad amicum. Et reſpectu naturæ: vt patris ad filium. ſuperiorum autem habitus/ eſt reſpectu naturæ. ¶Secundum deciſionem eam quę ab aliis generibus eſt nuncupata. ¶Intelligendum hoc loco naturam rebus omnibus ſignificatiuas voces et nomina præbuiſſe: vt diſtincte cognoſceremus/ hunc vocari hominem/ huncbouẽ/ hũc equum. Artes vero ſingulas quiddã ſibi proprium ac nouitium excogitaſſe: atq; vt apertius res ipſę intelligerentur/ propriis rebus atq; inſtrumentis proprias voces ac nomina impoſuiſſe. Exẽpli cauſa. Geometræ cũ multas adinueniſſet triãgulorum differentias / alium ſcilicet habentem tria æqualia latera/ alium duo tantum/ alium inæqualia tria: propriis vſi ſunt nominibus/ vocaueruntq; illũ qui tria æqualia latera haberet: iſopleuron/ qui duo: iſoſceles. qui vero inæqualia tria: ſcalenon/ eiuſmodi nominibus vniuerſam eorum proprietatem declarantes. Itaq; nomina: res ſignificarunt. ¶Hęc autem videtur in promptu generis ſignificatio. ¶Paulo obſcurior hoc loco philoſophꝰ. debuerat namq; priuſq; ad primam generis ſignificationem deueniret: ſignificare de quo genere loqueretur. Verum tamen exempla ipſa late declarant: loqui eum de priori ac non de poſteriori. Videtur inquit hęc ipſa generis ſignificatio in promptu eſſe/ id eſt nobis notior/ ac conſuetudine quadam vſuq; frequentior. In promptu autem ac conſuetudine notiorem nobis ſignificationem dicit habitum

Caſſidica ſi ue iuridica hęc

multorum ab vno/vel multorum ad multos. ¶Sed dubitare quis merito hic posset: quã ob causam potius primi generis significationem in promptu dixerit q̃ secundi. cum præsertim hoc ipsum sit multo notius naturę: quę semper ex vno vnum prius facit q̃ ex multis multos. Sciendũ ꝙ secũda generis significatio/quę est quo ad nos secũda: quo ad naturã est prima. Primo enim ab Hercule fit vnus/deide plures. Prima vero significatio quę est quo ad naturã prima: quo ad nos secũda. Nam vt semel in vniuersum dicam: quęcũq; sunt priora naturæ/ nobis fiunt posteriora. et ecõtrario: quęcunq; sunt nobis priora/ naturæ fiunt posteriora. Exempli causa. Priora naturę sunt primũ materia et forma/mox quattuor elementa/deinde caro/nerui/ossa et cæteræ eiusdem generis partes/postremo homo. fertur nãq; natura semper a superioribꝰ ad inferiora. Nobis vero q resupine semper quæ inferiora sunt aspicimus/ quiq; a ꝓximioribꝰ ad remotiora hoc est ab iis quę adsunt ad ea quæ longe a corporibus absunt/ deducimur: primũ cognoscitur homo/deinde ex quibus componitur ossa/ caro/nerui/mox quattuor elementa/postremo materia et forma. Quare quæ sunt priora naturę: nobis semper fiunt in cognitione posteriora. et quę sunt naturæ posteriora: cognitione nobis fiunt priora. Manifestior igitur generis significatio prima: immanifestior secũda. meritoq; Porphyrius eo modo perdocuit. etenim in omni prę-
» ceptione: tradenda prius quę nobis sunt manifestiora. ¶Et quod philosophorum genus
» de quo est sermo videtur cum supradictis generibus similitudinem quandam habere.
¶Dubitabitur forsan: quã ob causam cum et alię sint generis significationes/solam hanc enumerauerit. nam quod et aliæ sint: ostendit Plato qui genera entis in Sophista dixit esse/ substãtiam (dura quidem nomina: sed quæ iam invsum venerunt) identitatem/alteritatem/motum & statum. Dicemus hoc ideo factum: quia proposuerat (vt ex superioribus patuit) de iis se potius scripturum quæ pertinerent ad Aristotelẽ/q̃ quæ ad Platonem. Nec naturaliter/quẽadmodum in Physicis, vbi inuenitur subiectam vnicuiq; arti materiam genus vocasse/vt in fabrili ligna/ in medicina corpora humana/et in cũctis naturalibus materiam primam: sed logice id est quatenus ad logicam videbuntur pertinere. ¶Aliter autem rursus dicitur genus cui subiicitur spe
» cies per similitudinem fortasse eorũ quæ superius exposita sunt. ¶Tertiam dicit generis signi
» ficationem: de qua agitur. Habet autem similitudinem quãdam eorum quæ prępposita sunt. Nam quẽadmodum prima generis significatio duos quosdam habet relationis habitus/ multorum ad vnum/et multorũ inter se: sic & species ad genus et inuicem inter se. Item quẽadmodum secunda significatio habet relationem vnius ad vnum/et causæ ad causatum: sic & genꝰ vnius ad vnum/vt animalis ad hominem/et causę ad causatum. ¶Fortasse. Primi quidem nomenclatores cum vellent/ familiæ discernerentur: hoc Heraclidarum vocauerunt genus/hoc Eacidarũ/ illud Pelopidarum. Ad quorum imitationem philosophi sua genera nuncuparunt. Nãq; veluti Heraclidarum dictum genus id quod vniuersos continet qui ab Hercule sunt procreati: sic et particularium animãtium genꝰ dictum vniuersale animal/ qđ hominem/equum/ canem ac cætera contineret. Dixit autem fortasse cum addubitatione: quia ambiguum videbatur vtrum ne philosophi hanc appellationem prius adinuenissent/ an nomenclatores. Plerũq; etenim a nomenclatoribus philosophi: et a philosophis nomenclatores deprehensi rerum
» denominationes accepisse. ¶Cũ igitur genus tripliciter dicatur: de tertio est apud philosophos
» sermo. ¶Postq̃ enumerauit Porphyrius generis significationes: dicit tertium esse genus quod
» a philosophis cõsideratur. ¶Quod et describentes assignauere. ¶Dicẽdum est nobis hoc loco quid sit descriptio/et quid diffinitio: queue inter vtrãq; differentia. Mox et quare per descriptionem genus ipsum edocuerit/ac non per diffinitionem: cum diffinitio subiectæ rei substantiam ostendat/descriptio solam ipsam a grorum proprietatẽ/sitũq; significet. fundos enim sepiendo: nichil adimitur de alienis. In omnibꝰ quidem rebus: & vnũ inest & plura. Proinde vnũquodq; vel per nomen significatur/vel per orationem. Per nomen: vt cum vnum aliquod dicimus sic/ homo. Per orationẽ: quãdo quid multiplex significamꝰ/ sic/homo animal rationabile mortale. Qui sermo si ex iis fuerit q̃ rebus (vt ita dicã) substãtialiter inexistunt: vocabitur diffinitio. vti hoc: hõ est aial rationabile mortale. Sin vero ex iis q̃ adueniũt: descriptio. vti hoc: hõ ẽ aial qđ recte incedit/ latos vngues habet/et manibꝰ vtitur. Adueniũt quidẽ hęc atq; coincidũt i substãtiam hominis: sed non componunt perfecte hominem sicuti superiora. Differt autẽ diffinitio a descriptione: ꝙ diffinitio ex substantia rem ostendit/descriptio ex accidentibus. Dicta autem ὑπογραφη descriptio quasi σκιαγραφια hoc est vmbratilis pictura/ quã vulgo designationem vocant. Vt enim quæ i tabulis fiunt vmbrę quid imago ipsa representet/ ostendunt nõ tamen perfecte quemadmodũ pictura: ita & descriptio quid res sit docet/ nõ tamẽ perfecte quẽ-

admodum diffinitio. Eritq; diffinitio ſimillima picturæ expreſſæ: deſcriptio vero adumbratili. Cum itaq; omnis diffinitio ex genere ſuſcipiatur ac cõſtitutiuis differentijs/ generaliſſimiq; generis non ſit genus/ ac conſequẽter neq; differentia ex quibus potuiſſet diffiniri: neceſſario cum diffinitionem non inueniſſet/ confugit ad deſcriptionem. Semper enim quas nõ poſſumus res diffinire: deſcribimus. Diffinitionem autem generi cur nõ aſſignamus: multæ ſunt cauſæ. Primum quia (vt ſupradictum eſt) de quo loquimur vniuerſale eſt/ atq; omnibus poteſt aliꝭ generibus adaptari/ nec vllum habet ſupra ſe genus/ & conſequẽter neq; diffinitionem quę ex genere conſtat & conſtitutiuis differentijs. Cõſtitutiuæ autẽ differentiæ nunq̃ poterunt eſſe: ſi nõ ſit genus. Sunt enim eæ ſpecierum diuiſiuæ: ſpecies autẽ ipſę generum/ vt paulo poſt dicetur. Cuius quidẽ non eſt genus: nunq̃ & conſtitutiuę eius erunt differentiæ. ¶ Deinde quia genus ipſum æquiuocum. decem quippe modis apud Ariſtotelem dicitur genus. æquiuoca autẽ diffiniri non poſſunt: cum ſimplices ſint tantũ voces a rebus quę per ipſas ſignificantur differentes. Diffinitio enĩ ſolam rei ſubſtantiam oſtendit. Quorum quidẽ diffinitiones eædem: eorum & res quoq; neceſſe eſt eſſe eaſdem. non igitur eſt in æquiuocis communẽ omnibus diffinitionem aſſignare. ſignificamus autem ipſa per deſcriptionẽ. Poſſunt enim i ijs quę per ſubſtantiã differunt/ eadem accidentia eſſe. vt in hoc loco/ vbi cum multa ſint quę per ſubſtantiam differunt genera: vnus atq; idem omnibus accidit reſpectus ad cõprehenſas ſub ipſis ſpecies/ per quem alia vocantur genera/ alia & ſpecies. generaliſſimi igitur generis Porphyrius ideo non diffinitionem tradidit: ſed deſcriptionem. vt omnibus decẽ generibus id cõueniret. ¶ Fortaſſis autẽ hoc loco quiſpiam quęſierit ſic. Si æquiuoca non diffiniuntur cum tenues ſint voces/ ac diffinitio ſubſtantiam ſignificare ſoleat: cur ergo deſcribimus? deſcriptio quidẽ ipſa per accidentium concurſus ſubiectam ſolet ſubſtantiã ſignificare/ ducitq; nos in notitiam ſubſtãtiæ cui accidunt. quare vnam æquiuocorum deſcriptionem aſſignando: in ſubiectę ſubſtantiæ notitiam deueniemus/ inuenienturq; non ſolum nomina/ ſed & res eædem. quo quid abſurdius? inueniuntur quidem decẽ ipſa genera eſſe eadem: ſubſtãtia/ quantitas/ & reliqua. quibus omnibus eſt æquiuocum genus. Eiuſmodi ſane dubietas poterat a nobis propulſata videri: quando dicebamus/ poſſe in ijs quę per ſubſtantiã differrent eadẽ accidentia eſſe per q̃ deſcriptio fieret. Accidit igitur & decem prędicamentis ad ea quę ſunt ſub ipſis eundem reſpectum habere. Nam ſicut ſubſtantia quę corporeum & incorporeum cõplectitur genus eſt harum ipſarũ ſpecierum corporei & incorporei: ſic & quantitas duarum ſpecierum continuæ atq; diſcretæ comprehenſiua eſt genus/ ſic & qualitas & cæteræ quę plures ſub ſe ſpecies comprehendunt. idem ergo reſpectus omnibus accidet prædicamentis. Neq; vero mirũ eſſe debebit ſi cũ diuerſæ alicuius ſubſtantię rebus vna dari poſſit deſcriptio: non poſſe res ipſas deſcriptas facere eſſe eaſdem. Semper enim idipſum de pluribus prædicari: idem ineſt decem generibus. de pluribus inquã non de tot & talibus. Aliud enim ſi euenerit prędicabitur de quattuor ſpeciebus/ aliud de duabus/ aliud de hiſce vel illis. omniaq; erunt æquiuocæ ac de pluribus: non autẽ de hiſce et illis prędicabuntur. Deſcriptio autem omnis vel ex etymologia ſuſcipitur: vel ex accidentiũ concurſu quę & propriẽ deſcriptio dicitur. Ex etymologia/ ſic. ανθρωπος homo id eſt qđ poteſt ανω αθρειν quę ſuperiora ſunt aſpicere. vel ανα θεωρειν α ποπε contemplari ea quę videt. vel vt alij interpretantur ανω θερ εχω τους ωπας. Qđ ſublimẽ habet vultũ. Vnde nobilis illa deſcriptio.

Os homini ſublime dedit celumq; videre
Iuſſit: et erectos ad ſydera tollere vultus.

Non ſecus q̃ reſonabilis eccho. & apud Maronem Plemmiriũ vndoſum. Ex accidentium autem concurſu ſic. Homo eſt animal quod recte incedit/ manibus vtitur/ & latos vngues habet. vt ſupradictũ eſt/ & eiuſmodi. Diffinitio vero omnis vel ex materia ſuſcipitur/ vel ex ſpecie/ vel ex vtroq; ſimul. Ex materia. vt cum concupiſcentiam dicimus eſſe ebullitionem ſanguinis circa cor. Ex ſpecie. vt cũ dicimus concupiſcentiã eſſe voluptatis gaudijq; appetitionẽ. Ex vtroq; ſimul ſic. Concupiſcentia eſt ebullitio ſanguinis circa cor propter voluptatis appetitionẽ. Verum quando ex ſola materia/ vel ex ſola ſpecie ſuſcepta fuerit diffinitio: imperfecta. Quando autem ex vtroq; ſimul: perfectiſſima. Perfectiſſima igitur diffinitio erit: ea quę conſtabit ex genere et conſtitutiuis differentijs. Continet enim materiæ rationem genus: ſpeciei autem differentia. Hęc igitur diffinitio ex mediis eſt rebus. neq; enĩ prima genera habet/ neq; vltima/ neq; et conſtitutiuas differentias: ſed ſpecies. Quorũ/ vtpote indiuiduorum deſcriptiones traduntur ac non diffinitiones. Exemplĩ cauſa/ ſic. Socrates eſt filius Sophroniſci Athenienſis philo-

GIRARDVS. Cum itaq; omnis diffinitio. futilis hec videat forte ratio. quia vocabulũ genus qđ hic diffinitur neq; generaliſſimum eſt. ¶ Deinde quia genus ipſũ equocum. ſed in vna ſuarũ ſignificationũ ſolã vt logice/ ſũitur. eſto igitur deſcriptio ſit: ſed nõ ex ratione. verũ in introducendis nõ rigide ſint ſingula queq; perquirenda. Argumentatur æquiuocũ nõ eẽ deſcribendum.

O paup Socrates: q̃ nõ belle deſcriberis.

GIRARDVS.

ſophus/ ventroſus/ caluus/ ſimus/ & eiuſmodi. Quicunq; autem dicunt generaliſſima genera conſtitutiuas habere differentias: haud quidem recte dicunt. quippe quę non conſtitutiuas habent differentias: ſed diuiſiuas. Si enī omne conſtitutiuū antiquius eſt eo quod per ipſum conſtituitur (vt paulo ante dicebamus) conſtitutiuæ quidem differētiæ/ multo prius adinuenientur aliquorum diuiſiuæ/ q̄ generaliſſima genera. Verbi cauſa. Rationabile & mortale conſtitutiua hominis/ item mortale & irrationabile conſtitutiua equi: diuidunt ſuū genus animal. Animal enim ipſū diuiditur in rationabile & irrationabile/ ī mortale & nō mortale. Pulchre ergo dictū eſt: conſtitutiuas aliquorū differentias antiquiores eſſe ijs quę conſtituuntur/ generaliſſimoq; genere prius eſſe nichil. Manifeſtum eſt ergo non irrationabiliter id a Porphyrio factum: vt genus edocēdo/ deſcriberet id potius q̄ diffiniret. Verūenimuero vt intelligamus/ quę nā ſit/ aut vnde ſuſcepta huiuſmodi deſcriptio: rem paulo altius repetemus. ſimulq; demonſtrabimus nō caſu a Porphyrio harum quinq; vocū præceptionē tradītā: ſed neceſſario/ omnēq; aliam vocē ſub harum aliquam deduci oportere/ ſic. Vocum aliæ non ſignificatiuæ: vt cnaxblityri. aliæ vero ſignificatiuæ. Significatiuæ vel de vno dicuntur: vt cum dicimus Socratē/ Platonem. vel de pluribus. quæ de pluribus dicuntur: vel ſubſtantialiter/ vel ſuperſubſtātialiter. quę ſubſtantialiter: vel in quo quid eſt/ vel in quo quale quid eſt. Si in quo quale quid eſt: erit differentia. Si vero in quo quid eſt: vel de differentibus ſpecie vt genus/ vel de differētibus numero vt ſpecies. Quæ autem ſuperſubſtantialiter: vel de vna ſpecie prædicantur/ vt proprium/ vel de pluribus vt accidens. Ex qua diuiſione apparet omnē vocē neceſſario ſub hiſce quinq; vocibus cōtineri/ neq; pluribus/ neq; paucioribus. Sed apertius ſic. Vocum aliæ ſunt nō ſignificatiuę: aliæ ſignificatiuæ. Significatiuarum aliæ de vno prædicantur: aliq; de pluribus. quæ de pluribus p̄dicantur/ ſunt hæ: genus/ ſpecies/ differentia/ proprium atq; accidens. Superioribus vero dimotis/ & quę nichil ſignificant & quæ de vno prędicantur: remanebunt quinq; ſolę voces quæ videlicet de pluribus dicuntur. Dimouentur autē non ſignificatiuæ: vtpote quę nichil ad cuiuſpiam rem conferant/ nec philoſophis modo/ ſed & grāmaticis ac rhetoribus inutiles. Dimouētur & quę de vno prędicantur: quia particulares ſunt voces. Particulariaq; omnia infinita atq; incōprehenſibilia non veniunt in philoſophorum cōſiderationē: qui omniū rerum certam habere ſcientiā promittunt. Scientia enī hoc eſt ΕΠΙΣΤΗΜΗ vt Platonicus Socrates in cratylo interpretatur: dicta q̄ in ſtatum/ certūq; nos rerū finem perducat. Quam rē cum particularia efficere nullo modo poſſint/ ac quę de vno prędicantur voces de particularibus ſolis prædicentur: iure merito abijciuntur/ remanebuntq; hę quinq; ſolę voces/ genus/ ſpecies/ differētia/ proprium & accidens. ſub quibus omnia continebuntur: licet motū/ licet infinitum obieceris. Hęc quidem in diuiſione generatim dicta. Rurſus eadē copioſius atq; euidentius/ ſic. Vocum alię quidem ſunt non ſignificatiuæ: vt cnaxblityri, alię vero ſignificatiuæ. De non ſignificatiuis nullus nobis eſt ſermo: vtpote de ijs quę de nullo dici p̄dicariue poſſunt. Significatiuarū autē alię de vno dicuntur: vt Socrates/ Plato. Alię de pluribus: vt genera/ ſpecies/ differentię/ propria atq; accidentia. De ijs autē quę de vno dicūtur vtpote particularibus: nulla (vt dictū eſt) apud philoſophos mentio. Earum vero quę de pluribus prędicātur: alię ſubſtantialiter/ vt genera/ differentię/ ac ſpecies. aliæ vero non ſubſtātialiter/ vt propria & accidentia. hęc enī ſubiectæ materiæ ſubſtantiam non cōplent vt ſuperiora. Earū rurſus quę ſubſtantialiter prędicātur: aliæ de differentibus ſpecie/ vt genera & differentiæ. Alię de differētibus numero ſolum: vt indiuidua. quę quidem differunt inter ſe non ſpecie: ſed materia ac numero. verbi cauſa. Flauus equus a maculoſo/ ſpecie nō differt: ſed materia ac numero. Item denarius cōponitur ex decē vnitatibus non quidē cōpactis ſed diſiunctis. nunq; enim ex coniūctis decē vnitatibus dicetur cōponi denarium. Habemus tandē ex hoc & generis & ſpeciei & differentiæ differentiam. differunt autē inter ſe/ ſic. Species de differentibus numero. Genus vero ac differentia de differentibus ſpecie prædicantur. Item quę in quo quid eſt prædicantia faciunt genus: in quo quid eſt p̄dicari dicemus. Interrogati enī quid eſt homo: reſpondebimus animal/ qđ quidē eſt genus. dicetur q; genus in quo quid eſt prædicari. In quo autē quale quid eſt prædicari dicimus differētiam. vt ſi interrogati quale eſt animal homo: reſpondeamus rationabile/ qđ erit differentia. Dicetur q; differētia in quo quale quid eſt prædicari. Apparet q; ex ijs/ quę ſit inter genus ac differentiam differentia. differunt enī hoc ipſo/ q̄ genus in quo quid eſt: differentia in quo quale quid eſt prædicatur. Earum vero vocum quæ non ſubſtantiales ſunt: aliæ in vna quadam ſpecie inſunt/ vt propria. aliæ in pluribus: vt accidentia. Ex qua diuiſione patet eorum differētia. Differunt enim eo: quia proprium vni tantūmodo ineſt ſpeciei/ accidens vero pluribus. Ma-

Superſubſtātialiter. rectius videretur eſſe dicēdū: ſub ſubſtātialiter. vult enī id: ac ſi diceret accidētaliter verū accidētia cū lōge infra ſubſtātiam ſubſiſtāt: accōmodatius dici videant ſubſubſtantialia/ q̄ nichilominus & ante nūcupauit ſupſubſtantialia. ſed de nuncupatione viderit alij.

GIRARDVS.

nifestum ergo est: necessario omnē vocem sub harum aliquam deduci oportere/ posseq; & nos vnamquāq; rem & describere & diffinire/ eligēres quę ad cuiusq; rei traditionē pertinere videbūtur/ quemadmodū & ipse fecit Porphyrius cum dixit. ¶Genus est qđ de pluribus & de differētibus specie in quo quid est prędicatur. ¶Dicendo de pluribus separauit id ab indiuiduis q̄ de vno solo dicuntur. dicendo autē/ de differentibus specie: separauit id a specie & proprio. dicendo quod in quo quid est prędicatur: separauit id a differentia atq; accidente. Copiosius ecce & diuisionē et vocum ipsarū differentiā ostendimus. simulq; etiam necessitatē: qua coactus Aristoteles fuit hisce solis quinq; vocibus vti/ neq; pluribus neq; paucioribus. Nam cum septē omnino essent vt monstratum est voces: dimotis duabus & quæ nichil significant & quæ de vno prædicātur/ quinq; tantum reliquæ erunt. Porphyrius autē nichil hoc loco curans declarare/ cur tantum quinq; his vocibus vsus fuerit Aristoteles/ sed solūmodo differentiā earum ostendens: angustiorē hanc fecit diuisionē. significatiuarum vocū/ aliæ de vno dicuntur/ aliæ de pluribus: relicta superiori parte diuisionis. quæ de vno prędicātur: sunt indiuiduavt Socrates/ Plato/ Alcibiades. quę de pluribus: aliæ quidē de differētibus specie/ aliæ de differentibus numero. quę de differentibus specie: sunt genus/ differētia & accidēs. genus quidē animal prędicatur de pluribus speciebus hominis/ equi/ canis & cęterorum. Differentia rationabile/ de dijs & hominibus. Mortale: de irrationabilibus equo/ cane/ camelo et id genus cæteris. Accidēs de pluribus speciebus prædicatur: de albedine/ de nigredine/ & de eo qđ est stare vel sedere. Quæ vero de differentibus numero prędicātur: sunt & proprium & species. Earū rursus quę de specie differētibus prędicantur: aliæ in quo quid est/ alię in quo quale quid est/ ac quo modo habens est. In quo quid est: genus. In quo quale quid est: differētia/ & qđ separari non potest accidēs. In quo autem quo modo habens est: quod potest separari. Interrogati enim quo modo se habeat Plato: dicimus vel egrotat/ vel sanus est/ vel stat vel sedet/ & eius generis cætera. Addubitantibus autē sic/ si sub vocem tanq̄ genus adducuntur hæ quinq; voces/ & sub has genus: erit quidem generalissimi generis genus qđ valde absurdum. Dicemus nō tanq̄ res genera sub hanc diuisionem venire: sed tanq̄ voces. Generalissimę quidem res: nunq̄ sub aliquod cōmunius adduci possunt. ¶Eorum autē quę prædicantur: alia de vno solo dicuntur/ vt indiuidua. ¶Declarat quemadmodum tradita generis descriptio: separet id ipsum ab omnibus alijs. Hic et ille/ hęc quidem particularia sūt: & de vno solo dicuntur. demonstrantes enī semper dicere consuevimus hic & iste/ illud & illud. Ac pulcherrime quidem philosophi de particularibus loquentes/ hoc dicendi genere vsi sunt. quippe quod & demonstrationi & sensui mirifice cōuenit: ac multo melius q̄ cum hominem vel animal in vniuersum demōstrando dicimus vniuersalis homo et vniuersale animal. Quę cum in opifice solo sint: neq; in demonstrationē/ neq; in sensum cadere vllo modo possunt. Pulchre igitur eiusmodi demonstrationis genere in singularibus vsi sunt nō in vniuersalibus. Dicūtur autē indiuidua: quia neq; in similes neq; i dissimiles formas secari possunt/ quēadmodū genera ac species/ sed simul secando corrūpuntur. Animal etenim in me solo dictum: non est cōmune alijs sed michi soli ascriptum. Similiter et rationabile: ex quibus cōpositū homo designabitur. Et accidentia cōmuniter non autē propric alicui veluti albedo & nigredo. De pluribus enim particularia non dicūtur: vt in hoc corpore albedo/ et in Vlysse cicatrix ex qua eum nutrix cognouit. Inerat nāq; Vlyssi soli. aliter enī cognouisset eū ex ea nunq̄: si & alijs inhæsisset. atq; iccirco dixit: cōmuniter accidentia nō autē proprie alicui inhærentia. hoc est vniuersalia nō autē particularia. Est autem genus: vt animal. species vero: vt homo. Dilucidissimā rem ipsam facit: quasi exēplo nos docēs vnamquāq; vocē. ¶Ab ijs itaq; quę de vno solo dicūtur differt genus: eo q̄ de pluribus prędicatur. ¶Ostendit quemadmodū tradita generis diffinitio siue descriptio: separet genus ipsū ab alijs omnibus. prædicatur etenī genus de pluribus/ & de differentibus non numero solū: sed et specie, Species autē de differentibus solum numero. Sed age vnāquāq; vocem diffiniamus siue describamus sic. Genus est vox significatiua quę de pluribus & de differētibus specie in quo quid est prędicatur. Differētia est vox significatiua quę de pluribus & de differētibus specie in quo quale quid est prędicatur. Species est vox significatiua quę de pluribus & de ijs quę differunt numero in quod quid ē prędicatur. Proprium est vox significatiua supersubstantialis : quę de vna sola specie prędicat. Accidēs est vox significatiua supsubstātialis: q̄ de pluribꝰ/ et de ijs quę specie differūt i quo quale quid est/ vel in quo quo modo habens est p̄dicatur. ¶Animal autem genus/ de homine et equo & boue prædicatur: qui non numero solum sed & specie inter se differunt. ¶Sciendum quęcunq; inter se specie differunt/ eadem differre et numero: ac non ediuerso q̄ numero differe-

Vniuersalis homo/ vniuersale aial ideas hic intelligit q̄s locat i opifice rerum.

Supsubstātialis. hęc innouatio/ vt dictum est) nō satis accōmodavidetur.

GIRARDVS.

runt/ differre ea etiã ſpecie, quippe quoniam cõmutari non poteſt ſermo. Intelligere autẽ oportebit hoc loco: idem tripliciter dici. Idem genere/ idem ſpecie/ idem & nũero. genere: vt homo/ equus/ canis/ & bos. omnes enĩ aĩalis genere ĩjdem ſunt. ſpecie: vt Socrates/ Plato/ Alcibiades hominis ſpecie ĩjdem. numero: vt homo/ mortalis/ enſis & gladius/ vniuoca. Si igitur idem triplici ratione dicitur: neceſſario & rurſus illud idem triplex erit. nãq; vel alia ab alijs genere differunt: vel ſpecie/ vel numero, quę genere differunt: different ſpecie ac numero. Verbi cauſa. Genere inter ſe differunt homo & album. Homo enĩ animal eſt: albũ vero quale. Different & ſpecie. alia nãq; ſpecies eſt hominis: alia albi. Homo enĩ ſpecies eſt aĩalis: album vero coloris. Different quinetiam & numero. alius enĩ a Platone Socrates: alius a Socrate Alcibiades. Recte igitur a nobis dictũ: quęcunq; inter ſe genere differunt/ differre eadem/ ſpecie & numero. Quæ autẽ ſpecie differunt et numero: non amplius autẽ & genere. Verbi cauſa. Homo/ equus/ differunt inter ſe ſpecie, alia quidẽ ſpecies hominis: alia equi. Differẽt etiam & numero, alia enĩ ſubſtantia equi: alia hominis. genere autem nequaq̃ amplius differẽt. vterq; enim animal eſt. Quę numero differunt: neq; genere/ neq; ſpecie amplius inter ſe differẽt. Atq; iccirco dixit: qui non numero ſolum ſed & ſpecie differunt. ac ſi in aperto eſſet: quę ſpecie inter ſe differunt/ differre eadẽ & numero. ¶ A differentia vero & a cõmuniter accidentibus differt genus. ¶ A differentijs (inquit) et ab ijs quę vniuerſa lia ſunt accidentia differt genus: q; illa in quo quale qd eſt vel quo modo quid habens eſt/ prędicãtur/ genus vero in quo quid eſt. Ab ijs autẽ quę i quo quid eſt prędicantur: a ſpecie videlicet & proprio differt genus. A ſpecie: eo q; hęc de pluribus et de differentibus numero prędicatur/ genus vero ipſum & de pluribus & de diferẽtibus ſpecie. A proprio: eo q; hoc vni ſoli/ ipſum vero multis conuenit ſpeciebus. dicens itaq;/ quod de pluribus dicitur: ſeparauit ab indiuiduis quę de vno ſolo prędicãtur. ¶ Quoniam etĩ de pluribus non tamen in eo quo quid ſit. ¶ Breuiter dilucideq; oſtendit: quo modo vnũqdq; prædictorũ in generis deſcriptione decẽter cõtineatur. Illa enĩ nõ in quo quid ẽ: ſed i quo quale qd ẽt vel quo modo qd habẽs eſt/ p̃dicãt. Interrogati enĩ quo modo ſe habet Socrates: reſpodebimus vel egrotat/ vel ſanus eſt. ſunt enĩ & aliæ differẽtiæ p̃ter accidẽtia: vt ĩmũ eſſe/ caluum/ vẽtroſũ & eiuſmodi. dicens aũt qđ in quo quid eſt prędicatur: ſeparauit genus a differẽtijs & a cõmuniter accidentibus/ quę non in quo quid eſt ſed in quo quale quid vel quo modo habens eſt/ prædicãtur. atq; in quo quale quid eſt: differentia. in quo autẽ quo modo habẽs eſt: cõmuniter accidentia. Nonnulli autẽ dicunt q; cum dicit vel quo modo habens eſt/ cõplectitur et quę proprie alicui inſunt accidentia. Dicimus quidẽ & nos in quo quo modo habens eſt ea prędicari: ſed tamen ex ijs eſſe quę de vno dicuntur. Separauit itaq; genus ab ijs quę prępoſita ſunt. Dicẽs aũt de pluribus prædicari: diſtinxit ab ijs quę de vno ſolo dicuntur indiuiduis. ¶ Nichil ergo ſuperfluum minuſue notitiæ generis tradita deſcriptio cõtinere videtur. ¶ Diffinitiones omnes: vni tantũ rei cõuenire debent/ ipſamq; rem totã cõplecti. dicteq; iccirco q; rem quę diffinitur cõprehẽdant: ab agrorũ finibus (vt initio dictũ eſt) per tranſlationem denominatæ. Fiunt autẽ vicioſæ diffinitiones duobus modis: vel cum ſuperabundant/ vel cũ deficiũt. ac perbelle quidẽ a philoſophis dictum vnamquãq; mediocritatẽ duas habere adiunctas ſibi extremitates: defectum & exceſſum. Verbi cauſa. Iuſtitia virtus vna: habet vtrĩq; et defectum & exceſſum. Deficit enim qui minus iuſte q̃ oporteat agit: excedit qui pluſq̃ oporteat facit. atq; ille iniuſtus: hic crudelis nominabitur. Fortitudini quoq; duo adiacẽt: hinc quidem timiditas/ inde temeritas. Timidus is eſt: qui quoduis minimũ periculũ mulierũ more/ turpiter fugit. Temerarius cõtra: qui ad omne periculum nulla habita priusratione/ pręceps agitur. Item & pudiciciæ: hinc ſtoliditas/ inde intẽperantia. Stolidus is eſt qui minus in venerẽ cocitatur. Intẽperans vero qui petulãter magis ac magis. Prudentiæ itidẽ: imprudẽtia inde/ hinc de ſe nimia credulitas. Ac quemadmodũ in his: ſicet in diffinitione. Illa quidẽ erit optima diffinitio: quę proprie rem ipſam vndiq; cõplectitur/ neq; aut de ſuo quicq̃ relinquit/ aut de alieno ſibi quicq̃ aſſumit. Apponũtur autem huic quemadmodũ virtutibus: hinc defectus/ inde exceſſus vt neq; deficiat/ neq; ſupſit quicq̃. Superabundantes enim diffinitiones: rem faciunt deficere. Deficiẽtes vero: abũdare. Verbi gratia hominis diffinitio hęc/ animal rationabile mortale: ſeparat hominẽ ab alijs omnibus/ cõplectitq; omnis homines, quę tamẽ ſiqua defecerit: rẽ faciet ſuperabundare/ ſic. animal mortale, nõ enim ſolus homo animal eſt mortale: verũ etiam & equus & canis/ atq; alia multa. Siqua vero abundauerit: res deficiet/ ſic. animal rationabile grammaticũ. ea enim nõ omnes homines cõprehendit: ſed ſolos grammaticos. & quidem rationabiliter. nam quę cõpoſitiora ſunt magis coarctantur: quę vero ſimpliciora dilatantur/ ac ſuper pluribus extendũtur/ vtpote primo atq; vni-

Stolidus is eſt, non ſat forte hęc ac cõmoda videtur vſurpatio. alij ĩſenſibilem/ qdã incommobilẽ appellant, qđ rectiꝰ videbitur: idipſum approbetur.

uerſali rerum omniũ principio proximiora. Atq; iccirco animal ipſum per ſe fertur in plura: cõpoſitũ autem cum rationabili in pauciora. Rationabili item animal mortali adiũctum: adhuc complectetur pauciora. qđ ſi & grãmaticũ apponatur: adhuc multo pauciora. Deficientes igitur diffinitiones faciunt rem ſuperabundare: ſuperabundãtes vero/ deficere. Hęc itaq; ſignificans Porphyrius: dicit traditã generis deſcriptionem/ ab hiſce duobus quę diffinitiones viciare ſolent/ longe abeſſe. neq; enim ſuperabundans facit rem deficere/ neq; deficiens ſuperabundare. ¶ Eppolap/ Frater: modo noticiam/ modo notionẽ/ modo & intelligentiam Cicero interpretatur/ nos age noticiã. Dictũ eſt tripliciter dici genera: alia quidẽ ante multa/ alia in multis/ alia ſuper multis. quę & poſterius genita et intellectualia vocari diximus/ q̃ in ſolo inſint intellectu. Propoſitũ autem Porphyrio erat: nõ de iſs quę ante multa aut in multis eſſent velle diſſerere/ ſed de iſs ſolũ quę ſuper multis/ hoc eſt de generibus iſs quę noſtro intellectu concipiũtur. Dixit igitur noticiæ: hoc eſt (vt ita dicã) intellectualis generis. intellectuale aũt genus eſt: quando ex eadem noticia rem diffinimus qua/ cõcepta ab intellectu fuerit. vt ſi cõcipiamus ꝓpria noticia hominẽ: ex eadẽq; ſermocinabimur eſſe animal rationabile mortale. Dicit igitur Porphyrius/ nichil ſuperfluum nichilue minus ab hac noticiæ generis deſcriptione cõtineri.

¶ DE SPECIE. Cap. V.

Species autem dicitur. Poſt generis expoſitam rationem omnẽ: de ſpecie nũc loquitur. q̃q̃ hũc ſibi ordinem vendicare debuerint differẽtiæ. Sed quoniam genus & ſpecies ſunt ad aliquid/ ſimulq; & exiſtunt & intelligũtur: non irrationabiliter primũ de ſpecie habita ratione pręceptionis/ non naturę/ cũ pręſertim in genere feciſſet mentionẽ ſpeciei/ nec diu ſuſpenſus auditor erat tenendus. Vtitur autem hoc etiam loco illa (quã diximus) Ariſtotelis regula. Primũ enim enumerat ſpeciei ſignificationes: deinde determinat de qua ſit locuturus. Sunt vero & aliæ eius ſignificationes: ſed his ipſis relictis eas tãtũ memorat quę ad logicũ tractatũ pertinere videbãtur. Dicit itaq; duplicem eſſe ſpeciei ſignificationem: alteram pulchritudinis. vt cum dicitur ſpecioſus/ puer formoſus. alterã eius quę generi ſubiſcitur/ & de qua genus in quo quid eſt prędicatur. quę diffinitio & ſpecialiſſimæ eſt ſpeciei/ & non ſpecialiſſimæ. ¶ Dicitur autẽ et aliter ſpecies: quę de pluribus & differẽtibus numero in quo quid eſt prędicatur. ¶ Quoniam horum nominũ ſignificationes ſpecialiſſimę videlicet et non ſpecialiſſimæ ſpeciei/ nondum apertein conſuetudinem venerant: progrediens declarat/ per primam prędicamentorum ſubſtantiam/ quę proprie & res/ et generaliſſimum eſt genus/ cætera eius tanq̃ accidentia. ſuſcipit igitur ſubſtantiam ex qua cõnectit cathenã huiuſmodi. Subſtantia: alia corporea/ alia incorporea. Corporeũ aliud eſt animãs: aliud non animans. Animans: aliud eſt animal/ aliud planta/ aliud qđ vtriuſq; naturæ particeps eſt zoophyton/ viuens plãta. Animal: aliud rationabile/ aliud irrationabile. Rationabile: aliud dęmon/ aliud homo. generaliſſimũ igitur genus eſt ſubſtantia/ ſpecialiſſimũ homo: intermedia autẽ/ & genera et ſpecies. Species quidẽ reſpectu ſuperiorũ: genera vero reſpectu inferiorum. Cõmuniter autẽ omnes ſpecies & ſpecialiſſimæ & ſubalternæ: ſub priori deſcriptione continẽtur. quę erat. Speciem eſſe eam quę generi ſubiſcitur & de qua genus in quo quid eſt prędicatur. Vtraq; enim diffinitio ſubiecto eadem eſt ac ſibi ſimilis: nec niſi habitu differentes. Multa namq; ſunt ſubiecto eadem: quę tamen habitu differunt. Vt aſcẽſus & deſcenſus ſubiectũ idem habent ſcalam: differunt autẽ inter ſe ſolo habitu. Deſcenſus enĩ nichil aliud eſt q̃ de ſuperioribꝰ ad inferiora decliue iter: aſcẽſus vero de inferioribus ad ſuperiora regreſſio. Similiter in ſemẽte & fructu/ ſubiectum idẽ: habitus vero diuerſus. Differunt itaq; ſupradictæ ſpeciei deſcriptiones inter ſe/ hoc: q̃ altera a genere incipiens deſinit in ſpeciem/ altera a ſpecie in genus/ differentes ſolo habitu/ ſubiecto eædem. Incipit autem a notiori ſignificatione: propterea q̃ ſimilitudinem quandam habet ſpeciei huius quę eſt apud philoſophos. quẽadmodũ enĩ ſpecies quę pro forma capitur: comprehendit ſingulariũ partium ac mẽbrorum in corpore pulchritudinem: ſic et ſpecies quæ eſt apud philoſophos/ particularia. ¶ Species autem dicitur et de vniuſcuiuſq; forma. Quo modo ſupra de genere cum loqueretur/ priuſq̃ edocuiſſet qđ qualeue eſſet de quo agebatur genus/ æquiuocationem diſtinxit/ edocuitq; varias generis ſignificationes: ita & hic primo diſtinguit/ deinde qualis ſit de qua agitur ſpeciei ſignificatio/ oſtendit. ¶ Dicitur autem ſpecies & ea quæ generi ſubiſcitur: qua ſignificatione hominẽ dicere conſueuimus ſpeciem animalis/ albũ ſpeciẽ coloris/ triangulũ ſpeciem figuræ. ¶ Tanq̃ in exemplo nos docet: quo modo de qua agitur ſpecies/ ſub genus deducatur/ ſuſcipitq; triangulum & figuram. Figuram vt genus: triangulũ


GIRARDVS.

¶In quibus eſt aliqd prius & poſterius qđ cõmuniter de his p̃dicatur: nõ eſt gen⁹. de



priori et poſteriori analogo intellectũ/ nichil afferet calũniæ. vt viuũ aĩal: dicit. pictũ: aĩal. ſed huic & illi nõ eſt aĩal gen⁹. De priori autẽ & poſteriori natura id verũ non eẽ non ipẽdio difficile mõſtratur. Nã aĩal prius/ hõ poſteri⁹. ſi qdẽ hõ ẽ & aĩal eẽ oportet at cõtra ſi ẽ aĩal: nõ ic circo erit hõ. et ſi tollis hominẽ: non tollis aĩal. at tolle aĩal: & hominẽ tuliſti. at quis aĩali priori et hoi poſteriori cũ animãs vel (vt alij) corpus aĩatũ eſſẽ tialiter dicaĩ: eorũ inficiabiĩ eẽ gen⁹? Similiter binari⁹ ternario prior et ternarius q̃ternario. at quis negabit binariũ/ ternariũ & quaternariũ ſpecies eẽ/ et numerũ eorũ eẽ gen⁹? Et figuræ trigonus/ tetragon⁹/ pẽtagon⁹: hũc ordinẽ prioris poſterioriſq; ſeruãt/ et trigon⁹ clauđit in tetragono et tetragon⁹ in pẽtagono. at hoc nichil ipedimẽti fuerit quomin⁹ figura cõiter de oĩb⁹ eiuſmodi dicaĩ vt genus. hęc enĩ priorita et poſterioritaſ naturę ẽ nõ analogi/ qđ alij ęquocũ a cõcilio appellãt. de q̃bus regula et itel ligitur et veriſſima eſt modo bene appliceĩ.

vero vt ſpeciem. ¶Nonnulli tamen dicunt: figurã triangulí genus/ & triãgulum figuræ ſpeciem improprie capi oportere. Qđ probant ſic. In quibus aliquid prius poſteriuſq; eſt/ qđ cõmuniter de his prędicatur: nõ eſt genus. atqui quadrãgulo triangulus prior/ ſiquidẽ ex tribus hic/ ille ex quattuor conſtat lineis/ ac tria neceſſario priora q̃ quattuor, nõ igitur figura triãguli genus. Rurſus triangulũ quadrãgulo priorẽ eſſe: hoc modo. Omnis quadrangulus in duos triangulos diuiditur rectãgulares: quippe quoniã quadranguli ex a b c d iugationes/ per diametrum a c/ diuidentur in duos rectorum angulorũ triãgulos/ eũ videlicet qui eſt ex a b c/ & eum qui eſt ex a d c. Quadrãgulo itaq; dimoto: non dimouebitur & triangulus. At triangulo dimoto: nũq̃ eſſe poterit quadrangulus. Patet igitur triangulũ priorẽ eſſe quadrãgulo. Qđ idẽ & in ceteris rectarũ linearũ figuris demõſtrabitur: pentagono videlicet hexagono & reliquis. Vnuſquiſq; enim horũ in triangulũ diuidetur. Si ergo triangulus & quadrãgulo & pẽtagono ac reliquis prior eſt: quę de his ipſis cõmuniter prędicatur figura nõ erit genus ac conſequẽter neq; erunt ipſi/ huius ſpecies. Non igitur proprie dictum eſt a Porphyrio: triangulũ figuræ ſpeciem. In hoc allucinati quidẽ omnes qui Porphyriũ excuſare cũ vellẽt/ dixerũt. improprie gratia exẽpli eo nomine abuſum/ vocaſſe triangulũ ſpeciem figuræ: & figurã genus triãguli. Nos vero multo aliter dubitationẽ omnem dimouebimus/ ſic. Si vere quadrãgulorũ latera eſſent triãguli: vt nũq̃ niſi ex triãgulo cõponeretur/ conſtare poſſit quadrãgulus/ quẽadmodũ in Timæo innuere videtur Plato/ cũ omnes rectarũ linearum figuras reſoluat in triãgulos/ tanq̃ in ſimpliciſſima latera. id quidẽ verũ eſſet/ ac primus figurarũ omniũ exiſteret triangulus/ neq; figura genus eſſet earũ: modo verũ illud ſit nõ eſſe genus qđ cõmuniter de his in quibus prius poſteriuſue quid ineſt prędicatur. Atqui nulla nos hic neceſſitas cogit vt ex pręſuppoſito triangulo fiat per alterius additionem quadrãgulus. vt eſt in ſexto & quadrageſimo theoremate: qđ latine pręceptũ (nã ſic Cicero iterpretatus eſt) elegãter dixeris apud Euclidem. qui per ſolam rectitudinẽ docet abſq; triangulo deſcribi poſſe quadrangulũ. Nam quid prohibebit/ etiam ſi triãgulus nõ ſit: quominus quattuor rectas lineas cõiungẽdo quadrangulũ cõficianus? Falſum igitur id eſt: dimoto triangulo dimoueri & quadrãgulũ. ſi vero quia diametrũ adjicientes diuidimus quadrangulum in duos triãgulos/ iccirco dixerint triãgulum quadrangulo priorem: nunquid rogo cum poſſimus quadrangulũ ipſum in duas alteras longitudines diſſoluere/ et oppoſita latera ſeparando/ & conũgendo a b & c d duas alteras facere longitudines ſeparatas ex a c et c d/ dicent iccirco eas ipſas lõgitudines quadrangulo priores? Nimirũ ſi ſic eſſet: oppoſitus hic quadrangulus prior eſſet hac altera longitudine/ ſi quę latus vnum duplicatũ habet/ ab altero ſeorſum/ duos quadrãgulos diſſoluemus. quinetiam ſi in circulo quis diametrum ducat/ quę circulũ diuidat ĩ duos ſemicirculos a & b: manifeſtum erit vnumquẽq; ſemicirculum eſſe figuram ex circunferẽtia ſemicircularis lineæ et ex recta diametro cõpoſitam. Accidetq; ſimplicem figuram circulorũ ex mixtis ſemicirculis componi: ac ſimplici prius eſſe id qđ eſt mixtum. Vt igitur in his talem cogitatione noſtra diuiſionem facimus ac non propterea neceſſario alteræ longitudines quadrangulo priores/ q̃q̃ ex ijs componi rurſus poſſint duo quadranguli: ſic & quadrangulus diametro poterit in duos triangulos diſtinguí/ nec propterea ex triangulis neceſſario compoſitus dicetur/ quadrãgulo q; natura priores eſſe triãgulos. Pulchre igitur Porphyrius triãguli genus dixit eſſe figuram. ¶Quod ſi cum de genere tractaremus ſpeciei mentionem fecimus/ dicẽtes/ genus id eẽ qđ de pluribus et differentibus ſpecie in quo quid eſt prædicatur/ & nunc ſpeciem diffinientes de genere ipſo mentionẽ fecerimus/ dixerimuſq; ſpeciem id eſſe qđ generi ſubijcitur: nemo id ipſum dãnare debebit. ¶Hęc dicens Porphyrius exiſtimat mutua ſe demõſtratione vtí opor tere. Mutua autem demonſtratio apud philoſophos confunditur: vtpote quę eadem faciat priora eſſe ac poſteriora/ commutetq; inuicem & ordines propoſitionum & concluſiones. Facit enim quod primum eſt/ ſecundum: & qđ ſecundum primum/ eademq; ijſdem manifeſtiora & immanifeſtiora. Verbi cauſa. Si interroganti cuipiam ſit nec ne anima immortalis immortalem eſſe reſponſum fuerit hoc modo. Anima ex ſeſe ipſa mouetur/ quod ex ſeipſo mouetur/ ſemper mouetur/ quod ſemper mouetur immortale/ eſt igitur anima immortalis. rurſus interroganti vnde id manifeſtum/ ex ſeſe moueri animam: reſpondebitur ex diuerſo ſic. Anima eſt immortalis/ immortale mouetur ſemper/ quod ſemper mouetur/ ex ſeipſo mouetur/ anima igitur ex ſeipſa mouetur. talis demonſtratio mutua nuncupatur. oſtendens enĩ animã eſſe imortalem/ ſuſcepit qđ ex ſeipſo mouetur: primã propoſitionẽ/ imortale vero cõcluſionẽ. Rurſus in oſtendẽdo/ animã ex ſeipſa moueri: qđ erat poſterius imortale/ ſuſceptũ eſt prius.



Et qđ erat prius ex ſeſe moueri: ſuſceptum poſterius. Mutua igitur demõſtratio ea eſt: quę propoſitiones facit eſſe cõcluſiones/ & concluſiones propoſitiones. Quapropter/ veluti pictor tum cũ cõmiſcentur colores facile cõfunditur/ et cũ demonſtratio ex veris manifeſtiſq; propoſitionibus (incerta q̃ prius erat) concluſionẽ manifeſtiſſimã faciat: digna quidẽ reprehenſione quę eum ordinem cõmutat/ hoc eſt quę concluſionẽ immanifeſtã in ordine ꝓpoſitionis perinde ac manifeſtam aſſumit/ propoſitionẽq; confeſſam incertã facit eſſe concluſionẽ. Similiter ſi mulierem quam lac habere demõſtrabimus/ ſic. Mulier hęc peperit. quę peperit lac habet. hęc igitur mulier lac habet. Si vero eam peperiſſe/ ſic. hęc mulier lac habet. quę lac habet certũ eſt peperiſſe. hęc igitur mulier peperit. Hic quoq; eadẽ iiſdem priora et poſteriora/ manifeſtiora et immanifeſtiora ſuſcepimus. primo quidem manifeſtũ ac prius/ peperiſſe: imanifeſtũq; & poſterius lac habere. Deinde manifeſtum & prius lac habere: imanifeſtũq; & poſterius peperiſſe. Cũ igitur omnis demonſtratio vel ex re manifeſta immanifeſtã oſtẽdat/ vel ex imanifeſta manifeſtã: perſpicuum quidẽ eſt ſolum eam proprie dici demonſtrationẽ/ quę ex manifeſta re demonſtrat immanifeſtã. eas vero quę ex imanifeſta manifeſtã oſtendunt: fallas/ ac vituperatione dignas/ vtpote quæ certi nihil habere in ſe poſſint. Nam quid abſurdius: q̃ ex immanifeſtis/ fateri poſſe manifeſtas demonſtrari? Iure igitur optimo vituperabitur mutua demõſtratio. Qua tamẽ cum intelligeret Porphyrius ſe vti oportere: in generis deſcriptione aſſũpſit ſpeciem & in ſpeciei genus. qđ ipſum cũ quis vicio dare potuiſſet: præueniens ſe excuſat/ hoc modo. Cum genus enī (inquit) ſpeciei ſit genus/ & ſpecies generis ſpecies: neceſſario de genere differentẽ oportet meminiſſe & ſpeciei. et de ſpecie præcipientẽ: meminiſſe & generis. quę enī ad aliquid ſunt: & exiſtunt ſimul & intelligũtur. genus et ſpecies ad aliquid: quippe genus alicuius ẽ genus ſpeciei/ et ſpecies alicuius eſt ſpecies generis. ea autẽ eiuſmodi ſunt: vt alterutrum ſine altero intelligi nunq̃ poſſit. in altero igitur alterius mentionẽ eo modo factam/ oportuit. Qui nãq; eorum quæ ad aliquid ſunt alterutrũ ignorauerit: vtrũq; neceſſario ignorare videbitur. ¶ Species eſt id qđ
» generi ſubijcitur: et de quo genus eo ipſo qđ quid eſt prędicatur. ¶ Duas hoc loco ſpeciei de-
» ſcriptiones aſſignat: ſubiecto eaſdẽ. ambę enim de pluribus prędicãtur: habitu vero differẽtes/ cuiuſmodi aſcẽſum diximus eſſe & deſcenſum. Deſcriptiones igitur hæ habitu quidẽ ſunt duę: ſpeciei ad genus/ qua ſpecies ſub genere eſt/ & generis ad ſpeciem qua cõprehenſiuũ genus eſt ſpeciei. videnturq; quaſi habitus eſſe a genere in ſpeciem deſcenſu: a ſpecie vero in genus/ aſcẽſu. Atq; hęc quidem pleniſſimæ deſcriptiones. Tradit autẽ & perfectã aliam deſcriptionem ab
» ipſarum vocũ diuiſione cõprehẽſam: hoc modo. ¶ Species eſt quę de pluribus & differentibus
» numero in quo quid eſt prędicatur. ¶ Querere autẽ quiſpiã poſſet/ cur hoc etiã loco deſcriptione vſus fuerit Porphyrius/ ac non potius diffinitione. quippe cũ ſpecies cui ſubijciatur genus habeat: nõ amplius hic locum habebit/ ea quę paulo ante (cũ de genere loquebamur) adducta eſt cauſa. Cur ita factũ ſit: hęc eſt ratio. Diffinitiones rerum: ſunt diffinitiones ad declarandas earum naturas. genera autẽ et ſpecies neq; res ſunt/ neq; determinatam habẽt naturã: vt diffiniri potuiſſent. nec in vno aliquo prędicamentorum ſed generaliter in omnibus conſiderãtur. Etenim in ſubſtantia/ quãtitate/ qualitate/ ac reliquis prędicamentis: & genera ſunt et ſpecies et differentiæ. nec res: ſed habitus rerũ demõſtratiui. Quare cum diffinitiones (vt dictũ eſt) rerum/ ſint diffinitiones/ voceſq; non res: iure quidem merito his diffinitiones aſſignare cũ nullo
» modo potuerit/ deſcriptione eſt vſus. ¶ Sed hęc ſpecialiſſimæ ſit ſpeciei: reliquæ vero & non
» ſpecialiſſimarũ. ¶ Hęc (inquit) poſterior deſcriptio non omnibus cõpetit ſpeciebus: ſed ſolum ſpecialiſſimis. atq; vt pernoſceremus/ quæ ſint ſpecialiſſimę ſpecies: vtitur huiuſmodi diuiſiõe. Subſtantia: alia corporea/ alia incorporea. Corpus: aliud animans/ aliud inanimũ. Animans: aliud animal/ aliud planta/ aliud viuens plãta. Planta enim/ has tres ſolas habet vires: nutritiuam/ auctiuã/ et progenitiuam. Animal pręter has habet et ſenſitiuã & progreſſiuã. Viuẽs autẽ planta amborũ/ animalis ſcilicet & plãtæ particeps: habet pręterillas tres ſenſum tactus/ ſed de loco in locũ non progreditur. cuius generis ſunt & oſtrea & ſpongiæ. ingenerãtur enim petris: aduenienteq; cõtrario aliquo videmus contrahi/ recedente vero diffundi amiciſq; rebus gaudere/ ingratis vero triſtari. Rurſus animal: rationabile aliud/ aliud irrationabile. Rationabile: deus/ homo. Homo: alius Socrates/ alius Plato/ alius hic & ille. De quibus (quia particulares) nullus eſt apud philoſophos ſermo/ vt ſœpe iam diximus. In hac igitur diuiſione: primum eſt ſubſtantia/ poſtremũ homo. Media vero quę ſunt: ſubalterna. ſic ideo vocata: quoniam & genera & ſpecies eſſe poſſunt. Dicitur itaq; ſubſtãtia genus generaliſſimũ. homo autẽ ſpecies ſpecialiſſima. reliqua vero et genera & ſpecies ad aliud & aliud ſũpta. Corpus enim ſubſtãtiæ ſpe-

cies:animantis eſt genus.Animans corporis ſpecies: genus eſt animalis. Animal ſpecies animantis:hominis genus.Homo animalis ſpecies:nō amplius (inquit) ē genus.Prædicatur enī non de differētibus ſpecie/ſed numero: vt ſunt Socrates/ Plato/ Alcibiades. Nec modo nō erit genus:ſed neq; indiuiduum/ cum omnia particularia ſub ſe indiuidua cōprehēdat. Erit igitur homo ſpecies ſpecialiſſima. Dicit ergo poſteriorem ſpeciei deſcriptionē nō omnibus cōpetere ſpeciebus poſſe/ vt animāti & animali:ſed ſolis ſpecialiſſimis.vt homini/ equo/ cani/ & id genus
» cæteris:qui dumtaxat ſpecies. ¶Sed quo res planius intelligatur:dicemus ſic. In vnoquoq; p-
» dicamento. ¶In omnibus (inquit) prędicamētis ſunt & genera & ſpecies.ſubſtātia quidem eſt genus generaliſſimū.ſub ea:corpus.ſub corpore:animatū(hanc enī diuiſionis ſolam partē ſuſcepit prętermittēs incorporeum:vel ob hoc quia q̄ ſenſu percipiuntur/ nobis notiora)ſub animato:animal.ſub aīali:rationabile.ſub rationabili: homo. Subſtantia igitur genus generaliſſimum:qđ ſolum eſt genus.nichil enim ſubſtantia prius.homo vero ſpecies ſpecialiſſima:quę ſola eſt ſpecies.poſt hominē enim vniuerſale nichil,corpus autē: & genus erit & ſpecies.ſubſtantiæ ſpecies:genus vero animati. Animatū corporis ſpecies: genus aīalis. Animal autē dicitur id omne qđ animatū eſt ſenſus particeps. animatū vero:id qđ alitur & augetur/ ac ſibi ſimile gignit. Verbi cauſa. Plantæ quę eas ipſas vires capiunt: animatæ quidē ſunt/ nō autē aīalia, at vero oſtrea & ſpongiæ:animata/ & pręter illas(vt diximus)ſenſitiuā quoq; vim habēt. Accedēte enim contrario/ contrahūtur:abſcedente vero præ lętitia diffundūtur.quę tum plantis tum animalibus ſimilia.qua radicibus tenētur:plātis.qua vero & ſentiunt et aluntur:animalibus. Animal ſpecies animati: genus autē rationabilis.Rationabile genus mortalis:ſpecies vero animalis.mortale/ rationabilis ſpecies:hominis vero genus.Homo ſpecies rationabilis:non autē et genus Socratis aut Platonis. ¶Atq; omne qđ ſuperius de indiuiduis cōtinēter prędicatur:
» ſpecies erit ſola/ nō autē & genus. ¶Continenter hoc eſt ſine vllo medio.eſt enim q̄ indiuidua
» ſuperius animal non cōtinenter: ſed intermedio homine.homo igitur quoniam de indiuiduis continenter prędicatur:ſpecies dicetur ſolū/ non & genus.Quapropter hęc duos habent reſpectus:ſubſtantia autē nō niſi vnū ad ea videlicet quę ſunt poſt ſe/ ad ea vero quę ſunt ante ſe minime.quippe quoniam nichil eſt ſubſtantia ſuperius.contra homo non niſi vnū ad ea quę ſunt ante ſe:ad ea vero quę ſunt poſt ſe nequaq̄. homine enī inferius vniuerſale nichil. At vero media:duos.alterū ad ea quę ſunt ante ſe q̄ ſpecies:alterum ad ea quę ſunt poſt ſe q̄ genera. ex primo igitur reſpectu erunt ſpecies:ex ſecundo genera. Extrema vero dūtaxat vnum.Generaliſſimum intelligit & ſpecialiſſimum.Sed et indiuiduorum ſpecies dicitur.Habet enim et ſpecialiſſima ſpecies reſpectum quendā ad ipſa indiuidua:non autem illū qui eſt in prioribus vt venire poſſit ſub rationem generis.homo enim nō genus eſt Socratis et Platonis:ſed ſpecies/ indiuiduorum cōprehenſiua. Determinant itaq; generaliſſimum/ſic. Poſtq̄ de generaliſſimo genere/ de ſubalternis et de ſpecie ſpecialiſſima diſſeruit:nunc eadem ipſa deſcribens/ dicit genus generaliſſimum id eſſe:qđ cum ſit genus/ nō poteſt eſſe ſpecies/ & ſupra qđ nō eſt aliqđ aliud genus.Specialiſſimā autem ſpeciem:eſſe id qđ cum ſit ſpecies non poterit eſſe genus/ nec in ſpecies amplius vnq̄ diuidi. Subalterna vero:ea eſſe/ quę tum genera tum ſpecies eſſe poſſunt. De his autem diſſerens:perſpicuitatis gratia/ exemplū ſumit de genealogia. Vt enim (inquit) in genealogijs/ſiue (vt maiores noſtri interprætati ſunt) proſapijs: Iuppiter prīcipium quoddam eſt atq; omniū ſupremus pater.Oreſtes autem filius/ ſupremus omniū filius.Agamēnon vero Oreſtis pater:filiꝰ Atrei.Atreus Agamēnonis pater:filius Pelopis. Pelops pater Atrei: filiꝰ vero Tantali.Tantalus Pelopis pater:filius autē Iouis. ſic & in generibus & ſpeciebus quę ſunt apud philoſophos.Alia enī ſolū genera ſunt:vt ſubſtantia.alia vero ſolum ſpecies:vt homo.
» ¶Verum quidem in proſapijs ad vnum (videlicet Iouē) principiū plerūq; reducimus. ¶Dubitationem fortaſſe nobis in generare potuiſſet eiuſmodi exemplū:quā pręueniens Porphyrius dimouet. Dixiſſet enim quiſpiam ſic.Quemadmodū in proſapijs cathenæ ad vnum fere principium recurrunt/ puta ad Iouem/ quem Poetæ hominumq; deorumq; parentem vocant: ita et huc omnia prædicamenta ad vnū quoddam principium reducentur/ puta ad ens.ſubſtantia ſiquidem eſt ens.ens eſt & q̄tum/ & quale/ & reliqua prædicamenta. nec erunt decem generaliſſima genera:ſed vnum erit omnibus cōmune genus ens.Qđ ipſum refutans Porphyrius:dicit ens non eſſe genus prædicamentorum. Quod autem ens non ſit genus prędicamentorum demonſtrabimus hoc modo.Quęcunq; diuiduntur: vel vt genera diuiduntur in ſpecies/ vt cū dicimus animal/ aliud eſſe canem/ aliud equū/ aliud hominem. vel vt totum in partes.Id autē bipartito: vel in homœomera vel in anomœomera. hoc eſt vel in partes toti ſimiles vel diſſi-

miles.nos augentes linguã latinam: ſimilipartitum & diſſimilipartitum dicamus. In ſimilipartitum quę diuiduntur :ſunt venæ/artærie/oſſa/carnes & eiuſmodi: quorum partes & ſibi inter ſe ſimiles et toti. In diſſimilipartitum vero caput/manus/pedes/et his ſimilia: quorum partes nichil conuenient cum toto. Vel tanq̃ æquiuoca vox in varias ſignificationes: vt cũ dicim⁹ canis ali⁹ eſt terreſtris/marinus ali⁹/alius cæleſtis. Si itaq; demõſtrabitur ens/neq; vt genus in ſpecies/neq; vt totum in partes diuidi in decem prędicamenta: neceſſe erit vt tanq̃ æquiuoca vox diuidatur in varias ſignificationes. Qz autem non diuidatur vt genus in ſpecies:patebit ſic. genus cum in ſpecies diuiditur:omnibus pariter ineſt ſpeciebus/ nec cõſideratur quid prius poſteriuſue ſecundum generis participationem.nichil enim prius magiſue animal eſt homo q̃ equus. Itemq; dimota vna aliqua ſpecie: non dimouebuntur & reliquæ/ vt ablato animante auferatur & animal/ cęteręq; ſpecies eius equi videlicet canis/plantæ & eiuſmodi. Si itaq; in decem prędicamenta ens diuiditur tanq̃ genus in ſpecies: non oportebit eſſe in his quid prius ac poſteri⁹/neq; aliud alio magis minuſue particeps eius fieri. atqui prius eſt et poſterius/dimotaq; altera dimouebuntur et reliquę. nõ igitur ens erit genus decem prędicamentorum.eſt enim primo ſubſtantia.poſt ſubſtantiam quantitas.poſt quantitatem qualitas.e quibus ſubſtantia prior/ſi dimoueatur : dimouebuntur et reliqua accidentia. eritq; neceſſario magis particeps eius ſubſtantia.hæc ſiquidẽ vt accidentia ſint facit.indigẽt ſubſtantię accidentia:accidentium autẽ ſubſtantia minime. Exiſtit enim per ſe ſubſtantia: at accidentia niſi hęc cui acciderẽt prius exiſteret/nequaq̃. ſemper enim accidẽs: pręcognitum habet id cui eſt affuturum. non igitur ens vt genus diuidetur in decem predicamenta. ſubſtantia quoniam dimota/dimouẽtur & reliqua:quę niſi in ipſa exiſtere nullo modo poſſunt. patet ergo ens vt genus in ſpecies diuidi nullo modo poſſe in decem prędicamenta.quinimo neq; vt totum ĩ partes.Nãq; vel vt ſimilipartitũ vel vt diſſimilipartitũ:ſimilipartitũ autẽ id eſt quod partes toti ſimiles habet/ita vt ex toto denominentur partes/nec inter ſe quicq̃ differãt vt lignum/lapis/neruus/caro et huiuſmodi. vnaquæq; enim ligni pars: lignũ vocatur.ſic et lapidis & nerui ac id genus cæterorũ partes:ex totius appellatione denominabuntur/nichil ab eo differentes. vt ſimilipartitum autẽ ens ſi diuideretur in prędicamenta: prædicamenta ipſa oportebat tanq̃ partes ex appellatione totius denominari dicq; entia. At vero cum longe inter ſe multumq; differant: non nominibus ſolum/ſed & rebus(aliud ſiquidem ſubſtantia aliud quantitas)nequaq̃ profecto vt ſimilipartitum diuidetur.Quinimo neq; vt diſſimilipartitum.namq; cum diſſimilipartitum id ſit quod partes habeat inter ſe differentes/ atq; a totius ratione diuerſas.verbi gratia.faciei partes/ſunt naſus/oculi/frõs: quę neq; appellãtur ex nomine totius/neq; inter ſe ſunt ſimiles.nunq̃ enim dicim⁹ naſum / aut oculum eſſe faciẽ. & ſi quę nominibus ac rebus inter ſe differunt/partes habeat: nõ tamen habebit quę a ſe nõ denominentur partes.ens enim ſubſtãtia/ens q̃titas/ens qualitas/et reliqua p̃dicamenta.diſſimilipartita autẽ nõ ſunt quorũ de totius nomine partes appellãtur. neq; igitur vt diſſimilipartitum diuidetur. Si ergo neq; vt gen⁹ in ſpecies/neq; vt totũ in partes poterit ens diuidi: certe tanq̃ æquiuoca vox diuidetur in varias ſignificationes. ¶Sed ponatur quẽadmodum
» eſt in prædicamẽtis apud Ariſtotelem:decẽ prima genera quaſi decem prima principia eſſe.
» ¶Supponatur(inquit)nunc quaſi principia rerum eſſe genera decem. hoc enim ipſum demõſtrare decẽ dũtaxat eſſe principia:alterius erat ac perfectioris tractatus. ſupponatur autẽ id(inquit)tanq̃ in confeſſo. ¶Etſi omnia quiſpiam entia vocarit:æquiuoce(inquit)non autẽ
» vniuoce nuncupabit. ¶Aequiuoca ſunt quib⁹ vnum idem eſt nomen commune/nõ autem
» eadem rei ſignificatio.vt canis/gallus/Aiax/Alexander/et eiuſmodi: quibus idem commune nomen/res vero quæ eodem ipſo nomine ſignificantur differentes.Canis namq; & cæleſtis eſt & marinus & terreſtris/gallus et gens eſt & animal. Aiax:thelamonis & oilei. Alexander:paris/ & macedo. Vniuoca autem ſunt: quę pluribus nominibus itidem ſignificantur. vt enſis/gladius/mucro. Siue quorum commune idem nomen eſt/ atq; ex eo ipſo nomine eadem diffinitio.verbi gratia.homo & equus/commune habent nomen animal(vterq; enim eſt animal) et diffinitionem ex ipſo animali eandem.hanc/ ſubſtantia animata ſenſibilis. Dicit itaq; q̃ ſi entia ea omnia appellauerimus: æquiuoce appellabimus & non vniuoce. æquiuoca(vt iam dictum eſt)ſunt:quæ ſolum nomen commune habent.vniuoca vero quæ & nomen et diffinitionem. ens autem ipſum: ſolum nomen commune ſuum præſtat his quę ſunt ſub ſe.dicuntur quidem entia/et ipſa prædicamenta:non autem et communem omnibus ex eodem ipſo nomine diffinitionem. Aliud namq; ab alio : nũquodq; prędicamentum : qua eſt/ qua nominatur/ et qua diffinitur. Vt æquiuoca igitur vox diuidetur ens in

GIRARDVS.

generaliſſima prædicamenta: in ſubſtantiã/ in quãtitatem/ qualitatẽ/ ad aliquid/ vbi/ quãdo/ agere/ pati/ ſtare/ & habere. ¶ Indiuidua autem quę ſũt ſub ſpecialiſſimis infinita. ¶ Infinita dicit: nõ q̃ ſint/ ſed q̃ rurſus ac rurſ̃ generentur. Specificis differẽtiis. Specificas differentias vocauit ſubſtantiales: vt animalis/ mortale & non mortale/ ratione vtens & non vtens, ſunt namq; et non ſubſtantiales differentiæ: vt animal aliud ſedet aliud ambulat/ aliud bipes aliud quadrupes/ album aliud/ aliud nigrum. quę communes & propriæ a Porphyrio dicẽtur: vt paulo poſt videbimus. ¶ Infinita autem (inquit) omittenda: quando nulla ex his effici ſcientia poteſt. ¶ Porphyrius (frater) ex Parmenide/ Philebo ac Sophiſta/ pleraq; in rem ſuam tranſferens: magna ex parte hoc opus confecit. Hęc autem in Philebo dicta a Platone ſunt: non in ſophiſta/ vt aſſerit Ammonius. Sed ſit ſane μρημοριϰον ἁμαρτημα Ciceronianum. Nos eum locum (quia dignus viſus eſt non modo qui vt aiunt/ fulgidula milto/ verum etiam qui auro annotetur) ita tibi interpretati ſumus. Dialecticam ipſam Socrates laudans: docet his verbis. Donum quidem michi vt videtur/ maximum ad nos deorum beneficio/ vna cum lucidiſſimo igne illo quẽ ætherea ſubduxit Promœtheus domo/ deſcendit. Priſci quidem q̃ nos ſumus/ longe præſtantiores/ et diis ipſis proximiores: hęc ipſa nobis tradiderunt oracula. Ex vno multiſq; hæc quę ſempiterna dicimus: vniuerſa omnia conſtare/ finitumq; & infinitum his inſitum inhęrere. Atq; iccirco oportere nos generalem multorum ſpeciem ſemper vnam inquirentes/ quę ſuapte natura his inſita ſit: inuenire. Mox et alteram ſi duę forte ſint: perſcrutari. item & tertiã & quartã/ et ſi fors tulerit/ quintam: donec ad vnũ aliquod ſupremum deuenietur. Contra vero rurſus eiſdem deſcendendo gradibus/ ad ipſum vſq; principio vnum diuidere: quo ad vnum id non modo plurimũ ac infinitum/ verum etiã ita eſſe dinoſcatur. Infiniti autem non prius admouendã multitudini ſpeciem: q̃ qui inter infinitũ & id vnũ numerus eſt/ intelligatur. poſtremo quęcũq; in infinitum abeunt omittenda. hoc quidem pacto inueſtigare ac diſcere/ & quę didicerimus docere poſſe: dii nobis ipſi dederunt. Hęc frater/ diuiniſſimus Plato. ¶ Quando nulla ex his effici ſcientia poteſt. ¶ Interpretatur Porphyrius Platonem: cur quæ in infinitum abeunt omittenda dixerit/ et quidem pulcherrime. Omnis enim ſcientia efficitur (vt diximus) per demõſtrationem. demonſtratio per diffinitionem. indiuidua autem infinita. quod infinitũ: incomprehenſibile. quod incomprehenſibile: diffiniri nullo modo poteſt. quod diffiniri nõ poteſt: ſciẽtia certe ex eo nulla cõſtabit. nulla igitur ex indiuiduis ſcientia effici poterit. ¶ Cum igitur ad ſpecialiſſima deſcendimus. ¶ Dixit ens non eſſe genus generaliſſimorum/ quę et definitam habent naturam/ & nobis facilius pernoſcuntur: nunc autem de ſpecialiſſimis ſpeciebus pertractando perſcrutatur an ita ſe habeant/ quomodo generaliſſima genera/ hoc pacto. Alia ſunt quę definitum habent numerum/ quęq; a nobis percipi poſſunt: vt ſunt decem genera generaliſſima. Alia vero quę etſi definitum habent numerum/ non tamen percipi poſſunt: vt ſpecialiſſimę ſpecies/ homo/ equus/ canis/ vitis/ oliua & huiuſmodi/ quę ſuapte natura et definitæ & incognitę eſſe poſſunt. Definitę/ quia omnino certę: incognitę/ quia alię alibi, multę enim & animalium & plantarum & metallorum ſpecies/ nobis incognitę. Verumenimuero quęcunq; in rebus ſunt/ definita eſſe: euidentiori quadam captiuncula demonſtrabimus. ſic. Infinito maior nulla multitudo. Hoc cum ita ſit: ponatur/ ſpecialiſſimas ſpecies infinitas eſſe. Siquidem in vnaquaq; ſpecie multa ſunt indiuidua. humana enim ſpecies vna/ in mille diuidetur indiuidua/ hoc eſt particulares homines. ſimiliter & equina & canina et id genus cęterę. manifeſtum hoc quidem omnibus: multo maiorem eſſe indiuiduorum q̃ ſpecierum multitudinem. ſi itaq; multipliciora ſunt quæ ſub ſpeciebus ſunt indiuidua q̃ ſpecies ipſę/ ſpecierumq; ſpecialiſſimarum numerus infinitus: infinitior certe erit indiuiduorum numerus/ q̃ infinitus numerus ſpecierum. at vero infinito aliquid multiplicius non eſt. non eſt igitur ſpecierum numerus infinitus. Dicendo namq; numerum numero maiorem eſſe: definimus ac determinamus minorem. Quicunq; enim aliquo alio maior eſt: certe exceſſu quodam maior. exceſſu vero amoto: definietur determinabiturq; quod eſt reliquum. Quo itaq; modo demonſtratum eſt/ ſpecialiſſimas ſpecies non eſſe infinitas: ſic & quę ſub ipſis ſunt indiuidua demõſtrabimus: neq; infinita/ neq; multipliciora eſſe q̃ ſpecies. Siquis nãq; dixerit indiuidua infinita: certe quę ſub qualibet erunt ſpecie indiuidua/ vel infinita ea eſſe confitebitur (verbi gratia. quę ſub humana/ quę ſub equina cæteriſq; ſpeciebus indiuidua ſunt: ipſa per ſe infinita eſſe) vel ſuapte natura definita/ vel omnium ſimul quę ſub cunctis ſpeciebus ſunt/ indiuiduorum congregatam multitudinem dicet eſſe infinitam. Si igitur quę ſub qualibet ſpecie ſunt indi-

¶ Dij nobis ipſi dederunt. Hæc ſupra cogitatum hominum non aſcendunt/ neq; digna Platoni q̃ oracula vocẽtur. verũ q̃ hic dicit dij: qd aliud q̃ dęmonium Socratis intelligãt/ ne Platonici quidẽ aſſignare poſſint. At id cõſtanter tenemus/ quod ſpiritus ſanctus dicit. quoniã omnes dii gẽtium dæmonia: dominus autẽ cęlos fecit.

uidua ea infinita esse fateatur: accidet rursus infinito aliquod infiniti9 multipliciusq; esse: siquidem particulares homines infiniti/ & particulares quoq; equi infiniti: quodq; ex ambobus duplicatum erit adhuc magis infinitum. quod vero ex reliquis omnibus: certe etiam multiplicius. quo quid dici absurdius potest? Nullo igitur pacto quæ sub qualibet specie indiuidua sunt: infinita esse poterunt. Sin vero determinata ea esse dicantur: certæ et ipsæ specialissimæ species determinate erunt. atq; ex omnibus composita multitudo determinata. nam quicquid ex determinatis componitur: & ipsum determinatum. determinatus igitur erit indiuiduorum numer9. Quodcunq; enim fit semper/ æternumq; manet: illud infinitatem habet. qua ratione et numer9 dicitur infinitus: q9 cum semper adaugeri possit/ ac nunq̃ deficiat/ actu quidem ipso susceptus definiri inuenietur semper. Eodem etiam modo demonstrari poterit: & arenam esse numero definitam. nec falsum fuisse Apollinem qui sic cecinit.

Noui ego dimensum pelagi/ & numerum scio arenarum.

Vel si hoc non placet. sic.

Noui ego quot numero fluctu voluantur arenæ.

Et quantum oceani pateat mensura profundi.

Infinita enim si esset/ adiunctus ei cum fuerit hominum numerus: erit adhuc infinitior/ quando quod ex duobus componitur/ alterutro fit maius. Sicq; erit infinito quoddam infinitius: qđ minime oportuit. Specialissima igitur suapte natura determinãtur/ nobis tamen incognita: indiuidua determinatam quidem naturam non habent/ quia rursus ac rursus generantur. nobis tamẽ cognita/ actu dum ipso/ sunt species effectę principiumq; habuerint generationis: etsi minime quot sint intelligantur. non etenim quẽadmodum in specialissimis speciebus ita & in his
» quotum cognosci potest/ definitus siquidem (vt demonstratum est) horum numerus. ¶Cum
» vero ascendimus ad generalissima: multitudinem ipsam in vnum colligere oportebit. ¶Declarat hoc loco quid accidat ascendentibus a specialissimis ad generalissima/ et quid descendenti
» bus a generalissimis ad specialissima. Idq; frater ex Philebo. ¶Atq; item magis genus.
¶Species enim comprehensiua tantum est particularium indiuiduorum: genus vero & specierum er indiuiduorũ. De inferiori etenim ad superius hoc est ab indiuiduis ad generalissima conscendentibus: multitudine quidem res coarctantur/ minuunturq;/ vi vero atq; potentia dilatantur augenturq;. Species namq; q̃ indiuidua sunt multitudine pauciores/ potẽtia vero plures. simili modo & specierum ipsarũ genera: quo usq; ad vnum generalissimum perueniatur. Atq; id non irrationabiliter. vna siquidem rerum omnium causa est atq; principium. Quare quę generi generalissimo proximiora/ coangustantur multitudine/ adaugentur vero potentia: quæ
» contra sunt ab eo ipso remotiora/ augentur numero/ diminuunturq; potentia. ¶Demonstra-
» tum autem est et genus & species: & quæ sit vtriusq; natura. ¶Proposuerat Porphyrius de propositis quinq; vocibus logice potius pertractare/ q̃ (vt diximus) naturaliter aut diuine. postq̃ vero docuit quę esset generis ac speciei natura: visum est etiam velle ostendere/ quẽadmodum vtilis sit eorundem contemplatio/ ad ipsam differendi rationem/ ferme hoc pacto. Omnis quidem diligens differendi ratio versatur circa demonstrationem. demonstratio autem constat ex syllogismo. syllogismus ex enunciationibus. enũciationes: ex duobus terminis/ quorum alter suppositum/ alter vero dicitur prędicatum. Suppositum autem: id est de quo fit sermo. prędicatum vero: quod de eo ipso dicitur/ sic. Socrates disputat. enunciationis huius suppositum est Socrates de quo fit sermo: prędicatum vero est disputat/ quod de illo dicitur. Itemq; & sic. Anima per seipsã mouetur. suppositum est anima: prędicatum autem hoc/ per seipsã mouetur. Itemq; sic. homo est animal. suppositum est homo: prædicatum autem animal. Atq; in omni similiter enunciatione docet/ quæ genera sint/ & quę species: hoc est quę quibus supponi/ et quæ de quibus prædicari debeant. Atq; vt pernoscamus quomodo inter se implicita ea/ scilicet genera et species: efficiant enunciationes/ ex quibus (vt dictum est) fit syllogismus/ circa quem tota differendi ratio versatur: dicit de specie semper prædicari debere genus/ vt de homine animal/ de animali substantiam. nõ autem de genere speciem: quippe quoniam nequaq̃ verum erit si quis substantiam dixerit esse animal/ aut animal hominem. Ac patet id quidem: de speciebus semper prædicari debere genera/ de generibus vero species nunq̃. Intelligendum est autem oportere prædicata omnia: vel pluris esse q̃ suppositа/ vt homo et animal/ vel saltem æqualia/ vt homini risibile. inuicem enim de se æqualia prędicãtur. vt enim dicim9 homo risibilis: ita ex diuerso dicimus risibile est homo. ¶Et omnia superiora de inferioribus. ¶Vt substantia de corpore/
» corpus de animante/ animans de animali/ animal de homine. ¶De quib9 autem species præ-

GIRARDVS.

dicatur: de his et ſpeciei genus/ & generis genus neceſſario vſq; ad generaliſſimũ prædicabitur. ¶Aliud tradit præceptum/ & ipſum ad diſſerendi rationem non inutile. Eſt autem huiuſmodi. De quo ſpecies prædicatur: de eodẽ & ſpeciei genus vſq; ad generaliſſimum prædicabitur. verbi cauſa: de Socrate prædicatur homo/ deq; homine animal/ animal igitur & de Socrate prædicabitur. Item de animali prædicatur id quod eſt animans: igitur & de homine & de Socrate. De animante corpus: igitur et de animali/ & de homine/ & de Socrate. De corpore ſubſtantia. ſubſtantia igitur: de corpore/ de animante/ de animali/ de homine et de Socrate prædicabitur. ¶Generaliſſimũ enim: de omnibus quæ ſub ſe ſunt generibuſq; & ſpeciebus et indiuiduis prędicatur. ¶Si enim verum illud eſt ſuperiora ſemper de inferioribus prędicari: manifeſtum quidem generaliſſimũ de omnib9 quę ſub ſe ſunt generibus atq; indiuiduis prędicari. ¶Indiuiduũ autem dicitur Socrates/ et hoc album. ¶Apponens demonſtratiuum illud pronomen hoc: effecit particulare id ipſum vniuerſale quod demonſtrauit. per ſe enim album/ vniuerſale. ¶Quorum congregatio nũq; in aliquo alio eadem erit. ¶Non dixit quorum vnumquodq; ſed quorũ congregatio. illud enim vnũquodq; et in aliis exiſtere poteſt: cuncta autem ſimul nulli. ¶Vniuerſalis quidem hominis proprietates fieri eædem poſſunt in pluribus: at vero Socratis in aliquo alio nequaq;. ¶Hominis (inquit) proprietates ineſſe poterunt et particularib9 hominibus: vt hoc/ animal rationabile/ mortale/ & eiuſmodi. intelligẽdum eſt autem hoc loco: genera/ ſpecies & indiuidua/ habere quaſdam proprietates. ac generis & ſpeciei proprietates inexiſtere in pluribus: indiuiduorum autem in illo ſolo cui inſunt/ indiuiduo. Verbi gratia. animalis proprietates ſunt ſubſtantia/ animatum/ et ſenſitiuum. inerunt autem pluribus/ homini/ equo/ cani & cæteris. hominis autem proprietates ſunt: animal rationabile mortale/ mentis ac ſcientiæ capax/ quæ omnibus inexiſtẽt hominibus. Socratis vero proprietates ſunt eſſe philoſophum/ caluum/ vẽtroſum/ Sophroniſci filium/ Athenienſem/ & eiuſmodi: quorum quidem vnumquodq; per ſe poteſt & in aliis exiſtere. inuenientur namq; et alii calui/ ſimi/ philoſophi/ Athenienſes/ et fortaſſe etiã Sophroniſci filii. Congregatio vero quæ facta fuerit ex hiſce omnibus: philoſophum videlicet/ caluum/ ſimum/ ventroſum eſſe eodem ipſo tempore niſi in ſolo Socrate exiſtere nõ poterit. ¶Species autem ſub genere. genus enim quid totum eſt/ indiuiduum vero pars: ſpecies vero & totũ & pars. ¶Totũ: qua reſpicit indiuiduum. pars qua reſpicit genus. ¶Sed pars quidem alterius: totum vero nõ alterius eſt/ ſed in aliis. ¶Totum enim et pars ſunt ad aliquid. Eorum autem quæ ad aliquid ſunt: quędam per rectum caſum proferuntur/ ſic. dominus et ſeruus. quędam vero per obliquũ/ ſic. pater filii pater per genitiuum. per datiuum ſic: amicus amico amicus. per accuſatiuum ſic/ amatus amatorem amat. Atq; iccirco dixit/ pars quidem alterius: totum vero in aliis. Dicimus enim partem totius eſſe partem: non ſic autem totum partis totum. ſiquidem ex vna ſola parte nunq; dicetur componi totum/ ſed ex pluribus. Quare illic relationem facimus per genitiuum: hic vero per ablatiuum. ex pluribus namq; partibus neceſſe eſt fieri id ipſum totum. quod ex Platonis Parmenide frater ſumptũ. Pulchre igitur dixit totũ vero non alterius/ ſed in aliis. Intelligendum eſt autem non per ſingularem modo/ ſed per pluralem genitiuum potuiſſe dici/ hoc modo/ totum partium eſt totum: ſed communem potius dicendi conſuetudinem ſecutus Porphyrius/ maluit per ablatiuum. ¶Quædam et genera & ſpecies ſunt. ¶Scilicet ſubalterna. hæc namq; & generis & ſpeciei rationem: eadem habere poſſunt. ¶Et quot modis genus ac ſpecies dicantur. ¶Genus tripliciter: ſpecies vero dupliciter.

Aialis proprietates ſũt ſubſtantia/ aiatũ & ſẽſitiuũ. Si Platonici eiuſmodi ꝓprietates vocãt: at nõ Peripatetici. idicant eni qd ẽ eſſe rei qd ꝓpria neutiq; fecerit.

¶DE DIFFERENTIA. Cap. VI.



Differentia autem et communiter et proprie et pluſq; proprie dicatur. ¶Quã ob cauſam/ cum differentia prior ſit q; ſpecies/ præpoſita tamen ſpecies fuerit: iam diximus. Nunc itaq; de differentia locuturus: ſupradicta quoq; regula vtitur/ eius ipſius ſignificationes enumerando. Verũ enimuero vt quæ dicenda erunt/ conſequi faciliter poſſimus: prius hęc pernoſcenda. Differentia: nichil quidem aliud eſt q; rerum diſſimilitudo/ ſiue vt verbum verbo reddamus/ alteritas. Alteritas (id enim eſt ετεροτης) vel ſeparabilis ac ſecũdum quid accidens/ quæ videlicet ab illis in quibus ineſt ſuapte natura ſeparatur. verbi gratia. qui ſtat & qui ſedet/ quanq; ille qui ſtat ſedere/ hic qui ſedet ſtare poſſit: differunt tamen hoc quia ille ſtat/ hic vero ſedet. Dicitur hæc ſeparabilis/ et ſecundum accidens differentia. Porphyrius eam vocat communem: ideo quia non determinate in aliquo ineſt/ ſed communiter in omnibus. Vel prorſus inſeparabilis: quæ videlicet minime ſeparatur. Inſeparabilis rurſus vel per ſe exiſtit/ ſubiectæ materiæ completiua: vt hominis/ rationabile/ mortale. differimus enim a

brutis hoc/ q̄ nos & rationis & orationis participes ſumus: illa vero penitus expertia. Vel per accidens nullius rei effectiua: vt naſi aduncitas/ ſimitas/ oculorum glaucitas/ et eiuſmodi. differunt namq; inter ſe: hic quia ſimus/ ille vero quia aquilinus. Dictæ autem hæ differentiæ ſecundum accidens: quoniã nichil ad ſubiectę rei ſubſtantiam conferunt. Item et inſeparabiles: quia nequaq̄ aptę natæ ſunt poſſe a ſubiecto ſeparari. nunq̄ enim poterit homo non eſſe rationabilẽ mortalẽ/ nunq̄ & Socrates poterit non eſſe ſimum/ ac Socratẽ eſſe. Verũ hę quę per accidẽs nullius dicunt rei effectiuę: dictę a Porphyrio ꝓprię/ q̄ determinate inſit in aliquo/ eſſe ſimũ & eſſe aquilinum. illę vero quę per ſe ſunt ſubiectę materię completiuæ/ vt rationabile mortale: dictę a Porphyrio pluſq̄ proprię. Differentiarum itaq; ſiue (vt latino vocabulo interdũ vtaris) diſſimilitudinum: alię communes/ alię proprię/ alię & pluſq̄ proprię. Communes differentię ſunt: quę per accidens ſunt ſeparabiles. proprie contra: quę ſunt per accidens inſeparabiles. pluſq̄ proprię vero: a ſubiecta materia prorſus inſeparabiles. Ac non irrationabiliter quidem hic dũtaxat agitur de pluſq̄ propriis. philoſophus enim circa ea potiſſimum verſatur: quę conferunt ad innuendã philoſophię rationem/ diuiſiuã ſcilicet ac diffinitiuam. diuiſio autem et diffinitio nũq̄ ab aliquo accidẽte ſuſcipiuntur: niſi ex ſubſtantiuis/ quales ſunt hę quę pluſq̄ proprię dicũtur differentię. Prima vero differentiarum diuiſio: hęc quã diximus. ſupradiuiſio autẽ quę ſequitur hęc. ¶ Differentiarum alię ſubiectum αλλοιον eſſe faciunt: alię αλλον ¶ αλλοιον autẽ frater id dicitur: quod ex accidentibus ita immutatũ eſt/ vt vix agnoſcas idem eſſe. noſtri modo diuerſum/ modo alienum/ modo diſſimile dixerũt. αλλον vero: qđ per ſe ab altero penitus differt. nos aliud dicimus. Communes itaq; ac proprię differẽtię ſubiectum faciunt eſſe αλλοιον. hoc eſt a ſeipſo diuerſum: vt ſedere/ et ſtare/ ſimum/ & aquilinũ eſſe. Pluſq̄ proprię vero αλλον aliud: vt rationabile/ et irrationabile. Verbi gratia ab aſtante Socrate/ ſedens non alius dicetur Socrates/ ſed diuerſus: & ab homine equus non diuerſus/ ſed alius. Illud enim accidentiũ varietatem ſignificat: hoc vero ſubſtantię. Tripliciter itaq; cum differẽtię dicantur/ communiter/ propriæ ac pluſq̄ proprię: de iis quę pluſq̄ proprię ſunt apud philoſophos ſermo. proprię nãq; & communes: ad generum diuiſionẽ nil quicq̄ cõferunt. nemo enim dicet animalium alia ſtant/ alia ſedent/ aquilina alia/ alia ſima: niſi fortaſſe qui iampridem deſipuerit. Si igitur ad diuiſionẽ inutiles: erunt & ad diffinitionem. ac dumtaxat pluſq̄ proprię differentię/ neceſſarię. ¶ Et pluſq̄ proprie dicatur. ¶ Dicatur inquiens: ſignificauit ſe id nomen poſuiſſe. conſueuerunt enim antiqui/ cum vulgato nomine vterentur dicere dicitur/ vocatur/ et eiuſmodi: cum vero ipſi nomina impoſuiſſent/ vocetur vel dicatur. ¶ Differt enim a Platone Socrates alteritate. ¶ Qua homines quidem non differunt: ſed qua hic fortaſſe ambulat/ ille vero ſedet. ¶ Et ſemper in hoc quomodo habet alteritatibus. ¶ Hoc eſt in differentijs quę ſunt ſecundũ accidens. illud enim quomodo habet: poſuit pro eo qđ dici ſolet ſecundum accidẽs. accidens namq; in ſolo eo quod eſt quomodo habet/ cõſideratur. ¶ Quẽadmodum ab homine equus differt ſpecifica differẽtia. ¶ Id eſt qualitate ſpeciei expletiua/ vt eſt rationalis. animal namq; ſuſcipiens mortale rationabile/ facit hominem: mortale vero et irrationabile equum/ canem & id genuscætera/ ratione & oratione carentia animalia. quę differentię appoſitę generibus: efficiunt ſpecies/ vnde & ſpecificę dictę. ¶ Differentiarum enim alię aliud conficiunt: alię vero diuerſum. ¶ Differentiarum (inquit) alię aliud faciunt: alię vero diuerſum. Quę aliud efficiunt/ per ſe: quę vero diuerſum/ per accidẽs dicuntur ac ſeparabiles. Separabilem autem dico: communemq; & propriam/ propria quidem ſeparabilis in intelligentia. poſſum enim Socratem aquilinũ intelligere/ ventre graciliem/ comatum/ et eiuſmodi/ ac tamen Socrates manebit. Pluſq̄ vero propria ſeparari nequaq̄ poterit/ neq; per ipſam mentis imaginationem. eiuſmodi enim homo: vt pręter rationabile & mortale intelligi nunq̄ poſſit. Omnes namq; homines rationabiles: omnes & mortales. Simum igitur quẽpiam aquilinum/ rurſus & aquilinum ſimũ intelligere quidem poterimus: non ſic pręter rationabile & mortale hominem. aliter enim amplius non eſſet homo. Proprias igitur atq; cõmunes differentias ſeparabiles manifeſtũ. Cum enim quis modo ſtans ſederit/ aut modo ſedens ſteterit: nõ fit ab ſeipſo alius ſed diuerſus. Quod ipſum vtriuſq; poetę authoritatibus comprobabitur. Noſter de monitore Hectore loquens. ſic.


Quantum mutatus ab illo
Hectore: qui redit exuuias indutus achilli:
Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes.

Græcus vero de Vliſſe/ ſic. αλλοιοσμοι ξειρε φαρμσ. Quem locum ex quintodecimo odyſſeę (ne forſan et tu querendo labores) ita nos tibi interpretati ſumus/ ac multo ante nos varius in locis tuus Maro. Verba ſunt Telemachi ad Vlyſſem patrem: a Palladeiam immutatũ/ ſic.

Hoſpes mi dudum appares diuerſus ab illo
Qui fueras.qualis michi nunc quantuſq; videris?
Non eadem veſtis/non vultus/non color idem.
Sed certe:o quis tu cæleſti e ſanguine diuum?
Sis felix:tandemq; mei miſerere laboris.
Sis felix:equidem ipſe tibi ſolennia ſacra/
Et ſimul ante aras ſtatuam ſolennia dona.

Ecce Vlyſſem poeta non alium dixit:ſed diuerſum ac ſibiipſi diſſimilem.Quinetiam et ſi aquilinus quis ſimus eſſe intelligatur/et cõtra quis ſimus aquilinus: non ob id alius fiet/ ſed diuerſus.Poterit namq; ille idem eſſe non aquilinus.¶Quæ vero aliud efficiunt: differẽtie ſpecificę.

¶Quoniam(vt diximus) ſpecierum ſunt effectrices.rationabile nãq; non diuerſum eſſe faciet hominẽ ab equo:ſed alium.alia vero ea dicimus:quæ ſubſtantia ipſa differunt/ veluti homo & equus.¶Itaq; ſecundũ eas quę aliud efficiunt differẽtias:fiunt diuiſiones generũ in ſpecies/ac diffinitiones aſſignabuntur.¶Dicim9enim aial:aliud eſt rationabile/aliud irrationabile.mortale aliud:aliud immortale.Exqua diuiſione diffiniem9 hominẽ/ſic.Homo eſt aial rationabile mortale.¶Superiora vero vt repetamus:dicendum ſic.Differentiarum aliæ ſunt ſeparabiles: alię inſeparabiles.¶Perfectiorem hoc loco diuiſionem facit a principio repetitam: hoc modo. Differentiarum aliæ ſunt ſeparabiles/ aliæ inſeparabiles. hac diuiſione diſcernuntur cõmunes a propriis et pluſquãpropriis.rurſus.Differentiarum aliæ aliud efficiunt:aliæ diuerſum.hac diſcernuntur pluſquãpropriæ a propriis et communibus. Ex huiuſmodi vero differẽtiarum diſtinctionibus fient iugationes ſex.Separabilis & inſeparabilis.diuerſum efficiens et aliud efficiens. ſeparabilis & diuerſum efficiens.ſeparabilis & aliud efficiens. inſeparabilis & diuerſum efficiens. inſeparabilis et aliud efficiens. Quarum non conſtitutiuæ ſunt ſeparabilis et inſeparabilis. diuerſum efficiens et aliud efficiens. item ſeparabilis & aliud efficiens. vt quæ nil quicq̃ conſtituant. Conſtitutiuæ ſunt reliquæ tres.Separabilis & diuerſum efficiens/quæ et communis dicitur, inſeparabilis et diuerſum efficiens/propria , inſeparabilis & aliud efficiens: pluſq̃ propria. Hoc modo.



¶Separabiles ergo ac ſubiectã rem diuerſam efficientes/vt ſedere/ ſtare/ deãbulare & eiuſmodi:dicuntur eſſe cõmunes.Inſeparabiles ac diuerſam rem ſubiectã efficientes/vt ſimitas/aquilinitas & eiuſmodi: propriæ. Inſeparabiles atq; aliud efficientes/vt rationabile/irrationabile/ mortale/et immortale:pluſquã proprię.Illa autem iugatio ſeparabilis & aliud efficiẽs vt rationabile ſtans/aut aliquid ſimile: nõ cõſtitutiua ideo facta eſt/ q9 rationabile per ſe ineſſet homini.quatenus enim homo: homo omnis rationabilis.at vero ſtare/ſedere/nigrum/album/aquilinum ac ſimum eſſe:non per ſe/ ſed per accidens inhęrebit.nunquã enim quatenus homo:dicetur quis albus/niger/ſimus/vel quid eiuſmodi aliud. Sic nãq; oporteret omnes homines & nigros et aquilinos eſſe.et ſiquis vel ſimus vel niger non eſſet:hominem non eſſe.qđ valde abſurdum. Cum igitur rem ex parte diuerſam efficiat huiuſmodi iugatio ſeparabilis ſcilicet atq; aliud efficiens:haudirrationabiliter quidem inter non conſtitutiuas eam annumerauimus.

¶Quę igitur per ſe alicui competunt:in ſubſtantiæ ſermone ſuſcipiuntur.¶In ſermone ſubſtãtię:hoc eſt declarante rei ipſius naturam/ ſcilicet in diffinitione/ quę ex genere fit et conſtitutiuis ſiue ſpecificis differentiis.¶Non ſuſcipiunt magis& minus.¶Hoc quoq; frater ex philebo. non enim dicetur magis minuſue mortalis/ aut minus magiſue rationis particeps alius alio. Pueruli quidem etſi ab organo impediantur ad rationis effectus ſuſcipiendos: ſunt tamen & ipſi rationabiles.Intelligendum eſt autem illa ſuſcipere magis ac minus:quę in eodem exiſtũt ſubiecto contraria/inuicemq; admiſcẽtur/ vt album nigro/nigrum albo/alicubi magis/alicubi minus.In ſubſtantiis vero id nequaquã accidere/ vt magis ac minus ineſſe in ipſis poſſit:quõniam neq; contrarium quicquam eſt ſubſtantię/neq; rationabile et irrationabile in eadem ſubiecta materia conſiſtent. ¶Q; ſi diceret quis:cur ergo Ariſtoteles in prędicamẽtis dixit/ ſubſtantiam eſſe et primo & principaliter & maxime dictam. dicens enim maxime: magis ac minus eam ſuſcipere ſignificauit.Reſpondebimus,primum quidem/ ſic locutum Ariſtotelem: ad

noſtram cognitionem reſpexiſſe. primamq; & maximam ab eo dictam/ indiuiduam: q; a nobis prius comprehenderetur cognoſcereturq; magis. Ex ea enim et tempore & ſcientia adaucti; proficiſcimur ad ſecundam/ hanc quæ fit per genera et ſpecies. Deinde ſi collocare quiſpiam vellet in ſubſtantiis magis ac minus: non erit in iis ſubſtantiis quæ habent latitudinem (quippe quoniam homo non magis homo magiſq; & rationabilis homine: neq; magis animal boue/ equus/ aut hiſce homo) ſed in his ſolum quę altitudinem: quando ſuperna infernis ſemper & integriora & meliora. verbi gratia ſic. Rationabile ipſum magis quidem erit in mente: in anima minus. magis adhuc in dæmonibus: minus in cæleſtibus corporibus (ſunt namq; & ipſa animantia rationabilia) magiſq; in hiſce q̄ in nobis. Item ſubſtantia magis in animali q̄ in homine: animal autem magis in homine q̄ in Socrate. quoniam non continenter ſubſtantia ineſt Socrati: ſed intermedio animali. Permaniſeſtum ergo idipſum magis: magis ſuſcipi ab iis quę cõtinenter aliquid ſuſcipiunt/ q̄ quę poſteriora ſunt & intermediata. Pulchre igitur dictum magis ac minus non ſuſcipi niſi ab iis quę habent altitudinem. ¶Quæ vero per accidẽs ſunt/ etſi inſeparabiles: intenſionem tamen remiſſionemq; ſuſcipiunt. ¶Intenſionem ac remiſſionem: hoc eſt magis et minus. Hæc autem nomina per tranſlationem ſunt a chordis ſumpta: quæ illic in cithara intenſæ conſtrepunt vehementius/ remiſſæ vero languidius. Vehementem igitur rei comprehenſionem/ vocarunt philoſophi intenſionem: minorem vero/ remiſſionem. ¶Atq; hæ ſunt quæ vniuſcuiuſq; rei rationem complent differentiæ. ¶Quæ perficiunt ſubſtantiam: perficiunt & diffinitionem. Diffinitiones autem eiuſdem rei eædem ſunt ſemper/ vt hęc. Homo eſt animal rationabile mortale. ſemper enim identidem id erit: neq; intenſionem remiſſionęue ſuſcipiet vnq̄/ vt dicatur eſſe/ magis minuſue animal rationabile homo. ¶Vel colorari (hoc eſt album vel nigrum fieri) intenditur ac remittitur. ¶Eſt enim aliud alio albius/ nigriuſq;. ¶Tres igitur cum ſint differentiarum ſpecies: harum aliæ ſeparabiles/ aliæ inſeparabiles. inſeparabiliumq;: alię per ſe/ alię vero per accidens. ¶Rationabiliter quidem haſce Porphyrius neglexit docere: demonſtraturus quæ ad diuiſiuam/ diffinitiuamq; rationem pertinerent. Dicit igitur ſic. Specificarum differentiarum alię ſunt cõſtitutiuę/ alię vero diuiſiuę: non alię atq; alię/ ſed eædem. Alicubi enim fiunt diuiſiuæ/ alicubi conſtitutiuę: aliter atq; aliter ſumptæ hoc modo. Rationabile & irrationabile/ mortale et immortale: animalis ſunt differentiæ diuiſiuę. animal namq; in ea ipſa diuiditur. Qz ſi quę adiungi poſſunt ſimul capiantur/ ſcilicet rationabile et mortale: fient conſtitutiuę hominis differentię. conſtituitur namq; ex his hominum natura. ac manifeſtum quidem diuiſiuas differentias/ ad diuiſiuam rationem q̄ maxime pertinere: conſtitutiuas vero ad diffinitiuam/ quando nec genera in ſpecies diuidi/ neq; diffinitiones tradi aliter q̄ per eas poſſunt. Intelligendum eſt autem ex his ſimul adiugatis rationabili ſcilicet & irrationabili/ mortali & immortali: quattuor effici poſſe iugationes/ quarum tres erunt conſiſtentes/ inconſiſtens vna. hoc modo.

1	Rationabile mortale.	Conſtat vt homo.
2	Rationabile immortale.	Conſtat Platonicorum ſentẽtia vt dæmon.
3	Irrationabile mortale.	Conſtat vt leo vt equus.
4	Irrationabile immortale.	Non conſtat/ niſi ſecundum figmenta.

¶Ecce vt tres conſiſtant. rationabile mortale: homo. rationabile immortale: dæmon. irrationabile mortale: equus. Neq; vero amplius quicq̄ erit irrationabile immortale: quanq̄ contrarium ſentire videatur Poeta/ cum ait. αθαρατον κακον εστι. Quem locum ex duodecimo odyſſeę ita tibi interpretabimur. Verba ſunt Circes ad Vlyſſem de Scylla: quã ſe debellaturum comminabatur/ ſic.

Vix ea fatus eram. reſpondit diua dearum:
Ah miſer infœlix etiam num bellica facta/
Immenſuſq; labor curę tibi? Pone furorem,
Illa quidem non eſt mortalis, at improbum & atrox
Immortale genus/ bello inſuperabile monſtrum,
Non quiſq̄ ferro/ non quiſq̄ viribus vllis
Illius imperium fugere aut vitare valebit.

¶Si igitur quæratur/ ſit nec ne irrationabile aliquod immortale/ opinati quando ſunt nonnulli infimum quoddam genus eſſe irrationabilium dæmoniorum/ nonnulli contra/ pernegarint/ quod immortale eſt obijcientes/ id rationabile omnino eſſe oportere: deueniendũ erit ad ſubſtantiam/ atq; illic ſi verum erit adinuenietur modo quo ſuperius/ ſic. Animans & inanimum/

Ipſa: ipſa corpora cęleſtia. Plato nica ſũt hęc

GIRARDVS.

ſenſibile & inſẽſibile: fientq; ex his iugationes conſiſtentes tres/ inconſiſtens vna/ hoc modo.

1	Animans ſenſibile	Conſtat vt brutum.
2	Animans inſenſibile	Conſtat vt planta.
3	Inanimum ſenſibile	Non conſtat.
4	Inanimum inſenſibile.	Conſtat vt lapis.


¶ Animans ſenſibile: eſt brutum. animans inſenſibile: planta. inanimũ inſenſibile: lapis. inanimum vero ac ſenſibile: nichil. Quicquid enim ſenſum habet: multo magis & animam. vbicunq; etenim vitalis anima/ nõ omnino et ſenſitiua: at vbi ſenſitiua/ illic omnino erit et vitalis. Non erit igitur ex irrationabili & immortali ſuperior illa iugatio/ conſiſtens. Num ergo Ammoni: et totius philoſophiæ parens mentietur Homerus? Periculoſa nimium frater eſt omnis interpræ-tatio vbi verborum vis aut neſcitur aut diſſimulatur: vbi aliam qui ſcripſit/ qui interpretat aliã/ eiuſdem verbi ſignificationem acceperint. facile enim ſi ei rei prouiſum non fuerit: & noſmet in errorem trudemus et alios. λογικον igitur græci cum dixere: id intelligi voluerunt/ quod rationis et orationis (vtrumq; enim λογος) particeps eſſet. Noſtri vnico verbo cum id vellent: relicta altera parte ſignificationis/ rationabile. αλογον vero contra: qđ ratione et oratione prorſus careret. nos id nunc irrationabile: olim noſtri mutum et brutum/ vt mutum eſſet orationi oppoſitum/ brutum vero/ rationi. Eſto itaq; hæc horũ verborum proprietas. Vt cũ rationabile dicim9: λογικον intelligat/ rationis & orationis particeps. cum vero irrationabile: qđ illorũ ſit expers/ nouam quandam animalis diuiſionem efficiemus Homericam ac de cœlo petitam/ hoc modo. Animal: mortale et immortale. Mortale rurſus et immortale: rationabile/ et irrationabile. Rurſus mortale rationabile & immortale rationabile: bonum aliud/ aliud malum. Mortale rationabile: homo. Mortale irrationabile: equus. Immortale rationabile: dæmon. Immortale irrationabile: ſcylla caribdis. Mortale rationabile bonum: Socrates. Mortale rationabile malũ: Melitus. Immortale rationabile bonum: Eudæmon. immortale rationabile malum: cacodæmon. Eudæmonum autem alii ſunt qui noſtras actiones moderantur: qualis fuit in Socrate. Alii qui quod bonũ malumue futurũ ex aliqua re eſt/ prænunciant: dicti ob id græco vocabulo αγγελοι/ qualis in fratre tuo. Cacodæmonum vero: alii qui humanas actiones præcipitant quos vulgo diabolos vocant/ qualis fortaſſe in Melito. Alii qui quibus caueri amplius non poteſt/ iamiam futura mala denunciant: qualis qui a Caſſio noctu Athenis pauloante exitium viſus eſt/ triſtes ſemper atq; infœlices nuncii, Hoc modo.

Immortale irrationabile: ſcylla caribdis. phãtaſtica ſunt hęc: et ſi a cęlo petita.

Melitus vnus tyrãnorum perſecutor Socratis

¶ Qualis in fratre tuo. Credo q; deliſrat ſed an amplius poſtea?

ANIMAL.



Satis exploratum. id expedit vt neſcia tur. tentare etiam aliquid eorũ noſſe: irreligioſum.

¶ Dicerem tibi atq; affirmarem/ qui dextra occurrant/ qui ſiniſtra: qui quidem numeris vtantur/ ſi mi chiid exploratum ſatis eſſet. nam cum aliquando pernotaſſem/ mutare deinceps rurſus ac rurſus ſoliti ſunt omnia: vt plane dinorim/ nolle eos rationes ſuas teneri. Sed quid mi-chi potius futurorum præſenſio/ q̃ diſciplina? ingratus tamen ne ſim (nam dudum neſcio quid michi minantur) ſacra quoq; debebo/ qui me participem diuinitatis eſſe voluerunt. Qui me ma-

ximis multiſq; rerum periculis ſoſpitarunt: quorum munus eſt/ & quod viuo & qđ nomẽ quan GIRAR-
» tulumcunq; gero. Sed ad rem. ¶Verũ hæ quę ſunt generũ diuiſiuæ: ſunt & ſpecierum cõſtitu- DVS.
» tiuæ. ¶Quemadmodũ in ſupradictis/ ſunt aliqua ſolũmodo genera/ aliqua ſolũmodo ſpecies/ aliqua & genera & ſpecies: ſic & in differẽtijs. Specificarũ enim differentiarũ: aliæ ſunt tantum modo diuiſiuæ/ vt quę ſunt generaliſſimorũ generũ/ aliæ tantũmodo conſtitutiuę. vt quę ſpecialiſſimarũ ſunt ſpecierũ/ aliæ & diuiſiuę & cõſtitutiuæ. vt quę ſunt ſubalternorum. Subſtãtiæ itaq; differentiæ ſcilicet corporeũ & incorporeũ: diuiſiuæ ſolũmodo dicũtur ac nullo pacto cõſtitutiuæ. hominis vero vt eſt rationabile mortale: conſtitutiuæ/ non autẽ et diuiſiuę. Mediorũ autem videlicet animalis: mortale & imortale/ rationabile & irrationabile/ et cõſtitutiuæ ſunt et diuiſiuę. habent namq; ſupra ſe aliquod ſuprauenies. Contrariæ igitur differentię generũ ſunt diuiſiuæ: vt animalis mortale & imortale/ rationabile et irrationabile. ſubalternæ autem conſtitutiuæ ſpecierũ/ vt rationabile mortale hominis: rationabile et imortale dæmonũ/ irra-
» tionabile et mortale equi. ¶Irrationabile vero & mortale differẽtię brutorũ animaliũ. ¶Omi- Nã quid idi
ſit autẽ Porphyrius irrationabile immortale. Nam quid indignius philoſopho q̃ putare/ imo gni. philo
meminiſſe quidẽ velle/ hęc q̃ vulgo iſti fabulãtur ad populũ/ irrationabiles eſſe quoſdã (vt aiũt) ſophorũ du
diabolos/ cęlo olim exules ob ſuperbiam factos in inferioribus terrę viſceribus/ ad vlciſcendas plex ẽ ſecta
eorum qui male vixerint animas: tanq̃ ad metallũ perpetuo dãnatos/ vinctoſq; ferreis cathe- piorũ & im
nis teneri. Interdum etiam ad nos veluti Poetarum eumenidas aſſilire/ & eiuſmodi/ territamẽ piorum. piſ
tis nutricũ cum infantes flere vetant per q̃ ſimillima. Quã opinionẽ Frater ne forte heſternam hęc cum ſa
aut vulgarem credas: in Aegypto quondã olim centies milibus annorũ in myſterijs habitam/ criſeloqui-
hebræus Moſes et Pherecides ſyrus docuere/ & Plato ipſe (vt qđ vulgo ad bene viuendũ ma- is credũt. i-
» xime conferret) minime repudiauit. ¶Atq; his maxime opus eſt: tum ad generum diuiſiones/ piſ autẽ hęc
» tum ad diffinitiones ſpecierum. nõ autẽ his quas per accidens & ſeparari/ & non ſeparari poſſe eadẽ iuxta
» diximus. ¶Aduertendũ hoc loco: cum dicat huiuſmodi differentijs maxime opus eſſe ad diffi- Mercuriũ
» nitiones/ oſtendere in accidentium diffinitionibus voces debere eſſe ſubſtantiales. Semper eni triſmegiſtũ
ex ſubſtantialibus vocibus fieri ſolent diffinitiones: vt hoc. albũ eſt color qui precipuę diſcer- gentiliũ pri
nitur a viſu. appoſuit autẽ illud maxime: quoniã plerũq; humana imbecillitate labentes/ aſſu- mũ creditu
mere ſolemus diffinitiones non ex differentijs ipſis/ ſed ex accidẽtibus. vt cũ dicimus/ coruum ri i tormen
eſſe nigrum/ cygnũ albũ/ equum hinnibile animal: proprium ſubſtantiale pro ſubſtantiali ip- tis. ſed quis
» ſa differentia ſuſcipientes. cũ difficile eam fuiſſet inuenire. ¶Differentiam vero ipſam diffini- furor qui a
» tes dicemus: eam eſſe qua ſpecies excedit genus. ¶Enumeraturus differentiæ ſignificationes/ mentia ma
» dicturuſq; de qua ſit apud philoſophos ſermo: hanc prius deſcriptionẽ aſſignat. Differentia eſt ior q̃ q̃ his
qua ſpecies excedit genus: vt hoc. homo eſt animal rationabile mortale. hic enim per rationa & ſequenti
bile mortale: pluris eſt homo q̃ animal. ¶Mouet autẽ ex hac diffinitione Porphyrius dubita- bus cõtine-
tionem: quã tamẽ ipſe ſoluit/ aſſumens duo manifeſta quedã ἀξιώματα. ſic a Peripateticis vo tur.
cata: q̃ ex ſeſe dignam probationem facere videantur. Cicero per excellentiã enunciationes dixit: nõnulli veras ac maximas propoſitiões huiuſmodi. Primũ hoc. Ex nullatenus vſq̃ exiſtẽ te fieri nichil poſſe. Abacus eni fieri nunq̃ potuiſſet: niſi ex quo confectus eſt/ lignum prius ex-titiſſet. Item domus/ niſi ex quibus ædificarẽtur cementa prius extitiſſent: ex cementis quidem nunq̃ fuiſſet conſtructa. Alterum hoc. Cõtraria in vna eademq; ſubiecta materia ſimul eſſe nõ poſſe. Omnia enim inter ſe contraria: ſibiinuicem exitioſa. Hiſce prępoſitis: exurgit dubitatio in hunc modũ. Differẽtiæ vel preexiſtentes ex genere in ſpeciebus fient: vel ex nullatenus vſq̃ exiſtente. Atqui vtrumq; abſonũ. nam ſi in generibus tanq̃ corporibus differẽtię extiterint: ine runt ſimul in eodem ſubiecto contraria/ ſcilicet mortale immortale/ rationabile irrationabile. Sin vero non extiterint: vnde igitur fient differentię in ſpeciebus? niſi forte ex nullatenus vſq̃ exiſtente aliquod fieri poſſe dixeris? neq; vero ex aliquo alio eſſe dicentur: cum inter genera ac ſpecies intermedium aliud nichil ſit q̃ differentię. Eſt igitur huiuſmodi dubitatio nõ leuis: quã tamen Porphyrius ipſe Peripatetice ſoluens/ dicit contraria in eodẽ ſimul ſubiecto ſemel eſſe/ actu quidem nõ poſſe/ potentia vero nichil quicq̃ prohibere. Quę res (vt planius intelligatur) di cemus ſic. Aliud eſt: potentia quid eſſe/ aliud actu. Potentia id eſſe dicitur: qđ eſt imperfectum nedumq; in actionẽ deductũ/ idoneum tamẽ ſe habens vt actu fiet. Verbi cauſa. Puer potẽtia eſt grãmaticus: quippe qui grãmaticus eſſe poterit. ac frigida aqua potentia eſt calida. poterit enim effici calida: idq; eſt eſſe potentia. Actu vero dicetur grãmaticus is: qui eam ſcientiam ſit perfecte conſecutus/ quicq; grammaticã ipſam edocet. Similiter & aqua dicetur actu calida: quę perfecte calorem bulliens ſuſceperit. Dicit itaq; quę contraria ſunt frigidum videlicet ac cali-

GIRARDVS.

dum alicui ſimul actu adeſſe quidem non poſſe: potentia vero quin ſimul inſint in eodē ſubiecto/nichil prohibere. Vt enim tepeſcens aqua neq; calida eſt/ neq; frigida actu/ potentia vero vtrumq;/atq; infans potentia & virtutem habet & vicium: ita etiam vnaquęq; ſubiecta materia/poterit in ſe potentia ſimul habere plura contraria. cōſequenterq; & ipſum qđ materiæ rationem ſuſcipit genus: habere in ſe omnes ſimul poterit cōtrarias differentias. Item in vno eodemq; ſubiecto quin plura cōtraria eſſe poſſint: nichil prohibet. aliud enim erit potentia: aliud actu. Actu quidem qđ frigidum eſt: dicetur potentia calidum. nā ſuapte natura idoneū vt trāſmutari poſſit in calidum. Hoc autē non intelligatur in iis / quę alterius tantūmodo ſunt ſuſceptiua: qualis eſt cryſtallus/ quę cum frigida ſit nunq̄ calefiet/ et ignis qui nunq̄ admittet frigiditatem. ſed in iis quę vtrumq; admittunt: quales aer & aqua. Potentia igitur poſſunt contraria res in eodem ſubiecto ſimul ineſſe. niſi enim contraria duo admiſerit potentia: nūq̄ & actu ſubiectum ipſum tranſmutari in vtrumq; poſſet. tranſmutatur autem ideo: quoniam admittit. Dicit igitur genera habere contrarias differentias potentia: neq; tamen dici debere ex eo q̄ nullatenus vſq̄ ſit fieri/ aut in eodem ſubiecto contraria eſſe. Huiuſmodi autem ſolutione quę Peripateticorum eſt/ ideo Platonicus vſus eſt Porphyrius: quia cum quę ad Ariſtotelis prædicamenta pertinerent/ ſcripturum ſe propoſuiſſet/ interdum etiā Peripateticum agit. Intelligendum eſt autem Platonicos huic ſolutioni contrarios: vt qui actu velint differentias ineſſe generibus/ ac non potentia. dicantq; nichil ambigendum: quin differētiæ hæ/ rationabile & irrationabile/ mortale & immortale/ actu inſint generibus. In quo demonſtrando ſolent ratiocinari ſic. ac primum quidem nō inquiunt eſſe contrarium mortali immortale/ & irrationabili rationabile. quod ita probant. Contraria omnia ſeſe inuicem corrumpunt. atqui hęc non modo nō corrumpunt ſe: ſed inuicem ſeſe ſuſtinent. igitur non contraria. Rationabile quidem immortale deus: ſuſtinet rationabile mortale hominem. & irrationabile mortale equum: rationabile mortale homo/ curam habens irrationabilium. dæmones immortales: mortalium ſunt cuſtodes & quaſi gubernatores. Non igitur rationabile et irrationabile/ mortale & imortale ſunt inter ſe contraria. ſi nō contraria: prohibebit nichil/ quin ſimul ineſſe poſſint generibus modo quo appetitiuæ animorum vires/ ira/ concupiſcentia/ ſenſuumq; motus/ & rationalis vita/ in eodem animali homine ſimul conſiderantur. Dicunt deinde, ſint licet inter ſe contraria: nō tamen abſurdum quin & actu in eodem genere inſint. quippe cum non in ſubiecta aliqua materia corporea conſiderentur: ſed quę prorſus corpore vacat. cum vero genus corpore vacās ſit: quid prohibebit/ quo minus in ſeſe contraria ſuſcipiat? Erunt igitur in eodem genere: contraria. Q̄z enim in ſubiecto corpore duo contraria ſimul eſſe non poſſunt: fit quoniam neceſſe erat ambo in eandem ſubiecti rationem tranſire/ & vtrumq; vnius eiuſdem corporis particeps eſſe. particulare autem corpus nullum: quę ſeinuicem corrumpunt contraria admittit. At vero in iis quę corporibus vacant non ita. habet enim in his natura cōtrariorum omnium rationē: quemadmodū oculus albi & nigri/ anima boni & mali/ corpus frigidi & calidi. ſiquidē vna atq; eadē eſt ratio contrariorū. Nichil ergo inconueniēs fateri: actu ineſſe generibus differētias. Patebit autē id manifeſtius exēplo ſic. Abacus hic/ pluteuſue/ triangularis quadrāgularis & rotūdus ſimul fieri iccirco nō poteſt: quia confunderētur figuræ. Verū nō ſic in aia: in qua cū incōfuſę permaneant inſintq; omnia/ nichil prohibebit vt hic idē pluteus & triāgularis & rotūdus eſſe poſſit. poſſumus nāq; eum ipſum incōfuſe & triāgularē & rotundū & q̄drangularē imaginari. poſſūt igitur ī iis q̄ corporibus vacāt: cōtraria ſimul ineſſe actu. Argumētātur ꝓterea ſic. Si potētia inſūt generibus differētiæ: quid nā id erit/ qđ facit eas actu ineſſe ſpeciebus? quicqđ certe potētia aliqđ eſt: deducitur in actū/ per id qđ eſt eiuſdē rationis. Verbi cauſa. Aqueus humor frigidus/ potētia tamē calid⁹: calidus quidē actu fieri nullo modo poterit niſi p ignē q̄ actu eſt calidus. Et puer potētia grāmatic⁹: grāmaticus actu fieri nō poterit/ niſi p eū qui actu ē grāmaticus. ſi itaq; potētia īſunt generibus differētię/ adducūturq; in actū: egebūt certe ad id alicuius alterius/ qui actu habeat differētias. atqui nichil ē aliud ꝓter hęc. nō inſūt igitur potētia generibus differētię. Itē qđ cūq; potentia aliqđ ineſt/ īperfectū: qđ cūq; vero actu/ perfectū. ſi igitur genera in ſe cōtinerēt differētias potētia/ ſpecieſq; actu: erūt quidē ſpecialiſſima generaliſſimis & pfectiora & digniora. qđ valde abſurdū. erunt nāq; cauſarū fœtus: pfectiores cauſis. neceſſarium ē igitur differētias ineſſe generib⁹ actu/ ac nō potētia. ¶ Abijciēdus ne ergo eſt Peripateticorū ſermo? Minime. Nā cū tria ſint (vt ſæpe dictū eſt) genera: Platonici de his loq̄bant/ q̄ āte multa vocari diximus. in q̄bus (quādo corporib⁹ vacāt) cū rerū omniū ratiōes actu īſint: nichil ꝓhibebit/ qui ſimiliter & differētię. Peripatetici vero nō niſi naturaliter de his q̄ in multis. Intelligendū eſt aūt ſēper ab vniuerſalib⁹ ad ꝑticularia ꝓficiſci naturā: hęcq; illis priora ē potētia.

Qualis eſt cryſtallus. Cryſtallus hoc in loco glacies. nā cryſtallus gēma etiā calefiet.

GIRARDVS.

ex immiſſo verbi gratia ſemine humano fit (vt aiunt medici) caruncula primum in matrice. ea autem corpus eſt. corpuſq; eſt vniuerſale. corpus itaq; actu: animans vero potentia. nondũ enī animans, vbi vero nutritionem augmentũq; ſuſceperit: actu quidem dicetur animans/ potentia vero animal. vbi ſenſibus mouebitur: actu animal/ potentia rationabile. vbi rationis atq; orationis particeps factum: actu erit rationabile/ potentia vero grāmaticũ. Ecce vt in generib; quę ſunt in multis: ineſſe potentia poſſint differentiæ. Ac pulcherrime quidem ita Ariſtotelici, quorum ſolutione haud irrationabiliter vſus eſt Porphyrius: Peripateticũ (vt diximus) hoc loco agens/ potius q̃ Academicũ. ¶ Verũ enimuero quando quidē eas ipſas quinq; voces incorporeas diximus abſq; vlla demonſtratione: nunc age demonſtremus/ hoc modo. Corpus nunq̃ quo modo in maiori: ita & in minori conſideratur. ſed aliter in elephante/ aliter in formica. at voces conſiderātur. Item. Corpus corpori cum additur: adaugetur id ſemper qđ ſuſcipit additionem. at genus ſpecies ac reliquæ voces/ Socrati ſi adijciantur: nichilo plus excreſcet Socrates. Item. Nunq̃ idem corpus ſemel in pluribus conſiderabitur: ſimile licet/ non idem, alius enī qui in Ciceronis facie tuber/ ab illo qui eſt in facie Varronis: ſimilis licet/ alius tamē. at genera & ſpecies conſiderantur. Item. Nunq̃ corpora diuiſa: & ſpeciem & quantitatē conſeruant eandem. Victoriatus quidem nūmus ſi diuidatur: & ſpecie & pondere victoriati priuabitur. at genera & ſpecies ſeruabunt. Itē. Omne corpus ex materia cōponitur & ex forma. at genus & ſpecies/ nequaq̃. nunq̃ enim ſpecies ex ſpecie cōponetur. incorporeæ igitur ſunt quinq; voces. Hactenus/ quę in toto hoc opere interprætando dicenda oportuit: omnia iam (ni fallor) late cōplexi ſumus. Dictionem deinceps ipſam tantũ modo declaremus, legamus itaq; eam: ac ſicubi qđ
» explicationis indigens interciderit/ non diſſimulabimus. ¶ Animal enim neq; nichil horũ eſt.
¶ Particeps ſubaudiēdum/ vel quid tale. perinde ac ſi dixiſſet. animal vtrũq; ſuſcipit. niſi enī rationabile mortale ſuſcipiātur ab animali: vnde ea ſuſcipere poſſet ſpecies/ non haberet. Neq; omnes oppoſitas: quoniam cōtraria ſimul ineſſent. Sed vti exiſtimant. Platonicus Porphyri; Ariſtotelica pertractans: cum non ſatis recte quę ſibi viderentur dicere potuiſſet/ vti exiſtimāt (inquit) Peripatetici. ac pulcherrime quidē hi/ cum tātum naturaliter loquantur: priora autu-
» marint vniuerſalibus particularia procedere ex potentia in actum. ¶ Diffiniunt autem eam hoc
» modo. ¶ Perfectam differentiæ deſcriptionem tradit: ex ipſarum vocum diuiſione ſuſceptam.
» ¶ Cum enim res ex materia & forma cōſiſtant. ¶ Aſſignat cauſam quare genus in eo quid eſt/ ac differentia in hoc quale quid ſit prædicentur: hoc modo. Res omnes vel proprie ex materia & forma cōſtant: vel proportionabilem materiæ ac formæ rationem habēt. quę proprie ex materia & forma conſtāt: naturales, vt homo/ equus. quę proportionabilem his rationem habēt: artificiales, vt effictus a Lyſippo Alexander/ Buccephalus. in naturalibus igitur rebus neceſſario ineſt & materia & forma. Materia autē/ quā primā appellāt: id eſt quod dixere chaos rudis indigeſtaq; moles/ nec quicq̃ niſi pondus iners. Forma vero ea: quę ei ingenita eſt ſpecies/ rerum omnium quę illic fiunt exornatrix. In artificialibus vero materiā qđ & ſubiectum dicitur: vocant æs/ cum videlicet ex eo fit ſtatua formā vero ſpeciem eam quā ex informatione ſuſcepit. Hic vero nō proprie æs eſt materia ſtatuę/ aut forma/ proprie forma eius qui effictus eſt: ſed proportionabilis proprię/ id eſt naturali. Ars enim imitatrix eſt naturę: non autem æmula. Sed cur ſubiecta naturalibus vna illa tantum materia? Quia cum inuicem tranſmutentur omnia/ eiuſmodi nunq̃ futura erat trāſmutatio/ niſi certa quędam & cōmunis omnibus materia ſubiecta fuiſſet. Fit quidem ex terra aqua/ ex aqua aer/ ex aere ignis. ex ea materia quę ſuſcipit humiditatem & frigiditatem: aqua. ex ea quę frigiditatem & ficcitatem: aer. ex ea quę ficcitatē & caliditatem: ignis. Similiter ex ęre fit argentum/ ex argento aurum: cuius quidem rei rationem ſecutum (vt pleriq; me fateor) nondum tamen conſecutũ/ vt noſter Antonius Barbatus. Idq; ideo quoniam vna eadē omnibus eſt ſubiecta materia. Fiet igitur ex lebete ſtatua: ligneus vero abacus nunq̃. nunq̃ enim quę vnius generis ſunt: in alterius tranſmutabuntur. Patet ergo quemadmodū naturales res omnes ex propria materia cōſtant ac forma: & cur neceſſario vna
» ſit omnibus eadem ſubiecta materia. ¶ Habet quidem materię rationē genus: differentię vero
» ſpecies. ¶ Quemadmodū enim nichil inter ſe differunt/ quatenus ex ære ſunt lebetes: ſic quatenus animalia/ nichil a nobis different equi/ canes & id genus cętera. Different autem per differentias, rationis quidem nos & orationis participes: illi vero expertes. Cum itaq; materia ipſa det rebus ſubſtantiam/ ſpecies vero qualitatem: rationabiliter quidem genus ſimilem materię rationem habens/ in hoc quid eſt/ differentia vero formę in hoc quale quid eſt prędicantur.
» Et cōmunis & ſpecificus: vniuerſalis et ſingularis. ¶ Deſcribunt autem & ſic: differentia eſt id

Ex ea q̃ frigiditatem et ficcitatem. aer. Si aer natura frigid; et ficc;: terra erit natura calida et humida. qđ quo modo id recte fiat: viderit Gauricus.

Ex ære fit argentum. Chalcinuam hic ſe fatet tractaſſe Gauric;: ſed miſere ſatis & infœlicit er vt pleriq; mīti, forte nimiū credidit Barbato.

GIRARDVS. quod ſuapte natura ſeiungit quę ſub eodem genere collocãtur. ¶Vt rationabile hominem ab equo.mortale a dijs. ¶Non quodcunq; ſortitur diuiſionis rationem inquiunt eſſe differentiã. ¶Vt ſedere ac ſtare/ſimum & aquilinũ eſſe:quas cõmunes ac proprias appellatas a Porphyrio diximus.ſed tantũmodo pluſq; propriam/ vt mentis ac ſcientiæ capax eſſe.quę differentia ſoli conuenit homini non deo: quia is eſt totius mentis & ſcientiæ origo. non & brutis: quia id eis minime eſt innatum. Scientiæ inq; capax/non certæ alicuius vt grãmaticæ/ dialecticæ & eiuſmodi:ſed generaliter omniũ. ¶Et quod quid ſit eſſe/& qđ rei eſt pars ¶Hoc eſt ad diffinitiões. hoc enim ipſum quid ſit eſſe:apud Ariſtotelem ſignificat diffinitionem.non ſecus q; apud grãmaticos/arma bellum/& toga pacẽ. neq; irrationabiliter: poſtq; diffinitio vniuſcuiuſq; rei(vt diximus)naturam oſtendit.Illud autem quod rei ideſt diffinitionis eſt pars:diſcernit diffinitionis partem illam mentis ac ſcientiæ capax eſſe/ quę differentia hominem diſcernit ab reliquis animalibus. ¶Non enim ſuapte natura aptum ad nauigandum. ¶Non intelligatur hoc loco nauigare vt cum dicimus/ gens inimica michi Tyrrhenum nauigat æquor/ hoc eſt nauigio ſupra aquas ferri(id enim melius fiet ab ijs quę rationis atq; animæ expertia ſunt)ſed nauticam exercere/ac gubernatorem eſſe.qđ et ſi hominis proprium ſit:non tamen hominem ipſum plene deſignabit.nam ſi aliter:qui minime nauigarent/ non eſſent homines.

¶DE PROPRIO. Cap.VII.

Oſtq; de differentia plene locutus eſt:nunc de proprio diſſerit. Ac rationabiliter hunc ordinem ſeruauit.nam cum de ſubſtantialibus locutus hactenus fuiſſet:neceſſario & de ijs quę ſupraſubſtantiales ſunt/ fuerat hoc dicẽdum. Verũenimuero a proprio nõ ab accidente cœpit: quoniã ranq; ſpaciũ/id eſt inter ſubſtantialia & accidentia medium. habet enĩ cõmunitatem cũ ſubſtantialibus:qua & ſoli & omni & ſemper exiſtit/ quẽadmodum ſubſtantialia.habet & communitatẽ cum accidẽtibus: qua ſeparari a ſubiecto poteſt per cogitationem/quẽadmodũ & illa. Enumerat autẽ ex ſuperiori Ariſtotelicæ pręceptionis forma:ſignificationes prius/q; de qua agitur/diſſerat. Diuiditur itaq; proprium quadrifariã ſic. Proprium:vel vni ſoli ineſt ſpeciei/vel non ſoli/vel omni/vel non omni/vel ſemper/vel nõ ſemper.Ex qua diuiſione fiunt ſignificationes quattuor.Prima hęc.Proprium id eſt qđ ſoli alicui accidit/ non autẽ omni:vt hominem eſſe medicũ/philoſophum/geometram/aſtronomum & eiuſmodi.Secunda hęc.Proprium id eſt qđ omni non aũt ſoli accidit:vt bipedem eſſe.id enĩ nõ hominibus ſolum/ſed & volucribus ineſt.Tertia hęc.Propriũ eſt qđ et ſoli et omni/ nec tamen ſemper/ſed aliquãdo cõuenit:vt hominem in ſenectute caneſcere.eſt enim id ſolius hominis proprium:in ſenectute ſolum.Quarta hęc. Proprium eſt quod & ſoli & omni & ſemper ineſt: vt homini riſibile/equo hinnibile/& cani latrabile.potentia:non autẽactu.nõ etenim q̃diu homo ridet/riſibilis:ſed quatenus ſuapte natura aptus natus eſt ad ridendũ.Eſt itaq; hoc proprie proprium: qđ et ſoli et omni et ſemper inexiſtit. Quapropter iure quidem Porphyrius reliquis omiſſis cõmunius propriũ ſuſcipiẽs:eo modo quadrifariam diuiſit. Intelligendũ autẽ ex ſuperioribus tribus cõtrapoſitionibus vnde hæ proprij ſignificationes ſuſceptæ/ſoli ſcilicet non ſoli/ omni nõ omni/ſemper nõ ſemper:ſi mutuo inter ſe cõplicẽtur/plures adhuc effici iugationes. quarum cõſiſtentes aliæ:aliæ incõſiſtentes.hoc pacto.

Quarũ cõſiſtentes aliæ: alię incõſiſtẽtes. Cõſiſtẽtes quę ſub aliquo proprij modo continẽtur. Incõſiſtẽtes q̃ nõ cõtinebũtur. quo fit primę iugationes conſtẽt. prima enĩ ſub tertio & quarto modis cõtinet. ſecũda ſub primo. tertia ſub q̃rto. q̃rta ſub tertio. qnta ſub ſecundo. ſexta ſub eodẽ ſecundo. ſeptima & octaua nõ cõſtãt: quãdoqđẽ ſub nullo q̃ttuor modorũ ,pprij' cõtinentur.

1 Soli & omni
2 Soli & nõ omni
3 Soli & ſemper
4 Soli non ſemper
5 Non ſoli et omni
6 Non ſoli et ſemper
7 Non ſoli et nõ omni
8 Non ſoli et nõ ſemper.

¶Dicendo autẽ/ hoc autẽ ei ſemper inſitũ inexiſtit:potentiã innatãq; aptitudinẽ ſignificauit non actionẽ. etſi enim nõ ſemper ridemus:riſibiles tamẽ ſemper ſumus. Ipſum nãq; ridere potentia habemus ſemper.apti ſiquidẽ nati ſumus ſemper ad ridendũ.quare nõ ſemper ridentes dicimur:ſed riſibiles.aliud nãq; eſt ridere:aliud riſibilẽ eſſe.aliud hinnire:aliud hinnibilẽ eſſe.

¶DE ACCIDENTE. Cap.VIII.

Accidens autem:id qđ adeſt et abeſt citra ſubiecti corruptionem.Omnibus expeditis quę ad generis/ſpeciei/ differentiæ/ac proprij rationes viſa ſunt pertinere:quando poſtremum habuit ordinem accidens/reſtat vt et de eo ipſo dicamus. Verũenimuero intelligendũ:nõ ſolita docendi ratione qua in ſuperioribus/et hic nunc vti. nam cum antea varias primum ſignificationes ſolitus ſit enumerare/deinde de qua ageretur edocere:hic prorſus neglexit/ac ſtati accidentis ipſius deſcriptionem aggreditur.Quod factum ratione nõ caret.intel

ligebat enim nullam eſſe accidentis ſignificationem aliã/ de qua philoſophorũ immo ne grã-
maticorum quidem ſermo eſſe poſſit. Id autẽ adeſſe & abeſſe citra ſubiecti corruptionem/vel ex
hoc patet: qꝝ incorporeũ. corporeum eni ſi eſſet: id cui adiunctũ eſſet augeretur. ex quo dimo-
tum: minueretur. & cui accideret: ſubiectum corrũperetur. nichil autẽ horum eſt. igitur incor-
poreum. Item. Si corporeũ eſſet accidens: vnus certe locus plura ſimul erit corpora compræhẽ
ſurus. qđ fieri nullo modo poteſt. atqui plura accidentia in vno & eodem loco ſimul quin ſint
nichil prohibet: vt in malo/ odorem/ colorem/ & dulcorem. nõ igitur eſt corporeum accidens.
aliter enim vnum nõ poterant illa habuiſſe locum. nunq̃ enim vt quando cæpimus/ me retro-
agam: per corpora corpus innocuum tranſire poteſt. Ea vero quę ſeparari poſſe dicuntur acci-
dentia/ vt ſedere/ ſtare/ calefieri/ frigefieri ſiue adſint/ ſiue nõ: ſubiectum nõ corrumpere/ per ſe
quidem perſpicuũ/ haudquaq̃ eget probatione. Quinetiã & quę ſeparari non poſſũt/ vt ſimitas/
aquilinitas & nigredo ea quę eſt in coruo: aberũt a ſubiecto/ nec tamen corrũpent. & ſi nõ actu/
cogitatiõe. licet enim aquilinũ intelligas Socratẽ/ & Ciceronem ſimũ: ijdem nichilominus ta-
men erunt. ¶ Sed dubitari a pleriſq; ſolitum eſt/ non omnibus cõuenire accidentibus/ deſcri-
ptionem illam/ quod adeſt & abeſt: ſed tantũmodo ijs quæ ſeparãtur. cum quod in coruo atq;
æthiope ineſt nigrum: dimoueri citra corruptionem ſubiecti nullo modo poſſit. Quibus reſpon
ſo debuit factum ſatis/ cũ diximus: & ſi non actu/ cogitatione. Cogitatione quidem coruus atq;
æthiops eſſe albi poterunt: nec tamen corrũpentur. nã etſi diſcerpſerit quis a coruo pẽnas: ni-
chilominus erit coruus. et æthiopem ſi mente albũ conceperis: erit nichilominus homo. Non
ſic autem homo: ſi intelligatur nõ animal. hoc enim ſcilicet eſſe animal: nullo vnq̃ pacto vel p
cogitationem ab homine ſeparabitur. Quę igitur non ſeparantur accidentia: ſi actu nõ abſint/
abeſſe tamen poterunt cogitatione. ¶ Solitum item eſt/ pleriſq; non verũ videri illud adeſſe &
abeſſe citra ſubiecti corruptionem: cum febris ipſa tantopere cui acciderit animali/ corrumpat.
Addubitandũ autẽ id fuerat non in febre ſolũ: ſed in nimia frigiditate/ ſiccitate & humiditate.
quę omnia imoderate cũ accidunt/ nõ minus corrũpunt q̃ febris. Dicimus itaq; qꝝ quemadmo
dum in chordis cũ intẽduntur nimis/ ac nimis remittũtur perditur harmonia/ nec tamen ipſæ
corrũpuntur: ita & hic caliditate vel frigiditate nimia/ harmoniã vaſtari/ ſubiectum vero ipſũ
corpus ſaluum remanere. nõ enim caliditatis vel frigiditatis ſubiectum ſimpliciter eſt animal:
ſed corpus qđ ex cõtrarijs hiſce cõpoſitum/ frigido/ calido/ ſicco & humido. Si namq; vno ali-
quo eorum cõſtaret ſolo (vt belle ait Hippocrates) homo nõ admodũ doleret. ſiquidem & vnũ
alterum eſſet: quo ſanaretur. ſed cum viciſſim modo inter ſe dominẽtur/ modo in amicitia con-
ueniant: non ſolũ ex dictis qualitatibus cõponetur/ ſed etiam ex quodam alio ſubiecto/ ſecũdũ
propriam rationẽ qualitate carentis corporis/ trifariã diuiſo. in quo tamẽ inſit omnis qualitas.
nulla autem qualitas repugnat/ corrumpitue id in quo inexiſtit ſubiectum. quippe quoniam &
ſeipſam corrũperet. corrupto enim eo in quo inexiſtit: neceſſariũ cum per ſe conſiſtere amplius
non poſſit/ corrumpi & ipſam. nichil vero ſe corrũpit. et qualitas hic qualitati repugnat: nõ au-
tem ſubiecto. Non igitur id fieri poterit vt febris vel alia quæuis qualitas ſubiectũ corrũpat ſu-
um: poſtq̃ omnia in rebus eiuſmodi ſunt/ vt ſuapte natura mortem fugiant/ ſalutemq; expetãt.
Sciendum itaq; cum ex cõtrarijs ijs quę corpori admiſcentur qualitatibus abundãs aliqua ſu-
perexceſſerit: neceſſario totius corporis perire harmoniã. Nam dũ quęq; ſubiectum in quo ſal
poſita ſit/ præripere conatur: pugnant inter ſe/ atq; alia aliam pellit/ vt qui de cõmuni agro cõ-
certantes vi alteri alteros de poſſeſſione deijciunt? ¶ Calido igitur ac frigido circa idem ſubiectũ
depugnantibus: quod a neutro magis dominabitur ſubiectum/ id erit moderatum. qđ ab alte-
ro/ contrariã qualitatẽ perdet: ipſum vero patietur nichil. nõ enim poteſt ſubiectũ a qualitate
corrumpi. a febre igitur corrũpitur quidẽ earum quę corpori accidunt qualitatũ harmonia atq;
habitudo: non autẽ ipſum illis ſubiectum corpus. ¶ Verumeniuero inſtabit fortaſſe quiſpiam
aduerſus ea quę diximus/ dicetq; febri ſubiectum non ſimpliciter eſſe corpus: ſed taliter ijs illis
qualitatibus affectũ/ qđ vel febre vel horrore vehementer ingeneratis facile corrũpatur. Neq;
vehementem aliquã caliditatẽ febrim eſſe/ vt in candeſcenti ferro atq; igne/ ſed in corpore tan
tummodo animalis: quo perdito/ perdatur & febris. Huiuſmodi addubitationẽ ſoluamus a prĩ
cipio ſic. Immutationes motuſq; omnes in quattuor hiſce fiunt prædicamentis: ſubſtãtia/ quã-
titate/ qualitate/ atq; vbi. quę per ſubſtantiam fit immutatio: generationi obnoxia eſt et corru
ptioni. generatio quidem eſt: ex non ente in ens. corruptio ex ente in nõ ens ĩmutatio. quę per
quantitatem: augmentatio & diminutio. quę per qualitatem: alteratio. quę vero per locum: cõ-
mutatio. Si igitur generatio ſubſtantiarum eſt ex non ente in ens immutatio: contraria huic
corruptio ex ente in non ens/ fortaſſe & ipſa per ſubſtantiam erit immutatio. Febris itaq; etſi

corrumpat ſubiectum/non tamen ob id dicetur accidens: ſed per ſubſtantiã potius immutatio ea quã vocant corruptionem. generatio autẽ et corruptio alteritates quidem nõ ſunt/ ſed ſine alteritate fieri nequaq̃ poſſunt. Quando igitur moderata fient alteritate caliditas et frigiditas: quatenus non perimunt tẽperatam eã quę in animalis corpore eſt habitudinem/ accidentia dicentur/ quę citra ſubiecti corruptionem ſeparãtur. quando vero vehementiori/ vt deperimant: non dicentur per accidens amplius/ ſed per ſubſtantiã immutationes. Nõ omnis igitur febris ſubiectum perimit: ſed ea tantũmodo quę vehementior eſt atq; immoderata. hoc eſt non quę accidens eſt: ſed quę id qđ eſt/ in id qđ non eſt tranſmutat. ¶Neq; vero de tinea caluicioq; q̃ capillos corrũpant: addubitandum. non enim his ſubijciuntur capilli/ ſed caput: qđ quidem ab
» eis minime leditur. ¶Nigrum autẽ eſſe: coruo & æthiopi inſeparabiliter accidit. ¶Pulchre dixit coruo et æthiopi. ſunt nãq; multa nigra: quę tamen dealbantur. Pulchre et inſeparabiliter. auferri enim ab eis actu nigredo haudquaq̃ poteſt. Sciendum tamẽ vt dictum eſt/ quę inſeparabilia vocantur accidentia/ ſeparari conceptu poſſe: pluſq̃ proprias vero differẽtias/ nũq̃. nũq̃ enim fieri vllo modo hoc poterit: vt extra rationabile/ homo/ extra ĩmortale deus intelligatur.
» ¶Accidens eſt qđ in eodem & ineſſe & nõ ineſſe poteſt. ¶Aliam tradit accidentis deſcriptionem/ priore diligentiorem multo ac meliorem. Magis enim congruit inſeparabilibus/ hoc qđ
» in eodem poteſt et ineſſe et non ineſſe: q̃ illud quod adeſt vel abeſt. ¶Vel quod neq; genus eſt/
» neq; differentia/ neq; ſpecies/ neq; propriũ ſemperq; in ſubiecto ineſt. ¶Alia hęc eſt accidentis deſcriptio: quę tamẽ alicui fortaſſe videbitur potuiſſe et reliquis aſſignari ex antedictorũ dimotione. hoc pacto. Genus eſt quod neq; ſpecies eſt/ neq; differentia/ neq; proprium/ neq; accidẽs/ qđq; ſemper i ſubiecto ineſt. Similiter ſpecies eſt quod neq; genus eſt/ neq; differẽtia/ neq; proprium/ neq; accidens. ſimiliter & in aliis. Non determinauit autẽ illas eo modo: quoniã nondum cognitæ erant quę ſequebantur voces. nunc vero poſteaq̃ edocuit iã omnes: haud quidẽ irrationabiliter ita eſt accidens diffinitum. Sed cum ex illarũ quattuor dimotione ſic/ accidens eſt qđ neq; genus eſt/ neq; ſpecies/ neq; differentia/ neq; propriũ/ potuiſſet inferri hippocentaurus/ hircoceruus & eiuſmodi q̃plurima: adiunxit illud qđ ſemper in ſubiecto ineſt/ eximẽs & hircoceruum & chimæram. quę cũ in nullo inſint ſubiecto: vix ſola mente concipiũtur. Poſtq̃ igitur quid eſſet accidens ex eius ſubſtantia diffinire non potuit: ex abnegatione deſcripſit huiuſmodi/ qđ neq; genus/ neq; ſpecies/ neq; differentia/ neq; propriũ. et tamen quid eſſet: quoquo modo ſignificauit/ eo ipſo qđ in ſubiecto ſemper exiſtit.

¶DE COMMVNITATE QVINQVE VOCVM. Cap. IX.



» Ommune itaq; omnibus hoc ineſt: de pluribus prædicari. ¶Si quiſq̃ alius eſt inter Platonicos admirabilis: Porphyrius (frater) is eſt in hoc maxime libello. vbi ita Peripateticum (quãdo id propoſitum erat) agit: vt tamẽ Academicum ſe nõ obliuiſcatur/ & ne latum (vt inquiunt) vnguem a principe Platone diſcedat. Ex Parmenide/ Theeteto/ Philebo/ ac Sophiſta didicerat diligẽter perueſtigandũ: ſit nec ne id de quo quæreretur. Et ſi ſit: qd qualeue ſit. Prætereaynum ne an multa. Si vnum: idẽtitatem ne habeat an alteritatem. hoc eſt ſibi ne ſimile in ſua ſemper ſubſtantia permaneat: an diſſimile accidẽtibus ſit obnoxiũ. Si multa: infinita ne an finita. Si finita: quando vnicum eſt rerum omnium principiũ/ habeant ne quid cõmune. An [illegible]ando q̃ multa ſunt diſſimilia eſſe oportet: quid ſibi vnũquodq; peculiariter proprium. Cõmune autẽ id eſt: qđ idem pluribus cõpetit/ vt dijs et hominibus rationabile. Propriũ vero eſt: qđ a plurium cõmunione diſiunctũ vni ſoli tribuitur/ vt homini riſibile/ & equo hinnibile. Vnde cum in cunctis rebus quas plurimas eſſe conſtat/ hęc tria conſiderantur: ουσια (quã in latino Plautus etiam nominauit) cõmunitas ac proprietas. ſic enim melius (vt arbitror) q̃ identitatẽ & alteritatem Ammonius dixiſſet. de vocũ ſubſtantia (nam hoc etiã pro ουσια vſurparunt) poſtq̃ plene diſſeruit: de earundem cõmunitate nunc & proprietate. Primum autẽ vnam omnibus cõmunionem aſſignat: vt vnaquęq; comparari ad reliquas poſſet. Deinde quibus inter ſe cõueniant/ quibuſue differãt: oſtẽdit. q̃q̃ mediocri quiuis ingenio p̃ditus: ex ſuperioribus facile in hãc ipſã cognitionẽ peruenire p ſe potuiſſet. Sed propius ad Ammoniũ. Sciẽdũ eſt hoc loco (inqt) ſi ex pluribus quibuſcũq; inter ſe cõparatis voluerimus addiſcere/ quot fiãt differẽtię: hac nos ratione ad eã rẽ vti oportere. Dato nũero aliquo ſumatur vno minor/ multiplicabimuſq; ĩ priorẽ/ qđq; efficiẽt partiemur bifariã: ac totidẽ dicemus fieri cõpatiões. Verbi gratia/ ſic. quiq; ſunt voces. ſume vno minorẽ: q̃ttuor. multipliceſq; in priorẽ/ quiq; hoc modo. quater qnq; viginti. horũ rurſus ſume dimidiũ: ac manebunt decem totidem igitur dicas fieri quinq; vocũ inter ſe cõparationes. Sumitur autẽ vno minor numerꝰ: quoniam de eodem idem nichil aſſumit. Multiplicamus vero: quia eorũ cõparationẽ q̃rimus.

Effecti poſtremo numeri capimus dimidium: quia ex multiplicato eueniret bis eadem cõparari. vnaquęq; enim earũ quinq; compararetur ad reliqua quattuor/ genus ad ſpeciem/ differentiam/ proprium atq; accidẽs/ ſpecies ad genus & reliqua tria. ¶Verum propiori quidem ratione de indiuiduis: poſteriori & de iis quę continent indiuidua. ¶Neceſſarium hoc loco præceptũ qđ tradit Porphyrius: id eſt huiuſmodi. Genera & differẽtias de ſpeciebus & indiuiduis pdicari(dicitur nãq; & homo & animal rationabile/ Socrates) ſed de ſpecieb9 proximius/ de indiuiduis remotius. animal enim eſt & homo & Socrates: rationabilis eſt & homo & Socrates. Prædicãtur item & propriũ & accidens de ſpeciebus et indiuiduis(riſibilis nãq; albuſq; eſt homo & Alcibiades) ſed pricipali ratione de indiuiduis/ poſteriori de ſpeciebus. Particulares dei de homines riſibiles dicũt et albi: nõ eo q̃ vniuerſalis homo riſibilis albuſue ſit(is enī quia corpore vacat: nullo pacto poteſt eſſe eiuſmodi) ſed hoc quia ipſi tales. Vniuerſalia nãq; de iis ſolum dicuntur: quę ſunt in multis ac ſuper multis vt ſæpe iam diximus.

¶DE GENERIS ET DIFFERENTIAE COMMVNITATIBVS. Cap. X.

OMmune autem generi & differentiæ hoc: ſpecies cõtinere. ¶Poſtq̃ in vniuerſum quinq; voces cõparauit oſtenditq; et cõmunitatem et proprietatẽ earum: intẽdit nunc particulariter vnamquãq; reſumere et comparationẽ vniuſcuiuſq; ad reliquas facere/ ac quid cõmune/ quid peculiariter propriũ habeant/ demonſtrare. Cõmune autem generi & differentiæ hoc: ſpecies continere. genus comparat ad differentiã: docetq; amborũ cõmuniones. Sunt autẽ huiuſmodi. Genus ac differentiam continere ſpecies. Prædicari de eiſdẽ. Ipſiſq; peremptis perimi et ſpecies. ¶Quęcunq; prędicãtur de genere vt genus eſt: eadem et de iis quæ illi ſubſunt ſpeciebus/ prędicantur. ¶Quęcũq; (inqt) de animali prædicantur: eadem & de ſpeciebus et de indiuiduis prędicabuntur/ de homine ſicut licet Socrate ac Platone. ſimiliter et in differentia. ¶Sed nũquid poſtq̃ de animali prędicatur genus/ vt cũ dicimus animal eſt genus: propterea & de ſpecie & de indiuiduo prędicabitur? ſic quidem oportebit & hominem dici genus et Socratem. cumq; diſſyllabum ſit genus: diſſyllabum eſſe et Socratem. Dicendũ eam ipſam fuiſſe cauſam/ quare cõmuniter Porphyrius adiecerit illud vt genus: hoc eſt vt res/ non vt habitum ſignificans/ veluti illud genus et diſſyllabum. Quęcunq; igitur de animali vt animal eſt prædicantur/ id enim eſt illud vt genus: eadem omnino et de ſpeciebus/ et de indiuiduis prædicabuntur. Genus enim de animali non vt animal eſt prędicatur: ſed vt eius ad ea que ſub eo ſunt/ habitũ oſtendit. non enī ſolummodo hominis equi ac cæterorum genus animal: ſed et color gen9 albi nigriq;. Genus igitur de animali non vt animal eſt prædicatur: ſed vt habitũ eius oſtendit ad quę ſunt ſub eo. itaq; de ſpeciebus et indiuiduis minime prędicabitur. Illud idem quoq; erit in differentia. quęcunq; enī de differẽtia vt differentia eſt/ ac non eius reſpectũ habitumq; ſignificantia prædicãtur: illa eadem et de omnibus quæ ſub ea ſunt ſpeciebus indiuiduiſq; prędicabũtur. ¶Commune autẽ et hoc: perempto vel genere vel differentia/ ſimul perimi & ea quę ſub eis collocantur. ¶Duæ ſunt rationes earum rerũ quę ſuapte natura ſunt priores: perimere ac non perimi/ inferre et non inferri. quas nuncet generi et differẽtiæ dicit eſſe cõmunes.

¶DE EORVNDEM PROPRIETATIBVS. Cap. XI.

PRoprium autem generis eſt de pluribus q̃ differentia/ ſpecies/ proprium atq; accidens prędicari. ¶Poſtq̃ expoſuit quã inter ſe ſimilitudinẽ habeant genus et differentia: dicit nunc quas habeant diſſimilitudines. Sunt autẽ hæ. Genus de pluribus q̃ differentiam ac reliquas voces prædicari. Cõtinere potẽtia differentiam: nec contineri. Prius item eſſe q̃ differentiã. Genus in hoc quid eſt: differentiam in hoc quale quid eſt prędicari. Genus item vnũ: differẽtias plures. Habere genus ſimilitudinẽ materiæ: differentiã vero formæ. Intelligendum autẽ hoc loco dupliciter accipi debere differentias/ vt dictum eſt: vel cõſtitutiuas completiuaſq; ſpecierũ/ vel diuiſiuas generũ. ¶Differentias autem accipere debemus eas quibus diuiditur: non eas ex quibus conſtat genus. ¶Accipere (inquit) debemus differentias non cõſtitutiuas quę ſunt ſpecierum: ſed (quę generũ ſunt) diuiſiuas. animal enim q̃ hæ pluris/ q̃ illę vero minoris. Similiter & accidens minoris: eſt tamẽ q̃ genus pluris. Pluris. poterit enim nigrũ nõ in his ſolum quę ſunt animata: ſed etiã in his quę inanimata ſunt accidere. Minoris. quia quę ſub eodem ſunt genere accidentia: minoris ſunt ſemper q̃ genus. Verbi gratia. Nigrum qđ accidit animali: q̃ animal minoris/ ideo quia non omnibus identidẽ ineſt ani-

malibus. ¶Item genus continet differentiam potentia. ¶Dictum iam est secũdum Peripateticos inesse generibus differentias potentia: priores q̃ quæ sub ipsis sunt species. ¶Item genus in vnaquaq; specie vnũ/ vt in homine animal: differentiæ vero plures/ vt rationabile/ mortale/ mentis ac scientię capax. ¶Altera hęc est dissimilitudo generis & differentiæ: illud quidem in vnaquaq; specie vnum/ hæ vero plures. ¶Et simile quidẽ genus est materiæ: differẽtia vero formæ. ¶Diximus iam id qđ in multis est genus habere rationem quandã similem materiæ: differentiam vero formę. ¶Sunt autem & alię generis ac differentię cõmunitates/ proprietatesue multę: sed hę satis. ¶Alię(inquit)sunt & cõmunitates & proprietates eorum: sed hę sufficiant. Cõmune autem eis est substantiale, substantiale est genus: substantialis est & differẽtia. Commune itẽ vniuoce prędicari. prędicatur enim de ijs quę sub se sunt vt genus/ ita & differentia. Proprium vero his inest: vt dictum est. Genus cum alio genere non complicari ad aliquid: at differentias cõplicari/ atq; aliquid efficere. rationabile enim cum his mortale videlicet mentis ac scientiæ capax esse/ complicatum: efficit hominem.

¶DE GENERIS AC SPECIEI COMMVNITATIBVS. Cap.XII.

GEnus autem & species commune habent hoc: de pluribus(vt dictum est)prædicari. ¶Postq̃ comparauit genus differentiæ/ dixitq; eorum inter se similitudinẽ ac dissimilitudinẽ: nunc idem comparat speciei/ ac primũ quã habeãt cõmunitatem. Est autẽ huiusmodi. De pluribus prædicari. Priora esse ijs de quibus prędicãtur. Esse vnum quodã modo totum. ¶Accipiatur autem species vt species. ¶Pulchre illud vt species adiunctum: ne forsitan aut specialissimam sumeres/ quę de pluribus non prædicatur. aut subalternam: quę tum genus tũ species esse potest. Inuenitur etiam genus qđ etsi subalternum: vt species accipi oportebit non vt genus/ si speciei & generis ac nõ amborũ generum comparationem facere volueris. ¶Commune item & ijs est: priora esse q̃ ea de quibus prędicãtur. ¶Ideo præposuit cõmunitatem illã de pluribus prędicari/ vt diceret hoc: priora esse q̃ illa de quibus prędicãtur.

¶DE EORVNDEM PROPRIETATIBVS. Cap.XIII.

DIfferunt autem hoc/ q; genus cõtinet species/ species continentur/ ac non continent genera. ¶Quã proprietatẽ genus & species inter se habeant: nunc ostẽdit. ea autem huiusmodi. Genus continere species nec cõtineri. Priora esse genera q̃ species. Genera prædicari vniuoce de speciebus non econtrario. Genera exuperare species speciebus. Species exuperare genera differẽtijs. Generalissimum non posse fieri specialissimum. Nec specialissimũ generalissimũ. Præsupponi oportet. Animal enim (vt dictũ est) tanq̃ materia prępsternitur: susciprenisq; rationabile & mortale facit hominem. Item animal genus: homo autem species. Priora suapte natura sunt genera. Duæ sunt regulæ: quibus quę suapte natura priora sunt/ discerni solẽt. Prima hęc. Prius id est qđ perimit nec perimitur. verbi causa. animal si tollatur: tollctur simul & homo. prius igitur q̃ homo animal. Secunda hęc. Prius id est qđ infertur nec infert. verbi gratia. ex homine infertur animal: non autẽ ex animali homo. secundũ vtrãq; igitur regulam natura prius est q̃ species genus. genus enim non infert necessario speciem: at species infert statim genus. Species genera exuperant, quoniam constitutiuas sui differẽtias actu ipso continent.

¶DE GENERIS ET PROPRII COMMVNITATIBVS. Cap.XIIII

GEneri autem proprioq; cõmune hoc: sequi species. ¶Postq̃ comparauit cum differentia & specie genus: comparat nunc idem cum proprio/ dicitq; eorum communitates. Quæ sunt huiusmodi. Sequi species. Similiter vniuoce prædicari. vt de speciebus genus/ ita de indiuiduis proprium. Sequi autem dicitur vel quod maius est id quod est minus/ vt hominem animal: vel qđ æquale ẽt id quod æquale/ vt hominẽ risibile. Nã si homo est: & animal & risibile erũt. ¶Commune item & vniuoce prædicari. ¶Propter hãc cognationem supra proprium esse diximus tãq̃ spacium illud quod inter vtraq; castra prælio relinquitur inter substantialia ac supra substantialia medium/ propinquius tamẽ substantialibus.

¶DE EORVNDEM PROPRIETATIBVS. Cap.XV.

Differt vero a proprio genꝰ/ hoc: q; genꝰ priꝰ/ ꝓpriũ vero posteriꝰ. ¶ Posteaq̃ generis ac propriꝝ cõmunitates declarauit: ostendit nũc quas habeãt ꝓprietates. Sunt aũt huiusmodi. Genus priꝰ: propriũ posteriꝰ. Genꝰ de pluribus p̃dicari speciebꝰ: propriũ de vna sola. Ex cõmutatione p̃dicari posse propriũ: genꝰ nequaq̃. Proprium suæ speciei oĩ et soli & semper inesse: genꝰ omni & semp/ nõ autẽ soli. Si interimãtur species/ non interimi quorũ sunt species genera: at ꝓpriũ interimi/ interẽpta eiꝰ si fuerit species. Genus priꝰ. Prius intelligatur nõ tẽpore sed natura. propria qdẽ perẽpta nõ perimẽt genera: at vero genera si tollanť/ tollẽtur & species & q̃ in speciebꝰ insunt propria. Verbi causa. Perẽptũ si fuerit animal: perimetur hõ/ perimetur & risibile. Haud qdẽ irrationabiliter. si enim interẽptis speciebꝰ interimunť & ꝓpria/ interẽptisq; generibꝰ interimunť & species: cõsequiť necessario/ vt si adimãť genera adimantur etiã propria. ¶ DE GENERIS ET ACCIDENTIS COMMVNITATE.

Generi aũt et accidẽti cõmune: de pluribꝰ (vt dictũ ẽ) p̃dicari. ¶ Vnicã generi atq; accidẽti assignat cõmunionẽ hãc: de pluribus p̃dicari. Idq; ideo quia q̃cũq; absunt lõge q; diſiuncta sũt/ veluti genꝰ & accidẽs: plurimũ inter se differũt. q̃ ita differũt: horũ cõmunitatẽ fere nullã/ dicere difficillimũ. ꝓprietatẽ vero plurimã: facillimũ. Verbi causa homo qd cõmune habeat cũ formica: non nisi difficulter. qd sibi propriũ: q̃ prõptissime dicemꝰ. cõtra q̃cũq; adsũt/ ꝓximeq; iũcta sũt: horũ ꝓprietatẽ q̃minimã inueniri difficile. cõmunitatẽ vero plurimã: facillime. ¶ DE EORVNDEM PROPRIETATIBVS.

Differt vero ab accidente genꝰ. ¶ Quoniã genꝰ atq; accidẽs plurimũ inter se distãtia/ similitudinẽ vidẽbãtur habere minimã/ dissimilitudinẽ vero q̃ plurimã: ideo eorũ cõmunionẽ vnã/ proprietates vero plures exposuit/ huiusmodi. Genꝰ q̃ spẽs/ species q̃ accidẽtia: priores. Intensionẽ remissionẽq; suscipere accidẽtia: genus nequaq̃. Accidentia cõsistere potissimũ in indiuiduis: indiuiduis aũt et genera et species priora. In hoc qd est prædicari genꝰ: in hoc quale vel quo modo quid habeat accidẽs. ¶ Intẽsionẽ enim remissionẽq; suscipit accidẽs ĩ his quorũ fit particeps. ¶ Homo quidẽ equꝰ ac cæterorũ animaliũ species eodẽ mõ animalis participes: nõ hic corpora albi nigriq;/ vtpote quorũ magis ac minꝰ esse dicať.

Enꝰ igiť quẽadmodũ ab aliis differat: iã ẽ demõstratũ. ¶ Ostẽdit hoc loco Porphyriꝰ quot fiant (vt ita dicã) habitudines ex cõparatione quinq; ipsarũ vocũ inter se/ sic. Nõ inquit fiũt huiusmodi habitudines: vt quis capiat viginti p bis factã cõparationẽ vniuscuiusq; earũ ad reliquas quattuor. Traditq; modum quẽdã/ quo vtamur ad inueniẽdas similiť terminorũ quorũcũq; habitudines: si inter se mutuo cõplicẽť/ hoc pacto. Multiplicare inqt (qd a nobis supradictũ est) debemꝰ propositũ numerũ p vno minorem/ quinq; videlicet p quattuor/ fiẽtq; viginti. huiꝰ deinde dimidiũ accipere: remanebuntq; decẽ. ac totidẽ dicẽdũ esse habitudines. Cur aũt id ita fieri oporteat: causa hęc. Vnaq̃q; illarũ quinq; cõparãda erat cum reliquis quattuor. Atq; ideo fecimꝰ p qnquies quattuor viginti. Accipimꝰ autẽ iccirco dimidiũ: qa bis accideret easdẽ habitudines inter se cõparari. si eni cõparatũ sit cũ reliquis quattuor genꝰ: manifestũ et eas ipsas cõparatas cũ eo. ¶ Est aũt et aliꝰ modus/ hoc pacto. Sint propositi aliqui termini puta quiq;/ quibꝰ applicent alii: totidẽ certe fiẽt habitudines quot et termini. sic. Erant quiq;: primi quidẽ habitudo nequaq̃ est. si aũt applicẽť ei alter: vna efficiẽť habitudo. vnus nãq; dũtaxat terminꝰ p̃positꝰ. si & alter: duæ. quia totidẽ q p̃positi fuerãt termini/ eruntq; oẽs tres. si et alter: tres/ eruntq; oẽs sex. si rursus et alter: quattuor/ erũtq; quinq; terminorũ cunctę habitudines/ decẽ. ¶ Itẽ et aliter. Vnũquodq; ex quiq; cũ reliquis cõparari quattuor oportet: genꝰ itaq; cũ reliquis q̃ttuor cõparatũ: habitudies efficiet quattuor. Differẽtia aũt cũ genere cõparata est: quãdo genꝰ cõparatũ cũ ea: cũ reliqs aũt/ efficiet habitudines tres/ fiẽtq; septẽ. Species itẽ cũ reliquis duabus (nã cũ genere & differẽtia iterũ nõ oportet) efficiet habitudines duas/ erũtq; nouẽ. Propriũ cũ accidẽte vnã: eruntq; oẽs decẽ. Accidẽs autẽ nõ amplius habebit cui cõparari possit. iã eni cũ oĩbus cõparatũ videri potest: quãdo ad ipm illa cõparabãtur. ac manifestũ cũctas eas habitudies: vel q̃ttuor eẽ/ vel tres/ vl duas/ vel vnã. generis q̃ttuor/ differẽtiæ tres/ speciei duas/ ꝓprij vnã/ esseq; prorsus omnes decẽ. Restat igiť postq̃ genꝰ cũ reliqs est vocibus cõparatum: de reliquarum deinceps cõmunitate ac proprietate dicamus.



¶ DE DIFFERENTIAE AC SPECIEI COMMVNITATIBVS.

Differẽtię igiť ac speciei cõmune hoc: q̃ sub eis sũt æque pticipãtia facere. ¶ Duas hoc loco differẽtię ac speciei cõmunitates assignat/ has. Quę sub se sũt eque sui pticipãtia facere. inq; iisdẽ eosdẽ mõ sẽp esse. ¶ DE EARVNDEM PROPRIETATIBVS

Propriũ quidẽ differẽtię est. ¶ Dixit differentię ac speciei cõmunitates: nũc earũdem proprietates. sũt aũt huiusmodi. In quo quale sit differẽtiam: in hoc quid sit speciem prædicari, Differẽtiam cõsiderari in pluribus speciebus: speciem in solis quæ sub se

¶ Differẽtiã cõsiderari. Cũ de differẽtia loqtur: eũ loq intelligas de subalterna. nullaseni (vt & Porphyriꝰ) imas esse putauit.

ſunt indiuiduis. Differētia ſi tollaſ/ tolli & ſpeciē: nō ecōtrario. Differētiam cū differētia cōponi: ſpeciē cū ſpecie nequaq̄. ¶ Propriū qdē differētię eſt i hoc quale ſit p̄dicari: ſpeciei i hoc quid ſit. ¶ Addubitauiſſet fortaſſe hoc loco quiſpiā: cur ſpecies in hoc qd ſit/ differētia i hoc quale ſit prędicētur/ cū homo quale ſit aīal dicatur? dicim⁹ eni: cū quid ſit Socrates iterrogamur/ aīal. quale aīal: hominē. quare et ſpecies i hoc quale ſit p̄dicabitur. Cui occurrens: ſpeciē dicit nō eſſe ſimpliciter quale/ ſed quaten⁹ tātū particeps eſt differētiarū. hoc eni ipſum/ i quid ſit p̄dicari: habet ſpēs ex gener⁹ib⁹. in quale vero qd ſit: ex differētiis. verbi cauſa. quale aīal homo/ interrogati: reſpōdebimus rationabile mortale. differētia igit quale ipſū ex ſe habet: ſpecies vero ex differētiis. ¶ Itē differētia cū alia cōponitur differētia. ¶ Rationabile enim cū mortali cōpoſitū/ efficiet hominē: equus vero cū homine/ nichil. Q̄z ſi mulus ex equa atq̄ aſino generetur: non ex vniuerſalibus generari dicetur ſpecieb⁹/ ſed ex indiuiduis. quippe q̄ equā cōſcendit aſinus/ vnus eſt nō plures: et q̄ ab aſino cōſcendit equa/ ſimiliter nō niſi vna quędā. Itē et ſic. q̄ ſunt ad vni⁹ alicui⁹ ſpeciei generationē differētię: nulla quid inuicē patitur/ ſed q̄q̄ ſuā ipſius ſubſtantiā cōſeruat. vt aīal rationabile/ mortale/ mentis ac ſciētiæ capax: q̄ differētia ad humanę ſpeciei generationem pmanet ſēper. equus vero et aſinus iccirco ſuā in mulo naturā diſtincte nō ſeruarūt: quia indiuidua ſunt/ nō ſpecies. corrupta q̄ vtriuſq̄ ſubſtantia: aliud quiddā ab eorū ſpecie diuerſū factū eſt. non ig¡tur ſpecies cum ſpecie componetur.

Mentis ac ſcientiæ capax: nō ſecūdū veritatē differētia ſed apud Platonicos pro differētia vſurpari ſolet.

¶ DE DIFFERENTIAE AC PROPRII¡ COMMVNITATIBVS.

Differētia vero ac ꝓpriū cōmune habēt hoc: q̄ ſub ſe ſunt æque participātia ſui facere. ¶ Duas dicit differētię ac ꝓprii cōmunitates/ has. Aeq̄ ſui pticipātia q̄ ſub ſe ſūt: facere. Et quibus ſemel inſint: ineſſe oībus ſemp. nō eni Socrates rationabilis erit magis aut magis riſibilis q̄ Plato. nā ſi rationabilius aliud alio dicem⁹: aliud quid certe ſignificabim⁹/ nō rationalē ſcilicet entiā/ ſed animę poti⁹ ad capeſſendas diſciplinas aptitudinē. ſemper quidē rationabilis eſt homo: ſemp et riſibilis. id ipſum autē ſēper: potētia/ nō actione (vt diximus) intelligendū.

¶ DE EORVNDEM PROPRIETATIBVS.

Proprīū vero habēt hoc ¶ Totidē dicit proprietates: quot dixerat cōmunitates: duas videlicet/ has. Differētiā plures cōplecti ſpecies: proprīū vix ineſſe vni ſoli. Differētiā etſi cōſequatur ipſa ſpecis/ nō tamē prædicari (quicquid eni homo/ id rationabile: nō autē quicquid rationabile/ id homo) proprīū vero et ſequi et prędicari. quicquid nāq̄ homo/ riſibile: et quicquid riſibile homo.

¶ DE DIFFERENTIAE ATQVE ACCIDENTIS COMMVNITATIBVS.

Differentiæ atq̄ accidēti cōmune hoc: de pluribus p̄dicari. ¶ Differentię atq̄ accidētis cōmunitates ſunt hæ duæ. De pluribus prędicari. Et ineſſe ſpeciebus ſēper. Ac prima quidē et ſeparabilibus & inſeparabilib⁹ cōuenit: ſecūda vero ſolis dūtaxat inſeparabilibus. homo ſiquidem nō ſedet ſemper: coruus vero niger eſt ſemper.

¶ DE EORVNDEM PROPRIETATIBVS.

Differunt autē hoc. ¶ Proprietates differētiæ atq̄ accidentis: tres. ſunt aūt huiuſmodi. Differētiā cōtinere ſpēs/ nec cōtineri: accidēs quodā mō et cōtinere et cōtineri. Differētiā neq̄ intēdi neq̄ remitti: accidens et magis et min⁹ ſuſcipere. Cōtrarias differētias admiſceri non poſſe: cōtraria accidētia poſſe. Cōtinet autē differētia ſpecies. pluris enim rationabile q̄ homo. Accidēs cōtinet et cōtinet. quaten⁹ enim nigrū nō modo æthiopi/ ſed & coruo & cæteris cōuenit: cōtinet. quaten⁹ vero alia æthiops ſuſcipere poteſt accidētia: cōtinetur. Illud autē quodā modo iccirco adiecit: qua proprie neq̄ cōtinet neq̄ cōtinetur. Differētia neq̄ intēditur neq̄ remittitur. Socrates nāq̄ Platone rationabilior nō erit: niſi per aīq̄ (vt ſupra diximus) prōptitudinē. accidēs magis ac min⁹ ſuſcipit. ethiops nāq̄ æthiope/ coruus coruo nigrior. Admiſceri cōtrarię differētiæ nō poſſunt: rationabile ſcilicet & irrationabile mortale atq̄ immortale. contraria vero accidentia poſſunt: nigrum ſcilicet atq̄ album/ ex quorum mixtura fit rufum.

¶ DE SPECIEI ET PROPRII COMMVNITATIBVS.

Peciei autē proprioq̄ cōmune hoc: inter ſe mutuo p̄dicari. ¶ Poſtq̄ de differētia plene locut⁹ eſt: trāſit nūc ad ſpeciei ſimilitudinē ac diſſimilitudinē/ quā habet cū ꝓprio atq̄ accidēte. Quib⁹ eni rebus cū genere ac differētia cōueniret differretq̄/ tūc dictū: cū illa huic cōparabātur. Sunt autē ſpeciei propriiq̄ ſimilitudines huiuſmodi: duæ. Prima hæc. Cōmutationē pati/ mutuoq̄ inter ſe prędicari. quicqd nāq̄ homo/ riſibile: et qcqu[d] riſibile homo. ipſum aūt riſibile: nō actionē/ ſed ridendi (vt diximus) aptitudinem ſignificabit. Secunda hęc. Aeq̄ participes eſſe ſpecies quorū ſunt ſpecies/ et propria quorū ſunt propria. æque etenim omnes/ rationis participes: æque omnes ſumus et riſibiles.

¶ DE EORVNDEM PROPRIETATIBVS.

Differt autē a proprio ſpecies. ¶ Speciei proprioq; diſſimilitudines quas hoc loco aſſignat: ſunt huiuſmodi. Speciē poſſe eſſe & aliis genꝰ: propriū niſi vniꝰ ſpeciei ꝓpriū. Speciē q̄ propriū priorē: propriū poſteriꝰ niſi i ſpecie fieri nō poſſe. Speciē actu ineſſe in ſubiecto ſemp: propriū actu aliquando, potētia ſemper. Differre poſtremo inter ſe diffinitionibus. Differt a proprio ſpecies. ſpeciē intelligit ſubalternā nō autē ſpecialiſſimā. ſpecies quidē & aliarū ſpecierū poteſt eſſe genꝰ. vt animal homis, eq; animalis animās, animantis corpꝰ. propriū niſi vnius ſpeciei propriū: vt riſibile hominis, hinnibile equi. Species q̄ propriū prior. neceſſe enim hominē eſſe priꝰ q̄ ſit riſibile. Species actu ſemp ineſt ſubiecto. ſemper quidē Socrates homo. propriū nō ſemp actu. nō etenim ſemp homo ridet. Differūt inter ſe diffinitionibus. Alia nāq; ſpeciei diffinitio hęc. ſpecies eſt quę generi ſubiicitur ſemper, et quę de pluribus differētibꝰ numero i hoc quid ſit p̄dicat. Alia proprii hæc. propriū eſt qđ & ſoli et omni et ſemper adeſt. Illud vero, quorū diffinitiones diſſimiles & ipſa eſſe diſſimilia: poterat et aliis cōuenire, generi ſcilicet, differentiæ ac reliquis vocibus.

¶ DE SPECIEI ATQVE ACCIDENTIS COMMVNITATE.

Speciei aūt atq; accidētis cōmune hoc: de pluribꝰ p̄dicari. ¶ Speciei atq; accidētis cōmunionē vnā hāc adducit: de pluribꝰ prędicari. affertq; eius rei cauſā eandē: quā & nospaulo ante memorauimꝰ. quoniā ſcilicet q̄ lōgius abſūt, diſiūctaq; ſūt: rariſſimas habēt ſimilitudines, diſſimilitudines vero plurimas. Cōtra q̄ proximiora: diſſimilitudines paucisſimas, ſimilitudines vero q̄ plurimas. Cōmune igit ambobꝰ ineſt hoc: de pluribus p̄dicari. vt homo de Socrate et Alcibiade: nigrū de æthiope, coruo & eiuſmodi.

¶ DE EORVNDEM PROPRIETATIBVS.

Proprīū vero vtriq; hoc. ¶ Speciei atq; accidētis quas enumerat ꝓprietates: huiuſmodi. ſpeciē i hoc, qđ eſt: accidēs i hoc quale qđ eſt, vel i hoc quo modo habeat p̄dicari. Vnāquāq; ſubſtātiā ſpeciei dūtaxat vniꝰ: accidentiū vero plurimorū particīpē. Speciē q̄ accidēs priorē: accidēs q̄ ſpecies poſteriꝰ. ſpeciei participationē eſſe æquā: accidētiū vero minime. Accidēs i hoc quale qđ eſt, vel in hoc quo modo habeat p̄dicar. interrogati enim qualis eſt æthiops: reſpōdere ſolemꝰ niger. quo modo habet: ſanꝰ eſt, vel egrotat. Species quidē etſi i hoc quale quid eſt dicat: a differētiis tamē vt dictū eſt id cepit. vnaquęq; ſubſtāna ſpeciei dūtaxat vniꝰ particeps, vt Socrates humanæ, Bucephalus equæ: accidētiū vero plurimorū, curuitatis ſcilicet nigredinis et eiuſmodi. Species prior: accidēs poſteriꝰ. priꝰ enī hominem eſſe oportet: qui futurus eſt niger. Speciei participatio ęqua (æque enim Socrates homo eſt ac Plato) accidentium nonæqua, quia æthiops æthiope nigrior.

¶ DE PROPRII ATQVE ACCIDENTIS COMMVNITATIBVS.

Commune aūt proprio et qđ ſeparari nō poteſt accidēti, hoc: ea i qbꝰ inſūt abſq; ipſis cōſiſtere nō poſſe. ¶ Accedit nūc ad ſimilitudines et diſſimilitudines proprii & accidētis: quo pacto ingens cōueniret differretq; propriū a gñe differentia et ſpecie, dictū eſt tūc, cū ei illa cōparauimꝰ. nūc qbꝰ rebꝰ cōueniat, differatq; cū accidēte dicēdū. Ac rōnabiliter qdē adiecit illud qđ ſeparari nō poteſt, diſcriminās ab eo id qđ ſeparatur: q̄ nullam cum proprio haberet communionem. propriī igitur et quod ſeparari nō poteſt accidētis cōmunitates huiuſmodi. Ea in qbus eſſe cōſiderātur: abſq; ipſis cōſiſtere nullo modo poſſe. vt enim abſq; riſibili hō nō erit: ita abſq; nigredine nō erit coruꝰ. Itē eſſe oī et ſemp, ſemp enī oīs homo riſibilis ſemp et oīs coruꝰ niger. Qz aūt id qđ ſeparat accidēs, nullā cū ꝓprio cōmunionē habeat: perſpicuū. nō enī eiuſmodi eſt vt abſq; eo cōſiſtere nō poſſit ſubiectū, aut ſubiecto ſemp iſit. q̄ppe etſi nō ſedeat Socrates: erit tñ Socrates. nec ſēper ſedebit Socrates. Quatenꝰ ergo ꝓpriū & qđ nō ſeparat accidēs cōmunionē eā inter ſe habēt: id qđ ſeparat nichil cū ꝓprio cōueniet. q̄tenꝰ differūt: differet maxime. nō igit vllā cū proprio id qđ ſeparat accidēs, cōmunionē habebit.

¶ DE EORVNDEM PROPRIETATIBVS.

Differūt aūt: eo q̄ propriū vni ſoli ſpeciei ieſt. ¶ Quibꝰ rebꝰ ab accidēte eo qđ nō ſeparat propriū differat: ſūt huiuſmodi. Propriū vni ſoli ſpeciei ieſſe: accidēs pluribꝰ. vt riſibile ſoli hoī: nigredo ęthiopi, coruo, et id genꝰ q̄ plurimis. Propriū de eo cuiꝰ eſt ꝓpriū ex cōmutatione p̄dicari: accidēs minime. qcquid enī homo riſibile, et qcqd riſibile homo. nō ſic autē: quicqd nigrū id coruꝰ eſt, et qcqd coruꝰ id nigrū eſt. Proprii ꝓticipationē æquā (eadē enī ratione Socrates eſt ac Plato riſibilis) accidētiū nō æquā ſuſcipere magis ac minꝰ. eſt nāq; æthiops æthiope, coruꝰ coruo nigrior: vt ſæpe iā diximus. Intelligēdū eſt autē: nō id dixiſſe Porphyriū, i qbꝰ ꝓpriū atq; accidēs iexiſterēt, abſq; ipſis ea cōſiſtere nō poſſe p ſe (per ſe enī ſubſtantię oēs ſine accidētibꝰ ꝓſiſterent) ſed reſpectu ipſorū ꝓprii ſcilicet atq; accidētis. Muſicus quidē (verbi gratia) Socrates: qua Socrates, abſq; eo q̄ muſicus ſit, Socrates erit. qua vero muſicus: niſi muſicus ſit, nullo quidem pacto Socrates erit.

¶ COMMENTARIOLI POMPONII GAVRICI EX AMMONIO FINIS.

¶ Ita abſq; nigredine nō erit coruus. Id quodam modo cōpugnare videtur iis quę circa primā diffinitionē accidētis dicta ſūt eā ipſā ad accidētia trahēdo inſeparabilia. At cōfugij labulū: dere et cogitatione forſitā erit, vel vt i calce huius operis, et tūc id quoq; cōuenit accidētiſe parabili vt muſico qđ illic datur exemplum. quod quidē pernegat Porphyrius. Qui igitur primā diffinitionē accidētis accidenti applicuerit ſeparabili, ſecūdam aūt cōmunē fecerit: nichil abſurdū feciſſe videbit, neq; qcq̄ ab intelligētia Ariſtotelica alienū, multaſq; diffugiet tendiculārū latebras.

¶ Qz autē id qđ ſeparat nullā cū ꝓprio cōmunionē habeat. At ſatē habet hāc de multis prædicari. Itē & hāc nō ſubſtātialiter ſed accidētario dici. ſed de iis q̄ a Porphyrio hic enumerate ſūt itelligitur.

FRANCISCVS VATABLVS GAMACHIANVS IN PARISIENSI ACADEMIA STVDIOSIS PHILOSOPHIAE TYRONIBVS. S

PHiloſophandi ſtudium propter ſe expetẽdum eſſe nemo neſcit: cum eius amore vel indocti quiq; rapiantur. Omnes enim (teſte Ariſtotele) natura ſcire deſiderant: ad idq; inſtinctu naturæ ferũtur. plurimi ſiquidem terrenas opes flocci pendunt: et maria terraſq; longe poſitas peragrantes/ toto animi conatu literis deſudant. Porro qui has nacti ſunt (quos ſolos pleriq; omnes admiratione/ laudeq; dignos cenſent) vitã moreſq; ad bene/ beateq; viuendi formã/ redigere: et ſeſe diuinis mentibus ſimiles efficere/ poſſunt. Omnibus itaq; philoſophiam et oppidoq̃ vtilem eſſe/ perſuaſum eſt. Quãobrem illam ſibi aſciſcere nituntur: at (quod dolendum eſt) non eo quo opus eſt medio. Plurimi enim abiectiſſima quęq; cum aſpera quadam ſalebroſitate obſeruantes: in futilia et alogica ſeſe totos pręcipitãt. Alij vero: illotis (vt aiunt) manibus eam attrectare audẽt. Quare vtriq;: a ſcopo longo diſtãt interſtitio. Hi quidem q̃ſpernant illã quã græci μεθοδον λογικην/ nos vero rationalem ſemitam id eſt diſciplinam vocamus: ſine qua ne minima quidem philoſophiæ particula vendicari poteſt/ cũ illius pars ſit/ et organon. Qui enim fieri poſſit vt ſculptores inſtrumẽto manuq; carẽtes: vultus duro de marmore ducãt? Quocirca iuxta Comici dictum/ multi faciũt nę intelligendo vt nichil intelligant. Alij vero idipſum patiuntur: quoniam/ dum ea quæ ad rem nequaq̃ faciunt pertinacius inueſtigant pro logica ſophiſticam bonarum artium nouercam/ immo veriſſime corruptellam indiſcuntur. In quo quidem michi perſimiles videntur iis: qui auro poſtpoſito eius ſcorias hoc eſt excrementa/ & minus q̃ adulterinum aurum eligunt. Quocirca Heſiodi ſententiæ immemores μηπιοι ουδ ισασιν οσω πλεον ημισυ παντος haud iniuria Flacci carmine taxãtur: In vicium ducit culpæ fuga/ ſi caret arte. Vos igitur vtrumq; fugientes/ rite philoſophandi ſcientiam aſſequi poteritis: ſi inſignes tum cõmẽtariorum/ tum paraphraſeon lucubrationes Manlij Seuerini Boetii/ et Themiſtii Euphradæ a multis quidẽ quibus ſcatebãt mendis vindicatas (ſi modo nonnichil noſtri potuere labores) nocturna verſare manu/ verſare diurna nõ piguerit. Tunc intelligent q̃ pręceptores qui nos excolere ſtuduerunt/ vniuerſæ philoſophię fabricæ cõtulerunt: qui non ſuam/ ſed philoſophię laudẽ/ et aliorum vtilitatẽ quęſiere. In quo & illos/ et ſimiles nõ laudare non poſſum. Reſipiſcant igitur hactenus cœnoſis poti/ quod reliquũ eſt ex lympidis Peripateticorũ fõtibus purã ac ſorde omni expertem/ aquã hauſuri: & vana illa corneæ portæ inſomnia id eſt ſophiſmata relinquant/ per eburneã portam tandem ad altiores diſciplinas euolaturi. Quod vt facilius fiat: prædictorum liberaliũ inſtiturorum virorũ & commentarii/ et paraphraſes preſertim logicę/ in lucem prodeunt. pręmiſit enim pauloante conſodalis noſter Girardus Rufus Ammonium. Nunc ergo res expoſtulat: quid de his ſentiamus/ expromere. Boetius vir vtiq; de lingua cum græca tum latina q̃ optime meritus/ etſi Laurẽtianum dentẽ non effugerit/ in primã logices partem enarrationes: et in duas reliquas/ libellos nõ aſpernabiles edidit. Bina nãq; expoſitionum fetura/ quinq; voces Porphyrii et libros peri hermenias Ariſtotelis illuſtrauit: quarum prima ſemper minus videtur exacta/ altera vero caſtigatiori limæ ſubdita eſt. Quo fit vt quicquid a prima relictũ ſit: ſecũda magis accõmoda verborũ elocutione ſuggerat. Præterea ſecũda/ et cęteræ deinceps Boetii interpretationem: prima vero Victorini (quã conciſam crediderim) enucleat. quod vel mediocriter erudito peruium eſt. Themiſtius autẽ Peripatetic⁹ haud ignobilis/ paraphraſin in duos poſteriorum analyticorũ libros græco ſermone conſcripſit: quos Hermolaus Barbarus non barbarus/ ſed mea quidem ſententia fortiſſimus ſophiſticæ inertiæ debellator/ latinos fecit. Facite itaq; cãdidi Pariſinæ academię tyrones/ vt ab hoc famigerabili gymnaſio barbara/ vanaq; ſophiſtica/ et ieiuna ſapientiæ apparentia exulet: et quod deus ſuperoptimus annuat/ bonę artes antehac ex torres reuocẽtur in lucẽ/ floreant/ atq; perpetuã hic ſibi ſedem deligant. Valete. Pariſijs IIII idus Maias. MD XI.

ANITII MANLII SEVERINI BOETII VIRI CLARISSIMI IN PORPHYRII PHOENICIS ISAGOGEN A VICTORINO TRANSLATAM COMMENTARIORVM EDITIO PRIMA.



YEMANTIS anni tempore/ in Aureliæ montibus cõceſſeram⁹/ atq; ibi tunc cum violentior auſter eieciſſet noctis placidã atq; exturbaſſet quietẽ: recenſere libitũ eſt ea q̃ doctiſſimi viri ad illuminandas quodã modo acies intellect⁹ denſitate caliginantiſſimas/ quibuſdã quaſi introductoriis cõmentariis ediderunt. Eius vero rei Fabius initiũ fecit/ qui cum me lectulo recumbentẽ/ et quędã ſuper eiſdẽ reb⁹ cogitantem meditantẽq; vidiſſet: hortatus eſt/ vt (qđ ſępe eram pollicitus) aliquã illi eius rei traderem diſciplinam. Fabius

Cõplacitũ eſt igitur: quoniã tunc familiariũ ſalutationes/ & domeſtica negocia ceſſabant. Interrogarus ergo a me ſuper quibus vellet rebus enodare atq; expedire: tunc Fabius/ quoniã inquit tempus ad ſtudia vacat/ & hoc ocium in honeſtum negociũ conuerti licet: rogo vt michi explices id quod Victorinus orator/ ſui temporis fermè doctiſſimus/ Porphyrium per Iſagogen id eſt per introductionẽ in Ariſtotelis categorias dicitur trãſtuliſſe. Et primum didaſcalicis quibuſdã me imbue: quibus expoſitores vel etiã cõmentatores/ vt diſcipulorũ animos docilitate quadã aſſueſcant/ vtuntur. Tũ ego. ſex omnino inquã magiſtri in omni expoſitione prælibant. Prędocent enim quæ ſit cuiuſq; operis intentio: qđ apud illos σκοπὸς vocatur. Quę vtilitas: qđ a grecis χρήσιμον appellatur. Qui ordo/ quod greci vocant τάξιν. Si eius cuius eſſe opus dicitur/ germanus propriuſq; liber eſt: qđ γνήσιον interpretari ſolet. Quæ ſit eius operis inſcriptio: quod ἐπιγράφην greci nominant. In hoc qđ intentionem cuiuſq; libri inſolerter interprætarentur: de inſcriptione quoq; operis apud quoſdã minus callentes hęſitatum eſt. Sextũ eſt id dicere ad quã partẽ philoſophię cuiuſq; libri ducatur intentio: quod greca oratione dicitur ἐἰς ποῖον μέρος φιλοσοφίας ἀράγεται. Hæc ergo omnia in quolibet philoſophię libro quæri conuenit atq; expediri. Tunc Fabius. quæ eſſet introductionis intentio interrogauit. Et ego inquã. Ariſtoteles qui factus eſt introductionis pons non aliter intelligi poteſt: niſi ipſas res de quibus diſputaturus eſt/ ad intelligentiã prępauemus. Videns enim Porphyrius q̃ in rebus omnibus eſſent quędã prima natura ex quibus omnia velut ex aliquo fonte manarent: & illa quæ prima eſſent/ et ſubſiſtẽtia eſſe/ et generis vocabulo nũcupari. porro autẽ nunq̃ genus vni ſpeciei genus eſſe poſſe: ſed pluribus. plures autẽ ſpecies nõ poſſe eſſe multiplices: niſi eas aliqua diſcretio ſeparet. Si eni nichil ſibi diſſimiles forent: vna ſpecies nõ multiplices viderẽtur. Illa igit diuiſio & diſſimilitudo ſpecierũ: differentię noie vocatur. Omnia vero quę aliqua re differunt: fieri aliter nõ poteſt niſi quibuſdã propriis ſolitariiſq; naturis inſignita ſint. Atq; hæc hactenus. Videns ergo q̃ omnis omniũ diſparilitas in gemina rerũ principia ſecaretur ſcilicet in ſubſtantiã atq; accidens: ita vt neq; accidens ſine ſubſtantia/ neq; ſine accidente ſubſtantia eſſe poſſit. Accidens quippe ſine aliquo ſubſtantię fundamẽto eſſe nõ poteſt: ſubſtantia vero ipſa ſine ſuperiecto accidẽte videri nullo modo poteſt. Vt enim color ſit/ quod eſt accidens: in corpore erit quod eſt ſubſtantia. porro autem cũ corpus id eſt ſubſtãtiam videris/ inſignitã eam accidente id eſt aliquo colore reſpicies. Itaq; fit vt neq; ſubſtantia prẽter accidens ſit: neq; accidens a ſubſtantia relinquatur. vbi enim ſubſtantia fuit: mox accidens cõſecutũ eſt. Speculat⁹ igitur Porphyrius in his duab⁹ reb⁹ ideſt accidẽte & ſubſtãtia genera/ ſpecies/ propria differẽtiaq; verſari/ q̃ ipſa per ſe ſint genera ſubiectis & ſubiacẽtib⁹ ſpeciebus/ quę differẽtiis et propriis inſignitę ſunt: ſtatuit principaliter de genere/ ſpecie/ differentia propriiſq; tractare. et quoniã tractatus hic in definitionib⁹ (vt poſt docebim⁹) proderit (ſi quis autẽ in definitione generali ponat accidens/ eũ nõ recte definire manifeſtũ eſt/ qđ ſuo loco tractabit) ſtatuit pauca de accidẽtib⁹ prælibare. Ita enim nos prudẽtiſſim⁹ doctor inſtituit/ vt tũc in definitionibus qbuſlibet plenã ſciẽtiã queamus accipere: cũ qđ profit dictũ ſit/ et qđ non ſit vtile ſegregeẽt. Hęc igitur hui⁹ operis intẽtio eſt de genere/ ſpecie/ differẽtiis/ proprius accidẽtibuſq; tractare. Hic Fabius. expediſti inquit/ de intẽtione: nũc vtilitatẽ explica. Varia inq̃ et multiplex in hoc opere cõmoditas vtilitaſq; verſatur. Primũ enim in Ariſtotelis categorias perq̃ vberrime prodeſt. qđ aũt pſit dicem⁹: cũ de ei⁹ libri inſcriptione tractabim⁹. Sed in quibus aliis pſit/ paucis philoſophię

Victorinus

Sex in omni expoſitione prælibanti ſolita

Intẽtio huius operis

Vtilitas

FRANCISCVS. Diffinitio philoſophiæ

ipſius diuiſione facta perſtringã. et prius quid ſit ipſa philoſophia conſiderandũ eſt. ¶ Eſt enim philoſophia amor/ & ſtudiũ/ & amicitia quodã modo ſapientię. ſapientiæ vero nõ huius quæ in artibus quibuſdam & in aliqua fabrili ſcientia noticiaq; verſatur: ſed illius ſapientię quæ nullius indigens/ viuax mens/ et ſola rerũ primeua ratio eſt. Eſt autem hic amor ſapientię/ intelligentis animi ab illa pura ſapientia illuminatio/ & quodã modo ad ſeipſam retractio atq; aduocatio: vt videatur ſtudiũ ſapientię æque ſtudium diuinitatis/ et purę mentis illius amicitia. Hęc igitur ſapientia/ cuncto quidem animarum generi meritũ ſuę diuinitatis imponit: & ad propriam naturę vim puritatẽq; reducit. Hinc naſcitur ſpeculationũ cogitationũq; veritas: et ſancta puraq; actuum caſtimonia. quæ res in ipſius philoſophiæ diuiſionẽ ſectionẽq; conuertitur. ¶ Eſt enim philoſophia genus: ſpecies vero duę. vna quę theoretice dicitur: altera quę practice/ id eſt ſpeculatiua & actiua. Erunt autẽ & tot ſpeculatiuæ philoſophię ſpecies: quot ſunt res in quibus iuſte ſpeculatio cõſiderationis habetur: quotq; actuũ diuerſitates/ tot ſpecies varietateſq; virtutum. Eſt igitur theoretices id eſt contẽplatiuę vel ſpeculatiuæ triplex diuerſitas: atq; ipſa pars philoſophię in tres ſpecies diuiditur. Eſt enim theoretices pars vna de intellectibilibus/ alia de intelligibilibus/ alia de naturalibus. Tunc interpellauit Fabius/ miratuſq; eſt quid hoc noui ſermonis eſſet: q; vnam ſpeculatiuæ partem intellectibilem nominaſſem. Nota inquã/ quoniã latino ſermone nũq; dictũ reperi: intellectibilia egomet mea verbi cõpoſitione vocaui. ¶ Eſt enim intellectibile quod vnũ atq; idem/ per ſe in propria ſemper diuinitate conſiſtens: nullis vnq; ſenſibus/ ſed ſola mente intellectuq; capitur. Quę res ad ſpeculationem dei atq; ad animi incorporalitatem/ conſiderationẽq; verę philoſophiæ indagatione componitur. quã partem greci theologiam nominant. ¶ Secunda vero pars eſt intelligibilis/ quę primã intellectibilem cogitatione atq; intelligentia compræhendit: quę eſt omniũ cæleſtiũ ſupernæ diuinitatis operũ & quicquid ſub lunari globo beatiore animo atq; puriore ſubſtantia valet/ et poſtremo humanarũ animarum. quæ omnia cum prioris illius intellectibilis ſubſtantię fuiſſent: corporum tactu ab intellectibilibus ad intelligibilia degenerarunt/ vt nõ magis ipſa intelligantur q; intelligant. et intelligentiæ puritate tunc beatiora ſunt: quoties ſeſe intellectibilibus applicarint. ¶ Tertia theoreticæ ſpecies eſt quę circa corpora atq; eorum ſcientiam cognitionẽq; verſatur: quæ eſt phyſiologia/ quę naturas corporum paſſioneſq; declarat. Secunda vero intelligibilium ſubſtantia merito in medio collocata eſt: q; habeat/ & corporum animationẽ & quodã modo viuificationẽ/ & intellectibiliũ cõſiderationẽ cogitationẽq;/ vt dictũ eſt. ¶ Practicę vero philoſophię/ quã actiuam ſuperius dici demonſtratum eſt/ huius quoq; triplex eſt diuiſio. Eſt enim prima quæ ſui curam gerens cunctis ſeſe erigit/ exornat/ augetq; virtutibus: nichil in vita admittens quo nõ gaudeat/ nichil faciens penitendum. ¶ Secunda vero eſt: quæ rei publicę curam ſuſcipiens cunctorum ſaluti ſuæ prouidentiæ ſolertia et iuſtitię libra/ et fortitudinis ſtabilitate/ et tẽperantiæ patientia/ medetur. ¶ Tertia vero quæ familiaris officium/ mediocri componens diſpoſitione diſtribuit. Sunt harum etiam aliæ ſubdiuiſiones: quas nunc perſequi ſuperſedendum eſt. Ad hęc igitur vt fieri poſſint & vt ſuperiora intelligi queant: neceſſarius maxime vberrimuſq; fructus eſt artis eius quã greci λογικην/ nos rationalẽ poſſumus dicere: q; recta orationis ratione quid verum/ quidq; decens ſit/ nullo erroris fluxu diuerticuloue fallatur. quã quidem artem quidã partem philoſophię: quidã non partem/ ſed ferramentum & quodã modo ſupellectilem iudicarunt. Qua autem id vtriq; impulſi ratione crediderint: alio erit in opere cõmemorandũ. ¶ Hæc autem generis/ ſpeciei/ differentię/ proprij/ atq; accidentis diſputatio: in omni nobis philoſophię cognitione quaſi quandam viã parat. Nam cũ quid genus ſit docemur: quid ſpecies intelligimus. genus eſſe philoſophiam: ſpecies vero indubitanter theoreticẽ et practicẽ id eſt ſpeculatiuam et actiuam. de logica vero vtrum ſit ſpecies: eadem hac poſſumus ratione perpendere. Prodeſt nobis differentię cognitio ad ipſarum philoſophiæ ſpecierũ differẽtias cognoſcendas. Prodeſt proprij ſcientia ad cognoſcendum quid vnicuiq; philoſophiæ ſpeciei ſolitaria natura videatur/ ac ſubſtantiæ innatum. Prodeſt accidẽtis cognitio/ quid principaliter in rebus ſit cernere: et quid ſecundo proximo contingentiq; loco conueniat diſcernere. Ita nobis harũ quinq; rerum ſcientia: ramoſa quadam & multifida vi in omnes ſeſe philoſophiæ partes infundit. Ad grammaticam vero non minor huius rei vſus eſt/ quando per orationem gen⁹: octo vero partes orationis per genera/ ſpecies/ differentias/ propriaq; metimur. Eſt vero huius rei perq; rhetorice amica coniunctaq; cognitio. ita enim rhetoricã in tribus cauſarum poſſumus ſeparare generibus: & eas in ſubiectis conſtitutionibus diſſecare. Definitionum quoq; quę ad logicam pertinent/ magna atq; vtilis vberrimaq; cognitio eſt: quas definitiones/ niſi per genera/ proprietateſq; tractaueris/ nullus vnq; definitionibus terminus imponetur. Nam ſi quid definis: ex quo

Philoſophię diuiſio

Tres theoreticę ptes

1 Pars Quid itellectibile / qđ vocabulum eſt a Boetio effictum.

2 Pars Platonicũ

3 Pars

Practicæ diuiſio.

1 Species

2 Species

3 Species

Quinq; vocum applicatio

sit genere primum tibi dicendum est/ atq; in hoc genus speciesq; consumata sit. Nam cuiuscūq; rei genus dixeris:ad quā rem illud dixeris/ speciem facis. Vt si quid sit homo definias:dicas hominē esse animal. igitur quoniam ad hominem aptasti animal: genus esse animal & hominem speciem/ a te declaratum est.sed non sufficit sola generis in definitione monstratio. Si enim solum animal hominem esse dixeris:non potius hominem q̄ bouem/ asinumq;/ aut equū definitione depinxeris. Prodest igitur etiam differentias adhibere: per quas/ id quod definies a speciebus aliis seiungatur, vt dicas hominem esse animal rationale. Et quoniam sub eadem differentia plures frequenter species inueniuntur/ vt sub rationale deus atq; homo est: vtilissimus proprietatis vsus est/ vt id dicas q̄ sola (quam definis) species suum propriumq; retineat. Fit ergo huiusmodi hominis definitio. Homo est animal (id est genus:homo vero species) rationale (quod differentia est) risus capax/ quod proprium est. accidentium vero in definitionibus nullus vsus est. Prodest ergo in definitionibus harum quinq; rerum cognitio: vt nec ea quæ sunt vtilia prætermittas/ nec ea quæ nichil prestant commoditatis adiungas. In diuisione vero tantum prodest: vt nisi per horum scientiam nulla res recte distribui secariq; possit. Nam quę generum vel specierum recta distributio diuisione erit: vbi ipsarum per quas diuiditur rerum nulla scientiæ cognitione dirigimur? Probationum vero veritas in his maxime constituta est: q̄ per ea quę diuidis/ id quod diuidis/ vel quid illud probas. Nam Marcus Tullius in rhetoricorum primo/ quoniam diuisionem generum caularumq; rite atq; ordinate faciebat: eius rei probationem ita esse debere per species generaq; disposuit. cum ait easdem res aliis superponi/ aliis supponi posse: eisdem subiectas & superpositas esse non posse. Hæc fere de vtilitate ad tempus dicenda credidimus. Tunc Fabius. demiror inquit/ cur inchoāti michi tam subtilius inuentas exercitatasq; res ederis. Sed dic quæso: quodnam hoc tuum fuit consilium? Ego inquā tibi q̄ assuescendus animus auditoris ex mediocri subtilitate imbuendus est. vt cum sese hic primum exercuerit: palestra ingenii quodā modo prius luctatus/ ea quæ sequētur quasi sine vllo labore conficiat. Sed quid restat dicas licebit. Et Fabius ordinem inquit/ restare arbitror: si bene cōmemini. Atqui inq. hic ordo valde cum inscriptione coniunctus est. Si enim alterutrū noris:ambo noueris. ordo tamen est q̄ omnes post Porphyrium/ ingredientes ad logicam huius primū libelli tractatores fuerunt: q̄ primus hic ad simplicitatem tenuitatis vsq; progressus/ quo procedentibus viandum sit/ prēparat. Aristoteles enim/ quoniam dialecticæ atq; apodicticæ disciplinæ volebat posteris ordinem scientiamq; contradere: vidit apodicticam dialecticāq; vim vno syllogismi ordine contineri. Scribit itaq; primos resolutorios/ quos græci analyticos vocant: qui legendi essent anteq̄ aliquid dialecticæ vel apodicticę artis attingerent. In primis enim resolutoriis de syllogismorum ordine/ complexioneq;/ et figuris tractatur. Et quoniā syllogismus genus est apodictici & dialectici syllogismi/ dialecticam vero in topicis suis exercuit/ apodicticā in secundis resolutorijs ordinauit: horum disciplina quā ille in monstrandis syllogismis ante collegerat/ prius etiā in studiis lectitatur. Itaq; primi prius resolutorii q̄ qui de apodictico syllogismo/ vel topica quę de dialectico syllogismo sunt/ accipiuntur. Traxit igitur Aristoteles dialecticā atq; apodicticam scientiam/ adunauitq; in syllogismorū resolutoria disputatione. Sed quoniā syllogismum ex propositionibus constare necesse est: librum peri hermenias quinscribitur de propositionibus/ annotauit. Omnes vero propositiones ex sermonibus aliquid significantibus componuntur. itaq; liber/ quē de decem predicamētis scripsit quę apud grecos categorię dicuntur: de primis rerū nominibus significantibusq; est. Vidit enim Aristoteles infinitam miscellāq; esse rerum omniū/ verborūq; disparilitatem. et vt eorum ordinem reperiret in decem primis sermonibus prima rerum genera significantibus: omne quicquid illud vel rerum vel sermonum poterit esse/ collegit. Sed Aristoteles hactenus. Speculatus autem Porphyrius si categorię genera sunt rerum: rerum vero sermonumq; diuersitas speciebus/ differentiis/ propriisq; insigniretur. videns etiā q̄ accidentium in categoriis magna vis esset. Omnes enim res Aristoteles in duas primum partes diuidit: in accidens atq; substantiam. et accidēs in nouem membra disperstit: dicens aut substantiam esse quancunq; illam rem. aut si accidens esset: quoniam aut qualitas/ aut quantitas/ aut ad aliquid/ aut vbi/ aut quando/ aut iacere/ aut habere/ aut facere esset/ aut pati. Prælibat igitur nos Porphyrius ad horum veriſſimam cognitionem hoc de generibus/ speciebus/ differentiis propriis/ accidētibusq; tractatu. Sic igitur cum ante apodicticam dialecticamq; rem syllogistica prelegantur/ ante syllogistica in propositionibus primus labor sit/ ante propositiones in categoriis pauci desudent/ ante categorias in isagogis plurimum laborent quæ generibus/ speciebus/ differentiis/ propriis/ accidentibusq; censentur: ordo est de his ipsis rebus pauca prælibare. Recte igitur et filo lineæ quodam hic Porphyrij

FRANCISCVS.

Definitionis nomine Boetij etiā descriptionem cōplectitur.

Probationū vero veritas Probationem demonstratiōe i proœmio Por. vertit Victorinus.

FRANCISCVS. Inſcriptio Cui ſit preſens opus

liber/primus legẽtibus ſtudiorũ pręguſtator & quodã modo initiator occurrit. Q; ſi in hoc quod dictum eſt ſat eſt: rem etiam de inſcriptione cõfecimus. Quo enim & alio melius q̃ introductionis nomine nũcupetur hic liber? Eſt nãq; ad categorias Ariſtotelis introitus: & quędã quaſi ianua/ veniẽtes admittit. Tũc Fabius, perge (queſo te) et ſi eius hoc propriũ germanumq; op; eſt: collige. Hoc inquã indubitatũ eſt. omnibus enim Porphyrij libris ſtilus hic conuenit: et mos hic Porphyrio eſt/ vt in iis rebus quæ ſunt obſcuriſſimę introducenda quædam & pręguſtanda pręcurrat. vt alio quodã libro de categoricis ſyllogiſmis fecit: et de multis itẽ aliis quę in philoſophia grauia/ illuſtriaq; verſantur. Et hoc apud ſuperiores indubitatũ eſt: quibus nos nolle credere inſcitia eſt. Tũc Fabius. reſtat inquit vt ad quã partem philoſophię ducatur intentio/ ediſſeras. Et ego dicã tibi. Quoniã categorię ad propoſitiones aptantur/ ſyllogiſmi de propoſitionibus cõponũtur/ apodicticus vero vel dialectic; ſyllogiſmi in logicę artis diſciplina vertuntur: conſtat quoq; categorias quę ad propoſitiones ſyllogiſmoſq; pertinent/ logicæ ſcientiæ eſſe connexas. quare introductio quoq; in categorias ad logicã ſcientiã cõuenienter aptabitur. Quoniã ea quę prędicuntur explicui: nunc textus ipſius ratio/ atq; ordo videatur. Tunc fabi;. priuſq̃ explanatio ſenſus procedat id ſcire deſidero: cur cum poſſet dicere cum neceſſariũ ſit/ prępoſterato ordine cum ſit neceſſarium dixit. Et ego/ quoniã inquã nullum accidens eſt/ quod non ſubſtantiæ fundamento nitatur. porro autem quicquid ad cuiuſlibet ſuperiecti firmitatem eſt: id anteq̃ ipſum eſſet/ fuiſſe neceſſe eſt. Vt enim in domibus niſi prius fundamenta ſubiicias/ nulla eſt vnq; fabrica: ſic niſi prius ſubſtantiæ fundamenta ſint/ nulla vnq̃ accidentia ſuperponentur. Oportet enim prius eſſe aliquid: vt formã qualitatis accipiat. Nam neceſſarium qualitas eſt. non abſurde igitur prius eſſe poſuit: poſt etiam/ neceſſarium. id eſt poſt ſubſtãtiã qualitatis nomen aptauit. Hic fabius. ſubtiliſſime inquit & lucide: ſed nunc ordo ipſe operis textuſq; videatur.

Ad quã philoſophię partem ordinetur hęc ítroductio.

Apodictic; / demonſtratiuus.

Queſtio ſatis curioſa.

» » » » » »



Vm ſit neceſſarium Menanti ſiue ad Ariſtotelis categorias/ ſiue ad definitionis diſciplinam noſſe quid genus ſit/ quidue ſpecies/ quid differẽtia/ quid proprium/ quid accidens/ & omnino ea quę ſunt diuiſionis/ vel quę probationis quorũ vtilitas eſt et magna cognitio: breuiter tibi explicare tẽtabo. Quę apud antiquos quidem alte & magnifice quæſtionum genera propoſita ſunt: ego ſimplici ſermone cũ quadã coniectura in res alias iſta explicabo mediocriter. ¶ Tunc ego. Prędiximus quidem pauca ſuperius: ſed vel his quędam addere/ vel hęc eadem rurſus cõmemorare abſurdum eſſe nõ arbitror. Totius autẽ ſenſus talis eſt. Scribẽs ad Menantiũ de vtilitate libri ſummatim pauca prędixit: quo lucubratior animus auditoris exercitatiorq; ad hæc capienda perueniat. Prodeſſe autem ad Ariſtotelis categorias dicit/ q; cũ omnẽ ſermonum ſignificantiũ varietatem diuerſa rerum ſumma diuideret/ & in ſubſtantiã atq; accidens omnes res ſecaret atq; diſpergeret: accidẽs in nouem ſecuit partes quod ſuperius demõſtraui. & hęc genera generaliſſima nominauit id eſt ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΙ quod ſuper iſta/ alia genera inueniri non poſſint. Igitur ſi ſunt genera: ſine ſpeciebus eſſe non poſſunt. ſi ſub his ſpecies ſupponũtur: differẽtiis non vacabunt. q; ſi differentias retinent: propriis indigebunt. accidentis vero nouem prędicamenta ſunt. Quocirca nõ abſurdum fuit hinc introductionẽ in prędicamẽta cõponi: vt de generibus/ ſpeciebus/ differentiis/ propriiſq; tractaret/ quę in ipſis prędicamentis inſeparabiliter videntur inſerta. Amplius q; Ariſtotelica ſubtilitas priuſq̃ ad prędicamẽtorum ordinem veniretur: de ęquiuocis vniuocisq; tractauit. Definit vero ęquiuoca ſic. Aequiuoca ſunt quorum nomẽ ſolum cõmune eſt: ſecundum vero nomen/ ſubſtantię alia ratio eſt. vt ſi qua ſunt quę nomine tantum cõmunicent: ſubſtantia vero diſſimilent. Vniuoca vero quę ſub eodem nomine/ & ſub eadem ſubſtantia continentur. Omne igitur genus ad ſpecies quæ ſunt ſub ipſo poſitæ: vniuoce prędicari poteſt. Porro autem quicquid ad quaſlibet res prædicatur ęquiuoce: in his ſubſtantię differentia eſt. genus vero ſpecieſq; vniuoce prędicaẽ. Animal enim et homo/ vniuocũ eſt. animal enim/ animalis nomine dicitur. Porro autẽ homini/ nomen etiã conuenit animalis: vt dicatur animal. æquo ergo nomine animalis: homo et animal appellatur. Animalis vero definitio: eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. ſed animal genus: homo vero ſpecies. vniuoce igitur genus & ſpecies prædicantur. Aequiuoca vero quę fuerint/ quoniam diffinitionibus differũt/ & eorum quorum diffinitiones aliæ ſunt alia eſt etiam ſubſtantia/ quorũ alia ſubſtantia eſt/ alia ſunt etiam omnino genera: in his ijſdem ęquiuocis conſtat q; neq; genus/ neq; ſpecies/ poſſit aptari. vt enim ſi quis hominem marmoreũ et hominem viuum homnis nomine appellet: idẽ nomen fecerit ſubſtantiæ/ differentia vero diffinitioq; eſt diſſimilis. porro autem hominis & ſtatuę nõ genus idem eſt: ſed ſtatuę inanimatũ/ hominis animatum. Quare conſtat/ quoniam nunq̃ ſub eiſdem generibus con

tinentur: quęcunq; equiuoce predicantur. quã vim niſi prius de generibus/ ſpeciebus/ proprijs et differentijs noticiam ſcientiamq; perceperis: nullo vnq̃ tempore diſcernes. Idem Ariſtoteles ait q; ſint primę ſubſtantiæ/ q; ſecundę/ & primas ſubſtantias dicit eſſe indiuiduorum corporũ & ſingulorũ vt eſt Cicero/ aut Plato/ aut Socrates: ſecundas vero ſubſtantias ſpecies appellauit/ vt eſt homo/ vel genera in quibus ipſę ſpecies cõtinentur/ vt eſt animal. hęc igitur niſi prælibata generis ſpecieiq; cognitione: ſciri non poſſunt. Idem ait ſubſtantiam ab alia ſubſtãtia in eo q; ſubſtantia ſit/ nulla differentia diſgregari. Idem ſubſtantiæ proprietates requirit: vt quaſi impreſſo aliquo ſigno/ ſic proprietate nota facilius qd ſubſtantia ſit inuenire atq; expedire poſſimus. Atq; hoc idem in accidentibus fecit. nam & qualitatis/ & quãtitatis/ & ad aliquid/ relationiſq; proprietatem collegit. & idem magna apud Ariſtotelem cura diligentiaq; conſpicitur. Vides ne/ vt ſeſe quinq; harum rerum vis in categorias interſerat: & prædicamentorum virtutibus inſeparabiliter colligetur? Non mendax igitur Porphyrius: de hac quinq; harum rerũ nobis in categorias vtilitate promiſit. Definitionis vero diſciplinam ſuperius diximus prę- ter genera/ ſpecies/ differentias/ et propria non poſſe tractari. Sed quoniam ſunt quędam genera quę genus habere non poſſunt/ vt eſt ſubſtantia/ & alia quę Ariſtoteles in prędicamẽtis conſtituit: dicat quis ad hęc horum cognitionem nichil omnino prodeſſe/ q; non ſit in his a genere trahenda definitio in quibus genus inueniri non poſſit. q; ſiqua res genus nõ haberet: ſpecies non eſſet. Hoc ita poſito/ ad generaliſſimorum generũ definitionem nichil genera & ſpecies vtilitatis habere: ridicula mehercle/ atq; abſurda propoſitio eſt. Preter ſcientiam enim generum ſpecierumq; magis genera illa generaliſſima cognoſcere quis potis eſt: cum hęc ſola generũ ſpecieruq; cognitio ſi amiſſa ſit/ nichil de generibus ſpeciebuſq; cognoſcatur? In illis igitur in quibus genus aliud ſuperius inueniri non poteſt: nullus vnq̃ terminus definitionis aptabitur/ & in ipſa definitione genera ſpecieſq; ceſſabunt/ & ſolę differentię/ propriaq; illius terminum definitionis informant. Cũ enim id qd dicis/ ab alijs rebus omnibus/ adiunctis differentijs ſegregaueris/ & proprijs impreſſis formã eius figuramq; monſtraueris: genus qd inuenire non poteris/ perquirere non labores. ſed in his ſpecies & genera nõ requiruntur: in quibus/ q; ipſa generaliſſima ſint genera/ genus inueniri nõ queat. Porro autem in ijs quorum genus eſt aliquid/ niſi a genere definitio ducatur: finis eius definitionis vicioſa concluſione colligitur. Accidens vero ad definitiones nichil prodeſſe non dubiũ eſt. Definitio enim ſubſtantiã informare deſiderat: accidens vero ſubſtantiam non deſignat. accidens igitur in definitione nichil prodeſt. Eſt itaq; neceſſaria generis/ ſpecieiq; cognitio: vt ſi generaliſſima nõ ſũt quę quiſq; definiturus eſt/ a genere definitionem trahat. ſin vero generaliſſima ſint: genus quęrere qd inuenire nõ poteſt/ nõ laboret. æque eni vicioſũ eſt vel in generaliſſimis genera quęrere: vel in ſubalternis generibus/ a generibus diffinitionem ducere/ ſuperſedere. Differentię vero & propria vel ſi magis genera ſunt/ vel ſi ſubalterna: maximam retinent vtilitatem. Et quoniam ad definitiones quę pertinẽt quędam dicta ſunt: pauca etiam de his ipſis rationabilius ſubtiliuſq; colligemus. Sit genus animal/ ſit ſpecies homo/ ſit differentia rationale vel mortale/ ſit proprium riſibile: accidens vero quoniam ad definitiones incõmodũ eſt/ prętermittamus. Quiſquis ergo ſpeciem definit: ita genere ab alijs eam generibus ſeparat. vt ſiquis dicat quid eſt homo: animal dicat eum. dicens eni animal: ſeparauit hominem ab omnibus generibus/ quęcunq; animalia non ſunt. Si quis vero differentiam dicat et eam ad ſpeciem accõmodat: res ſub eiſdẽ generibus per differentias diſgregauit. Nam cũ dicis hominem eſſe animal rationale/ cum etiam et bos & equus ſpecies animalis ſint: additum tamen rationale huiuſmodi ab alijs ſub eodem genere ſpeciebus/ hominis ſpeciem ſegregauit atq; diſtixit. Propria vero cum dederis: res quæ ſunt ſub eiſdem differentijs ſegregabis. Nam cũ dixeris hinnibile vel riſibile: illud eſt equi proprium/ illud hominis. et cum equus cum boue/ atq; cane ſub eadem differentia ſit/ q; irrationabilia ſunt omnia: adiectum hinnibile/ a cęteris equum ſub eadem differẽtia ſpeciebus/ diuidit. Homo vero et deus ſub eadem differentia/ ideſt rationali/ q; vtriq; rationales ſunt: quãuis homo & deus adiuncta mortali differentia ſeparentur / proprio tamen riſibili qd ſolus habet homo/ naturalius ſubſtãtialiuſq; diſiungitur. qd in alijs rebus ĩ quibus nullas ſpecies talis differẽtia ſeparat: melius cognoſci poteſt. Nam cũ ſub eadem differẽtia ſint irrationabilia equus/ bos canis/ nec eſt vlla alia quę eos ſeparet differentia ſubſtantialis (poſſunt eni accidentis differentię eſſe que eos ſeparent/ quales ſunt formarum) additũ propriũ hinnibile: equũ ab alijs ſub eadem differentia ſpeciebus/ proprietatis ipſius ſeparatione diſiunxit. Repetendum eſt igitur a primordio/ q; genera in definitionibus ab alijs generibus aliquid ſeparant/ differentię ab ipſis ſpeciebus quę ſub eiſdem generibus poſitę ſunt/ propria a ſpeciebus quę ſub eiſdem differẽtijs

FRANCISCVS.

De definitione.

Obiectio.

Solutio.

Vbi ratiõale mortale inter legendũ offendoris/ & moritaleet imortale ſub animali contineri: hoc nõ ex propria ſed Platonicorũ ſentẽtia Boe. dixiſſe exiſtimato.

FRANCISCVS. De diuisione. Hermagoras demonstratione & deliberationē sub generali cōstitutione collocauit: cum hec (quoniam pars sit) sub illis poni deberet.

iupponuntur. ¶Sed quoniam plene de definitione tractatū est: probationis vel diuisionis vim subtilitatemq; tractemus. Sed omnis diuisio duplex est: aut cum totum corpus in diuersa disiūgis/ aut cum genera p species distribuis. Si quis igitur harū quinq; rerū minus solers/ diuisiones rerum facere voluerit: nō est dubium quin eas per inscientiā sepe a speciebus in genera soluat. qđ est factum fedissimum: qđ Hermagoræ ī prima rhetoricoru disputatione vsu venit. In tales enim erroris nebulas incidit: vt duo genera sub equalis generis parte supponeret. q; si diuisionis vim veritatēq; vidisset/ & disciplinam generū specierumq; propriorū & differentiarū suscepisset: nunq̄ tam insulse diuisionis errore tā viuacissime a Marco Tullio culparetur. ¶In probationibus vero tātus est huius operis fructus: vt pręter hoc nullius vnq̄ rei possit prouenire probatio. Quid enim monstrare digne queas: cum cuius differentias nescias idipsum quale sit scire non possis? Quid autem digne exequeris: cuius si genus nescias/ ex quo id ipsum fonte manet ignores? Vel quid in probationibus ratione possis ostendere: cuius speciem si nescias id ipsum de quo aliquid probare vis quid sit non possis agnoscere? Quid si propria pretermittas: nullas vnq̄ res valebis proprię termino probationis includere? At vero si non vim accidentiū naturamq; perspicias/ cum cuiusq; substantiam tractes: inane accidentis nomen eque in definitionibus probationibusq; miscebis. Ita his rebus cognitis/ integra stabilisq; diuisio & definitio permanebit: incognitis debilis lababit/ & trunca probatio. Hęc le igitur Porphyrius (non enī Victorinus) breuiter molliterq; promittit exponere. nec enim vice introductionis fungeretur: si ea nobis a primordio fundaret/ ad quę nobis hęc tam clara introductio pręparatur. Seruat igitur introductionis modū doctissima parcitas disputandi: vt ingredientium viam ad obscurissimas rerum caligines/ aliquo quasi doctrinę suæ lumine temperaret. Dicit enī apud antiquos alta et magnifica quęstione dissērta: quę ipse nunc parce/ breuiterq; composuit. Quid autem de his a priscis philosophiæ dissertum sit: breuiter ipse tangit/ & preterit. Tum Fabius. quid illud inquit est? Et ego. hoc inquā qđ ait se omnino pretermittere/ genera ipsa & species vtrum vere subsistant: an intellectu solo/ & mente teneātur. an corporalia ista sint/ an incorporalia. et vtrū separata/ an in ipsis sensibilibus iuncta. De his sese quoniam esset disputatio/ tacere promisit: nos autē adhibito moderationis freno/ mediocriter vnumquodq; tangamus. Eorum ergo quę se transire et pretermittere pollicetur: prima est quęstio. ¶Vtrū genera ipsa & species vere sint: an in solis intellectibus nuda inaniaq; fingantur? quę quęstio huiusmodi est. Quoniam hominum multiformis est animus: per sensuū qualitatem res sensibus subiectas intelligit/ & ex his quadam speculatione cōcepta/ viam sibi ad incorporalia intelligenda pręmunit. vt cum singulos homines videam/ eos quoq; me vidisse cognoscā: & quia homines sunt/ me ite[illegible]sse profitear. Hinc igitur ducta intelligentia/ velut iam sensibiliū cognitione roborata/ sublimiori sese intellectu cōsideratiōis extollit: et iā specie ipsā hominis q̄ sub aīali est posita & singulos homines cōtinet/ suspicat & illud incorporeū intelligit/ cuius ātepticulas corporales i singulis homi nib9 sciēdis & itelligēdis assūpserat. Nā hominē quidē illū specialē q nos omnes intra sui nominis ambitū coercet: nō est dicere corporale. qppe quē sola mēte/ intelligētiaq; cōcipim9. Hic ergo animus nō solū p sensibilia res icorporales itelligēdi ē artifex: sed etiā fingēdi sibi/ atq; etiā mētiēdi. Inde enī ex forma equi vel hominis falsā cētaurorū speciē sibi ipsa itelligētia cōpauit. Has igitur mētis cōsideratiōes q̄ a rerū sensu ad itelligētiā ,pfectę vel itelligūtur vel arte ingūtur: phātasias greci dicūt/ a nobis visa poterūt nominari. Ita ergo nūc de generib9/ specieb9/ & cęteris q̄rūt: vtrū hęc vere subsistētia & quodā modo existētia cōstātiaq; itelligātur. vt ab hominib9 singulis vere atq; itegre ductā hominis speciē itelligamus: an certe quadā animi imaginatione fingātur, vt ille Horatij versus ē. Humano capiti ceruicē pictor equinā iūgere si velit. qđ neq; ē/ neq; esse poterit: sed sola falsa mētis cōsideratione pigit. Adnodū acuta et subtilis inqsitio: atq; ad rē maxime ,pfutura. Sciēda enī sūt vtrū vere sint: nec esse de his disputationē cōsiderationēq; si nō sint. sed si rerū veritatē/ atq; itegritatē ppēdas: nō est dubiū qn vere sint. Nā cū res oēs q̄ vere sūt/ sine his nq;q esse nō possint: has ipsas qnq; res vere itellectas esse nō dubites. sunt aūt i rebus omnib9 cōglutinatę & quodā modo cōiunctę atq; cōpactæ. Cur enī Aristoteles de primis decē sermonibus genera rerū significātibus disputaret/ vel eorū differētias propriaq; colligeret/ et principaliter de accidētibus differet: nisi hęc in rebus intimata & quodā modo adunata vidisset. Qđ si ita est: nō est dubiū qn vere sint/ & certa animi cōsideratione teneātur. qđ ipsius quoq; Porphyrij ,pbatur assensu. Nā quasi iā probato & scito q; ita vere subsistāt: aliā q̄stionē inferre nō dubitat/ cū dicit an corporalia ista sint an incorpalia. q̄ nimis eēt friuola atq; absurda q̄stio/ vtrū essēt corpalia: nisi pri9/ eē costaret. Hęc quoq; nō mediocrit vtilis inqsitio ita resoluit. Incorpalia eē q̄ ipa qdē nullis sēsib9 capiāt: animi tamē qlia sint cōsideratiōe/ clarescūt.

De probatione.

Quęstio prima.

Secunda quęstio.

Nam quia incorporeorũ prima natura eſt/ poteſt res incorporea preeſſe quodã modo corporeæ: corporea vero incorporeis preeſſe non poterunt. Qz (quoniam ſubſtantia genus eſt: corporale vero/ & incorporale ſpecies ſubſtantię) corporale non genus eſſe hec res declarat/ ꝙ ſubſtantię ideſt generi incorporale ſupponitur. ꝙ ſi corporale eſſet genus: nũq̃ ſub eo ſpecies incorporea poneretur. Anima duerte igitur vehementiſſime q̃ vnq̃ quicq̃ a te animaduerſum fuit/ genus ipſum quoniã ſpecies habet/ ſpecies vero differentijs diſiunguntur/ & proprietatibus informantur: quoniam quędam ſpecies reperiuntur quę in contraria generis ſubdiuiſione contrarias obtinẽt vices, vt ſub animali/ mortale atq; immortale: & hęc quoq; cõtraria. ¶ Querit ſi animal ſolitario intellectu/ neq; rationale neq; irrationale ſit: vnde hę differentię in ſpeciebus natę ſint/ quę in genere ante nõ fuerant? Qz ſi genus ideſt animal vtraſq; res in ſe habet vt et rationale & irrationale ſit: & in vno eodemq; duo cõtraria eueniunt/ qđ eſt impoſſibile. ¶ Attingã igitur breuiter quęſtionem & dicã ꝙ nõ genus vtrũq; ſit ideſt rationale vel irrationale/ vel qđquid aliud inter ſe ſpecies per contrarietates diuidunt: ſed vi ſua & poteſtate genus hoc continet/ ipſum vero nichil horum eſt. Ita ergo genus tale eſt/ vt ipſum neq; incorporale neq; corporale ſit: vtrũq; tamen ex ſe poſſit efficere. qđ ſecũdo libro melius liq̃bit. Species vero: alias corporalis/ alias icorporalis ẽ. Nã ſi hominẽ ſub ſubſtãtia ponas: corporalẽ ſpeciẽ poſuiſti. ſin deũ: incorporalem. Eodẽ modo etiam differentię. Nam ſi corporales vel incorporales ſpecies diuidunt: erunt alias incorporales/ alio tempore corporales. vt ſi dicas quadrupes ad bipedẽ/ corporalis differentię eſt: ſed rationalis ad irrationalem/ incorporalis eſt differentię. Et propria nichilominus eodẽ modo. Nam quale ſpeciei proprium fuerit? Si corporalis/ corporale erit propriũ: ſi incorporalis incorporale vendicabitur. Et accidens eodem modo. Nam ſi incorporalibus qdem accidit/ icorporale eſſe manifeſtũ eſt: vt in animo accidens eſt/ ſciẽtia incorporalis ſcilicet. Corporalibus vero quę accidunt/ corporalia eſſe manifeſtũ eſt: vt ſi quis dicat accidens me habere capillum criſpũ. Sic igitur genus neutrum per ſeipſum eſt: ſed vtraſq; res ex ſeipſo efficere poteſt. Differentia/ propria/ & accidentia vt accepta in contrarias ſpecies fuerint: proinde vel corporalia vel incorporalia vocabũtur. Sed ſunt quibus hoc ipſum integrũ videri poſſit: et hęc ſolũ icorporalia diffiniũt/ qui ſic dicũt nõ cõſiderari genus in eo qđ res q ſuapte natura cõſtat/ ſed in eo qđ genus ſit. Itaq; ſi ſubſtantia genus eſt/ non conſideratur in eo qđ ſubſtãtia eſt: ſed in eo qđ ſub ſe ſpecies habet. Item ſi ſpecies corporeũ & incorporeum eſt: nõ in eo qđ deus vel homo dicitur/ conſiderantur. Eodẽ modo etiam differentię non cõſiderãtur in eo qđ bipes vel quadrupes ſit: ſed in eo qđ eſt differentia. Nam quadrupes hoc ipſum: nulla differentia eſt/ niſi ſit bipes a quo differat. iraq; nõ quadrupes vel bipes reſpicitur: ſed id qđ medium eſt in bipede & quadrupede ideſt differentia. Et de proprio idem. Nã qđ cuiuſcunq; eſt proprium: in eo proprium cõſideratur/ ꝙ eius cuius dicitur eſſe proprium ſpeciei ſolius eſt. Nam riſibilis non in eo proprium hominis qđ riſus eſt: ſed in eo qđ ſolus homo poteſt ridere, quę manifeſte incorporalia eſſe indubitatum eſt. Deinde accidentia proinde ſunt/ qualia fuerunt ea quibus accidũt: vt ſuperius dictum eſt. ſed hi probare videntur hoc ipſius Porphyrij ſententia: quę veluti iam probato ꝙ icorporea ſint/ ita ait. ¶ Et vtrũ ſeparata an ipſis ſenſibilibus iuncta. Cum ſenſibilia aliquando corporalia extitiſſent: abſurdum eſſet quęrere vtrum incorporalia ſeiuncta eſſent a ſenſibilibus/ an iuncta. cũ ſenſibilia ipſa ſint corporea. Talis autem eſt quęſtio vt quoniam quędã incorporales ſunt res/ quę omnino corpora nõ patiũtur/ vt animus/ deus. quædam vero quę ſine corporibus eſſe nõ poſſunt: vt prima poſt terminos incorporalitas. quędam autẽ quę in corporibus ſunt/ & prędter corpora ſeſe eſſe patiũtur: vt anima. Quęritur ergo/ hę quinq; res ex quo incorporalitatis ſint genere/ vtrum eorum quę omnino ſeparantur a corpore/ an quę a corporibus ſeparari non poſſunt/ an quę iunguntur aliquotiens/ aliquotiens ſegregãtur? Videtur autem ꝙ & ſegregari/ & iungi poſſint. Nam quando corporalium diuiſio per genera in ſpecies fit/ & eorum propria & differentię nominãtur: hec ſcire ſenſibilia ideſt corporalia eſſe nõ dubiũ eſt. cum vero de incorporalibus rebus tractatus habetur/ et per ea ipſa diuidũtur/ quę corpore carent: circa incorporalia verſantur. Qz ſi hoc eſt/ non eſt dubium quinq; hęc ex eodem eſſe genere: ꝙ & prędter corpora ſeparata eſſe poſſint et corporibus iungi patiantur. ſed ita vt ſi corporibus iuncta fuerit/ inſeparabilia a corporibus ſint: ſi vero incorporalibus/ nũq̃ ab incorporalibus ſeparentur/ et vtraſq; in ſe contineant poteſtates. Nam ſi corporalibus iunguntur: talia ſunt/ qualis illa poſt terminos incorporalitas quę nunq̃ diſcedit a corpore, ſi vero incorporalibus: talia ſunt qualis eſt animus qui nunq̃ corpori copulatur. Hec ſeſe igitur tacere Porphyrius pollicitus: breuiter mediocriterq; ſuper his rebus tractare promittit/ habita i res alias conſideratione aut coniectura. qđ ſimile eſt ac ſi diceret. Quoniam hęc ad predicamẽta & ad de-

FRANCISCVS.

Corporale nõ genꝰ eẽ id eſt rẽ corporalẽ & ſẽſu perceptibilem.

Queſtio.

Solutio

Queſtio tertia.

Prima poſt terminos icorporalitas. Termini ſũt pũcta poſt quos prima icorporalitas linea. ſecũda ſupficies. et hę incorporalitates ſine corporibus eſſe nõ poſſunt.

FRANCISCVS. bationes pertinent: ideo hęc tractaturus assumo. & eatenus de his ipsis generibus/quatenus in supradictis rebus proficiunt: non quatenus de his ipsis generibus speciebusq;/ & cęteris quis tractari possint. sunt enim illa (vt ipse ait) grauioris tractatus. Quā doctrinā a Peripateticis acceptam/ideſt ab Aristotelicis sequi cōfessus est. Nā Stoici qui de his quoq; rebus tractare voluerunt: non omnino a Porphyrio suscipiuntur. atq; ideo ait se a Peripateticis rationem disputationis accipere. Tunc me Fabius ita percontatus/quid est (inquit) qđ dudum dixeras/cum a te de incorporalibus tractaretur/esse quasdam incorporalitates quę circa corpus semper consisterent: vt sunt primę incorporalitates post terminos. quę est hęc incorporalitas/ aut quos terminos dicis? non enim intelligo. Et ego. longus inquā tractatus est/& nichil nobis ad hanc rē quā quęrimus profuturus. Sed dicam breuiter terminos/me dixisse extremitates earum quę in
Macrobius geometria sunt figuratum. de incorporalitate vero quę circa terminos cōstat/si Macrobij Theodosij doctissimi viri primum librū quē de somnio Scipionis cōposuit/in manibus sumpseris: plenius/ vberiusq; cognosces. Sed nunc ad sequentia transeamus. Tūc Fabius. vt placet (inqt) simulq; incipit.

¶DE GENERE. Cap. I.

» Videtur enī neq; genꝰ/neq; species simpliciter appellari/ideſt vno modo. ¶Genꝰ
» namq; dicitur quorundā ad aliquid quodam modo se habentium collectio: per
» quā Dardanidū dicitur genus. ¶Dicitur rursus genus vniuscuiusq; natiuitatis
» principium: aut a generante/aut ab eo in quo quis genitus est. ¶Cætera (inqt)
Cætera. fere nota sunt. Tunc ego. si vim prius aspicias: diuisionē generis diligēter agnosces. Placet enim generis nomē cum sibi subiectis equiuoca nominare. Aequiuoca vero sunt/quę cum nomine vna sint: longe diuersa substantię ratione & diffinitionis/discreta sunt. vt si quis hāc verbi gratia/ statuam veneris appellet. Cō
Hinc auctoris litteram truncatam et cōcisam esse constat gruunt igitur venus ipsa/et statua veneris vnius nūcupatione vocabuli: q; vtriusq;/ veneris nomen est. si quis vero quid sit vtrūq; definiat: longe aliam veneris/ aliam lapidis rationem definitionemq; constituet. Speciebus igitur illa esse equiuoca/quę vno vocabulo appellantur/definitionibus vero diuersis constituantur: clarescet (vt opinor) participatione generis quā Porphyrius fecit/ prędicta. Omne enim quicquid a genere in species deducitur: vniuocum nō æquiuocum est. Vniuocum est qđ et eodem nomine vocari/& eadem definitione constitui potest. vt est animal genus/homo vero species: sed idē homo/animal est. Genus igitur et species ideſt animal atq; homo: possunt vnius animalis nomine nuncupari. vt vtrumq; animal vocetur: sed eadem definitionibus non discrepent. Nam si definitionē reddas animalis: dicas id esse animal qđ est substātia animata sensibilis. Quā si definitionem ad hominem vertas: nō erit absurdum dicere hominem/substantiam esse animatā atq; sensibilem sicut animal. sicut iam superius dictū est. Si enī vniuoca sunt/quę vno nomine atq; eadē definitione cōstituūtur/equiuoca vero q̄ vno nomine sunt/& non sunt vna definitione substantię: quicquid vniuocū est/ vt animal/ genus ad suas species est/in his genera speciesq; versantur. quicquid equiuocū est/ vt aries (nāq; plura significans equiuocum est: sed nō censetur participatione generis & speciei) nō est in eis talis participatio/vt speciebus et generibus censeantur. Quę enim erit in his generis speciei q; cognitio/in quibus substantię definitio atq; integerrima ratio disgregatur? Ita ergo Porphyrius nomē generis in tres diuidit formas: sed vt equiuoca/nō vt vniuoca ideſt vt hę formæ vno quidem generis nomine cōtineātur/sui autem proprietate disgregata dissentiant. Sed Porphy
Genus primo. rius nomen generis hoc modo in tres diuidit partes: vt dicat vocari semel genus/eorū inter se plurimorūq; collectionem qui ab vno quocūq; nomen generis trahūt. vt Rhomani a Rhomulo trahentes genus/ex eodem genere esse dicuntur. Secundo vero loco dici genus affirmat. vt
Secundo. cuiuscūq; rationis principium aut a generante/aut a loco in quo quis genitus est. vt Eneam ab
Tertio. Anchise: et genere dicimus esse Troianum. Tertium vero genus dicitur illud/cui supponitur species. Victorinus vero duo superiora in vnum genus redigit. Nam & multitudinis cōgruentiam inter se per eandem generis nūcupationem & quorūcumq; a genere lineam/ et locum in quo quis natus est: vno generis vocabulo & designatione esse declarat. Addit autem ipse qđ solū latinę linguę congruere possit. dicit enim secundo modo genus dici/ vt est genus causę honestum. Quę genera causarū greci in rhetorica arte genera esse nō putāt: sed schemata vocāt & figuras. Genera autem sola principalia accipiunt/demonstratiuum/deliberatiuum scilicet & iudiciale. quę ipsa εἴδη rhetorices vocant ideſt species rhetoricæ: genera vero causarum nos dicimus. Tertiū vero genus ideſt qđ Porphyrius ponit: id est sub quo differētię distributę species supponuntur. Sed quoniam de tertio genere tractaturus est: Victorini culpam/vel si ita conti-

git emendationem ęqui boniq; faciamus. Nunc ergo ad priorem apud Victorinum generis ſignificationem reuertamur: & eius vt ſunt/ verba enodanda atq; expedienda ſumamus. Genꝰ namq; (*inquit*) dicitur quorundã ad aliquid quodã modo ſe habẽtium collectio. Hic ergo nũq; monitrauit & cognationem inter ſe multitudinis/ & lineę ductũ. Nã cum dicit genus eſſe quorundam collectionẽ ad ſemuicẽ quodã modo habentium/ ideſt aliqua inter ſe cognatione iunctorum/ et qđ addidit/ ad aliquid: generis lineam ſignificat. quã ſinguli cõtingentes & ad vnã ſeſe ipſius generationis applicatione iungentes: plures ex eadem linea iuncti atq; cognati ſut/ vt ſit hic ordo. Genus dicitur quorundã collectio quodã modo ad aliquẽ habentiũ/ ideſt ad ali cuius lineam per genus cõtingentium: vt per collectionem cognationẽ demonſtret/ vt per habitudinem quodã modo ad aliquẽ colligatam/ lineã generis ductũq; deſignet. Sequitur ergo: et id planius luciduſq; ſignificat/ cũ dicit. Dicitur rurſus genus cuiuſcũq; natiuitatis principiũ aut a generãte/ aut ab eo loco in quo quis genitus eſt. Idipſum latius expedit/ qđ ſuperius ſtricto et ſentuoſo breuitatis vinculo colligauerat. Dicit enim rurſus genus dici: aut a generante/ aut ab eo loco in quo quis genitus eſt. Sed rurſus particula/ ſi ad hoc cõnectatur qđ ait/ aut ab eo in quo quis genitus eſt: intellectus nõ titubat/ vt ſit ordo. *Dicitur genus vniuſcuiuſq; natiuitatis principium: aut a generante/ aut rurſus ab eo loco in quo quis genitus eſt.* vel certe erit ſimplicior expoſitio: ſi priorẽ generis ſignificationem/ ideſt quorundã ad aliquem quodã modo habẽtium collectionem ad ſolius cognationẽ multitudinis accipiamus. Lineę vero ductum & loci generationem in inferiori ſignificatione diſtribuit. ita tamen vt vnã quodã modo generis ſignificationem/ & multitudinis cognationem: aut a generãte lineã/ & loci natiuitatem ſignificet. Hęc enim omnia de ſola cuiuſlibet natione tractantur. Quare nõ abſurdum eſt omnia q̃ ad ortum genitalem cuiuſlibet pertineant: vna ſignificatione generis cõtineri. Propriętamen et ſimpliciſſimę expoſitionis eſt quattuor ſignificationes generis conſtituiſſe Victorinum/ vt ad tres Porphyrij vnam ipſe addiderit generis cauſam: vt ſint hę quattuor ſignificatiões/ multitudinis cognatio/ lineę ductus/ genus cauſę/ genus ſpecierum. ¶ Sequitur ſecunda generis diuiſio apud Victorinum: vt eſt genus cauſę/ quę greci (vt dictum eſt) non genera/ ſed ſchemata vocant. ¶ Tertiæ vero ſignificationis generis hic modus eſt/ genus dici cui ſupponitur ſpecies id eſt genus illud a quo ſpecies deriuantur: qđ ait ad ſuperiorum fortaſſe ſimilitudinum ęquitatem diſpoſitum. Sic enim genus ſpeciebus ſuis principiũ eſt: vt Rhomulus ijs qui ab eo cognati ſunt iunctiq; Rhomani. Item eodem modo nomẽ Rhomuli Rhomanos omnes cõtinet: quẽadmodum nomine generis ſpecies cõtinentur. Nam ſicut a Dardano Dardanidę prioris nomẽ Dardani in ſeſe ipſos poſteriores accipiunt: ita & animalis/ cum verbi gratia ſpecies habeat hominem atq; equum/ equus ſcilicet atq; homo animalis in ſe vocabulum capere/ vt dicãtur ipa/ animalia nõ recuſant. Eodem igitur modo ſpecies ſub generibus cõtinẽtur: quẽadmodum cognati homines ſub illo a quo illam cognationem forte traxerũt. Nam & genus ſpeciebus principium eſt/ & plurimarum in ſe ſpecierum collectiuũ eſt. Rurſus primũ cognationis nomẽ & ipſis generationis eſt principium/ & in illius ſolius vocabulo diuerſitas hominũ vocabuli & generis participatione colligitur: atq; hoc eſt qđ ait his verbis. ¶ Aliter dicit genus cui ſupponi» tur ſpecies: iuxta ſimilitudinẽ forte ſuperiorũ appellatũ. etenim principiũ quoddã eſt genus ijs » quę ſub ipſo ſunt: et videtur multitudinẽ cõtinere omniũ quę ſub ſe ſunt. ¶ Sed cautiſſime ad» ditum eſt/ videtur. Si enim nichil hęc omnia diſtarent: vna ſignificatio generis eſſet & ea qua in ſpecies funditur/ & ea qua in cognationẽ diuiditur. ¶ Sed eſt inter hęc genera talis diuerſitas: Tertię acceꝙ genera earum ſpecierum quę ſub ſe habent alias ſpecies ęquęuis ſpeciebus ęqualiter fũt genera. Hominẽ enim & equum qui ſub animali ſunt: neutrũ neutro poſſumus dicere prius/ quãtum pertinet ad tẽpus inchoationemq; naſcendi. Nam ſi qua res vna ſit prior/ altera poſterior/ & eas ſub vniuſcuiuſq; generis nomine quis velit aprare: non poterit. genus enim ſpecieb9 ſuis æqualiter genus eſt. Q; ſi genus ſpeciebus ſuis ęqualiter genus eſt: ſpecies ipſę eius oriri iter ſe ęquali tempore ortuq; cenſentur. At vero in generibus quę cognationes efficiunt nõ ita eſt. Quiſquis enim fuit Capis pater qui Capuam cõdidit/ ſi ſolum filiũ Capim progenuit & ab vno Capuanorum cognatio vel cuncta manauit: diſtat a genere cui ſpecies ſupponuntur/ ꝙ genꝰ vni ſpeciei genus nũq; eſſe poteſt niſi pluribus. qđ quoniam eſt idoneum genus illud/ ideſt principium cognationum etiam ab vno filio colligere et cõgregare cognationẽ/ qđ genus per ſpecies ductum facere nõ poteſt/ niſi plures ſpecies ſupponãtur: cõſtat in hoc diſtare genus qđ cognationem colligit/ & a quo ſpecies diuidũtur. Poteſt autem diſtare in hoc etiã ꝙ genus/ ideſt principium cognationis poteſt habere ſub ſe duos ex ſe nõ ęquali temporis cõditione progenitos: ſed alium poſterioris ortus/ alium vero ſenioris. qđ in generibus ſpeciebuſq; nõ conuenit.

Hic Victorinum caſtigat Boe.

Tertię acceꝙptionis generis a reliquis diſcrepantia.

Nam (vt ſuperius dictum eſt) ſpecies niſi ſibi ęquales fuerint: non merito/ ſed natura ſub genere poni nō poſſunt. His igitur expeditis ſequitur. ¶ Toties igitur de genere dicto poſtrema ſignificatione inter philoſophos diſputatio eſt: qđ definientes ita declarant. ¶ Qz dicit toties/ tertio demōſtrare vult/ atq; hoc propter lucidā operis ſeriē admiſſum eſt/ vt quoniā genus plurimorum nomē eſt/ omnis eius primū ſignificatio diceretur: vt de qua diſputādū eſſet/ alijs relictis eligeretur. Qđ ait hoc modo. cū toties hoc/ ideſt tertio genus dicatur/ apud philoſophos vnde ipſe tractaturus eſt: de poſtrema generis ſignificatione quā dixit/ id eſt de illo genere qđ ſub ſe ſpecies habet diſputatio cōſideratioq; vertitur. At vero de ſuperioribus generibus/ ideſt de ea cognatiōe & loco in quo quis genitus eſt: aut hiſtoricorū/ aut poetarū expectatio eſt. ſecundi vero generis rhetorū: tertij philoſophorū cōſideratio eſt. Et iam hic ī diſputationibus ordo eſt/ q; cū inciderint res q̄ multis poſſint nominibus nūcupari/ & de vnoquoq; eorū vocabulo tractari diſſeriq; neceſſe eſt: dici prius in ordinē omnia expedit/ vt id qđ eligitur & reijcitur/ diſtinguatur. Sed illa q̄ reijcienda atq; explodēda ſūt/ prius dicātur: illud vero qđ diſſerendū tractādūq; capitur poſterius nominetur. vt hic illa poſterior generis ſignificatio poſita eſt: quā diſſerendā accepturus/ prius diffiniendā & termino quodā circūſcribendā demōſtrandāq; ſuſcepit. Omnis enī res/ niſi qđ prius ſit cōſtituerit: eius tractatus vario modo ſpeculatiōis habebitur. Definit igitur ſic. genus eſſe: qđ ad plures differentias ſpecie diſtātes in eo qđ quid ſit p̄dicatur/ velut animal. Omnia quę diſtāt: habēt inter ſe quandā differentiā qua diſtare & differre videantur. Porro aūt ſi qđ ſit genus & ſub eo ſpecies ſupponat: duas vel plures neceſſe eſt ſpecies poni ſub genere. quoniā vni⁹ ſpeciei gen⁹ eſſe nō poteſt. Sed ſi plurimę ſpecies erūt: aliqua neceſſe ē differētia diuidātur. aliter enim plures eſſe nō poſſunt. Nā ſi nichil diſtēt: nō erūt plures ſpecies/ & nomē generis periit. Cōſtat igitur eas ſub genere poni ſpecies/ quę differentijs diſtributę plures numero ipſarū differentiarū diuiſionibus cōponātur. Ergo quoniā ſuperius dictū eſt in omnibus definitionibus a genere definitionis trahendū eſſe principiū: ſi quā cuiuſlibet ſpeciē definire volueris/ genus primo neceſſe eſt nominabis/ & ad illā ſpeciem quā definis generis nomē prius aptabis/ et hoc illā principaliter dices eſſe qđ eſt illud genus ſub quo ipſa ſpecies quā definis eſt poſita. Poſt autē differentijs proprijſq; eam ab alijs circūſcriptione quadā definitionis excludis. Nā ſi dicis animal eſſe hominē: animal gen⁹ eſt/ ſpecies vero homo. Nomē igitur animalis/ id eſt generis de homine/ id eſt ſpecie prędicaſti: cū dixeris hominē eſſe animal. Qz ſi nomen generis in definitionibus ad vnā ſpeciem dicere poſſes: de ea nomen generis prędicares. Species aūt ęquali modo generibus ſuis ſpecies ſūt. Nichil vetat imo etiam neceſſe eſt ſemper: quęcunq; ſunt genera de ſibi ſubiectis ſpeciebus in definitionibus/ vel in quibuſlibet interrogationibus prędicari. Sed quoniā prędicatur genus de ſpeciebus: quo modo prędicatur agnoſcendum eſt. Nam ſi dixeris quid eſt homo et aliquis reſponderit animal: bene & integre reſpōdiſſe videtur & recte. Nam cū tu quid ſit homo interrogaueris: ille reſpōdit animal/ genus ſcilicet de ſpecie in eo qđ quid ſit ſpecies prędicatur. Nam tu quid eſſet ſpecies interrogaſti: ille vero in eo qđ quid ſit ſpecies quā interrogaſti/ animalis nomen/ ideſt genus accommodauit. Plena igitur & propria definitio facta eſt generis: hoc eſſe genus qđ ad plurimas differētias ſpecie diſtātes in eo qđ quid ſit appellatur/ velut animal. animal enim ad hominem/ equum/ bouē/ coruū/ agnū & alia plura quę differentijs ſpeciebuſq; differunt: in eo qđ quid ſit appellatur. Sed vtrum ſic dixiſſet genus eſſe qđ ad plurimas ſpecies differentia diſtātes in eo qđ quid ſit prędicetur: an ſicut dixit genus eſſe qđ ad plurimas differentias ſpecie diſtantes in eo qđ quid ſit prędicetur/ nichil intereſt. Nam ſiue differentię ſpecie diſtent ſiue ſpecies differentijs diſtent: vtrumq; idem eſt. Nam ſiue rationale & irrationale quæ ſunt differentiæ/ ſpecie hominis verbi gratia atq; equi diſtent/ ſiue ſpecies homo atq; equus differentia rationali atq; irrationali diuidātur & diſtent: nichil intereſt. quare plena perfectaq; eſt generis definitio. Sed definitiōes duplicib⁹ modis fiūt. vna enim definitio eſt quę (ſicut dictum eſt) a genere trahitur. Sed quoniā ſūt quędam magis genera quę ſuper ſe genus aliud habere non poſſunt/ vt ſunt prædicamenta decem quę Ariſtoteles conſtituit: eorum igitur definitio non haberi poteſt quorum genus inueniri non poteſt/ q; omnium quęcunq; ſunt/ ipſa ſunt genera. Horum ergo quas greci υπορραφους λογους dicunt: latini ſubſcriptiuas rationes dicere poſſunt/ reddemus. Subſcriptiuę autem rationes ſunt demonſtratiuæ/ & quodam modo inſignitiuę proprietatis illius rei quę cum ipſa generaliſſima ſit/ & genus eius nullum reperiri poſſit: eam tamen definire neceſſe eſt. & Ariſtoteles quoniam ſubſtantiam genus generaliſſimum definire volebat & eius ſubſtantiæ nullum genus poterat reperire: proprietatem quandam & demonſtrationem ſubſcriptionemq;

ipſius rei/ dixit eſſe ſubiectum. Subſtantia enim: omnibus ſubiecta eſt. Accidens enim/ qđ i nouem diuidit partes/ prꝛeter ſubſtantiã eſſe nõ poteſt: atꝙ ideo omnia quęcũꝙ definienda ſunt ſi genus non habeant eorum ſubſcriptiuam quandã/ & demõſtratiuam rationẽ reddi neceſſe eſt. Sic igitur nunc genus quoniam rẽ ipſam definiendã putabat/ nõ dixit a genere definitionem: ſed dedit quãdam generis demõſtrationẽ proprietatẽ ꝙ. Dico autem ꝙ Porphyrius vel ſubalternorum generũ/ vel illorũ quę generaliſſima ſunt: hanc dederit definitionem & quodã modo ſubſcriptionem demõſtrationẽꝙ. Nã ſi qđ genus/ habeat aliud genus/ & item hoc ipſum aliud et item aliud/ ſi nullũ erit ſupra genus/ qđ genus nõ habeat: in infinitum procedit ratio. ſin vero habuerit: neceſſe eſt quoꝙ iſtam definitionem aperte/ ordinateꝙ congruere. Dico autem genus nõ animal homini atꝙ equo: ſed ipſum animal homini atꝙ equo genus eſt. animal enĩ ipſum per ſe nulli genus eſt/ neꝙ homo ipſum per ſeſe nulli ſpecies eſt/ neꝙ equus ipſũ per ſeſe nulli ſpecies eſt: ſed ſunt genera & ſpecies ad alterius participationem. Nam quoniam ſub animali eſt equus atꝙ homo/ nõ ad ſeipſum animal genus eſt: ſed ad equum atꝙ hominẽ. Et iterum qui vocantur homo ſcilicet atꝙ equus/ non ad equum atꝙ hominẽ: ſed ad animal ſpecies ſunt. Dico igitur genus nõ ipſas ſubſtantias in quibus genus & ſpecies ſunt: ſed ipſam participationem priorum ad ſubteriores/ et ſubteriorum ad priores. Hęc igitur participatio quoniam et in magis generibus/ & in magis ſpeciebus/ & in ſubalternis generibus/ & in ſubalternis ſpeciebus vna atꝙ eadem eſt/ & huius participationis inuenirí genus nõ poterat: hęc definitio generis quę facta eſt/ non a genere tracta eſt/ ſed ſubſcriptiua ratio & demõſtratiua & deſignatiua quodã modo generis eſt reddita. Hic Fabius. ſubtiliter mehercle/ & qđ nũq̃ fere ante hęc audiuimus: ſed perge quęſo te. iam enim certant ſydera quodã modo: & nox luce ſuperatur. Tunc
» ego. ſequitur rerum omniũ prima/ breuiſꝙ diuiſio. ita enim ait. ¶ Eorum quę dicuntur/ alia ad
» proprietatem dicuntur/ ſicut ſunt omnia indiuidua/ vt eſt Socrates & hoc/ illud: aliaꝙ ad mul-
» titudinem vt ſunt genera/ ſpecies/ & differentię/ & propria/ et accidentia. Hęc enim cõmuniter
» non vnius proprię appellationis ſunt. ¶ Breuis (vt ſupra dictũ eſt) & diſtincta diuiſio. Omnis enim res: aut vnius rei nomen eſt/ aut plurimarum. & hoc eſt qđ ait. Eorũ quę dicuntur/ alia ad vnitatem dicũtur/ ſicut ſunt omnia indiuidua. Quid autẽ ſit breuiter explicãdum eſt. Omne genus quoniam ſub ſe ſpecies habet: ſpecies vero differentijs diſtinguũtur/ & proprietatibus explicantur. Accidunt autem ſpeciebus accidentia ſecũdo loco: principaliter vero indiuiduis quę ſunt ſub ſpeciebus. quid autem ſit poſterius dicendũ eſt. Genera igitur & de ſpeciebus dicũtur & de differentijs quę ipſas ſpecies diſtribuũt/ & de proprijs quę ſpecies cõponunt/ et de iis accidentibus quę cũ principaliter in indiuiduis fuerint/ in ſpeciebus eſſe dicũtur. hoc autẽ mõſtremus exemplis: et ſit nobis genus animal/ ſit ſpecies homo/ ſit differẽtia rationale/ ſit proprium riſibile/ ſit accidens ſtans vel ambulãs/ vel aliquid in menſura corporis ſit tripedalitas. Animal ergo qđ genus eſt: dicitur de ſpecie/ ideſt de homine. dicis enim hominẽ eſſe animal. Porro autem de ſpeciei differentia nichilominus dicis genus. dicis enim rationale/ animal eſſe. Nichil autem prohibet eodẽ modo et de proprio genus dicere. nam ſi dicas quid eſt riſibile: nõ abſurdum eſt animal nominare. Accidẽtia vero hoc modo principaliter in indiuiduis: ſecundo vero loco in ſpeciebus ſunt. Nam ſi quis dicat ſingulos homines vtputa Ciceronem ſedere vel ſtare/ vel quid aliud libet: in ſpecie hominis eadẽ quoꝙ conuenire neceſſe eſt. nam ſi Cicero ſedet: ſedet etiam homo. ſi Cicero ambulat: ambulat etiam homo. Ergo ſi qua accidentia venerint ab indiuiduis/ & ea tracta in ſpeciebus conſederint: ad ipſa quoꝙ accidentia dici poterit genus. Quid eſt enim ambulans ſi quis interroget: merito animal dicitur. nichil enim ambulare: niſi animal poteſt. Porro autem ſub ſpeciebus indiuidua ſunt/ vt Cicero & Virgilius ſub homine: atꝙ de indiuiduo genus ſpeciei prędicari poteſt. nam ſi interrogaueris quid eſt Cicero: merito animal dicas. Genus igitur & ad ſpeciem/ et ad differẽtias/ & ad accidentia/ & ad propria/ & ad indiuidua nominatur. Porro autem ſpecies non iam de genere/ neꝙ de differẽtijs: ſed de ſolis proprijs/ & ſubiectis & indiuiduis appellatur. In illis ideſt indiuiduis/ quia ſupereſt: in proprijs/ quia ęquale eſt. quid autem ſit: hoc modo videmus. Omnia genera ſpeciebus ſuis ſuperſunt & abundant. Abundare autem genera dicimus ſpeciebus/ plus habere genera virtutis q̃ ſpecies. Homo enim qđ eſt ſpecies: ſolum homo eſt. animal vero qđ genus eſt/ non ſolum homo eſt: ſed & equus vel bos/ vel quodlibet aliud qđ animali ſupponitur. Ita maior vis generis recte de minori ſibi & ſubiecta ſpecie prędicatur. Alia vero ſunt quę ſibi ſunt parilia: vt ſunt propria et ſpecies. ſpecies eſt homo: proprium riſibile. quicquid ergo fuerit riſibile: hoc eſt homo. quicquid homo: hoc riſibile. Itaꝙ neꝙ riſibile hominis/ neꝙ homo riſibilis potentiam ſuperuadit: ſed ęqualiter ſibi ad ſeinuicem prędicari poſſunt. vt dicas quid eſt homo: riſibile, quid eſt

Genera igitur et deſpecieb⁹ dicũt et de differẽtijs. de ſpecieb⁹ accõmodatiſſime. Verũ de differentijs/ ꝓprijs & accidẽtibus nõ ita accõmodate etſi vere dicãt. prędicati enim ẽ formã dicere et ſubiecti rẽ ſubiectã. qđ non ꝓprie ẽ generis ad differẽtias/ ꝓpria et accidentia. De vera igit̃ ꝓdicatiõe qđ dicit Boetiꝰ intelligat.

FRANCISCVS.

risibile/homo. Ita igitur quęcumq; ſuperiora fuerint: ad illa quę ſubteriora ſunt prędicantur. et quęcūq; ęqualia fuerint: ęqualiter ſibi adinuicem prędicantur. Illa vero quę ſubteriora ſunt & minora de ſuperioribus & abundantibus (vt ſunt genera & ſpecies: genera cū abundātia ſunt/ ſpecies minores) prędicari nō poſſunt. nunq̄ enim recte ſpeciem de genere prędicabis. Ita ergo ſpecies de proprio prædicatur vt par. Sed quoniam ſub ſpeciebus ſigillatim indiuidua ſunt. indiuidua autem vocamus quę nō in illas ſpecies/ neq; in aliquas iam alias partes diuidi poſſunt/vt eſt Cato/vel Plato/vel Cicero/& quicquid hominum ſingulorum eſt. hos enim in nullis partibus diuidis: vt animal in ſpecies hominē ſcilicet atq; equum. hominē quoq; ipſum ſpecialem/& ſingulos circūplectentem: in Catonē/Platonem/Virgilium/ & omnes ſigillatim homines diſtribuere poſſumus/atq; ideo atomum/ideſt indiuiduū vocitatū eſt. Species ergo quę ad propria ęqualiter prędicatur/& ad indiuidua: quoniam maior eſt ſpecies hominis q̄ quodlibet indiuiduum/ita prędicatur vt ſuperius ad id qđ eſt ſubterius. Cicero enim ſolus Cicero eſt: homo autē non ſolus eſt Cicero. Q; ſi ad indiuidua prędicatur: & ad indiuiduorum accidentia prędicabitur. ita igitur ſi ſpecies ad genus qđ ſuperius ſit non prędicatur: neq; ad differentiam quia differentia (vt nunc monſtraturi ſumus) ſuper ſpeciem eſt. ad proprium vero cui par eſt/ vel indiuiduū cui ſupereſt: prędicabitur. Differentia vero & ad ſpecies/& ad propria & ad accidentia/& ad indiuidua prędicatur. Nāq; rationale/qđ eſt differentia: ad hominē prędicatur/qđ eſt ſpecies. Item rationale/ideſt differētia: prędicatur ad riſibile/ ideſt proprium. dicitur enim id eſſe riſibile: qđ rationale. nam ſi homo rationale/& homo riſibile: cōſtat id qđ eſt riſibile etiam rationale poſſe nominari. Q; ſi ad ſpecies differentia dicitur/ ſpecies autē ad indiuidua prędicatur: neceſſe eſt vt differentia quoq; ad indiuidua prędicetur. dicis enim qualis eſt Cicero/rationalis. Q; ſi differentia ad indiuidua prędicatur/ accidentia vero indiuiduis accidūt: neceſſe eſt differentias ad accidentia prędicari. Proprium vero qđ ſemper vnius ſpeciei propriū eſt: & ad vnam ſpeciem prędicatur ſolam/ cui propriū eſt. riſibile nāq; qđ proprium eſt: ad ſolā hominis ſpeciem prędicatur. Q; ſi ad hominis ſpeciem prędicatur/ſpecies vero ad indiuidua dicitur: nō eſt dubium quin propriū quoq; de indiuiduis prędicetur. nam ſi homo riſibile animal eſt: Cicero quoq; & Virgilius riſibilia animalia recte dicuntur. Q; ſi propriū ad indiuidua recte dicitur: recte etiam et de accidentibus prędicatur/ quæ ipſis accidunt indiuiduis. Accidentia vero ipſa & de ſpeciebus et de aliſs omnibus prędicantur: et de ipſis maxime indiuiduis. namq; & albus equus & albus homo dicitur: et iterum niger equus & niger æthiops. qđ ſi ita eſt: animal quoq; nigrum dicitur. Dicitur etiam rationale nigrū & irrationale. quippe ſi equus et homo æthiops nigri ſunt: dicitur etiam indiuiduum nigrū. vt ſi quis vnus homo ęthiops nominatur. Qđ cum ita ſit: cōſtat genus ad plurima prędicari/ ideſt ſpecies/ differentias/ accidentia/ propria/ indiuidua. & proprium ad plurima/ ideſt ſpeciem/ indiuidua/ et accidētia. et ſpeciem ad plurima/ ideſt indiuidua/ & accidentia. Accidens vero et ad genus/ et ad ſpeciem/ et ad propriū/ & ad differētiam/ et ad indiuidua. Qđ ſi ita eſt: has quinq; res cōſtat ad plurima prędicari. At vero indiuiduum quoniam ſub ſe nichil habet: ad ſingularitatē quādam et vnitatē prędicatur. Cicero enim vnius eſt/ & ad vnum nomen aptatur. Ita indiuidua quę ad vnitatem dicūtur/ cunctis ſuperioribus ſuppoſita ſunt: vt genus/ ſpecies/ differentia/ propria/ vel accidentia q̄uis ad ſeinuicem dici poſſunt/ad indiuidua tamen ęqualiter prædicantur/ vt ſuperius demonſtratum eſt. Indiuidua vero quoniam ſub ſe nichil habent/ vbi ſecari diſtribuiq; poſſint: ad nichil aliud prędicantur/ niſi ad ſeipſa quę ſingula atq; vna ſunt. atq; hoc eſt qđ ait. Eorum quę dicuntur/ alia ad vnitatem dicuntur/ſicut omnia indiuidua/ vt eſt Socrates et hoc/et illud: aliaq; ad multitudinem vt ſunt genera/ et ſpecies/& differentię/& propria/& accidentia. Hęc enim cōmuniter nō vniq; propriæ appellationis ſunt. ſimile eſt ac ſi diceret. Hęc enim cōmuniter ad plurima prędicātur: non ad vnitatem/ſicut indiuidua. Et quid ſint genera vel ſpecies/ vel differentia/ vel propria/ vel accidentia: exemplum ſupponit dicens. Eſt enim genus vt animal: ſpecies vt homo/quam dudum hominis ſpeciem cum aliſs animantibus ſub animali poſuimus. differentia: de qua ſpecies ſcilicet hominis ab irrationali diſtat animali. proprium vt riſibile: qđ nullum aliud animal neq; rationale/neq; irrationale habet. nullum enim animal ridet: niſi ſolus homo. Quare cum quædam celeſtium poteſtatū animalia rationabilia ſint: eorum tamen proprium riſibile nō eſt/ quoniam non rident. recte igitur riſibile: ſolius hominis proprium prædicatur. Accidens albū/ nigrum/& ſedere/quia iſta in ſubſtantia hominum non ſunt: merito accidentia nominantur. Nam ſi ſubſtantiæ cuiuſcūq; ſpeciei intereſſet id qđ accidens dicimus: interempto accidēte/ periret etiam eius ſpeciei ſubſtantia cui accidit. Nam quoniam rationale in homine ſubſtantia eſt/ſi rationabilitas interimatur: hominis quoq; ſubſtantia/ neceſſario peritura eſt, iccirco quo-

Ita igitur. Hic & i ſequētibus p̄ dicari ē de altero etiā min9 accōmodate enūciari.

Aequaliter ideſt īdifferēter et nō cōuerſim.

Platonicū.

niam in ipſius ſpeciei ſubſtantia naturaq; verſatur. At vero nigrum et album vel quæcūq; ſunt accidentia ſi interimas: ſpecies ipſa in qua illa accidebant/ manet. Nam neq; omnis homo candidus/ neq; omnis homo niger eſt. et cui alterutra defuerint/ eius ſpecies non peribit. atq; iccirco hæc accidentia: veluti non innata in ſubſtātia/ ſed a foris venientia recte nominata ſunt.

Nunc autem quoniam quid ſit genus oſtenditur/ & ea quę ad vnitatem dicuntur ab iis quæ de plurimis prædicantur diſtinxit/ atq; diſtribuit: ipſius generis differentias/ vel ab iis quæ ad vnitatem dicuntur/ vel ab eis quæ ad pluralitatem congruunt id eſt differentia/ ſpecie/ proprioꝫ accidenteq; declarat. et dicit genus ab illis quæ ad ſola indiuidua prædicātur id eſt quę ad vnitatem hoc differre: ꝙ genus ad plurima prædicetur/ indiuidua vero ad ſingula. Sed quoniam hęc differentia ad indiuidua communis erat differentiis/ ſpeciebuſq; propriis/ & accidentibus/

» ab illis ipſis aliis differentiis genus diuidit/ atq; diſiungit. quod ita demonſtrat. ¶ Ab iis igitur
» quæ ad vnitatem dicuntur/ differt genus: ꝙ genus eſt quod de pluribus prædicatur. Ab his ergo reliquis: genus differt. primo a ſpecie: quoniam ſpecies etſi de pluribus/ non tamen ſpecie
» differentibus/ ſed ſolo numero prędicatur. ¶ Ac primum generis ſpecieiq; diſtantiam mōſtrat:
» quæ prior eſt a genere. Nam quāuis differentia ſuper ſpeciem ſit: non ſuper ſubalternam tamē/ ſed ſuper ſpeciem ſpecialiſſimam differentia ponitur. Nam quāuis rationalis differentia ſuper hominem ponatur/ quæ ſpecies ſpecialiſſima eſt: tamen ante ſpeciem ſpecialiſſimam ipſa differentia ſpecies eſt eius generis/ cui ſpecies ſpecialiſſima ſupponitur. Nam ſub animali ante hominem rationale ponitur. Igitur cum genus & ſpecies vtraq; ad plurima prędicentur: genus vero ad plurimas ſpecies in eo qđ quid ſit prędicatur/ ſpecies non iam ad plurimas ſpecies ſed ad plurima indiuidua prędicatur. Sunt autem quędam genera generaliſſima (vt dictum eſt) ſupra quę aliud genus inueniri non poſſit. Sunt autem ſpecies ſub quibus alia ſpecies inueniri nō poſſit. & integra ſpecies illa nominatur: quæ nunq̄ genus eſt id eſt ſub qua ſpecies nullæ ſunt. Nam ſi ſub ea ſpecies eſſent: ipſa etiam genus eſſe poſſet. Species ergo quę vere ſpecies eſt: alias ſub ſe ſpecies non habebit/ vt eſt homo. Nāq; homo quoniam ſpecies eſt: ſinguli homines qui ſub ipſo ſunt/ non eius ſpecies ſed indiuidua nominantur. Nam ſi homo genus eſſet hominum ſingulorum/ genus autem ſicut ad plurimas res ſpecie differentes in eo quod quid ſit/ prædicatur: homo id eſt ſpecies/ ſi ſicut genus prędicaretur ad ſingulos homines/ ſinguli homines ſpecie ipſa differrent. Sed quia ſinguli homines ſpecie non differunt: quod autem ſpecie non differt/ ſi quid ad hoc prædicatum fuerit non prædicatur vt genus ad ſpecies/ id eſt homo non prędicatur ad ſingulos homines/ vt genus ad res plurimas ſpecie differentes. quid igitur/ ad res plurimas numero differentes. ſinguli enim homines numero a ſe tantū nō ſpecie diſtant. atq; ideo/ quoniam genus ſic ad ſubiecta prędicatur: vt ad plurimas res ſpecie differentes prędicetur. ſpecies autem ad ſubiecta ita prędicatur: vt ad plurimas res numero differentes dicatur. Congruunt igitur ſibi genus et ſpecies: quod genus et ſpecies ad plurima prædicantur/ & vtraq; in eo quod quid ſit. Nam ſi interroges quid eſt Cicero/ animal dicitur id eſt genus. et ſi interroges quid eſt Cicero/ homo dicitur id eſt ſpecies. Diſtant autem ꝙ quamuis vtraq; ad plurima prędicentur in eo qđ quid ſit: genus prędicatur ad res ſpecie differentes/ ſpecies vero dicitur ad res tantum numero differentes. quod Porphyrius ſic demonſtrat.

¶ Ab iis vero reliquis quæ de pluribus appellantur genus differt. primo a ſpecie: quoniam
» ſpecies etſi de pluribus prędicantur/ non tamen ſpecie differentibus ſed numero. homo enim
» ſpecies cum ſit de Socrate/ Platone/ Cicerone prædicatur: qui non ſpecie ſed numero differunt. animal vero qđ genus eſt: et bouis & equi prędicatio eſt/ quę ita differunt ſpecie a ſeinuicem/ non numero ſolo. ¶ Quod ſimile eſt ac ſi diceret: genus a ſpecie vnam differentiam
» plus habere. Congruūt namq; genera ſpeciebus: ꝙ vtraq; in eo quod quid ſit prædicantur/ vt dictum eſt. Congruunt item genus et ſpecies: ꝙ vtraq; ad res plurimas prædicantur. Congruit item genus ad ſpeciem: ꝙ vtraq; ad res numero differentes prædicantur. Nam et ſinguli homines ita a ſe diuiſi ſunt quantum ad numerum: vt homo ab equo/ vel boue/ vel a coruo/ vel a quibuſlibet aliis animantibus. At vero diſtat a ſpecie genus/ ꝙ genus de pluribus rebus ſpecie differentibus prædicatur: qđ ſpecies non habet. Nichil autem differre arbitror/ vtrum ita dicatur aliā rem ad aliam prædicari: an aliam de alia prędicari. vterq; enim idem intellectus eſt. Nam ſi animal prædicatur ad hominem idem etiam animal de homine præ-

Ipſa differētia ſpecies eſt. nō tam differentia ſpecies eſt q̄ ſpeciē cum notata non eſt circūloquitur, vt animatum et inanimatū corpori adiectæ / ſpēs corporis circūloquūtur

dicatur.Nam cum interrogaueris quid eſt homo:reſpondeas de hominis interrogatione/ hominem eſſe animal. Sed nunc oportet nos ea q̄ ſequuntur aſpicere.quid ergo ſequitur? ¶A ꝓprio autem genꝰ differt:ꝙ proprium iuxta vnā quāq; ſpeciem propriū appellatur cui proprium eſt/et iuxta ea quæ ſub ſpecie ſunt ſcilicet indiuidua. Namq; riſibile hominis ſolum eſt/ & ſingulorum vtiq; hominum. Genus autē non ad vnam ſpeciem: ſed ad plures ſpecie differentes ſemper aptatur. ¶Ergo videtur dicere ꝙ omne propriū ſi fuerit ſpeciei vnius/tunc vere eſt proprium.Nam ſi vnius ſpeciei non fuerit/ſed duarū vel plurium:tunc duabus vel pluribus non proprium ſed erit in ſubſtantiæ ratione cōmune.Conſtat ergo propriū ei cui eſt proprium/ſoli ſpeciei ſingulariter adhęrere. Vnde quia hominis ſpecies ſola eſt quæ ridet:riſibile homini proprie & ſingulariter aptatur. ad vnā ſemper igitur ſpeciem proprietas adhibetur. Diſtat igit propriū a genere:ꝙ genus ſemper ad plurimas ſpecies appellatur: proprium vero de vna tantum ſpecie cui eſt propriū.Nam ſi riſibile dicas:ad vnam tantū ſpeciem hominis appellatur. Congruit autē genus cum proprio in hoc:ꝙ genus et proprium de pluribus appellātur.Namq; genus ad plures ſpecies appellatur.Appellatur etiam genus de iis quę ſub ſpecie ſunt indiuiduis.Nam ſi homo et equus animal eſt:erit etiam Cicero animal/& quilibet equus ſingulariter/animal nominatur.Similiter & propriū ad plurima dicitur.dicitur enim ad vnamquāq; ſpeciem:& ad ea indiuidua quæ ſunt ſub ſpecie prædicatur.Nam ſi homo riſibilis eſt:riſibilis eſt etiam Cicero/& Virgilius/& quicunq; ſingulariter nominantur/riſibiles ſunt.Congruunt etiā/ quoniam vtraq; in eo qđ quid ſit prædicantur.Nā ꝓpriū de ſpecie in eo qđ quid ſit prędicatur.Nam ſi dicis quid eſt homo:merito riſibile prædicabis.Congruunt autē ꝙ genus & proprium ad plurimas res numero differentes prædicantur.Nā ita a ſe differunt ſingula animalia id eſt homo/ equus/& coruus/& cęteri ſinguli homines/quantū ad numerum. Diſtat autem a genere/ ꝙ genus ad plurimas ſpecies p̄dicatur:propriū vero ad vnā ſolā cui eſt ꝓpriū/nominatur.Sed nōeſt inter genꝰ & propriū eadē differentia q̄ eſt inter ſpeciem et genꝰ.nā ſpēs de nulla omnino ſpecie p̄dicatur: propriū vero licet nō ad plures/ad vnā tamē ſolā ſpeciē cui propriū ſemper aptabitur.Poſthæc igitur de differentiæ accidētiſq; a genere diſtantia differit dicens. ¶A differentia vero & ab accidentibus differt genus:quoniā etſi etiā iſta de pluribus ſpecie differentibus prędicātur/ differentiæ ſcilicet et accidentia quæ communiter accidunt/non tamen in eo qđ quid ſit prędicātur/ cum interrogantibus nobis ſit ſecundū ea reſponſio.magis enim quale quid ſit oſtenditur. ¶Differentiam vero & accidens iccirco poſterius reſeruauit: ꝙ eorum vnam differentiam erat diſtantiamq; dicturus.Differentia enim et accidens/qualitatē cuiuſcūq; ſpeciei demōſtrāt: illa ſubſtantiæ qualitatem id eſt differentia/illud id eſt accidens/non ſubſtantiæ.Ergo quoniam genus ſuper ſpeciem eſt/ et ſpecies ſuppoſita generi:genus ſpeciem/ ſpecies indiuiduum quid ſit oſtendit.Porro autem ſolę poſſunt/ſpecies differētiæ diſgregare:quæ qualitatibus eas ſubſtātialibus ideſt ſubſtantias declarātibus ſeiungunt atq; diſpertiuntur.Nam cū animal genus ſit/ homo vero vel equus ſpecies:quales vtręq; ſpecies ſint mōſtrat differentię ſegregatio. vt dicamus ſpeciem eſſe hominis rationalem:ſpeciem vero equi irrationalem.Si enim quis interroget quid eſt homo: animal dicitur.Si autem quis dicat qualis eſt homo: rationalis reſpondetur. Ita ſemper differentia non in eo quod quid ſit:ſed in eo qđ quale ſit appellatur. De accidēte vero non dubium eſt:cum ipſa qualitas in accidentis partibus componatur.Namq; in prædicamentis/inter alias nouem partes accidentis etiam qualitas nominatur. Nam & ſi quis interroget qualis corui ſpecies ſit:nigra continuo reſpondetur.Congruūt ergo genera differētiis & accidentibus/ꝙ de ſpeciebus pluribꝰ prædicantur. Nam ſicut genus ſpecies ſub ſe plures habet: ita differentia.Nam rationalem dicimus deum & hominem.Rurſus etiam accidens de pluribꝰ ſpeciebus prædicatur.Nam nigrum dicimus & hominem/& equum/ et coruum/ & ebenum/& plurimas alias ſpecies.Rurſus congruit genus differentiæ: ꝙ ſicut genus/ ſic differentia æqualiter ad indiuiduum prædicatur.Nam ſi Cicero animal eſt/ qđ eſt genus:& rationale animal eſt/ quod eſt differentia. Congruunt etiam ꝙ de numero differentibus prædicantur. quod ſuperius de aliis demonſtratum eſt. Diſtant autem ꝙ(ſicut dictum eſt) genus in eo quod quid ſit appellatur differentia vero vel accidentia in eo quod quale ſit/prædicantur.Nam ſi dicas quid eſt homo:appellabis genus/ & dices animal eſſe hominem . ſi vero qualis ſit ad differentia interrogaberis:rationale reſpondebis/vel accidēs nigrū vel albū/ vel qualis quiſq; ſit dequo interrogatur. His igitur diſtributis diſtantias ipſas a primordio rurſus orditur dicens. ¶Vnde hoc qđ de pluribus p̄dicatur genus/diſtat ab iis q̄ de ſingulis prędicātur/hoc eſt ab indiuiduis. Illo qđ de ſpecie differētibꝰ prædicatur:diſtat a ſpecibꝰ & a ꝓpriis.Illo etiā in quo quid ſit appellatur/

Congruunt etiam quoniā vtraq; in eo qđ qđ ſit prædicātur.

genus i qđ prędicaritr ibuēt omēs:

propria vero vt riſibile vt ſuſceptiuū diſciplinę/pauci/niſi qui hic cū Boetio Victorini tutari velit ſēntiam.

secernitur a differentiis & a communiter accidentibus: q̄ hæc duo quale quid sit declarant. FRANCISCVS.

¶ Hoc dicit distare genus ab indiuiduis: q̄ genus de pluribus (vt dictum est) prædicatur. Colligit autem & in vnū redigit proprii speciei q̄ differētias. Nam quoniā species de pluribus nō specie/ sed numero differentibus prędicatur: proprium vero de vna tantum specie et de iis quę sub eadem specie sunt indiuiduis prædicatur. Quāuis enim de vna specie prædicetur: tamen æqua est illi cum specie a genere differētia/ de pluribus specie differentibus nō prædicari. Nā neq; species omnino de aliquibus poterit prædicari/ neq; propriū: quoniā proprium non de pluribꝰ speciebus sed de vna tantū cuius est specie prædicatur. Qđ si ita est: vna differentia a genere speciei set propria seiunguntur. Accidens vero et differentia eadē quoq; vna a genere differentia separantur/ q̄ genus in eo quod quid sit dicitur: differentia vero vel accidentia/ in eo quod quale appellantur. Has Porphyrius ad construendam generis rationē differētias q̄ parcissime potest colligit/ & ipsas differentias multis modis posteriꝰ probaturus: nunc nō (quantū sat est) dicit se abundantem generis constituisse rationem/ hoc dicens. ¶ Hoc si ita est: nullo modo minꝰ aut plus effecta est generis diffinitio. ¶ Perfectā plenāq; se generis diffinitionem fecisse dicit: quoniam neq; plus neq; minus facta sit diffinitio sed æqualiter ad genus pariter q̄ cōpositā. qđ quale sit hoc modo monstrandū est. Nouimꝰ q̄ quædā res quę ad alia p̄dicantur iis de quibus prędicantur abundāt: vt genera et species. Nāq; animal qđ genus est: de homine quod est species hoc abundat/ q̄ nomen generis etiā in equum atq; bouē/ atq; in alia valet aptari. Ergo si quis ad quālibet rem/ abundantē fecerit maiorēq; definitionem q̄ ipsa res fuerit quā definit: non erit integra propriaq; definitio/ sed etiam ad alias quascunq; res q̄ ipsius definitionis terminus/ abū dabit. Maiorū igitur prędicamentorum/ maior erit definitio: minorum vero/ minor erit etiā definitio. Animal ergo qđ maius est: ita definiunt. animal est substantia animata sensibilis. Hominem vero quod ab animali minus est/ ita definiunt. homo est animal rationale mortale/ risus & disciplinę perceptibile. Quoniam maius est animal ab homine: maior erit animalis definitio ab hominis definitione. plus erit dicere substantia animata sensibilis: q̄ animal rationale & mortale. Nam substantia animata sensibilis/ sicut ipsum animal nō solum hominē complectitur: sed & equum vel bouem atq; alias huiusmodi species, si quis ergo ad hominē maiorem definitionem aptauerit/ q̄ est animalis/ vt ita definiat hominē/ homo est substātia animata sēsibilis: nō est plena definitionis ratio/ cū equus atq; bos substātia aiata atq; sensibilis esse possint/ q̄ species hominis nō sunt. si quis vero maiori rei minorē definitionē aptauerit: curtā & diminutā quodā modo faciet rationē. Nā si quis animal definire volens dicat/ animal est res rationalis risus & disciplinę pceptibilis: nō erit integra definitio/ quoniā sunt quędā animalia quæ istius definitionis ratione subterfugere atq; euadere possunt. est enim animal bos qđ neq; rationale sit/ neq; risus perceptibile. Sola igitur relinquuntur bene definiri: quęcūq; æqualibus definitionibus cōstituuntur. vbi autē æqualis definitio sit: hoc modo possumus reperire. Prędicamenta quęcūq; fuerint: si maius prædicamentū de minore aliquo p̄dicatur/ conuerti nō potest/ vt minor de maiore prædicetur. Semper enim maiora de minoribus: nunq̄ minora de maioribus prædicantur. Nam si quis dicat hominem esse animal: non poterit conuertere animal esse hominē. Nam homo nichil aliud quantū ad genus: nisi animal est. animal quantū ad species/ potest esse etiā nō homo. Paria vero prædicamēta semper sibi ipsa inuicē conuertūtur. Nā quoniam risibile solius est hominis: risibile ad hominē p̄dicatur/ & cōuerti potest/ vt homo ad risibile prædicet. Dicitur enim quicqđ est homo: risibile. quicquid est risibile/ homo. Ergo quascūq; definitiōes cōuertere potes: illę verę atq; pares sunt. quascunq; cōuertere nō potes: aut maiores aut minores sunt/ & pares inueniri nō possunt. Nā si dicas hominem substantiā esse animatā atq; sensibilem: verū est. Itē si cōuertas et dicas substantiā animatam atq; sensibilē esse hominem: non omnino verū dixeris. Potest enim & substantia animata esse atq; sensibilis et homo non esse. Itē si dixeris rē rationalem mortalem/ et disciplinæ capacē esse animal: verum dixeris. si autē dicas atq; conuertas animal esse rem rationalem/ mortalē/ & disciplinæ perceptibilē: non omnino verū dixeris. potest enim esse animal: & non esse rationale/ & risus capax. Ergo quoties est maior definitio q̄ id qđ definitur/ si priꝰ dicitur id quod definitur/ & maior definitio adhibetur: vera esse poterit definitio. si enim prius dixeris hominem rem minorē/ & adipsum posterius adhibueris definitionem maiorem/ vt prius dicas homo est et post subiungas substantia animata sensibilis: verum est. homo enim necessario est substantia animata sensibilis. Si vero prius dixeris definitionem/ & postea dixeris id quod definies: vera esse non omnino potest. Nam si definitionē maiorē prius dixeris/ dicēs substātia animata sensibilis/ et postea rē minorē intuleris vt dicas homo est/ vt substātia animata sensibilis homo est: nō omnino verum est. potest enim & substantia animata sensibilis esse/

Risus et disciplinę perceptibile eorū placita Platonicorum adictū est: qui faunos/ panasdryadas & amadryadas nymphas animalia credunt rationalia/ et eadē inter ritura. qđ cō firmare voluit quidam beati Antonij ęgyptiaci anachoretæ vitam scribens.

FRANCISCVS. Si prius dicta sit definitio vera ē: id ē si subiicitur/ etiam vniuersalit verū dicis. at si posteriꝰ dicis/ id est de subiecto vniuersalit/ p̄dicas: falsum dicis.

et homo non esse. At vero si minor fuerit definitio q̄ illa res quę definitur: si prius dicta sit definitio vera est/ posterius falsa. Nā si dixeris definitionē quę est minor/ res rationalis mortalis risus & disciplinæ capax animal est: vera est. Omnis enim res quæ rationalis et mortalis risus et disciplinę capax: necessario animal est. At vero si conuerteris & rem maiorem prius dixeris/ post vero minorē definitionem adhibueris: vera omnino esse nō potest. Nā si dicas prius animal esti postea autē iunxeris/ res rationalis mortalis risus et disciplinæ perceptibilis: nō omnino verum est. Potest enim esse animal: & rationale vel mortale non esse. Itaq; si maior est definitio q̄ res fuerit/ si prius rem dixeris/ postea definitionē intuleris: vera est. si vero priꝰ definitionē dixeris/ post rē intuleris: falsa est. in minoribus vero definitionibus & maioribus rebus cōtra est. Nam si definitionē prius dixeris/ postea rē subieceris: vera est. si vero rē priꝰ dixeris/ postea definitionē subieceris: vera omnino esse nō potest. At vero ī æqualibꝰ definitionibꝰ cōuerti equaliter potest. Nā quoniā solius hominis hęc est definitio animal rationale mortale: equalis est hęc ad hominē definitio/ quoniā nō est cui alii possit aptari. Itaq; vel si priꝰ definitionē dixeris/ postea rē subieceris: vera erit. vt est/ homo est animal rationale mortale risus & disciplinę perceptibile. sin vero cōuerteris/ & priꝰ definitionē postea rē dixeris: vt si dicas animal qđ fuerit rationale mortale risus & disciplinę perceptibile homo est: hęc quoq; vera est. Ita semper vt definitiones verę sint: neq; plus neq; minus in definitionibus oportet aptari/ sed equaliter definitiones cōuenienterq; disponi. qđ Porphyrius scilicet nō ignorans ait se neq; plus neq; minus effecisse generis definitionē. Et Fabius. sequitur inquit de specie disputare. Dic inquā quid sequitur. Et Fabius. hic (vt opinor) ordo est.


¶DE SPECIE. Cap.II.

» Species quoq; multis dicitur modis. Nā et vniuscuiusq; hominis forma/ species
» appellatur. ¶Rursus dicit et pulchritudo vultus: vnde pulcherrimos quosq;
» speciosos dicimus. ¶Dicit species & ea q̄ suppositā est generi. vnde et homi-
» nē animalis speciē appellam9/ cū animal ipm genus sit: & albū coloris speciē.
» ¶Tūc ego. speciei quoq; nomē sicut generis equiuocū puta. Nā & hoc quoq;
multifariā appellari designat. Dicitur eni (inquit) species a figura corporis: et fortāsse alia plura/ de quibus quoniā nullus tractat9 habebatur/ iure ptermissa sunt. Hic tamen a Victorino videtur erratū/ qđ cū idem sit cuiuscūq; hominis species et vultus: quasi in alia appellatione speciei/ vultus iterū pulchritudinē dixit. quasi nō perinde pulchritudo sit vultus: ac tota species fuerit. Nā si quispiam pulcher fuerit toto corpore: etiā vultu. sed prętermissis his ad illā speciē quæ sub genere ponitur atq; gen9 efficit/ veniamus. nāq; vt dictū est/ substantiæ ipsæ nullo speciei nomine generisue censentur: nisi quadā ad seinuicem collatione sint cōparationeq; compositę. Nam quod animal est/ nō iccirco genus est qđ animal est. sed iccirco quoniā hominis sub se atq; equi & cęterorū animantium species habet. atq; iccirco ait. Vnde & hominē animalis speciem appellamus: cū animal ipsum/ genus sit. neq; enim homo species diceretur: si super ipsum animalis appellatio non prędicaretur. Sed vt monstraret non in vnis solis substantiis genera speciesq; versari: sed etiam in omniū prædicamentorū nuncupationibus esse cōnexa: non solius substantiæ dedit exemplum sed etiam eius quod reliquum remanserat accidentis. qđ enim ait. Et albū coloris speciem: quę sunt in accidentis diuisione qualitatis. Sed quoniā inter se quędam cōnexio est & talis comparatio atq; relatio: vt præter ad seinuicem habitudinem genera et species esse non possint, nichil enim in eorum definitionibus concludi potest: nisi alterutrum nominata sint, nam si substantia generis specie suppositā/ species vero genere superpositō & ad ipsam prædicato perficitur: nō est dubiū quoniam definite necesse sit iure speciem cū genere/ et cū specie iure nobis genus prędicare necesse sit. Hęc igitur etiam in generis subscriptione seruatur descriptio: cū generis definitio habita est. Hoc enim dictū est tunc esse genus qđ ad distantes species diceretur: nunc vero dicendū est id esse speciē quæ sub genere ponitur. Sed multiplex eius definitio haberi potest. Potest enim rursus dici id esse speciē: ad quā genus in eo quod quid sit prædicatur. quæ res vtręq; id significāt/ speciem poni sub genere. Nam prima quidē definitio: id aperte designat. secunda non talis est: quoniam semper minora maioribus supponuntur. genus ab eo aliquid/ de quo in eo qđ quid sit prædicatur magis esse non dubium est. qđ si ita est/ nullus est obscuritatis error: quin species quę minor est maiori sibi generi supponat. Nichil igitur hæc secūda definitionis significatio a priore differt. si enim species sub genere nō poneretur: genus ad speciem in eo quod quid sit non prædicaretur. Tertia vero definitio speciei integra ratione collecta est. et ipsius speciei vim naturāq; demonstrat. Dicit enim speciē esse: quæ ad plurima numero differentia in eo qđ quid sit prædicatur, quæ diffinitio etiam ex superiore genere debuit esse plenissima. sed ego non quan-

tum caſtigata permittit breuitas explicabo. ſed prius de ipſis generibus ſpeciebuſq; pauca dicē da ſunt. cū ſint quędā genera quæ ſpecies habeāt/ atq; ipſa aliis generib⁹ ſpecies eſſe poſſint: nō eſt dubiū ea gemina cōparationis habitudine fungi vt ad alia ſpecies/ ad alia genera nominētur. Sed ſi in vno filo atq; ordine ſpeculemur/ et quodcūq; gen⁹ alicuius rei repertū eſt/ eius rurſus gen⁹ aliud requiramus/ et rurſus aliud/ atq; aliud iterū: ſi nichil ſit qđ intellectus ratione cō ſiſtat/ inexplicabilis interminabiliſq; tractabitur. Sed quoniā nulla ſunt in iis ſciētiæ fundamen ta quę nulla ratione animi in infinitū procedētia cōcludūtur: dicendum neceſſario eſt poſſe nos aſcendentes vſq; ad tale aliquid peruenire/ cuius cū ipſum cęteris genus ſit/ aliud genus inueni re nō poſſumus. qđ genus primū/ et magis genus/ et generaliſſimū nuncupetur. Sed ſi hoc in ge nere cōtingit/ vt alcēdētes alicubi conſiſtamus: nō eſt dubiū quin deſcendētes iterū per ſpecies ad aliquē quodā modo calcem/ offenſo termino conſiſtamus. Igitur cū deſcendentes per ſpecies vſq; ad illā ſpeciē venerimus quæ ſub ſe ſpecies nullas habet: illā ſpeciem/ vltimā ſpeciem & ma gis ſpeciem et ſpecialiſſimā nuncupemus. Sed quoniā ſpecies aliquorū eſt cōtinens: ſi aliquorū ſpecie differentium continens eſſet/ nō magis ſpecies ſed genus merito vocaretur. Sed quoniā continet/ et non ſpecie differētes res cōtinet: ſimiles neceſſe eſt ſibi contineat pluralitates. ſed ſi cōtineat pluralitatē/ & maius ſemper eſt id qđ cōtinet q̄ id qđ cōtinetur: de pluralitate illa/ ſpeci es prędicabitur. appellabitur igitur ſpecies de pluribus rebus numero differētibus in eo qđ quid ſit. Species enim cū appellatur de ſubterioribus: ſuperiorē ſpeciem ſubſtantiāq; declarat. Nam cū dicimus quid eſt Cicero: homo cōtinuo reſpōdetur. Cū ergo tribus modis ſpeciei facta ſit de finitio: ſuperiores duę nō tātum ſunt ſpeciei/ ſed etiā ſubalternæ ſpeciei. eſt enim ſpecies/ quę & ipſa genus ſit. Generaliſſimū enim genus ſubſtantia/ & ſub ea corpus/ ſub corpore animatū cor pus/ ſub animato corpore animal/ & ſub animali homo/ ſub homine indiuidua. Sed hanc diui ſionē plenius poſterius exequemur: nūc aūt hoc nobis tantum ſufficit. Subſtantia igitur magis gen⁹ eſt: homo magis ſpecies. ita vt nęq; ſubſtātia ſpecies aliquādo eſſe poſſit: nec homo gen⁹. corp⁹ vero animatū/ vel animal ad ſuperiora ſpecies: ad ſubteriora/ genera nominantur. Si quis ergo corpus animatū vel animal vel hominē velit exprimere/ & dicat ſpecies eſt qđ ponitur ſub genere/ & ad quā gen⁹ in eo qđ quid ſit prædicatur: hæc definitio & magis ſpeciē id eſt hom inē & ſubalternā ſpeciē cōtinet id eſt corpus animatum vel animal. Nā corpus animatum/ et ani mal/ & homo ſub genere ſunt poſita: et adeas omnes in eo qđ quid ſit appellatur/ vt dictum eſt. Si quis vero illā ſpeciē definitione monſtrare velit quę vere ſpecies eſt/ id eſt ſpecialiſſimā ſpeciē quæ tantū ſpecies/ et nunq̄ genus ſit: hoc modo definiet ſpeciē eſſe quæ ad plurimas res nume ro differentes in eo qđ quid ſit prędicetur. Sed hęc definitio ſubalternis ſpeciebus nunq̄ conue niet. Illæ enim quę ſubalterne ſunt ſpecies: poſſunt etiā pro generibus accipi/ ſi ad ſubiecta præ dicentur. Q; ſi poſſunt pro generibus accipi: cum pro generibus accepta fuerint/ non tantū ad plurimas res numero differentes p̄dicabuntur/ ſed etiā ad plurimas res ſpecie differentes. quip pe cū ſint genera. Sed quia hoc in magis ſpeciebus nō euenit/ vt aliquādo de ſpecie differentib⁹ prædicentur: hæc definitio poſterior ſolius magis ſpeciei definitio eſt. et eā cæterę ſubalternæ ſpecies excludūt atq; reiiciunt. qđ Porphyrius demoſtrat. Sed hęc definitio eius ſpeciei eſt: quæ magis ſpecies dicitur. alię vero definitiones: erunt etiā illarū quæ nō ſunt magis ſpecies. horum ergo ipſam ſubſcriptionē demōſtrationēq; clarius ſcipſum dicere promittit: cu dicit. ¶ Manife
» ſtius autē hoc fiet qđ dicimus hoc modo. In omnibus prædicamētis ſunt quędā magis generū/
» & magis ſpecierū. Et magis genera ſunt: ſupra quę nullum aliud genus poterit inueniri. Magis
» ſpecies rurſus: ſub qua nulla ſpecies reperitur. Horū interualla quæ poſſident: & genera et ſpe
» cies ſunt/ ſingula ſuperioribus inferioribuſq; collata vt alteri genus/ alteri ſpecies appellentur.
» ¶ Huiuſmodi ſunt (inquit) quędam quorū genera inueniri nō poſſunt: quæ ipſa merito magis genera nominantur. quoniā maius ipſis aliquid inueniri nō poteſt. Nā ſi iſta ſunt genera: genus autem omnibus ſub ſe poſitis maius eſt. at quorū genus nullū eſt: nichil eorū/ maius poterit in ueniri. at quorū genus nichil poterit inueniri: merito ipſa magis genera vocitantur. Sunt autē quedā alia quę magis ſpecies appellātur: ſub quib⁹ nō aliæ ſpecies locarę ſunt. Nā plus videtur eſſe ſpecies. Ea integrior & vere ſpecies eſt quę genus nunq̄ eſt: q̄ ea quæ aliquando genus eſſe poteſt. q; ſi verior ſpecies eſt/ quę ſola ſpecies/ nūq̄ genus eſt: merito magis ſpecies appellata eſt. Igitur inter magis ſpeciem et magis genus: qđ eſt interuallū: ſubalterna genera/ et ſubalternæ ſpecies impleuerunt. Nam ſubalterna vocamus: quecūq; ad ſuperiora ſpecies/ ad inferiora pro generibus accipiūtur. iccirco quoniā ſi oēs res ad inferiora cōponas/ genera ſūt. ſi ad ſuperiora: ſpēs. et ſi ad ſuperiora & iferiora eadem ducas: genera & ſpēs inuenietur. Atq; ideo ſubalterna genera & ſpēs nominata ſunt/ q; filo quodā atq; ordine ad iferiora cōpoſita/ gña/ & ad ſuperio-

ra ſpecies agnoſcãtur. Sed ita genera ſpecieſq; eſſe poſſunt: nõ vt cui genus eſt/ eidẽ iterũ velut ſpecies ſupponatur. Nam ſi (vt prius oſtenſum eſt) ſpecie ſua maius/ genus eſt: non eſt dubium quin maior res ſub minori poni nõ poſſit. atq; ideo ait vt alteri genus/ alteri ſpecies appellẽtur: q; nequaq̃ ad eandem rem/ et genus eſſe & ſpeciem cõueniret. Dat igitur huius rei exẽplũ: quo/ quod dicit facilius poſſit agnoſci, facit igitur hãc diuiſionem. Ponit ſubſtantiam magis genus. ſupponitur ſubſtantiæ corpus & incorporeũ. corpori/ animatũ corpus & inanimatum. animato corpori/ animal ſẽſibile & animal inſenſibile. vt ſũt oſtrea/ vel cõchylia/ vel echini/ vel arbores/ & alia huiuſcemodi: quę viuendi animã habent/ nõ etiã ſentiẽdi. ſub animali: animal rationale/ & irrationale. ſub rationali: mortale/ & immortale. ſub mortali/ hominem. ſub homine/ ſingulos homines: hoc eſt corpora indiuidua Ciceronẽ/ Virgiliũ ſcilicet/ et eos qui iã in partes ſunt ſingu li. Subſtãtia ergo quę prior eſt: magis generis loco accipitur. Genus enim ſolũ nõ etiam ſpecies eſt: q; nunq̃ ei genus ſuperius inuenitur. Homo vero ſolũ ſpecies eſt. nullas enim alias ſpecies ſub ſe coercet. ſinguli enim homines nõ ſpecie ſed numero differũt. Corpus vero quod pridẽ ſub genere poſuimus id eſt ſubſtantia: ad ſubſtantiã quidẽ ſpecies/ ad animatũ corpus genꝰ accipí tur. Animatũ autem corpus: ad corpꝰ ſpecies eſt/ ad animal genus. Rationale itẽ aial: mortalis genus eſt/ ſpecies animalis. Mortale aũt genus hominis eſt: ſpecies rationalis aialis. Homo aũt qđ ſuper indiuidua eſt: nichil de generis natura ſortitus eſt/ ſed tantum ſola ſpecies appellatur.

Mortale et immortale. Platonicorũ cõſuetudinẽ obſeruat et hic & ĩ iis quæ ſequuntur.



Sed hanc diuiſionē ſicubi in aliis rebus trāſferri et aptari placet/ ita cōſiderandū eſt: vt quicquid fuerit cuius genus inueniri non poteſt/ magis id genus appelletur. et quicquid cuius nulla ſpecies fuerit/ id eſt vt ſuper indiuidua collocetur: illā magis ſpeciē eſſe. Oportet enī ſi qđ genus ſit: ſuper differētes ſpecie res poni. qđ autem magis ſpecies nō ſuper ſpecie res differentes ponitur: nūq̄ digne genus poterit appellari. Ergo quoniā quēadmodū qđ ſuperiꝰ genus ſup ſe genus nō habet/ magis genꝰ dicitur: ita ſpecies quoniā ſub ſe ſpecies nō habet ſed tātū indiuidua/ merito magis ſpecies appellat. Illa aūt quę ī medio poſita ſunt: nō eiuſdē ſunt habitudinis. Nā quoniā ſpecies eſſe poſſunt: nō ſunt magis genera. & quoniā genera eſſe poſſunt: iccirco nūq̄ magis ſpecies p̄dicātur. Nā illis quę ſuperſunt/ ſpecies ſunt: illis vero q̄ ſubſunt/ loco generis pręponuntur. Cū igit̄ duę formę ſint omniū rerū/ aut vt genera p̄ponant/ aut vt ſpecies ſupponant: ſūmitates id eſt generaliſſimū genꝰ & ſpecialiſſima ſpecies/ ſingulas tātū cōtinēt habitudines. illud vt tātū genꝰ/ nūq̄ ſpecies videatur: hoc vt ſola ſpecies/ nūq̄ etiā genꝰ appelletur. Subalterna vero q̄ media ſunt/ duas formas habent id eſt vtraſq; (Nāq; vt frequentius inculcatū eſt) & generis quodā modo parentelā/ et ſpeciei deriuationē ſortita ſunt. Nec hoc fortaſſe nos turbet: q̄ ſpecies ſpecialiſſima habet aliquid ſub ſe. Nāq; homo cū ſit magis ſpecies: habet ſub ſe ſingulos homines. Hæc enim quāuis indiuiduis ſuperſit: nūq̄ formā ſpecialitatis immutat. Cū enim ſub ſe indiuidua habeat quæ cōtineat/ & quæ ſub ſpecie vera ſunt/ & nulla ſubſtantię proprietate diſcrepent: ſpecies eorū vocatur quæ continet. Ita homo & animalis ſpecies dicitur: quia cōtinetur. & hominum ſingulorū ſpecies eſt: quia eos cōtinet qui nulla vnq̄ ſpecie diſcrepabūt. Diffinitio igit̄ magis generis/ magiſq; ſpecierū talis eſt. ¶ Magis genus eſſe dicitur: qđ genus ſemp ſit nūq̄ ſpecies et quorū ſuperius nullū genꝰ ſit. ¶ Rurſus magis ſpecies eſt: qđ ſpecies ſemper, ſit nūq̄ genus. et iterū/ quæ nūq̄ diuiditur in ſpecies. et q̄ ad plurima numero differentia in eo qđ quid ſit p̄dicatur. Illa vero alia (vt ſępe dictū eſt) & genera & ſpecies eſſe poſſunt: ſuperioribus ſcilicet inferioribuſq; collata. ¶ Hoc autē attentiſſime reſpiciēdū eſt: qđ in diuerſis lōge nationibus in eo gene re vbi ex ſanguine aliqua cognatio deducitur/ diuerſarū cognationū gēs ad vnū caput generis deduci poteſt. Nāq; Rhomania Rhomulo ſūt/ Rhomulꝰ aūt a Marte/ Mars a Ioue: poterit gēs Rhomanorū ad Iouē duci. Itē quoniā Athenienſes a Minerua/ Minerua a Ioue: poteſt Atheniēſiū gens ad eundē Iouem velut ad originē deduci. Itē quoniā Perſę a Sole/ Sol autē a Ioue: poſſūt Perſę quoq; ad eundē Iouē velut ad originem propriā deduci. Ita diuerſiſſimę gentes ad vnius cognationē erigi poſſunt. quod idē ſpeciebus generibuſq; nō fit. Nūq̄ enim diuerſa genera ſub vno genere poterūt accōmodari. Ariſtoteles enim primorū generū prædicamēta decē cōſtituit: quæ velut aliquis fōs/ ita ſubterioribus omnibꝰ ortū quodā modo nationēq; profuſſerint. Hęc igitur decē p̄dicamēta: quoniā generaliſſima ſunt et ſuperius eis nullū aliud inueniri genus poteſt/ ad vnū genus reduci nō poterunt. Q̄z ſi decē genera prima ad vnū genus reduci nō poterunt: nec vlla quę ſunt ſub eiſdem generibus/ ideſt ſpecies ſubalternaq; genera ad vnū genus aliquando poterunt applicari. Nam ſi prima eorum genera ad vnum ſuperius duci nō poſſunt: non eſt dubium quin ea ipſa quę ſub ipſis ſunt/ ab vno genere coerceri cōtineriq; nō patiantur. Nam ſi ſubſtantia/ qualitas/ et quantitas/ & cętera ſub alio cōmuni genere poni non poſſunt/ q̄ ipſa magis ſunt genera: nec quicquid ſubſtantia fuerit id eſt ſub eodem genere animal vel homo/ vel item ſub qualitate vel quantitate ad aliquod genus commune ſe poterūt applicare. Nunq̄ enim inueniri genus poterit: quod hæc decem genera ſolitario & proprio intellectu intra ſe poſſit veluti ſpecies continere. ¶ At dicat quis hæc oia decē genera ſi vere ſunt: ſubſiſtentia quodā modo/ vel entia dici poſſe. Flexus enī huic ſermo eſt ab eo qđ eſt eſſe: & ī participii abuſione tractū eſt propter anguſtationē latinę linguæ compreſſionēq;. Hæc igitur, vt dictum eſt) entia nō poſſunt appellari: et ens hoc ipſum/ id eſt eſſe genꝰ eorū fortaſſe dici videbitur. ſed falſo. Namq; omnia quę inter ſe equiuoce nominantur: nūq̄ eiuſdem continētiam generis ſortiuntur. quippe quorū ſubſtantia diſcrepat: non eſt dubiū quin generis quoq; ipſius diffinitio diſcrepabit. hęc autē vt entia nominētur: non vniuoce ſed equiuoce prædicātur. Nā quoniā ſubſtantia ens eſt/ et itē qualitas ens ſiquis rationē diffinitionēq; ſubſtātię &/ qualitatis dixerit/ eadē natura vtriuſq; nō poterit cōuenire: nō eſt dubiū quin ſubſtātia & qualitas nō vniuoce ſed equoce prędicētur. q̄ ſi æquiuoce prędicātur: ſub eiuſdem generis fonte poni nō poterūt. Nō eſt igitur in generibus ſpeciebuſq; aliquid genus ſolum: qđ poſſit diuerſa rerū genera coercere. Tūc Fabius, abundāter hec inquit oia: & de his ipſis rebus frequētius inculcatū eſt. Sed perge ad ſequētia. Faciā inquā. Hæc enim vt arbitror ſequuntur. ¶ Ergo decē genera conſtituit Ariſtoteles in prædicamētis: quę magis genera ſunt. At vero illę q̄ magis ſpecies ſunt: ſempī plurimo qdē numero ſunt/ nō tamē in infinito. at vero indiuidua quę ſub magis ſpecie ſunt: infinita ſunt ſēper.

¶Hoc enim dicere vult q; multo plures ſpecies ſunt q̃ genera. habet enim genus ſub ſe plurimas ſpecies. et quoniã decem genera omniũ rerũ prima ſunt: ſpecies ſpecialiſſimę nõ ſolũ decem ſunt ſed plures/ nõ tamen infinitę. indiuidua vero quę ſub magis ſpecieb9 ſunt/ infinita ſũt: et eorũ intelligẽtia nulla vnq̃ capi poteſt. Quæ enĩ infinita ſunt: nullo ſcięntię termino cõcludũtur. Igitur omnis nobis diuiſio omniſq; ſcientia: a magis generibus per ſubalterna genera vſq; ad magis ſpecies deducatur. ibi enim cõſiſtẽtes/ integram ſuperiorum ſcięti am accipere poſſumus ac retinere. Si quis autem indiuidua velit ſcientia diſciplinaq; comprehendere: fruſtra laborabit. ſed ita iubemur a magis generib9 vſq; ad magis ſpecies per iterualla media diſcurrere/ vt ſpecificis differẽtijs diuidẽtes ſubalterna genera/ vſq; ad magis ſpecies deſcẽdamus. Specificę autem differẽtiæ ſunt quæ ſpeciẽ quãcunq; declarant. declaratur autẽ ſpecies differentiis hoc modo. Si quis enim dicat ſubſtãtiã vt ponat ſub ſubſtãtia corpus/ ſub corpore animatũ corpus/ ſub animato corpore animal/ ſub animali rationale animal/ ſub animali rationali mortale: oẽs has ſpecies quę ſunt ſubſtantię cũ pro differẽtiis poſuerit/ hominis ſcilicet ſpecies informabitur. Nam corpus animatũ ab inanimato corpore differẽtia eſt. porro autẽ animal ab inſenſibilibus et rationale ab irrationali/ & mortale ab immortalibus differẽtię ſunt. hæc igitur omnia cũ iunxeris: vnã ſpeciẽ declarabis ideſt hominẽ. Nã cũ dicis corpus animatũ animal rationale & mortale: quæ ſcilicet differẽtię in ſubalterno ordine ſibi ſuppoſitę ſunt/ hominem demõſtrant. Sunt quędã aliæ differentiæ: quæ tales ſunt ac ſi dicas animal rhetoricum/ q; ſolus homo rhetor poſſit eſſe. ſed hæc differentia nõ perſpicax differẽtia eſt/ & ſubſtantiam hominis naturãq; nõ perficit: ſed tantũ artem quandã ſcientiãq; commendat. Illæ igitur in diuiſionibus differentiæ ſpecieſq; proſunt: ex quibus illa quæ dicitur magis ſpecies informatur. et hęc vocatur ſpecifica differentia: quæ magis ſpeciẽ poſſit efficere. Ergo cũ per hæc deſcenſum fuerit ad magis ſpecies: relinquẽda ſunt ſub magis ſpecieb9 indiuidua/ nec eorũ eſt aliqua ſcięntia requirẽda. Nam illa nõ ſolum infinita ſunt: ſed etiam quæcũq; in ſeſe continuerint infinita ſunt. rhetorica enim ſpecies eſt: ſed cum venerit in ſingulos homines/ tũc per ſingulos et infinitos diuiſa/ etiã ſingula fiet & infinita. Si enim omnes quicũq; ſunt vel fuere numerẽtur rhetores: nullus vnq̃ huiuſce numerationis finis erit/ cũ preſertim etiam per infinita tẽpora in futurũ ſinguli homines rhetores eſſe poſſint. Hic Fabius. hoc igitur inquit erat: quod ait. ¶Porro autẽ vel artium vel diſciplinarum cũ indiuidua per ſingulos homines eſſe ceperint: rationẽ ad percipiendũ capere vel habere omnino non poſſunt. ¶Et ego. hoc inquã eſt/ qđ cum artes vel diſciplinę quæ in ſua ſpecie vna ante collecta fuerint/ in indiuidua venerint id eſt per ſingulos homines: in infinitã multitudinem innumerabilẽq; ſeſe diſpertiunt. hoc autẽ iccirco euenit. qđ hæc eadẽ ratio eſt: quã Porphyrius ipſe dirigere nõ neglexit. genus enim cũ vnũ ſit: plurimarũ ſpecierũ progenitiuum eſt. Namq; ſub vno genere plures ſpecies inueniuntur/ iccirco quoniã ſpecies/ genus illud vnde profluũt in plurima ſegregant atq; diſpertiũt. genus autem plurimas colligit res: ſicut ipſum a plurimis iterum ſpeciebus diuiditur. Nãq; homo coruus et equus quæ ſunt ſpecies: quantum ad animal æqualiter animalia ſunt. Ita enim nomen animalis omnes ſuas ſpecies intra ſe continet. Q; ſi et in homine animalis nomen eſt/ & in coruo/ & in equo: non eſt dubiũ quoniã illud genus qđ ſub ſe ipſum ea cõtinet/ ſpecies diuiſæ inter ſe diuidant multiplicentq;. colligit igitur genus ſpecies in ſe: ſpecies vero genus ipſum ſuapte natura diſpertiũt. Eſt igitur genus collectiuũ ſpecierũ ſuarũ et quodã modo adunatiuũ: ſpecies vero diuiſiuę generis/ quodã modo multiplicatiuę. Igitur quicũq; ad magis genera aſcendit: omnem ſpecierum multitudinem per genera colligit adunatq;. cũ vero a magis generibus vſq; ad magis ſpecies decurritur: omnis vnitas generum ſuperiorũ in multifidas ramoſaſq; ſpecies ſegregabitur. Quod autem ait multitudo capienda: perinde eſt ac ſi diceret/ multitudo faciẽda eſt. nã cum diuidis genus in ſpecies: eaſdem ſpecies multas eſſe accipis quas tu idẽ feciſti. Species quoq; ab hac generis adunatione ac quodã modo collectione nõ diſcrepant. Nãq; & ipſę infinitatem indiuiduorũ: ad vnam reuocant formã. ſingulorũ enim hominũ ſpecies quę eſt homo: collectiua eſt/ hoc modo. Ad hominis enim ſpeciẽ: cuncti ſinguli homines vnus homo ſunt/ id eſt prima ſpecies quæ nos cõtinet/ coercetq;. Porro autẽ ipſa ſpecies in nos multos ſciſſa diuiditur. omne enim qđ ſingulũ eſt atq; indiuiduum: illud vnde naſcitur diuidit. Omne qđ non eſt ſingulum atq; nõ indiuiduũ/ ſed diuidi poteſt: nõ per ſe ipſum magis diuidit ſubteriora/ q̃ colligit. His igitur expeditis cõſtat genus plurimarum ſpecierũ eſſe genus: & ſpeciẽ plurima ſub ſe indiuidua coercere. Nã ſi qua ſunt ſubteriora: illa quę ſũt ſuperiora diſpertiunt/ et in multitudinẽ diſſipant/ diuidunt q;. quare nõ eſt dubiũ quin ſuperiora ſemper inferioribus pauciora ſint. Prædicamenta vero aliud de alio/ vel ad ſeinuicem quę torquentur: hoc modo ſunt, omnis enim res: aũt maior erit/ aut minor/ aut equa, omne qđ eſt ma-

Porro autẽ animal. animal p ſenſibili anima lis differẽtia poſuit Boe.

ius de minore poterit prędicari: minus vero de maiore non dicitur. Nã quoniã animal est & homo & equus/ ad animal hominem si prędicare volueris: tantũ hęc conuenit prędicatio/ quãtũ conuenit animal esse hominem. Age enim cõuerte & dic hoc esse animal qđ hominẽ. quantum igitur pars est animalis quę hominis speciem cotineat: tantũ animal homo est. In illis autem alijs partibus animalis quę aliud continent q̃ est species hominis: appellatio non conuenit. Nam si dicas animal homo est/ q̃ homo in illa parte in qua equus est animal & coruus: ista talis prędicatio non aptatur/ atq; ideo vniuersaliter non conuertũtur. Nam si dicis omnis homo animal: verum est. si dixeris omne animal/ homo est: falsum est. Q̃z si maiora de minoribus prędicantur/ quia omne minus in se continent: et minora de maioribus iccirco non prędicantur/ quia maiora minoris diffinitionem superuadunt & quòdã modo exuperant: non est dubiũ quin illa quę sunt ęqualia sibi possint ipsa cõuerti. Aequalia autẽ sunt illa quę neq; minora neq; maiora sunt/ ideſt vt si in quamlibet speciem opponãtur et omni illi speciei adsint: nulli et alijs. nã oĩs homo risibile est: & nulla alia species risibili potest proprio nuncupari. atq; ideo quoniã ęqualia sũt: cõuertunt̃. dicis eni quid est homo? risibile. quid est risibile? homo. et item/ quid ẽ hinnibile? equus. quid est equus? hinnibile. Q̃z si semper maiora de minoribus prędicantur: superiora necesse est genera esse/ & omnia subalterna minora fiunt. q̃ si subalterna omnia minora sunt: non est dubium quin si quis per subdiuisionem descendat ad vltimã speciẽ/ qđcũq; genus de vicinis sibi prędicabitur etiam de subalternis. Namq; substantia habet sibi vicinum ad subteriora genus/ ad se vero speciem/ qđ est corpus. de hoc igitur substantia prędicatur. Si quis enim interroget: quid est corpus? dicitur substãtia. sub corpore vero est animatũ corpus: et sub eo animal. ergo quoniam substantia iccirco prędicatur de corpore/ quia illi est superior: necesse est quibus corpus superius fuerit/ eisdẽ etiam sit substantia superior. Nam si corpus prędicatur de aĩato corpore/ et de aĩali: p̃dicabitur etiã substãtia et de aĩato corpore et de aĩali. Sic igit̃ q̃cũq; supiora fuerit de subteriorib9 nõ solũ sibi vicinis: sed etiã lõge subteriorib9 p̃dicant. Nã si maiora sũt ijs q̃ sibi vicinę sunt specieb9/ multo maiora erũt etiã illis qbus vicinę species fuerit ãpliores. ergo de qbuscũq; species p̃dicat̃/ de ipsis p̃dicabit & illi9 speciei gen9. Nã si species alicuia maior est: multo genus speciei ipsius illa re qua species maior est/ maius erit. atq; ita ad id prędicabitur: quemadmodũ ipsa species antea prędicata est. Qđ si ita est: nõ est dubiũ q̃ genus quoq; generis illius qđ ad illud ad quod species prędicabatur poterat prędicari/ etiam id quoq; de eo de quo species & genus speciei prędicabatur/ p̃dicari posse. Nam si quis dicat Ciceronem esse hominem cũ animal hominis genus sit: nõ erit absurdum Ciceronẽ/ animal prędicari. et cum animalis ipsius substantia genus sit: non erit incõueniens Ciceronem/ substantiam prędicari. quoniã quę supersunt de subterioribus prędicantur: et quę subteriora sunt si qua alia sibi subteriora habeant/ illud primũ genus habebunt etiam ista subteriora/ & de his conueniẽter prędicabitur. Igitur species de indiuiduo prędicatur vt maius: magis genus vero de omnibus subalternis/ & de magis specie prędicatur. ęquo enim modo dicitur et corpus substantia/ et animatum corpus substantia/ et sensibile corpus substantia/ et rationale animal substantia/ et mortale substantia/ et homo substantia/ et de ipsis etiam/ magis genus indiuiduis prędicatur: vt dictum est. potest enim Cicero dici substantia. Species vero sola de nullis alijs nisi de indiuiduis prędicatur: vt p̃dictum est. Indiuidua autem ipsa de nullo alio prędicantur nisi de ipsis/ ideſt singulis. Natura autẽ indiuiduorũ hęc est/ q̃ proprietates indiuiduorum in solis singulis indiuiduis constant/ et in nullis alijs transferuntur: atq; ideo de nullis alijs prædicantur. Ciceronis enim proprietas cuiuslibet modi fuerit: neq; in Catonem/ neq; in Brutum/ neq; in Catullam aliquando cõueniet. At vero proprietates hominis quę sunt id qđ rationale/ mortale/ risibile: pluribus et omnibus indiuiduis possunt et singulis cõuenire. Omnis enim homo et sigillatim indiuiduus: et rationalis est/ et mortalis/ et sensibilis/ et risibilis. Atq; ideo illa quorum proprietates possunt alijs conuenire: possunt de alijs prædicari. horum autem quorũ proprietas in alijs nõ conuenit: nisi ipsis tantum indiuiduis singulariter/ de aliquibus alijs preter se singulariter prædicari non possunt. Repetendum est igitur: q̃ omne indiuiduum specie continetur. species vero ipsa coercetur a genere: et vnum quasi omniũ corpus magis genus est et nunq̃ est pars. indiuiduũ vero pars semper est/ nunq̃ est totum. species autem & pars & totum merito nũcupatur. Nam ad genus pars est: ad indiuidua totum. diuidit enim genus (vt dictum est) et indiuidua colligit. Sed species pars est alterius/ ideſt generis: totum vero non est partis/ sed partium. Namq; genus et vnũ est: et plures species/ vnius rei/ ideſt vnius generis species pars est. Et quoniam indiuidua plura sunt et infinita sub vna specie quę illa indiuidua colligit: species illa non est vnius totum/ ideſt non est partis totum/ sed plurimorum/ ideſt partium. plures eni

At vero ꝓprietates. ꝓprietatis nomẽ et ad differẽtiam et ad ꝓprium extẽdit.

partes ſub ea indiuiduorum ſunt quarum totum ſpecies/ ideſt homo appellatur. Sed de genere & ſpecie ſufficienter dictum eſt.et quoniam matutinę ſalutationes vocant: in futuras noctis vigilias qđ eſt reliquum tranſferamus.

¶PRIMI LIBRI EDI.I.BOE.IN POR.FINIS.

¶EDI.I.BOE.IN PORPHYRIVM LIBER SECVNDVS.

MVlta nobis aparente natura excelſius q̃ cæteris animãtibus grauia illuſtriaq; conceſſa ſunt:quę nos ita quaſi quædam benigna artifex humanitatis excoluit/vt primum nobis reputandi conſiderandiq; animos rationemq; cõcederet.poſt vero ratione reperta/prolequẽdi conferret vſus.Sed quę natura nos non corporis ſenſibus a beluis/ſed mentis diuinitate diſtare conceſſit/ cũ ſibi adiunxerit & a ſuę viuacitate naturæ non diſceſſerit/tunc ſicut ipſa eſt ęterni generis:ita quoq; famam in poſteros vitamq; gloriæ infinitiſſimis temporib⁹ cœquat.Sin vero ſe prauis libidinibus corporis obnoxiam mens perdendã corrumpendãq; permiſerit:naturam corporis ſequitur.Nam nichil eius viuacitatis poſt corpora remanet:cui omnis labor & ſtudium de rebus corporis atq; in corpus impẽſum eſt. Quare aduertendum eſt/vt nos meliores accuratioreſq; reddamus:non ea re qua pecudibus nichil diſtare poſſimus/ſed quo celeſtium virtutũ ſimilitudine ęternitatis gloriã factis egregijs/dictiſq; mereamur.Sed de his alias:nunc ad propoſitum reuertar.¶Cum igitur alterius noctis cõſueta lucubratio vigilięq; veniſſent:credo heſternæ rationis ſubtilitate captus/vel qua ipſę eſt cupiditate diſcendi audiendiq; ſtudio/ vigilantius q̃ nunq̃ ſurrexerat Fabius ad me pertexit. qui poſtq̃ conſalutatus/ſequentis a me operis promiſſam contmuationẽ repoſceret:faciam inquã non inuitus.quippe cum nec michi ſit in vita quicq̃ melius agere: et tu hanc michi iucunditatem ſtudio tuo augeas qđ michi perq̃ gratiſſimum eſt. Placuit igitur vt quoniam heſterna diſſertio ſpeciem explicuerat: alterius expoſitionis principium de ſequenti differentia ſumeretur. Hic Fabius.vberrime(inquit)a te heſternis vigilijs de generibus/& ſpeciebus expoſitum eſt: ſed(vt dici audio)ſubtilior differentijs/tenuiorq; tractatus eſt.Nõ(inquã)immerito. Nã varie acceptæ differentię:varias habebunt etiam poteſtates. Erunt nãq; alias genera/alias ſpecies/ alias vero differentię:ſed hoc poſtea demonſtrabitur. Nunc vero ita(vt arbitror)textus eſt.

¶DE DIFFERENTIA. Cap.III.

OMnis differẽtia & cõmuniter/ & proprie/& magis proprie dicitur.¶Differẽtia quoq; multis appellari modis deſignat.Dicit aũt trib⁹ his modis fieri differẽtiã:cũ aut cões ſũt aut proprię/aut magis ꝓpriæ.Cõmunes ſunt:qbus oẽs aut ab aliꝭ differim⁹/aut a nobiſipſis.Nã ſedere vel ãbulare vel ſtare differẽtia eſt.nã ſi tu ãbules/ego vero ſe deam:in ſitu ipſo atq; ambulatione differimus.Et item ego cũ nũc ſedeo/poſtea vero ſi ambulem:cõmuni a meipſo differentia diſcrepabo.Proprię vero ſunt:quę vniuſcuiuſq; indiuidui formam aliqua naturali proprietate depingunt.vt ſi quis ſit ceſijs oculis/vel criſpo capillo . Etenĩ propria vniuſcuiuſq; ſinguli hominis ſunt quoquo modo iſta naſcuntur. Magis proprię ſunt:q̃ in ſubſtantia ipſa permanẽt/& totam ſpeciem differentiæ deſcriptione permutant.vt eſt rationalis vel mortalis/hominis differentia.Harum autẽ cõmunes & proprię differentię/ſub eadem ſpecie ſingulos a ſe faciunt diſcrepare:hęc propriꝭ differentijs/illa cõmunibus. magis proprię vero totam naturã cuiuſlibet ſpeciei/ſubſtantiamq; permutãt:& ab aliꝭ ſpeciebus ſegregant/ atq; diſpergunt.¶Harum ergo cõmunes & proprię differentiæ quoniã ſpeciem nõ permutãt/ ſed formã quodam modo/& habitudinem ſolã faciunt diſcrepare: alteratum facere dicuntur. ideſt non integrum alterum facere/ideſt non integre permutare: ſed quodam modo diſcrepantiam/diſtantiãq;.ideo non vocantur alterum facientes/ideſt permutantes:ſed magis alteratũ/ ideſt non integrũ alterum/facientes.Illa vero tertia/ideſt magis propria quoniam ſubſtantialis eſt/et ipſius ſpeciei inſerta naturæ:alterum facit. Nam quoniam homo atq; equus/quantũ ad id q animalia erant vna illis erat ſubſtantia/ veniens rationale diſgregauit omnino ſpeciẽ et funditus alteram fecit.Ergo cõmunes & proprię differentiæ/ alteratum facientes vocantur: magis proprię autem/alterũ facientes.¶Cõſtat igitur differẽtiarum alias facere alterum/alias alteratum.illę quę faciunt alterum:ſubſtantiales ſunt/& omnes naturam ſpeciemq; permutãt et ſpecificales prędicantur.valent enim quãlibet ſpeciẽ conſtituere:& ab aliꝭ omnibus ſegregare/& eius formam naturãq; componere. Nam ſi dicas mortale & rationale differentias/et eas animali ſupponas:non eſt dubium quin cũ hominis ſpeciem facias/ſpeciei huius ſint perfectrices, atq; ideo ſpecificæ nominantur: q & permutant naturam/ et ipſam ſubſtantiam cu-

iuſlibet illius ſpeciei conſtituunt. Illę vero alię nichil aliud efficiunt niſi alteratum, quippe cum aut proprietate quadam formę alius diſtet ab alio: aut aliqua habitudine/ & diſpoſitione aliqd faciendi. Illa igitur magis propria differentia/ quā ſpecificam nominamus: ſola poterit in generis diuiſione congruere. Etenim cęteræ nichil ad ſubſtantiam: ſed ad quandam quodā modo eiuſdem ſimilitudinis diſcrepantiā diſtantiamq; ponuntur. Nichil enim in illis pręter alteritatem ſolam reperire queas, quippe quę non cōſtituunt ſpecies: ſed conſtitutas etiam & effectas magis proprijs ſuis qualitatibus ipſę diſcriminant. Qđ autem dicit, ¶Repetenti nunc a ſuperioribus dicendū eſt/ differentiarum alias eſſe ſeparabiles: alias eſſe inſeparabiles. ¶Hoc eſt q; hic nunc diuiſio alia/ rurſus aſſumitur. Nam cum prius differentiam in tribus partibus ſepararet/ & poſtea tres illas in duarum tantū numerum qualitatemq; colligeret/ vt alias alterum facientes eſſe diceret/ alias alterantes: ipſarum rurſus trium tertia ſumitur facienda diuiſio. Dicit enim alias eſſe ſeparabiles: alias inſeparabiles. & ſicut in priore diuiſione alteratum facientes duę fuerūt cōmunes & proprię/ ſola vero magis ꝓpria remāſerat quę alterū faciebat: eodē nūc etiā modo i ſeparabilib⁹ et i inſeparabilib⁹ cōis tātū ſeparabilis/ aliæ vero differentię vtręq; vt ceſitas oculorum/ vel flaua ceſaries/ vel corporis proceritas quę ſunt proprię differentię/ vel certe rationabilitas vel mortalitas quę ſunt magis proprię differentiæ/ poſſunt nunq̄ ab hominis ſpecie ſegregari. ſedere vero vel currere/ quę cōmunes ſunt: ſeparantur a ſingulis/ et item rurſus adduntur. ¶Earū vero quę ſunt inſeparabiles: alię per ſe veniunt/ aliæ vero per accidens. Et illę vero quę per ſe veniunt: a magis proprijs manant. ille quę per accidens: a ſolis proprijs effunduntur. Et inſeparabile accidens eſt: quicquid per inſeparabilem propriam differentiam vnicuiq; ſpeciei cōtigerit. Sed quāq̄ propria & magis propria inſeparabiles differētiæ ſint: nūq̄ tamen illam ſuperiorem formā naturamq; cōmutāt. Nam magis propria ſemper alterum: propria vero ſolum ſemper efficit alteratum. Huc accedit q; inſeparabiles proprię poſſunt alicui plus minuſue cōtingere: inſeparabiles magis proprię nec cumulis intenſionis augētur/ nec imminutione decreſcunt. Poteſt enim alius procerior/ alius fuſcior/ deductioribus alius capillis/ alius flauioribus naſci: quę ſunt inſeparabiles proprię differentiæ. At vero magis propria/ ideſt rationale: neq; plus neq; minus admittit. omnes enim homines in eo qđ homines ſunt: ęqualiter ſunt rationales atq; mortales. Nam ſi genus plus minuſue eſſe poſſit genus: poſſunt etiam differentiæ vel intenſione creſcere/ vel remiſſione decreſcere. Nam quoniā animal nō eſt plus hominī q̄ equo neq; equo pluſq̄ cęteris: ęqualiter ſubiectis omnibus genus eſt. Sic ſpecierum differentię quas ſpecificas appellamus: magis minuſue non capiunt. Nam ſi animal rationale mortale huius hominis diffinitio eſt/ & hominū nichilominus ſingulorum: nō eſt dubiū quin hęc diffinitio ad omnes homines ſingulos ęqualiter ſemper aptetur/ & nulli neq; plus neq; minus conueniat. Q; ſi ita eſt: partes quoq; totius diffinitionis quę ſunt differentiæ tales erunt/ vt nulli neq; plus neq; minus/ ſed ęqualiter ſemper et cōueniēter aptētur. partes autem huius definitionis ſunt rationale et mortale. rationale igitur & mortale/ quę ſunt magis proprię differentię: plus minuſue non capiūt. ¶Ab hac igitur/ ideſt ſeparabiliū inſeparabiliumq; differentiarū diuiſione/ tribus modis differentias ſpeculamur. nam aut ſeparabiles ſunt: aut inſeparabiles. Inſeparabilium vero aut per ſe veniunt aut per accidens. Quę per ſe veniunt alię ſunt quę genus diuidunt: alię quę ſpeciem informant/ atq; conſtituunt. Sed de ſuperioribus prius dictū eſt: nunc autem de ijs quę genus diuidunt/ & ſpeciem cōſtituunt diſſeramus. Omnis quęcunq; fit generum diuiſio in ſpecies/ ſi earum ſpecierū alia ſubdiuiſio fiat/ et a magis generibus per ſubalterna genera vſq; ad magis ſpecies decurratur: gemina in his erit duplexq; diuiſio. Namq; ſi contrarias ſpecierum differentias reſpicias: generum eſt diuiſio. ſi ſubalternorum generū: fit ſpecierum conſtitutio. Si enim genus diuidamus/ ideſt ſubſtantiam/ vt in ſpeciei diſputatione diuiſa eſt/ & fit ſubſtantia: poſt ſubſtantiam animatū corpus & inanimatum. ſub animato corpore ſenſibile et inſenſibile. ſub ſēſibili/ ideſt animali: rationale & irrationale. ſub rationali mortale & immortale. Hę igitur differentię eędem ſpecies ſunt: ſi contra ſeipſas in diuiſione reſpiciantur/ diuidunt genus hoc modo. Nam quoniam ſub ſubſtantia animatū corpus & inanimatū poſuimus: ſi animatū corpus contra inanimatū reſpicias/ ſubſtantiā diuiſiſti. ſi vero ſubalterna genera in ipſis differētijs aſpicias: ſpeciem cōſtituiſti. Nam ſi animatū corpus et qđ ſub ipſo eſt ſenſibile corpus aſpexeris: animal reſpexiſti. Item ſi rationalē differentiā contra irrationalē differentiam acceperis: genus qđ eſt vtrorumq; ideſt animal diuiſiſti. ſi vero ſub eodem ordine rationalem differentiam & mortalē accipias: hominis ſine dubio ſpeciem demonſtraſti. Item hę differentię alio modo acceptę/ fiunt generis diuiſibiles/ ideſt genera diuidētes: alio vero modo fiunt conſtitutiuę ſpecierum/ ideſt quę ſpecies declarent/ atq; conſtituant. Nam ſi contrarias

differentias reſpexeris: diuides genus. ſi vero ſubalternas: ſpeciem conſtitues. Differentiarum igitur vis et ſeparabilium & inſeparabilium/ cæteras tres res/ ideſt genus/ ſpeciem/ accidẽſq; ſic retinet: vt permutata comparatione per hęc eadem/ ipſa etiam permutentur. Nam rationale & mortale differentias ſi contra irrationale & imortale reſpexeris: diuiſibiles ſunt generis differẽtiæ. Si vero idem ipſum rationale & mortale ad ſuperiora cõparaueris: ſpecies erũt eius qđ eas continet animalis. ſi vero rationale atq; mortale ad ſubiectũ hominem cõſideres: genera eius conſtitutiuaſq; differentias cõtemplabere. At vero de illis alijs inſeparabilibus/ ideſt proprijs: cadunt differentiæ inſeparabilis accidentis. Inſeparabile nãq; eſt accidens: ceſitas oculorũ/ & naſi curuitas/ et alia huiuſmodi. et idem ſit de ſeparabilibus accidentibus/ ideſt de cõmunibus. Separabile nãq; eſt accidens: vigilare/ dormire/ et currere/ vel ſedere. Qđ autem dicit ſic igitur compoſita ſit ſuper omnia ſubſtantia/ & ſint eius differentię diuiſibiles animatũ et inanimatũ: contrarias differentias in ſpecies monſtrat. qđ autem dicit hęc differentia animata atq; ſenſibilis ſociata ſubſtantię/ perficiet animal: conſtitutiuas ſpecierum differẽtias monſtrat. Sic igitur variſ modis acceptę/ varias varietates formaſq; ſortitę ſunt. Sed et diuiſibiles et conſtitutiuæ vtręq; ſpecificę nominantur/ & in diuiſionibus generum diffinitionibuſq; ſolę ſunt vtiles: cæterę vero inſeparabiles per accidens inutiles. et multo magis illę ſunt inutiles: quę ſeparabili differentia diſcretioneq; formatę ſunt. Has autẽ ſpecificas differentias: qui de differentiarũ diffinitione tractauerunt/ tales eſſe declarant quibus ſpecies a genere abuiidãt. quid autem ſit breuiter explanandũ eſt. ¶ Controuerſia eſt vtrum genus differentias ſpecierum ſuarum inſe habeat: an minime. vt puta/ animal ſub ſe habet ſpecies rationale & irrationale/ ideſt hominẽ verbi gratia & equum. rationabilitatem igitur et irrationabilitatem/ ideſt hominis vel equi differẽtias quibus a ſe ſpecies ſub animali poſitę differunt: vtrum habeat vtraſq; animal/ an nõ. Nam ſi animal qđ genus eſt/ neq; rationale eſt neq; irrationale: ſpecies quę ſub ipſo ſunt poſitę iſtas differentias non habebunt. Nam ſi genus iſtas differentias non habebit: vnde erunt ſpeciebus differentię quibus a ſeipſis differunt? Sed ſi quis dicat eſſe in genere iſtas differentias (non tamen haberẽt differentias ſpecies/ niſi prius genus habuiſſet) aliud maius continet incõmodũ. Nam quoniã ęquę ſũt ſpecies quę ſub aliquo genere ſupponũtur/ & ęqualiter homo atq; equus ſub animali genere ponũtur: neq; homo prius eſt neq; equus/ ſed vterq; æqualiter animalis ſpecies nominatur. Igitur ſi rationale atq; irrationale ęqualiter ſub eodem genere ſunt: erunt etiã vno tempore. q; ſi vno tempore et genus iſtas differẽtias habet/ vt genus ſuapte natura/ ideſt animal rationale ſit et irrationale: non eſt dubiũ q; eadem res vno tempore duas contrarietates in ſeſe ſubſtãtialiter retineat/ qđ fieri nequit. quid igitur? Dicendũ eſt quoniam genus actu quidem ipſo qđ greci energian vocant/ iſtas differentias nõ habet: at vero poteſtate ab his ipſis differentijs quas in ſuas ſpecies fundit/ non vacat. quid autem ſit actus et poteſtas: caſtigatius explicandum eſt. Tantum intereſt actus a poteſtate: quantũ homo ridens ab eo qui ridere poſſit/ non tamen rideat. ille enim agit ipſam rem: iſte tantũ poteſt/ nõ etiam agit. Sic igitur & animal. Namq; homo actu ipſo rationalis eſt. ſemper enim homo rationalis & nichil aliud eſt: et equus ſemper irrationalis/ & eius irrationabilitas in actu poſita eſt. at vero ipſum animal rationale vel irrationale nõ ipſum agit neq; eſt in eorum actu poſitum: ſed ĩ poteſtate. poteſt enĩ ex ſe rationale atq; irrationale profundere. Quare/ quoniam ſpecies actu differentias continẽt/ genus vero poteſtate: ſpecies a genere merito differentijs abundare dicuntur. quoniam qđ genus poteſt/ ideſt differentias facere: ſpecies non ſolũ poſſunt/ ſed etiam agunt. In ipſis enim ſpeciebus/ poſitę informatęq; ſũt. ¶ Eſt aũt alia differẽtię diffinitio talis q̃ dicat differentiã eſſe quæ ad plurimas ſpecies in eo qđ quale ſit prędicatur. Differentia ad res plurimas dici poteſt: vt rationale dicitur ad hominẽ. homo enim eſt rationalis. dicitur ad deum. deus enim rationalis dicitur/ ſed non in eo qđ quid ſit/ ſed in eo qđ quale ſit. Nã ſi qualis homo ſit interrogetur: rationalis continuo reſpondetur. qualis deus ſit ſi interroges: rationale non abſurde dixeris. Eodẽ modo etiam irrationabilitas. dicitur enim et ad equum/ & ad bouem/ & ad piſcem/ & ad auem/ quę omnium ſi qualia ſint interrogaueris: irrationabilia prędicantur. Bona igitur et recta hęc diffinitio/ ideſt differentia eſt qđ ad plurimas res ſpecie diſtantes/ in eo qđ quale prędicatur. Et de mortali vero & de alijs differentijs: eadem eſt ratio. Sequitur locus perdifficilis/ ſed trafferẽtis obſcuritate Victorini magis/ q̃ Porphyrij proponentis: qui huiuſmodi eſt. dicit enim omnẽ rem quęcunq; eſt corporea: ex materia et forma conſtare. Nãq; ſi ſtatuam dicas: conſtat ſtatua ex ære verbi gratia/ & figura illa quã ei ſuus fictor impoſuit. & eſt materia ex quo facta eſt ęris: figura vero ideſt forma qua ęs ipſum formatum eſt. Nam ſi hominem formabis ex ære erit hominis forma: ęs vero materia. eodem modo etiam genus. Namq; genus in modo materię acci-

pitur: differentia vero in modo formę. Etenim quemadmodum quęcunq; illa res ex materia & forma consistit: sic etiam omnis species ex genere et differentia. Namq; genus ita est hominis: vt est statuę æs. differentia vero sic est hominis: vt est forma illa ex qua æs effictum est. Namq; sicut ex aliqua figura/ quę ex æris materia efficta est/ cuiuscūq; illius species statuę fit: sic etiam cum in genus/ ideſt in animal venerit differentia/ ideſt rationale/ hominis species fingitur. Ista igitur sibi proportionaliter sunt. Proportio autem est cuiuscunq; illius rei similis ad aliquā rem cognatam comparatio. vtputa si duo compares ad quattuor/ dupla proportio est: si vero 20 ad 40 eadem dupla. sub eadem ergo proportione sunt 4 ad 2 sub quali 40 ad 20. ℔ vtraq; duplex est numerorum comparatio. Sic igitur qualis proportio est/ ideſt comparatio materię & figuræ: talis est proportio generis et differentię. & ista quattuor sibi proportionaliter sunt. Eodē enim modo ex materia et figura species vniuscuiusq; illius animātis inanimantisue formatur: qđ Victorinus scilicet itellexisse minus videtur. Nam qđ Porphyrius analogon dixit/ ideſt proportionaliter: ille sic accepit quasi alogon diceret/ ideſt irrationale. atq; ideo i loco vbi habetur scriptum hoc modo/ omnes nāq; res ex forma & materia consistunt/ ipsa autem forma irrationabilis est: tollēdū est irrationabilis. Et subterius paululū vbi habetur/ iā omne genꝰ simile materię est & consistit irrationabile: tollendum est irrationabile & ponendū est proportionabile/ vt sit/ & consistit proportionabile. Nam quę proportio est figurę ad materiam: ea est differentię ad genꝰ in efficienda cuiuslibet corporis aiati atq; inanimati specie. ¶ Sequitur itē alia diffinitio: quę est huiusmodi. Dicunt enim esse differētiam qđ possit seperare quicquid sub eodem genere est: & recte dicunt. Nam dum sub eodē genere sit homo atq; equus/ quia vtrumq; est animal: cum venerit rationale vel irrationale/ equum atq; hominem quę sub eodem genere sunt/ diuidunt atq; discernunt. Sunt igitur illę differētię quę possunt res sub eodem genere seperare. ¶ Est autem alia diffinitio. Differentię sunt quibus quidq; ab alio distat. Nā homo atq; equus rationali atq; irrationali differentia discrepant: cum vnū sint quantum ad genus/ & hoc est qđ dicit. ¶ Differentia est qua differunt singula: quia per seipsum genus est & illa quę rationabilia sunt nos scilicet/ & illa quę irrationabilia sunt. Namq; et homo/ & equus/ & auis: hęc omnia genus vnum sunt/ ideſt animal. nāq; animal horum omniū genus est. ¶ Sed si de hoc loco i quo positum est/ quia per seipsū genus est: mutes & facias quia per seipsa animalia sunt/ planior sensus erit. Generis enim hic nomine pro animalis abusus est: et erit huiusmodi ordo. Differentia est qua differūt singula: quia per seipsa animalia sunt & illa quę rationabilia sunt animalia nos scilicet/ & illa quę irrationabilia sunt. Qđ si sic esset: nullus esset error omnino. nunc vero genus qđ ait/ pro animalis nomine intelligendum est. Item dij atq; homines cū vtriq; rationales sint: mortalis tamen nomine adiecto differunt discrepantq;. Sic igitur differentia est qua singula differunt. sed non simpliciter/ sed illas tantū differentias huiusmodi esse putādum est: quę ad substantiam prosint/ & quę ad id qđ est quęcunq; species/ possit esse aliqua pars/ qđ huiusmodi est. Si equus atq; homo quorum vtrorumq; vnū genus est animal. a se differunt rationali atq; irrationali qualitate: attamen ista rationabilitas et irrationabilitas est in substātia ipsarum specierum hoc modo. Nam neq; equus potest esse sine irrationabilitate: neq; homo sine rationabilitate. atq; ideo istę differentię prosunt ad aliquid esse speciei accōmodatę: & substantię ipsius partes sunt. Nam cū homo ex his differentijs cōstet/ ideſt rationali & mortali: rationale et mortale solum positū/ pars est substantię hominis. Nam si vtraq; simul vnū hominem faciūt: non est dubium quin ad substantiam hominis efficiendam vnaquęq; earū res/ pars esse videatur. Quare illę differētiæ quęcūq; non prosunt ad esse/ neq; partes substantię cuiuslibet speciei sunt: specificę dici nō habent/ quāuis sola hoc vna species habeat. Nam si homo nauigat potest dici animal nauigabile: sed nauigare in substātia hominis nō vertitur. Neq; enim homo inde subsistit/ quia nauigat: quāuis hoc nullum aliud animal habere possit/ ideſt nullū possit animal nauigare. eodem modo et esse rhetorem vel grāmaticū. Has igitur differentias quę ad esse nō prosunt/ sed tantū artem aliquā scientiamq; commemorant: nō ponimus specificas esse/ quāuis vnaq; libet animalis id species habeat. Ergo considerandū est/ vt quoties dicimus diffinitionē differentię illam differentiā esse qua differant singula: illam significari differētiā intelligamus/ quæ ad aliquid esse prodest/ & quę est alicuius pars substantię speciei. illa vero quę ad esse nō prosūt in hoc genere differentiarum/ quāuis singulę cuiusq; sint/ non ponamus. Sed quoniam de differentia dictum est: de proprio explicemus. Tunc Fabius (vt arbitror) cōsequens est.

FRANCISCVS.

Ad id quod est q̄cunq; species.

Ad qđ quid est/ ad diffinitionem speciei.

¶DE PROPRIO. Cap.IIII.

»» PRoprium quattuor dicitur modis. Dicitur namq; proprium qđ vni ſpeciei accidit/ etiam ſi non omnibus. ¶Et ego. Quattuor ergo modis propria diuidũtur. Eſt enim proprium qđ vni accidit: etſi non omnibus vt eſt rhetor/ vel geometer/ vel grãmaticus. hęc vero omnia vni ſoli ſpeciei/ ideſt homini accidunt: non tamen omnibus. Neq; enim omnes homines grãmatici/ vel rhetores/ vel geometrę ſunt: atq; ideo vocabitur hoc propriũ qđ vni ſit/ etſi non omnibus. ¶Eſt item alia proprietas: quę eſt omnibus etiã ſi non ſoli. Nam bipes omni homini accidit(omnis enim homo bipes eſt) non ſoli hominũ ſpeciei accidit/ ſed etiam auibus. ¶Eſt item tertiũ propriũ qđ omni & ſoli & aliquo tempore accidit: ideſt i pubertate pubeſcere/ & in ſenectute caneſcere. Namq; & omnibus hominibus euenit: et nulli alij ſpeciei niſi ſoli hominum/ & aliquo tempore. conſtitutum enim tẽpus eſt: vel adoleſcẽtibus pubeſcendi/ vel ſeneſcentibus caneſcendi. Neq; enim a ſexto anno vel ſeptimo aliquis pubeſcit/ aut a viceſimo caneſcit: niſi forte aliquid accidit noui. ¶Quartũ propriũ eſt: qđ vni ſpeciei accidit/ et omnibus ſub eadem ſpecie indiuiduis/ & omni tempore. Nam riſibilẽ eſſe hominem: & vni ſpeciei ſolũ/ ideſt homini contingit/ & omnibus ſub eadem ſpecie indiuiduis. omnes enim ſinguli homines rident: & omni tempore. nunq; enim tẽpus fuit: vt quicunq; ridere nõ poſſit. Sed riſibile dico poteſtate/ non actu. Namq; etſi non rideat homo: tamen quia ridere poteſt/ riſibilis appellatur. Et ſunt integre & vere propria iſta: quę & vni/ et omnibus/ et omni tẽpore inſũt. Namq; hęc ſpeciebus ſuis cõuerti poſſunt. Si enim dicas quid eſt homo: riſibile. ſi quid eſt riſibile interroges: homo prędicabis. Illa vero alia bipes/ vel grãmaticus propria quidẽ ſunt: ſed cõuerti nõ poſſunt. Nam grammaticus ſemper homo: homo vero nõ ſemper grãmaticus. et ecõtrario homo ſemper bipes eſt: nõ econtra bipes ſemper homo eſt. Et hinnibile ſimiliter magis proprium equi eſt. nam eodẽ modo hęc proprietas ad ſuam ſpeciẽ cõuerti poteſt. Nam ſi dicas quid eſt equus/ hinnibilem reſpõdebis: ſi quid eſt hinnibile/ equus prædicabitur. Sed quoniam de propriſs dictum eſt: de accidentibus ſequens tractatus habeatur. Definit Porphyrius accidens ſic.

¶DE ACCIDENTE. Cap.V.

»» ACcidens: eſt qđ infertur & aufertur ſine eius in quo eſt interitu. ¶Hoc autem dicere videtur: illud eſſe accidẽs ſine quo poteſt conſtare illud cui accidit, vt puta ſi forte caſu aliquo cuiq; facies irrubuerit/ abſcedente rubore illeſa facies permanebit: ſicut eueniente non leſa eſt. Diuidit ergo accidens in ſeparabile/ & in inſeparabile. Namq; ſeparabile accidens eſt: vt puta ſi quis ſedeat/ vel ambulet. inſeparabile eſt: vt ſi dicas coruum nigrum/ cignũ album a quibus hęc accidentia ſeparari nõ poſſunt. ¶Naſcitur aũt huiuſmodi dubietas: vtrum ſuperior diffinitio vera ſit/ & omniũ accidentium nomen includat. Nã quoniam ſunt quædam (vt ipſe ait) accidentia inſeparabilia: in his talis definitio videtur cõuenire non poſſe. Nam ſi ſeparari non poſſunt: nõ in illis eſt vera diffinitio/ quę dicit accidens eſſe qđ inferri & auferri poteſt ſine eius in quo eſt interitu. Nam ſi inſeparabilia ſunt: auferri nõ poſſunt. Sed hęc vehemens quęſtio ſoluitur ſic: q; hęc ipſa diffinitio de accidentibus facta eſt poteſtate non actu/ & intelligentia non veritate. nõ quia ęthiops & coruus colorem amittunt: ſed ſine iſto colore ad intelligentiam noſtrã poſſunt ſubſiſtere. Nam verum eſt: quoniam æthiopẽ/ aut coruum color niger nunq; deſerit. Sed ſi quis intelligat colorẽ iſtũ/ æthiopẽ vel coruũ poſſe amittere: plumarum tantũ color in coruo mutabitur et erit auis alba/ ſpecie & forma coru/ ſi quis hoc intelligat. At vero hominis/ ideſt ęthiopis amiſſo nigro colore erit eius ſpecies candida: ſicut etiam aliorum hominum. Ergo hoc nõ ideo quia fiat dicitur: ſed ideo quia ſi poſſet fieri/ huius accidentis ſuſceptrix ſubſtantia nõ periret. qđ ipſe hoc modo demonſtrat. Poteſt autẽ ſubintelligi & coruus albus: et ęthiops colorem ſuũ perditurus ſine interitu ſuo. quo colore fuerit/ nichil ad ſpeciem impedit ſi æthiops vel coruus amiſſo colore in proprię ſubſtantiæ natura permaneat. ¶Eſt autẽ alia diffinitio quę eſt huiuſmodi. Accidens: ẽ qđ cõtingit alicui & ineſſe/ et non ineſſe. Nam qđ in ſubſtantiam nõ vertitur: id accidens eſſe dicimus/ ideſt non in ſubſtãtiam inſitum ſed extrinſecus veniens. Ergo ea quę contingunt eſſe & non eſſe/ accidentia vocata ſunt: quoniam in ſubſtantiæ ratione non accipiuntur. Si enim in ſubſtantię ratione ponerẽtur: nunq; non eſſent/ nunq; nõ eſſe poſſent. Nam quoniã verbi gratia ratio in ſubſtantia hominis eſt: nunq; homo eſſe poterit irrationabilis/ quoniam irrationabilitas in ſubſtantia hominis non eſt. ¶Ex hoc ergo venit etiam alia diffinitio: accidens eſſe illud qđ neq; genus ſit/ neq; ſpe

cies/ neq; differentia/ neq; proprium. Nam quoniam genus/ ſpecies/ differentia/ & proprium in ſubſtantia ſunt & cuiuſcunq; illius rei ſubſtantiam monſtrant: iccirco quicquid horum aliquid non fuerit/ id accidens merito prędicabitur. Explicitis igitur atq; expeditis iſs quę propoſuit/ ideſt genere/ ſpecie/ proprijs/ differentijs accidentibuſq; tractare: nunc exequitur illa quę inter hęc communia omnia/ vel quę differentiæ ſunt. FRANCISCVS.

¶DE COMMVNIBVS GENERIS/ DIFFERENTIAE/ SPECIEI/ PROPRII/ ACCIDENTISQVE.

Caput 6 Por. cõmẽtarium hoc explicat.

1 ET primo omnium ſimul inter ſe communiones explicat: poſt etiam ſingulorum proprietates. et dicit omniũ eſſe cõmune de pluribus prędicari. Namq; genus p̃dicatur de ſpeciebus et de indiuiduis, eodem modo prædicatur et differentia/ de ſpeciebus/ & de indiuiduis. etiam propriũ et de ſpecie et de indiuiduis prędicatur. at vero ſpecies de ſolis tantũ indiuiduis appellatur. Genus enim animal/ prędicatur de equis/ hominibus/ bobus/ & canibus/ ideſt ſpeciebus prædicatur: item & de iſs quę ſub ipſis ſpeciebus indiuidua continẽtur. Nam ſicut ipſæ ſpecies/ canis/ vel equi/ vel hominis animalia ſunt: ſic & vnuſquiſq; equus/ vel homo animalia prędicantur. Differentiæ vero prędicantur de ſpeciebus & de indiuiduis hoc modo. Namq; homo et equus ſpecies ſunt/ ſed rationalis dicitur ad ſpeciem hominis differentia. prędicatur eodem modo & ad Ciceronem. Nam cũ in hominis ſpecie indiuiduum ſit: & ipſe rationalis appellatur. Proprium autem de ſpecie prędicatur: cũ dicitur ſpecies qđ eſt homo/ riſibilis. & cum dicitur Cicero riſibilis qđ eſt indiuiduum: monſtratur proprium de indiuiduis prędicari. Species vero de ſuis tantũ ſolis indiuiduis prędicatur. Interrogatur quid eſt Cicero: & homo reſpondetur. Accidens vero ante prędicatur de indiuiduis: et poſtea de ſpeciebus. Nam ſi quis dicat homo ſedet qđ eſt accidens ſeparabile/ cũ quicũq; ſingulum hominẽ/ ideſt indiuiduum ſedere viderit: tunc id & de ſpecie prędicatur/ vt dicat quoniam Cicero ſedet/ Cicero autem homo eſt/ homo ſedet. Eodẽ modo inſeparabile de ſpeciebus et de indiuiduis prędicatur. Expeditis ergo omniũ cõmunibus: generis & differentię primũ cõmuniones differẽtiaſq; declarat.

¶DE COMMVNIBVS GENERIS ET DIFFERENTIAE.

1 ET primum dicit generi cum differentia eſſe cõmune: q̃ ab vtriſq; ſpecies continentur. Nam genus qđ eſt animal: continet ſpeciem hominis atq; equi. Porro autem rationale qđ eſt differentia/ continet hominem & deũ: et irrationale qđ eſt differẽtia/ continet equum/ & bouem/ atq; auem. ſed ita continet: vt genus ſemper plures ſpecies contineat q̃ continet differentia. Namq; genus & ipſas differentias continet. genus enim/ ideſt animal/ rationale atq; irrationale continet & illas ſpecies q̃ ſunt ſub rationali: etiam eas quę ſunt ſub irrationali continet genus/ ideſt animal. at vero differentia/ ideſt rationale/ irrationale nõ cõtinet: ſed rationale tantum hominẽ atq; deum. plus igitur genus continet q̃ differentia. ¶Eſt autem alia cõmunio. ſiquidẽ ad quodlibet genus ita prędicatur vt eius genus ſit: & de illis ſpeciebus quę ſunt ſub illo genere ad qđ prędicatur illud genus appellatur/ et de indiuiduis quę ſub illis ſpeciebus ſunt. Nãq; animal genus eſt hominis/ & de animali prędicatur vt genus ſubſtantia. genus enim ſubſtantia/ animalis eſt. Ergo illa ſubſtãtia quę ad hominis genus/ ideſt animal ita prędicatur vt genus: prędicatur etiam & ad ipſum hominem. dicitur enim homo/ ſubſtantia. Prędicatur item illud generis genus/ etiã de iſs quę ſunt ſub ſpecie indiuiduis. dicitur enim Cicero/ quod eſt ſub hominis ſpecie indiuiduum/ ſubſtantia. Differentia eodem modo. Nam ſi qua differentia dicta fuerit de alia differentia/ vt differentia intelligatur: prędicabitur et ad ſpeciem quę ſub illa differentia eſt ad quã prędicatur/ et de illis indiuiduis quę ſub eadem ſpecie ſunt. Nam ratione vti: ad rationalem differentiam veluti cognata differentia prędicatur. rationale autem prędicatur ad hominem. Idem etiam ratione vti prędicatur ad Ciceronem quod eſt indiuiduum ſub illa ſpecie ad quã ſpeciẽ illa differentia/ ideſt rationalis prędicatur: de qua prædicabitur vt cognata illa differentia/ ideſt ratione vti. Igitur eſt iſta generis differẽtięq; cõmunitas: q̃ ea quę de genere ſpeciei prędicantur vt genus/ & de ſub eodem genere ſpecie prędicantur/ & de indiuiduis. et illa quę de differentia prędicatur vt differentia: & de ſub eadem differentia ſpecie/ & de indiuiduis. ¶Eſt autem alia communio: quod quemadmodum interempto genere ſpecies interimuntur/ & ſic interempta differentia ſpecies ſub eadem differentia interimuntur. Nam ſi interierit animal: homo atq; equus continuo periturus eſt. ſin vero differentia/ ideſt rationale: dij atq; homines interibunt/ & nichil eorum erit quod vti ratione poſſit.

2 Siquidẽ ad qđlibet. genus de omnibus ſuis ſpecieribus ad indiuidua vſq; nõ illa qđẽ excludẽdo ſed cõprehendẽdo. p̃dicatur vt genus: ita quoq; differẽtia de ſuis ſpecieribus vſq; ad indiuidua p̃dicatur vt differentia.

3

¶DE PROPRIIS/GENERIS ET DIFFERENTIAE.

FRANCISCVS.

POst demonstrationem igitur communionũ/ proprietates eorum differentiasq; 1
designat.& dicit differentiam primã eam/ qua genus non solũ a differẽtijs: sed
etiam speciebus/ vel proprijs/ vel accidẽtibus differat. Namq; dicit genus mul-
to de pluribus prędicari: q̃ prędicatur differentia/ vel species/ vel accidens/ vel
proprium. Namq; genus dicitur/ ideſt animal: de quadrupede/ de bipede/ repti
li/ ideſt de serpente/ vel natatili/ ideſt de pisce. Quadrupes aũt qđ e a bipede dif
ferentia: de solis illis dicitur quę quattuor pedes habent/ ideſt equus vel bos.
de cæteris autem alijs/ ideſt bipede vel reptili vel natatili: vnde genus ęqualiter
prędicatur/ appellari nõ potest. Plus autẽ genus a speciebus prędicatur/ ꝙ cũ hominis spe-
cies sit et de solis indiuiduis prędicetur: idem tamẽ homo de equo/ vel boue/ vel cane/ nõ prędi
catur. at vero animal qđ est genus: de pluribus speciebus p̃dicatur/ ideſt de homine/ & de equo
et cane/ & boue/ & de omnibus quę sunt sub ipsis posita indiuiduis. Genus autẽ a proprio prę-
dicationibus abundat/ ꝙ proprium vnius speciei semper est & de sub eadem indiuiduis: gen⁹
vero de multis speciebus et proprijs prędicatur/ et de sub eisdem indiuiduis. Ab accidentibus
vero genus magis de plurimis prędicatur: ꝙ cum vnius cigni inseparabile fortasse accidens
sit album/ animal nõ solum de cigno prędicatur/ sed etiam de albis omnibus & non albis ani-
malibus. at vero accidens de solis tantũ illis quibus inseparabiliter continetur/ vel quibus se-
parabiliter. nam principaliter de indiuiduis dicitur. Quare constat multo de pluribus prędica-
ri genus q̃ accidentia prædicantur: ꝙ accidentia principaliter de indiuiduis/ genera vero de
indiuiduis/ & de speciebus/ et de differẽtijs prędicantur. Sed nunc illas differentias accipiamus
quibus genus diuiditur: nõ quibus species informãtur. hoc autem est/ quoniam duas diximus
differentiarum formas: vt alię sint diuisibiles/ aliæ constitutiuę. constitutiuas illas diximus: quę
sub eodem filo posite/ & sub alternis generibus descẽdentes speciẽ quandã reformant atq; effi-
ciunt: vt est rationale vel mortale quę hominis speciem constituunt. alias vero diuisibiles: quę
Nãq; ratio- genus diuidunt non speciẽ informant/ ideſt rationale & irrationale/ mortale et imortale. Nunc
nale morta de illis differentijs iste tractatus habetur: quę genus diuidunt/ non quę speciem cõstituunt. Nã
lis gen⁹ est. ille quę genus diuidunt: in differentiarum integro loco accipiuntur. Namq; rationale mortalis
id non pro- genus est. porro mortale hominis genus est: et istæ constituũt speciẽ. At vero rationale: irratio-
prie secũdũ nalis species nõ est/ neq; genus. nec mortale: imortalis/ neq; genus/ neq; species est. Atq; ideo
veritatẽ di- quoniam propriam vim differentiarũ ista retinẽt/ quę neq; genera neq; species sibiinuicem esse
ctũẽ. nã om posſunt: ipsas nunc differentias accipiamus/ in quibus nulla est quantũ ad genus/ speciẽq; cõ-
ne mortale munitas. ¶Est autẽ generis differentia. Namq; genus a proprijs differentijs prius est. Nam si 2
ratiõale eẽt abstuleris genus: omnes simul differẽtias abstuliſti. Nam si abstuleris animal: rationale atq; ir-
sed id vult rationale non remanent. porro autem si rationale abstuleris: remanet animal. sed si vtrasq; in-
secũdũ Pla terimeris differentias/ ideſt rationale vel irrationale: potest tamen quoddã intelligi/ qđ sit sub-
tonicos ani stantia animata sensibilis/ ideſt animal. Ita genus sublatum omnes secũ auferet differentias:
mal rõnale sublatę vero differentiæ genus secũ nõ interimunt. ꝙ intelligẽtia genus remanet/ ideſt quoniã
circũloq; ge potest animal intelligi prẽter differentias substantiam animatã atq; sensibilem: vt eius tãtum
nus aĩalis diffinitionem animo capias/ & esse dicas. Quę autem talia sunt/ vt ipsa interempta interimant/
rationalis non simul alijs interemptis ipsa interimantur: priora sunt illis quę possũt interimere. ¶Est etiã 3
mortalis. & alia differentia: ꝙ genus semper in eo qđ quid sit prędicatur vt dictum: est differentia vero in
ꝓpter fau- eo quod quale sit. sed hoc frequentius inculcatum est: atq; ideo id a nobis prętermittendũ est.
nos/ panes ¶Est autem alia differentia: ꝙ ad omnem speciẽ vnum semper genus aptatur. homo enĩ vnũ 4
et quos gẽ tãtum genus habet: vt animal appelletur. in vnã autem speciem plurimæ differentię poterunt
tilitiũ error cõmodari. Namq; homo & rationale est/ quę differẽtia est/ et mortale/ quę eadem differẽtia est/
astruxit se et sensibile: quibus scilicet omnibus ab alijs differt. Differt enim his omnibus: ꝙ sensibilis est
midcos ad ab insensibilibus/ ꝙ rationalis ab irrationalibus/ ꝙ mortalis ab imortalibus. ¶Est etiam alia 5
huc aĩal ra differentia quę superius dicta est. Nam genus speciei ita est vt materies: differẽtia vero vt figu-
tiõale mor ra. Nam sicut in æris materiem veniens figura statuam efficit: ita animali/ ideſt generi veniens
tale genus differentia/ ideſt rationale vel irrationale facit hominis vel pecudis speciem. Quę autem com-
faciũt mul munitates vel proprietates generis fuerunt: hactenus dixit & fortasse erunt etiã aliæ/ quę pro-
to homine pter breuitatem supersedendæ atq; omittendę sunt.
latius.

¶DE COMMVNIBVS GENERIS ET SPECIEI.

1 ATque de generis vel ſpeciei cōmunitatib⁹ proprietatibuſq; tractatur: et dicit genus et ſpecies cōmune habere de plurib⁹ prędicari/ ſicut dictū eſt. Nā genus et de ſpecieb⁹ plurib⁹ prędicatur/ et earū indiuiduis: et ītē ſpecies de ſub ſe plurimis indiuiduis appellatur. et hic quoq; illę ſpecies accipiūtur: quæ genera nō ſunt. Nam ſi ſubalternę accipiūtur: nō magis ſpecies q̄ genera videbūtur. Nam quæ ſubalternæ ſpecies ſunt/ etiā genera ſunt: et erit abſurdū & huic propoſitioni incōueniēs de generū inter ſe differētiis/ cōmunibuſq; tractare. Accipiūtur igitur illę tantū ſpecies: q̄ verę ſpecies et magis ſpe-
2 cies appellātur. ¶Eſt etiā alia eorū cōmunio: q⁹ ſicut gen⁹ a ſpecie primū eſt/ ſic ſpecies ab indiuiduis primę ſunt. Nam ſi genus auferas: ſpecies abſtulisti. ſi ſpecies abſtuleris: genera non peribūt. Porro ſi ſpecies abſtuleris: indiuidua moriētur. ſi indiuidua interierint: ſpecies manēt.
3 ¶Eſt etiam his alia cōmunio: q⁹ quēadmodum genus quid ſit tantum declarat/ ſic etiam ſpecies. Nam totū quod eſt rationale atq; irrationale: a genere declaratum eſt. dicitur enim quicquid fuerit rationale vel irrationale: id eſſe animal. ſic igitur totū quid ſit a genere declaratum. Porro autem quid ſit tota hominū diuerſitas ideſt indiuiduorum: a ſola ſpecie declaratur/ cum dicitur homo. Nam et Scytha/ et Indus/ & totum quicquid in indiuiduis eſt: vno ſolo hominis ideſt ſpeciei nomine continetur.

¶DE PROPRIIS GENERIS ET SPECIEI.

1 OFſertis igitur generis ſpecieiq; cōmunionib⁹/ ad proprietates eorū vel differētias trāſitū fecit dicens differre inter ſe genus & ſpecies: q⁹ genera ſpecies cōtinent/ nunq̄ rurſus genera ab ſpeciebus propriis cōtinētur. Oportet autē (vt dictū eſt) in hoc tractatu nō ſubalternas/ ſed magis ſpecies cōſiderari. Genus eni plurimarū ſpecierū eſt continēs: & vnū omniū/ et totū omnib⁹ & ſingulis. Quod ſi ita eſt/ et genus ſuis ſpecieb⁹ ſingulis maius eſt/ atq; ideo eas dicitur cōtinere: non eſt dubiū quin ea ipſa genera q̄ cōtinent ſpecies ab his ipſis cōti-
2 neri nō poſſint. ¶Inſūper omnia genera præiacēt: hoc videtur dicere/ q⁹ omnia genera pri⁹ ſint ab iis ſpeciebus/ quę ſub ipſis poſitę cōtinētur. Nā ſicuti materies prima eſt ab illa re q̄ veniens in materiā formā conſtituerit atq; figurauerit: ſic etiā prius eſt genus ab illa ſpecie/ quā veniens differentia formabit atq; cōſtituet. Niſi enim in generibus differētia venerit: ſpecies nunq̄ conſtituētur. quare pręiacēt id eſt p̄ſunt: & antiquiora ſūt genera ſpeciebus ſuis. Atq; ideo ſi genera interimantur: ſpecies quoq; peribūt. Nam ſi animal ſuſtuleris: hominē/ pecudēq; ſuſtuliſti. ſi vero ſpecies interimātur: nō continuo genus interibit. Nā ſi homo interierit: animal cōtinuo non interēptum eſt. alia enim remanebit ſpecies: de qua ipſum animal id eſt genus prædicetur. atq; ideo genera ab ſpecieb⁹ ſuis priora dicūtur. ¶Et q⁹ omnia genera vniuoce de ſpeciebus prędi-
3 cētur/ ſpecies ipſę de generibus nūq̄: hoc (vt arbitror) in heſterna lucubratione iā dictū eſt. Nam genera ſemper de ſpeciebus vniuoce prædicātur. Homo enim: & homo eſt & animal. porro aūt animal genus eſt hominis: et prædicatur animal de homine. Quoniā ergo animal de homine p̄dicatur/ et dicitur homo animal: & animal & homo vno animalis nomine nūcupātur. ſed his ipſis diffinitio vna cōueniet. Eſt eni animal ſubſtātia animata ſēſibilis: qđ nō abſurdū eſt in homine dici. Nā ſi homo animal dicatur: nō erit abſurdum dici de homine ſubſtātia animata ſenſibilis. Igitur genus de ſpeciebus ſuis vniuoce p̄dicatur q⁹ eodē nomine/ & eadē diffinitione cō
ueniet. at vero ſpecies nō modo vniuoce nō prędicātur de generibus ſuis: ſed nec omnino prædicātur. Nulla enim res minor de maiore poterit p̄dicari. atq; ideo quoniā ſpecies minores ſunt
4 ſuis generib⁹: neq; vniuoce neq; aliquo modo poterūt appellari. ¶Amplius omnia genera abūdant cōplexione ſub ſe poſitarū ſpecierū. ipſę ſpecies abundāt generū ſuorū propriis differētiis.
" ¶Qđ dicit perinde eſt ac ſi diceret. Omne qđ genus eſt/ plures ſub ſe ſpecies cōtinet/ et multas ſub ſe ſpecies habet. omnis quidē ſpecies plures in ſe differentias habet. Genus enim id eſt animal in hoc homine ſpeciē ſuperabundat et ſupereſt: q⁹ homo ſolū homo eſt/ animal vero non ſolum homo/ ſed etiā bos/ vel auis/ vel alia huiuſmodi. Species vero in eo ſuperant genera ſua: q⁹ eas differētias quas ſpecies in actu habēt/ eas genera nō habēt. Nā ſicut ſuperius dictum eſt: genera differētias illas quas habēt ſub ſe ſpecies poſitę/ poteſtate cōtinent/ nō etiā re. Atq; ideo ſpecies q̄ eſt homo/ vel alia ſpecies ſicut eſt equus a genere ſuo animali ī hoc abūdāt & ſupſūt: q⁹ animal ipſum quo ad ſe neq; rationale/ neq; irrationale eſt. At vero homo vel equus: hoc ra-
5 tionale/ illud vero rationis expers. ¶Illud etiam q⁹ ſpecies nūq̄ magis genus fiet: rurſus & genus nūq̄ magis ſpecies fit. Et vt ſciremus hic nō de ſubalternis ſpeciebus: ſed de illis magis ſpeciebus ſpecialiſſimiſq; tractari quid ait/ q⁹ ea quæ ſunt genera/ magis ſpecies fieri nūq̄ poſſunt: neq; magis ſpecies/ aliquādo fieri magis genus. Nā ſpecies nūq̄ genus eſt. quicquid enim fuerit ſpecies/ genus nō erit: neq; qcquid fuerit genus/ ſpecies erit. Quare cōſtat in his eū tractatib⁹ de

ſpeciebus ſolis/ nõ etiã de ſubalternis differere. Subalternæ enim poſſunt eſſe etiã et genera: magis ſpecies vero(vt ipſe ait)nunq̃ genera eſſe poſſunt. Sed poſtq̃ de generũ ſpecierũq; cõmunitatibus differentiiſq; tractatus eſt habitus: ad genera propriaq; tranſgreſſus eſt ſermo.

¶DE COMMVNIBVS GENERIS ET PROPRII.

GEneris et proprij commune hoc eſt adhærere ſpeciebus & amplecti. ¶Dicit genera & propria in hoc ſibi eſſe cõſimilia: q̃ omne genus a ſuis ſpeciebus nũq̃ recedit/ eodem modo & propria. Nã ſi dixeris homo/ cũ ipſo homine cõtinuo animal nominaſti/ qđ ipſius hominis ideſt ſpeciei genus eſt. at vero etiã ſi hominem dixeris: eius etiã propriũ cõtinuo cũ homine nominaſti. omnis enĩ homo/ riſibilis eſt. Ita ſemper genus et propria ſuis ſpeciebus inſerta/ et quodã modo cõglutinata ſunt. ¶Similiter & genus 2
prędicatur de ſpeciebus/ et ꝓpriũ de iis q̃ ſui participantia ſunt: & æqualiter inquit/ oẽs ſpecies eidẽ generi ſupponũtur/ & ad eas genus illud appellat. ſic ꝓpria ad ea p̃dicanť: q̃ ſui participare poſſunt. Nãq; æqualiter animal id eſt genus de homine dicit/ et equo/ & boue/ & cęteris animãtibus: quẽadmodũ & riſibile id eſt propriũ de Hortenſio dicitur/ & Cicerone/ & de ſingulis indiuiduis quæ ſub eadẽ ſpecie cõtinẽtur/ ad quã ſpeciẽ propriũ id eſt riſibile poterit p̃dicari. ¶Nãq; 3
genus de ſuis ſpeciebus(vt dictũ eſt) vniuoce prædicatur: ita et proprium de ea ſpecie cuius eſt propriũ vniuoce p̃dicatur. Nãq; et homo eſt et riſibile. Porro autẽ ſi quis dicat hominẽ eſſe animal rationale & mortale/ & dixerit riſibile eſſe animal rationale & mortale: non errabit. Aequaliter igitur et genus de ſpeciebus ſuis: et propria de ea ſpecie cuius ſunt propria vniuoce prædicantur.

¶DE PROPRIIS GENERIS ET PROPRII.

DIffert autẽ vtrũq; q̃ genus primũ/ et ſecũdũ eſt propriũ. Genus enĩm ſi ab ſpecie primũ eſt/ propriũ autẽ vni tantũ ſpeciei adhęret et eidẽ æquale eſt: non eſt dubiũ quin genus qđ ſpecie maius ſit/ et proprio etiã ſpeciei maius ſit. Nãq; vt ſit riſibile: animal prius eſt. Nãq; vt aliqua ſpecies informetur propriis & differẽtiis: primo erit genus vbi illa cõueniãt/ ſicut frequẽtius inculcatũ eſt. ¶Accedit 2
etiã q̃ genus de pluribus ſpeciebus p̃dicatur. Nãq; genus id eſt animal/ de pluribus: at vero propriũ id eſt riſibile de ſola tantũ hominis ſpecie prædicatur.
¶Vnde fit: vt ſemper propria de ſpeciebus ſuis cõuerſim p̃dicari poſſint: ſpecies autẽ de genere nũq̃, neq; enim qđ animal eſt/ homo eſt: neq; omne qđ animal eſt/ riſibile eſt. poteſt enim eſſe & equus & hinnibile id qđ animal nominatur. porro autẽ omne qđ eſt homo id riſibile eſt: & omne qđ riſibile eſt id homo eſt. Poſſunt autẽ propria & ſpecies ſibiipſa cõuerti: et cõuerſim ad ſe inuicẽ p̃dicari. Præterea omni ſpeciei quicquid fuerit propriũ: & omni et ſoli eſt. Nãq; riſibile et omnib9 hominibus eſt/ & ſolius hominis ſpeciei euenit. at vero animal qđ gen9 eſt: etſi vni ſpeciei ineſt/ nõ tamen ſoli. Nãq; animal omni homini ineſt: nõ ſoli tamen homini quia ineſt etiã pecudi/ et cęteris animãtibus. Oportet autẽ hic illa propria intelligere: quę magis ꝓpria ſũt/ id eſt q̃ integre propria nominãtur quę ſũt huiuſmodi vt et vni ſpeciei et omnibus inſunt. ¶Differunt ergo in hoc quoq; genera & propria/ q̃ propria et vni ſpeciei et omnibus in- 4
diuiduis in eadẽ ſpecie ſunt: genera vero omnibus quidẽ indiuiduis in eadẽ ſpecie ſũt ſub eodẽ genere/ nõ tamẽ vni ſoli ſpeciei/ quoniã genus ſemp de plurib9 p̃dicatur. ¶Vnde fit/ vt ſublata 5
propria nõ auferant genus: ſublatis vero generibus ipſa quoq; propria auferãtur. Nã ſi ſuſtuleris riſibile proprium: remanet hinnibile/ remanet natatile. ſi vero genus ſuſtuleris: ſimul quoq; ſpecies ſuſtuliſti. ſi ſpecies ſuſtuleris: propria etiã q̃ ſunt ſpeciebus ſimul interibũt. itaq; ſi ſublatis generibus propria ſuſtuleris: ſublatis propriis ſimul genera non auferuntur.

¶DE COMMVNIBVS GENERIS ET ACCIDENTIS.

ERactis igitur generũ propriorũq; differẽtiis ad generũ accidẽtiũq; cõmunitates vel proprietates trãſitũ fecit: et vnã eorum prædicat cõmunitatẽ quæ eſt q̃ de pluribus p̃dicantur. Nãq; ſicut genus de pluribus ſpeciebus prædicatur: ita etiã acidẽs ſẽparabile/ vel inſeparabile de plurib9 ſpeciebus prædicatur. dicitur enim & de coruo et de homine æthiope nigrũ/ et de equo et homine moueri: q̃ illud inſeparabile accidens/ iſtud vero ſeparabile. Et quoniã longius a ſe diſtant: iccirco vnam eorũ ſolam cõmunionem dixit/ et alias ſi quæ forte eſſent quærere ſuperſedit. ¶DE PROPRIIS GENERIS ET ACCIDENTIS.

DIffert autẽ genus ab accidente/ q̃ genus ante ſpecies eſt: accidẽtia vero ſpecieb9 inferiora ſunt. ¶Semper genera ſuper ſpecies/ & his p̃iacere et eſſe maiora ſuperius de- 1
monſtratum eſt. Namq; prius eſt animal ab homine/ atq; ideo conſumptum animal ſpecies quoq; cõſumit: conſumptę ſpecies non interimunt genera. At vero accidens poſtea neceſſe eſt vt ſit: q̃ ſunt ipſę ſpecies. erit enim prius aliquid: cui poſſit accidere. omne enim accidẽs præter illud cui accidit/ eſſe nõ poteſt. Ac ideo prius erit aliqua res vbi acci-

dat: q̄ est ipsum accidens. Necesse est igitur vt omne accidēs post species inueniatur et magis
2 post indiuidua quibus principaliter possit accidere. ¶Huc accedit/ q̄ genere participantia æqualiter participant: sicut omne genus speciebus suis æqualiter genus est (vt sepius dictum est) & species omnes æqualiter suo genere participant. Nāq; equus et homo equaliter animalia sunt: neq; equus homine plus/ neq; homo plus equo. at vero accidētia nō æqualiter participāt. Nā cū separabile accidēs sit moueri: possunt alię inter se species eidē accidēti nō se habere eodē modo. Est enim vt aliquis nigrioribus oculis sit: et alius quāuis nigris tamē furfureis. atq; ideo & intensionē & remissionē recipit accidens. Nā et cādidum qđ dicitur: et maius et min⁹ dicitur/ et alia huiusmodi. Quare distāt hęc duo q̄ genere quę participāt æqualiter participāt: accidētia
3 fortasse nō equaliter. ¶Huc accedit q̄ genera nō modo ante indiuidua/ sed ante species sunt: accidentia vero nō modo post species/ sed etiā post indiuidua sunt. Ipsis enim principaliter ac-
4 cidunt: vt dictū est. ¶Est etiā differentia: quæ iam superius dicta est. nā genus in eo qđ quid sit prędicatur: accidēs vero ī eo qđ quale sit/ aut quomodo se habeat. nā si quid sit Socrates interroges: homo atq; animal respōdetur. si vero qualis sit: fortasse caluus/ aut simus/ quæ accidētia sunt inseparabilia. Sin vero quomodo se habeat: aut iacet respōdetur/ aut sedet aut quid aliud faciēs cōtigerit ¶Ergo quoniā ad speciē generis et differētiā/ ad propriū & accidēs diuisa substātia est: nūc vero posteriora persequitur. Sūt autē omnes differētiæ viginti. Nā cū quinq; res sint: & vnaquęq; ipsarū ab aliis quattuor distet/ et itē quattuor differētias habeat: q̄nquies quaterne/ viginti differētię efficiūtur. nam si genus differt ab specie/ proprio/ differētia/ accidenti: quattuor differētię fiunt. sīn vero species differt a genere/ proprio/ differētia/ accidēti: itē alię quattuor. quę iunctæ cū superioribus 8 fiunt. et si differētia distat a specie/ proprio/ genere/ accidēti/ alię quattuor supercrescūt. quæ iunctę cū 8 prioribus/ 12 faciūt. at vero si propriū differt a genere/ specie/ differētia/ & accidēti/ aliis quattuor differentiis sup duodecim positis omnes 16 differentię fiūt. q̄ si accidētis quoq; differētias/ ad quattuor reliqua dixeris: quattuor super 16 crescētib⁹ 20 oēs differētię perficiūtur. quarū ita 20 sunt/ vt ad sufficiētem doctrinæ cumulū 10 tantū differentię numerētur. nā qđ dictū est genus differre a differētia/ specie/ proprio et accidēti quattuor fuere differētię. si autē differētiā dicam⁹ differētię/ a specie/ proprio/ et accidēti: superuacuū est differētię cū genere differentiā cōmemorare/ cū iā prius cōmemorauerimus quādo generis ad differētiā/ differētiā diximus. iisdē enim (vt opinor) differt differentia a genere: quibus differebat gen⁹ a differētia. ita reliquēda est hęc differētia qua distat/ differentia a genere: quoniā superius iam dicta est/ cum diceretur q̄ genus distaret a differētia. Remanēt igitur tres differētiæ quibus ipsa differētia ab specie/ proprio/ accidēti distat. et cū superiores generis ad alia quattuor differentiæ fuerint/ nūc vero differētię ad alia/ tres distātię videātur: septē hę distantię fiunt. At vero species quid a genere distet: iā tunc dictū est/ cū dicebatur q̄ genus distet a specie. Quid autē a differētia discreparet: tunc demōstratū est/ cū dicerem⁹ in quo differētia a specie discerneretur. Remanēt igitur duę differētię speciei id est a proprio & accidēti differentię: quæ iunctę cū superiorib⁹ 7 19 differētias efficiūt. Restat igitur vna proprii & accidētis differētia: quæ dicatur. nā quid a genere distet dictū est: cū quid genus distaret a proprio diceretur. porro quid a specie distaret dudum dicebatur: cū quid species a proprio differret enumerabatur. porro autē quid a differētia/ etiā id dictū est: cū a ꝓprio differētia separaretur. Sed nūc quēadmodū differētia a specie/ ꝓprio/ accidente q̄ discernatur: videamus. ¶DE COMMVNIBVS DIFFERENTIAE ET SPECIEI.

1 Est cōmunio differētię & speciei q̄ æqualiter species sub se indiuidua esse permittit/ & æqualiter indiuidua specie ipsa participāt. nāq; oēs homines equaliter homines sūt/ et hominis participatione eque participāt. eodē modo etiā differētia. nāq; omnes homines equaliter rationales sunt: & rationabilitatē quę est differētia/ omnes q̄ ratione
2 participāt eque participāt. ¶Est etiā alia cōmunitas/ q̄ quēadmodum species nunq̄ deserit ea quorū species est/ et quibus superest: sic & differētia nūq̄ ea deserit q̄ distare ab aliis facit. nāq; Socrates quoniā sub specie hominis est: nūq̄ ab hominis specie deserit. semp enī Socrates homo est. At vero differētia Socratē: quoniā Socrates rationalis est nunq̄ deserit. semper enim Socrates/ rationale animal est. ¶DE PROPRIIS DIFFERENTIAE ET SPECIEI.

1 Differūt autē inter se species et differētia: q̄ differētia semper in eo qđ quale sit prędicatur. Nā quale animal homo sit: vt rationale/ respondeatur. si dicitur quid sit Socrates: vt homo/ respōdeatur. Nāq; hominis qualitas rationale est/ sed non simpliciter. Illa enim qualitas pro differentia accipitur/ quæ veniens in genere speciē cōstituit et de qualitate substantiali/ facta est substantialis et specifica differentia. ista igitur
2 talis qualitas differentia nominatur: et ea in eo quod quale sit ad hominem prędicatur. ¶Hoc etiam est in eorum differentiis. Namq; differentia in pluribus speciebus cōsideratur, differētia

FRANCISCVS.

enim quadrupes in bouis/ et in equi/ & in canis ſpecie eſt: et differentia rationalis hominis/ et dei. ſpecies vero nunq̃ aliis niſi ſolis ſub ſe poſitis indiuiduis præeſt. Nunq̃ enim alia res homo eſt/ niſi quod eſt indiuiduum: vt Socrates/ & Plato/ et Cicero. ¶ Vnde fit vt ſublata differentia 3
ſpecies quoq; tollatur. Nã ſi ſuſtuleris rationale: hominẽ ſuſtuleris, ſin vero ſuſtuleris ſpeciem: differẽtia manet. Nã ſi ſuſtuleris hominẽ: rationalis/ dei differẽtia/ remanebit. ¶ Eſt vero etiam 4
hæc differẽtia/ q̃ differẽtia cũ alia differentia iungi poteſt/ vt aliqua ex his ſpecies informetur. Nãq; rationalis differentia & mortalis differẽtia hominis iunctę/ vnius ſpeciẽ reddiderunt: iunctę vero ſpecies/ nũq̃ aliquã ex ſe ſpeciem cõſtituẽt. ſi enim iungas hominem bouí: nulla ex his ſpecies informabitur. Sed fortaſſe dicat aliquis/ aſini atq; equi cõiunctione mulus naſcitur. ſed non ita eſt. Nãq; indiuidui coniũctione natũ eſt aliquod indiuiduũ. ſi autẽ ſic ſimpliciter ſpeciem ipſam aſini atq; equi cõiungas: nulla ex his vnq̃ ſpecies cõſtituitur. Neq; enim ſi ſe poſſunt indiuidua cõmiſcere: iccirco etiã ſpecies indiuiduorũ in alterutrã ſubſtãtiam tranſeũt. atq; ideo conſtat iunctas ſpecies vnã ſpeciẽ non poſſe cõponere/ cũ differentię iunctę vnius ſpeciei conſtitutiuę ſint. hiſq; tranſactis ad differẽtiæ et proprii communia veniamus.

¶ DE COMMVNIBVS DIFFERENTIAE ET PROPRII.



Differẽtia et propriũ cõmune habẽt/ q̃ quibus differentia eſt et a quibus ipſa differẽtia participatur: æqualiter participatur. Nam rationalis differẽtia quoniam ineſt hominibus/ & omnes homines rationabili differẽtia participãt: nõ eſt dubiũ quia omnes homines æqualiter ſint rationales atq; ęqualiẽ rationabilitate participãt. At vero proprium qđ riſibile eſt: æqualiter omnibus hominibus eſt. omnes enim homines ęqualiter riſibiles ſunt. 1
¶ Eſt etiã hęc eorũ cõmunitas/ 2
q̃ ſicut poteſtate riſibile dicitur etiã ſi nõ rideat: ita etiã poteſtate bipes dicitur/ etiã ſi quis vno pede minuatur. nõ enim q̃ eſt dicitur/ ſed q̃ eſſe poſſit. Nã quoniã ille ridere poteſt/ riſibilis nominatur: q̃ ille duos pedes habere poſſit/ bipes. Atq; ideo nũq̃ ab illis in quibus ſederint: propriũ differentiaq; diſcedũt. Semper enim homo riſibilis/ eſt etiã ſi nõ rideat: ſemper bipes/ etiã ſi vno pede minuatur. In his enĩ differẽtiis & propriis (vt dictũ eſt) qđ poteſtate eſſe poſſit: nõ qđ vere ſit/ conſideratur.

¶ DE PROPRIIS EORVNDEM.



Differunt autẽ inter ſe/ q̃ differentia de pluribus ſpeciebus prædicatur: propriũ vero de vna. Namq; differentia quæ eſt mortalis prædicatur de homine/ & de boue/ & equo & cęteris animãtibus: & rationale prędicatur & de deo/ et de homine. at vero riſibile de ſola tantũ ſpecie hominis prędicatur. Vnde euenit vt omnis differentia quoniã plurimarũ cõtinens eſt ſpecierũ/ a ſuis ſpeciebus maior ſit: atq; ideo ipſa de ſpecieb9 prædicari poteſt. 1
¶ Porro autẽ de ipſa/ ſpecies 2
prædicari nõ poſſunt: neq; conuerſim dici poteſt. Nã quoniã homo dicitur rationalis: nõ cõtra dicitur/ qđ rationale eſt/ id homo eſt. poteſt enim eſſe etiã nõ homo: ſed deus. At vero propriũ/ quoniã ęqualiter & ad vnã ſpeciẽ ſemper aptatur: æqua vice atq; appellatione cõuertit. Quibus pertractatis ad differẽtiã et accidẽs trãſgreſſa diſputatio eſt.

Nõ cõtradicit/ qđ rationale eſt/ id homo eſt. id intellige cõuerſim et vt cõuertibile cũ conuertibili. nã id vniuerſaliter verum eſſe oporteret omne rationale ẽ id quod hõ. qđ neq; Porphyri9 neq; Platonici cõcederẽt.

¶ DE COMMVNIBVS DIFFERENTIAE ET ACCIDENTIS.



Differẽtia & accidẽs cõmune habent de pluribus prędicari. Nãq; differentia dicitur & 1
de homine & de deo/ quoniã vtriq; rationales ſunt. Et accidens dicitur de homine/ & de equo. vt homo æthiops/ niger: & equus/ niger. ¶ Eſt etiã alia cõmunio/ q̃ inſe- 2
parabile accidẽs cuicũq; ſpeciei fuerit inſeparabiliter/ et omnibus ineſt vt differẽtia. Nãq; inſeparabile eſt accidẽs qđ eſt nigrũ: coruo inſeparabiliter accidit/ & omnibus coruis. Eodem modo etiã differẽtia. Nã quoniã accidit homini/ vt bipes ſit: ſemper et omnibus hominibus eſt eſſe bipes.

¶ DE PROPRIIS EORVNDEM.



Differũt autẽ inter ſe/ q̃ omnis differẽtia ſpecies cõtinet: non cõtra ipſa a ſpeciebus cõ- 1
tinet. Nã ſi differẽtia plures ſub ſe ſpecies habet (vt dictũ eſt) maior erit ſub ſe poſitis ſpeciebus. ſi maior erit: nũq̃ eã quęlibet ſpecies cõtinet. Maior enim a minori nũq̃ cõtinetur. Nã qđ eſt rationale cõtinet hominẽ/ & deũ: homo vero rationale nõ cõtinet. accidẽtia vero aliquoties cõtinẽt: aliquoties cõtinentur. Nãq; continent quoniã frequẽter vnũ accidẽs duas ſub ſe ſpecies habet: vt nigrũ habet æthiopẽ/ habet coruũ. continẽtur vero quoniã ſpecies vna/ habet duo vel tria vel q̃libet plurima accidẽtia. Si quis enim glaucus vel criſpus vel cãdidus vel procerus: hæc omnia accidẽtia ille vnus cui acceſſerunt/ cõplectitur & continet. atq; ideo ſpecies illa quæ illud indiuiduum cõtinet/ qđ indiuiduum plura in ſe accidentia ſuſcepit: accidẽtis illius complexiuum eſt. ¶ Dehinc differẽtia nunq̃ intenditur: neq; rela- 2
xatur. qđ dicit hoc eſt rationale in vnaquaq; ſpecie: neq; plus neq; minus eſt. Nullus enim homo: alio homine ad ſubſtantiam plus rationalis eſt/ neq; minus. At vero accidens et intenditur

et relaxatur. dicit enim quicūq; procerior/ dicitur quicūq; velocior/ dicitur quicūq; crispior. quæ omnia accidētia esse nō dubiū est. ¶ Pręterea ímixtę semper sunt cōtrarię differentiæ. Immixtæ ait id est immiscibiles/ quę misceri nō possunt. Neq; enim rationale cū irrationali misceri potest: neq; in vna specie cōuenire. at vero contraria accidētia manifestum est in vna specie posse congruere. potest enim quicūq; homo cū ipse sit candidus/ nígros tamē capillos habere. Ergo quēadmodum species differat a genere vel differentia/ dictū est: cū de generis ad speciem/ vel differentiæ ad speciē distantia diceremus. Quicunq; procerior, quicūq; indifferētiā dicit non vniuersalitatē.

¶ DE COMMVNIBVS SPECIEI ET PROPRII.

1 NVnc dicemus id qđ reliquū est de speciei propriiq; cōmunibus. et est vna eorū cōmunio/ q; de seipsa inuicē prædicātur. Nam quoniā equa sibi sunt: neq; species hominis
2 alii proprio cōuenit nisi risibili neq; risibile alii cōuenit speciei nisi homini. atq; ideo dicitur quid est homo/ qđ risibile: quid risibile/ qđ homo. ¶ Cōmune est etiam illud/ q; omne proprium equaliter ad sub se posita prædicatur. Nāq; omnes homines equaliter risibiles sunt: & species equaliter ad sub se posita prædicatur. Nāq; omnes homines indiuidui equaliter vno nomine/ homines nuncupantur.

¶ DE PROPRIIS EORVNDEM.

1 DIfferunt a se/ quoniā species potest etiam genus alteri esse: propriū esse non potest. sed hic illam speciē intelligamus quæ subalterna est: nō illā quę magis species est/ et genus esse nunq̄ potest. atq; ideo nos illā modo solā: quæ subalterna species est intelligamus/ quæ scilicet poterit esse & genus. Nāq; mortale/ rationalis generis species est: hominis genus est. at vero risibile de nulla vnq̄ specie alia poterit prędicari/ neq; alii esse propriū: sicut est hominis. Illa enim semper (vt dictum est) propria sunt quæ nulli alii nisi ad vnā speciem semper aptātur. ¶ Deinde species precedit: et sic proprium sequitur. qđ dicit tale est/ omnis
2 species vt habeat propriū primo eā esse & constare necesse est. Oportet enim prius hominē esse vt sit risibilis: nō prius esse risibile/ vt sit homo. Nā quoniam propriū dicitur: per se propriū non constat/ nisi alicuius speciei sit. atq; ideo prius esse necesse est illud cuius est proprium/ q̄ sit propriū. ¶ Huc accedit/ q; species semper in opere intelligitur cuiuscūq; subiecti. Species enim sēper in actu est/ nō solum propria potestate. Homo enim reuera et opere & actu homo est id est
3 nūq̄ poterit esse nō homo. at vero risibile qđ est propriū potestate tantū: dicitur etiā si actu non sit. Potest enim quilibet ille nō ridere: tamen quia ridere potest/ risibile nominatur. Distāt igitur in hoc q; semper species in actu est et in opere/ proprium vero aliquoties potestate. ¶ Deinde
4 quorū diffinitiones diuerse sunt: necessario etiā ipsa quoq; diuersa sunt. omnis diffinitio substāciam diffinit. ergo si qua eiusdē substātiæ fuerint: eadem etiā diffinitione mōstrātur. si qua eiusdē diffinitionis fuerint: eadem substātia prędicātur. At vero si qua diffinitionibus differāt: differunt etiā substantiis. quæ substātiis differunt: longe a seipsis alia sunt. Nunc igitur quoniā diffinitiones proprii & speciei differunt: species ipsa quoq; et propriū a se differunt. Est autē speciei diffinitio sub genere esse/ & ad plurima numero differentia in eo qđ quid sit prædicari. at vero proprii vni tantum inesse speciei/ et sub ipsa de omnibus indiuiduis prędicari. Sed quoniā & diffinitiones differunt: ipsa quoq; species a proprio distabit.

¶ DE COMMVNIBVS SPECIEI ET ACCIDENTIS.

1 POst hęc ad cōmunitates speciei et accidētis disputationē transtulit/ & dicit eorū raras alias esse cōmunitates: nisi has solas q; de pluribus prædicātur. Longe enim a se distare vidētur in substantia sui et in potestate patiendi atq; faciēdi/ id qđ alicui rei accidit & id cui accidit. Nāq; illud cui accidit/ quasi quoddā accidētis fūdamētū est. illud vero qđ accidit p̄ter id cui accidit: esse i sui substātia nō potest.

¶ DE PROPRIIS EORVM.

1 PRopria vero singulorū sunt hęc/ q; species in eo qđ quid sit p̄dicatur: accidens vero in eo qđ quale sit & quodā modo se habēs. Nā si quis dicat: quid Socrates est/ homo dicit. si quis dicat qualis sit: caluus vel fim⁹ appellat. si quis vero quomodo se habēs: sedēs aut iacens appellabit. ¶ Itē in hoc differūt q; vna
2 quæq; substātia vnam speciē habet. Nāq; hominis substātia vnā solā hominis speciē habet. substantia vero equi vnā solius equi speciem habet. At vero vna substantia plura frequenter accidentia continebit. Nā et in eodē equo quædā pars frequēter nigra/ quędā alba est: et est in eo proceritas/ est altitudo/ est aqlī nū caput/ et alia huiusmodi. Habet etiā nō solum inseparabile accidēs eadē substantia/ sed etiā separabile. Nā fortasse quidā velox est/ & idē etiā corpore valid⁹ est/ idē etiā sagitator/ & cętera.
3 ¶ Huic accedit q; species p̄noscunt id est pręintelligūtur: hoc est ante esse p̄noscūt q̄ accidētia. Et prius erit aliqua res vbi accidat: q̄ illa q̄ accidit. ideoq; ante/ species intelligit esse/ q̄ accidēs: accidētia vero poste a sunt a foris venientia & extranea a qualibet illa substantia etiā si insepa-

rabilia ſunt. ¶Hęc quoq; eſt eorũ ſeparatio: q; ſemp omnia q̃ participant ſpecie/ ęqualiter par- 4
ticipãt. æqualiter enim & Socrates & Cicero et Plato homines ſunt. At vero illa quę participãt
accidenti/ etiã ſi inſeparabile accidens ſit: tamẽ nõ æqualiter participant. Nã quãuis inſepara-
bile ſit accidẽs ęthiopes nigros eſſe: tamẽ eſt aliqs inter ipſos nigrior/ nec omnes illa nigredine
ęqualiter participãt. ¶DE COMMVNIBVS PROPRII ET ACCIDENTIS.



Elinquitur igitur de cõmunibus proprii accidentiſq; tractare. Nam proprium
quid diſtaret vel a ſpecie/ vel a genere/ vel a differẽtia: ſuperius demonſtratum
eſt. ¶Propriũ autem et inſeparabile accidens cõmune habẽt: q; ſine his nũq̃ 1
cõſtituunt ea quę eis participãt/ & in quibus ipſa conſiderantur. Nam neq; ho-
mo amittit riſibile eſſe/ nec ęthiops aut coruus/ nigrum. Atq; ideo ſine his ipſis
id eſt propriis & accidentibus: quę eis participant/ conſtare nõ poſſunt/ ne for-
te contra ſuperiorẽ diffinitionem accidentis venire videatur iſta cõmunio. Eſt
enim ita diffinitum. Accidẽs eſt qđ infertur & aufertur ſine eius in quo eſt in-
teritu. quod nunc dici videtur ſine his cõſtare non poſſe: cũ ſuperius ſine eorũ interitu poſſe di-
ceretur auferri. Sed hoc modo dicitur: nõ q; ſi auferatur hoc accidens inſeparabile/ intereat il-
lud cui accidit/ ſed quoniã ſeparari nõ poteſt/ iccirco ſine his conſtare non poſſit. ¶Eſt etiã inſe- 2
parabilis accidentis & proprii alia cõmunio/ q; ſicut et omni et ſemper ineſt propriũ cui ineſt/
ideſt homini (ſemper enim & omnis homo riſibilis eſt) ſic etiam quodlibet accidẽs inſeparabile
& ſemper & omni eſt accidens inſeparabile. Nãq; et omnis coruus/ et ſemp niger eſt. Sola autẽ
in ſeparabilibus accidẽtibus illa cõmunio eſt/ q; quẽadmodum de multis indiuiduis proprium
prędicatur: ita etiam accidens de multis indiuiduis poteſt prædicari. plures etiã currunt/ plures
etiã ambulant/ quæ ſcilicet accidentia ſeparabilia ſunt: quẽadmodũ plures poſſunt eſſe riſibiles.

¶DE PROPRIIS EORVM.



Iferũt autẽ iſta: q; propriũ ſemper vni ſpeciei ineſt/ accidẽs vero & plurib9. Nã 1
accidẽs plurib9 ſpeciebus et animatis et inanimatis euenit vt eſt ebeno nigrũ/
coruo nigrũ/ homini ęthiopi nigrum: riſibile vero nulli/ niſi ſoli homini. ¶Atq; 2
ideo conuerſim proprium prædicatur quia vnius ſpeciei continẽs eſt/ et illi ſpe-
ciei ſoli ęqualis eſt. at vero accidens conuerſim prædicari non poteſt: quia plu-
res ſub ſe ſpecies habet. Non enim potes dicere id eſſe nigrũ qđ ebenum: cum
dicas hoc eſſe ebenum qđ nigrum. poteſt enim eſſe nigrum et nõ eſſe ebenum.
¶Deinde omne propriũ ęqualiter ſe/ iis rebus quę ſub ſe fuerint dat: & ab his 3
ęqualiter participatur. Socrates enim & Cicero & Virgilius ęqualiter & riſibili participant: &
æqualiter riſibiles ſunt. At vero accidens nõ ſemper ęqualiter eſt accidens. poteſt enim quicũq;
eſſe procerior/ et alius eſſe velocior. q; ſcilicet hoc ſeparabile eſt accidens/ illud inſeparabile.
Et fortaſſe alię eorũ quędam proprietates vel cõmunione eſſe videantur: ſed nunc quantũ in-
troductioni ſatis eſt/ iſta ſufficiãt. ¶Sed iam tibi mi Fabi omnia quęcũq; ad introductionẽ Por- Peroratio
phyrij pertinent: plenius vberiuſq; tractata ſunt. poſt vero ſiquid vnq̃ me egueris/ ſtudiis præ-
ſertim tuis quę nulla vnq̃ honeſtate caruerũt: libens animo hortatorq; ad eaſdẽ cupiditates pa
rebo. Hic Fabius. tu inquit paterno hæc michi animo polliceris: verum ego nunq̃ deficiam ab
his ſtudiis te præſertim docẽte/ a quo totã fortaſſe logicæ Ariſtotelis (ſi vita ſuppetit) capiã diſci
plinam. Et ego faciam inquã libentiſſime. ſed quoniã iam matutin9 (vt ait Petronius) ſol tectis
arriſit/ ſurgamus: & ſi quid eſt/ illud diligentiore poſtea cõſideratione tractabitur.

¶SECVNDI LIBRI .I. EDI. BOETII
IN PREDICABILIA POR-
PHYRII FINIS.

¶ANITII MANLII SEVERINI BOETII VIRI CLARISSIMI TRADVCTIO
ISAGOGARVM PORPHYRII PHOENICIS/ ET INTRADVCTIONEM COM-
MENTARII LIBER PRIMVS.



ECVNDVS hic arreptę expoſitionis labor: noſtrę ſeriẽ trãſlationis expediet
in qua quidẽ vereor ne ſubierim fidi interpręti culpã. cũ verbũ verbo expreſſũ
cõparatũq; reddiderim. Cuius incepti ratio eſt/ q; in his ſcriptis in quibus rerũ
cognitio quæritur: nõ luculente orationis lepos/ ſed incorrupta veritas expri-
menda eſt. Quocirca multũ profeciſſe videor: ſi philoſophiæ libris latina ora-
tione cõpoſitis per integerrime trãſlationis ſinceritatẽ nichil ĩ græcorũ litteris
ampli9 deſideretur. Et quoniã humanis animis excellẽtiſſimũ bonũ philoſo-
phiæ cõparatum eſt/ vt viæ ex filo q̃odã procedat ratio: ex animę ipſius effi-

cientiis ordiendũ est. ¶ Triplex animę omnino vis in vegetãdis corporibus deprẽditur: quarum vna quidẽ vitam corpori solum subministrat/ vt nascendo crescat/ alendoq; subsistat. alia
1 vero sentiendi iudiciũ præbet. tertia vi mentis & ratione subnixa est. ¶ Quarũ quidem primę id officii est/ vt creandis nutriendisq; corporibus prẽsto sit: nullum vero rationis prẽstet/ sensusue iudiciũ. hæc autem est herbarum atq; arborum/ & quicquid terræ radicitus affixum tenetur.

2 ¶ Secũda vero cõposita atq; cõiuncta est: et primã sibi sumens & in parte cõstituens/ varii de quibus capere potest ac multiforme iudiciũ capit. Omne enim animal qđ viget sensu: nutritur idem/ & nascitur/ & alitur. Sensus vero diuersi sunt: et vsq; ad quinarii numerum tendũt. Ita quicquid alitur tantũ/ nõ etiam sentit: qđ vero sentire potest/ ei prima quoq; animę vis nascendi scilicet atq; nutriendi probatur esse subiecta. Quibus vero animalibus sensus adest: non tantum eas rerũ capiũt formas quibus sensibili corpore feriuntur præsentes/ sed absente quoq; sensibilibusq; sensu sepositis ante cognitarũ sensus formarũ imagines tenent/ memoriãq; cõficiũt: & prout quodq; animal valet: longius breuiusq; custodit. Sed has imaginationes cõfusas atq; ineuidentes sumũt: sic vt nichil ex earũ coniũctione ac cõpositione efficere possint. Atq; iccirco meminisse quidẽ possunt nec æque omnia/ amissam vero obliuione memoriã/ recolligere ac reuocare non possunt: futuri vero/ his nulla cognitio est. ¶ Sed animę vis tertia quæ secum vires
3 alendi ac sentiẽdi trahit/ hisq; velut famulis atq; obediẽtibus vtitur: eadẽ tota in ratione est cõstituta/ eaq; vel in rerum prẽsentiũ firmissima contẽplatione/ vel in absentiũ intelligẽtia/ vel in ignotarum inquisitione atq; inuentione versatur. hæc tantum humano generi prẽsto est q̃ non solum sensus/ imagines q; perfectas & non inconditas capit: sed & pleno actu intelligentiæ qđ imaginatio suggessit/ explicat atq; confirmat. Itaq; vt dictum est huic diuinę naturę non ea tantum in cognitione sufficiũt quæ subiecta sensibus cõpræhendit: verũetiam imaginatione concepta & insensibilib⁹ & absentib⁹ rebus nomina indere potest/ & qđ intelligentię ratione comprẽhendit/ vocabulorũ quoq; positionibus aperit. illud quoq; ei naturę propriũ est: vt per ea sibi quę nota sunt/ ignota vestiget. et nõ solum vnũquodq; an sit: sed quid sit etiã/ et quale sit/ necnõ cur sit/ oportet agnoscere. Quã triplicis animæ vim sola hominũ (vt dictum est) natura sortita est. cuius animæ vis intelligentię motibus nõ caret. quia in his quattuor propriæ vim rationis exercet. Aut enim aliquid an sit inquirit: aut si esse cõstiterit/ quid sit id dubitat. q; si etiã vtriusq; scientiam ratione possidet: quale sit vnũquodq; vestigat/ atq; in eo cætera accidentiũ momẽta perquirit/ quibus cognitis cur ita sit quæritur & ratione nichilominus vestigatur. Cũ igitur hic actus sit humani animi vt semper aut in prẽsentium rerũ cõprẽhensione/ aut in absentium intelligentia/ aut in ignotarũ inquisitione atq; inuẽtione versetur: duo sunt in quibus omnẽ operam vis animæ ratiocinantis impendit. vnũ quidem vt rerũ naturas certa inquisitionis ratione cognoscat: alterũ vero vt ad scientiã prius veniat/ quã post grauitas moralis exerceat. quibus inquirendis permulta esse necesse est/ quę vestigantem animũ a recti itineris nõ minimum progressione deducant: vt in multis euenit vt Epicuro qui atomis mũdũ cõstare putabat/ & honestum corporis voluptate metiebatur. Hęc autem iccirco huic atq; aliis accidisse manifestum est: quoniã per imperitiã disputãdi quicquid ratiocinatione cõprẽhenderant: hęc in res quoq; ipsas euenire arbitrabantur. hic vero magnus error est. neq; enim sese res vt in numeris: ita etiam in ratiocinationibus habet. In numeris enim quicquid in digitis recte cõputantis euenerit: id sine dubio in res quoq; ipsas necesse est euenire. vt si ex calculo centũ esse contigerit: centum quoq; res illi numero subiectas esse necesse est. hoc vero nõ æque in disputatione seruatur. neq; enim quicquid sermonũ decursio inuenerit: id in natura quoq; affixũ tenetur. Quare necesse erat eos falli qui abiecta scientia disputandi de rerum natura perquirerent. Nisi enim prius ad sciẽtiam venerit quæ ratiocinatio verã teneat disputandi semitã/ quæ verisimilẽ/ et agnouerit quæ fida/ quæ possit esse suspecta: rerũ incorrupta veritas ex ratiocinatione non potest inueniri. Cũ igitur veteres sępe multis lapsi errorib⁹ falsa quędam et sibi cõtraria in disputatione colligerẽt/ atq; id fieri impossibile videretur/ vt de eadẽ re contraria conclusione facta vtraq; essent vera/ quę sibi dissentiens ratiocinatio cõclusisset/ at cui⁹ ratiocinatione credi oporteret esset ambiguũ: visum est prius disputationis ipsius veram integrãq; considerare naturã/ qua cognita illud quoq; per disputationẽ inueniretur/ & an verum cõprẽhẽsum esset/ posset intelligi. Hinc igitur perfecta est logicę peritia disciplinę q̃ disputãdi modos atq; ipsas ratiocinatione internoscẽdi vias parat: vt quæ ratiocinatio nunc quidẽ falsa nũc autẽ vera sit. q̃ vero semp falsa/ q̃ nunq̃ falsa possit agnosci. Huius aũt vis duplex esse ppenditur. vna quidẽ in inueniendo/ altera in iudicando: qđ Marcus Tullius in eo libro cui topica titulus est/ euidenter expræssit dicens. Cũ omnis ratio diligens disserendi duas habeat partes vnam inueniendi/ alterã iudicandi: vtriusq; princeps (vt michi

Triplex animę vis

Qz circa q̃ stiones scibiles vis rationis negocietur

Epicurus

Ort⁹ logicę

Duplex logicę vis

Tullius

Aristoteles Stoici

videtur quidem) Aristoteles fuit. Stoici autē in altera elaborauerunt. Iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt/ eam scientiā quā dialecticē appellant: inueniendi vero artem quę topice dicitur/ quęq; ad vsum potior erat & ordine naturę certe prior/ totā reliquerunt. nos autē (quoniā in vtraq; summa vtilitas est et vtrāq; si erit ocium persequi cogitamus) ab ea quę prior est/ ordiemur. Cū igitur tantus huius cōsiderationis fructus sit/ danda est huic tā solertissimę disciplinę tota mentis intentio: vt primis firmatis in disputandi veritate vestigiis/ facile ad rerū ipsarum certā cōprehensionem venire possimus. ¶ Et quoniā quid sit ortus logicę disciplinę prędiximus: esse reliquū videtur adiūgere an omnino pars quædā sit philosophię/ an (vt quibusdā placet) supellex atq; instrumentū per qđ philosophia cognitionem rerum naturāq; deprehendat. cuius quidē rei has econtrario video esse sentētias. ¶ Hi enim qui partē philosophię putant logicā cōsiderationem: his fere argumētis vtuntur/ dicentes philosophiā indubitanter habere partes speculatiuā/ atq; actiuā. de hac tertia rationali id est logica quęritur an sit in parte ponēda: sed eam quoq; partē esse philosophię/ nō potest dubitari. Nā sicut de naturalib⁹ cęteris q; sub speculatiua positis solius philosophię vestigatio est/ itemq; de moralibus ac de reliquis quę sub actiuā partem cadūt sola philosophia perpēdit: ita quoq; de hac parte tractat id est de iis quæ logicę subiecta sunt sola philosophia iudicat. Qz si speculatiua atq; actiua iccirco philosophiæ partes sunt/ quia de his philosophia sola pertractat: propter eandem causam erit logica philosophiæ pars/ quoniā philosophiæ soli hęc disputandi materia subiecta est. Ita vero inquiunt cum in his tribus philosophia versetur/ cūq; actiuā et speculatiuā consideratione subiecta discernāt/ q; illa de rerū naturis/ hęc de moribus quęrit: dubiū nō est quin logica disciplina a naturali atq; morali suę materię proprietate distincta sit. Etenim logice/ tractatus est de propositionibus atq; syllogismis et cæteris huiusmodi: q; neq; ea quæ non de ratione sed de rebus speculatur/ neq; actiua pars quæ de moribus inuigilat eque prestare potest. Qz si in his tribus ideſt speculatiua actiua atq; rationali/ philosophia consistit quæ proprio triplicię a se fine disiuncta sunt/ cumq; speculatiua et actiua philosophię partes esse videntur: nō dubium est quin rationalis quoq; philosophię pars esse conuincatur. ¶ Qui vero nō partē/ sed philosophię instrumentū putant: hæc fere afferunt argumenta. Non esse inquiunt/ similem logicę finem speculatiuę atq; actiuę partis extremo. vtraq; enim illarum ad suum proprium terminū spectat: vt speculatiua quidē rerū cognitionem/ actiua vero mores atq; instituta perficiat. Neq; altera refertur ad alterā. logicę vero finis non potest esse absolutus: sed quodā modo cum reliquis duabus partibus colligatus/ atq; constrictus est. Quid enim est in logica disciplina qđ suo merito debeat optari/ nisi q; propter inuestigationem rerum huius effectio artis inuenta est/ Scire enim quēadmodum argumentatio concludatur vel quę vera sit/ quę verisimilis ad hęc scilicet tendit: vt vel ad cognitionem rerum referatur hęc rationū scientia/ vel ad inueniēda ea quæ in exercitium moralitatis adducta beatitudinē pariunt. Atq; ideo quoniā speculatiuę atq; actiuę suus certusq; finis est/ logice autem ad duas reliquas partes refertur extremum: manifestum est non eam esse philosophiæ partem sed potius instrumentū. Sunt vero plura quę ex alterutra parte dicātur: quorum nos ea quę dicta sunt strictim notasse sufficiat. ¶ Hanc litē vero tali ratione discernimus. Nichil quippe dicimus impedire/ vt eadē logica partis vice simul instrumētiq; fungatur officio. Quoniā enim ipsa suum retinet finē/ isq; finis a sola philosophia consideratur: pars quidē philosophię ponenda est esse. quoniā vero finis ille logicę quē sola speculatur philosophia ad alias eius partes suā operā pollicetur: instrumentū esse philosophię non negamus. est enim finis logicę: inuentio/ iudiciūq; rationum. Quod quidem scilicet nō esse mirū videbitur q; eadem pars/ & eadem quoddam ponitur instrumentum: si ad partes corporis animū reducamus quibus et fit aliquid vt his quasi quibusdam instrumentis vtamur/ et in toto tamen corpore partiū obtinēt locum. Manus enim ad tractandum/ oculi ad videndum/ cęteręq; corporis partes propriū quoddam videntur habere officium. q̄ tamen si ad totius vtilitatem corporis referantur: instrumenta quędam corporis esse deprehendūtur/ quę etiam partes esse nullus abnuerit. Itaq; logica disciplina pars quędā philosophię est/ quoniā eius philosophia sola magistra est. supellex vero est: q; per eā inquisita philosophię veritas vestigatur. Sed quoniam quātum michi quidem breuitas succincta largita est ortum logicę/ & quid ipsa logica esset/ explicaui: nunc de eo libro nobis pauca dicenda sunt/ quē in prędens sumpsimus exponendū. Titulo enim proponit Porphyrius introductionem se in Aristotelis prædicamenta conscribere. Quid vero valeat hæc introductio/ vel ad quid lectoris animum paret/ breuiter explicabo. Aristoteles enim/ qui de decem prædicamentis inscribitur librum/ hac intentione composuit vt infinitas rerum diuersitates quæ sub scientiam cadere nō possunt paucitate generum comprehenderet: atq; id quod per incomprehensibilem multitu-

Secunda

Vera resolutio

Vtilitas

Quęstio

Sētentia 1

dinem ſub diſciplinam venire non poterat/ per generum (vt dictum eſt) paucitatem animo fieret ſcientięq; ſubiectum. Decem igitur genera rerū eſſe omnium conſiderauit Ariſtoteles/ ideſt vnam ſubſtantiam et accidentia nouem quę ſunt qualitas/ quantitas/ relatio/ vbi/ quando/ facere/ & pati/ ſitus/ habere: quoniā quę genera eſſent ſuprema & quibus nullū aliud ſuperponi poſſet genus/ omnē neceſſe eſt multitudinem rerū/ per horum decē generum ſpecies inueniri. Quę quidem genera omnibus a ſe differentijs diſtributa ſunt: nec quicq̄ videntur habere cōmune niſi tantū nomen/ quoniam omnia cum eſſe prędicantur. quippe ſubſtantia eſt/ qualitas eſt/ quantitas eſt/ & de alijs omnibus/ eſt verbū cōmuniter prędicatur: ſed nō eſt eorū cōmunis vna ſubſtātia vel natura/ ſed tantū nomē. Itaq; decē genera ab Ariſtotele reperta omnibus a ſe differentijs diſtributa ſunt. Sed quę aliquibus differentijs diſiungūtur: neceſſe eſt vt habeatur propriū quoddā qđ ea in ſingularē ſolitariāq; vēdicet formam. Non eſt autem idem proprium qđ accidens. accidentia enim et venire & abeſſe poſſunt: propria vero ita ſunt inſita/ vt abſq; ijs quorum propria ſunt eſſe nō poſſunt. Quę cum ita ſint: cumq; Ariſtoteles decem rerū genera reperiſſet quę vel intelligendo mens caperet/ vel loquēdo diſputator efficeret (quicquid enim intellectu capimus/ id ad alterū ſermone vulgamus) euenit vt ad horum decē prędicamentorum intelligentiam quinq; harum rerum tractatus ſuccurreret. ſcilicet generis/ ſpeciei/ differētiæ/ proprij & accidentis. Generis quidē/ quoniā oportet ante prędiſcere quid ſit genus/ vt decem illa quę Ariſtoteles cæteris prępoſuit rebus: genera eſſe poſſemus agnoſcere. Speciei vero cognitio plurimum valet: vt quę cuiuſq; generis ſit ſpecies poſſit agnoſci. Si enim quid ſit ſpecies ignoramus: nichil impedit errore turbari. fieri enim poteſt vt per ſpeciei inſcitiam ſępe quantitatis ſpecies in relatione ponamus/ & cuiuſlibet primi generis ſpecies alteri generi ſubdamus: atq; ita fiet permixta rerum atq; indiſcreta confuſio. qđ ne accidat/ quę ſit natura ſpeciei ante noſcendum eſt. Nec vero in hoc tantū prodeſt ſpeciei cognoſcenda natura/ ne priorū generum ſpecies inuicem permutemus: verum etiam vt in eodem quolibet genere proximas ſpecies generum nouerimus eligere. vt ne ſubſtantię mox animal dicamus eſſe ſpeciem potius q̄ corpus: aut corporis hominem potius q̄ animatum corpus. At vero differentiarum ſcięntia: in his maximum retinet locum. Quomodo enim omnino qualitatem a ſubſtantia/ vel cętera a ſe genera diſtare cognoſcimus: niſi eorum differētias viderimus? quo modo autē diſcernere eorum differentiā poſſumus: ſi quid ipſa ſit differentia neſciamus? Nec hunc ſolum nobis inſcitia differentię/ effundit errorem: verūetiam ſpecierum quicquid tollit omne iudiciū. Nam omnes ſpecies/ differentię informant. Ignorata differentia ſpecies quoq; neceſſe eſt ignorari. Quo modo vero fieri poteſt: vt quālibet differētiam poſſimus agnoſcere/ ſi omnino quę ſit nominis huius ſignificatio neſciamus. Iam vero proprij tantus vſus eſt: vt Ariſtoteles quoq; ſingulorū prędicamentorum propria perquiſierit. Quę/ propria eſſe quis deprehenderit: anteq̄ quid omnino ſit proprium diſcat? Nec in ijs tantum hęc cognitio proprijs valet quę ſingulis nominibus efferuntur/ vt hominis/ riſibile: verumetiam in ijs quę adhibentur in locū diffinitionis. omnia enim propria quę adhibentur ad diffinitionem ſubſtantialem: rem ſubiectam quodam termino deſcriptionis includunt. qđ ſuo quoq; loco oportunius commemorabo. Accidentis quoq; cognitio quantū afferat/ quis dubitare queat: cum videat inter decem prędicamenta/ nouē accidentis naturas? Quę/ quo modo accidentia eſſe putabimus ſi omnino quid ſit accidens ignoramus: cum præſertim nec differentiarum nec proprij ſcientia cognita ſit/ niſi accidentis naturam firmiſſima conſideratione teneamus? Fieri enim poteſt vt differentię loco vel proprij per inſcitiam accidens apponatur: quod eſſe vicioſum etiam diffinitiones probant. quę cum ipſę ex differentijs conſtent et fiant vniuſcuiuſq; proprię: accidens tamē nō vidētur admittere. Cū igitur Ariſtoteles rerum genera collegiſſet quę numerum diuerſarum ſub ſe ſpecierū cōtinerent/ quę ſpecies nunq̄ diuerſę forent niſi differentijs ſegregarentur/ cumq; omnia in ſubſtantiā atq; accidens/ accidēs vero in alia prędicamenta ſoluiſſet/ cumq; aliquorum prędicamētorū ſit propria perſecutus: de his ipſis quidē prędicamentis docuit. quid vero eſſet genus/ & quid ſpecies/ quid differentia/ quid illud accidens de quo nunc dicendum eſt/ vel quid proprium: velut nota præterijt. Ne igitur ad prędicamēta Ariſtotelis venientes/ quid ſignificaret vnūquodq; eorum quę ſuperius dicta ſunt ignorarent: hunc librū Porphyrius de earum quinq; rerū cognitione perſcripſit/ quo perſpecto et conſiderato quid vnūquodq; eorum quę ſupra poſuit deſignaret/ facilior intellectus ea quę ab Ariſtotele proponerētur addiſceret. Hęc quidem intentio eſt huius libri quem Porphyrius ad introductionem prędicamentorum ſe conſcripſiſſe ipſa (vt dictū eſt) tituli inſcriptione ſignauit. Sed licet ad hoc vnū huius libri referatur intentio: nō tamē ſimplex eſt eius intentio ſed multiplex & in maxima quoq; diffuſa eſt. quā idē Porphyrius in principio

huius libri commonet dicens.

» CVm ſit neceſſarium Chryſaori & ad eam quę eſt apud Ariſtotelem prędicamentorũ
» doctrinã noſſe quid ſit genus/quid differentia/quid ſpecies/quid propriũ/& quid ac-
» cidens/& ad diffinitionum aſſignationẽ/& omnino ad ea quę in diuiſione vel in de-
» mõſtratione ſunt: vtili iſtarũ rerũ ſpeculatiõe cõpendioſã tibi traditionẽ faciẽs/tẽta-
» bo breuiter velut introductiõis modo/ea q̃ ab antiqs dicta ſunt aggredi/altioribus
» quidem quęſtionibus abſtinens/ſimpliciores vero mediocriter coniectans. ¶ Vtilitas huius li-
» bri quadrifariam ſpargitur. namq; ad illud etiam ad qđ eius libri dirigitur intẽtio: magno vſui
legentibus eſt/& ad cætera quę cũ extra intẽtionem ſint/ nõ tamẽ minor ex his/ legẽtibus vti-
litas comparatur. Eſt enim per hoc opuſculum: & prędicamẽtorũ facilis cognitio/ et diffinitio-
num integra aſſignatio/& diuiſionum recta perſpectio/& demonſtrationũ veraciſſima conclu-
ſio. quę res quãto difficiles atq; arduę ſunt: tanto perſpicaciorem ſtudioſiorẽq; animum lectoris
expectant. Dicendum vero eſt qđ in omnibus libris euenit. Nam primũ ſi quę ſit intẽtio cogno
ſcat: quãta quoq; vtilitas inde prouenire poſſit expeditur. et licet extra multa (vt fit) huiuſmo-
di librum ſequãtur: tamen illam permaxime vtilitatem videtur habere/ad quid eius referatur
intentio. vt in hoc ipſo libro quem ſumpſimus exponendũ cũ eius intentio ſit ad prędicamenta
intellectum facilem cõparandi: non dubium eſt quin hęc eius principalis probetur vtilitas/ li-
cet non minores ſint comites diffinitio/diuiſio/ac demonſtratio. Quorum nobis principia ſug-
gerũtut quędã: ſenſus vero totus huiuſmodi eſt. ¶ Cũ ſit (inquit) vtilis generis/ſpeciei/ differẽ-
tiæ/proprij/accidentiſq; cognitio ad prędicamenta Ariſtotelis eiuſq; doctrinã/ ad diffinitionũ
etiam aſſignationem/& ad demonſtrationẽ/& ad diuiſionẽ: quia ſit earum rerum vtilis vberri-
maq; cognitio/ cõpendioſam (inquit) traditionem faciẽs ea quę ab antiquis large ac diffuſe di-
cta ſunt: tentabo breuiter aperire. Neq; enim eſſet cõpendioſa: niſi totũ opus breuitate cõſtrin-
geret. Et quoniam introductionẽ ſcribebat: altiores inquit quęſtiones ſponte refugiam/ſimpli-
ciores vero mediocriter cõiectabo/ideſt ſimpliciorum quęſtionũ obſcuritatẽ habitã in eis qua-
dam coniectura/ratiocinatione tractabo. Tota quidẽ ſententia huiuſcemodi proœmij talis ẽ:
quę & vtilitate vberrima/ et facilitate/incipientis animo blandiatur. Sed dicendũ videtur quid
nam celet amplius altitudo ſermonũ. Neceſſarium in latino ſermone ſicut in greco ἀναγκαῖον
plura ſignificat. diuerſa enim ſignificatione Marcus Tullius dicit neceſſarium ſuũ eſſe aliquem
atq; noſtrum. Item neceſſariũ dicimus vt cum neceſſariũ eſſe nobis dicimus ad forũ deſcende-
re: qua in voce quędam vtilitas ſignificatur. Alia quoq; ſignificatio eſt qua dicimus ſolẽ neceſſa
rium eſſe moueri/ideſt neceſſe eſſe. Et illa quidẽ prima ſignificatio prętermittenda eſt. omnino
enim ab eo neceſſario/qđ hic Porphyrius ponit: aliena eſt. Hę vero duę huiuſmodi ſũt: vt inter
ſe certare videantur/ qua huius loci obtineat ſignificationem in quo dicit Porphyrius cum ſit
neceſſarium Chryſaori. namq; (vt dictum eſt) neceſſariũ/& vtilitatem ſignificat & neceſſitatẽ.
videntur autẽ huic loco vtraq; cõgruere. Nam & ſũme vtile eſt ad ea quę ſuperius dicta ſunt:
de genere/& ſpecie/& cæteris diſputare. et ſũma eſt neceſſitas: quia niſi ſint hęc ante p̃cogni-
ta/illa ad quę iſta pręparantur non poſſunt cognoſci/quę prędicamenta dicũtur. Nam neq; p̃-
ter cognitionem generis & ſpeciei prędicamenta diſcuntur: nec diffinitio genus relinquit & dif
ferentiam. & in cæteris q̃ ſit vtilis iſte tractatus cũ de diuiſione et demõſtratione diſputabitur:
apparebit. Sed q̃q̃ neceſſe erit hęc quinq; de quibus hic diſputandũ eſt prius ad cognitionẽ ve-
nire/q̃ ea quibus illa pręparantur: non tamẽ ea ſignificatione hic a Porphyrio poſitum eſt qua
neceſſitatem ſignificare vellet/ac nõ potius vtilitatem. ipſa enim oratio contextuſq; ſermonũ
id clariſſima intelligentiæ ratione ſignificant. Neq; enim quiſq̃ ita vtitur ratione: vt aliquã ne-
ceſſitatem referri dicat ad aliud. Neceſſitas enim per ſe quidẽ eſt: vtilitas vero ſemper ad id qđ
vtile eſt/refertur/vt hic quoq;. Ait enim cum ſit neceſſarium Chryſaori/& ad eam quę eſt apud
Ariſtotelem prędicamentorum doctrinã. Si hic igitur neceſſarium vtile intelligamus/& id no-
mine ipſo vertamus dicentes cum ſit vtile Chryſaori et ad eã quę eſt apud Ariſtotelem prædi-
camentorum doctrinã noſſe quid ſit genus et cætera: rectę intelligentię ſermonum ordo con-
uenit. ſin vero id ad neceſſe permutetur/vt dicamus cum ſit neceſſarium Chryſaori & cætera:
rectę intelligentiæ ſermonum ordo nõ cõuenit. quocirca hic diutius immorandũ nõ eſt. Quãq̃
enim ſit ſũma neceſſitas his ignoratis nõ poſſe ad ea ad quę hic tractatus intẽditur peruenire:
non tamen de neceſſitate hoc dictum eſt neceſſarium/ſed potius de vtilitate. Nunc vero licet
idem ſuperius dictum ſit/tamen breuiter q̃ ad prædicamenta generis/ſpeciei/differentię/pro-
prij/atq; accidentis proſit cognitio: diſputemus. Ariſtoteles enim in prædicamentis decem ge
nera conſtituit rerum quę de cunctis alijs prædicarentur vt quicquid ad ſignificationem veni-

re posset: id si integram significationem teneret/ cuilibet eorum subij ceretur generi. de quibus Aristoteles tractat in eo libro qui de decē prædicamentis inscribitur. ¶ Hoc ipsum vero referri ad aliquid velut ad genus tale est: quale est siquis speciem supponat generi. hoc vero neq; p̄ter cognitionem generis & speciei vllo modo fieri potest. Nec vero ipsę species quid sint/ vel cuius magis sint possumus agnoscere: nisi eorum differentię cognoscantur. sed differentiarū natura incognita: quę vniuscuiusq; speciei sint differētiæ modis omnibus ignorabitur. Quare sciē dum est quoniam si de generibus Aristoteles tractat in prędicamentis: generū natura cognoscenda est cuius cognitionem speciei quoq; comitatur agnitio. sed hoc cognito: quid sit differētia non potest ignorari. q̄q̄ eodem libro plura sunt ad quę nisi maximā peritiā & generis & speciei & differētię lector attulerit: nullus omnino intellectus patebit. vt cū ipse Aristoteles dicat/ diuersorum generum et nō subalternatim positorum diuersę sunt species & differentię: qđ his ignoratis intelligi impossibile est. Sed idem Aristoteles propriū vniuscuiusq; prędicamenti dili gentissima inquisitione vestigat. vt cum substantię propriū post multa dicit esse: q̄ idem numero contrariorum susceptibile sit. vel rursus quātitatis: q̄ in ea sola æquū atq; inæquale dicatur. qualitatis etiam: q̄ per eam simile atq; dissimile aliud alijs esse proponimus/ et in cęteris eodē modo. vt quę sit contrarij proprietas/ quę secundum relationem oppositionis/ & quę priuationis & habitus/ quę affirmationis et negationis: in quibus ita tractat tanq̄ iā peritis scientibusq; quę sit proprietatis natura/ quā siquis ignorat frustra ea quę de his disputātur/ aggreditur. Iam vero illud manifestum est q̄ accidens maximū prędicamentorum obtineat locum/ qđ proprio nomine nouem prædicamenta circundat: & ad prędicamenta quidem quāta sit huius libri intentio/ ex his manifestum est. Qđ vero ait/ & ad assignationem diffinitionū: facile cognosci po- Substantię
test si prius substantię rationū/ diuisio fiat. Substantiæ ratio alia quidem in descriptione poni- ratio: diffi-
tur: alia vero in diffinitione. sed ea quę est in descriptione proprietatem quandā colligit eius rei nitio gene-
cuius substātię rationem prodit: ac nō modo proprietate id qđ demōstrat informat/ verum etiā rali cōpræ-
ipsa fit proprium/ qđ in diffinitionem quoq; venire necesse est. Si quis enim quātitatis rationē hensione,
reddere velit vt dicat / licebit: quantitas est secundū quā ęquale atq; inęquale dicitur. ¶ Sicut igitur proprietatem quidē quantitatis in ratione posuit quātitatis/ & ipsa tota ratio ipsius quātitatis propria est: ita descriptio et proprietates colligit/ et ipsa propria fit descriptio. Diffinitio vero ipsa quidem propria non colligit: sed ipsa quidē fit propria diffinitio. Nam qui substantiā monstrat: genus differentijs iungit/ & ea quę per se sunt cōmunia/ atq; multorum in vnum redigens vni speciei quā diffinit reddit ęqualia. Ita igitur ad descriptionē vtilis est propriį cognitio: quoniam proprietas sola in descriptiōe colligitur/ & ipa sit propria sicut diffinitio quoq;. ad diffinitionem vero: genus qđ primū ponitur/ & species ad quā genus illud aptatur/ & differentiæ quibus iunctis cum genere species diffinitur. Sed si cui hęc prelsiora q̄ expositionis modus expostulat/ videbūtur: hoc eum scire conuenit/ nos (vt in prima ęditione dictū est) hanc expositionem nostro reseruasse iudicio/ vt ad intelligentiam simplicem huius libri ęditio prima sufficiat: ad interiorē vero speculationem cōfirmatis pene iam scientia/ neq; in singulis vocabulis rerum hęrētibus/ hęc posterior ęditio collocatur. ¶ Ad diuisionem vero faciendā tam hic liber Isagogatum vtilis est: vt pręter earū scientiā rerum de quibus in hac libri serie disputatur/ casu fiat potius q̄ ratione partitio. Hoc autē manifestum erit si diuisionem ipsam diuidamus/ idest si nomē ipsum diuisionis in ea quę significat partiamur. Est nāq; diuisio generis in species. vt cū dicimus: coloris aliud est album/ aliud nigrū/ aliud vero mediū. Rursus diuisio est quoties vox plura significans aperitur: & q̄ multa sunt quę ab ea voce signantur/ ostenditur. vt si quis dicat nomen canis plura significat & hunc latrabilem quadrupedēq;/ et cęleste sydus/ & marinā bestiam: quę omnia a se diffinitione disiuncta sunt. Diuidi autem dicitur quoties totum in partes proprias separatur: vt cum dicimus domus aliud sunt fundamenta/ aliud parietes/ aliud tectū. Et hęc quidem triplex diuisio secundum se partitio nuncupatur. Est autem alia quę secundum accidens dicitur: ea quoq; fit tripliciter. aut cum accidens in subiecta diuidimus: vt cū dico bonorum alia sunt in anima/ alia in corpore/ alia extrinsecus. vel rursus subiectum in accidentia: vt corporū alia sunt alba/ alia sunt nigra/ alia mediį coloris. et rursus cū accidentia i accidētia separam⁹ vt cū dicim⁹ liquētia alia alba/ alia nigra/ alia mediį coloris. et rursus alborū alia sūt dura/ alia liquētia/ quædam mollia. Cum igitur ita omnis fiat diuisio aut secundum se aut per accidens/ vtraq; vero partitio tripliciter fiat/ cumq; in superiore secundum se triplici partione/ sit vna diuisionis forma/ genus in species separare: id neq; pręter generis scientiam fieri vllo modo potest/ neq; vero pręter scientiam differentiarum/ quas necesse est in specierum diuisione sumi. Manifestū est igitur quāta vtilitas huius libri ad hāc diuisionē sit: quę primo aditu gen⁹ ac

ſpecies et differentias tractat. Secunda vero ea diuiſio quę eſt ſecundū vocis ſignificantias: nec hęc quidem ab huius libri vtilitate diſcreta eſt. Vno enī modo cognoſci poterit/ vtrum vox cuius diuiſionem facere quærimus æquiuoca eſſe videatur/ an genus: ſi ea quę ſignificat diffinīatur. et ſi ea quę ſub cōmunione ſunt vna diffinitione claudantur: ſpecies eſſe neceſſe eſt/ & illud cōmune earum genus. Q; ſi illa quę propoſita vox deſignat non poſſunt vna diffinitione cōcludi: nemo dubitat quin illa vox ſit æquiuoca/ neq; etiam ita ſit cōmunis ijs de quibus prędicatur vt genus. quandoquidē ea quę ſub ſe poſita ſignificat ſecundum cōmune nomen non poſſunt vna diffinitione cōpræhendi. Si igitur ex diffinitione manifeſtum ſit/ quid genus ſit/ quid vero nomen æquiuocum/ diffinitio vero per genera differentiaſq; diſcurrit: quiſq; ne dubitare poteſt ęque in hac diuiſionis forma plurimum huius libri authoritatem valere? Illa vero ſecundum ſe diuiſio quę eſt totius in partes quemadmodū diſcernitur/ ac non potius generis in ſpecies: diuiſio eſſe putabitur/ niſi ſint genus et ſpecies & differētię earum/ quauis ante ratione diſciplinę tractata. Cur enim nō quiſq; dicat: domus ſpecies potius eſſe q̄ partes fundamenta/ parietes/ & tectū? Sed cum occurrerit generis nomen in vnaquaq; ſpecie totū poſſe cōgruere/ totius vero in vnaquaq; parte ſua/ nomen conuenire non poſſe: manifeſtū fit aliam diuiſionem eſſe generis in ſpecies/ aliam totius in partes. Conuenire autem nomē generis ſingulis ſpeciebus oſtenditur: per id q̄ homo & ęque ſingula/ animalia nūcupantur. Neq; tectum vero neq; parietes/ aut fundamenta ſingulatim domus nomine appellari ſolent. ſed cum fuerint iunctæ partes: tunc recte totius nomē excipiunt. De ea vero diuiſione quę ſecundum accidens ſit nullus ignorat quia incognito accidente incognitaq; vi generis ac differentiarum/ facile euenire poſſit: vt accidens ita in ſubiecta ſoluatur quaſi genera in ſpecies/ & poſtremo omnē hunc ordinem partitionis fediſſime permiſcebit inſcitia. ¶ Et quoniā q̄ ad diuiſionē hic liber profit oſtēdimus/ nūc de demōſtratione dicemus: ne per ardua atq; difficilia hęreat qui in tanta diſciplina vigilantiſſimo ingenio & ſolertiſſimo labore ſudauerit. fit enī demonſtratio/ ideſt alicuius quęſitæ rei certa rationis collectio ex ante cognitis naturaliter/ et ex cōuenientibus/ ex primis/ ex cauſa/ ex neceſſarijs/ & per ſe inhęrentibus. Sed genera/ ſpeciebus: ſpecies/ prioribus priora ſunt naturaliter. ex generibus enim ſpecies fluunt. Item ſpecies ſub ſe poſitis vel ſpeciebus vel indiuiduis priores naturaliter eſſe manifeſtū eſt. Quę vero priora ſunt: ea/ & notiora ſunt ſubſequentibus naturaliter. Duobus enim modis primū aliquod et notum dicitur: ſecundū nos ſcilicet/ & ſecundum naturā. nobis enim illa magis cognita ſunt quę proxima et indiuidua ſunt: dehinc ſpecies/ poſtremo genera. At vero natura cōuerſo modo ea ſunt magis cognita quę nobis minus proxima ſunt. atq; ideo quantūlibet ſe longius a nobis genera protulerunt: tāto magis ſunt lucida/ et naturaliter nota. Differentię vero ſubſtantiales illæ ſunt: quas per ſe his rebꝰ ineſſe quę demonſtrantur/ agnoſcimus. Prędecedere autem debet generum ac differentiarum cognitio: vt in vnaquaq; diſciplina quę ſunt eius rei quę demonſtratur cōuenientia principia poſſint intelligi. Neceſſaria vero eſſe ea ipſa quę genera et differētias dicimus nullus dubitat: quiſpeciem ſine genere & differētia intelligit eſſe nō poſſe. Genera vero et differētiæ ſunt cauſę ſpecierum. Iccirco enim ſpecies ſunt: quia genera earum & differentię ſūt. quę in ſyllogiſmis poſita demōſtrantibus illis nō rei ſolum/ verum concluſionis etiam cauſę ſunt: quę poſtremis reſolutorijs locupletius dicemus. cum igitur perutile ſit et diffinitione quodlibet illud circunſcribere/ & diuiſione diſſoluere/ et demōſtrātibus comprobare/ hęc autem pręter earum rerū ſcientiā de quibus in hoc libro diſputabitur/ neq; intelligi neq; exerceri valent: quis vnq̄ poterit dubitare quin hic liber maximū totius logicę adiumentum ſit/ prętęr quē cętera quę in ea magnam vim tenent nullum doctrinę aditum prębent? Sed meminit Porphyrius introductionē ſeſe cōſcribere: neq; vltra q̄ inſtitutionis modus eſt formam tractatus egredi. Ait enim ſe altiorū q̄ſtionum modis abſtinere: ſimplices vero mediocri coniectura perſtringere. Quę vero ſint altiores quęſtiones quas ſe differre promittit/ ita proponit. ¶ Mox de generibus & ſpeciebus/ illud quidem ſiue ſubſiſtant: ſiue in ſolis nudis intellectibus poſita ſint. Siue ſubſiſtentia/ corporalia ſint/ an incorporalia. Et vtrum ſeparata a ſenſibilibus: an in ſenſibilibus poſita/ & circa ea cōſiſtentia dicere recuſabo. altiſſimum enim eſt huiuſmodi negociū: & maioris egēs inq̄ſitionis. ¶ Altiores (inquit) quęſtiones prætereo: ne eis intępeſtiue lectoris animo ingeſtis initia eius primitiaſq; perturbem. Sed ne omnino faceret negligētem/ vt nichil prętęrq̄ quod ipſe dixiſſet/ lector amplius putaret occultum: id ipſum cuius executionem ſeſe differre promiſit addidit/ ne de his minime obſcurę penituſq; tractādo lectori quicquā obſcuritatis effunderet/ & tamē ſciētia roboratus quid quęri iure poſſet agnoſceret. Sunt autem quęſtiones: quas ſeſe reticere promittit & perutiles et ſecretæ & tentatæ quidem a doctis viris/ nec a pluribus diſſolutæ. quarum

Duobꝰ modis aliqd cognoſcimꝰ.

prima eſt huiuſmodi. Omne qđ intelligit animus/ aut id qđ eſt in natura rerum cõſtitutũ intellectu concipit/ & ſibimet ratione deſcribit: aut id qđ non eſt/ vacua ſibi imaginatione depingit. Ergo intellectus generis & cæterorum cuiuſmodi ſit/ quęritur vtrũ ne ita intelligamus ſpecies & genera vt ea quę ſunt & ex quibus verum capimus intellectum: an noſmetipſos ludimus/ cũ ea quę non ſunt/ animi caſſa imaginatione formamus. ℔ ſi eſſe cõſtiterit/ & ab his quę ſũt intellectus/ concipi dixerimus: tunc alia maior ac difficilior quęſtio dubitationem parat. cum diſcernendi atq; intelligendi generis ipſius naturam ſũma difficultas oſtenditur. Nam omne qđ eſt/ aut corporeũ aut incorporeum eſſe neceſſe eſt: genus igitur & ſpecies ī aliquo horum eſſe oportebit. Quale erit igitur id qđ genus dicitur: vtrum ne corporeũ an vero incorporeũ/ neq; enī qđ ſit diligenter intẽditur: niſi in quo horum poni debeat agnoſcatur. Sed neq; cũ hęc ſoluta fuerit quęſtio: omne excluditur ambiguum. ſubeſt enim aliquid qđ (ſi incorporalia eſſe genus ac ſpecies dicantur) obſideat intelligẽtiam atq; detineat/ exolui poſtulans: vtrũ circa corpora ipſa ſubſiſtant/ an etiam prẽter corpora ſubſiſtentia/ corporalia eſſe videantur. Duę quippe incorporeorũ formę ſunt: vt alia prẽter corpora eſſe poſſint/ & ſeparata a corporibus in ſua incorporalitate perdurent. vt deus/ mens/ anima. alia vero cum ſint incorporea tamẽ prẽter corpora eſſe nõ poſſunt: vt linea/ vel ſuperficies/ vel numerus/ vel ſingulę qualitates. quas tametſi incorporeas eſſe pronunciamus/ ℔ tribus ſpaciis minime diſtendãtur: tamen ita in corporibus ſunt vt ab his diuelli nequeant/ aut ſeparari/ aut ſi a corporibus ſeparata ſint/ nullo modo permaneãt. Quas licet quęſtiones arduum ſit ipſo Porphyrio renuente diſſoluere: tamen aggrediar/ vt nec anxium lectoris animũ relinquã/ nec ipſe in his quę ꝑter muneris ſuſcepti ſeriem ſunt/ tempus operamq; conſumã. Primũ quidẽ pauca ſub quęſtionis ambiguitate proponam: poſt vero eũdem dubitationis nodum exoluere atq; explicare tẽtabo. ¶ Genera et ſpecies aut ſunt & ſubſiſtũt: aut intellectu & ſola cogitatione formãtur. Sed genera & ſpecies eſſe nõ poſſunt. hoc autem ex his intelligitur. Omne enī qđ cõmune eſt vno tẽpore pluribus: id in ſe vnum eſſe nõ poterit. Multorum enī eſt qđ cõmune eſt: preſertim cum vna atq; eadem res in multis vno tẽpore tota ſit. quãtęcũq; enim ſunt ſpecies: in omnibus genus vnum eſt/ non ℔ de eo ſingulę ſpecies quaſi partes aliquas carpãt/ ſed ſingulę vno tempore totum genus habeant. Quo fit vt totum genus in pluribus ſingulis vno tẽpore poſitum vnum eſſe nõ poſſit. neq; enim fieri poteſt vt cũ in pluribus totũ vno ſit tẽpore: in ſemetipſo ſit vnum numero. Qđ ſi ita eſt: vnum quiddam genus eſſe non poterit. quo fit vt omnino nichil ſit. Omne enim qđ eſt: iccirco eſt/ quia vnũ eſt. & de ſpecie idem cõuenit dici. Q; ſi eſt quidẽ genus ac ſpecies ſed multiplex neq; vnũ numero: non erit vltimum genus/ ſed habebit aliud ſuperpoſitũ genus qđ illam multiplicitatem vnius ſui nominis vocabulo cõcludat. vt enim plura animalia/ quoniam habent quoddã ſimile eadẽ tamẽ nõ ſunt/ iccirco corũ genera perquirũt: ita quoq; quoniam genus qđ in pluribus eſt atq; ideo multiplex/ habet ſui ſimilitudinẽ ℔ genus ẽ/ nõ eſt vero vnũ quoniam ī pluribus eſt/ eius quoq; generis genus aliud quęrẽdum eſt. cumq; fuerit inuẽtum/ eadem ratione quę ſuperius dicta eſt rurſus genus tertium veſtigat. itaq; in infinitum ratio procedat neceſſe eſt: cũ nullus diſcipline terminus occurrat. Qđ ſi vnum quoddam numero genus eſt: cõmune multorũ eſſe nõ poterit. vna enim res ſi cõmunis eſt: aut partibus cõmunis eſt/ & nõ iam tota cõmunis/ ſed partes eius proprię ſingulorum ſunt. aut in vſu habentium etiã per tẽpora trãſit vt ſit cõmune: vt puteus & fons/ vt ſeruus cõmunis/ vel equus. aut vno tempore omnibus cõmune fit/ nõ tamẽ vt eorum quibus cõmune eſt ſubſtantiã cõſtituat: vt eſt theatrũ/ vel ſpectaculũ aliquod qđ ſpectãtibus omnibus cõmune eſt. Genus vero ſecundũ nullum horũ modorum cõmune eſſe ſpeciebus poteſt. nã ita cõmune eſſe debet: vt & vnũ totum in ſingulis & vno tempore ſit & eorũ quorũ cõmune ẽ/ cõſtituere valeat & cõformare ſubſtãtiã. Quocirca ſi neq; vnũ eſt/ quoniã cõe eſt/ neq; multiplex quoniã eius quoq; multitudinis genꝰ aliud ingrẽdũ ẽ: videbit genꝰ omnino nõ eẽ/ idẽq; de cęteris itelligẽdũ eſt. Q; ſi tãtũ itellectibꝰ genera et ſpecies cæteraq; capiunt/ cũ omnis itellectus aut ex re fiat ſubiecta/ vt ſeſe res habet: aut vt res ſeſe nõ habet (nam ex nullo ſubiecto fieri intellectus nõ poteſt) ſi generis & ſpeciei cęterorumq; itellectus ex re ſubiecta veniat ita vt ſeſe res ipſa habet quę intelligitur: iam nõ tantũ in itellectu poſita ſunt/ ſed in rerum etiam veritate cõſiſtũt. et rurſus quęrẽdum eſt quę ſit eorum natura/ qđ ſuperior quęſtio veſtigabat. Q; ſi ex re quidem generis cęterorũq; ſumitur intellectus/ neq; ita vt ſeſe res habet quę itellectui ſubiecta eſt: vanum neceſſe eſt eſſe intellectum qui ex re quidem ſumitur non ita/ vt ſeſe res habet. Idem ẽ enī falſum qđ aliter atq; res eſt intelligitur. Si igitur quoniam genus et ſpecies nec ſunt/ nec cum intelligũtur verus eſt eorum intellectus: nõ eſt ambiguum quin omnis hęc ſit deponẽda de his quinq; propoſitis diſputandi cura. quãdoquidem neq; de ea re quę ſit/

Prima quæſtio.

Secunda quęſtio.

Tertia quęſtio.

Prędictarũ quęſtionũ ſolutio atq; explicatio.

Quid falſũ.

FRANCISCVS. Alexander aphrodiseus.

neq; de ea de qua verum aliquid intelligi proferriue possit: inquiritur. hęc quidem est ad p̃sens de propositis quęstio: quã nos Alexãdro cõsentiẽte/ hac ratiocinatione soluemus. Nõ enim necesse esse dicimus omnẽ intellectum qui ex subiecto quidẽ sit non tamẽ vt sese ipsum subiectum habet: falsum & vacuũ videri. In ijs enĩ solis falsa opinio ac nõ potius intelligentia est: quę per coniũctionem fiunt. Si enim quis cõponat atq; coniũgat intellectu id qđ natura iũgi nõ patiatur: illud falsum esse nullus ignorat. vt si quis equũ atq; hominẽ iungat imaginatiõe/ atq; effingat cẽtaurũ. Qz si hoc per diuisionẽ & abstractionẽ fiat/ nõ q̃ ita res sese habet vt intellectus ẽ: intellectus tamen ille falsus est minime. sunt enim plura quę in alijs suũ esse habent ex quibus aut omnino separari nõ possunt/ aut si separata fuerint nulla ratione subsistunt. Atq; vt hoc nobis in peruulgato exemplo manifestũ sit. linea in corpore est aliquid: & id qđ est/ corpori debet hoc ẽ esse suũ per corpus retinet/ qđ docetur ita. si enim separata a corpore sit: nõ subsisthit. quis enim vnq̃ sensu vllo separatã lineã a corpore cępit? Sed animus cũ confusas res/ permixtasq; in se a sensib9 cępit: i propria vi & cogitatiõe distinguit. Oẽs res huiusmodi ĩcorporeas in corpore suum esse habentes/ sensus cũ ipsis nobis corporibus tradit. at vero animus cui potestas est & disiuncta cõponere vel cõposita & coniũcta dissoluere/ ea quę a sensibus confusa & corporibus coniũcta tradũtur: ita distinguit/ vt incorporeã naturam per se ac sine corporibus in quibus est cõcreata & speculet & videat. Diuersę enĩ proprietates sunt incorporeorũ corporibus pmixtorum: etiã si separentur a corpore. Genera ergo et species cęteraq; vel in incorporeis rebus/ vel in iis quę sunt corporea: reperiuntur. & si ea in rebus incorporeis inuenit animus: habet illico incorporeũ generis intellectũ. si vero corporaliũ rerum genera speciesq; prosperexerit: aufert (vt solet) a corporibus incorporeorum naturã/ et solam purãq; vt in seipsa forma est/ contuetur. Ita hęc cũ accipit animus permixta corporibus incorporalia: ea diuidens speculatur atq; cõsiderat. Nemo ergo dicat falsam nos cogitare lineam: quoniã ita eam mente capimus quasi pręter corpora sit/ cum pręter corpora esse non possit. Non enim omnis qui ex subiectis rebus capitur intellectus aliter q̃ sese ipsę res habent/ falsus esse putãdus est: sed (vt superius dictũ est) ille quidem qui hoc in compositione facit falsus est. vt cum hominẽ atq; equum iũgens putat esse centaurum. Qui vero id in diuisionibus & abstractionibus atq; assumptionibus ab iis rebus ĩ quibus sunt efficit: nõ solũmodo falsus nõ est/ verum etiam solus intellectus id qđ in proprietate verum est/ inuenire potest. Sunt igitur huiusmodi res in corporalibus atq; in sensibilibus rebus. Intelliguntur autem pręter sensibilia: vt eorum natura perspici/ & proprietas valeat compræhendi. Quocirca cum genera et species cogitantur: tũc ex singulis ex quibus sunt/ eorũ similitudo colligitur. Vt ex singulis hominibus inter se dissimilibus/ humanitatis similitudo colligitur: cogitata animo veraciterq; perspecta/ fit species. quarum specierum rursus diuersarum cõsiderata similitudo/ quę nisi in ipsis speciebus/ aut i earum indiuiduis esse nõ potest: efficit genus. Itaq; hęc sunt quidem in singularibus: cogitantur vero vniuersalia. nichilq; aliud species esse putanda est/ nisi cogitatio collecta ex indiuiduorum dissimiliũ numero substãtiali similitudine: genus vero/ collecta cogitatio ex specierum similitudine. Sed hęc similitudo cũ in singularibus est/ fit sensibilis: cum in vniuersalibus/ fit intelligibilis. eodẽq; modo cũ sensibilis est/ in singularibus permanet: cum intelligitur/ fit vniuersalis. Subsistunt ergo circa sensibilia: intelliguntur autẽ pręter corpora. neq; enim intelligendũ est: vt duę res eodem in subiecto sint/ q̃q̃ ratione diuersę sint/ vt linea curua atq; caua est. quę res cum diuersis terminationibus terminentur/ diuersusq; earum intellectus fit: semper tamẽ in eodẽ subiecto reperiuntur. eadẽ caua linea/ eademq; curua est. Ita quoq; generibus & speciebus/ ideſt singularitatis et vniuersalitatis vnũ quidem subiectum est: sed alio modo vniuersale est cũ cogitatur/ alio singulare cum sentitur in rebus ijs in quibus esse suũ habet. His igitur terminatis: omnis (vt arbitror) quęstio dissoluta ẽ. ipsa enim genera & species subsistunt quidem alio modo: intelliguntur vero alio & sunt incorporalia. sed sensibilibus iũcta subsistunt in sensibilibus: intelligũtur vero pręter corpora/ vt per semetipsa subsistentia/ ac nõ in alijs esse suũ habentia. sed Plato genera & species cæteraq; nõ modo intelligi vniuersalia: verum etiã esse atq; pręter corpora subsistere putat. Aristoteles vero intelligi quidem incorporalia atq; vniuersalia/ sed subsistere in ipsis sensibilibus putat: quorum dijudicare sentẽtias aptum esse nõ duxi. Altioris enim est philosophiæ: iccirco vero nõ studiosius Aristotelis sentẽtiam executi sumus/ non q̃ eam nõ maxime probaremus/ sed q̃ hic liber ad prædicamenta cõscriptus est quorum Aristoteles author est. ¶ Illud vero quemadmodum de his/ ac de propositis magis probabiliter antiqui tractauerunt/ & horum maxime Peripatetici: tibi nunc tẽtabo monstrare. ¶ Prętermissis ijs quęstionibus/ quas altiores esse prędixit: exoptat mediocrẽ introductorij operis tractatũ. sed ne hęc ipsa harum quęstionũ omissio vicio

Pręter corpora idem absq; corpibus. vt accidens pręter subiecta eẽ nõ potest.

Ex quo species/ & speciei gen9 ri te colligi possint.

Plato. Aristoteles

daretur:appoſuit/ quemadmodū de propoſitis tractaturus eſt. quorumq; hoc opus authoritate ſubnixus/ aggreditur:ante denūciat.Cum mediocritatē quidē tractaturus promittit detracta obſcuritatis difficultate/ animū lectoris inuitat:vt vero acquieſcat ac ſileat ad id qđ dicturus eſt Peripateticorū authoritate confirmat. Atq; ideo ait de ijs/ideſt de generibus & ſpeciebus de quibus ſuperiores intulerat quęſtiones/ac de propoſitis/ideſt de differētijs/proprijs/accidentibus/ſeſe probabiliter diſputaturum.Probabiliter autem ait/ideſt veriſimiliter:qđ græci λογικως vel ενδοξως dicunt.Sępe enim & apud Ariſtotelē λογικως veriſimiliter ac probabiliter dictum inuenimus: & apud Boetum/ & apud Alexandrū. Porphyrius quoq; ipſe in multis hac ſignificatiōe/ hoc verbo vſus eſt qđ nos ſcilicet in trāſlatione:qđ ait λογικω τερον ita interpręari vt rationabiliter diceremus/omiſimus.Longe enim melior ac verior ſignificatio ea viſa eſt:vt probabiliter ſeſe dicere promitteret/ideſt non pręter opinionem ingredientiū atq; lectorum/ qđ introductionis eſt proprium. Nam cū ab imperitorū hominū mentibus doctrinę ſecretum altioris abhorreat:talis eſſe introductio debet vt non pręter opinionem ingredientium ſit. Ergo melius probabiliter q̄ rationabiliter interpręti ſumus. Antiquos autē ait de eiſdem diſputaſſe rebus:ſed eorum illum maxime tractatum inſequi quem Peripatetici Ariſtotele duce reliquerunt/ vt tota diſputatio ad prędicamenta conueniat.

Boetus. Alexāder. λογικω τερον magis probabiliter ſonat & ob id ī littera magis adiunctum eſt.

¶DE GENERE. Cap.I.

Videtur autem neq; genus/ neq; ſpecies ſimpliciter dici. ¶Quęri in expoſitionum principijs ſolet/ cur vnumqđq; cęteris in diſpoſitionis ordine prępondatur. velut nunc in genere dubitari ſolet/ cur genus:ſpeciei/ differentiæ/ proprio/ accidētiq; prętulerit.de eo enim primitus pertractat. ¶Reſpondebimus itaq; iure factum videri.omne enim qđ vniuerſale eſt/ intra ſemetipſum cętera concludit:ipſū vero nō magnitudine clauditur.maioris itaq; meriti eſt ac principalis naturę/ illud qđ ita cętera coercet: vt ipſum naturę magnitudine nequeat ab alijs contineri. Genus igitur ſpecies itra ſe poſitas habet/ & earū differentias/ propriaq;/ nichilominus etiam accidentia:atq; ita de genere inchoandū fuit q̄ cętera naturæ ſuę magnitudine coercet & cōtinet. ¶Præterea illa ſemper priora ſunt/ quę ſi auferat quis/ cōtenta cętera perimuntur:illa poſteriora/ quibus poſitis ea quę cęterorum ſubſtantiā perficiunt/ cōſequuntur. vt in genere & cęteris. Nam ſi animal auferas/qđ eſt hominis genus:homo quoq; qui eſt ſpecies/ &,rationale qđ differentia/ & riſibile qđ proprium/& grāmaticū qđ accidens eſt/nō manebit/ & interemptū genus cuncta cōſumit. ſi vero hominem eſſe cōſtituas/ vel grāmaticum vel rationale vel riſibile:animal quidem eſſe neceſſe eſt.Si enim homo eſt/ animal eſt ſiue rationale/ ſiue riſibile/ſiue grāmaticū:ab animali/ſubſtantia nō recedit.Sublato ergo genere & cętera cōſumūtur:poſitis vero cæteris ſequitur genus.prior eſt igitur natura generis/ poſterior eſt cęterorum.iure eſt igitur in diſputatione prępoſitum genus.Sed quoniam generis nomen multa ſignificat (hoc eſt enī qđ ait/ videtur autē neq; genus neq; ſpecies ſimpliciter dici. vbi enim nō eſt ſimplex dictio:illic multiplex ſignificatio eſt) prius huius nominis ſignificationes diſcernit ac ſeparat:vt de qua ſignificatione generis tractaturus eſt/ſub oculis ponat. ¶Sed cū neq; genus/ neq; ſpecies/ neq; differentia/ nec proprium/ nec accidēs ſignificatione ſimplicia ſint: cur de his tātum duobus genere inq̄ ac ſpecie dixit nō ſimpliciter dici/ cū proprium/ differētia/ atq; accidens/ ipſa quoq; ſint ſignificatione multiplici? ¶Dicendum eſt/ quoniā longitudinem vitans/ tantū ſpeciē nominauit:eamq; iccirco/ ne ſolum genus eſſe ſignificationis multiplicis putaretur.Enumerat autē primam generis ſignificationē hoc modo. ¶Genus enī dicitur & aliquorum quodā modo ſe habentium ad vnū aliqd/ & ad ſeinuicē collectio.ſecundū quā ſignificationem Rhomanorū dicitur genus ab vnius ſcilicet habitudine (dico aūt Rhomuli)& multitudinis habētium aliquo modo adinuicē eam (quę ab illo eſt) cognationē/ ſecūdum diuiſionem ab alijs generibus dictū. ¶Vna (inquit) generis ſignificatio eſt/ quę in multitudinē venit/ a quolibet vno principium trahens/ad qđ ſcilicet ita illa multitudo coniūcta eſt:vt ad ſeinuicē per eiuſdem vnius principiū copulata ſint.vt cum Rhomanorū genus/ dicitur multitudo Rhomanorum ab vno Rhomulo vocabulū trahens:& ipſi Rhomulo/& ad ſe inuicem quaſi quadā nominis hereditate coniūcta eſt.eadē enim quę a Rhomulo ſocietas deſcendit:Rhomanos inter ſe omnes vno generis nomine deuincit et coalligat. ¶Videtur autē ſecuiſſe hāc generis ſignificationem in duas partes:cum copulatiuā coniūctionem admiſcuit dicens. Genus dicitur aliquorum quodā modo ſe habentium ad vnū aliquid/ & ad ſe inuicem collectio/ tanq̄ & illud genus dicatur ad vnum aliquo modo ſe habere / & hoc rurſus genus dicatur q̄ ad inuicem vñius generis ſignificatiōe coniūcti ſunt. ¶Hoc vero minime eſt.eadem enim a quolibet vno

Quęſtio. Solutio. Priora. Poſteriora. Alia obiectio. Solutio.

propagata ſocietas:& ad illum qui princeps eſt generis/ totam multitudinem perfert/& ipſam inter ſe multitudinem vno generis nomine cõnectit & cõtinet.Quocirca non eſt putãdus diuiſionem feciſſe:ſed omne qđ in hac generis ſignificatione intelligẽdum fuit/aperuiſſe.Ordo autem verborum ita ſeſe habet qui eſt hyperbaton intelligẽdus.Genus enim dicitur/& aliquorũ ad vnum ſe aliquo modo habentiũ collectio/& ad ſeinuicem aliquo modo habẽtiũ/rurſus collectio ſubaudienda eſt.eſt enim & zeugma. Cuius ſignificatiõis adiecit exemplũ/ ſecundũ quã ſignificationem Rhomanorũ dicitur genus ab vnius ſcilicet habitudine (dico autẽ Rhomuli) & multitudinis rurſus habitudine habentium aliquo modo ad inuicem cognationẽ/eam ſcilicet quę ab illo eſt/ideſt Rhomulo/ſecundũ diuiſionem ab alijs generibus dictũ/ſcilicet multitudinis.hęc enim multitudo aliquo modo ad vnũ/ & ad ſeinuicem habens cognationem genus dicta eſt:vt ab alijs diſcerneretur.vt Rhomanorũ genus ab Athenienſium genere cæterorũq; ſepararetur.vt ſit integer verborum ordo,genus enim dicitur & collectio aliquotũ ad vnum ſe quodam modo habentiũ/& ad ſeinuicem:ſecũdum quã ſignificationẽ Rhomanorum dicitur genus ab vnius ſcilicet habitudine (dico autem Rhomuli) et multitudinis/ ſecundũ diuiſionẽ ab alijs generibus dictum habentiũ ſcilicet hominum aliquo modo ad inuicem eam quę ab illo eſt Rhomulo cognationem.atq; hęc hactenus:nũc de ſecunda generis ſignificatione dicendum eſt. ¶Dicitur autẽ et aliter rurſus genus qđ eſt vniuſcuiuſq; generationis principium:vel ab eo qui genuit/ vel ab eo loco in quo quis genitus eſt. Sic enim Oreſtem quidẽ dicimus a Tãtalo habere genus:Hylum autẽ ab Hercule.& rurſus Pindarum quidẽ Thebanũ eſſe genere: Platonem vero Atheniẽſem.etenim patria principium eſt vniuſcuiuſq; generationis: quẽadmodum & pater. ¶Hęc autem videtur promptiſſima eſſe ſignificatio. Rhomani enim ſunt qui ex genere deſcendunt Rhomuli:& Cecropidæ qui a Cecrope & horũ proximi. ¶Quattuor omnino ſunt principia:quę vnũqđq; principaliter efficiũt. Eſt enĩ vna cauſa q̃ effectiua dicitur/ velut pater filij.& alia eſt materialis:velut lapides domꝰ.tertia forma:velut hominis ratiõabilitas.quarta quãobrẽ:velut pugna victorię.duę vero ſunt quę per accidens vniuſcuiuſq; dicuntur eſſe principia:locus ſcilicet ac tempus.omne enim qđ naſcitur:in loco ac tẽpore eſt.et quicquid in loco vel tẽpore natum factũue fuerit: eum locũ vel id tempus accidẽtaliter dicitur habere principium. Horũ omniũ in hac ſecũda generis ſignificatione duo quędam ex alterutris aſſumit:quę ad ſignificationẽ generis videbãtur accõmodata.ex ijs quidem cauſis quę principalia ſunt/effectiuum:ex ijs vero quę accidentia/locum.ait enim/genus dicitur/a quo quis genitus eſt/quę eſt effectiua principalium cauſa:& in quo quis loco eſt procreatus/quę eſt accidẽs cauſa principij.Itaq; hęc ſecunda ſignificatio duo cõtinet:eum a quo quis procreatus eſt/ & locum in quo quis ęditus eſt/ vt exempla quoq; ipſa demonſtrant. Oreſtem enim dicimus a Tantalo genus ducere.Tantalus quippe Pelopem/ Pelops Atreũ/Atreus Agamẽnonem/ Agamẽnon genuit Oreſtem.itaq; a procreatione genus hoc dictum eſt.at vero Pindarum dicimus eſſe Thebanum:ſcilicet quoniã Thebis ęditus eſt/ tale generis nomen accepit. ¶Sed quoniam diuerſum eſt illud a quo quiſq; procreatus eſt/& locus in quo quiſq̃ ęditus eſt:videtur diuerſa eſſe generis ſignificatio procreantis & loci/quã in ſecũda parte enumerãs vnam fecit. ¶Sed ne videretur duplex:per ſimilitudinem coniũxit dicens.eteni patria principiũ ẽ vniuſcuiuſq; generationis/quemadmodũ & pater.Sed quoniam in ſignificationibus euenit ſępe/ vt aliquid ſit qđ intellectu ſignificatę rei propinquius eſſe videatur:& quoniam duas generis appoſuit ſignificationes/multitudinis ſcilicet & procreãtis/ cui generi nomen cõuenientius aptetur/indicat atq; diſcernit dicens/ hanc eſſe promptiſſimã generis ſignificationem/ quę a procreãte deducta ſit. ij enim maxime Cecropidę ſunt/qui a Cecrope deſcendunt:Rhomani qui a Rhomulo.quę cũ ita ſint:confundi rurſus generis ſignificationes videntur. Si enim ſunt ij maxime Rhomani/ qui a Rhomulo originem trahunt/& hęc ſignificatio illa eſt quę a procreante deducitur:vbi ẽ reliqua quã primã quoq; enumerauit/ quę eſt multitudinis ad vnum & ad ſeinuicem quodam modo ſe habentium collectio/Sed acutius intuentibus plurimæ admodum differentię ſunt. Aliud enim eſt a quolibet primo procreante genus deducere:aliud vnum genus eſſe plurimorum.illud enim ex recta ſanguinis linea fieri poteſt/& nõ in multa diffundi:vt ſi per vnicos familia deſcendat.huic enim aptatur ſecunda illa generis ſignificatio/quę a procreante deducitur:prima vero non niſi multitudine cõſiſtit. Illud quoq; eſt/ q̃ prima procreationis principiũ non quęrit/ſed (vt ipſę ait) ſufficit aliquo modo ſe habere ad id/vnde huiuſmodi generis principium ſumitur:ſecunda vero ſignificatio nullã vim niſi a procreante ſortitur.Item in illa prima ſignificationis multitudine:huius ſecundæ particularitas cõtinetur/ vt in Rhomanorũ genere Scipiadarum genus.nã cum ſunt Rhomani Scipiadę ſunt.Quoniam enim ad Rhomulũ

Grãmatica ſunt hęc.

Quarta quãobrem hoc ẽ finis.

Generis primo et generis ſecundo diſſimilitudines.

et ad cæteros Rhomanos ſecundū Rhomuli habitudinē iuncti Rhomani ſunt. Scipiadę vero dicūtur ad ſecundā generis ſignificationē/ quia eorū familię/ Scipio et ſanguinis principiū fuit.
» ¶Et prius quidē appellatū eſt genus vniuſcuiuſcȝ generationis principiū: dehinc etiā et mul-
» titudo eorū qui ſunt ab vno principio/ vt a Rhomulo. quā diuidentes et ab aliis ſeparantes: dí-
» cebamus omnē illam collectionem eſſe Rhomanorū genus. ¶Senſus vero facilis et expeditus eſt/ ſi tamē vna ambiguitas ſoluatur. Cū enim prius multitudinis ſignificationē retulerit ad ge-neris nomē/ poſt autē ad procreationis initiū: nunc cōtrario modo illā poſterius aſe dinumera-tā ſignificationem dicere videtur priorē quæ eſt procreationis/ illā vero poſteriorē quæ eſt mul-titudinis. qđ cōtrariū videri poteſt: ſi quis ad ordinem ſuperius digeſtæ diſputationis aſpexerit. Sed hic nō de ſe loquitur: ſed de humani cōſuetudine ſermonis in quo prius eā ſignificationem generis fuiſſe dicit quę a procreāte ſit ducta. accedēte vero ętate/ loquēdi vſu nomē generis etiā ad multitudinē habentē ſe quodā modo ad aliquē fuiſſe trāſlatū. Hoc vero iccirco dixit: quoniā ſuperius dixerat. hęc enim videtur promptiſſima ſignificatio/ vt ab hac id eſt ſecunda (quā prō-ptiſſimā ſignificationē dixit) illa quoq; nuncupata videretur/ q̄ eſt multitudinis. prius enim gen⁹ inter homines appellatū eſt qđ quis a generāte deduceret: poſt autē factum eſt vt per loquendi vſum etiam multitudinis ad aliquē quodā modo ſe habētis/ genus diceretur propter diuiſionē ſcilicet gentiū: vt eſſet inter eas nominis/ ſocietatiſq; diſcretio. Igitur his expletis: venit ad ter-tium genus qđ inter philoſophos tractat/ cuiuſq; ad dialecticā facultatem multus vſus eſt. Ho-rum quippe generū hiſtoria magis vel poeſis tractat exordiū: tertiū vero genus apud philoſo-
» phos cōſideratur/ de quo hoc modo loquitur. ¶Aliter autē rurſus genus dicitur cui ſupponitur
» ſpecies. ¶Ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum. etenim principium quoddam eſt huiuſmo-
» di genus earum quę ſub ipſo ſunt ſpecierum. Videtur etiam multitudinem continere omnem
» ſpecierū quę ſub eo ſunt. ¶Duplicē ſignificationem generis ſupra propoſuit/ nūc tertiā mon-ſtrare cōtendit. hanc autem ad ſuperiorū ſimilitudinem dictā eſſe arbitratur. Superi⁹ duę dictæ ſignificationes ſunt/ vna quidem cum generis nomē quadā principii antiquitate ad ſe iunctam multitudinē cōtineret: alia vero cum genus ab vno quoq; procreante duceretur/ qđ eorum quę procreantur principiū eſt. cū igitur ſint ſuperius duę generis ſignificationes propoſitę: tertium nunc addit de quo inter philoſophos ſermo eſt/ illud ſcilicet cui ſupponitur ſpecies/ qđ iccirco genus vocatum eſſe ſub opinionis ſuæ credit ambiguo/ quoniā habet aliquā ſimilitudinē ſupe-riorum. Nam ſicut illud genus quod ad multitudinem dicitur/ vno ſolo nomine multitudinem claudit: ita quoq; genus plurimas ſpecies coercet & continet. Item vt genus illud quod ſecun-dum procreationē dicitur/ principium quoddā eſt eorū quę ab ipſo procreātur: ita genus ſpecie-bus ſuis eſt principiū. ergo quoniā vtriſq; eſt ſimile: iccirco nomē quoq; generis & in hac ſigni-
» ficatione a ſuperioribus mutuatum eſſe veriſimile eſt. ¶Tripliciter igitur genus cū dicatur: de
» tertio apud philoſophos ſermo eſt. quod etiā deſcribentes aſſignauerūt genus eſſe dicentes: qđ
» de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid eſt prædicatur vt animal. ¶Iure tertiū gen⁹ philoſophi ad diſputationem ſumunt. hoc enim ſolū eſt quod ſubſtantiā monſtrat: cætera vero aut vnum quidē oſtendunt/ aut quēadmodum a cęteris hominibus in vna quaſi forma populi diuidatur/ oſtendit. Nam illud qđ multitudinē continet genus: illius multitudinis quā continet/ ſubſtantiā non demōſtrat/ ſed tantū vno nomine collectionē facit populi vt ab alterius generis populo ſegregetur. Item illud qđ ſecundū procreationem dictū eſt non rei procreatę ſubſtantiā monſtrat: ſed tantū quod eius fuerit procreationis initium. at vero genus id cui ſupponitur ſpe-cies ad differentiā accōmodatū: ſpeciei ſubſtantiā informat. Et q⁹ inter philoſophos hæc maxi-ma eſt quæſtio quid vnūquodq; ſit (tunc enim vnūquodq; ſcire videmur: quādo quid ſit/ agno-ſcimus) iccirco reiectis cæteris de hoc genere q̄ maxime apud philoſophos ſermo eſt: qđ etiam deſcribentes aſſignauerunt ea deſcriptione quā ſubter innexuit. Diligenter vero ait deſcriben-tes/ non definientes. definitio enim fit ex genere/ genus autem aliud (qualiter fit diffinitio) ge-nus habere non poterit: idq; obſcurius eſt q̄ vt primo aditu dictum pateat. fieri autem poteſt/ vt res quæ alii genus ſit/ alii generi ſupponatur: ſed cum ſupponitur non quaſi genus/ ſed tanq̄ ſpecies ſub alio collocatur. vnde non in eo quod genus eſt ſupponi alicui poteſt: ſed cum ſup-ponitur/ illico ſpecies fit. quę cum ita ſint: oſtēditur genus ipſum in eo quod eſt genus/ genus habere non poſſe. ſi igitur voluiſſet genus diffinitione cōcludere: nullo modo potuiſſet. Genus enim aliud qđ ei poſſet p̄poni non habet: atq; iccirco deſcriptionē ait eſſe factā/ non diffinitionē. Deſcriptio vero eſt (vt in priori volumine dictum eſt) ex proprietatibus informatio quædam rei: et tanq̄ coloribus quibuſdā depictio. Cū enim in vnū plura cōuenerint: ita vt omnia ſimul rei cui applicātur ęquentur (niſi ex genere vel differētiis hęc collectio fiat) deſcriptio nūcupatur. Eſt igitur deſcriptio hęc generis. genus eſt qđ de pluribus et differētibus ſpecie in eo qđ quid ſit

¶Gen⁹ aūt aliud. gen⁹ ſecūdū no-mē cū diffi-nitur/ nō vt genus diffi-nitur ſed vt ſpecies. Nā qđ prędicat et cōmuni⁹ eſt et de eo vt gen⁹ prę-dicari dice-re/ nichil for te fuerit ab-ſurdū Et qđ dubitas ge-nus ſecūdū nomē/ ſpe-cię dici cum ad aliqđ ſit eius genus. eſt enim ali cuius gen⁹/ vt Porphy-rius etiā ipe teſtatur.

prædicatur. Tria hæc requirũtur in genere: vt de pluribus prædicetur/ vt de ſpecie differẽtibus/ vt in eo quod quid ſit. de qua re quoniã ipſe poſterius/ latius diſputat: nos breuiter huius rei intelligentiã ſignificemus hoc modo. Sit enim nobis i forma generis animal: id de aliquibus ſine dubio prędicatur homine ſcilicet equo/ boue et cęteris/ ſed hęc plura ſunt. animal igitur de pluribus prędicatur: homo vero/ equus atq; bos talia ſunt vt de ſe diſcrepent/ nec qualibet mediocri re/ ſed tota ſpecie id eſt tota forma ſuę ſubſtãtię/ de quibus dicitur animal. homo enĩ & equus & bos animalia nũcupantur. prædicatur ergo animal de pluribus ſpecie differentibus: ſed quonã modo fit hæc prędicatio? nõ enim quicquid interrogaueris: mox animal reſpondetur. non enim ſi quantus ſit homo interrogaueris. animal reſpõdebitur. hoc enim ad quãtitatẽ pertinẽt nõ ad ſubſtãtiam. Item ſi qualis eſt homo interroges/ ne huic quidem reſpõſio cõuenit animalis: cęteriſq; omnibus interrogationibus hãc animalis reſponſionẽ ineptã atq; inutilem ſemper eſſe reperies/ niſi ei tantũ apta eſt quæ quid interroget. interrogãtibus enim nobis qd ſit homo/ quid ſit equus/ quid bos: animal reſpõdebitur. ita nomẽ animalis ad interrogationẽ quid ſit: de homine/ equo atq; boue ac de cæteris p̃dicabitur. vnde fit vt animal p̃dicet de pluribus differẽtibus ſpecie i eo qđ quid ſit. Et quoniã generis hęc diffinitio eſt: animal/ hominis/ equi/ bouis genus eſſe neceſſe eſt. omne autẽ genus aliud eſt qđ in ſemetipſo/ atq; i re intelligitur: aliud qđ ad alterius p̃dicationẽ refertur. ſua enim ꝓprietas/ ipſum eſſe cõſtituit: ad alterũ relatio/ genꝰ facit. vt ipſum animal/ ſi eiꝰ ſubſtantiã quęras: dicam ſubſtantiã eſſe animatã atq; ſenſibilẽ. hęc igitur diffinitio rẽ demõſtrat per ſe ſicuti eſt/ nõ tanq̃ referat ad aliud. at vero cũ dicimus animal genꝰ eſſe: nõ (vt arbitror) tunc de re ipſa hoc nomẽ dicimus/ ſed de ea relatione qua poteſt animal ad cæterorũ quę ſibi ſubiecta ſunt/ prædicationẽ referri. Itaq; character quidã eſt ac forma generis in eo q̃ referri p̃dicatione ad eas res poteſt/ q̃ cum ſint plures & ſpecie differẽtes/ in earu tãtum ſubſtantia prædicatur: huius autẽ diffinitionis rationem per exempla ſubiecit dicens. ¶ Eorum enim quæ p̃dicãtur/ alia quidẽ de vno dicũtur ſolo ſicut idiuidua/ vt Socrates/ & hic/ & hoc: alia vero de pluribus quẽadmodũ genera/ & ſpecies/ et differentię/ & propria/ & accidentia cõmuniter ſed nõ proprie alicui. eſt autẽ genus quidẽ: vt animal. ſpecies vero: vt homo. differẽtia autẽ: vt rationale. propriũ/ vt riſibile. accidens: vt album/ nigrum/ ſedere. ¶ Omniũ quæ prædicãtur quolibet modo/ facit Porphyrius diuiſionẽ: iccirco vt a reliquis omnibus p̃dicationẽ generis ſeiungat ac ſeparet hoc modo. Omniũ inquit in p̃dicatis: alia de ſingularitate dicũtur/ alia de pluralitate. De ſingularitate vero inquit/ prædicãtur: quæcũq; vnũ quodlibet habẽt ſubiectum de quo dici poſſint/ vt ea quibus ſingula ſubiecta ſunt indiuidua. vt Socrates/ & Plato/ vt hoc albũ qđ in hac niue propoſita eſt/ vt hoc ſcãnum in quo nunc ſedemus. nõ omne ſcamnũ (hoc enim vniuerſale eſt) ſed hoc qđ nũc ſuppoſitũ eſt/ nec albũ qđ in niue eſt (vniuerſale enim eſt album) ſed hoc albũ quod in hac niue nũc eſſe cõſpicitur. hoc enim nõ poteſt de quolibet alio albo prędicari qđ in hac niue eſt: quia ad ſingularitatẽ deductũ eſt/ atq; ad indiuiduam formã conſtrictũ eſt indiuidui participatione. Alia vero ſũt q̃ de pluribus p̃dicãtur: vt genera/ ſpecies/ differẽtię & propria/ & accidẽtia cõmuniter/ ſed nõ proprie alicui. Et genera quidẽ de pluribus prædicantur ſpeciebus ſuis: ſpecies vero de pluribꝰ prędicãtur indiuiduis. homo enim q̃ eſt animalis ſpecies/ plures ſub ſe homines habet de quibus appellari poſſit. item equus qui ſubeſt animali loco ſpeciei: plurimos habet indiuiduos de quibus prędicatur. Differẽtia vero ipſa quoq; de pluribꝰ ſpeciebus dici poteſt/ vt rationale de homine/ ac de deo/ corporibuſq; celeſtibus: quæ (ſicut Platoni placet) animata ſunt & ratione vigẽtia. Propriũ item et ſi de vna ſpecie p̃dicatur: de multis tamen indiuiduis dicitur quę ſub ipſa ſpecie collocantur/ vt riſibile de Platone/ Socrate/ & cęteris indiuiduis dicitur q̃ homini ſupponũtur. Accidẽs etiam de multis dicitur. albũ enim & nigrũ de multis omnino dici poſſũt/ q̃ a ſe genere ſpecieq; ſeiũcta ſunt/ ſedere etiã de multis dicitur. homo enĩ ſedet/ ſimia ſedet/ aues quoq; quarũ ſpecies lõge diuerſę ſunt. accidẽs aũt quoniã cõmuniter accidẽs eſſe poteſt/ & proprie alicui: iccirco determinauit dicẽs/ accidẽtia cõmuniter ſed nõ proprie. quæ enim proprie alicui accidũt: indiuidua fiunt/ & de vno tantũ valẽtia p̃dicari. et ea quę cõmuniter accipiũtur: de pluribus dici queunt. vt enĩ de niue dictũ eſt/ illud albũ qđ in hac niue ſubiecta eſt/ nõ eſt cõmuniter accidẽs/ ſed ꝓprie huic niui quæ oculis/ oſtẽſionq; ſubiecta eſt: ita quoq; ex eo qđ cõmuniter p̃dicari poterat (de multis enim albũ dici poteſt: vt albus equus/ alba nix) factum eſt/ vt de vna tantũ niue p̃dicari illud albũ poſſit/ cuius participatione ipſum quale quid factũ eſt ſingulare. Omnino autẽ oĩa genera vel ſpecies/ vel differẽtias/ vel ꝓpria/ vel accidẽtia ſi per ſemetipſa ſpeculemur i eo q̃ genera/ vel ſpecies/ vel differẽtię/ vel ꝓpria/ vel accidẽtia ſũt: manifeſtũ eſt quoniã de pluribꝰ p̃dicãtur. at ſi ea ſpeculemur i quibꝰ ſũt vt ſecũdũ ſubiectũ eorũ formã & ſubſtãtiã metiamur: euenit vt ex pluralitate p̃dicationis/ ad ſingularitatẽ vide anĩ adduci. Animal enĩ qđ genꝰ eſt de pluribus p̃dicat: ſed cũ hoc animal i Socrate cõſideramꝰ

ex pluralitate prędicationis adducitur ad ſingularitatē. Socrates enī animal eſt/ et ipſum ſit indiuiduū: quoniā Socrates eſt indiuiduus ac ſingularis. Itē homo de pluribus quidē hominibus prædicatur: ſed ſi illā humanitatē quę in Socrate eſt indiuiduo cōſideremus/ indiuidua eſt/ quoniā Socrates ipſe indiuiduus eſt atq; ſingularis. Itē differētia vt rationale/ de plurib⁹ dici poteſt: ſed in Socrate indiuidua eſt. Riſibile etiā cum de pluribus hominib⁹ p̄dicatur: fit vnicū. Cōmuniter quoq; accidēs/ vt albū: cū de pluribus dici poſſit/ in vnoquoq; ſingulari perſpectū/ indiuiduū eſt. Fieri autem potuit cōmodior diuiſio hoc modo/ vt eorū quę prędicantur: alia quidē ad ſingularitatē dicūtur/ alia ad pluralitatē. eorū quę de pluribus prędicātur: alia ſecundū ſubſtātiam prędicantur/ alia ſecundū accidens. eorū quę ſecundū ſubſtantiā prędicātur: alia in eo qđ quid ſit dicūtur/ alia i eo qđ quale. in eo qđ qd ſit quidē/ gen⁹ et ſpecies: in eo qđ quale ſit differētia. itē eorū quę in eo qđ quid ſit p̄dicātur: alia de ſpeciebus prędicātur pluribus/ alia minime. de ſpecieb⁹ quidē pluribus p̄dicātur/ vt genera: de nullis vero/ ſpecies. eorū autē q̄ ſecundū accidēs p̄dicātur: alia quidē ſunt q̄ de pluribus prędicātur/ vt accidētia/ alia quę de vno tātū/ vt propria. Poteſt autē fieri etiā huiuſmodi diuiſio. Eorū quę p̄dicātur: alia de ſingulis prędicantur/ alia de pluribus. eorū q̄ de pluribus: alia in eo qđ qd ſit/ alia i eo qđ quale qd ſit prędicātur. ea quę in eo qđ quid ſit: alia de differentibus ſpeciebus dicūtur/ vt genera/ alia minime/ vt ſpecies. eorū autē quæ in eo qđ quale ſit/ de pluribus prędicātur: alia quidē de differentibus ſpecie prędicantur/ vt differētię et accidētia cōmuniter/ alia de vna tātū ſpecie/ vt ꝓpria. eorū vero q̄ de pluribus differētibus ſpecie in eo qđ quale ſit prędicātur: alia i ſubſtātia prędicātur/ vt differētię/ alia in cōmuniter euentibus/ vt accidētia. Et per hanc diuiſionē quinq; harū rerū diffinitiones colligi poſſunt/ hoc modo. Genus eſt qđ de pluribus in eo qđ quid ſit ſpecie differētibus prædicat. Species quod de pluribus minime ſpecie differētibus in eo qđ quid ſit prędicatur. Differētia eſt quod de pluribus ſpecie differētib⁹ i eo quod quale ſit in ſubſtātia/ prędicatur. Propriū eſt qđ de vna tātū ſpecie in eo qđ quale ſit nō in ſubſtantia/ prędicatur. Accidēs eſt quod de plurib⁹ & ſpecie differētibus i eo quod quale ſit nō in ſubſtantia/ prędicatur. Et nos quidē has diuiſiones fecim⁹/ vt omnia a ſemetipſis ſeparemus. Porphyrio vero alia intētio fuit. Nō enim omnia a ſemetipſis nunc diſiungere feſtinabat: ſed tātū vt cętera a generis forma & proprietate ſepararet. Iccirco diuiſit omnia q̄ prædicātur: aut in ea quę de ſingulis prędicātur/ aut in ea quę de pluribus. ea vero quę de pluribus prędicātur: aut genera eſſe dixit/ aut ſpecies/ aut cętera. horū quoq; exēpla ſubiiciēs adiungit. ¶ Ab iis vero quæ de vno ſolo prędicātur differūt genera: eo ꝙ hęc de pluribus prædicātur. Ab iis autē quę de pluribus/ a ſpecieb⁹ quidē: quoniā ſpecies etſi de pluribus prædicātur non tamē de differētibus ſpecie/ ſed numero. homo enim cum ſit ſpecies/ de Socrate & Platone prędicatur/ qui nō ſpecie differūt: ſed numero. animal vero cū ſit genus de homine & boue et equo p̄dicatur: qui differunt a ſeinuicē ſpecie/ nō numero ſolo. A proprio vero differt gen⁹: quoniam propriū quidē de vna ſola ſpecie cuius eſt propriū prędicatur/ et de iis (quæ ſub ipſa ſpecie ſunt) indiuiduis. quēadmodū riſibile de homine ſolo/ & de particularibus hominib⁹. gen⁹ autē nō de vna ſpecie prędicatur: ſed de plurib⁹ et differētibus. A differētia vero & ab iis quę cōmuniter ſunt accidētia differt genus: quoniā etſi de pluribus et differētibus ſpecie prędicātur differentię/ & cōmuniter accidētia/ nō tamē in eo qđ quid eſt prędicātur/ ſed in eo qđ quale quid eſt. interrogātibus enim aliquibus quid eſt illud de quo prędicātur hæc: genus reſpondebimus/ differētias aūt et accidētia nō reſpōdebimus. nō enim i eo qđ quid eſt prędicātur de ſubiecto: ſed magis in eo quod quale quid eſt. interrogāti enim quale qd eſt homo: dicimus quoniam rationale. et in eo qđ quale quid eſt coruus: dicimus quoniā niger. eſt autem rationale quidē differētia: nigrum vero accidens. quādo autē quid eſt homo interrogamur: animal reſpōdemus. eſt autem hominis genus: animal. ¶ Nunc genus a cęteris omnibus quę quolibet modo prędicātur: ſeparare contēdit hoc modo. Quoniā enim genus de pluribus prędicatur: ſtatim differt ab iis quidem q̄ de vno tantum prędicantur/ et quę vnūquodlibet habent indiuiduum ac ſingulare ſubiectum. Sed hęc differētia generis ab iis quę de vno ſolo prædicātur/ cōmunis eſt ei cum cęteris id eſt ſpecie/ differentia/ proprio/ atq; accidenti. Iccirco quoniā ipſa quoq; de pluribus prędicantur. horum igitur ſingulorū differētias a genere colligit: vt ſolū/ intelligendum genus quale ſit ſub animi deducat aſpectum dicēs. Ab iis autē quę de pluribus id eſt ab iis quę de pluribus p̄dicantur differt genus: a ſpeciebus quidē primū/ quoniā ſpecies etſi de pluribus prædicātur/ nō tamē de differētib⁹ ſpecie ſed numero. Species enī ſub ſe plurimas ſpecies habere nō poterit: alioquin genus nō ſpecies appellaret. Si enī genus eſt qđ de pluribus ſpecie differētibus & in eo qđ quid ſit prædicatur/ cū ſpecies de pluribus prædicetur et in eo qđ quid ſit/ huic ſi addatur vt de ſpecie differentibus prædicetur: forma ſpeciei tranſit in genus. Id quodq; exemplo intelligi fas eſt.

homo enim cum ſit ſpecies: prędicatur de Socrate/ Platone/ & cæteris quę a ſe nõ ſpecie diſiuncta ſunt ſicut homo atq; equus vel bos/ ſed numero/ quæ quidẽ habent dubitationẽ quid ſit hoc

Quid numero differre

quod numero dicitur differre. ¶ Numero enĩ differre aliquid videbitur: quoties numerus a numero differt. vt grex boum qui fortaſſe cõtinet trigita boues: differt numero ab alio boum grege/ ſi centum cõtinet in ſe boues. In eo enim q; grex eſt nõ differunt/ neq; in eo q; boues/ niſi numero quidem differũt: q; illi plures/ illi vero ſunt pauciores. ¶ Quomodo ergo Socrates & Plato ſpecie non differunt/ ſed numero: cũ & Socrates vnus ſit & Plato vnus & vnitas numero ab vnitate nõ differat? ¶ Sed ita intelligendum eſt qđ dictum eſt numero differentibus: id eſt in numerando differẽtib9/ hoc eſt dũ numerãtur differentibus. Cum enim dicimus hic Plato eſt/ hic Socrates: duas fecim9 vnitates. ac ſi digito tãgamus dicẽtes hic vnus eſt de Socrate/ rurſus de Platone hic vnus eſt: nõ eadem vnitas in Socrate numerata eſt quæ in Platone. alioquin poſſet fieri/ vt ſecũdo tacto Socrate/ Plato etiam demõſtraretur: qđ nõ fit. niſi enim tetigeris Socratem vel mẽte vel digito/ itemq; niſi tetigeris Platonẽ: nõ facies duos dum numerãtur. ergo differũt quæ ſunt numero differentia. Animal vero cũ genus ſit/ de homine et boue & equo prędicatur:

Obiectio

Cum igitur ſpecies. ſpecies infima indiuidua q̃ et ſpecialiſſima dici ſolet.

qui differũt a ſe inuicem/ ſpecie quoq; nõ numero ſolo. cum igitur ſpecies de numero differentibus/ non ſpecie prædicetur: genus de pluribus & differentibus ſpecie dicitur/ vt de boue & equo & de cęteris quę a ſe ſpecie inuicem differunt nõ numero ſolo. Tribus enim modis vnũquodq; vel differre ab aliquo dicitur/ vel alicui idẽ eſſe: id eſt genere/ ſpecie/ numero. Quęcũq; igitur genere eadem ſunt: non neceſſe eſt eſſe eadẽ ſpecie. vt ſi eadem ſint genere/ differãt ſpecie. ſi vero eadẽ ſunt ſpecie: genere eadẽ eſſe neceſſe eſt. vt cum homo atq; equus idẽ ſunt genere (vterq; enim animal nũcupatur) differũt ſpecie: quoniã alia eſt hominis ſpecies/ alia equi. Socrates vero atq; Plato cũ idem ſint ſpecie: idẽ quoq; ſunt genere. vterq; enim ſub animalis prædicatiõe ponitur. ſi quid vero vel genere vel ſpecie idẽ ſit: nõ neceſſe eſt idẽ eſſe numero. qđ ſi idẽ ſit numero: idẽ & ſpecie & genere eſſe neceſſe eſt. vt Socrates & Plato cũ & genere animalis et ſpecie hominis idẽ ſint: numero tamẽ reperiũtur eſſe diſiũcti. gladius vero atq; enſis idẽ ſunt numero. nichil enĩ omnino aliud eſt enſis q̃ gladius: ſed nec ſpecie diuerſa ſũt. vtrũq; enim gladius eſt. nec genere. vtrũq; enim inſtrumẽtum eſt/ qđ eſt gladii genus. Quoniã igĩt homo/ bos atq; equus de quibus animal p̃dicatur/ ſpecie differũt; numero ergo etiã eos differre neceſſe eſt. iccirco hoc plus habet genus q; de ſpecie differẽtibus prædicatur. nam ſi integram generis diffinitionẽ demus: dabimus hoc modo. Genus eſt qđ de pluribus differentibus ſpecie & numero in eo quod quid ſit prædicatur. at vero ſic ſpecies. Species eſt qđ ſolum de pluribus & differentibus numero in eo qđ quid ſit p̃dicatur. A proprio vero differt genus: quoniã propriũ de vna ſola ſpecie cuius eſt propriũ prædicatur/ & de iis quæ ſub vna ſpecie ſunt indiuiduis. quẽadmodũ riſibile de homine ſolo/ & de particularibus hominibus. propriũ ſemper ſpeciei vni adeſſe poteſt/ neq; eã relinquit/ nec tranſit ad aliã/ atq; iccirco propriũ nũcupatũ eſt/ vt riſibile hominis eſt. itaq; & de ea ſpecie cuius eſt propriũ prędicatur/ et de iis indiuiduis quæ ſub illa ſunt ſpecie/ vt riſibile de homine dicitur/ & de Socrate & de Platone & cęteris quę ſub homĩs nomine cõtinẽtur: genus vero nõ de vna tãtum ſpecie (vt dictũ eſt) ſed de pluribus & differẽtibus ſpecie. differt igitur genus a proprio eo q; de pluribus ſpecieb9 p̃dicatur: cũ proprium de vna tãtũ de qua dicit appelletur/ & iis quæ ſub illa ſunt indiuiduis. Differẽtiæ atq; accidẽtis diſcrepãtia a genere/ vna ſeparatione cõcluditur. Omnino enim quia hæc i eo qđ quid ſit minime p̃dicãtur: eo ipſo ſegregantur a genere. Nã i cæteris propinqua ſũt generi. Nã & de pluribus p̃dicãtur/ & de ſpecie differentibus: ſed nõ i eo qđ quid ſit. ſi quis enim interroget qualis eſt homo: reſpõdetur rationalis q̃ eſt differẽtia. ſi q̃s interroget qualis eſt coru9: dicitur niger/ qđ eſt accidens. ſi autẽ interroges qđ eſt

Quęſtio

homo: animal reſpõdebit/ qđ eſt gen9. ¶ Qđ vero ait/ nec i eo qđ quid ſit p̃dicari dicim9/ ſed magis i eo qđ quale ſit: hoc magis q̃ſtioni occurrit huiuſmodi. Ariſtoteles enĩ differẽtias in ſubſtãtia putat oportere p̃dicari: qđ autẽ in ſubſtãtia predicatur/ hãc rẽ de qua p̃dicat/ nõ quale ſit ſed qđ ſit/ oſtẽdit. vnde nõ videt differẽtia i eo qđ quale ſit p̃dicari: ſed potius in eo qđ qđ ſit. ¶ Sed ſoluitur hoc modo. differẽtia enim ita ſubſtãtiã demõſtrare ſolet: vt circa ſubſtãtiã qualitatẽ determinet id eſt ſubſtãtiã qualem proferat. qđ ergo dictũ eſt/ magis tale eſt tanq̃ ſi diceret, videt qdẽ ſubſtãtiã ſignificare/ atq; in eo qđ qđ ſit p̃dicari. Sed magis illud eſt verius: quia tametſi ſubſtãtiã mõſtret/ tamẽ in eo quod quale ſit prædicatur. ¶ Quare de pluribus prædicari diuidit genus ab iis quæ de vno ſolo eorũ quæ ſunt indiuidua p̃dicãtur. de differẽtibus vero ſpecie: ſeparat ab iis q̃ ſicut ſpecies p̃dicãtur/ vel ſicut ꝓpria. in eo aũt qđ qđ eſt p̃dicari: diuidit genus a differẽtiis/ & cõmuniter accidẽtibus/ q̃ nõ in eo qđ quid eſt ſed i eo qđ quale quid eſt/ vel quomodo ſe habet vnũquodq; p̃dicãtur de iis de quib9 p̃dicãtur. ¶ Tria hęc eſſe diximꝰ q̃ ſignificationẽ hãc tertiã

generis informarẽt:ideſt de pluribus prędicari/de ſpecie differẽtibus/et in eo quod quid ſit.quæ ſingulæ partes genus a cęteris quę quomodolibet prędicantur/ diſtribuunt ac decernũt.qđ ipſe breuiter colligens dicit.id enim qđ de pluribus prædicatur:genus ab iis diuidit quę de vno tantum prædicantur/indiuiduo.Indiuiduum autem pluribus modis dicitur.dicitur indiuiduum qđ omnino ſecari nõ poteſt:vt vnitas vel mens.dicitur indiuiduũ:qđ ob ſoliditatẽ diuidi nequeat: vt adamas.dicitur autem indiuiduũ cuius prædicatio in reliqua ſimilia nõ conuenit:vt Socrates.Nam cum illi ſint cæteri homines ſimiles: non conuenit proprietas & prædicatio Socratis in cęteris.ergo ab iis quę de vno tantum prędicãtur genus differt:eo ꝙ de pluribus prędicatur. Reſtãt igitur quattuor:ſpecies/et propriũ & differẽtia/& accidẽs/quorum a genere differentias colligamus.ſingulis igitur differẽtiis ab his rebus ſegregabitur genus.Ea quidẽ differẽtia qua de ſpecie differentibus prædicari genus dicitur:ſeparatur ab iis quæ ſicut ſpecies prędicantur/ vel ſicut propria.ſpecies enim omnino de nulla alia ſpecie dicetur:proprium vero de vna tantum ſpecie prędicatur/atq; ideo non de ſpecie differentibus.Item genus a differentia et accidente differt:ꝙ in eo quod quid ſit prędicatur/illa vero in eo qđ quale ſit appellantur vt dictum eſt. Itaq; genus quidem ab iis quę de vno prędicantur:differt in quantitate prędicationis. a ſpeciebus vero & proprio in ſubiectorũ natura/quoniã genus de ſpecie differentibus dicitur:propriũ vero & ſpecies minime.Item genus in qualitate prędicationis a differentia accidenteq; diuiditur. Qualitas enim prędicationis quędam eſt:vel in eo quod quid ſit/vel in eo qđ quale ſit prædicari. ¶Nichil igitur ſuperfluum/neq; minus continet:generis dicta deſcriptio notionis.

Indiuiduí acceptiones

¶Omnis enim deſcriptio vel diffinitio:debet ei quod diffinitur ęquari.ſi enim diffinitio non ſit ęqualis/& ſi quidem maior ſit ac etiam quędã alia contineat:non neceſſe eſt vt ſemper diffiniti ſubſtantiã monſtret.ſi minor ſit:ad omnem diffinitionem ſubſtantię non peruenit.Omnia enim quæ maiora ſunt/de minoribus prædicantur/vt animal de homine:minora vero de maioribus minime.nemo enim vere dicere poteſt omne animal homo eſt:atq; iccirco ſi ſibi prædicatio cõuertẽda eſt/ęqualis oportet vt ſit.Id autem fieri poteſt:ſi neq; ſuperfluum quicq; habet neq; diminutum/vt in ea ipſa generis deſcriptione.Dictum eſt enim genus eſſe qđ de pluribus differẽtibus ſpecie in eo qđ quid ſit prędicatur.quæ deſcriptio cum genere conuerti poteſt:vt dicamus quod de pluribus ſpecie differentibus in eo qđ quid ſit prędicetur/id genus eſſe.quod ſi conuerti poteſt(vt ait)nec plus nec minus generis cõtinet facta deſcriptio.

Vperior diſputatio de genere videtur forſitan omnem etiam ſpeciei conſumpſiſſe tractatum.Nam cum genus ad aliquid prędicetur id eſt ad ſpeciem: cognoſci natura generis non poteſt ſi ſpeciei quę ſit intelligentia/neſciatur.Sed ꝙ diuerſa eſt in ſuis naturis eorum conſideratio/atq; diſcretio diuerſa in permixtis: iccirco ſicut ſingula in procœmio propoſuit/ita cuncta diuidere perſequitur/ac primum poſt generis diſputationem de ſpecie tractat de qua quidẽ dubitari poteſt. ¶Si enim hęc fuit ratio p̃ponendi generis reliquis omnibus/ ꝙ naturę ſuę magnitudine cętera contineret:non ęquũ erat ſpeciem differẽtię in ordine tractatus anteponere/ ꝙ differentia ſpeciem contineret/ cum pręſertim differentiæ ipſas ſpecies informẽt.prius autem eſt quod informat/ q̃ id qđ eius informatione perficitur.poſterior igitur ſpecies a differentia eſt. Prius igitur de differentia tractandum fuit/& procœmio etiam conſentiret in quo eum ordinem collocauit quẽ naturalis ordo ſuggeſſit dicens/vtile eſſe noſſe quid genus ſit/ & quid differentia. ¶Huic reſpondendum eſt quęſtioni/quoniam omnia quæcũq; ad aliquid prędicantur: ſubſtantiam ſemper ex oppoſitis ſumunt. vt igitur non poteſt eſſe pater niſi filius ſit/nec filius niſi prędecedat pater/alterutrũq; nomen pendet ex altero: ita etiã in genere ac ſpecie videre licet.Species quippe niſi generis non eſt:rurſuſq; genus eſſe non poteſt niſi referatur ad ſpeciem. Nec vero ſubſtantię quędam aut res abſolutę eſſe putandæ ſunt genus ac ſpecies/vt ſuperius quoq; dictum eſt:ſed quicquid illud eſt quod in naturę proprietate conſiſtat/id tunc genus fit ac ſpecies/ cum vel ad inferiora vel ad ſuperiora refertur. Quorum ergo relatio eſt ad alterutrum: eorum continens factus eſt iure tractatus. De ſpecie igitur inchoans ait hoc modo.

¶DE SPECIE Cap.II.

Species autem dicitur quidẽ et de vniuſcuiuſq; forma.ſecundum quã dictũ eſt:primũ quidem ſpecies digna eſt imperio. ¶Dicitur autẽ ſpecies et ea quæ eſt ſub aſſignato genere.ſecundum quã ſolemus dicere hominem quidem ſpeciem animalis/cum ſit genus animal:album autem coloris ſpeciem/triangulum vero figuræ ſpeciem.

¶Sicut generis ſupra diſtinxit ſignificationes ęquiuocas: ita quidem in ſpecie facit dicens/ nõ eſſe ſpeciei ſimplicem ſignificationem/ et ponit quidem duas. longe autem plures eſſe manifeſtum eſt: quas iccirco prætermiſit ne lectoris animũ prolixitate confunderet. Dicit autem primum quidem ſpeciem vniuſcuiuſq; figuram vocari: quæ ex accidentium congregatione perficitur. cautiſſime autem dictum eſt vniuſcuiuſq;. hęc enim ſecundum accidens dicitur. Quę enim vnicuiq; forma indiuiduo eſt: ea non ex ſubſtantiali quadam forma ſpecies/ ſed ex accidẽtibus venit. alia eſt enim ſubſtantialis formæ ſpecies quæ humanitas nuncupatur/ eaq; non eſt quaſi ſuppoſita animali/ ſed tanq̃ ipſa qualitas ſubſtantiam monſtrans. hæc enim et ab hac diuerſa eſt quę vniuſcuiuſq; corpori accidentaliter inſita eſt/ et ab ea quæ genus deducit in partes. Poſtremum vero plura ſunt: quæ cum eadem ſint/ diuerſis tamen modis ad aliud atq; aliud relata intelliguntur. vt hanc ipſam humanitatẽ in eo q; ipſa eſt ſi perſpexeris: ſpecies eſt ea quę ſubſtãtialem determinat qualitatem. ſi ſub animali eam intelligendo locaueris: deducit animalis in ſe participationem/ ſeparaturq; a cæteris animalibus/ ac fit ſpecies generis. Q; ſi vniuſcuiuſq; proprietatem conſideres id eſt q̃ viridis vultus/ q̃ firmus inceſſus/ cæteraq; quibus indiuidua conformantur et quodam modo depinguntur: hęc eſt accidens ſpecies ſecundum quã dicimus quẽlibet imperio eſſe aptũ propter formę eximiam dignitatem. Huic aliã adiungit ſpeciei ſignificationem id eſt eam quã ſupponim⁹ generi. nos vero triplicem ſpeciei ſignificationẽ eſſe ſubiicimus: vnam quidem ſubſtantię qualitatem/ aliã cuiuſlibet propriã formam indiuidui/ tertiam de qua nunc loquitur quæ ſub genere collocatur. Credendũ vero eſt propter obſcuritatem eius quã nos adiecimus: quia nimirum altiorem atq; eruditiorem quereret intellectum/ eam tacite præteriiſſe cęteraſq; ędidiſſe. cuius quidem ſpeciei hæc exempla ſubiecit: et hominẽ quidem eſſe animalis ſpeciem/ album autem coloris/ triãgulum vero figurę. Hæc enim omnia/ ſpecies nuncupantur eorum quę ſunt genera: animal quidẽ hominis/ color autem albi/ figura trianguli.

» ¶Quod ſi etiam genus aſſignantes ſpeciei meminimus dicentes/ qđ de pluribus differentibus
» ſpecie in eo quod quid eſt prędicatur: et ſpeciem dicimus id quod ſub aſſignato genere eſt.


¶Dudum autem cum generis deſcriptionem aſſignaret/ in generis diffinitione ſpeciei nomen iniecit dicens/ id eſſe genus qđ de pluribus ſpecie differentibus in eo qđ quid ſit prędicaretur: vt ſcilicet per ſpeciei nomen diffiniret genus. Nunc vero cũ ſpeciem diffinire contendat/ generis vtitur nuncupatione dicens/ ſpeciem eſſe quę ſub genere ponatur: cui quidem dicto illa quæſtio iure videtur opponi. Omnis enim diffinitio rem declarare debet quã diffinitione concludit: eãq; apertiorem reddere/ quã ſuo nomine monſtrabat. ex notioribus igitur fieri oportet diffinitionẽ q̃ res illa ſit quæ diffinitur. Cum enim per ſpeciei nomen deſcriberet vel diffiniret genus: abuſus eſt vocabulo ſpeciei velut notiore q̃ generis/ atq; ita ex notioribus deſcripſit genus. nunc vero cum ſpeciem vellet termino deſcriptionis includere: generis vtitur nomine/ rerũq; cõuertit notionem/ vt in generis quidem deſcriptione ſit notius ſpeciei vocabulum/ in ſpeciei autem deſcriptione ſit notius generis/ qđ fieri nequit. Si enim generis vocabulum notius eſt q̃ ſpeciei: in diffinitione generis ſpeciei nomine vti non debuit. q; ſi ſpeciei nomen facilius intelligitur q̃ generis: in diffinitione ſpeciei nomen generis non fuit apponendum/ cui quęſtioni occurrit/ dicens.

» ¶Noſſe oportet quoniam & genus alicuius eſt genus/ & ſpecies alicuius eſt ſpecies vtrumq;
» vtriuſq;: iccirco neceſſe eſt in vtrorumq; rationibus vtriſq; vti. ¶Omnia quæcunq; ad aliquid prędicãtur: ex iis de quibus prędicantur ſubſtantiam ſortiuntur. q; ſi diffinitio vniuſcuiuſq; ſubſtantię proprietatem debet oſtendere: iure ex alterutro fit deſcriptio in iis quæ ad ſeinuicem referuntur. ergo quoniam genus ſpeciei genus eſt/ et ſubſtantiam ſuam et vocabulum genus a ſpecie ſumit: in diffinitione generis ſpeciei nomẽ fuit aduocandum. Quoniam vero ſpecies id qđ eſt ſumit ex genere: nomen generis in deſcriptione ſpeciei non fuit relinquendum. Quoniã vero diuerſę ſunt ſpecierum qualitates (alię enim ſunt ſpecies quæ et genera eſſe poſſunt: aliæ quę in ſola ſpeciei proprietate permanẽt/ neq; in naturã generis tranſeunt) iccirco multiplicem
» ſpeciei diffinitionem dedit dicens. ¶Aſſignant ergo et ſic ſpeciem. Species eſt: quę ponitur ſub
» genere. ¶Et de qua genus in eo quod quid eſt prædicatur. ¶Amplius autem ſic quoq;. Speꝛ
» cies eſt quod de pluribus & differentibus numero in eo qđ quid eſt prędicatur. ſed hęc quidem
» aſſignatio ſpecialiſſimæ eſt/ & quę ſolum ſpecies eſt nõ autem etiam genus: alię vero erunt etiꝛ
» am nõ ſpecialiſſimarum. ¶Tribus ſpecies diffinitionibus informauit/ quarũ quidem duę omni ſpeciei cõueniũt/ omneſq; quę quolibet modo ſpecies appellãtur ſuam cõcluſionẽ determinãt: tertia vero nõ ita. Cũ enim duę ſint ſpecierũ formę/ vna quidẽ eſt cũ ſpecies alicuius aliquãdo etiã alteriꝰ genꝰ eſſe poteſt/ altera cũ tãtum ſpecies eſt neq; i formam generis tranſit: priores duę/

vna ſcilicet in qua quidē dictum eſt id eſſe ſpeciem qđ ſub genere ponitur/ et rurſus in qua dictū eſt id eſſe ſpeciem de qua genus in eo qđ quid ſit prædicetur/ omni ſpeciei conueniunt. Id enim tantum hę diffinitiones monſtrāt: qđ ſub genere ponitur. Nam vim ſignificat ſpeciei: qua refertur ad genus. Et ea quæ dicit id eſſe ſpeciē de quo genus in eo qđ quid ſit prędicatur: eam rurſus ſignificat ſpeciei formā quā retinet ex generis prædicatione. Idē eſt autem & ſupponi generi et de eo prędicari genus: ſicut idē eſt ſupponi generi/ et ei genus præponi. Q̄z ſi omnes ſpecies collocantur ſub genere: manifeſtū eſt omnem ſpeciē hoc ambitu deſcriptionis includi. Sed tertia diffinitio de ea tantum ſpecie loquetur quæ nunq̄ genus eſt: et quæ ſolum ſpecies reſtat. hęc autem ſpecies eſt ea: quæ de differentibus ſpecie minime prædicatur. Nā ſi id habet genus plus a ſpecie/ q̄ de differentibus ſpecie prædicatur: ſi qua ſpecies quidē prædicetur/ de ſubiectis ſed non de ſpecie differentibus/ ea ſolū erit ſpecies ſuperioris generis/ ſubiectorū vero nō erit gen⁹. Igitur prædicatio ea quā ſpecies habet ad ſubiecta/ ſi talis ſit vt de differentibus ſpecie nō prędicetur: diſtinguit eā ab iis ſpeciebus quæ genera eſſe poſſunt/ et mōſtrat eam ſolū ſpeciem eſſe/ nec generis prædicationem tenere dicitur. Illa igitur tertia deſcriptio ſpeciei quę magis ſpecies ac ſpecialiſſima/ diffinitur hoc modo. Species eſt qđ de pluribus numero differentibus in eo qđ quid ſit prædicatur: vt homo. p̄dicatur enī de Cicerone ac Demoſthene & cęteris qui a ſe (vt dictum eſt) nō ſpecie/ ſed numero diſcrepant. Ex tribus igitur diffinitionibus/ duabus quidē et ſpecialiſſimas et non ſpecialiſſimas ſpecies claudit: hæc vero tertia ſolum vltimā ſpeciē tangit. Vt autem apertius id liqueat: paulo altius rem orditur/ eamq̄ cōgruis illuſtrat exemplis. ¶ Planū autem erit quod dicitur hoc modo. In vnoquoq̄ prædicamento ſunt quędā generaliſſima: et rurſus alia ſpecialiſſima. et inter generaliſſima & ſpecialiſſima ſunt alia: quę genera et ſpecies dicuntur eadem. Eſt autem generaliſſimū quidem ſupra qđ nullum aliud ſit ſuperueniens genus. Specialiſſimum autē eſt poſt quod nō eſt alia inferior ſpecies. Inter generaliſſimū autem & ſpecialiſſimū alia: quę genera et ſpecies ſūt eadem/ ad aliud quidem et ad aliud ſumpta. Sit autem in vno quidē prędicamento manifeſtum qđ dicitur. Subſtātia eſt quoddā et ipſa genus. ſub hac autē eſt corpus. ſub corpore autē/ animatum corpus. ſub quo animal. ſub animali vero/ rationale animal. ſub quo homo. ſub homine vero: Socrates et Plato/ et qui ſūt particulares homines. ſed horum ſubſtantia quidem generaliſſimum eſt & qđ genus ſolum. homo vero ſpecialiſſimū/ et quod ſolū ſpecies. corpus autem ſpecies quidē eſt ſubſtantiæ: genus vero animati corporis. et animatū corpus/ ſpecies quidem eſt corporis: genus vero animalis. animal autem ſpecies quidē eſt corporis animati: genus vero rationalis animalis. ſed rationale animal ſpecies quidē eſt animalis: genus vero hominis. homo vero ſpecies quidem eſt rationalis animalis: non autem genus particulariū hominū/ ſed ſolum ſpecies. et omne qđ ante individua proximum eſt: ſpecies erit ſolum/ non etiam genus. ¶ Prædiximus ab Ariſtotele decē prędicamenta eſſe diſpoſita: quę iccirco prædicamenta vocauerit/ quoniam de cæteris omnibus prædicantur. Si quid vero de alio prædicatur: ſi non potuerit prædicatio cōuerti/ maior eſt res illa quę prędicatur/ ab ea de qua prędicatur. itaq̄ hęc prędicamenta maxima omniū rerum quoniā de omnibus prędicātur: oſtēſa ſunt. In vnoquoq̄ igitur horū prædicamentorum quędam generaliſſima ſunt genera/ & longa ſeries ſpecierum: atq̄ a maximo decurſus ad minima. Et illa quidē quæ de cęteris prædicantur vt genera/ neq̄ vllis aliis ſupponuntur vt ſpecies: generaliſſima genera nuncupant/ iccirco quia his nullū aliud ſuperponitur genus. Infima vero quę de nullis ſpeciebus dicūtur: ſpecialiſſimę ſpecies appellantur/ iccirco quoniā integrū cuiuſlibet rei vocabulū illa ſuſcipiunt quæ pura inmixtaq̄ in ea de qua quęritur proprietate ſunt cōſtituta. at quoniā ſpecies/ id q̄ ſpecies eſt/ ex eo habet nomē quia ſupponitur generi: ipſa erit ſimplex ſpecies ſi ita generi ſupponatur vt nullis aliis differētiis p̄ponatur vt genus. Species enim quę ſic ſupponitur generi alii vt alij pręponatur nō eſt ſimplex ſpecies: ſed habet quandā generis mixtionē. illa vero ſpecies q̄ ita ſuppo nitur generi vt minime ſpeciebus aliis pręponatur/ illa ſolum ſpecies ſimplex eſt ſpecies: atq̄ iccirco & maxime eſt ſpecies/ et ſpecialiſſima nūcupatur. Inter genera igitur q̄ ſunt generaliſſima/ et ſpecies q̄ ſunt ſpecialiſſimę in medio ſunt quędā q̄ ſuperioribꝰ quidē collatę/ ſunt ſpecies: inferioribꝰ vero/ genera. hęc ſubalterna genera nūcupātur: q̄ ita ſunt genera vt alterum ſub altero collocetur. Qđ igitur genus ſolū eſt/ id dicitur generaliſſimū genus: q̄ vero ſunt genera vt eſſe ſpecies poſſint/ vel ita ſpēs vt ſint genera/ nōnū q̄ ſubalterna genera vel ſpēs appellātur. qđ vero ita eſt ſpecies vt alii genꝰ eſſe non poſſit: ſpecialiſſima ſpēs dicitur. His ergo poſitis ſumamꝰ prędicamēti vnius exēplū: vt ab eo in cęteris quoq; p̄dicamētis atq̄ in cęteris generibus vt ſpecieb⁹ filo atq̄ ordine qđ eueniat poſſit agnoſci. Subſtātia ergo generaliſſimū genus eſt. hoc enim de cunctis aliis p̄dicat: ac primū huiꝰ ſpecies duę ſunt/ corporeū et incorporeū. Nā & qđ corporeū

eſt/ ſubſtantia dicitur: et item quod incorporeũ eſt/ ſubſtantia prædicatur. ſub corporeo vero: animatum atq; inanimatũ corpus ponitur. ſub animato corpore: animal ponitur (nam ſi ſenſibile adiicias animato corpori/ animal facis) reliqua vero pars ideſt ſpecies/ cõtinet inanimatũ & inſenſibile corpus. ſub animali aũt: rationale atq; irrationale. ſub rationali: deus et homo. nã ſi rationali mortale ſubieceris/ hominẽ conſtitues: ſi immortale/ deum. Deum vero dico corporeum. Hunc enim mundum veteres deũ vocabant/ et Iouis eum appellatione dignati ſunt: deumq; ſolem cęteraq; celeſtia corpora/ quæ animata eſſe tum Plato/ tum plurimus doctorum chorus arbitratus eſt. ſub homine vero indiuidui ſingulare eſq; homines ſunt: vt Plato/ Cato/ Cicero/ quorum numerum pluralitas infinita non recipit. cuius rei ſubiecta deſcriptio ponit exemplum.

Error gentilitius



¶ Superius diſpoſita deſcriptio ordinẽ a generaliſſimo vſq; ad indiuidua prædicationis oſtẽdit: in qua quidẽ ſubſtantia generaliſſimũ dicitur genus/ quoniã præpoſita eſt omnibus/ nulli vero ipſa ſupponitur/ & ſolum genus propter eandẽ ſcilicet dicitur cautam. Homo autem ſpecies ſolum/ quoniã Plato/ Cato/ Cicero quibus eſt ipſa præpoſita: nõ differunt ſpecie/ ſed numero tãtũ. Corporeum vero qã ſecundũ a ſubſtantia collocatur/ & ſpecies eſſe probatur et genus: ſubſtantię ſpecies/ genus animati. At vero animatum: genus eſt animalis/ corporei ſpecies, eſt autẽ animatũ genus ſenſibilis: animatũ vero ſenſibile/ animal eſt. igitur ipſum animatũ propter proptiã differentiam quæ eſt ſenſibile: recte genus dicitur eſſe animalis. Animal vero rationalis genus eſt: & rationale/ mortalis. cũq; rationale & mortale nichil aliud ſit q̃ homo: rationale ſit animalis ſpecies/ hominis vero genus. homo vero ipſe ſpecies Catonis/ Platonis/ Ciceronis/ nõ erit (vt dictum eſt) genus ſed ſolum ſpecies. nec ſolũ differentię rationalis ſpecies eſt homo: verũ etiã Catonis & Platonis cęterorũq; ſpecies appellatur/ propter diuerſam ſcilicet cauſam. nã rationalis iccirco eſt ſpecies/ quoniã rationale per mortale atq; immortale diuiditur/ cũ ſit homo mortale: idem vero homo ſpecies eſt Platonis atq; cęterorũ. In forma enim eorũ omniũ homo erit ſubſtantialis atq; vltima ſimilitudo. Eſt autẽ cõmunis omniũ regula/ eſſe eas ſpecies ſpecialiſſimas quæ ſupra ſola indiuidua collocãtur: vt homo/ equus/ coruus/ ſed nõ auis. auium namq; multę ſunt ſpecies: ſed eæ tantũ ſpecies dicũtur eſſe/ quarũ ſubiecta ita ſibi ſunt cõſimilia vt ſubſtãtialem differentiã habere nõ poſſint. In omni autem diſpoſitione: priora genera cũ inferioribus cõ iunguntur/ vt poſteriores efficiant ſpecies. Nã vt ſit corpus: ſubſtantia cũ corporalitate cõiungitur/ et eſt ſubſtantia corporea corpus. item vt ſit animatũ corporeũ: atq; ſubſtantia animato copulatur/ et eſt animatum/ ſubſtantia corporea habens animã. item vt ſit ſenſibile: eidem tria ſuperiora illa iunguntur. Nã qđ eſt ſenſibile/ tantum eſt quantũ ſubſtantia corporea animata retinens ſenſum: qđ tantum animal eſt. Item ſuperiora omnia rationali iuncta/ rationale efficiũt: poſtremo hominẽ ſuperiora omnia nichilominus terminant id eſt ſubſtãtiã hominis/ addito tamen rationali et mortali. eſt enim homo: ſubſtãtia corporea/ animata/ ſenſibilis/ rationalis/ mortalis. Nos vero diffinitionem hominis reddimus dicentes animal rationale mortale: in animali ſcilicet includentes et ſubſtantiã/ et corporeũ/ et animatum/ atq; ſenſibile. Et in cęteris quidem ſpeciebus atq; generibus: ad hunc modum vel diuiduntur genera/ vel ſpecies deſcribuntur.

» ¶ Quẽadmodum igitur ſubſtantia cũ ſuprema ſit/ eo q; nichil ſupra eã ſit genus: eſt generaliſſi-
» mum. ſic etiam homo cum ſit ſpecies poſt quã nõ eſt alia ſpecies/ neq; aliquid eorũ quæ poſſunt
» druidi/ ſed ſolũ indiuidua (indiuiduũ enim eſt Socrates et Plato) ſpecies erit ſolum et vltima ſpe
» cies/ et (vt dictũ eſt) ſpecialiſſima. quę vero ſunt in medio: eorũ quidem quæ ſupra ipſa ſunt/ erũt
» ſpecies/ eorũ autem quę poſt ipſa ſunt/ genera. ¶ Quare hæc quidem duas habent habitudines
» eam quæ eſt ad ſuperiora ſecundũ quã ſpecies ipſorũ eſſe dicuntur: et eã quæ eſt ad poſteriora/
» ſecundum quã genera ipſorum eſſe dicũtur. Extrema vero vnã habent habitudinẽ. nam et ge-
» neraliſſimũ ad ea quidẽ quæ poſteriora ſunt habet habitudinẽ/ cũ ſit genus omniũ id qđ eſt ſu-
» premum: eã vero quæ ad ſuperiora non habet/ cum ſit ſupremũ et primũ principium/ et (vt di-

» ximus) ſupra quod non eſt aliud ſuperueniẽs genus. ſpecialiſſimum autem vnam habet habi-
» tudinem/ eam quę eſt ad ſuperiora/ quorum eſt ſpecies: eam vero quę eſt ad poſteriora non di-
» uerſam habet/ ſed etiam ſpecies indiuiduorum dicitur. ſed ſpecies quidem dicitur indiuidu-
» orum / velut ea continens : ſpecies autem ſuperiorum / velut quæ ab eis continetur.

¶Ex proportione ſpeciei: nomen etiam generis oſtenditur. Nam vt genus/ quoniam non ha-
bet genus ſupra ſe/ generaliſſimum genus dicitur/ vt ſubſtantia: ita ſpecies quoniam nõ habet
ſub ſe ſpeciem ſed indiuidua/ ſpecialiſſima ſpecies dicitur/ vt homo. quid autẽ eſt/ ſpecies nõ ha
bere ſub ſe/ id eſt ijs prędeſſe quę neq; in diſſimilia diuidi poſſunt/ vt genera diuiduntur: neq; in
ſimilia ſecantur vt ſpecies. Quę vero inter genera generaliſſima ſpecieſq; ſpecialiſſimas cõſtitu
ta ſunt: illa vero ſpecies & genera nũcupantur/ quę & ipſa alijs ſupponũtur/ et his alia ſubijciũ
tur/ quorum in diſſimilia vel in ſimilia poſſunt eſſe partitiones. Cũq; duę habitudines & quaſi
comparationes ſint oppoſitę quę in omnibus generibus ſpeciebuſq; verſantur/ vna quidẽ quæ
ad ſuperiora reſpiciat/ vt ſpecierum quę ſuis generibus ſupponuntur/ alia vero quę ad inferio-
ra/ vt generum cũ ſpeciebus proprijs pręponuntur: generaliſſima quidem genera vnam tantũ
retinent habitudinem eam ſcilicet quę inferiora amplectitur/ illam vero quę ad prępoſita cõpa
ratur nõ habent. generaliſſimũ enim genus nulli ſupponitur. Item ſpecies ſpecialiſſima vnam
poſſidet habitudinẽ per quam ſcilicet ad ſola genera cõparatur: illam vero quę ad inferiora cõ
mittitur/ nõ habet. nullis enim ſpeciebus ipſa pręponitur. At vero quę ſubalterna ſunt genera:
vtraq; habitudine fungũtur. Nam & illam poſſident quę ad ſuperiora reſpicit/ quoniam q̃ ſub-
alterna ſunt habent ſuperpoſitũ genus: & illam quę de inferioribus prædicatur. habent enim
ſubalterna genera/ ſuppoſitas ſpecies: vt corporeũ ad ſubſtantiã quidem eam retinet habitudi
nem qua poteſt poni ſub genere/ ad animatũ vero eam qua poteſt de ſpecie prædicari. Specia-
liſſimę vero ſpecies licet ipſę indiuiduis pręponãtur: tamen ſuppoſiti habitudinem nõ habent/
iccirco quoniam illa quę ſpeciei vltimę ſupponuntur talia ſunt/ vt quantum ad ſubſtantiã vnũ
quiddam ſint/ nõ habentia ſubſtantialem differentiã ſed accidentalem. Efficitur ergo vt nume
ro ſaltem diſtare videantur: vt pene dici poſſint & pluribus prędeſſe ſpecies/ & quodã modo nul-
li omnino eſſe prępoſitæ. Nam cum ſpecies ſubſtantiam mõſtrat/ vna eſt omniũ indiuiduorum
ſub ſpecie poſitorum ſubſtantia: quodã modo nulli prępoſita eſt/ ſi ad ſubſtantiã quis velit aſpi
cere. at ſi accidentia quis conſideraret: plures de quibus prędicatur ſpecies fiunt/ non ſubſtãtiæ
diuerſitate/ ſed accidentium multitudine. Itaq; fit: vt genus quidem ſemper plurimas ſub ſe ha
beat ſpecies. de differentibus enim ſpecie prędicatur. differentia vero niſi pluralitati nõ conue-
nit. At vero ſpecies etiam vni aliquando indiuiduo prędeſſe poteſt. ſi enim vnus (vt perhibetur)
eſt phœnix: phœnicis ſpecies de vno tantũ indiuiduo prędicatur. ſolis etiam ſpecies: vnũ ſolẽ
intelligitur habere ſubiectum. ita nullam multitudinẽ ſpecies perſe continẽt: cum etiam ſi vnũ
ſit tantũ indiuiduum/ ſpeciei tamẽ non pereat intellectus. quibuſdam enĩ ſuis quaſi ſimilibus
partibus prędeſt, vt ſi æris virgulam in partes ſuas vel æreas particulas diuidas: ſecũdum id qd
æs dicitur & partes eſſe intelligitur/ & totum. Iccirco dictam ſpeciẽ licet/ etſi ſit indiuiduis prępo
ſita/ vnam tantũ habitudinem poſſidere: illam vnã ſcilicet qua ſpecies eſt. quando enim prępo-
ſitis ſubditur/ ſpecies nũcupatur/ & eſt ſuperiorum ſpecies tanq̃ ſubiecta: inferiorum quoq; ſpe
cies/ iccirco quoniam eorum ſubſtantiã demonſtrat. Nec ita eſt ſpecies/ ſubſtantia indiuiduorũ
quẽadmodum ſpeciei genus. illud enim pars ſubſtantię/ vt animal hominis (reliquę enim par-
tes rationale atq; mortale adduntur animali ad diffiniendam ſubſtantiã hominis) homo vero
Socratis atq; Ciceronis tota ſubſtantia eſt. nulla enim additur differentia ſubſtantialis ad ho-
minem/ vt Socrates fiat aut Cicero: ſicut additur animali rationale atq; mortale/ vt homo ite-
gra diffinitione claudatur. Iccirco igitur ſpecies ſpecialiſſima tantum eſt ſpecies: atq; hanc ſolã
poſſidet habitudinem/ ad ſuperiora quidẽ quoniam ab his cõtinetur/ ad inferiora vero quoniã
» ſubſtantiã eorum format & continet. ¶Determinant igitur generaliſſimũ genus ita. qd cũ ge-
» nus ſit: non eſt ſpecies. ¶Et rurſus ſupra qd non eſt aliud ſuperueniẽs genus. ¶Specialiſſimũ
» vero: qd cum ſit ſpecies nõ eſt genus. ¶Et cum ſit ſpecies: nunq̃ diuiditur ĩ ſpecies. ¶Et qd de
» pluribus & differentibus numero in eo qd quid eſt prędicatur. ¶Ea vero quę in medio ſunt ex-
» tremorum/ ſubalterna vocãt genera & ſpecies: et vnũquodq; ipſorũ ſpeciẽ eſſe & genus ponũt
» ad aliud quidem & ad aliud ſumptũ. ea enim quę ſunt ante ſpecialiſſima vſq; ad generaliſſimũ
» aſcendẽtia: & genera dicũtur/ & ſpecies ſubalterna. ¶Vt Agamẽnon/ Atrides/ & Pelopides/ &
» Tantalides: & vltimum Iouis. ¶Sed in familijs quidem plerumq; ad vnum reducuntur princi
» pium/ verbi gratia/ ad Iouem. ¶Poſtq̃ naturam generum/ ac ſpecierum diuerſitatemq; mon-
ſtrauit: eorum ordinem diffinitionis deſcriptionisq; cõmemorat/ ac primũ quidem generaliſſi-

mi generis terminum esse indicat/ dicens. Generalissimum genus esse qđ cum ipsum sit genus non habet superpositum genus: hoc est speciem nõ esse. Et rursus/ supra quod nõ erit aliud genus superueniens. si enim habet aliud genus: minime ipsum generalissimum vocaretur. Specialissima vero species hoc modo describitur: qđ cum sit species/ nõ est genus. Ex oppositis diffinitur: quoniam opposita ex oppositis describũtur interdum. Nam quoniam prępositio opposita est suppositioni/ genus autem pręponitur/ species vero supponitur: si iccirco erit primum genus quia ita superponitur vt minime supponatur/ iccirco erit vltima species quia ita supponitur/ vt pręponi nõ possit. igitur recte oppositorum ex oppositis facta est diffinitio. ¶ Et alia rursus descriptio speciei/ quod cum sit species nũq̃ diuiditur in species: ideo genus esse nõ potest. ¶ Et rursus alia diffinitio/ qđ de pluribus differentibus numero in eo qđ quid sit prędicatur: de qua diffinitione sępe est superius demonstratum. Nunc illud attendendũ est (sicut paulo superius dictum est) speciei vnum indiuiduum potest subiectum esse: vt phœnici atomũ suum/ vt soli corpus hoc lucidũ/ vt mundo vel lunę quorum species singulis indiuiduis suis superponũtur. qđ si ita est vt species de vno quolibet indiuiduo prædicetur/ vt de phœnice: quo modo cõuenit dicere speciem esse quę de pluribus numero differẽtibus in eo qđ quid sit prędicatur? Sũt enim quædam quę de numero differentibus minime dicuntur/ vt phœnix/ sol/ luna: sed de his illa ratio est/ de qua etiam superius pauca reddidimus/ quę paululum implexa cõmodius nodũ quęstionis absoluet. Omnia enim quę sub specialissimis speciebus sunt siue infinita sint/ siue finito numero cõstituta/ siue ad singularitatem deducãtur: dum est aliquod indiuiduũ semper species permanebit/ neq; indiuiduorum diminutione si quodlibet vnũ maneat species cõsumitur/ vt dictum est. tamen si plura sint indiuidua/ substantiales differentias non habebũt. Id ergo in genere dici non cõuenit: quia ijs pręest quę substantiali/ a se genere/ differẽtia disgregata sunt. Pręest enim speciebus quę diuersis differẽtijs informãtur. si igitur vna earum pereat/ & ad vnitatem speciei redacta fuerit ratio: genus esse nõ poterit/ quia de differẽtibus specie prędicatur. non ita in speciebus. Nam si omniũ indiuiduorum natura cõsumpta sit/ etiam si ad vnius singularitatem indiuiduí suppositę speciei prędicatio venerit: est tamen species ac permanet. talia enim sunt illa quę pereunt/ ac desunt: quale est id qđ permãsit/ & subiacet. Qđ vero dicimus de pluribus numero differentibus speciem prędicari: duobus id recte excusatur modis. vno quidẽ quia multo plures sunt species quę de numerosis indiuiduis prædicantur/ q̃ quibus vnũ tantũ indiuiduum videtur esse suppositum. Dehinc hoc modo: quia multa secundum potestatem dicuntur/ cum actu nõ semper ita sint. vt risibilis homo dicitur etiam si minime rideat: quoniam ridere potest. Ita igitur species de numero differentibus prędicatur. nichil enim minus phœnix de pluribus phœnicibus prędicaretur si plures essent/ q̃ nunc/ quãdo vnus esse perhibetur. Itẽ solis species de hoc vno solo sole quẽ nouimus nunc dicitur. & si in animo plures soles & in cogitatione fingantur: nichilominus de pluribus solibus indiuiduis nomen solis q̃ de hoc vno p̃dicabitur. Iccirco igitur species de pluribus numero differentibus dicitur prędicari: cũ sint aliquę quæ de singulis indiuiduis appellẽtur. Illa vero quę subalterna vocantur/ ita diffiniri queunt. Subalternum genus est qđ esse genus & species poterit: ad eum modũ qui est in familijs q̃ procreant & procreantur/ vt etiam subiectum mõstrat exẽplum. vt Agamẽnon/ Atrides/ & Pelopides/ & Tantalides/ & vltimũ Iouis. Atreus enim Pelopis filius tanq̃ eiusdem species/ quasi Agamẽnonis genus est. Item Agamẽnon/ Atrides/ & Pelopides/ & Tantalides cum Pelops ad Tantalum cõparatur/ Tãtalusq; ad Iouem quasi species: itemq; Tantalus ad Pelopem/ Pelops ad Atridem quasi genera esse videantur/ cum Iuppiter velut sit horum generalissimũ genus. Sed in familijs quidem plerumq; reducuntur ad vnum principium verbi gratia ad Iouem.

Atomum / indiuiduũ.

» ¶ In generibus vero & speciebus nõ sic se habet. ¶ Neq; enim est cõmune vnũ genus omniũ
» ens: nec omnia eiusdem generis sunt secundum vnũ supremum genus/ quemadmodum dicit
» Aristoteles. sed posita sint (quemadmodum in prędicamentis dictũ est) prima decem genera/
» quasi prima decem principia. Et si quis omnia/ entia vocet: æquiuoce (inquit) nũcupabit & nõ
» vniuoce. si enim vnum esset cõmune omnium genus ens: vniuoce entia dicerentur. Cum vero
» decem sint prima/ cõmunio secundũ nomen est solum/ non etiam secundũ rationem/ quæ se-
» cundum nomen est. ¶ Quoniam de subalternis generibus diceret/ familię cuiusdam posuit exemplum. quę ab Agamẽnone peruenit ad Iouem: quem quidem pro numinis reuerentia vltimum posuit. Quantum enim ad veteres Theologos/ refertur Iuppiter ad Saturnum/ Saturnus ad Celium/ Celius vero ad antiquissimũ Ophionem ducitur: cuius Ophionis nullum principiũ est. Ne igitur qđ in familijs est id in rebus quoq; esse credatur/ vt res omnes possint ad vnũ sui nominis redire principium: iccirco determinat hoc in generibus ac speciebus esse nõ posse.

neq; ſicut familię cuiuſlibet: ita etiam omniũ rerum vnum eſſe principium poteſt. Fuerunt enĩ qui in hac opinione tenerentur: vt rerũ omnium quę ſunt/ vnũ putarent eſſe genus qđ ens nũcupatur/ tractũ ab eo qđ dicimus/ eſt. omnia enim ſunt: & de omnibus eſſe prędicatur. itaq; ſubſtantia eſt/ & qualitas eſt/ item quantitas eſt: cæteraq; eſſe dicũtur. Hic de his aliquid tractaretur: niſi hęc quę prædicamenta dicuntur/ eſſe conſtaret. Quę cum ita ſint: vltimum omniũ genus ens poſuerunt/ ſcilicet qđ de omnibus prędicaretur. ab eo enim qđ dicimus eſt/ participiũ inflectentes: greco quidem ſermone ὀν latine ens appellauerunt. Sed Ariſtoteles ſapientiſſimus principiorum cognitor/ reclamat huic ſententiæ: nec ad vnum res omnes putat duci poſſe primordium/ ſed decem genera eſſe in rebus. quę cum a ſemetipſis diuerſa ſunt: tamen ad nullum cõmune principium reducũtur. Hęc autem decem genera ſtatuit: ſubſtantiam/ qualitatẽ/ quantitatem/ ad aliquid/ vbi/ quãdo/ ſitum/ habere/ facere/ pati. Quod vero occurrebat/ quoniã de omnibus his eſſe prædicaretur (omnia enĩ quę ſuperius dicta ſunt genera/ eſſe dicuntur) ita diſcuſſit ac repulit/ dicens non omne cõmune nomen cõmunem etiam formare ſubſtantiã: nec ex eo debere genus eſſe cõmune arbitrari/ q; de aliquibus cõmune nomen prędicaretur. Quibus enĩ diffinitio cõmunis nominis cõuenit: illa cõmunis nominis ſure ſpecies iudicabũtur/ & cõmuni illi vocabulo vniuoce prędicãtur. quibus vero nõ cõuenit: vox his cõmunis tantũ eſt/ nulla vero ſubſtantia. id autem manifeſtius declaratur hoc modo exemplis. Animal hominis atq; equi genus eſſe prædicamus. demus igitur animalis diffinitionem quæ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis: hanc ſi ad hominem reducamus/ erit homo ſubſtantia animata ſenſibilis/ nec vlla falſitate diffinitio maculatur. rurſus ſi ad equum: erit equus ſubſtantia animata ſenſibilis. id quoq; verum eſt. conuenit igitur diffinitio & animali qđ cõmune eſt homini atq; equo: & ea eidem equo atq; homini/ quę ſpecies ponũtur animalis. ex quo fit: vt homo atq; equus vtraq; animalis vniuocę ſpecies prędicẽtur. At ſi quis hominẽ pictum/ hominẽq; verum cõmuni animalis nomine nũcupauerit: diffiniat (ſi libet) animal hoc modo ſubſtantiam animatã eſſe atq; ſenſibilem. ſed hęc quidẽ diffinitio ei homini qui viuus eſt cõuenit: ei quidem qui pictus eſt/ minime. neq; enĩ eſt animata ſubſtantia. Igitur homini viuo atq; picto quibus cõmunis diffinitio ideſt animalis/ nõ poteſt conuenire: nõ eſt animal cõmune genus. ſed tamen cõmune vocabulum dicitur/ q; hoc nomen animalis in viuo homine atq; picto non genus eſt: ſed vox plura ſignificans. vox enim plura ſignificans ęquiuoca nuncupatur: ſicut ea vox quę genus oſtendit/ vniuoca dicitur. Itaq; id qđ dicitur ens etſi de omnibus dicitur prędicamentis: quoniã tamen nulla eius diffinitio inueniri poteſt quę omnibus prędicamentis poſſit aptari/ iccirco non dicitur vniuoce de prædicamentis/ ideſt vt genus/ ſed ęquiuoce/ ideſt vt vox plura ſignificans. Cõuincitur hac quoq; ratione id qđ dicimus/ ens prędicamẽtorum genus eſſe nõ poſſe. vnius enĩ rei duo genera eſſe nõ poſſunt: niſi alterum alteri ſubijciatur. vt hominis genus eſt animal atq; animatum: cũ animal animato velut ſpecies ſupponatur. At ſi duo ſint ſibimet ita ęqualia/ vt nunq; alteri alterum ſupponatur: hęc vtraq; eidem ſpeciei genera eſſe non poſſunt. Ens igitur atq; vnum neutrũ alteri ſupponitur: neq; vnius/ dicere poſſumus genus ens/ nec eius qđ dicimus ens/ vnũ. Nam qđ dicimus ens/ vnũ eſt/ & qđ vnũ dicitur/ ens eſt: genus aũt & ſpecies ſibi minime cõuertũtur. Si igitur prędicatur ens de omnibus prędicamentis: prędicatur & vnum. Nam ſubſtantia vnũ eſt/ qualitas vnũ eſt/ quãtitas vnum eſt/ cęteraq; ad hunc modum. Si igitur quoniam eſſe de omnibus his prędicatur/ omniũ genus erit ens: & vnum/ quoniam de omnibus prędicatur/ erit omniũ genus. ſed vnũ atq; ens (vt demonſtratũ eſt) minime alterum alteri pręponitur. duo igitur ęqualia ſingulorum prędicamentorum genera ſunt: qđ fieri nequit. Cum hoc igitur ſit/ id Porphyrius determinauit dicẽs non ita in rebus/ vt in familijs omnia ad vnum principiũ poſſe deduci: nec omniũ rerũ commune eſſe genus poſſe/ vt Ariſtoteli placet/ ſed ſunt prępoſita inquit, quẽadmodũ in prędicamẽtis dictũ eſt) prima decem genera quaſi decem prima principia ſcilicet vt nulla interim ratio perquiratur/ ſed Ariſtotelis authoritati concedentes hęc decẽ genera nulli alij generi eſſe credamus ſubiecta. quę ſi quis entia nuncupat: ęquiuoce nũcupauit/ nõ vniuoce. Neq; enim vna eorum omniũ ſecundũ cõmune nomen diffinitio poterit adhiberi. quę res facit: vt nõ vniuoce de his aliquid prædicetur. Si enim vniuoce prędicaretur: genus eſſet eorum cõmune nomen quod de omnibus prędicaretur. At ſi genus eſſet: diffinitio generis cõueniret ſpecieb⁹. Quod quia nõ fit: cõmune his/ id qđ dicimus ens vocabulum eſt vocis ſignificatione/ nõ ratione ſubſtantiæ. ¶ Decem igitur generaliſſima quidẽ ſunt: ſpecialiſſima vero in numero quidem quodã ſunt/ nõ tamen infinito. indiuidua autẽ quæ ſunt poſt ſpecialiſſima: infinita ſunt. ¶ Quapropter vſq; ad ſpecialiſſima a generaliſſimis deſcẽdentes iubebat Plato quieſcere: deſcendere autem per media diuidentes ſpecificis differentijs.

» Infinita vero (inquit) relinquēda ſunt. neq; enim eorum diſciplinam poſſe fieri. ¶ Quoniã ſpecierum noſſe naturam ad ſectionē generis pertinet/ quoniã ſcientia infinita eſſe non poteſt (nullus enim intellectus infinita circūdat) iccirco de multitudine generum/ ſpecierū/ atq; indiuiduorum rectiſſima ratione perſequitur: dicens ſupremorū generū numerū notum. decem enī prędicamenta Ariſtotelis eſſe reperta quę rebus omnibus generis loco pręferenda ſunt. Species vero multo plures eſſe q̄ genera. Nam cū ſuprema ſint rerū genera/ cūq; vni generi nō vna ſed multæ ſpecies ſupponātur/ proximęq; ſpecies ſupremis generibus/ ſubalterna ſint genera vſq; dum ad vltimas ſpecies deſcendant: nimirum vnius generis multas ſpecies neceſſe eſt eſſe diffuſas. Specialiſſima vero multo plura eſſe q̄ ſubalterna: quoniam per multitudinē generū ſubalternorum vſq; ad ſpecialiſſima deſcenditur. ſpecies quidem multo plures eſſe q̄ genera ſubalterna: hoc maxime oſtenditur/ q̄ inferiores ſunt/ & ſemper ſubalterna genera ī plura ſubiecta diuiduntur. Decem vero generum ſpecies multo plures q̄ vnius exiſtere manifeſtū eſt. verumtamen etſi plures ſunt: certo tamē numero cōtinentur. quē facile ſi quis diſcutiat/ omniūq; generum ſpecies proſequatur: poſſit agnoſcere. Indiuidua vero quę ſub vnaquaq; ſpecie ſunt: infinita ſūt/ vel eo q̄ tā multa ſunt diuerſiſq; in locis poſita vt ſcientia in vnū cōcludi cōprehēdiq; non poſſint/ vel q̄ in generatione & corruptione poſita/ nūc quidem incipiūt eſſe/ nūc deſinūt. atq; iccirco ſuprema quidē genera/ & ſubalterna/ & ſpecies eas quę ſpecialiſſimę nuncupantur/ quoniam finito ſunt numero/ poteſt terminus ſcientiæ includere: indiuidua vero nullo modo.

Plato. Iccirco igitur Plato magis a generibus q̄ a ſpeciebus ſpecialiſſimis pręcipiebat facere ſectionē. per ea enim quę finita eſſent numero/ iubebat deſcēdere diuidentē: vbi autem ad indiuidua veniretur ſtādum eſſe ſuadebat/ nec (q̄ natura nō ferret) infinita colligere. Ita vero genera in ſpecies diuidi cōprobat: vt in ſpecificis differentijs ſoluerētur. De ſpecificis vero differētijs melius in eo titulo vbi de differentia diſputatur ac largius diſſeremus. hic enim hoc tantū dixiſſe ſufficiat eas eſſe ſpecificas differētias: quibus ſpecies informantur/ vt rationale mortale/ hominis. Cum igitur diuidimus animal rationale/ mortale immortaleq; ſeparamus: cęteraq; genera talibus differētijs quę ſubiectas ſpecies informent/ Plato cōſuluit eſſe diuidenda vſq; dum ad ſpecialiſſima veniretur. dehinc cōſiſtere nec infinita ſequi: quoniã indiuiduorū nūq; eſſet nec diſciplina/ nec numerus. ¶ Deſcendētibus igitur ad ſpecialiſſima neceſſe eſt diuidētes per multitudinem ire: aſcendētibus vero ad generaliſſima neceſſe eſt colligere multitudinē in vnū. collectiuum enim multorū in vnam naturā: ſpecies eſt/ & etiam magis id qđ genus eſt. particularia vero & ſingularia: ecōtrario ſemper in multitudinem diuidūt id qđ vnū eſt. participatione enī ſpeciei plures homines/ vnus: particularibus autē & ſingularibus vnus & cōmunis/ plures. diuiſiuum enī ſemper eſt qđ ſingulare eſt: collectiuum aūt & adunatiuū qđ cōmune eſt. ¶ Diuidere enim eſt in multitudinem qđ vnū fuerat ante/ diſſoluere: omniſq; collectio ecōtrario cōpoſitionem/ coniūctionemq; meditatur. quod enī cum ſit vnum diſpertiēdo diuiditur: idipſum ex pluribus rurſus partibus adunādo cōponitur. vt igitur ſuperius dictū eſt/ indiuiduorū quidem

Quid ſimi- ſimilitudinem ſpecies colligit: ſpecierum vero genus. Similitudo enī nichil eſt aliud niſi quędā

litudo. vnitas qualitatis. ergo ſubſtantialē ſimilitudinē indiuiduorū/ ſpecies colligere manifeſtum eſt: ſubſtātialem vero genera/ ſimilitudinē ſpecierū contrahūt/ & ad ſeipſa reducunt. Rurſus generis adunationem differentię diſtribuunt in ſpecies: ſpecieq; adunationē in ſingulares indiuiduaſq; perſonas/ accidentia partiūtur. Cum igitur hoc ita ſit: neceſſe eſt ſemper cū a genere deſcenditur/ ad ſpeciē diuidēdo ſemper facere multitudinem. cum vero a ſpeciebus aſcēditur ad genera cōponendo: colligere plures in ſpecierum differentijs quę diuerſę fuerant ſimilitudinū qualitates/ & adunare. ī ſpeciebus etiam idē conſiderari poteſt. vt enim ipſa indiuidua quę ſūt infinita/ vnam ſimilitudinem ſubſtantialē colligūt: ita ſpeciem propriam/ infinitæ diſtribuunt. Omnia enim indiuidua diſgregatiua ſunt & diuiſiua: ſpecies vero & genera collectiua. ſpecies quidem indiuiduorū collectiua atq; adunatiua: ſpecierum vero genera. vt ita dicēdum ſit/ genus quidem ſpecies diſtribuit: & ſpecies ab indiuiduis multitudine deducūtur. Rurſus autē genus quidem multas ſpecies colligit: ſpecies autem ſingularem particularēq; multitudinē ad ſingularitatis perducit vnitatē. igitur plus genus adunatiuū eſt q̄ ſpecies. Species nāq; ſola indiuidua colligit: genus vero tam ſpecies/ q̄ ipſarum quoq; ſpecierū indiuidua contrahit ſingulareſq; perſonas. ſed in hoc cōueniēti vtitur exēplo dicens: participatione ſpeciei/ ideſt hominis Cato/ Plato/ Cicero/ pluresq; reliqui homines vnus/ ideſt milia hominum in eo q̄ ſunt homines/ vnus homo eſt. at vero vnus homo qui ſpecialis eſt ſi ad hominum multitudinem qui ſub ipſo ſunt cōſideretur/ plures fiunt: ita & plures homines in ſpeciali homine vnus eſt/ & ſpecialis vnus eſt in pluribus infinitus. Sic igitur qđ ſingulare quidem eſt/ diuiſiuum eſt: qđ cōmune

» vero quoniam multorũ vnum eſt/ vt genus ac ſpecies: collectiuum eſt atq; adunatiuũ. ¶Aſſi-
» gnato autẽ genere & ſpecie quid ſit vtrũq; eorum/ & genere quidem vno/ ſpeciebus vero pluri
» bus (ſemper enim in plures ſpecies: diuiſio generis eſt) genus quidem ſemper de ſpeciebus prę-
» dicatur/ & omnia ſuperiora de inferioribus: ſpecies autem neq; de proximo ſibi genere/ neq; de
» ſuperioribus/ neq; enim conuertitur. Oportet enim aut ęqua de ęquis prędicari/ vt hinnibile de
» equo/ aut maiora de minoribus/ vt animal de homine: minora vero de maioribꝰ minime. neq;
» enim dices animal eſſe hominem: quẽadmodum hominẽ dices eſſe animal. ¶De quibus autẽ
» ſpecies prędicatur: de his neceſſario & ſpeciei genus prędicabitur/ & generis genus vſq; ad ge-
» neraliſſimum. ſi enim verum eſt Socratẽ hominẽ dicere/ hominẽ autem animal/ animal autem
» ſubſtãtiam: verum eſt & Socratẽ & animal dicere/ atq; ſubſtãtiam. ſemper enim cum ſuperio-
» ra de inferioribus prędicentur: & ſpecies quidẽ de indiuiduis prędicabitur/ genus autem & de
» ſpecie/ & de idiuiduo. generaliſſimum vero: de genere vel generibus ſi plura ſint media & ſub-
» alterna/ & de ſpecie/ & de indiuiduo. dicitur enim generaliſſimũ quidẽ de omnibus ſub ſe poſi-
» tis generibus/ & ſpeciebus/ & indiuiduis. genus autẽ quod ante ſpecialiſſimum eſt: de omnibus
» ſpecialiſſimis & indiuiduis. ſolum autẽ ſpecies: de omnibus indiuiduis. indiuiduum autem: de
» vno ſolo particulari. ¶Breuiter quęcũq; ſuperius dicta ſunt/ cõmemorat hoc modo. cũ igitur
(inquit) aſſignauerimus quid ſit genus/ & quid ſit ſpecies/ cũq; ſuis etiam ea diffinitionibus cõ-
prehenderimus/ docuerimuſq; vnũ genus ſemper in plurimas ſpecies ſolui: illud (inquit) adiũ-
gimus/ quoniã omnia ſuperiora de inferioribus prædicãtur/ inferiora vero de ſuperioribus mi-
nime. & ea quę ſunt vtilia de prędicationis modo rite pertractat. Oſtendit autem vnũ genus in
plurimas ſpecies ſemper ſolui/ aſſignata generis diffinitione. quod eni de pluribus ſpecie diffe-
rentibus in eo qđ quid ſit prędicaretur: idem eſſe diffiniuit genus. nichil autem ſũt plurimę res
ſpecie differẽtes/ niſi plurimæ ſpecies. de quibus autem prędicatur genus: in ea ipa diſſoluitur.
oſtẽſum eſt igitur ex diffinitionis aſſignatione vnius generis ſemper eſſe ſpecies plures. quę cũ
ita ſint: genus quidem de ſpecie prædicatur/ ſpecies vero de indiuiduis/ omniaq; ſuperiora de
inferioribus/ inferiora de ſuperioribus nullo modo. id quare aduenĩat paucis abſoluam. Quæ
ſuperiora ſunt ſubſtãtialiter/ ea genera eſſe prędiximus: quę vero genera ſunt/ ampliora ſunt q̃
vnaquęq; ſpecies. neq; enim in plurima diuideretur genus: niſi ab vnaquaq; ſpecie magis exi-
ſteret. Id cum ita ſit: nomẽ generis toti cõuenit ſpeciei. nõ enim coęquatur ſolum ſpeciei gene-
ris magnitudo: verumetiã ſpeciẽ ipſam ſuperuadit. iccirco igitur omnis homo animal eſt: quo-
niam intra animalis vocabulum & homo & cætera animalia cõtinentur. at vero nullus dixe-
rit omne animal/ homo eſt. non enim peruenit ad totũ animal/ hominis nomẽ: quia cum ſit mi
nus/ nullo modo generis vocabulo coęquatur. Itaq; quę maiora ſunt de minoribus prędicãtur:
quę vero minora ſunt/ non cõuertuntur vt de maioribus prędicentur. at vero ſi qua ſint ęqua-
lia: ea ſecundum naturę pluralitatem cõuerti neceſſe eſt. vt hinnibile atq; equus/ quoniam ita
ſibimet coęquantur/ vt neq; equus nõ ſit niſi hinnibile/ neq; qđ ſit hinnibile/ non ſit niſi equus:
fit ergo vt omne hinnibile equꝰ ſit/ & omnis equus hinnibilis ſit. quę cũ ita ſint/ ea quę ſupero
ra ſunt nõ modo de ſibi proximis inferioribus: verumetiã de inferiorũ inferioribus prędicãtur.
Nam ſi illud recipitur/ vt ea quę ſuperiora ſunt de inferioribus prędicẽtur: inferiorum inferiora
ſuperioribus multo magis inferiora ſunt. velut ſubſtãtia prędicatur de animali qđ eſt inferius.
ſed animali inferius eſt homo. prædicabitur igitur etiam ſubſtãtia de homine. rurſus Socrates
inferius ẽ homine: prędicabitur igitur ſubſtãtia & de Socrate. Itaq; ſpecies quidẽ de indiuiduis
prędicãtur: genera vero & de ſpeciebus & de indiuiduis/ qđ cõuerti non poteſt. Nam neq; indi
uidua de ſpeciebus aut de generibus prędicãtur: nec ſpecies quidẽ de generibus. Itaq; fit/ vt ge
nus quidẽ generaliſſimum de omnibus ſubalternis generibus prædicari/ & de ſpeciebus/ & de
indiuiduis poſſit: de ipſo vero nichil. vltimũ vero genus id quod ante ſpecialiſſimas ſpecies col
locatur ſine medio: & de ſolis ſpeciebus ſpecialiſſimis dici poteſt/ & de earum indiuiduis. ſpeci-
es vero de indiuiduis vt dictum eſt. indiuidua enim de ſingulis prędicantur: vt Socrates & Pla
to. eaq; maxime ſunt indiuidua quę ſub oſtẽſione indicationeq; digiti cadunt. vt hoc ſcãnũ/ &
hoc veſtẽs/ atq; quę ex aliqua proprietate accidẽtium deſignantur nota. vt ſi quis Socratẽ ve-
lit ſignificatiõe oſtẽdere/ no dicat Socrates/ ne ſit alius qui forte hoc nomie nũcupeẽ: ſed dicat
Sophroniſci filiꝰ ſi vnicꝰ Sophroniſci fuerit. Indiuidua eni maxime oſtẽdi q̃nt/ ſiue ſub tacito
noie/ ſiue ſub ipſo oculorũ digito tactuue mõſtrẽt/ vel ex aliquo ꝓprio accidẽte ſignificẽtur/ vel
nomine ſi ſolus illud adeptus eſt nomẽ/ vel ex parẽtibus ſi illorũ eſt vnicus filius/ vel ſi ex quoli
bet alio accidẽti ſingularitas demonſtratur: eo q; accidentis ad vnam ſe prædicationẽ habeat/
eiuſq; vel prædicatio vel dictio nõ tranſeat ad alterũ/ ſicut generis qđ ad ſpecies/ ſpecierũ vero

» ad indiuidua. ¶Indiuiduum autem dicitur Socrates/ & hoc album/ & hic veniens/ Sophroni-
» sci filius/ si sol⁹ sit ei Socrates fili⁹. ¶Indiuidua aũt dicũtur huiusmodi: quoniã ex proprietati-
» bus consistit vnũquodq; eorum quarũ collectio nunq̃ in alio cadẽ erit. Socratis enim proprieta
» tes: nunq̃ in alio quolibet erunt particulariũ eędem. eę vero quę sunt hominis proprietates (di-
» co autem eius qui est cõmunis) erunt eędem in plurib⁹/ magis autẽ & in omnibus particula-
» ribus hominibus in eo quod homines sunt. ¶Quoniam superius indiuiduum appellauit: hu-
ius nominis rationẽ conatur ostendere. Ea namq; sola diuidũtur: quę plurimis cõmunia sunt.
ab iis enim vnũquodq; diuiditur: quorum est cõmune / quorũq; naturam ac similationem cõ-
tinet. illa vero in quibus cõmune diuiditur: cõmuni natura participant/ proprietasq; cõmunis
rei ijs quibus cõmunis est cõuenit. at vero indiuiduorum proprietas nulli cõmunis est. Socra-
tis enim proprietas/ si fuit caluissimus/ propensa aluo/ cęterisq; corporis lineamentis/ aut morũ
institutione/ aut forma vocis: nõ conueniebat & in alterum. eę enim proprietates quę ex acci-
dentibus ei obuenerant/ & eius formã figurãq; cõuinxerant: in nullo alio conueniebant/ eiusq;
proprietates nulli poterant esse cõmunes. cuius vero proprietates in nullũ alium conueniunt:
proprietates eius nulli poterant esse cõmunes. cuius proprietas nulli cõmunis est: nichil est qđ
eius proprietate participet. quod vero tale est/ vt proprietate eius nullus participet: diuidi i ea
quibus nõ participat/ non potest. recte igitur/ hęc quorum proprietates in aliud nõ conueniũt:
indiuidua nuncupãtur. At vero hominis proprietas/ idest specialis: cõuenit in Socratem/ i Pla
tonem/ & in cæteros quorũ proprietates ex accidẽtibus venientes in quẽlibet alium singularẽ
» nulla ratione cõueniunt. ¶Continetur igitur indiuiduum quidẽ sub specie: species autem sub
» genere. Totum enĩ quiddam est genus: indiuiduum autẽ pars. species vero & totũ est & pars.
» sed pars quidẽ alterius: totum autem nõ alterius/ sed in alijs. in partibus enim totũ est. ¶Igi-
» tur de genere quidẽ & specie/ & quid generalissimũ/ & quid specialissimum/ & quę genera eadẽ/
» & species sint: quę etiã indiuidua/ & quot modis genus & species dicãtur/ sufficienter dictũ est.
¶Hic retractat omnia breuiter quę supra latius absoluit dicens. indiuiduum a specie cõtineri:
species vero ipsas a genere/ huiusq; causam reddens ait. Omne genus totum est: indiuiduũ ve
ro pars. genus enim in eo q⁹ genus est: continet tantũ/ etsi species esse potest. totum enim nõ vt
genus/ est species: sed vt ea quę supponitur generi. genus igitur in eo q⁹ genus est/ totum ẽ spe-
ciebus. semper enim cõtinet eas. At vero indiuiduum semper est pars. nũq̃ enim ipsum aliquid
sua proprietate concludit. Species vero: & totũ est/ & pars. pars quidẽ generis: totum vero indi
uiduis. & cum pars est/ ad singularitatem refertur: cũ totũ/ ad pluralitatẽ. quoniã enim vnũ ge-
nus pluribus speciebus supereſt: vnaquęlibet species pars est generis/ idest vnius. quoniam aũt
species pluribus indiuiduis prędest: non est vni indiuiduorum totũ/ sed plurimis. iccirco enĩ totũ
dicitur: quia plura cõtinet/ & coercet. Nam vt pars sit aliquid/ vnum ipsum vnius pars esse po-
terit: vt vero totum sit/ vnũ ipsum vnius totum esse nõ poterit. iccirco alterius quidem pars est
Epilogus. species: alijs vero totum. ¶Et de genere quidem & specie dictum est: quid sit generalissimũ ge
nus/ quoniam id cui nullum aliud superponitur genus/ & quid specialissima species/ quoniã ea
cui species nulla supponitur/ & quorum genera eadẽ sunt/ eędem & species/ scilicet subalterna
quibus aliquid supraponitur/ aliquid vero supponitur/ quę etiam indiuidua/ ea quorum scilicet
proprietates alteri nequeunt cõuenire. Et quot modis genus & species dicitur. genus quidem
aut in multitudine/ aut in procreatione/ aut in participatione substantiæ consistit. species autẽ/
ex figura/ aut ex generis superpositione: dictum est sufficienter. Quibus absolutis modũ volu-
ministerminabo: vt secũdi area libri differentiæ reseruetur.

¶PRIMI LIBRI SECVNDAE
EDI.BOE.IN POR.
FINIS.

¶SECVNDAE EDITIONIS BOE.IN POR.LIBER SECVNDVS.



E differentia disputãti nõ eque illud debet occurrere: quod in generis specieiq;
tractatu de collationis ordine quęrebatur. illic enim meminimus inquisitũ/ cur
esset omnibus prępositum genus: vt id primũ ad disputationẽ veniret. cur post
genus species esset iniecta. nũc vero superuacuum est dicere/ cur post speciẽ dif
ferentia sumpta sit: cum illud iam fuerit inquisitum/ cur non ante speciem col-
locata sit. Q; si mirum videbatur speciẽ differentiæ in disputationis loco fuisse
prępositam/ eo q⁹ differentia continẽtior ac magis amplior esset specie: quid est
qđ possit quisq; mirari/ si eandẽ differẽtiam ante proprium atq; accidens collo-
cauerit. cum proprium vnius semper sit speciei/ vt posterius demõstrabitur: accidẽs vero exte-

riorem quandam oſtendat naturã nec omnino in ſubſtantia prædicetur: differẽtia vero vtrũq; contineat & de pluribus ſpeciebus & in ſubſtantia prędicetur. Sed hęc hactenus: nunc ad ipſa verba Porphyrij redeamus.

¶DE DIFFERENTIA. Cap. III.

Differentia vero cõmuniter & proprie & magis proprie dicatur. Cõmuniter quidem differre alterũ ab altero dicitur: quod alteritate quadam differt quocunq; modo vel a ſeipſo vel ab alio. differt enim Socrates a Platone alteritate quadam: & ipſe a ſeipſo & puero et iam viro & iam faciẽte aliquid vel quieſcente: & ſemper in aliquo modo habendi ſe alteritatibus ſpectatur. Proprie autẽ differre alterum ab altero dicitur: quando inſeparabili accidente alterum ab altero differt. Inſeparabile vero accidẽs eſt: vt naſi curuitas ceſitas oculorum cicatrix cum ex vulnere occaluerit. Magis proprie autem differre alterum ab altero dicitur: quando ſpecifica differẽtia differt, quemadmodũ homo: ab equo ſpecifica differẽtia differt rationali qualitate. ¶Tribus modis aliud ab alio diſtare prędiximus: genere ſpecie numero: in quibus omnibus aut ſecundum ſubſtantiales quaſdã differẽtias alia res diſtat ab alia aut ſecũdũ accidẽs. Nã quę genere vel ſpecie diſtãt: ſubſtãtialibus quibuſdã differentijs diſgregata ſunt ideirco quoniam omnia genẽra & ſpecies quibuſdã differẽtijs ſubſtantialibus informantur. Nam cum homo ab arbore genere diſtet animalis: ſenſibilis qualitas in eo differentiã facit. Addita enim ſẽſibilis qualitas animato animal facit: eadem quidẽ detracta facit animatum atq; inſenſibile quę ſunt virgulta. igitur homo atq; arbor quę genere differunt (vtraq; enĩ ſub animalis genere poni nõ poſſunt) differentia ſenſibili ſecundũ genus diſcrepãt quę vnius expoſiti tantũmodo genus ideſt hominis informat: vt dictum eſt. Illa vero quę ſpecie diſtant: manifeſtum eſt q; ipſa quoq; differẽtijs ſubſtantialibus diſcrepant. vt rationalitate atq; irrationalitate homo atq; equus differẽtijs ſubſtãtialibus diſtant. Ea vero quę indiuidua ſunt & ſolo numero diſcrepant: ſolis accidẽtibus diſtant. hęc autẽ ſunt vel ſeparabilia vel inſeparabilia. ſeparabilia quidẽ: vt moueri dormire. diſtat enim aliquis ab alio q; ipſe ſomno prẽmatur hic vigilet. diſtat item inſeparabilibus accidentibus: q; hic ſtaturę ſit longioris hic minime. Quę cũ ita ſint: in ternarium numerũ has differẽtiarum diuerſitates Porphyrius colligit: iiſq; ipſe nomina quibus poſt vtatur apponit dicens. ¶Omnis differentia: vel cõmuniter vel propria vel magis propria nũcupatur. ¶Cõmuniter quidem eam differẽtiam ſumes: quę quodlibet accidens mõſtraret quę in quadã alteritate cõſiſtit. vt ſi Plato a Socrate differat q; ille ſedeat hic ambulet: vel q; ille ſenex hic vero ſit iuuenis. A ſeipſo etiã ſępe aliquis differre poteſt: vt ſi nũc quidem faciat aliquid cũ ante quieuerit vel ſi nunc adoleſcens iam factus ſit cum prius teneram vixiſſet infantia. Cõmunes autẽ differentiæ nũcupatę ſunt: quoniam nullius proprię eſſe poſſunt differẽtię quę ſeparabilia accidentia ſola ſignificant. Nam & ſtare & ſedere & facere aliquid ac nõ facere aliquid: multorũ atq; ideo omniũ ſunt & ſeparabilia eſſe accidẽtia manifeſtum eſt. quibus ſi qua differunt cõmunibus differentijs diſtare dicuntur. Præterea puerũ eſſe atq; adoleſcentẽ vel ſenem: ea ſeparabilia ſunt accidẽtia. Nam ex pueritia ad adoleſcẽtiã atq; hinc ad ſenectutem. ab hac deniq; ad decrepitã vſq; ętatem naturæ ipſius neceſſitate progredimur. ¶Illud forſitan ſit dubitabile de vniuſcuiuſq; forma corporis: an vllo modo ſeparari queat. Dubium. ſed ea quoq; eſt ſeparabilis forma. nullus enim diuturna ac ſtabili forma perdurat. iccirco nec peregrinus pater relictum domi puerum etſi adoleſcentẽ rediens viderit: poſſet agnoſcere. forma enĩ ſemper quę ante fuerat permutatur: atq; ipſa alteritas qua diſtamus ab altero ſemper diuerſa eſt. conſtat igitur hanc cõmunẽ differẽtiam ſeparabilibus maxime accidẽtibus applicari. ¶Propria vero eſt quę inſeparabilia ſignificat accidentia. ea huiuſmodi ſunt: vt ſi quis ceſijs naſcatur oculis ſi quis incuruo naſo. dum enim adeſt naſus atq; oculi: ille ceſius ille ſemper erit incuruus atq; hoc per naturam. Sunt vero alia quę per accidẽs corporibus fiunt: vt ſi cui vulnus inflictum cicatrice fuerit obductũ hoc ſi occaluerit propriã differẽtiam faciet. diſtabit enim alter ab altero q; hic cicatricem habeat: ille vero minime. Poſtremoq; i his omnibus vel ſeparabilibus accidentibus vel inſeparabilibus: alia ſunt naturaliter accidentia alia extrinſecus. naturaliter quidẽ vt pueritia vel iuuentus & totius cõfirmatio corporis. ſic quoq; ceſitas oculorum & curuitas naſi. quorum ſuperiora quidem exẽpla ſeparabilis accidentis per naturam ſunt: poſteriora vero inſeparabilis accidẽtis. Item extrinſecus vel ambulare vel currere. id enim non natura ſed ſola affert voluntas. natura vero poſſe tantũ dat: non etiã facere. atq; hęc ſunt ſeparabilis accidentis extrinſecus venientis exempla: illa vero inſeparabilis accidentis extrinſecus. vt ſi qua cicatrix obducta vulneri occaluerit. ¶Magis proprię autẽ differẽ-

tiæ prædicãtur/quę non accidẽs/ſed ſubſtantiã formant:vt hominis rationabilitas. differt enĩ homo a cęteris ꝙ rationalis eſt/vel ꝙ mortalis. Eę ſunt igitur magis propriæ:quę mõſtrãt vniuſcuiuſq; ſubſtantiam. Nam ſi illę quidem iccirco cõmunes dicũtur quia ſeparabiles atq; omnium ſunt/aliæ autem proprię quoniam ſeparari nõ poſſunt/quãuis ſint in accidentium numero:illę magis iure proprię prædicantur/atq; vt planius liqueat/quę non modo a ſubiecto ſeparari nõ poſſunt/verumetiã ſubiectis ipſis ſpecies ſubſtantiamq; perficiunt. Ex his igitur tribus differentiarum diuerſitatibus/ideſt cõmunibus/propriſ/ & magis propriſ:fiunt ſecundũ genus/vel ſpeciem/vel numerum diſcrepantiæ. Nam ex cõmunibus/& propriſ/ſecũdum numerum diſtantię naſcuntur:ex magis propriſ vero/ſecundum genus ac ſpeciem. ¶ Vniuerſaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuilibet aduenięs. ſed eę quę cõmuniter & proprie eſt/alteratũ faciunt:illæ vero q̃ magis proprię ſunt/aliud. ¶ Differẽtiarũ ergo aliæ quidẽ alteratũ faciũt/alię vero aliud. illę quidẽ/quę aliud faciunt ſpecificę vocantur:illę vero quę alteratum/ſimpliciter differẽtiæ. animali enim differẽtia aduenięs rationalis: aliud facit/& ſpeciem animalis facit. illa vero quę eſt mouendi:alteratum ſolum a quieſcẽte facit. quare hęc quidẽ aliud:illa vero alteratum ſolum facit. ¶ Omnis differentia alterius ab altero diſtantiam facit:ſed hęc vel eſt cõmunis & continẽs/vel cum quodam proprio/& magis proprio differentiarum modo. quare quicquid qualibet ratione ab alio diuerſum eſt:alteratum eſſe dicitur. ſi vero acceſſerit illi diuerſitati/vt etiam ſpecifica quadam differentia ſit diuerſum:nõ alteratum ſolum verũetiã aliud eſſe prędicatur. alteratio igitur continẽs eſt:aliud vero intra alterationis ſpacium cõtinetur. igitur omne qđ aliud eſt/alteratũ eſt:ſed nõ omne qđ alteratum eſt/aliud dici poteſt. itaq; ſi accidentibus aliquibus fuerit facta diuerſitas:alteratũ quidẽ effectum eſt. Quoniam quidem quolibet modo vel ex quibuſlibet differẽtijs cõſiderata diuerſitas alterationẽ facit itelligi: aliud vero nõ fit/niſi ſubſtantiali differentia alterum ab altero fuerit diſſociatum. itaq; cõmunes & proprię differentiæ/quoniam accidentium (vt dictum eſt) ſunt quę ſolũ efficiunt alteratum/aliud vero minime:magis autem proprię quoniã ſubſtantiam tenent/& inſubiecti forma prædicãtur/non modo alteratũ quod eſt cõmune vel ſubſtantiali vel accidẽtali differẽtiæ/ſed etiã aliud faciunt. qđ ea ſola retinet differentia: quę ſubſtantiã continet formamq; ſubiecti. Atq; eę quidem differẽtiæ quę faciunt aliud/ſpecificę nuncupãtur: iccirco/ꝙ efficiunt ſpeciem/quã cũ ſubſtantialibus differẽtijs informauerint ab alijs ita eſſe diuerſam/vt nõ alterum ſolum ſit/verumetiam toto alia eſſe prędicetur. itaq; fit huiuſmodi diuiſio. ¶ Differentiarũ aliæ alteratũ faciunt:alię vero aliud. & illę quidem quę faciunt alteratum ſimpliciter puroq; nomine differentiæ nũcupãtur:illę vero quę aliud/ſpecificę differentiæ prędicantur. Atq; vt planius liqueat qđ ſit alteratum/quid aliud:tali deſcribuntur termino/vel declarãtur exemplo. ¶ Aliud eſt quod tota ſpecie ratione diuerſum eſt:vt equus ab homine/quoniã rationalis differẽtia animali aduenięns hominem fecit/aliudq; eum q̃ equum eſſe conſtituit. Itẽ ſi vnus homo ſedeat/alter aſſtat:nõ efficietur homo diuerſus ab homine/ſed eos alteratio ſola diſiungit/vt eum qui aſſiſtit ab eo qui ſedet alteratum faciat. Item ſi ille ſit nigris oculis/ille ceſijs:nichil quãtum ad formã humanitatis attinet/permutatũ eſt. Item ſecundũ has differentias alteratio ſola conſiſtit. at ſi equus quidem iaceat/homo vero ambulet:& aliud eſt equus ab homine & alteratum. dupliciter quidem alteratum:ſemel vero aliud. Alteratum enim eſt:ꝙ omnino ſpecie diuerſum eſt/. & eſt aliud. omne enim aliud (vt dictũ eſt) etiã alteratum eſt. vel ꝙ accidentibus diſtat:ꝙ ille iaceat/hic ambulet. ſemel vero eſt aliud: ꝙ rationabili atq; irrationabili differẽtijs diſgregatur/quę ſpecificę ſunt & ſubſtãtiales dicũtur. Eſt igitur alteratum: quod ab altero qualibet ratione diuerſum eſt. ¶ Secundum igitur aliud facientes differentias/diuiſiones fiunt a generibus in ſpecies/& diffinitiones aſſignantur:quę ſunt ex genere & huiuſmodi differentijs. ſecundũ autẽ eas quę ſolum alteratũ faciunt:alterationes ſolum cõſiſtunt/& aliquo modo habẽtis ſe permutationes. ¶ Quoniam in principio operis generis/ſpecieiq;/differentiæ/proprij/& accidẽtis noticiam ad diuiſionem atq; diffinitionem vtilem eſſe prędixit:iccirco nunc differẽtiarum ipſarũ facta diuiſione/eas departitur & ſegregat/quę nam differentiæ diuiſionibus ac diffinitionibus accõmodentur/quę vero minime. Quoniam igitur diuiſio generis ita in ſpecies facienda eſt/vt illę a ſe ſpecies omni ſubſtãtiæ ratione diuerſę ſint:iccirco nõ probat eſſe aſſumendas eas ad diuiſionem differentias/quę vel ſeparabilis vel inſeparabilis accidentis ſignificationem tenent/vel eas differentias quę faciunt alterata. iccirco/quoniã (vt dictum eſt) ſolum faciunt alteratũ: aliud vero perficere & informare non poſſunt. inutiles igitur ſunt ad diuiſionem hę differentiæ quę faciunt alteratum. ſegregatę igitur ſunt communes & proprię a generis diuiſione: illæ aſſumendę tãtum quę ſunt magis propriæ. Nam illę faciunt aliud:quod generis diuiſio videtur ex-

poſcere. Ad diffinitionē quoq; eædem magis ꝓpriæ plurimū valent. Cōmunes nāq; & propriæ velut inutiles ſegregātur. Nā cōmunes & propriꝫ quoniā accidēs diuerſi generis ferunt: nichil ſubſtātiꝫ ratione cōformāt. diffinitio vero omnis ſubſtātiā conatur oſtēdere. Specificꝫ vero differētiꝫ illæ ſunt: q̄ (vt ſuperius dictū eſt) ſpeciem informant ſubſtantiāq; perficiūt. hꝫ ſunt magis propriꝫ. cędē igitur ſicut in diuiſione generis: ita etiā in diffinitione ſpecierum ſumuntur, at vt diuiſiuæ ad partitionem generis accōmodātur. Ita igitur cum diuiſiuæ ſint generis aliud cōſtituunt q̄ erat: in ſubſtantiæ vero diffinitione/ ſpeciei informationē faciunt. cūq; magis propriæ & aliud faciāt/ & ſpecificæ ſint: eo ꝙ aliud faciūt/ diuiſionibus aptꝫ ſunt. eo vero ꝙ ſpeciem informāt: diffinitionibus accōmodarꝫ ſunt. cōmunes autē & propriꝫ quoniā neq; aliud faciūt/ ſed alteratū/ neq; omnino ſubſtātiam monſtrāt: æque a diuiſione vt a diffinitione diſiunctꝫ ſunt.

¶ A ſuperioribus ergo rurſus inchoāti dicēdū/ differētiarū quidē alias eſſe ſeparabiles: alias vero inſeparabiles. moueri enim et quieſcere/ & egrū eſſe & ſanū eſſe/ & quꝫcūq; his proxima ſunt: ſeparabilia ſunt. at vero aquilū eſſe/ vel ſimū/ vel rationale/ vel irrationale: inſeparabilia ſunt.

¶ Inſeparabiliū aūt/ aliæ quidē ſunt per ſe: aliæ vero per accidēs. Nā rationale per ſe ineſt homini: & mortale/ & diſciplinę eſſe ꝑceptibile. at vero aquilū eſſe/ vel ſimū: per accidēs/ & nō per ſe.

¶ Superius differētias triplici diuiſione partitus eſt dicens/ aut cōmunes eſſe/ aut proprias/ aut magis ꝓprias/ dehinc eas alia diuiſione ī duas ſecuit partes dicēs has quidē aliud facere/ alias vero alteratū: nunc tertiā earundē facit diuiſionē/ dicēs alias eſſe ſeparabiles/ alias inſeparabiles. Poſſe autē de vnoquoq; cuius multę ſunt differētiæ/ plurimas fieri diuiſiones: vel ex ipſa differentiarū natura manifeſtum eſt. Nā ſi omnis diuiſio differētiis diſtribuitur: quorū multę ſunt differētię multas diuiſiones eſſe neceſſe eſt. fit aūt vt animal quidē diuidatur hoc modo. Animaliū alia quidē ſunt rationalia: alia irrationalia. itē alia mortalia/ alia īmortalia. itē alia pedeſtria/ alia minime. rurſus alia herbis veſcētia/ alia carnibus/ alia ſeminibus. Ita nichil mirū videri debet ſi multiplex differētię eſt partitio facta/ ac primū quidē cum in ternariū differentiæ mēbra ſecuiſſet: cōmunes/ proprias/ & magis proprias nūcupauit. ſecūda vero diuiſio cōmunes & proprias intra nomē alteratū faciētis incluſit: magis proprias vero/ intra aliud faciētis. hęc vero tertia diuiſio qua ait differentiarū alias eſſe ſeparabiles/ alias inſeparabiles: intra vocabulū inſeparabilis vnam quidē ex faciētibus alteratū inſeparabilibus differētiis ponit/ cętera vero intra ſeparabilis differentiæ vocabulū claudit. vna enim ex alteratū faciētibus id eſt propria differentia/ & reliqua q̄ aliud facere demōſtrata eſt/ id eſt magis propria: inſeparabiles differētiæ eſſe dicūtur. quarū quidē ſubdiuiſio fit. ¶ Inſeparabiliū differentiarū alię ſunt per ſe: aliæ per accidēs. quę per ſe quidē/ magis propriꝫ: ſecūdū accidens vero/ propriꝫ. ¶ Per ſe autē aliquid ineſſe dicitur: qđ alicuius ſubſtantiā informat. Si enī iccirco quęlibet ſpecies eſt quoniā ſubſtātiali differētia cōſtituitur: illa differētia per ſe adeſt ſubiecto/ neq; per accidēs/ aut quodlibet aliud medium/ ſed ſuī præſentia ſpeciē quā tuetur informat/ vt hominē rationalitas. homini enī huiuſmodi differētia p ſe ineſt. iccirco hō eſt: qa rationalitas adeſt. q̄ ſi diſceſſerit: ſpecies hominis nō manebit. Et has qdē q̄ ſubſtātiales ſūt: inſeparabiles eſſe null⁹ ignorat. ſeparari enī a ſubiecto nō poterūt: niſi interēpta ſit natura ſubiecti. Secūdū accidēs vero q̄ inſeparabiles differētiꝫ ſūt/ eæ ꝓpriꝫ nūcupanē: vt aqlū eſſe/ vel ſimū. q̄ iccirco p accidēs nūcupātur: quoniā iā cōſtitutę ſpeciei extrinſecus accidūt/ nichil ſubiecto ſubſtātiæ cōmodātes. ¶ Illę igit quæ p ſe ſunt i ſubſtātiꝫ ratione accipiūtur/ et facīūt aliud: illæ vero q̄ ſecundū accidēs/ nec i ſubſtātiꝫ ratione accipiunt/ nec faciūt aliud/ ſed alteratū. Et illę quidē q̄ per ſe ſūt/ nō ſuſcipiunt magis et min⁹: illæ vero q̄ per accidēs (etſi inſeparabiles ſint) intēſionē accipiūt & remiſſionē. nā neq; genus aut magis & min⁹ ꝑdicat de eo cui⁹ fuerit gen⁹: neq; generis differētiæ ſecūdū quas diuiditur. ipſę enī ſunt q̄ vniuſcuiuſq; rationē cōplēt. eſſe autē vnicuiq; vnū et idē: neq; intēſionē/ neq; remiſſionē ſuſcipiens eſt. aquilū aūt eſſe/ vel ſimū/ vel coloratū: aliquo modo & intēdit/ & remittit. ¶ Differētiis rite partitis earum inter ſe diſtātiā mōſtrat Porphyrius: atq; vnā quidem repetit quā ſuperius dixit. Cū enim tres eſſe dixiſſet/ ſcilicet differētias cōmunes/ proprias/ magis ꝓprias: alteratū facere dixit proprias ſicut etiā cōmunes/ aliud vero minime. ſed hoc ſolis magis propriis reſeruauit. nunc igitur idē repetit dicēs. quoniā inſeparabiles differētiæ quę ſubſtantiā monſtrant. ideſt quæ per ſe ſubiectis ſpeciebus inſunt easq; perficiūt/ aliud faciūt: illæ vero q̄ ſunt ꝓprię id eſt ſecūdum accidens inſeparabiles differētiæ/ neq; in ſubſtātia ſunt neq; aliud faciunt/ ſed tantū (vt ſuperius dictū eſt) alteratū. Item alia diſtātia eſt earū differentiarū quæ ſecundum ſubſtantiā ſunt: ab iis quæ ſecundū accidēs. quoniam quæ ſubſtantiā monſtrāt: intendi aut remitti non poſſunt. quæ vero ſecūdū accidēs: & intenſione creſcūt/ & remiſſione decreſcūt. Id autē probatur hoc modo. vnicuiq; autem reī eſſe ſuū neq; creſcere neq; diminui poteſt. Nā qui homo eſt: humanitatis ſuę nec crementa poteſt/ nec decrementa ſuſcipere. Nā neq; ipſe a ſe plus aut minus hodie vel quo-

libet alio tempore homo esse potest: nec homo rursus ab alio homine plus homo potest esse vel animal. vtriq; eni: ęqualiter animalia/ęqualiter homines esse dicūtur. ꝙ si vnicuiq; esse suū nec cremēto ampliari potest/ nec īminutione vel diminutione decrescere/ qđ per id facile mōstrari potęst/ quoniā quę genera sunt vel species nulla intēsione vel remissione variātur: nō est dubiū quin differētię quoq; quę vniuscuiusq; speciei cui⁹ substantiā informāt/ nec remissionis detrimēta suscipiāt/ nec intēsionis augmēta. Itaq; substātiales differētię/ neq; intensionē neq; remissionē suscipiūt. huius causa hęc est: quoniā esse vnicuiq; vnū & idem est/ & intēsionē remissionēq; non suscipit. huius exēplū sit. Genus enī dici nō potest plus minusue cuilibet esse genus. omnib⁹ enī genus ęqualiter semper ponitur. Differētię quoq; quæ diuidūt genus/ & informāt speciē/ quoniā speciei essentiā copulant vel cōplēt: nec intensionem recipiūt nec remissionē, quæ vero secūdū accidens differētiæ sunt inseparabiles/ vt simū esse/ vel aquilinum/ vel coloratū: aliquo modo & intensionē suscipiūt & remissionē. Fieri enim potest vt hic paulo sit nigrior/ hic vero amplius simus sit/ ille minus aquilinus. at vero quoniā omnes homines æqualiter rationales mortalesq; sunt: nec specierū/ nec differētiarum natura videtur admittere. ¶ Cum igitur tres species differentiæ cōsiderētur/ et cū hę quidē sint separabiles/ illę vero inseparabiles/ et rursus inseparabiliū cū hæ quidem sint per se/ illę vero per accidēs: rursus earū quę per se sunt differētiarū/ alię quidem sunt secundum quas diuidimus genera i species/ alię vero secūdū quas ea quę diuisa sunt specificantur. vt cū per se differētię omnes huiusmodi animalis sint/ animati/ et sensibilis/ rationalis & irrationalis/ mortalis et immortalis: ea quidē quę est animati & sensibilis differētia constitutiua est substātię animalis (est enim animal: substātia animata sensibilis) ea vero quę est mortalis & immortalis differētia/ et quę rationalis & irrationalis: diuisiuę sūt animalis differētię. per eas enim: genera in species diuidimus. ¶ Fit nūc differentiarū plena & suprema diuisio: quę est huiusmodi. Differentiarū alię separabiles/ alię inseparabiles. Inseparabilium: alię sunt secundū accidēs/ alię substantiales. Substātialū: alię sunt diuisibiles generis/ aliæ cōstitutiuę specierum. qđ vero ait/ cū igitur tres species differētię cōsiderētur: ad hoc retulit ꝙ in prima differētiarū diuisione partim eas cōmunes esse/ partim proprias (partim magis proprias dixit. quas rursus tres differētias: alias separabiles esse mōstrauit/ alias inseparabiles. separabiles quidē cōmunes: inseparabiles vero proprias/ ac magis proprias. Inseparabiliū vero fecit diuisionē dicēs/ alias esse secundū accidēs: alias secūdum substantiā cōsiderari. et illas esse secūdū accidēs quę proprię nuncupātur: magis proprias vero secundū substantiā cōsiderari. earum vero q̄ secundū substantiā sunt: subdiuisionē facit/ ꝙ alię earum genus diuidūt/ alię speciē informāt. Ad cuius rei facilē cognitionē illa primi libri specierū generūq; dispositio/ vel descriptio trāscribat. sitq; primū substātia/ sub hac corporeū atq; incorporeū/ sub corporeo animatū atq; inanimatū/ sub animato sensibile atq; insensibile/ sub quo animal/ sub animali rationale/ sub rationali atq; irrationali mortale atq; īmortale/ et sub mortali species hominis q̄ solis deinceps indiuiduis p̄ponatur. i hac igit diuisione omnes hę differētię specificę nūcupātur. Generū enim specierūq; differētię sūt: sed generū quidē diuisiuę/ specierum autē cōstitutiuę. id autē ꝓbatur hoc modo. Substantiā quidē corporei atq; incorporei differētię partiūtur. corporeū vero animati atq; ianimati. animatū enī sensibilis atq; insensibilis partiūtur. ita igit genera substātiales differētię partiunt: & dicūtur generū diuisiuę. At vero si eædē differētię a genere descēdētes q̄ genus diuidunt colligātur/ & ad vnū ad qđ possunt iūgi copulēt: species informātur/ vt quidē animal substātię sit species. Omnia enī superiora de inferioribus p̄dicātur: & q̄cquid inferius fuerit/ species erit etiā superioris. animatū tamē atq; sensibile q̄ sunt eiusdē differentię si referātur ad genera: diuisiuę sunt. cōstitutiuę vero fiunt animalis/ eiusq; substātiā formant atq; cōstituunt/ diffinitionēq; cōformāt: vt sit substātia animata sensibilis. substātia quidē est genus: animatū vero atq; sensibile cōstitutiuę eiusdē differentię. Itē animal rationali atq; irrationali/ mortali atq; īmortali diuiditur: sed iūcta rationalitas atq; mortalitas q̄ animalis diuisiuę fuerāt/ fiūt hominis cōstitutiuę/ atq; pficiūt speciē/ atq; omnē eius rationē diffinitionis informāt atq; pficiūt. At si irrationalitas cū mortalitate iūgatur: fiet equus atq; quodlibet animal qđ ratione nō vtit. Rationabilitas vero atq; īmortalitas copulatę: substātiā dei informant. Ita igitur eædem cū referūtur ad genera diuisiuę generū fiūt. si vero ad inferiores species cōsiderētur: informāt species/ earūq; substātiā cōuenienti copulatione cōstituunt. In hoc quęsitum est quēadmodū dicerētur esse hę differētię specierū constitutiuę: cū irrationabilis differētia atq; īmortalis nullā speciē videntur efficere. Respōdemus quidē primū placere Aristoteli celestia corpora animata nō esse. qđ vero animatū nō sit: animal esse nō posse. qđ vero non sit animal: nec rationale esse cōcedit. sed eadem corpora propter simplicitatē et perpetuitatē motus/ æterna esse cōfirmat. Est igitur aliquid qđ ex duabus his differētiis conficiatur

irrationali ſcilicet atq; immortali, q; ſi magis concedendum Platoni eſt/ et celeſtia corpora animata eſſe credendum: nullum irrationale eſt qđ his differentiis poteſt eſſe ſubiectum. quicquid enim irrationale eſt/ corruptioni ſubiacens & generationi; immortale eſſe non poterit. ſunt tamen hę differentię/ quoniam ſubſtantialium differentiarum in numero ſunt: ſi iungi vllo modo potuiſſent/ earum naturam & ſpeciem quoq; poſſent efficere. atq; vt intelligatur quæ ſit hæc potentia efficiendę ſubſtantię ſpecieiq; formandæ: reſpiciamus ad proprias atq; communes/ quæ tametſi iungantur/ ſpeciem ſubſtantiamq; nulla ratione conſtituunt. ſi quis enim loquatur ambulans/ quæ ſunt duę cōmunes differētię/ vel ſi longus/ vel albus: vnum iccirco ab eiſdem eius ſubſtantia conſtituitur minime. cur? quia eiuſdem ſunt generis: quæ alicuius poſſunt conſtituere et cōformare ſubſtantiā. Ita igitur hę ideſt irrationale atq; immortale etiam ſi ſubiectum aliquid ſubſtantiæ habere non poſſunt: tamen poſſent ſubſtātiam efficere/ ſi vllo modo iungi copulariq; potuiſſent. Præterea irrationale iunctum cum mortali ſubſtantia: pecudem facit. eſt igitur conſtitutiua irrationalis differentia. item immortale atq; rationale coniuncta/ efficiunt deum. eſt igitur immortale qđ ſpeciem format. Q; ſi inter ſe iungi nequeunt: non iccirco quod
» in natura eorum eſt abrogatur. ¶ Sed eę quidem quæ diuiſiuæ ſunt differentię generum/ com-
» pletiuę ſunt/ et conſtitutiuę ſpecierum. Diuiditur autem animal rationali & irrationali differen-
» tia/ & rurſus mortali & immortali differentia: ſed rationalis & mortalis differētiæ conſtitutiuę
» ſunt hominis/ rationalis vero & immortalis dei. illę vero quæ ſunt irrationalis et mortalis: irra-
» tionalium ſunt animalium. ſic etiam & ſupremę ſubſtantiæ cum diuiſiuę ſint animati & inani-
» mati differentia/ ſenſibilis & inſenſibilis: animata & ſenſibilis congregatę ad ſubſtantiam/ ani-
» mal perfecerunt/ animata vero & inſenſibilis perfecerunt plantam. ¶ Geminum differētiarum
vſum eſſe demonſtrat: vnum quidem quo genera diuiduntur/ alium quo ſpecies informantur. neq; enim hoc ſolum differentiæ faciunt/ vt genera partiantur: verum etiam dum genera diuidunt/ ſpecies in quas genera deducuntur/ efficiunt. itaq; quæ diuiſiuę ſunt generum: fiunt conſtitutiuę ſpecierum. huiuſq; illud exemplum eſt: qđ ipſe ſubiecit. Animalis quippe differentiæ ſunt diuiſiuę: rationale atq; irrationale. omne enim quod animal eſt: aut rationale aut irrationale/ aut mortale aut immortale eſt. Sed iſtę differentiæ quæ diuidunt genus quod eſt animal: ſpeciei ſubſtantiam formamq; conſtituunt. Nam cum ſit homo animal: efficitur rationali mortaliq; differentiis/ quę dudū animal partiebātur. item cum ſit equus animal: irrationali mortaliq; differentiis cōſtituitur/ quę dudum animal diuidebant. deus autem cum ſit animal/ vt de ſole dicamus/ rationali imortaliq; efficitur differentiis. quas diuidere genus conueniens habita portio paulo ante monſtrauit. ſed hic (vt diximus) deum corporeum intelligi oportet/ vt ſolem/ & celum/ cæteraq; huiuſmodi: quæ cum animata & rationalia Plato eſſe confirmat/ tum etiam deorum vocabulo antiquitatis veneratione probantur eſſe ſubiecta. De primo quoq; genere id eſt ſubſtantia demonſtrantur venire. Nam cum eius diuiſiuę ſint differentiæ/ animatum atq; inanimatum/ ſenſibile atq; inſenſibile: iunctæ differentię ſenſibile atq; animatum efficiunt ſubſtantiam animatam atq; ſenſibilem/ quod eſt animal. Iure igitur dictū eſt quæ diuiſiuę ſunt dif-
» ferentię generum: eaſdem eſſe conſtitutiuas/ & completiuas ſpecierum. ¶ Quoniā ergo eędem
» aliquo modo quidem acceptæ ſunt conſtitutiuę/ aliquo modo autem diuiſiuæ: ſpecificę omnes
» vocantur. et his maxime opus eſt ad diuiſiones generum/ & diffinitiones ſpecierum: ſed nō iis
» quæ ſecundum accidens inſeparabiles ſunt/ nec magis iis quæ ſunt ſeparabiles. ¶ Omnes a ge-
nere differentias procedentes genus ipſum a quo procedunt: nullus diuidere ignorat. ipſę autē quę diuidunt genus: ſi ad poſteriores ſpecies applicentur/ informāt ſubſtātias earum/ eaſq; perficiunt. eædem igitur ſunt conſtitutiuę ſpecierum: eædem ſunt diuiſibiles generum/ tamen alio modo atq; alio conſideratę. vt ſi ad genus relatę quidem in contrariā diuiſionem ſpectētur: diuiſibiles generum inueniūtur. ſi vero iunctę aliquid efficere poſſunt: ſpecierum cōſtitutiuę ſunt. quæ cum ita ſint: hę differentiæ quæ genus diuidūt/ rectiſſime diuiſiuæ nominātur. Quæ enim cōſtituūt ſpeciem: eædem ſpecificę nūcupātur. ſed cōſtituūt ſpeciem eę differentię quę ſunt generis diuiſiuæ. igitur quę ſunt generū diuiſiuę/ & cōſtitutiuę: ſpecificę nūcupātur. has igitur in diuiſione generis & in diffinitione ſpecierum accipi oportere: manifeſtū eſt. quoniā enim diuiſiuę ſunt/ per eas diuidi oportet genus: quoniā autē cōſtitutiuę/ per eas ſpecies diffiniri. qbus enim vnūquodq; cōſtituitur: eiſdē etiam diffinitur. cōſtituitur autē ſpecies per differētias generis diuiſiuas: quę ſunt ſpecificę. iure igitur hę ſpecificę ſolę/ & in generis diuiſione & in ſpecierū diffinitione ponuntur. et de ſpecificis quidem hæc ratio eſt. De iis autem quæ vel ſeparabilia vel inſeparabilia continent accidentia: nichil in generum diuiſione vel diffinitione ſpecierum poterit aſſumi. iccirco quoniam quę diuiſibiles ſunt/ ſubſtantiam generis diuidunt/ et quæ conſti-

tutiuę ſunt/ ſubſtantiam ſpeciei conſtituunt. quę vero ſunt inſeparabilia accidentia: nulliusſpeciei ſubſtantiam informant. vnde fit/ vt multo minus ſeparabilia accidentia ad diuiſionem generum/ vel ſpecierum diffinitiones accõmodentur. omnino enim diſſimiles ſunt ſubſtantialibꝫ differentiis. Nam inſeparabilia accidentia hoc fortaſſe habeant cõmune cum ſpecificis/ hoc eſt cum ſubſtantialibus differentiis: ꝙ æque ſubiectum non derelinquunt/ ſicut nec ſpecificę differentiæ. ſeparabilia autem accidentia: nec hoc quidem. ſeparari enim poſſunt/ nec tantum poteſtate & mentis ratione/ ſed actus etiam præſentia: & omnino veniendi vel diſcedendi varietatibus permutantur. ¶ Quas etiam determinantes dicunt. Differentia eſt qua abundat ſpecies a genere. homo enim ab animali plus habet rationale & mortale. animal enim ipſum/ neqꝫ nichil horum eſt. ¶ Vnde nam habebunt ſpecies differentias? Neqꝫ enim omnes oppoſitas habet: quoniam in eodem ſimul habebit oppoſita. ſed quẽadmodũ probant/ poteſtate quidẽ habet omnes ſub ſe differentias: actu vero nullam. ac ſi neqꝫ ex iis quæ non ſunt aliquid fit: neqꝫ oppoſita in eodem erunt. ¶ Specificas differentias diffinitione concludit: dicens/ ſubſtantiales differẽtias a quibuſdam tali deſcriptionis ratione diffiniri. Differentia ſpecifica eſt qua abũdat ſpecies a genere. Sit enim genus animal: ſpecies homo. habet igitur homo differentias in ſe: q̃ ipſũ conſtituunt vt rationale atqꝫ mortale. omnis enim ſpecies conſtitutiuas formę ſuę differentiàs in ſe retinet: nec præter illas eſſe poteſt/ quarum congregatione perfecta eſt. ſi igitur animal ſolum genus eſt/ homo vero animal rationale mortale: plus habet homo ab animali id quod rationale eſt atqꝫ mortale. quo igitur abundat ſpecies a genere/ id eſt quo ſuperat genus: & quod plus habet a genere/ hoc eſt ſpecifica differentia. Sed huic diffinitioni quędam quęſtio videtur occurrere/ habens principium ex duabus per ſe propoſitionibus notis/ vna quidem quoniam duo contraria in eodem eſſe non poſſunt: alia vero quoniam ex nichilo nichil fit. Nam neqꝫ cõtraria pati ſeſe poſſunt in vnum vt in eodem ſimul ſint: nec aliquid ex nichilo fieri poteſt. Omne enim qđ fit; habet aliquid vnde effici poſſit atqꝫ formari. quæ propoſitiones talem faciunt

Quęſtio

quęſtionem. Dictum eſt differentiam eſſe id/ qua plus abundet ſpecies a genere: quid igitur/ dicendum ne eſt genus/ eas differentias quas habet ſpecies non habere/ et vnde habebit ſpecies differentias/ quas genus non habet/ niſi enim ſit vnde veniant differẽtiæ: in ſpeciem venire nõ poſſunt. ꝙ ſi genus quidem has differentias non habet/ ſpecies autem habet: videtur ex nichilo differentia in ſpeciem conueniſſe/ et factum eſſe aliquid ex nichilo. quod fieri non poſſe ſuperius dicta propoſitio monſtrauit. Qꝫ ſi differentias omnes genus continet/ differentiæ autem in contraria diſſoluuntur: fiet vt rationalitatem atqꝫ irrationalitatem/ mortalitatem atqꝫ immortalitatem ſimul habeat animal qđ eſt genus/ & erunt in eodem bina contraria/ quod fieri non poteſt. Neqꝫ enim ſicut in corpore ſolet eſſe alia pars alba/ alia nigra: ita fieri in genere poteſt. genus enim per ſe conſideratum: partes nõ habet/ niſi ad ſpecies referatur. quicquid igitur habet genus: non partibus/ ſed tota ſui magnitudine retinebit. Nec illud dubium eſt quin partibus genus habeat contrarietates. vt animal in homine habet rationabilitatem: in boue vero contrarium. ſed nunc non de ſpeciebus quęrimus de quibus genus conſtat: ſed an ipſum per ſe genus eas differentias/ quas habet ſpecies/ habere poſſit atqꝫ intra ſuę ſubſtantię ambitum continerę poſſit. Hanc igitur quęſtionem tali ratione diſſoluimus. Poteſt quilibet id qđ eſt/ non eſſe:

Diſſolutio.

ſed alio modo eſſe/ alio vero non eſſe. vt Socrates cum ſtat: & ſedet & non ſedet. ſedet quidẽ poteſtate: actu vero non ſedet. cum enim ſtat: manifeſtum eſt eum non agere ſeſſionem/ ſed potius ſtandi immobilitatem. ſed rurſus cum ſtat/ ſedet: non quia iam ſedet/ ſed quia ſedere poteſt. ita actu quidem non ſedet: poteſtate vero ſedet. Et ouum animal eſt/ & nõ eſt animal: nõ eſt quidem animal actu. adhuc namqꝫ ouum eſt/ nec animalis quidem proceſſit viuificatio. ſed idem eſt tantum animal poteſtate/ quia poteſt effici animal: cum formam ac ſpeciem viuificationis acceperit. Ita igitur genus habet has differẽtias & nõ habet: non habet quidem actu/ ſed habet poteſtate. ſi enim ipſum per ſe animal cõſideretur: differẽtias nõ habet/ ſi autem ad ſpecies reducatur/ habere poteſt ſed diſtribute. atqꝫ vt eius ſpeciebus ſeparatim nichil poteſt euenire cõtrariũ: ita ipſum genus ſi per ſe conſideretur/ differentiis caret. ꝙ ſi ad ſpecies referatur: per diſtributas ſpecies in partibus ſuis contraria retinebit. Atqꝫ ita nec ex nichilo venerunt differentię/ quas genus retinet poteſtate: nec vtraqꝫ cõtraria in eodem ſunt/ cum contrarias differentias in eo ꝙ dicitur genus/ actu non habet. Impoſſibilitas enim eius propoſitionis quæ dicit contraria in eodem eſſe non poſſe: in eo conſiſtit ꝙ contraria actu in eodem eſſe non poſſunt. Nam poteſtate & actu: duo cõtraria in eodem eſſe nichil impedit. Quę vero nos contraria diximus: Porphyrius oppoſita nuncupauit. eſt enim genus cõtrarius oppoſitum. omnia enim contraria ſibimetipſis conſiderantur oppoſita. ¶ Diſſiniunt autem eam et hoc modo.

» ¶Differentia eſt quę de pluribus et differentibus ſpecie in eo quod quale quid eſt prędicatur.
» Rationale enim & mortale de homine prędicatur in eo qđ quale quid eſt/ homo dicitur:ſed non
» in eo quod quid eſt.quid eſt enim homo nobis interrogatis:cõueniens eſt dicere animal. quale
» autẽ animal inquiſitis:quoniam rationale & mortale eſt/ cõuenienter aſſignabimus. ¶Tres ſũt
interrogationes ad quas genus/ ſpecies/ differẽtia/ proprium/ atq; accidẽs reſpondetur.hę autem
ſunt:quid ſit/ quale ſit/ quomodo ſe habet.Nam ſi quis interroget quid eſt Socrates:reſponderi
per genus ac ſpeciem poterit cõueniẽter/ vt animal/ aut homo.Si quis quomodo ſe habeat So
crates interroget:iure accidẽs reſpõdeť id eſt aut ſedet/ aut legit & cętera.Si quis vero qualis ſit
Socrates interroget:aut differẽtia/ aut propriũ/ aut accidens reſpõdetur id eſt rationalis/ vel ri
ſibilis/ vel caluus.Sed in proprio quidẽ illa eſt obſeruatio/ q; illud propriũ dicitur quod de vna
ſola ſpecie dici poteſt:accidens vero tale eſt qđ qualitatẽ deſignat quæ nõ ſubſtantiã ſignificat.
differẽtia vero talis eſt quæ ſubſtantiã demonſtrat. Interroganti igitur qualis vnaquæq; res ſit:
ſi volumus reddere ſubſtantiæ qualitatẽ/ differentiã prædicamus.quæ differentia nunq̃ de vna Quę differẽ
tantũ ſpecie prædicatur vt mortale/ vel rationale:ſed de pluribus.Quod igitur de pluribus ſpe tia nunq̃ dẽ
ciebus inter ſe differentibus p̃dicatur ad eã interrogationẽ/ quæ quale ſit id de quo quęritur in vna tãtum
terrogat:ea eſt differẽtia.cuius talẽ poſuit diffinitionẽ. Differẽtia eſt quod de pluribꝫ ſpecie dif ſpecie præ
ferentibus in eo quod quale ſit prædicatur.cuius diffinitionis cauſam rationeq; pertractãs ait. dicatur. id
» ¶Rebus enim ex materia et forma conſtantibus/ vel ad ſimilitudinẽ proportionẽq; materię & Porphyrii
» formę/ conſtitutionem habentibus/ quẽadmodum ſtatua ex materia quidem eſt ære/ ex forma ſentẽtia di
» autem figura: ſic et homo cõmunis et ſpecialis ex materia quidem ſimiliter proportionaliterq; ctũ eſt.ſed q
» conſiſtit ex genere/ ex forma autem differẽtia.totũ autem hoc animal rationale mortale/ homo ſit vt ſi diffe
» eſt:quemadmodum illic ſtatua. ¶Dixit ſuperius differentias eſſe quę in qualitate ſpeciei præ rẽtia cũ ſpẽ
dicarentur:nunc autem cauſas exequitur cuius ſpeciei qualitas/ differẽtia ſit.Omnes inquit res: ſubalterna
vel ex materia formaq; cõſiſtunt/ vel ad ſimilitudinem materię atq; formę ſubſtantiam ſortiũ quã cõſtitu
tur.Ex materia formaq; ſubſiſtunt omnia quęcũq; ſunt corporalia, niſi enim ſit ſubiectum cor it vt ſẽſitiuũ
pus quod ſuſcipiat formam:nichil omnino eſſe poteſt.ſi enim lapides non fuiſſent:muri/ parie cũ animali
teſq; nõ eſſent. ſi lignum non fuiſſet omnino: nec menſa quidem quæ ex ligni materia/ eſſe po conuertať:
tuiſſet.Igitur ſuppoſita materia ac præiacente cum in ipſa figura ſuperuenerit:fit quęlibet ipſa repibilis nõ
res corporea ex materia formaq; ſubſiſtẽs.vt Achillis ſtatua ex ęris materia:& ex illius Achillis ſit quę cum
figura perficitur. Atq; ea quidem quæ corporea ſunt:manifeſtum eſt ex materia formaq; ſub ſpecie vlti
ſiſtere.ea vero quæ ſunt incorporalia:ad ſimilitudinem materię atq; formę habent ſuperpoſitas ma quã cõ
priores antiquioreſq; naturas/ ſuper quas differentię veniẽtes efficiũt aliquid/ quod eodẽ modo ſtituit etiã
ſicut corpus/ tãq̃ ex materia ac forma cõſiſtere videatur.vt i genere ac ſpecie additis generi diffe conuertaťꝫ
rentiis ſpecies effecta eſt. Vt igitur eſt in Achillis ſtatua æs qđ materia eſt/ forma vero Achillis ſic rationa
qualitas & quędã figura ex quibus efficiť Achillis ſtatua/ quę ſubiecta viſibus capitur:ita etiã in le cõtra Pla
ſpecie quę eſt homo/ materia quidẽ genus eſt qđ eſt animal/ cui ſuperueniens qualitas rationa tonicorum
lis/ animal rationale id eſt ſpeciẽ fecit.igitur ſpeciei materia quędã eſt genus: forma vero/ quaſi placita pu
qualitas/ differentia.Qđ eſt igitur in ſtatua es:hoc eſt in ſpecie genus.qđ in ſtatua eſt figura cõ tãt Peripate
formans:id in ſpecie differentia.quod eſt igitur in ſtatua ipſa ſtatua/ quæ ex ære figuraq; con tici cũ homi
formatur: id in ſpecie ipſa ſpecies quæ ex genere differentiaq; coniungitur. Q; ſi materia qui ne retrouer
dem ſpeciei genus eſt/ forma autẽ differentia/ omnis vero forma qualis eſt: iure omnis differen ti atq; com
tia qualitas appellatur.quę cum ita ſint:iure in eo quod quale ſit interrogãtibus reſpondetur. meare.
» ¶Deſcribunt autem huiuſmodi differentiã & hoc modo. Differentia qđ natum eſt diuidere ea
» quæ ſub eodem genere ſunt. Rationale enim et irrationale: hominẽ et equũ/ quę ſub eodẽ ge
» nere ſunt(quod eſt animal)diuidunt. ¶Hæc quidẽ diffinitio cũ ſit vſitata/ et ante oculos diſpo
ſita:eam tamen exẽpli inſuper luce reſeruit. Omnes enim differẽtiæ ĩccirco differentię nuncu
pantur,q; ſpecies ex ſe differre faciunt/ quas vnum genus includit.vt homo atq; equus propriis
diſcrepant differentiis.ſed ſicut homo animal eſt:ita etiã equus.ergo ſecundũ genus nullo mo
do diſtant.quę igitur ſecundũ genus nullo modo diſcrepant:ea differentiis diſtribuuntur.addi
tum enim rationale quidem homini irrationale vero equo:equus atq; homo quæ ſub eodẽ fue
» rant genere diſtribuuntur & diſcrepant additis ſcilicet differentiis. ¶Aſſignant autem et hoc
» modo.Differẽtia eſt qua differunt a ſe ſingula.Namq; homo et equus:ſecundũ genus nõ dif
» ferunt.ſumus enim animalia & nos/ et irrationalia: ſed additũ rationale diſiũxit nos ab illis. et
» rationales ſumus & nos et dii:ſed mortale appoſitũ/ diuiſit nos ab illis. ¶Vitioſa ratione et non
ſana quod vult explicat diffinitio quorũdam. Id enim dicunt eſſe differentiam : qua vnaquęq;
res ab alia diſtat.In qua diffinitione nichil intereſt:q; ita dixit an ita concludat. Differentia eſt
id quod eſt differentia. etenim differentiæ nomine in eiuſdẽ differentiæ eſt vſus diffinitione di

cens/ differentia est qua differunt a se singula. q; si adhuc differētia nō scitur nisi diffinitione cla
rescat: differētia quoq; quid sit/ quis potest agnoscere/ ita nichil amplius attulit ad agnitionem:
qui differētię nomine in eiusdē vsus est diffinitione. Est autē cōmunis et vaga: nec includēs sub-
stātiales differētias/ sed quallibet etiā accidētales hoc modo. Differētia est qua a se differunt sin-
gula. Quæ enim genere sunt eadē: eadem differētia discrepant. vt cum homo atq; equus idē sūt
in animalis genere/ vtraq; sunt animalia: differunt tamē differētia rationali. vt cū dū atq; homi
nes sub rationalitate sunt positi/ differūt tamē mortalitate. rationale igitur ad equum/ hominis
differentia est: mortale hominis/ ad deum. atq; hoc quidem modo substantiales differentię col-
ligūtur. Q; si Socrates sedeat/ Plato vero ambulet: erit differētia sessio vel ambulatio/ quę sub-
stātialis nō est. Namq; istā quoq; differentiā diffinitio videtur includere: cum dicit differētia est
qua differunt a se singula. cūq; enim Socrates a Platone distiterit (nullo autē modo distare ab
alio nisi accidentibus potest) id erit differētia secundū superioris terminū diffinitionis. quā rem
scilicet/ viderunt etiā ij qui diffinitionis huius vagū cōmunemq; finē reprehendētes: certæ con
clusionis terminū subiecerunt. ¶ Interius autem perscrutātes differētiam/ dicunt nō quodlibet
eorū quæ sub eodem genere sunt diuidentium/ esse differentiam: sed quod ad esse conducit/ et
quod quid erat esse/ et eius rei pars est. Neq; enim quod natū est nauigare: est hominis differen-
tia/ et si sit proprū hominis. dicimus enim animalū hæc quidem apta esse ad nauigandum/ illa
vero minime: diuidētes hominē ab aliis. sed aptū natū esse ad nauigandū non est substantię cō-
pletiuū/ nec eius pars: sed aptitudo quędā solū/ iccirco quia nō est talis/ quales sunt quę specifice
dicūtur differētię. ¶ Erunt ergo specifice differētiæ: quęcūq; alteram faciūt speciē/ & quęcūq; in
eo quod quid erat esse accipiuntur. Et de differētiis quidē ita sufficiant. ¶ Sensus propositionis
huiusmodi est. Quoniā superius dixit determinasse quosdā differētiā esse qua a se singula discre-
parent: ait alios diligentius differētiā perscrutantes nō fuisse arbitratos recte esse superius pro-
positam diffinitionē. Neq; enim omnia quęcūq; sub eodē posita sūt genere/ quę faciunt differre:
differētię de quibus nunc tractatur id est specifice nominari queunt. plures enim sunt quę ita di-
uidunt species sub vno genere positas/ vt tamē eorum substantiā minime cōforment/ quia non
videtur esse differētiæ specifice: nisi illę tantū quæ ad id quod est esse proficiunt/ ideſt hę quæ in
diffinitionibus alicuius partes ponuntur, ea autē sunt: vt rationale hominis. Nā substantiā ho-
minis cōformat/ et ad esse hominis proficit: et diffinitionis eius hominis pars est. Nisi ergo ad id
quod est esse/ cōducit/ et eius rei quod est esse/ pars est: specifica differētia nullo modo poterit nū-
cupari. Quid est autē esse rei: nichil aliud nisi diffinitio. vnicuiq; enim rei interrogatę quid est/ si
quis qđ sit esse monstrare voluerit: diffinitionem dicit. ergo si quid diffinitionis pars fuerit: eius
Diffinitio erit pars quod vniuscuiusq; rei quid sit esse designet. Diffinitio est quidem quæ quid vna quæq;
res sit ostedit ac profert: demōstraturq; qđ vnicuiq; rei sit esse per diffinitionis assignationē. Illæ
vero differētiæ quæ nō ad substantiā conducūt/ sed quoddā quasi extrinsecus accidens afferunt:
specificę nō dicuntur/ licet sub codē genere positas species faciāt discrepare. Vt si quis hominis
atq; equi hāc differētiā facit aptū esse ad nauigandū, homo autē aptus est ad nauigādū: equus
vero minime. et cū sit equus atq; homo sub eodē genere animalis: addita differētia aptum esse
ad nauigādū/ equū distinxit ab homine. sed aptum esse ad nauigādum/ nō est huiusmodi qua-
le illud per qđ possit hominis formare substātiā/ sicut rationale quæ est substātialis qualitas: sed
tantū quādam quodā modo aptitudinem monstrat/ et ad faciendū aliquid vel non faciendum
oportunitatē. iccirco specifica differentia esse nō dicitur. Quo fit vt nō omnis differentia quę po-
sitas sub se species distribuit/ specifica esse possit: sed ea tantū quæ ad substantiam speciei profi-
cit/ & quæ in parte diffinitionis accipitur. Cōcludit ergo eas esse specificas differentias: quę alte-
ras a se species faciunt per distantiā substātialē. Nā si vnicuiq; id est esse quodcūq; substātialiter
fiunt: q̄cunq; differētiæ substantialiter diuersę sunt/ illas species quibus adsunt omni substātia
faciunt alias ac discrepātes/ atq; hę in diffinitionis parte sumūtur. Nā si diffinitio substantiā mō
strat/ & substātiales differētiæ species efficiunt: substantiales differētiæ partes sunt diffinitionū.

¶ DE PROPRIO. Cap. IIII.

Proprium vero quadrifariā diuidunt. ¶ Nam & id quod soli alicui speciei acci
dit/ etsi nō omni: proprium dicitur. vt homini/ medicum esse/ vel geometram.
¶ Et quod omni accidit/ etsi nō soli. quēadmodum homini/ esse bipedē. ¶ Et
quod soli et omni/ et aliquando. vt omni homini/ in senectute canescere. ¶ Et
qđ soli et omni/ et semp. quēadmodū homini/ esse risibile. ¶ Nā etsi nō semper
rideat: tamē risibilis dicitur/ nō q; rideat semp/ sed q; aptus natus sit vt rideat.
hoc autē ei semp cōnaturale est vt equo hinnibile. ¶ Hæc autē dicūt proprie
propria: quoniā etiam cōuertuntur. Si quid enī equus: hinnibile est. et si quid

hinnibile est: equus est. ¶ Superius dictū est omnia propria ex accidentium genere descendere. Quicquid enī de aliquo p̄dicatur: aut substātiā informat/ aut secundū accides ineſt. nichil vero est/ qđ rei substantiā mōstret nisi genus/ species et differētia. genus quidē & differentia mōstrant substantiā speciei: species vero indiuiduorū. quicquid ergo reliquū est: in accidentiū numero ponitur. Sed quoniā ipsa accidētia habēt inter se aliquā differentiam: iccirco alia quidem propria/ alia priore atq; antiquiore nomine accidentia nūcupantur. Et de accidentibus paulo post: nūc de propriis/ quę quadrifariam diuiduntur/ nō vt tanq̄ aliquod proprium in quattuor diuidi secariq; possit. sed hoc qđ ait diuidunt: ita intelligendum tāq̄ si diceret nuncupant/ id est propriū quadrifariam dicūt. cuius quadrifariæ appellationis significationes enumerat: vt quæ sit congrua et cōueniens nuncupatio proprietatis/ ostēdat. ¶ Dicit ergo q̄ propriū primo est accidēs: quod ita vni speciei adest/ vt tamen nullo modo coęquetur ei/ sed infra subsistat ac maneat. vt hominis dicitur propriū medicum esse: iccirco q̄ nulli alii ineſſe animalium potest. nec illud attēdim⁹/ an hoc de omni homine dici potest/ medicū esse. Et hęc quidem significatio proprii: dicitur esse soli etiam si nō omni. soli enim speciei etiam si nō omni coęquatur. vt homini medicū esse/ soli quidē ineſt homini: sed non omnibus hominibus ad scientiā adesse potest. ¶ Aliud proprium est quod huic cōtrario/ dicitur omni etiam si non soli. qđ huiusmodi est/ vt omnem quidē speciem contineat eamq; transcendat. Et quoniam quidem nichil est ex subiectis speciei qđ illo proprio nō vtatur: dicimus omni. quoniam vero transcendit ad alias: dicimus non soli. hoc huiusmodi est/ quale homini esse bipedem. proprium enim hominis est esse bipedem. omnis enim homo bipes est: etiā si non solus. aues enim bipedes sunt. ¶ Geminę igitur significationes proprii quę superius dictę sunt: habent aliquid minus. prima quidem qđ non omni: secunda vero quod non soli/ quas si iungimus facimus omni & soli. Sed est minus aliquid secundum tempus si ei adiiciatur aliquando: vt sit hęc tertia proprii nuncupatio/ vt omni & soli sed aliquando. vt est in senectute canescere/ vel in iuuentute pubescere. omni enim homini adest in iuuentute pubescere/ & i senectute canescere & soli. pubescere enim solius est homis: sed aliquādo. neq; enim in omni tempore: sed in sola tātum iuuentute. Hæc igitur determinatio proprii in eo quidem modo q̄ omni & soli est/ absoluta est: sed & ex eo innuit aliud et cōtrahit cum dicimus aliquando. qđ si auferamus: fit proprii integra & simplex significatio/ hoc modo. ¶ Propriū est qđ omni & soli & semper adest. omni autem & soli speciei & semper intelligendum est: vt homini risibile/ equo hinnibile. omnis enim homo & solus: risibilis est semper. Neq; illud nos vlla dubitatione perturbet q̄ semper homo non rideat. nō enim ridere est proprium homini: sed risibile qđ non est actu/ sed in potestate consistit. ergo etiam si non rideat: quia ridere tamen possit soli/ et omni homini adesse dicitur/ & cōuenienter proprium nuncupatur. Nam si actu separetur a specie: potestate/ nulla ratione diiūgitur. ¶ Quattuor igitur significationes proprii dixit. Nā primam quidem/ quando accidens ita subiectæ speciei adest/ vt soli ei adsit etiam si non omni: vt homini esse medicum. Secūdam autem cum omni/ & nō soli accidit: vt homini esse bipedem. Tertiam vero cum omni/ et soli/ sed aliquando: vt homini in iuuentute pubescere. Quartā cum omni & soli/ et semper adest: vt esse risibile. Atq; ideo cætera conuerti non possunt. Neq; enim coæquatur qđ soli/ sed non omni speciei adest. neq; coæquatur: quod non soli/ sed omni speciei adest. species quidē de ipso dici potest: ipsum vero de specie minime. quod enim medic⁹ est: potest dici homo. homo vero qui est: medicus esse nō dicitur. Rursum qđ ita est alii propriū vt omni adsit: etiam si nō soli/ ipsum quidem de specie prædicari potest/ species vero de eo minime. Nā bipes prædicari de homine potest: homo vero de bipede nullo modo. Rursus qđ ita adest quod omni/ et soli/ sed aliquando adsit/ quoniam de tempore habet aliquid diminutum: reciprocari nō poterit. Possumus enim dicere omnis qui pubescit/ homo est: nō tamē dicimus omnis qui est homo/ pubescit. potest enim minime ad iuuentutē venire/ atq; ideo nō pubescere. nisi forte non sit pubescere hominis propriū/ sed in iuuentute pubescere solūmodo/ aut etiam q̄ nondū est in iuuentute/ aut etiā præter: tamē adsit ei proprium nō tale/ quale tūc est cum præter iuuentutem est/ sed quale tūc fieri posset cum in iuuentute cōsistit. atq; ideo qđ non in omne rēpus tenditur/ etiam si tale est quod omni speciei adsit: q̄ tamen in aliquod tempus differatur/ integrū atq; absolutum propriū esse nō dicitur. Quartum est quod ita adest q̄ solā teneat speciē/ & omni adsit/ & absolutum sit a temporis cōditione. vt risibile quod a superiori plurimū distat. Nam quod risibile est: semper ridere potest. Rursus qui potest in iuuentute pubescere: cū ipsa iuuentus nō sit semper/ non ei est semper vt in iuuentute pubescat. Hæc autē proprii significatio quā nulla temporis diffinitio cōstringit: absoluta est/ atq; ideo etiam conuertitur/ et inuicē de se proprium atq; species prædicantur. homo enim risibilis est: et risibilis homo.

Dubii solutio

Recollectio

¶DE ACCIDENTE. Cap.V.



Ccidens est quod adest & abest præter subiecti corruptionem. ¶Diuiditur autem in duo: namq; id eius separabile est & illud inseparabile. est enim dormire/ separabile accidens. nigru vero: inseparabiliter coruo et æthiopi accidit. ¶Potest autem subintelligi & coruus albus/ & æthiops nitens colore præter subiecti corruptionem. ¶Diffinitur autem sic quoq;. Accidens est quod contingit eidem inesse et non inesse. ¶Et quod neq; genus est/ neq; differentia/ neq; species/ neq; proprii: semper autem est in subiecto subsistens. Omnibus igitur determinatis quę proposita sunt (dico autem genere/ specie/ differẽtia/ proprio/ accidente) dicendũ est quæ eis cõmunia sunt/ & quę propria. ¶Quoniã vt superius dictum est/ omnia quæ de aliquo prædicãtur/ vel substantialiter vel accidentaliter dicuntur: cũq; ea quę substantialiter prędicantur/ eius de quo dicuntur substantiam diffinitione contineant/ & sint eo antiquiora atq; maiora quod ex substantialibus prædicatis efficitur/ cumq; ea quæ substantialiter dicuntur pereunt: necesse est vt simul etiam ea interimantur quorũ naturam substãtiamq; formabant. quæ cum ita sint: necesse est vt quæ accidentaliter dicuntur/ quoniam substantiam minime informant/ adesse & abesse possint præter subiecti corruptionem. Ea enim tãtum cum absunt/ subiectum corrumpere possunt: quæ efficiunt atq; conformant quæ sunt substantialia. quę vero nõ efficiunt substantiam vt accidentia: ea cum adsunt vel absunt/ nec informant substantiam/ nec corrũpunt. ¶Est igitur accidens/ quod adest & abest prẽter subiecti corruptionem. Id autẽ diuiditur in partes duas. Accidens enim aliud est separabile: aliud inseparabile. separabile quidẽ dormire/ sedere: inseparabile vero/ æthiopi atq; coruo color niger. In qua re talis oritur dubitatio. ita enim est definitum/ accidens est quod adest et abest præter subiecti corruptionẽ: idem tamen accidens inseparabile dicitur. q; si inseparabile est: abesse non poterit. frustra igitur positum est accidens esse qđ adesse & abesse possit: cum sint quędam accidẽtia/ quę a subiecto nõ valeant separari. Sed fit sæpe vt quæ actu disiungi non valeant: mente et cogitatione separentur. sed si animi ratione disiunctę sunt qualitates a subiectis: nõ ea perimunt/ sed in sua substãtia permanẽt atq; perdurant/ accidentes tamen esse intelliguntur. Age igitur quoniam æthiopi color niger auferri non potest: animo eum & cognitione separemus. erit igitur color albus ęthiopi. Num iccirco species cõsumptę sunt? minime. ita etiam coruus/ si ab eo colorem nigrũ imaginatione separemus: permanet tamen auis nec interiit species. ergo qđ dictum est adesse & abesse: nõ re sed animo intelligendum est. alioquin & substantialia quę omnino separari nõ possunt: sępe animo & cogitatione disiungimus. vt si ab homine rationalitatẽ auferamus: quã licet actu separare non possumus/ tamen si animi imaginatione disiungimus/ statim perit hominis species. qđ idem in accidẽtibus non fit. sublato enim accidente cogitatione: species manet. ¶Est alia accidentis diffinitio cæterorũ omnium priuatione/ vt id dicatur esse accidens quod neq; genus sit/ neq; species/ neq; differentia/ neq; proprium: quæ diffinitio plurimum vaga est/ valdeq; cõmunis. Sic etiam genus diffiniri potest: qđ neq; species/ neq; differẽtia/ neq; proprium sit/ nec accidens. eodem quoq; modo species ac differẽtia atq; proprium. Cum autem eadem similitudine definitionis plurima definiri queunt/ nõ est terminans & circuncluſa descriptio: prędertim cum longe sit ab definitionis integritate seiunctum/ qđ cuiuslibet rei formã aliarum rerum negatione demonstrat. Quibus omnibus expeditis genere quidem/ specie/ differentia/ proprio/ atq; accidẽte/ descriptisq; eorum terminis quantũ postulabat institutionis breuitas: ea ipsa communiter pertractanda persequitur/ vt quas inter se habeant differentias hęc quinq; de quibus superius disputatum est/ quasue cõmunitates mediocri consideratione demonstret/ vt nõ solum quę ipsa sint/ verumetiam quẽadmodum ipsa inter se cõparentur appareat.

Obiectio

Solutio

Accidentes tamẽ. qualitates illę intelliguntur accidentes suis subiectis.



Xpeditis per se omnibus quæ per se proposuit/ & quantum in vnuscuiusq; consideratione poterat ad scientiæ terminum breuiter adductis: nunciam non de singulorum natura idest vel generis/ vel differentiæ/ vel speciei/ vel proprii/ vel accidẽtis/ sed de adinuicem relatione pertractat. Nam qui cõmuniones ac differentias rerum colligit: non vt sunt per se res illæ/ considerat/ sed vt aliis comparentur. Id autem duplici fit modo/ vel similitudine dum cõmuniones tractãtur/ vel dissimilitudine dũ differentiæ/ quæ cũ ita sint nos quoq; (vt adhuc fecimus) propter planiorem intellectum philosophi vestigia persequentes: ordiemur de iis cõmunitatibus quæ adsunt generi/ speciei/ differentię/ vel proprio/ vel accidenti.

¶DE COMMVNITATIBVS ET DIFFERENTIIS QVINQVE VOCVM. Cap. VI.

Cõitas. G S D P A

Ommune quidem est omnibus de pluribus prędicari/ quemadmodum dictũ est. Sed genus quidem: de omnibus sub se speciebus & indiuiduis. & differẽtia similiter. species autem de ijs quę sub ipsa sunt indiuiduis. at vero proprium & de specie cuius est propriũ: & de ijs quę sub specie sunt indiuiduis. accidens autem & de speciebus & de indiuiduis. Namq; animal de equo & boue prędicatur/ quę sunt species: & de hoc equo & de hoc boue quę sunt indiuidua. irrationale vero & de equo & boue/ & de ijs qui sunt particulares prędicatur. species autẽ vt homo/ solum de ijs qui sunt particulares homines prędicatur. proprium vero de specie cuius est proprium: & de ijs quę sub specie sunt indiuiduis. vt risibile de homine & de ijs qui sunt particulares. nigrum autem & de specie coruorum & de ijs qui sunt particulares: quod est accidens inseparabile. & moueri de homine/ & de equo: qđ est accidens separabile. sed principaliter quidẽ de indiuiduis: secundo vero loco de ijs quę continẽt indiuidua. ¶Anteq̃ singulorum ad vnumquodq; habitudinẽ tractet: illam prius respicit/ quam omnes ad seinuicem habere videãtur. hęc autem est vna cõmunio: quę posita rum quinq; rerum numerũ pluralitate prędicationis includit. omnia enim de pluribus prędicantur. in hoc ergo sibi cuncta cõmunicãt. Nam & genus de pluribus prędicatur: itemq; species/ ac differentia/ & proprium/ et accidens. quę cum ita sint: est eorum vna atq; indiscreta cõmunio/ de pluribus prędicari. Designat autẽ Porphyrius ipsam de pluribus prędicationẽ/ quẽadmodum in singulis fiat: q; vnumquodq; propositorũ de quibus pluribus prędicetur ostẽdit. Ait enim genus quidẽ de pluribus prędicari/ ideſt speciebus ac idiuiduis: vt animal prędicatur de homine & equo/ ac de ijs indiuiduis quę sub homine sunt atq; equo. Item genus prędicatur de differentijs specierum: atq; id iure. quoniam enim species/ differentiæ informant: cũ genus de speciebus prędicatur/ consequens est vt etiã de ijs dicatur quę specierum substantiam/ formamq; efficiũt. quo fit vt etiam de differẽtijs prædicetur: ac nõ de vna sola/ sed de pluribus. dicitur enim quod rationale est/ esse animal: & rursus quidẽ qđ irrationale est/ esse animal. ita genus de speciebus ac differentijs prędicatur/ & de ijs quę sub ipsis sunt indiuiduis. Differentia vero dicitur de pluribus speciebus ac de earum indiuiduis: vt irrationale de equo prędicatur ac boue quę sunt plures species/ & de ijs quę sub ipsis sunt indiuiduis/ eodem modo dicitur. Nam quod de vniuersali prędicatur: prędicatur & de indiuiduo. q; differẽtia de speciebus dicitur/ p̃dicabitur etiam de eiusdẽ speciei subiectis. Species vero de suis tãtum indiuiduis prędicatur. neq; enim fieri potest/ vt quę species est vltima (quę vere species ac magis species nũcupatur) nec alias deducatur in species. q; si ita est: sola post speciẽ indiuidua restant. iure igitur species de suis tantum indiuiduis prędicatur: vt homo de Socrate/ Platone/ & Cicerone/ & cæteris. Proprium item de specie prędicatur cuius est proprium. neq; enim esset proprium alicuius nisi de aliquo prędicaretur. de quo enĩ vnaquęq; res & soli & omni dicitur/ et semper: eiusdem proprium esse monstratur. quę cum ita sint: propriũ de specie dicitur. vt risibile de homine. omnis enim homo/ risibilis est. Dicitur etiam de indiuiduis speciei de qua prędicatur. est enĩ Plato & Socrates/ risibilis. Accidens vero de speciebus pluribus dicitur: et de diuersarum specierũ indiuiduis. dicuntur enim coruus atq; æthiops nigri. & hic æthiops atq; coruus qui sunt indiuidui/ nigri secundum nigredinis qualitatem vocãtur: atq; hoc est quidem accidens inseparabile. sed multomagis separabilia accidẽtia pluribus inhęrescunt: vt moueri homini/ & boui. vterq; enĩ mouetur. et rursus ea quę sũt sub homine atq; boue indiuidua/ moueri semper prędicãtur. Sed aduertendum est authore Porphyrio/ q; ea quę accidentia sunt/ principaliter quidem de ijs dicuntur in quibus indiuiduis sunt: secũdo vero loco ad vniuersalia indiuiduorum referuntur/ atq; ita prędicatio superiorib9 redditur. vt quoniã nigredo singulis coruis adest: dicitur adesse coruo. Nam quia omnia particularia/ qualitas ista accidentis nigredinis inficit: iccirco eam de specie quoq; prędicamus dicentes coruũ ipsam speciem/ nigrũ esse. ¶In quibus omnibus mirũ videri potest: cur genus de proprio prædicari non dixerit/ nec vero speciẽ de eodẽ proprio/ nec differentiam de proprio/ sed tantum genus quidẽ de speciebus & de indiuiduis: differẽtiam vero de speciebus atq; indiuiduis/ speciem de indiuiduis/ proprium de specie atq; indiuiduis/ accidens de speciebus atq; indiuiduis. Fieri enim potest vt quę maioris prædicatiõis sint/ ea de cũctis minoribus prædicentur: & quę equalia sint/ sibimet conuertantur. coq; fit: vt genus de differentijs/ & de speciebus/ & de proprijs/ & de accidẽtibus prædicetur. vt cum dicimus q; rationale est animal/ genus de differentia: q; homo est animal/ genus de specie. rursus qđ risibile est/ animal est/ genus de proprio. qđ nigrum (si forte coruũ vel æthiopem demonstremus) animal

Dubium.

eſt: genus de accidente prędicamus. rurſus q̄ homo rationale: differentiam de ſpecie. q̄ riſibile eſt rationale: differentiam de proprio. q̄ nigrum eſt rationale/ ſi ęthiopem demōſtremus: differentiam de accidente. item q̄ riſibile eſt homo: eſt ſpecies de proprio. q̄ nigrum eſt homo/ ſi æthiopem deſignemus: eſt ſpecies de accidente. qua in re/ qđ nigrum eſt etiā riſibile eſt ī ęthiopis demonſtratione: vt proprium etiā prędicetur. cōuerti aūt ad totum/ accidēs poteſt: vt quoniam in indiuiduis ſingulorū eſſe prędonitur/ iccirco de ſuperioribus etiam prędicatur. vt quoniam Socrates animal eſt/ rationale eſt/ riſibile eſt & homo eſt/ cumq̄ in Socrate ſit caluitium: prędicatur idem accidens de animali/ de rationali/ de riſibili/ de homine: vt accidens de quattuor reliquis prędicetur. Sed horū profundior quęſtio eſt/ nec ad ſoluēdum eſt ſatis temporis: hoc tantū ingredientiū intelligētia expectet/ q̄ alia quidē recto ordine p̄dicātur/ alia vero obliquo. quoniā moueri hominē rectū eſt: id qđ mouetur hominē eſſe/ conuerſa locutione proponitur. quocirca rectā Porphyrius in omnibus proportionem ſumpſit. Q̄z ſi vim quis prędicatiōis ſolutioniſq̄ attēderit/ in ſingulis cōparās p̄dicationibus: eas quidē prolatiōes quę rectę ſūt iuuenietā Porphyrio eſſe numeratas/ eas vero quę conuerſo ordine prędicantur/ fuiſſe ſepoſitas.

3 Cōmu. G D

¶ Commune autem eſt generi/ & differentiæ continētia ſpecierum. Continet enim & differētias ſpecies/ etſi non omnes quot genera. rationale enim (etſi non cōtinet ea quę ſunt irrationalia vt genus/ quēadmodum animal) tamen cōtinet hominem & deū/ quę ſunt ſpecies. ¶ Et q̄cūq̄ prędicantur de genere vt genere: & de ijs quę ſub ipſo ſpeciebus prędicantur. & quęcūq̄ prędicantur de differentia vt differentia: & de ea (quę ex ipſa eſt) ſpecie prędicabuntur. Nam cum genus animal ſit/ non ſolum de eo prędicantur vt genere/ ſubſtantia & animatum & ſenſibile: ſed etiam de ijs quę ſunt ſub animali ſpeciebus omnibus prędicantur hęc/ vſq̄ ad indiuidua. cūq̄ differentia ſit rationale/ prędicatur de ea vt differētia/ id qđ eſt ratione vti: & nō ſolum de eo qđ eſt rationale/ ſed etiam de ijs quę ſunt ſub rationali ſpeciebus/ prędicabitur ratione vti. ¶ Cōmune autem eſt perempto genere/ vel differentia: ſimul perimi quę ſub ipſis ſunt. Quēadmodū enim ſi nō ſit animal/ nō eſt equus neq̄ homo: ita ſi nō ſit rationale/ nullum erit animal qđ vtatur ratione. ¶ Poſt eam quę cunctis viſa eſt cōmunitatem: ſingulorum ſimilitudines ac diſſimilitudines quęrit. Et quoniam inter quinq̄ propoſita/ genus & differentia vniuerſalioris prędicationis ſunt (ſiquidem genus ſpecies continet & differentias: differentiæ vero ſpecies continēt/ & neq̄ ab his vllo modo continētur) primum generis ac differentiarum ſimilitudines colligit:

1 ac primam quidē ponit hanc. Dicit enim cōmune eſſe generi ac differētiæ: vt ſpecies claudāt. Nam ſicut genus ſub ſe habet ſpecies: ita etiam differētiæ/ tamen non tātas quantas habet genus. Etenim quoniam genus differētiam etiam claudit & non vnam tātum differentiā coercet ac retinet: plures neceſſe ē vt habeat ſub ſe ſpecies/ q̄ quęlibet vna earū quā claudit differētiarum. vt animal prędicatur de rationabili & irrationabili. q̄ ſi ita eſt: prędicabitur & de ijs quæ ſub rationali ſunt poſitę ſpeciebus/ & quę ſub irrationali. eſt ergo commune animali & rationali/ ideſt generi & differētię q̄ ſicut genus de deo & homine prędicatur: ita etiam rationale quidem differentia de deo & de homine dicitur/ ſed non in tantū eius prędicatio funditur quantū animalis/ ideſt generis. Animal enim non de deo ſolum atq̄ homine dicitur: ſed de equo & boue prædicatur/ ad quę rationalis differētia nō peruenit. Sed quandocūq̄ deū ſupponimus animali: ſecundū eam opinionem facimus/ qua ſolem ſtellaſq̄ atq̄ cunctum hunc mundū animatum eſſe confirmant/ quos etiam deorum nomine (vt ſępe dictum eſt) appellauerunt.

2 ¶ Secūda item cōmunio eſt generis ac differentiæ: quoniam quę prædicātur de genere vt genera/ eadem & de ijs quę ſub ipſis ſunt ſpeciebus prædicantur ad hanc ſimilitudinem. & quęcūq̄ prædicantur de differentia vt differētia: eadem quoq̄ & de ijs quę ſub differentia ſunt vt differētię prædicantur. cuius ſentētia talis eſt. Sunt plura quę de generibus p̄dicantur: vt de animali dicitur animatum/ & ſubſtantia atq̄ hęc vt genera. hęc igitur prędicantur & de ijs quę ſub animali ſunt: vt rurſus genera. Nam hominis & animatum et ſubſtantia genus eſt: ſicut ante fuerat animalis. Item in ipſis differētijs quędam differētiæ inueniuntur/ quę ipſis de differētijs p̄dicantur: vt de rationali duæ differentiæ dicuntur. qđ enim rationale eſt: vtitur ratione/ vel habet rationem. Aliud eſt autem vti ratione: aliud eſt habere rationē. vt aliud eſt habere ſenſum: aliud vti ſenſu. habet quippe ſenſum et dormiens/ ſed non vtitur: ita quoq̄ dormiēs habet rationem/ ſed minime vtitur. Sed ipſius rationabilitatis/ quædā differētia eſt ratione vti: ſed ſub rationabilitate homo poſitus eſſe p̄dicatur. prædicatur igitur de homine ratione vti vt quędam differentia. differt enim a cęteris animalibus homo/ quia ratione vtitur. Demonſtratum eſt igitur q̄ ſicut ea quę de genere prędicantur/ dicuntur de ſubiectis generi: ita etiam ea quę de differentia prędicantur/ dicuntur de ijs quoq̄ q̄ differētijs ſupponuntur.

3 ¶ Tertiū vero cōmune

est/ q; sicut abruptis generibus/ species interimuntur: ita consumptis differētijs/ species de quibus differentiæ prædicantur/ intereunt. Cōmune enim est hoc: vniuersalium in substātia pereūtium/ perire subiecta. sed prima cōmunio demōstrauit genera de speciebus prædicari: sicut etiā differentias. Propter hanc igitur similitudinem si auferantur genera: species pereunt. sicut etiā species perire necesse est quę sub differētijs sunt: si vniuersales earum differētiæ consumantur. cuius exemplum est. Si enim auferas animal: hominē atq; equū sustuleris/ quę sunt sub rationali differentia collecta. Et de cōmunitatibus quidem hactenus: nunc de generis/ & differentię 6
dissimilitudine perpendit. ¶ Proprium autem est generi de pluribus prædicari q̄ differentia/ & Differētię.
species/ & proprium/ & accidens. Animal enim de homine & equo/ & aue/ & serpente prędica- G
tur. quadrupes vero de solis quattuor pedes habentibus. homo vero de solis indiuiduis. & hin- D
nibile/ de equo solum/ & de ijs qui sunt particulares. & accidens similiter de paucioribus. Oportet autem differētias accipere/ quibus diuiditur genus: non eas quę cōplent substantiam generis/ sed q̄ sunt diuisiuæ. ¶ Amplius. Genus cōtinet differentiā potestate (animalis enī hoc quidem rationale est: illud vero irrationale) differentię vero nō continēt genera. ¶ Amplius. Genera quidem priora sunt iis quę sunt sub se posite differentijs/ propter quod simul quidē eas auferunt: non autē simul auferūtur ab eis. Sublato enim animali/ aufertur rationale & irrationale: differentię vero nō amplius simul auferunt genus. nam etsi omnes interimantur: tamē substantia animata sensibilis subintelligi potest/ quę est animal. ¶ Amplius. Genus quidē in eo qđ quid est: differentia vero in eo quod quale quiddam est (quēadmodum dictum est) prędicatur. ¶ Amplius. Genus quidem vnum est secundum vnamquāq; speciem/ vt hominis id quod est animal: differentię vero plurimæ sunt/ vt rationale/ mortale/ mentis & disciplinę perceptibile/ quibus ab alijs animalibus differt. ¶ Et genus quidem cōsimile est materię: formę vero differētia. Cum autē sint & alia cōmunia/ & propria generis et differentię: nunc ista sufficiant. ¶ Proprium vero quid sit/ cōueniēti atq; integro vocabulo diffinitum est: sed per abusionem illa etiā propria quorumlibet dicūtur/ quę in vnaquaq; re ab alijs continēt differētiam/ licet cū alijs sint ea ipsa cōmunia. Per se quippe proprium est homini qđ ei omni/ & soli/ & semper adest/ vt risibilitas: per vsurpatam vero locutionē etiam propriū hominis rationalitas dicitur. nō per se proprium/ quippe q; ei cū deorum est natura cōmune: sed hominis rationabilitas propriū dicitur Platonicū.
ad discretionem pecudis q; rationale nō est. id vero propter hanc causam/ quoniam id proprium vniuscuiusq; dicitur: qđ habet suum. quo igitur quis ab alio differt: proprium eius nō absque vsurpatione prędicatur. Sed nunc qđ dicit propriū generis esse de pluribus prędicari q̄ cętera quattuor: id ipsius generis tale propriū est quale per se proprium dici solet/ ideſt qđ semper/ 1 differētia.
soli/ & omni adsit generi. Generi enim soli adest: vt differētia/ specie/ proprio/ & accidente vberius atq; fluentius prędicetur. sed de his speciebus/ differētijs/ proprijs atq; accidentibus id dici potest: quę sub quolibet genere sunt. ideſt differentiæ quidem quę quodlibet diuidūt genus. species vero quę diuisibilis est: generis differētijs informatur. proprium autē/ illi speciei quę sub illo genere est: qđ differētijs est diuisiuū. accidentia ijs hęrent indiuiduis quę sub ea specie sūt: quā designatū genus includit. hoc facilius exempla declarant. Sit enim genus animal/ quadrupes ac bipes differētię sub animalis positæ continentia. homo autē atq; equus: species sub eodē genere cōstitutę. risibile atq; hinnibile: propria earum specierum. velox vero vel bellator dux: sunt accidentia/ quę ijs indiuiduis accidunt/ quę sub speciebus hominis atq; equi continētur. Animal igitur qđ est genus: prędicatur de quadrupede/ & bipede quę sunt differentiæ. quadrupes vero: non dicitur de bipede/ sed tantum de ijs animalibus quę quattuor pedes habēt. plus igitur prędicatur genus q̄ differentia. rursus homo de Platone & Socrate prædicatur/ & de cęteris: animal vero nō modo de hominis indiuiduis/ verum etiam de cęteris irrationalibus indiuiduis dicitur. plus enim genus q̄ species prędicatur. Sed cum sit propriū ęquum speciei/ cūq; genus q̄ species vberius prædicetur: prędicatio quoq; generis/ propriꝰ supergreditur prędicationem. Accidens quoq; etsi pluribus inesse potest: tamē sępe genere cōtractius inuenitur. vt bellator nō nisi homo dicitur: & velocitas in paucis animalibus inuenitur. quo fit vt genus & differentia/ & specie/ & proprio/ & accidēte amplius prædicetur. Atq; hęc est vna proprietas generis quę genus ab omnibus alijs disiungat ac seperet. oportet autem (inquit) nunc eas differentias intelligere/ quibus diuiditur genus: nō quibus informatur genus. illę enim a quibus informatur genus: plus q̄ ipsum genus sine dubio prędicantur. vt animatum & corporeū vltra animal tendunt: cum sint differētiæ animalis/ & nō diuisiuę/ sed potius cōstitutiuę. Omnia enim superiora de inferioribus prędicātur. quæ vero de inferioribus prædicātur nec conuerti possunt: hęc ab eis quę inferiora sunt amplius prædicātur. ¶ Post hoc aliud propriū generis ostēdit quo ab 2

ijs differentijs quę ſub eodem ſunt ſegregatur. Omne enim genus cõtinet differentias poteſta
te: differentia vero genus non poteſt cõtinere. Animal enim: rationale atq; irrationale cõtinet
poteſtate. neq; enim irrationabilitas neq; rationabilitas animal poterit continere. poteſtate ait
continere animal differẽtias proprias: quia (vt ſuperius dictum eſt) genus omnes habet ſub ſe
3 differentias poteſtate/ actu vero minime. ¶ Ex quo fit vt alia proprietas oriatur. Sublato enim
genere: perit differentia. velut ſublato animali/ interimitur rationalitas: qđ eſt differẽtia. at ſi ra
Obiectio. tionale interimas: irrationale animal manet. ¶ Sed obijci poteſt ꝙ ſi vtraſq; differẽtias ſimul
Reſponſio. abſtulero: non poterit remanere genus. Dicimus poteſt. vnumqđq; enim nõ ex ijs de quibus
prædicatur: ſed ex iis ex quibus efficitur/ ſubſtantiã ſumit. itaq; fit vt genus ſublatis differẽtijs
diuiſiuis permanere poſſit: dum tamẽ maneant illę quę ipſius generis formam ſubſtãtiamq; cõ
ſtituunt. Quoniam enim animal/ animati atq; ſenſibilis differẽtię conſtituunt/ hę ſi maneãt atq;
iungantur: perire animal nõ poteſt/ licet ea pereant de quibus animal prędicatur/ rationale ſci
licet atq; irrationale. vnumquodq; enim (vt dictum eſt) ex iis ſubſtantię proprietatẽ ſumit ex
quibus efficitur: nõ ab ijs de quibus prædicatur. Amplius ſi vtraſq; differẽtias genus poteſtate
continet: ipſum per ſe neutram earum intra ſe poſitam collocatamq; cõcludit. ꝙ ſi actu quidẽ
eas non continet ſed poteſtate: actu etiam ab his poterit ſeparari. hoc ipſum enim eas poteſta
te cõtinere: id erat actu non cõtinere. Genus vero ꝙ quaſlibet differentias actu non continet:
4 actu ab eiſdem etiam ſeparatur. ¶ Rurſus aliud eſt generis proprium/ qđ ex proprietate prędi
cationis agnoſcitur. Omne enim genus ad interrogationem qđ eſt vnũquodq;/ reſpondere cõ
uenit/ vt animal in eo qđ qd eſt de homine prędicatur: differẽtia vero minime/ ſed i eo qđ qua
le ſit. omnis enim differẽtia in qualitate cõſiſtit. Sed hoc proprium tale eſt quale ſuperius dixi
mus: non per ſe/ ſed ſecundum alicuius differentiam dictum. alioquin cõmune eſt hoc generi
cum ſpecie: vt in eo qđ quid ſit prædicetur. ſed quia hac re genus a differentia diſcrepat/ quoni
am differentia quidem in eo qđ quale eſt/ genus vero in eo qđ quid eſt prędicatur: generis pro
prium dicitur nõ per ſe/ ſed differẽtię cõparatione/ & in omnibus reliquis eandem rationem cõ
5 ueniet ſpeculari. ¶ Alia rurſus generis & differentię ſeparatio eſt/ ꝙ genus quidem ſpeciei vni
ſẽper adeſt ſcilicet proximũ (plura eni poſſũt eẽ ſuperiora/ velut hominis animal atq; ſubſtãtia:
ſed proximum eiuſdem hominis animal tãtum) differentiæ vero plures vni ſpeciei adeſſe pote
runt/ vt rationale atq; mortale. Itaq; fit diffinitio ex vno quidem genere ſed pluribus differen
6 tijs: vt hominis/ animal rationale atq; mortale. ¶ Rurſus alia diſcretio eſt/ ꝙ genus velut ſubie
ctum velit locum: differẽtia vero formę. itaq; illud fit materia quędam/ quæ figuram ſuſcipiat: hęc
vero fit forma/ quę ſuperueniens ſpeciei ſubſtãtiam rationẽq; perficiat. Iccirco pluribus differẽ
tijs a genere differẽtiam ſegregauit: quia hęc maxime generis quandã ſimilitudinem continet
quia eſt vniuerſalis/ & pręter genus inter cætera maxima. ſed cum alia plura cõmunia pluraq;
propria generis inter ſe ac differẽtię valeant inueniri: ſufficiunt (inquit) iſta. Satis eni ad diſcre
3 » tionem quaſlibet differẽtias aſſumere: etiam ſi quę dici poſſunt omnia nõ colligãtur. ¶ Genus
Cõmu. » autem & ſpecies cõmune quidem habent de pluribus (quẽadmodum dictum eſt) prędicari. Su
G » matur autem ſpecies vt ſpecies ſolum/ nõ etiam vt genus: ſi fuerit idem ſpecies & genus. ¶ Cõ
S » mune autem his eſt: & priora eſſe iis de quibus prędicantur. ¶ Et totum quoddam eſſe vtrũq;.
1 ¶ Generis quidem & ſpeciei enumerat tria cõmunia/ vnum quidẽ: de pluribus prędicari. genus
enim & ſpecies de pluribus prędicãtur: ſed genus de ſpeciebus vt dictũ eſt/ ſpecies vero de indi
uiduis. Sed nunc de illa ſpecie loquitur inquãtum ſpecies ẽ: ideſt quę non erit genus/ vt vltima
ſpecies. ꝙ ſi talem ſpeciem ponamus/ quę etiam genus eſſe poteſt/ ac de ea dicamus ꝙ cõmu
ne habet cũ genere de pluribus prędicari: nichil intereſt an ita dicamus ipſum genus id ſecum
habere cõmune de pluribus prędicari. Talis eſt enim ſpecies: quę nõ ſolum eſt ſpecies/ ſed etiã
2 genus eſt. ¶ Eſt autem cõmune his quoq; ꝙ vtraq; priora ſunt ijs de quibus prędicãtur. om
ne enim qđ de pluribus prędicatur/ ſi recto (vt ſuperius dictum eſt) ordine dicatur: prius eſt ijs
3 de quibus prędicatur. ¶ Præterea eſt illis hoc etiam cõmune: ꝙ genus ac ſpecies totum ſunt
eorum quę intra ſuum ambitum continẽt & coercent. omnium enim ſpecierũ totum eſt genus
& omnium indiuiduorum totũ eſt ſpecies. æque enim genus & ſpecies aduatiua ẽ: ideo eorũ
5 » quę ad vnam formam reducit/ recte dicitur totum. ¶ Differunt autẽ eo quod genus quidẽ cõti
Differẽ » net ſpecies ſub ſe: ſpecies vero continetur/ & nõ continet genera. de pluribus enim genus q̃ ſpe
tiæ. » cies prædicatur. ¶ Amplius genera pręiacere oportet/ & informata ſpecificis differẽtijs perfice
G » re ſpecies. vnde & priora ſunt naturaliter genera/ & ſimul interimẽtia: ſed quę non ſimul interi
S » mantur. & ſpecies quidem cum ſit: eſt & genus omnino. genus vero cum ſit: nõ omnino erit ſpe
» cies. ¶ Et genera quidẽ vniuocę de ſpeciebus prædicãtur: ſpecies vero de generibus minime.

¶Amplius.Genera quidem abundant earum quę ſub ipſis ſunt ſpecierum cõtinentia:ſpecies
» vero a generibus abundãt propriis differẽtijs. ¶Amplius.Neq; ſpecies fiet vnq̃ generaliſſimũ:
» neq; genus fiet vnq̃ ſpecialiſſimum. ¶Expeditis cõmunibus generis & ſpeciei:nunc de eorum 1
» diſcretione pertractat.Differre enim dicit genus a ſpecie/quoniã genus cõtinet ſpecies/vt ani-
mal cõtinet hominem:ſpecies vero non cõtinet genera. neq; enim homo de animali prędica-
tur.itaq; fit vt ſpecies contineãtur a generibus:nunq̃ vero contineãt genera.Omne enĩ qđ am
plius p̃dicaẽ:illius eſt cõtinẽs qđ min⁹ dicĩ/atq; illud qđ min⁹ dicĩ/cõtineẽ.q; ſi gen⁹ amplius
p̃dicetur q̃ ſpecies:neceſſe eſt vt ſpecies quidẽ cõtineaẽ a genere/genus vero ſpeciei nullo ãbi-
tu prędicationis includatur. ¶Huius autem ratio eſt/quoniam genus ſemper ſuſcipiens diffe- 2
rentiam ſpeciem facit.hoc enim eſt genus qđ habet latiſſimam prędicationem:coarctatum dif
ferentia & cõtractum/ſpeciem facit.omnino enim generi iuncta differentia ſpeciem reddit:&
ex vniuerſalitate & latiſſima prędicatione in anguſtum ſpeciei terminũ contrahit. Animal enĩ
cuius prędicatio per ſe longe lateq; diffuſa eſt/ſi arripiat rationalis differẽtiam ſi & mortalis:di-
minuit atq; contrahit in vnum hominis ſpeciem.vnde fit vt minor ſit ſemper ſpecies q̃ genus:
atq; ab eo cõtineatur ſed nõ contineat/ſublatoq; genere/auferatur & ſpecies.ſi enim totũ aufe
ras:pars nõ erit.q; ſi ſpecies auferatur:genus manet.veluti cum animal ſuſtuleris/interimitur
etiam homo:ſi hominem auferas/animal reſtat. ¶Hęc etiam cauſa eſt vt genus de ſpecie vni- 3
uoce prędicetur:& vt ſpecies ſuſcipiat diffinitionem generis & nomen/ſed non eſt cõuerſio.dif
finitionem quippe ſpeciei genus nõ ſuſcipere videtur.ſubſtantiam enim priorum/inferiora ſu-
ſcipiunt. Si enim diffinias animal: dicas ſubſtãtiam eſſe animatã atq; ſenſibilem.at ſi prędices
de homine animal:verum dixeris.ſi etiam animalis diffinitionem de homine prędicaueris/di-
caſq; hominem eſſe ſubſtantiã animatã atq; ſenſibilem:nichil fuerit in propoſitione falſi.ſed ſi
hominis rationẽ reddas/ aĩal rõale mortale:ea aĩali nõ cõueniũt.neq; enĩ ei qđ aĩal eſt addici
poterit aĩal rõale mortale.Fit igitur vt ſicut ſpecies generis nomẽ ſuſcipit:ita etiã capiat diffini
tionẽ. & ſicut genus nomẽ ſpeciei nõ ſuſcipit:ita nec eiuſdẽ diffinitione mõſtretur.ſed cuius no
men & diffinitio de aliquo prędicatur:id vniuoce dicitur. Cum igitur generis nomen & diffini-
tio de ſpecie prędicetur:genus de ſpecie vniuoce dicitur. quoniam vero ſpeciei de genere neq;
nomen neq; diffinitio prædicatur:non cõuertitur vniuoca prędicatio. ¶Differunt genera aſpe- 4
ciebus hoc quoq;/q; genera ſuperuadũt ſpecies ſuas aliarum continẽtia ſpecierum:ſpecies ve-
ro genera differentiarum pluralitate.Animal enim qđ eſt genus ſuperuadit hominẽ qđ eſt ſpe-
cies/quia nõ hominem ſolum conrinet:verumetiã bouem/equũ aliaſq; ſpecies/quas ſuę ſpacio
prædicationis includit.Species vero vt homo ſuperuadit genus/vt animal/multitudine diffe-
rentiarum.Nam actu genus nõ habet rationale vel mortale/nullas quippe actu genus retinet
differẽtias:eaſdem ſpecies ſuę ſubſtantię inhęrentes atq; inſitas tenet.Homo enĩ rationalis eſt
atq; mortalis:qđ genus minime eſt.aĩal enĩ neq; mortale ẽ per ſe/neq; p ſe rationale. Q̃z ſi ge-
nus quidem plus vna cõtinet ſpecie/at vero ſpecies multis differẽtijs informatur:ſuperat qui-
dem genus ſpeciem continẽtia ſpecierum/ſpecies vero vincit genus differẽtiarum pluralitate.
¶Illa quoq; eſt differẽtia/q; genus quoniam omniũ primũ eſt/nunq̃ in tantũ deſcendere pote- 5
rit vt fiat vltimum:ſpecies vero quę cũctis eſt inferior/ nunq̃ in tãtum aſcendere poterit/vt ſu-
prema omnium fiat.nunq̃ igitur nec ſpecies generaliſſimũ fiet:nec genus ſpecialiſſimum. Sed
ex ijs quę dictæ ſunt differẽtijs/aliæ ſunt quę genus a ſpecie proprie coniũcteq; diſterminant:
aliæ vero quę non ſolum genus a ſpecie/verũetiam a cęteris deducunt ac diſterminãt.neq; enĩ
in ijs tantum differentijs quę ſunt dictæ:verumetiã in cęteris cõſiderari oportet/ſi proprię nor-
mam diſcretionis quęrimus cognoſcere. ¶Generis autẽ & propriį cõmune quidem eſt:ſequi
» ſpecies.Nam ſi homo eſt:animal eſt.& ſi homo eſt:riſibile eſt. ¶Et ęqualiter prædicari genus 3
» de ſpeciebus:& propriũ de iis quę illo participant indiuiduis.ęqualiter enĩ & homo/& bos ani-
» mal eſt.& Cato/ & Cicero riſibile eſt. ¶Cõmune autem eſt etiam vniuoce prędicari genus de Commu. G
» propriis ſpeciebus:& proprium de iis quorum eſt proprium. ¶Tria interim generis ac propriį P
» dicit eſſe cõmunia/quorum primũ illud eſt:quoniã ita genus ſequitur ſpecies/vt proprium.po- 1
ſita enim ſpecie/neceſſe eſt intelligamus & proprium. neutrum enim ſpecies proprias derelin-
quit. Nam ſi homo eſt/animal eſt:ſi homo eſt/riſibile eſt.ita/quẽadmodum genus:ſic propriũ
ab ea ſpecie cuius eſt proprium nõ recedit. ¶Illud quoq; q; æqualis eſt generis participatio ſi- 2
cut etiam propriį.Omne enim genus ęqualiter a ſuis ſpeciebus participatur: propriũ vero indi
uiduis omnibus ęqualiter adhęreſcit.Manifeſtum eſt autem participatione eſſe generi æquale
proprium.neq; enim plus homo animal eſt q̃ equus/atq; bos:ſed in eo q; ſunt animalia/ęqua-
liter animalis/ideſt generis vocabulum trahunt. Cato etiam & Cicero ęqualiter riſibiles ſunt:

etiam ſi ęqualiter non rideant. in eo enim ꝙ apti ad ridendum ſunt/ dici riſibiles poſſunt: nō ꝙ
iam rideāt. Aequaliter ergo ea quę ſub genere ſunt/ ſuſcipiūt genera: ſicut ea que ſub propriis/
3 propria. ¶Tertium illud/ ꝙ ſicut genus de propriis ſpeciebus vniuoce prędicatur: ita etiā pro-
prium de ſua ſpecie vniuoce dicitur. Genus enim quoniam ſubſtantiam ſpeciei cōtinet: nō mo
do eius nomen de ſpecie/ verumetiam diffinitio prædicatur. proprium vero ſpeciē nō relinquit/
quā ſemper ſequitur: nec in aliam ſpeciem tranſgreditur/ nec infra ſubſiſtit. Diffinitionē quoq;
propria ſpeciebus tradunt. cuius enim nomē vni tātum conuenit ſpeciei cui coęquatur: dubi-
tari nō poteſt/ quin eius quoq; diffinitio ſpeciei cōueniat. quo fit vt ſicut genus de ſpeciebus: ita
5 » proprium de ſua ſpecie vniuoce prædicetur. ¶Differunt autē/ quoniam genus quidē prius eſt:
Differē » poſterius vero proprium. Oportet enim eſſe animal: dehinc diuidi differentijs & propriis. ¶Et
tiæ. » genus quidē de pluribus ſpeciebus prędicatur: proprium vero de vna ſola ſpecie cuius eſt pro-
G » prium. ¶Amplius proprium quidē cōuerſim prędicatur de eo cuius eſt proprium: genus vero
P » de nullo conuerſim prędicatur. Nam neq; ſi animal eſt: homo eſt. neq; ſi animal eſt: riſibile eſt.
» ſin vero homo eſt: riſibile eſt. & ecōuerſo. ¶Amplius. Proprium omni ſpeciei ineſt cuius eſt p-
» prium & ſoli/ & ſemper: genus vero omni quidē ſpeciei ineſt cuius fuerit genus/ & ſemper/ non
» autem ſoli. ¶Amplius. Species quidem interemptę/ nō ſimul interimunt genera quorum ſunt
» ſpecies: propria vero interempta/ ſimul interimunt ea quorum ſunt propria. & ijs quorum ſunt
» propria interemptis: & ipſa ſimul interimūtur. ¶Rurſus tale proprīū ſumit: qđ ad alterius nū-
1 cupationem proprium nūcupetur. dicit enim proprium eſſe generis prius eſſe q̄ propria. opor-
tet enim prius eſſe genus/ qđ veluti materia differentijs ſupponatur: venientibuſq; differentijs
fieri ſpeciem cum quibus propria naſcuntur. Si igitur prius eſt genus q̄ differētiæ/ prius etiam
differētię q̄ ſpecies/ & ſpeciebus propria coęquantur: nō eſt dubiū quin propria generibus poſte
riora ſint/ ac per hoc qđ dictum eſt proprium eſſe generis prius eſſe q̄ propria/ cōmune eſt gene
ris cum differētijs. Differentiæ enim ſpecies cōformantes: priores conſiderātur eſſe q̄ propria.
ſiquidem ſpeciebus ipſis priores ſunt/ quas propria ratione determinant. ſed vt dictum eſt/ hoc
proprium ad differentiam proprij intelligendum eſt/ nō quale ſuperius proprium per ſe cōſtitu
tum eſt. ¶Rurſus differt genus a proprio/ ꝙ genus quidem de pluribus prędicatur ſpeciebus:
2 proprium vero minime. Nam neq; genus eſt: niſi plures ex ſe ſpecies proferat: nec proprium ſi
alteri cuilibet ſpeciei poſſit eſſe cōmune. Fit igitur vt genus quidem plurimas ſpecies ſub ſe ha
3 beat/ vt animal/ hominem atq; equū: proprium vero vnā tantū ſicut riſibile/ hominem. ¶Quo
fit vt illa quoq; proprietas ex differentia naſcatur. Genus enim prędicatur quidē de ſpeciebus/
ipſum vero in nulla prædicatione ſupponitur: proprium vero & ſpecies alterna prædicatione
mutantur. Fit enim prędicatio aut a minoribus ad maiora: aut ab ęqualibus ad ęqualia. genus
igitur qđ maius eſt/ de ſpeciebus prędicatur omnibus: ſpecies quoniam minores ſunt/ de gene
ribus non dicuntur. vt animal de homine dicitur: homo vero de animali nullo modo prędica-
tur. at vero proprium quoniam ſpeciei ęquale eſt: æque prædicatur/ atq; præponitur. vt riſibile
de homine dicitur. omnis enim homo: riſibilis eſt/ eodemq; modo conuertitur. omne enim riſi
4 bile: homo ē. ¶Differt etiā proprium a genere/ ꝙ propriū vni ſpeciei & omni & ſemper adeſt:
genus vero ex his quidem duo retinet/ in vno vero ſemper diuerſum eſt. Nam ſpeciebus ſuis &
ſemper adeſt & omnibus: non vero ſolis. hoc enim erat tantū propriis eſſe/ ꝙ ſingulas tantum
ſpecies continent: hoc enim generibus/ ꝙ plures. igitur propria quidem ſingulas obtinent ſpe-
cies: genera vero non ſingulas. adeſt igitur proprium vni ſoli/ & ſpeciei/ & ſemper/ & omni: ge-
nus vero & omni quidem & ſemper/ & nō ſoli. vt riſibile homini ſoli: animal vero eidē homini
5 ſed non ſoli. prędeſt enim cunctis quę irrationabilia nūcupamus. ¶Præterea ſi auferamus ge-
nus: ſpecies interimuntur. Nam ſi nō ſit animal: non erit homo. ſi auferamus ſpecies: non inte-
rimitur genus. Nam ſi non ſit homo: animal nō peribit. Species vero & propria quoniam ſunt
ęqualia: alterna ſe vice conſumunt. Nam ſi nō ſit riſibile/ homo nō erit: ſi homo non ſit/ riſibile
non manebit. Conſumunt igitur genera ſub ſe poſitas ſpecies/ non vero ab his inuicem conſu-
1 » muntur: ſpecies vero & proprium inuicem perimuntur/ & perimunt. ¶Generis vero & accidē-
Cōmu. » tis cōmune eſt/ de pluribus (quemadmodum dictum eſt) prędicari/ ſiue ſeparabilium illud acci
G » dens ſit/ ſiue inſeparabilium. Etenim moueri de pluribus: & nigrum de coruis/ & de omnibus
A » æthiopibus/ & aliquibus inanimatis prædicatur. ¶Nichil eſt qđ in cæteris ita ſit a generis ra-
tione diſiunctum ſicut eſt accidens. Nam cum genus cuiuſlibet monſtret ſubſtantiam/ accidēs
vero a ſubſtantia longe diſiunctum ſit & extrinſecus veniens: nichil vero notius commune ha
bere poteſt cum genere q̄ de pluribus prędicari. Genus enim de pluribus prędicatur ſpeciebus:
accidens vero de pluribus non modo ſpeciebus/ verumetiam generibus animatis atq; inani-

matis.vt nigrum: dicitur de rationali homine/ & de irrationali coruo/ & de inanimato hebeno.album etiam de cigno/& marmore.moueri de homine/de equo/ & de ſtellis/ac de agitatis/
» quę ſunt ſeparabilis accidentis exempla. ¶Differt autem genus ab accidẽte/ quoniam genus 4.
» ante ſpeciem eſt:accidẽtia vero ſpeciebus poſteriora ſunt.Nam etſi etiam inſeparabile ſuma- Differen.
» tur accidens:tamen prius eſt illud cui accidit/ q̃ accidens. ¶Et genere quidem quę participãt/ G
» ęqualiter participant:accidente vero non ęqualiter.Intenſionem enim & remiſſionem ſuſcipit A
» accidentium participatio:generum vero minime. ¶Et accidẽtia quidem in indiuiduis princi-
» paliter ſubſiſtũt:genera vero & ſpecies naturaliter priora ſunt indiuiduis ſubſtantijs. ¶Et ge-
» nera quidẽ in eo qđ quid eſt prędicantur de iis quę ſub ipſis ſunt:accidentia vero in eo qđ qua-
» le aliquid eſt/ vel quomodo ſe habeat vnumquodq;.Qualis enim eſt æthiops interrogatus:di-
» cis/niger.& quemadmodum ſe Socrates habeat:dicis/quoniam ſedet vel ambulat. ¶Differẽ- 1
tiam generis & accidentis hanc primam proponis/ ꝙ genus quidem ante ſpecies ſit. quippe ꝙ materiæ loco eſt/ & differentijs informatũ: ſpeciet gignit.at vero accidẽs eſſe poſt ſpecies inuenitur.Oportet enim prius eſſe cui aliquid accidat:poſt vero ipſum accidẽs ſuperuenire.Nam ſi ſubiectum nõ ſit qđ ſuſcipiat:accidens eſſe nõ poterit. Qz ſi genus quidem ſpeciebus ſubiectũ eſt:non poſſunt eſſe ſpecies/ niſi eis genus velut materia ſupponatur. accidẽtia vero eſſe nõ poſſunt/ niſi eis ſpecies ſupponatur.Nam manifeſtum eſt genus quidem eſſe ante ſpecies:accidẽtia vero poſt ſpecies. ¶Rurſus alia differẽtia:quoniã genus neq; intẽſionẽ neq; remiſſionẽ ſuſcipere poteſt. Quo fit vt quæ participabãt genere:ęqualiter eius nomẽ diffinitionẽq; ſuſcipiãt. 2
Omnes enim homines ęqualiter animalia ſunt/eodem modo equi: necnon inter ſe homo atq; equus & cętera animalia cõparata/ęque animalia prędicantur.Accidentis vero participatio:& intenditur & remittitur.Inuenies enim quẽlibet paulo diutius ambulantẽ/& paulo amplius nigrum,ſi in ipſis ęthiopibus conſiderabis:omnes nõ ęque nigro colore eſſe obductos inuenies.
¶Alia quoq; differentia eſt/ quoniam omne accidẽs in indiuiduis principaliter ſubſiſtit: genera vero ſpeciebus & indiuiduis priora ſunt. Niſi enim ſingulariter corui nigredine infecti ſint: 3
corui ſpecies nigra eſſe nullo modo diceretur.Ita fit vt accidentia poſt indiuidua eſſe videãtur. Nam ſi prius eſt id cui aliquid accidit q̃ illud qđ accidit:nõ eſt dubium prius eſſe indiuidua/ poſterius vero accidens.Genera vero & ſpecies ſupra indiuidua cõſiderantur:hoc iccirco quoniã de omnibus his prędicantur/ eorumq; ſubſtãtiam propria prędicatione conſtituũt.ſed dici poteſt genera quoq; & ſpecies poſteriora indiuiduis inueniri.Niſi enim ſint ſinguli homines/ ſingulię equi:hominis atq; equi ſpecies eſſe non poſſunt.& niſi ſint ſingulę ſpecies:eorum genus animal eſſe nõ poterit. Sed meminiſſe debemus ſuperius dictum eſſe genus nonex iſs ſumere ſubſtantiam de quibus prędicatur:ſed de eo potius qđ differẽtijs conſtitutiuis eius ſubſtãtiam formamq; perficit,itaq; ſi genus quidem diuiſiuis differẽtijs interemptis nõ perimitur: manet ī qđ eius cõſtitutiuæ ſunt/ quę eius formam diffinitionẽq; perficiunt.Cumq; differentiæ diuiſiuę generis ſpeciebus ſint priores (ipſę enim ſpecies cõformant/ atq; conſtituũt) nõ eſt dubiũ quin genus etiam pereuntibus ſpeciebus poſſit in propria permanere ſubſtantia.Idem de ſpeciebus dictum ſit.Species enim ſuperioribus differentijs:nõ poſterioribus indiuiduis informatur.quę cum ita ſint:ſpecies quoq; ante indiuidua ſubſiſtunt. Accidentia vero niſi ſint quibus adſint/ eſſe nõ poſſunt:nullis vero prius accidunt/ q̃ indiuiduis.hęc enī generationi & corruptioni ſup poſita varijs ſemper accidentibus permutãtur. ¶Illam quoq; annumerat differẽtiam quę eſt 4.
ſuperius dicta/ ꝙ genus quia rem demõſtrat & de ſubſtãtia prędicatur in eo qđ quid eſt dicitur: accidens vero aut in eo quod quale eſt/ aut in eo qđ quo modo habet ſeſe. Nam ſi qualitatem interroges:accidens reſpondebitur.vt ſi qualis eſt coruus:niger. ſi quomodo ſe habet:aliud rurſus accidens aut ſedet/ aut volat/aut crocitat.Nam cum accidens in nouem prædicamenta diuidatur/qualitatem/quãtitatẽ/ad aliquid/vbi/ſitum/habere/quãdo/ facere/pati:cætera quidem omnia in quomodo ſe habet interrogatione ponuntur.qualitas vero in qualitatis ſciſcitatione reſponderi ſolet.Nam ſi interrogemur qualis eſt ęthiops:reſpondebimus accidẽs/ideſt niger.ſi quomodo ſe habeat Socrates:tunc dicemus aut ſedet/ aut ambulat/aut ſuperiorum aliquod accidentium. ¶Genus igitur quo ab alijs quattuor differat dictum eſt.contingit autem Dubium.
» etiam vnumquodq; aliorum differre ab alijs quattuor. quare cum quinq; quidẽ ſint/ vnũqđq;
» autem ab alijs quattuor differat:quater quinq;/ viginti fiunt omnes differentiæ. ¶Sed ſemper
» deinceps enumeratis/& ſecundis quidem vna differẽtia deficiẽtibus (propterea quoniam iam
» ſumpta eſt) tertijs vero duabus/quartis vero tribus/quintis vero quattuor: decem omnes fiũt
» quattuor/tres/duę/vna.genus enim quo differt a differentia/& ſpecie/& proprio/& accidente:
» dictum eſt,quattuor igitur differentiæ, Differẽtia vero quo differat a genere dictum eſt/quãdo

quo differt genus ab ea dicebatur: reliquum est igitur quo differat differentia a specie/proprio/ & accidente dicatur. & fiūt tres. rursus species quo quidem differat a differētia dictum est: quā- do quo differt a specie/ differētia dicebatur. quo etiam differat species a genere dictum est/ quā- do quo differt genus a specie dicebatur. reliquum est igitur vt quo differat species a proprio/ & accidente dicatur. duæ igitur sunt hę differentiæ. Proprium autem quo differat ab accidēte re- linquetur. nam quo a specie/ & differentia/ & genere differat prędictum est/ in illorum ad ipsum differentijs. Quattuor igitur sumptis generis ad alia differentijs/ tribus vero differētiæ/ duabus autem speciei/ vna vero proprij ad accidens: decem erunt omnes. quarum quattuor quę sunt generis ad reliqua/ superius demonstrauimus. ¶ Quoniam differentias & cōmunitates gene- ris ad differentiam/ ad speciem/ ad accidens/ & ad proprium persecutus est: idem quoq; de cęte ris facere contēdens prędicit/ quot omnes differentię possunt esse/ quę inter se comparatis com- mixtisq; rebus ijs quę suprapositę sunt/ efficiantur. sunt autem 20. Nam cum quinq; sint res/ & vnaquęq; res earum si a quattuor alijs differat: quinquies quater/ 20 differētię fiunt. qđ appo- sitarum litterarū manifestatur exemplo. Sint quinq; res veluti quinq; litterę: a/ b/ c/ d/ e. differat igitur a/ quidem ab alijs quattuor ideſt/ b/ c/ d/ e: fient quattuor differentię. rursus b/ differat ab alijs quattuor ideſt/ a/ c/ d/ e: erunt rursus quattuor/ quę superioribus iunctę octo coniungunt. c vero tertia a reliquis differt quattuor scilicet/ a/ b/ d/ e: quæ quattuor differentiæ superioribus octo copulatę/ 12 reddunt. quarta d/ si reliquis quattuor comparetur: differet eque ab eisdem a/ b/ c/ e. fient igitur rursus quattuor quę superioribus 12 appositæ: 16 copulant. q; si vltima e/ ab alijs quattuor differat scilicet a/ b/ c/ d: fient alię quattuor differentiæ/ quę cōpositę prioribus/ 20 perficiunt. & fit quidem huiusmodi descriptio.

Exactiorē figuram eiusq; explicationē require ex logica fabria na fo. 16.

a	b	c	d	e
b c d e	a c d e	a b d e	a b c e	a b c d

¶ Quę cum ita sint: in generibus quoq; & speciebus & cęteris idem considerabitur. erunt ergo quattuor differentię quibus genus a differentia/ specie/ proprio/ accidenteq; disiūgitur. aliæ rur sus quattuor: quibus differentia a genere/ specie/ proprio/ atq; accidente discrepat. rursus quat- tuor speciei ad genus/ differentiam/ proprium/ atq; accidens. quattuor etiam proprij ad genus/ differentiam/ speciem/ atq; accidens. quattuor insuper accidentis ad genus/ differētiam/ speciē/ atq; proprium. quę coniunctæ omnes/ 20 explicant differentias: sed hoc si ad numeri referatur naturam/ cōparationisq; alternationem. Nam si ad ipsas differētiarum naturas vigilans lector aspiciat: easdem sępe sumptas differētias inuenit. Quo enim genus differt a differetia: eodē dif- ferentia differt a genere. & quo differentia distat a specie: eodem species a differentia disgrega- tur/ & in cunctis eodem modo. In hac igitur disputatione differentiarū quā supra diſpositi: eal- dem annumeraui sępius. Itaq; si differētiarum similitudines subtrahamus: decem fiet omnino differentiæ/ quas ad presentem tractatum velut diuersas atq; dissimiles oportet assumere. Age enim differat genus a differentia/ specie/ proprio/ atq; accidente: quattuor differentijs quas su- pra iam diximus. item sumamus differentiam: distabit hęc a genere primum/ dehinc a specie/ proprio/ atq; accidēte. sed quo discrepet a genere: iam superius explicatum est/ cum diceremus quo genus a differētia discreparet. detracta ergo hac comparatione quoniam supra cōmemo- rata est: relinquuntur tres differētiæ/ quibus differētia a proprio/ a specie/ accidēteq; disiūgitur. quę iunctæ cum superioribus 4: 7 reddunt differentias. post hanc species si sumatur/ quattuor quidem eius essent differētiæ secundum numeri diuersitatem/ cum ad genus/ differētiam/ pro- prium/ atq; accidens cōparatur: sed priores duę cōparationes iam dictę sunt. Nam quo species differat a genere: tunc dictum est cū quid genus differret a specie dicebamus. quid vero species a differentia distet cōmemoratum est: cum differētię ad speciem dissimilitudines redderemus. quibus detractis duę supersunt integrę atq; intactę speciei ad propriū/ & accidens discrepātiæ- quę iunctę cum 7: 9 differētias copulant. proprij vero si ad numerum/ differentię considerētur/ quattuor erunt scilicet ad genus/ differētiam/ speciē/ atq; accidēs comparati: quarum quidē tres superiores differentiæ iam dictę sunt. Nam quo a genere propriū distet: tūc dictum est/ cū quid genus a proprio distaret/ ostendimus. rursus quid proprium a differentia discrepet: in colligen da distantia differētiæ proprijq; superius demōstratum est. quid vero proprium differt a specie/ tunc expositum est/ quādo quid species distaret a proprio dicebatur. restat igitur differētia vna proprij ad accidens: quę superioribus iuncta/ decem differentias claudit. accidentis vero ad cętera possent quidem esse quattuor: nisi iam omnes probarētur esse consumptę. Nam quid dif ferat vel genus/ vel differentia/ vel species/ vel proprium ab accidente supra monstratū est: nec

ſunt plus differentię diuerſę accidentis ad cætera/q̃ cęterorum ad accidens. Itaq; fit vt cum ſit quinq; rerum numerus:ſi prima aſſumatur/4 fiant differentię.ſi ſecūda tres:vincanturq; ſecundę rei ad cæteras differentię/a prima ad cęteras/vna tantum diſtantia.Nam cū prima habuerit quattuor/ ſecunda retinet 3: tertia vero ſi aſſumatur duas habebit differētias quæ vincantur a primis 4/differentiis duabus.quarta ſi ſumatur:vnam habebit differētiā/quę vincitur a primis quattuor/ differentiis tribus. quinta vero quoniā nullam habebit omnino differentiā nouam: totis 4 a prima differentiis ſuperatur.atq; hoc numerorum gradu quidē vſq; ad denariū numerum tenditur:quattuor/tres/duę/vna.vt generis quidē 4/differentię vero tres/ſpeciei 2/proprij 1/accidentis nulla eſt. Primę generis quidem cōparationes/4 nouas tenent differentias:ſecundę vero differētiæ cōparationes/ tres nouas tenēt. vna enim ſuperius annumerata eſt. vincitur autem a primis 4 nouis differentiis/ vna tātum.ſpeciei vero tertia comparatio/duas tantū habet differentias nouas.duas quippe ſuperius enumeratas cognoſcimus:et vincitur a quattuor primis/duabus tantū differētiis nouis.proprii vero vnam tantū retinet nouā/quoniā tres habet ſuperius numeratas:vinciturq; a primis/nouis tribus differētiis. quinti vero accidentis comparationes/quoniā nullam retinent nouā differentiam:totis quattuor a primis generis tranſcenduntur.Atq; ad hunc modum ex 20 differentiis ſecundum numerum:10 ſecundū diſſimilitudinem contrahūtur. Vt tamen has ſecūdum diſſimilitudinē differentias non in quinario tantum numero/verū in cęteris notas habere poſſimus:talis dabitur regula quę plenā differētiarū diſſimilitudinē in qualibet numeri pluralitate reperiat. ¶Propoſitarū enim numero rerū ſi vnum dempſeris/atq; id quod dempto vno relinquitur/in totam ſummā numeri multiplicaueris:dimidium eius qđ ex multiplicatione factum eſt/coęquabitur ei pluralitati quā propoſitarum rerum differentię continebant. Sint ergo res quattuor a/b/c/d:his aufero vnū/& fiunt tres.has igitur quater multiplico:fiunt 12.horum ſi dimidium ter:eo:ſex erūt.tot erunt igitur differētiæ/inter ſe rebus quattuor cōparatis.A quippe ad b/& c/& d tres retinet differētias.rurſus/b ad c/& d/duas.c vero ad d:vnā.quę iunctæ ſenariū numerū cōplent. Atq; hanc quidem regulā ſimpliciter ac ſine demōſtratione nunc dediſſe ſufficiat:in prędicamentorum vero expoſitione ratio quoq; cur ita ſit/explicabitur. ¶Cōmune ergo differentiæ et ſpeciei eſt:æqualiter participari. homine enim æqualiter participāt particulares homines/et rationali differentia. ¶Cōmune vero eſt et ſemp adeſſe iis q̃ illis participāt. Semp enim Socrates rationalis eſt/& ſemper Socrates homo. ¶Dictum eſt ſępius ea q̃ ſubſtantiam formāt:nec remiſſione cōtrahi nec intēſione produci. vnicuiq; enī id qđ eſt/vnū atq; idē eſt. Qz ſi differētia ſpecierū ſubſtātiā mōſtrat/ſpecies vero indiui duorum:æqualiter vtręq; ab intēſione & remiſſione ſeiūctę ſūt. quo fit vt ęqualiter participētur. Omnes enī indiuidui mortales atq; rationales ſūt homines.Nā ſi idē eſt eſſe homini qđ eſt rationale eſſe:cū homines æque ſint homines/neceſſe eſt vt ſint ęqualiter rationales. ¶Aliud quoq; cōmune habet differētia cū ſpecie:quoniā ita differētiæ ſui participātia nō relinquūt/vt ſpecies. Semp enim Socrates rationalis eſt(Socrates enim rationabilitate participat)ſemper homo eſt: quia ſcilicet humanitate participat. Vt igitur differētię ſui participantia nō relinquūt:ita ſpecies iis quę eam partici pant/ ſemper adiuncta eſt. ¶Proprium autem differentiæ quidem eſt in eo quod quale eſt prædicari: ſpeciei vero in eo qđ quid eſt. Nam et ſi homo velut quale quid accipiatur:non tamen ſimpliciter erit quale/ſed ſecundum id qđ generi aduenientes differentiæ eū conſtituerunt. ¶Amplius differentia quidem in pluribus ſæpe ſpeciebus conſideratur/ quēadmodum quadrupes in pluribus animalibus ſpecie differentibus:ſpecies vero in ſolis iis quę ſub ſpecie ſunt/indiuiduis eſt. ¶Amplius.Differentia prior eſt ea ſpecie quę eſt ſecundū ipſam.Simul enim ablatum rationale interimit hominem:homo vero interemptus/nō aufert rationale cum ſit deus. ¶Amplius.Differentia quidem componitur cum alia differentia(rationale enim & mortale compoſitum eſt in ſubſtātia hominis)ſpecies vero ſpeciei nō componitur/ vt gignat aliam aliquam ſpeciem. Quædam enim equa cuidam aſino permiſcetur ad muli generationem: equa autem ſimpliciter/aſino compoſita/nunq̃ perficeret mulum. ¶Expoſitis cōmunitatibus quantum ad inſtitutionem pertinebat differentiæ & ſpeciei:earundem nunc diſſimilitudines colligit dicens/quoniam differunt q̃ ſpecies in eo quod quid ſit prędicatur/differentia autem in eo qđ quale ſit. ¶Huic differētiæ poterat quęſtio occurrere. Nam ſi humanitas ipſa quę ſpecies eſt/qualitas quędam eſt/cur dicatur ſpecies in eo quod quid ſit prędicari:cū propter quādam ſuę natuę proprietatē quędā qualitas eſſe videatur. ¶Huic reſpondemus/ quia differētia ſolū qualitas eſt:humanitas vero non ſolū eſt qualitas/ſed tantū qualitate perficitur. Differētia enim ſuperueniēs generi ſpeciē facit.ergo genus quadā differētia/et qualitate formatum eſt/ vt procederet in ſpeciem:ſpecies vero ipſa qualis quidē eſt ſecundū differentiam illius quę eſt pu-

2 Cōmu. D S

1 Differen. D S

Regula

Quęſtio

Solutio

ra ac ſimplex qualitas/qua ſcilicet perficitur et cõformatur. Qualitas vero ipſa/pura ſimplexq; nullo modo eſt:ſed ex qualitatibus effecta ſubſtãtia. Itaq; iure differẽtia quæ pure ac ſimpliciter qualitas eſt/in eo qđ quale eſt ſciſcitãtibus reſpondetur:ſpecies vero in eo quod quid ſit iure reſpondetur/licet ipſa quoq; quędam qualitas ſit non ſimplex/ſed aliis qualitatibus informata.

2 ¶ Rurſus quoq; differẽtia ipſa eſt/quia plures ſub ſe ſpecies differẽtia cõtinet: ſpecies vero tãtũ idiuiduis p̃eſt. Rationalitas enĩ et hominẽ claudit/& deũ:quadrupes equũ/bouẽ et cętera talia. homo vero ſola indiuidua:atq; in aliis ſpeciebus eadẽ ratio eſt. Iccirco enim diffinitiones quoq; ſecutę ſunt/vt differẽtia vocaretur qđ de pluribus ſpecie differẽtibus in eo qđ quale ſit p̃dicetur:

3 ſpecies vero qđ de pluribus numero differẽtibus in eo qđ quid ſit p̃dicetur. ¶ Ideo etiã ſuperioris naturę ſunt differẽtiæ:quoniã cõtinentes ſunt ſpecierũ. Nã ſi quis auferat differentiã: ſpeciẽ quoq; ſuſtulerit. vt ſi quis auferat rationabilitatẽ hominem deũq; cõſumpſerit, ſi quis vero hominem tollat:rationabilitas in ſpeciebus reliquis cõſtituta eſt. Igitur differẽtię diſtãt a ſpecie/q;

4 vna differẽtia plures ſpecies cõtinere ſub ſe poteſt:ſpecies vero nullo modo. ¶ Alia rurſ9 eſt differentia/quoniã ex pluribus differẽtiis vna ſpecies iũ gitur:ex plurib9 vero ſpeciebus/nulla ſpeciei ſubſtãtia copulat. Iunctis enim differẽtiis mortali ac rationali/factus eſt homo:iunctis vero

Obiectio ſpeciebus nulla vnq̃ ſpecies informatur. Q; ſi quis occurrat dicẽs quoniã pmixtus aſino equus efficit mulũ:nõ recte dixerit. Indiuidua enĩ indiuiduis iuncta/indiuidua rurſus alia fortaſſe pficient:ipſe vero equus ſimpliciter id eſt vniuerſaliter & aſin9 vniuerſaliter/neq; pmiſceri poſſũt/neq; aliquid ſi cogitatione miſceãtur/efficiunt. Cõſtat igitur differẽtias quidẽ plurimas ad vnius

2 ſpeciei ſubſtantiã conuenire:ſpecies vero in alterius ſpeciei naturã nullo modo poſſe cõgruere.

Cõmu. ,, ¶ Differentia vero et propriũ cõmune quidẽ habẽt:æqualiter participari ab iis quę illis partici-

D ,, pant. æqualiter enim rationalia/rationalia ſunt:et riſibilia/riſibilia ſunt. ¶ Et ſemper et omni

P ,, adeſſe/cõmune vtriſq; eſt. Et ſi enĩ curretur qui bipes eſt: tamẽ ad id quod natũ eſt ſemp dicĩ.

I ,, quoniã & riſibile in eo qđ natũ eſt ſemp/dicitur:ſed nõ in eo qđ ſemper rideat. ¶ Nũc differẽtię ꝓpriiq; cõmunia continua ratione proſequitur. Cõmune enim dicit eſſe proprio ac differẽtię:q; æqualiter pticipãtur. æque enĩ omnes hoies rationales ſũt/æque riſibiles:illud qa ſubſtãtiã mõ

2 ſtrat/iſtud qa eſt ęquũ proprię ſpeciei et ſubiectã ſpeciẽ nõ relinquit. ¶ Aliud etiã in iis cõmune ſubiũgit. ęqualiter enim differẽtia ſemper ſubiectis adeſt:vt ꝓpriũ. ſemp enim omnes homines

Obiectio rationales ſũt:vt ſemper quoq; riſibiles. ¶ Sed obiici poterat nõ ſemper eſſe bipedẽ hominẽ cũ

Obiectiõis ſit bipes differentia:ſi vnius pedis perfectione curtetur. quã tali modo ſoluimus queſtionẽ. Pro-

ſolutio pria & differentię non in eo q; ſemper habeãtur:ſed in eo q; ſemper naturaliter haberi poſſunt/ ſemper dicuntur adeſſe ſubiectis. Si enim quis curtetur pede nichil attinet ad naturam:ſicut nichil ad detrahendum proprium valet ſi homo nõ rideat. Hæc enim nõ in eo q; adſint/ſed eo q; per naturam adeſſe poſſint: ſemper adeſſe dicũtur. ipſum enim ſemper/nõ actu eſſe dicim9:ſed natura. Nunq̃ enim fieri poteſt:vt per naturæ ipſius proprietatem nõ ſemper bipes ſit/etiam ſi fieri poteſt vt pede curtetur/ vel etiã ſi diminuto pede ſit natus. In his enim nõ ſpeciei atq; ſub-

2 ,, ſtantię:ſed naſcenti indiuiduo derogatur. ¶ Propriũ autem differentię eſt quoniã hæc quidem

Diffe. ,, de pluribus ſpeciebus dicitur ſępe/vt rationale de deo/et homine:proprium vero dicitur de vna

D ,, ſola ſpecie cuius eſt propriũ. ¶ Et differentia quidem illis eſt cõſequens quorum eſt differentia/

P ,, ſed nõ conuertitur:propria vero conuerſim prædicãtur de iis quorum ſunt propria/ propter id

I ,, quod cõuertũtur ¶ Diſtat a proprio differentia q; differentia plurimas ſpecies claudit/ac de his omnibus prædicatur:propriũ vero vni tantũ ſpeciei coniungitur/atq; ęquatur. Rationale enim de homine atq; de deo prædicatur/quadrupes vero de equo & cęteris animalibus. riſibile vero vnam tantum ſpeciem continet/ideſt hominẽ. ¶ Vnde fit vt differentia ſemper ſpeciem conſe-

2 quatur/ſpecies vero differentiam minime: proprium vero ac ſpecies alternis ſeſe vicibus ęqua prędicatione comitãtur. Sequi vero dicitur aliquid:quoties quomodolibet rẽ prius natura/ poſterius reliqua cõuenit nũcupari. vt ſi dicã omnis homo rationabilis eſt:prius homo eſt/poſterius poſui differentiam. ſequitur ergo differentia ſpeciem. At ſi cõuertam nomina dicãq; omnerationabile homo eſt: propoſitio non tenet veritatem. Igitur ſpecies nulla ratione differentiam comitatur:propriũ vero & ſpecies quia cõuerti poſſunt/mutuo ſe ſequũtur. Omnis enim homo

2 ,, riſibilis eſt:& omne riſibile homo eſt. ¶ Differentię autẽ et accidenti cõmune quidẽ eſt:de pluri-

Cõmu. ,, bus dici. ¶ Cõmune vero eſt & ad ea quæ ſunt inſeparabilia accidẽtia/ſemp/et omni adeſſe. Bi-

D ,, pes enim ſemper adeſt omni homini:et omnibus coruis nigrũ eſſe ſimiliter. ¶ Duo quidẽ diffe-

A rẽtię & accidẽtis cõmunia ſunt/quorũ vnũ inſeparabilibus & ſeparabilibus accidẽtibus cũ diffe-

I rentia cõmune eſt. ab altero vero ſeparabile accidens ſegregat: tantũ vero inſeparabile ſecundo cõmuni clauditur. Eſt enim cõmune differẽtiæ cũ omnibus accidẽtibus: de pluribus prędicari.

Nam et ſeparabilia & inſeparabilia accidẽtia ſicut differẽtia/ de pluribus ſpecieb⁹ et indiuiduis
p̃dicãtur: vt bipes de coruo atq; cigno nuncupaſ/ & de iis indiuiduis quę ſub coruo ſunt. item de
eodẽ coruo atq; cigno album/ & nigrũ: quę ſunt inſeparabilia accidẽtia prædicãtur. Ambulare
enim vel ſtare/ dormire ac vigilare de iiſdem dicimus: quę ſunt ſeparabilia accidẽtia. ¶Reliqua 2
vero cõmunitas: ea tantũ accidentia videtur includere quę ſunt inſeparabilia. Nã ſicut differen-
tia ſemper ſubiectis ſpeciebus adhęreſcit: ita etiã inſeparabilia accidẽtia nunq̃ videnť deſerere
ſubiectũ. vt enim bipes qđ eſt differẽtia/ nunq̃ ſpeciẽ coruorũ derelinquit: ita nec nigrũ quod ac-
cidẽs inſeparabile eſt. differẽtia vero iccirco nõ relinquit ſubiectũ: quoniã eius ſubſtãtiã cõplet
ac perficit. accidẽs vero huiuſmodi eſt: quoniã nõ poteſt ſeparari. neq; enim poſſet eſſe accidẽs
» inſeparabile: ſi ſubiectũ aliquãdo relinqueret. ¶Differunt autẽ/ quoniã differẽtia quidẽ cõtinet 3
» ſpecies & nõ cõtinetur (cõtinet enim rationale deũ et hominẽ) accidẽtia vero aliquo quidẽ mo- Differen-
» do cõtinent/ eo q⁹ in pluribus ſint: aliquo vero modo continentur/ eo q⁹ nõ vnius accidẽtis ſu- D
» ſceptibilia ſũt ſubiecta/ ſed pluriũ. ¶Et differẽtia quidẽ initẽſibilis eſt/ et irremiſſibilis: accidẽtia A
» vero magis & minus ſuſcipiunt. ¶Et impermixtę quidẽ ſunt cõtrarię differẽtiæ: mixta vero nõ-
» nunq̃ ſunt cõtraria accidẽtia. Huiuſmodi quidẽ cõmuniones et proprietates differẽtię/ et cętero-
» rũ ſunt. Species vero quo quidẽ differt a genere/ & differentia dictũ eſt: in eo qđ dicebamus quo
» genus differt a cęteris/ et quo differẽtia differt a cęteris. reliquũ eſt quo differt a proprio et accidẽ
» te/ vt dicatur. ¶Poſt differẽtię et accidẽtis redditas cõmunitates: nũc de eorũ differẽtiis tractat/
ac primũ quidem tale ꝓponit. Differẽtia quidem omnis: ſpeciẽ cõtinet (rationabilitas enim cõ-
tinet hominẽ quoniã plus rationabilitas q̃ ſpecies ideſt homo p̃dicatur. ſupergreſſa enim ſubſtã
tiam hominis/ in deũ vſq; diffunditur) accidẽtia vero aliquãdo cõtinẽt/ aliquãdo continentur. cõ
tinent quidẽ: quia quodlibet vnũ accidens/ ſpeciebus adeſſe pluribus cõſueuit. vt albũ cigno/ et
lapidi: vt nigrũ coruo/ et ęthiopi/ atq; ebeno. Cõtinentur vero: quoniã plura accidẽtia vni acci-
dunt ſpeciei/ vt videatur illa ſpecies plura accidẽtia cõtinere. Cum enim ęthiopi accidit vt ſit ni-
ger/ accidit vt ſit ſimus/ vt criſpus quæ cũcta accidẽtia ſũt ęthiopis: ſpecies quodã modo intra ſe
plurima accidẽtia videť includere. ¶Huic occurri poteſt: quoniã differẽtiæ quoq; aliquo modo Obiectio
cõtinẽtur: aliquo modo cõtinẽt. vt rationabilitas cõtinet hominẽ. plus enim q̃ de homine p̃di-
catur. cõtinetur quoq; ab homine: quoniã nõ ſolum hãc differentiam homo continet/ verũ etiã
mortale. ¶Reſpõdebimus cõtra hoc. omnia q̃cũq; ſubſtãtialiter de pluribus p̃dicãtur: ab iis de Dilutio
quibus dicũtur/ nõ poterunt cõtineri. Quo fit vt differentię quidẽ nõ cõtineãtur a ſpeciei et ſi ſint
plures differẽtię q̃ ſpeciem forment: accidẽtia vero cõtinentur/ quoniã accidentia ſpeciei ſubſtã-
tiam nulla prędicatione cõſtituũt. Nam nec proprie vniuerſalia dicũtur accidẽtia/ cũ de ſpecie-
bus pluribus dicũtur: differẽtiæ vero maxime & proprie dicũtur vniuerſalia. Quæ enī quorũlibet
vniuerſalia ſunt: ea neceſſe eſt eorũ quorũ ſunt vniuerſalia/ etiã ſubſtantiã continere. ¶Quo fit 2
quia differẽtię ſubſtãtiã mõſtrant: intenſione ac remiſſione careãt (vna enī quęq; ſubſtãtia neq;
cõtrahi neq; remitti poteſt) at vero accidentia quoniã nullã cõſtitutionẽ ſubſtãtiæ profitentur:
intenſione creſcũt & remiſſione decreſcũt. ¶Illa quoq; eorũ eſt differentia/ q⁹ differentię cõtra- 3
rię permiſceri vt ex ſe fiat aliquod/ nõ queunt: accidẽtia vero cõtrarie/ & quędã medietas ex al-
terutra cõtrarietate/ cõiũguntur. Ex rationabili enim & irrationabili nichil vnũ iungi poteſt. ex
albo vero & nigro/ fit aliquis medius color. Expeditis igitur diſtãtiis differentiæ ad cætera: reſtat
de ſpecie dicere cuius quidẽ differentias ad genus ante collegimus/ cũ generis ad ſpecies diffe-
rentias dicebamus. eiuſdẽq; etiã ſpeciei diſtãtias ad differentiã diximus: cũ differentiæ ad ſpeciẽ
diſſimilitudines mõſtrabamus. Reſtat igitur ſpeciẽ proprio & accidẽti: cũ cõmunione cõiũgere/
» tũ differẽtiis ſegregare. ¶Speciei autẽ & proprii cõmune qđ eſt: adinuicẽ cõuerſim p̃dicari. Nã 2
» ſi hõ eſt: riſibile ẽ, er ſi riſibile ẽ: homo eſt. Riſibile vero qm̃ ſecundũ id qđ natũ eſt ridere ſumẽdũ; Cõmũ.
» ſæpe iã dictum eſt. ¶Cõmune autẽ eſt ęqualiter eſſe. æqualiter enī aſſunt ſpecies iis q̃ illis partí- S
» cipãt: et propria iis quorũ ſunt propria. ¶Cõmune inquit habẽt propriũ atq; ſpecies: ad ſe ipſa P
prædicationes habere cõuerſas. Nã ſicut ſpecies de proprio: ita proprium de ſpecie prędicatur. 1
nam vt eſt homo riſibilis: ita riſibile homo eſt. ¶Idq; iã ſuperius dictũ eſſe commemorat/ cuius 2
cõmunitatis rationẽ ſubdit eã ſcilicet qua ęqualiter ſpecies idiuiduis participantur: ſicut eadem
propria iis quorũ ſunt ꝓpria. q̃ ratio nõ videtur ad cõuerſionẽ prędicationis accõmodata: ſed
potius ad illam aliam ſimilitudinẽ. quia ſicut ſpecies ęqualiter ab indiuiduis participantur: ita
etiam propria. æque enim Socrates & Plato homines ſunt: ſicut etiam riſibiles. Itaq; tãq̃ aliam
cõmunionẽ debemus accipere illud qđ eſt additũ (ęqualiter enim ſunt ſpecies iis q̃ eas partici-
pant: et propria quorum ſunt; propria) an magis intelligendum hoc modo dictũ tanq̃ ſi diceret
æqualia ſunt ſpecies et propria/ Nã quia ſpecies eorũ ſunt ſpecies q̃ ſpeciebus ipſis participant/
et propria eorũ propria quæ propriis participãt: propriũ atq; ſpecies ęqualiter vtriſq; ſunt. id eſt

neq; ſpecies ſuperuadit ea q̄ ſpecie participāt: nec propria ſuperuadūt ea q̄ propriis participant, cūq; propria ſpecierū ſint propria: ſpecies ac propria ęqualia eſſe neceſſe eſt atq; inuicē p̄dicari.

4 Diffe. S P

» ¶Differt autem ſpecies a proprio/ quoniā ſpecies quidē poteſt et aliorū genus eſſe: propriū vero » & aliarū ſpecierū eſſe propriū impoſſibile eſt. ¶Et ſpecies quidē ante ſubſiſtit q̄ propriu: propriū » vero poſt fit in ſpecie. Oportet enim hominem eſſe: vt ſit riſibile. ¶Amplius. Species quidem » ſemper actu adeſt ſubiecto: proprium vero aliquādo/ & poteſtate. Homo enim ſemper actu eſt » Socrates: nō vero ſemper ridet/ q̄uis natus ſit ſemp vt ſit riſibilis. ¶Amplius. Quorum termini » ſunt differētes: et ipſa ſunt differentia. Eſt autem ſpeciei quidē ſub genere eſſe: et de pluribus et » differētibus numero in eo qđ quid eſt prędicari. et cætera huiuſmodi. proprii vero: & ſoli/ et om- » ni/ & ſemper adeſſe. ¶Primā proprii et ſpeciei differētiā dicit/ quoniā ſpecies poteſt aliquādo in

1 alias ſpecies deriuari ideſt poteſt eſſe genus: vt animal cū ſit ſpecies animati/ poteſt eſſe genus hominis. ſed nūc nō de iis ſpēbus loquitur q̄ ſunt ſpecialiſſimę. atq; hūc cōfundere videtur erro rē/ q̄ cū de iis ſpeciebus dicere propoſuerit q̄ eſſent vltimæ: nūc de iis q̄ ſunt ſubalternæ/ & fæ- pe locū generis obtineāt/ differt. propria vero nullo modo genera eſſe poſſunt: qñ ſpecialiſſimis

2 adęquātur. q̄ quoniā genera eſſe nequeūt: nec propria q̄ ſunt ſibi ęqualia/ eſſe p̄mittutur. ¶Rur- ſus ſpecies ſemp ante ſubſiſtit q̄ propriū. Niſi enim ſit homo: riſibile eſſe non poterit. & cū iſta ſi- mul ſint: tamē ſubſtātię cogitatio p̄cedit proprii ratione. Omne enī propriū in accidētis genere collocatur. Eo enī differt ab accidēte: quia circa omnē ſolā quālibet vnā ſpeciē vim proprię prę- dicationis cōtinet. Q̄ ſi priores ſunt ſubſtātię q̄ accidētia/ ſpecies vero ſubſtātia eſt/ propriū ve-

3 ro accidēs: nō eſt dubiū quin prior ſit ſpecies/ propriū vero poſterius. ¶Diſcernūtur etiam prio- ris actu poteſtateq; natura. Species enī actu ſemper īdiuiduis adeſt: ꝓpria vero aliquoties actu/ poteſtate autē ſemp. Socrates enī et Plato actu ſunt homines: nō vero ſēper actu ridēt/ ſed riſibi les eſſe dicūtur/ tametſi nō rideāt/ ridere tamē poterūt. Natura itaq; ſpecies & propriū ſemp ſub- iectis adeſt: ſed actu ſpecies/ ꝓpriū vero nō ſemp actu vt dictū eſt. ¶At rurſus quoniā diffinitio ſubſtātiā mōſtrat: eorū quorū diuerſę ſunt diffinitiones/ diuerſę ſunt ſubſtātię. Eſt autem ſpeciei diffinitio ſub genere eſſe/ et de plurib⁹ numero differētibus in eo qđ quid ſit p̄dicari/ quā ſuperi⁹ expoſitā frequēter nunc iterare opus nō eſt: ꝓpriū vero ita diffinitur. Proprii eſt qđ vni et omni

1 & ſemp ſpeciei adeſt. quorū diffinitiones diuerſę ſunt. nō eſt dubiū igitur ſpeciē ac propriū ſecū-

Cōmu. S A

» dum naturę ſuę terminos diſcrepare. ¶Speciei vero & accidētis cōmune quidē eſt de pluribus » prędicari. Rarę vero ſunt alię cōmunitates: ꝓpterea q̄ q̄ plurimū diſtāt ab inuicē accidēs/ & id » cui accidit. ¶Speciei & accidētis ſimilitudinē cōmunē dicit de pluribus p̄dicari. De plurib⁹ enī

1 dicitur ſpecies: ſicut & accidēs. Raras vero dicit alias eſſe eorū cōmuniones: iccirco quoniā lōge diuerſū eſt id qđ accidit/ et cui accidit. Cui enī accidit ſubiectū eſt atq; ſuppoſitū. qđ vero accidit: extrarię eſt atq; aduenīētis naturę. Itē qđ ſupponi⁹/ ſubſtātia eſt: qđ vero velut accidēs p̄dicaī/ ex- trinſecus venit. Quæ omnia: multā eius qđ eſt ſubiectū/ et eius qđ eſt accidēs differētiā faciunt. tamē inueniri etiā alię poſſunt ſpeciei et accidētis inſeparabilis cōmunitates/ vt ſemp ſubiectis adeſſe. æque enī homo ſingulis hominibus ſēper adeſt: et inſeparabilia accidētia ſingulis indi- uiduis præſto ſunt. Et q̄ ſpecies de iis quę īndiuidua cōtinēt/ æque de pluribus vt accidētia/ in-

4 diuiduis p̄dicātur. Nā homo de Socrate/ Platone: nigrum vero atq; albū de pluribus coruis/ et

Diffe. S A

» cignis quibus accidēs eſt/ nuncupatur. ¶Propria vero ſunt vtriuſq; ſpeciei quidē in eo qđ quid » eſt p̄dicari de iis quorū eſt ſpecies: accidētis autē in eo qđ quale quiddā eſt/ vel quo modo ſe ha- » bēs eſt. ¶Et vnāquāq; ſubſtātiā vna quidē ſpecie participare: pluribus autē accidētibus et ſepa- » rabilibus et inſeparabilibus. ¶Et ſpecies quidē pręintelligūtur accidētibus/ etſi etiam ſint inſe- » parabilia (oportet enim eſſe ſubiectū: vt illi aliquid accidat) accidentia vero poſterioris generis » ſunt/ et aduēticię naturę. ¶Et ſpeciei quidē participatio ęqualiter eſt: accidentis vero et ſi inſe- » parabile ſit/ nō æqualiter. æthiops enī ęthiope habebit colorē vel intēſum amplius/ vel remiſſū » ſecū dū nigredinē. Reſtat autē de proprio & accidēte dicere. quo enim propriū a ſpecie/ et differē- » tia/ & genere differt/ dictū eſt ¶Qđ nūc propriū ſpeciei & accidentis ſe exequi polliceī: tale ꝓpriū » intelligēdum eſt qđ (vt ſuperius dictū eſt) ad cōparationē dicitur differētię. Species vero in eo qđ

1 quid eſt prędicatur: accidēs vero in eo qđ quale. qua differētia non ab accidētibus ſolum ſpecies diſcernitur: verū etiā a differētiis/ et propriis. nec ſolū ſpecies ab eiſdem/ verū etiā genus. præ- terea q̄ ſpecies in eo qđ quid eſt prædicatur: accidens vero in ęo quod quomodo ſe habeat. id quoq; cōmune eſt cum genere. genus quoq; ab accidēte in eo quod quid eſt/ & quomodo ſe ha-

2 beat prædicat. Ideo: diuiditur. ¶Item vnāquāq; ſubſtantiā vna vidētur ſpecies continere/ vt So cratem homo: atq; ideo Socrati vna tantum propinqua eſt ſpecies hominis. rurſus indiuiduo equo vna ſpecies equi eſt proxima. itēq; in cæteris. vnicuiq; enim ſubſtantię vna ſpecies præeſt: at vero vnicuiq; ſubſtantię non vnum accidēs iungitur. Vnicuiq; enim ſubſtantię plura ſemper

accidẽtia ſupueniũt: vt Socrati q̃ caluus/ q̃ ſimus/ q̃ glaucus/ q̃ propẽſo vẽtre. et in aliis quidẽ ſubſtãtiis de numero accidẽtiũ ſdẽ cõuenit dicere. ¶ Dehinc ſemp ante accidẽtia ſpecies intelli 3
guñ. Niſi eni ſit homo cui accidit aliquid/ accidẽs eſſe nõ poterit: & niſi ſit q̃libet ſubſtantia cui accidẽs poſſit adiungi/ accidẽs nõ erit. Omnis autẽ ſubſtãtia: propria ſpecie cõtineť. recte igitur prius ſpecies: accidẽtia vero poſterius intelligũtur. poſterioris eni ſunt (vt ait) generis & aduẽticię naturę. Nã quę ſubſtãtiã nõ informãt: recte aduẽticię naturæ eſſe dicũtur/ et poſterioris generis. in iis eni ſubſtãtiis ſunt: q̃ ante differẽtiis informatę ſunt. ¶ Rurſus quoniã ſpecies ſubſtã- 4
tiam mõſtrat/ ſubſtantia vero (vt dictũ eſt) intẽſione ac remiſſione caret/ ſpeciei participatio intẽſionẽ remiſſionẽq̃ nõ ſuſcipit: accidẽs vero vel ſi inſeparabile ſit/ poteſt intẽſionis remiſſionisq̃ cremẽto & decremẽto variari. vt ipſum iſeparabile accidẽs qđ æthiopibus ieſt/ ſcilicet nigredo. poteſt eni quibuſdã talis adeſſe vt ſit fuſcis p̃xima: aliis vero talis/ vt ſit nigerrima. Reſtat nunc p̃prii cõmuniones ac differẽtias perſeq. Sed q̃ propriũ differat a genere vel ſpecie vel differẽtia ſuperius demõſtratũ eſt: cũ qđ genus/ vel ſpecies/ vel differẽtia a proprio diſtaret/ oſtẽdim⁹. nũc reliqua ad cõmunitatẽ vel differẽtiã cõſideratio eſt/ q̃ propriũ accidẽtib⁹ aut iũgat aut ſegreget. 2
» ¶ Cõmune autẽ proprio & inſeparabili accidẽti eſt: q̃ pręter ea nũq̃ cõſiſtãt illa in quibus con- Cõmu.
» ſiderãtur. Quẽadmodũ enim præter riſibile nõ ſubſiſtit homo: ita nec præter nigredinẽ ſubſiſtit P
» æthiops. ¶ Et quẽadmodũ ſemper/ et omni adeſt propriũ: ſic et inſeparabile accidẽs. ¶ Quoniã A
propriũ ſemp adeſt ſpeciebus/ nec eas vllo modo relinquit/ quoniãq̃ inſeparabile accidẽs a ſub- 1
iecto nõ poteſt ſegregari: hoc illis inter ſe videť eſſe cõmune/ q̃ ea i quibus inſunt p̃ter propria vel inſeparabilia accidẽtia eſſe nõ poſſunt. Inſeparabilia vero accidẽtia cõparat p̃prio: quoniã vt i ſpecie dictũ eſt rariſſimę ſunt ſpeciei atq̃ accidẽtis ſimilitudines/ quocirca multo magis proprii atq̃ accidẽtis cõmunitates difficile reperiũtur. Accidẽs eni i cõtrariũ diuidi ſolet i inſeparabile accidẽs/ atq̃ ſeparabile. q̃ vero ſub genere i cõtrariũ diuidũť/ ea nullo alio niſi tãtũ generis p̃dicatione participãt. Q̃ ſi propriũ inſeparabile quoddã accidẽs eſt: a ſeparabili accidẽti pluri- 2
mũ differt/ atq̃ ideo nullas propriį & ſeparabilis accidẽtis ſimilitudines quęrit. Sed quoniã ipſũ certis quibuſdã cauſis ab inſeparabilib⁹ accidẽtib⁹ differt: horũ & cõmunitates inueniri poſſunt et inter ſe differẽtię/ quarũ vna quidẽ ea eſt quã ſuperius expoſuimus. ¶ Secũda vero quoniã ſi- 3
cut p̃priũ ſemp/ & omni ſpeciei adeſt: ita etiã inſeparabile accidẽs. Nã ſicut riſibile omni homini
» & ſemp adeſt: ita etiã nigredo omni coruo/ & ſẽper adiuncta eſt. ¶ Differũt autẽ/ quoniã propriũ
» vni ſoli ſpeciei adeſt/ quẽadmodũ riſibile homini: inſeparabile vero accidẽs vt nigrũ/ nõ ſolum Differen.
» ęthiopi/ ſed etiã coruo adeſt et carboni/ & ebeno & quibuſdã aliis. ¶ Amplius propriũ cõuerſim P
» prędicatur de eo cuius eſt propriũ/ & æqualiter: inſeparabile vero accidẽs cõuerſim nõ p̃dicať. A
» ¶ Et propriorũ quidẽ ęqualis eſt participatio: accidentiũ vero vel magis vel minus. Sunt quidẽ
» aliæ cõmunitates vel proprietates eorũ q̃ dicta ſunt: ſed ſufficiũt etiã hæc ad diſcretionẽ eorum/
» cõmunitatiſq̃ traditionẽ. ¶ Propriį atq̃ accidẽtis prima quidẽ differẽtia eſt/ quoniã propriũ ſem- 1
per de vna tãtũ ſpecie dicit/ accidẽs vero minime: ſed eius prędicatio i plurimas diuerſi generis ſubſtãtias ſpecieſq̃ diffũditur. Riſibile eni de nullo alio niſi de homine p̃dicať: nigrũ vero qđ eſt inſeparabile quibuſdã accidẽs/ tã coruo q̃ ęthiopi q̃ diuerſa ſunt ſpecie/ coruo vero atq̃ ebeno q̃ differũt generib⁹ nõ tãtũ ſpecie/ p̃ſto eſt. ¶ Quo ſit vt i propriis quidẽ cõuerſio æqua ſeruet: i ac- 2
cidẽtibus vero minime. Quoniã eni propria in ſingulis eſſe ſuũ habẽt/ atq̃ omnes cõtinẽt ſpecies: cõuerſo ordine p̃dicãtur. Nã qđ riſibile eſt/ homo eſt: & qđ homo/ riſibile. nigrũ vero non ita/ ſed ipſum quidẽ de iis prædicari poteſt quibus ineſt: illa vero ad huiꝰ p̃dicationẽ cõuerti retrahiq̃ non poſſunt. Nigrũ eni de carbone/ ebeno/ homine/ coruo p̃dicať: hęc vero de nigro minime. Nã q̃ plurima cõtinẽt/ de iis quę cõtinẽt p̃dicari poſſũt: ea vero q̃ cõtinẽtur de ſeſe cõtinẽtib⁹ nullo modo p̃dicãtur. ¶ Rurſus propriũ quidẽ ęqualiter participať: accidẽs remiſſionib⁹ atq̃ in- 3
tẽſionib⁹ pmutať. omnis eni homo ęque riſibilis eſt: æthiops vero nõ æqualiter niger eſt/ ſed (vt dictũ eſt) aliquis quidẽ paulomin⁹ niger/ alius vero teterrimus inuenitur. et de propriį quidem atq̃ accidẽtis differẽtiis ſatis dictũ eſt. Reſtabat vero accidẽtis ad cętera cõmunitates proprietateſq̃ explicare: ſed iã ſuperius annumeratę ſunt cũ generis/ & differẽtiæ/ ſpeciei/ proprii/ & accidẽtis ſimilitudines ac differẽtias aſſignauimus. Fortaſſe aũt his inſtitutis animus ſolertior fact⁹ alias p̃ter eas (quas nũc diximus) cõmunitates vel differẽtias quinq; rerũ q̃ ſuperius ſunt poſitę reperiet: ſed ad diſcretionẽ arq; eorũ ſimilitudines cõparãdas ea fere q̃ ſunt dicta/ ſufficiũt. Nos etiã quoniã promiſſi operis portũ tenemus/ atq; huiꝰ libri ſeriẽ primo quidẽ a rhetore Victorino/ poſt vero a nobis latina oratione cõuerſam gemina expoſitione pateſecimus: hic terminũ longo ſtatuimus operi cõtinẽti quinq; rerum diſputationẽ/ et ad predicamenta ſeruanti.

¶ SECVNDI LIBRI II EDI. BOETII IN
PRAEDICABILIA PORPHY
RII FINIS.

EDI.I.BOE;

ANITII MANLII SEVERINI BOETII VIRI CLARISSIMI IN CATEGORIAS ARISTOTELIS EDITIO PRIMA.

Intētio huius operis

EXPEDITIS iis q̄ ad prædicamēta Aristotelis/ Porphyrij institutione digesta sunt: hos quoq; commentarios in prædicameta perscribens mediocris stili seriem persecutus/ nichil de altiorū quæstionum tractatione permiscui/ sed dilucidādi moderatione seruata nec angere lectorē breuitate volui/ nec dilatatione cōfundere. Quare prius breuiter huius operis aperienda videtur intentio: quæ est huiusmodi. Rebus prīa cētionis/ et in propria principaliter naturę cōstitutione manentibus: humanū solum genus extitit/ quod rebus nomina posset imponere. Vnde factum est/ vt singulatim omnia prosecutus hominis animus: singulis vocabula rebus aptaret, et hoc quidē verbi gratia/ corpus/ hominē vocauit: illud vero lapidē/ aliud lignū/ aliud vero colorem. Et rursus quicunq; ex se alium genuisset: patris vocabulo nūcupauit. mensurā quoq; magnitudinis/ proprii forma nominis terminauit/ vt diceret bipedale esse/ aut tripedale: et in aliis eodem modo. Ergo omnibus nominibus ordinatis/ ad ipsorum rursus vocabulorum proprietates figuraſq; reuersus est. et huiusmodi vocabuli formam quæ inflecti casibus possit/ nomen vocauit: quę vero tēporibus distribui/ verbum. Prima igitur illa fuit nominū positio per quā vel intellectui subiecta vel sensibus designarēt. Secunda consideratio: qua singulas nominū proprietates figuraſq; perspicerent/ ita vt primū nomē sit ipsum rei vocabulū. vt verbi gratia: cu quęlibet res homo dicatur. Q; autem ipsum vocabulū idest homo nomē vocatur/ nō ad significationem nominis ipsius refertur: sed ad figuram/ iccirco q; possit casib⁹ inflecti. Ergo prima positio nominis secundum significationem vocabuli facta est: secunda vero/ secundum figuram. et est prima positio/ vt nomina rebus imponerentur: secunda vero vt aliis nominibus ipsa nomina designarentur. Nam cum homo vocabulum sit subiectę substantię: id qđ dicitur homo/ nomen est hominis/ idest ipsius nominis appellatio est. Dicimus enim quale vocabulū est homo: et proprie respōdetur/ nomē. In hoc igitur opere hæc intentio est/ de primis rerum nominibus/ et de vocibus res significantibus disputare: nō in eo q; secūdū aliquā proprietatem figurāq; formāt/ sed i eo q; significātes sūt. Nā cū vel de substātia vel facere vel pati dicit/ nō ita tractat/ qualiv nū eorū casibus inflecti possit/ aliud tēporib⁹ pmutari: sed quasi aut hominē/ aut equū/ aut idiuiduū aliqđ/ aut speciē genusue significet. Est igit huius operis intentio: de vocib⁹ res significātibus in eo q; significātes sunt ptractare. Hæc quidē est temporī introductionis et simplicis expositionis apta sentētia: quā nos nunc Porphyrium sequētes/ q; videbatur expeditior esse planiorq; digessimus. Est vero in mente de tribus olim quęstionibus disputare: quarū vna est quid prędicamētorum velit intentio. ibiq; numeratis diuersorum sententiis docebimus cui nostrum quoq; accedat arbitrium: qđ nemo huic impræsentiarum sententiæ repugnare miretur/ cum videat quanto illa sit altior Porphyrii/ cuius non nimium ingredientium mentes capaces esse potuissent/ ad quos mediocriter imbuendos ista conscripsimus. Afficiendi ergo/ et quodā modo disponendi mediocri expositione sunt in ipsis quasi disciplinę huius foribus: quos ad hanc paramus scientiam admittere. Hanc igitur causam mutatę sententiæ vtriusq; operis lector agnoscat/ q; illic ad scientiā Pithagoricā perfectamq; doctrinā: hic ad simplices introducendorū motus expositionis sit accōmodata sentētia. Sed nunc ad propositū reuertamur sitq; in prēsens prædicamentorū intētio quę superius est cōprehensa: idest de primis vocibus significātibus prima rerū genera/ in eo q; significātes sunt disputare. Et quoniā res infinitæ sunt: infinitas quoq; voces quæ significēt eas esse necesse est. sed infinitorum/ nulla cognitio est infinita. namq; animo comprehēdi nequeunt. quod autem ratione mentis circūdari non potest: nullius scientię fine cōcluditur. quare infinitorum scientia nulla est. Sed hic Aristoteles non de infinitis rerum significationib⁹ tractat: sed decem prędicamenta cōstituens ad quę ipsa infinita multitudo significantium vocū referri debeat/ terminauit. Verbi gratia: cū dico homo/ lignū/ lapis/ equs/ animal/ plūbū/ stagnū/ argentum/ aurum/ hęc & alia huiusmodi quę nimirum infinita sunt: hęc omnia ad vnum substantiæ vocabulum deducuntur. hęc namq; etsi qua sunt alia quę certe sunt infinita vocabula: vnum substantiæ nomen includit. Rursus cum dico bipedale/ tripedale/ sex/ quattuor/ decem/ lineam/ superficiem/ soliditatem/ & quæcumq; alia ex eodem sunt genere infinita: vno quantitatis nomine continentur/ vt hæc omnia sub quantitate ponantur. Rursus cum dico album/ vel scientiam/ vel bonum/ vel malum/ vel alia huiusmodi quę q; in hoc genere quoq; infinita sunt: vnum tamen nomē cōcludēs omnia qualitatis occurrit/ et de aliis quoq; similiter. Rerum ergo diuersarum indeterminatam infinitamq; multitudinem/ decem prędicamētorū paucissima nu-

Prima impositio

Secunda

Obiectio

Solutio

merositate cõclusit: vt quę infinita sub scientiã cadere nõ poterant/ decem generibus propriis diffinita scientię cõprehensione claudãtur. Ergo decem prædicamẽta quę dicimus: infinitarum in vocibus significationũ genera sunt. Sed quoniam omnis vocũ significatio de rebus est quę voce significantur: in eo ꝙ significantes sunt/ genera rerum necessario significabunt. Vt igitur cõcludenda sit intẽtio: dicẽdum est in hoc libro de primis vocibus prima rerũ genera significãtibus in eo ꝙ significantes sunt/ dispositum esse tractarũ. ¶ Sed quoniã de intẽtione dictũ est: breuiter huius operis vtilitas explanãda est. Nam cum res infinitę infinitis quoꝫ vocibus significarẽtur, et (vt dictũ est) sub scientia venire nõ possent: hac definitione qua decẽ prędicamẽtorum diuisio facta est/ cunctarum rerũ et vocum significantiũ acquirimus disciplinã. Hinc est ꝙ ad logicã tẽdẽtibus: primus hic legẽdus liber occurrit. iccirco/ ꝙ cum omnis logica syllogismorum ratione sit cõstituta/ syllogismi vero propositionibus coniungãtur/ propositiones vero sermonibus cõstẽt: prima est vtilitas quid quisqꝫ sermo significet propria scientiæ diffinitione cognoscere. Hæc quoꝫ nobis de decẽ prædicamentis inspectio/ et in physica Aristotelis doctrina/ et in moralis philosophiæ cognitione perutilis est: qđ p singula currẽtibus magis liquebit. ¶ Quocirca de ordine quoqꝫ huius libri eadẽ ratio est. Nam quoniã res simplices cõpositis priores sũt (quæ enim cõposita sũt/ ex simplicibus cõponũtur) hic quoniã de simplicibus vocibus res significãtibus disputatur secundũ ipsius simplicitatis principalẽ naturam: primus hic Aristotelis inchoantibus liber addiscitur. Nec illud fere dubium est: ad quã partẽ philosophiæ huius libri ducatur intẽtio, iccirco/ quoniã quidẽ ꝙ de significãtibꝰ vocibus tradit: de rebus quoqꝫ est aliquatenus tractaturus. Res etenim & rerũ significatio iũcta est: sed principaliter erit illa disputatio quæ de sermonibus est/ secũdo vero loco illa quę de rerũ ratione formatur. quare/ quoniam omnis ars logica/ de oratione est: et i hoc opere de vocibus principaliter pertractat. Quãꝫ enim sit huius libri relatio ad cęteras quoqꝫ philosophiæ partes: principaliter tamen refertur ad logicã. de cuius quodã modo simplicibus elemẽtis/ id est de sermonibus in eo principaliter disputatur. ¶ Aristotelis vero neqꝫ vllꝰ alterius liber est: iccirco ꝙ in omni philosophia sibi ipse de huius operis disputatione cõsentit/ et breuitas ipsa atqꝫ subtilitas ab Aristotele nõ discrepat. alioquin interruptũ imperfectũqꝫ opus edidisse videretur qui de syllogismis scriberet: si aut de propositionibus prætermisisset/ aut de primis vocibus tractatum quibus ipsę propositiones cõtinẽtur/ omitteret. quãꝫ extet alter Aristotelis liber de eisdẽ disputans eadẽ fere cõtinẽs/ cũ sit oratione diuersus: sed hic proprietatis liber calculum cepit. Architas autem duos composuit libros/ quos καθολου λογους inscripsit: quorũ in primo hæc decẽ prędicamẽta disposuit. Vnde posteriores quidã nõ esse Aristotelem huius diuisionis inuẽtorem suspicati sunt: ꝙ Pithagoricus vir eadem cõscripsisset, in qua sentẽtia Iamblicus philosophus est nõ ignobilis, cui non cõsentit Themistius/ neqꝫ cõcedit eũ fuisse Architã qui Pithagoricꝰ Tarẽtinusqꝫ esset/ quiqꝫ cum Platone aliquãtulũ vixisset: sed Peripateticũ aliquẽ Architã/ qui nouo operi authoritatẽ vetustate nomini cõcederet. sed de his alias. ¶ Restat inscriptio quæ varia fuit. Inscripsere nãqꝫ alij de rebus/ alij de generibus rerũ: quos eadẽ similisqꝫ culpa cõfudit. Nãqꝫ (vt docuimus) nõ de rerũ generibus/ neqꝫ de rebus: sed de sermonibus rerum genera significãtibus in hoc opere tractatus habetur. hoc vero Aristoteles ipse declarat cũ dicit. Eorum quæ secundũ nullam cõplexionem dicuntur: singulum aut substãtiam significat/ aut quantitatem. Qz si de rebus diuisionẽ faceret: nõ dixisset significat. res enim significatur: non ipsa significat. Illud quoqꝫ maximo argumento est/ Aristotelẽ non de rebus/ sed de sermonibus res significantibus speculari: qđ ait. singula igitẽ eorũ quę dicta sunt/ ipsa quidẽ secundũ se in nulla affirmatione dicũtur vel negatiõe. horũ autẽ ad se inuicẽ cõplexione: affirmatio vel negatio fit. Res eni si iungãtur: affirmationẽ nullo modo perficiũt. affirmatio nãqꝫ in oratione est. Quocirca si prędicamẽta iuncta faciũt affirmationem/ affirmatio vero nõ nisi in oratione est/ quę autẽ iungũtur vt affirmatio fiat hęc sunt rerũ significãtes voces: prędicamentorũ tractatus nõ de rebus sed de vocibus est. male igitur vel de rebꝰ vel de rerũ generibus inscripserunt. ¶ Annotât alii hunc librũ legẽdũ ante topica: qđ nimis absurdum est. Cur enim nõ magis ante physicam: quasi vero minor huius sit libri vsus in physicis cum primi resolutorii ante topica prælegãtur/ & ante primos resolutorios/ peri hermenias liber ad cognitionem veniat inchoantis? cur nõ magis hũc librum vel ante peri hermenias/ vel ante resolutorios inscripserũt? quare repudiãda est inscriptionis istius quoqꝫ ista sententia. Dicendumqꝫ est/ quoniã rerũ prima decem genera sunt: necesse fuit decẽ quoqꝫ esse simplices voces q̃ de subiectis rebus dicerẽtur. omne enim qđ significat: de illa re dicitur quã significat. Inscribẽdꝰ igitur liber est de decem prędicamentis. ¶ Sed forte quis dicat/ si de significãtibꝰ rerũ vocibus ipsa disputatio est: cur de ipsis disputat rebus? Cui dicẽdum est/ quoniã res semper cum propria significatione cõiũctę sunt: et qcquid in res venit hoc idẽ in rerũ vocabulis inuenit. quare recte

Vtilitas

Ordo

Alter Aristotelis liber: metaphysicã intelligit

Inscriptio

Obiectio Solutio

de vocabulis diſputãs: proprietatẽ ſignificãtium vocũ de iis quę ſignificabantur id eſt de rebus

Queſtio aſſumpſit. ¶Erit alia quoq; fortaſſe queſtio: cur cũ hic orationẽ in decẽ prædicamẽta ſit partit9/

Dilutio in peri hermenias libro/ in duas tãtũ partes diuiſionẽ fecit/ in verbum videlicet & in nomẽ. Sed hoc intereſt/ q; illic figuras vocabulorũ diuidit: in hoc de ſignificationibus tractat. quare non eſt ſibiipſi cõtrarius. In peri hermenias enim libro de nomine & verbo cõſiderat quę ſecundum figurã quandã vocabuli ſunt: q; illud inflecti caſibus poteſt/ illud variari per tẽpora. hic vero nõ ſecundũ has figuras: ſed in eo q; voces ſignificantes ſunt/ diſputatur. quare diuerſam in diuerſis rebus atq; tractatibus faciendo diuiſionẽ: nulla cõtrarietate notabitur. Neq; nũc orationẽ diuidit: ſed ad multitudinem generũ nomina ipſa diſpartit. nã quoniam decem rerũ genera ſunt: nõ ſecundũ orationẽ/ ſed ſecundũ rerũ ſignificationem in decẽ prędicamenta voces diuidit/ deq; his tractat. Atq; ideo neceſſe fuit quodã modo diſputationem de rebus quoq; miſceri: ita (vt dictũ eſt) vt non aliter niſi ex rebus/ proprietates in ſermonibus apparerent. atq; ita non de rebus proprie ſed de prædicamẽtis: id eſt de ipſis rerũ ſignificatiuis vocibus in eo q; ſignificantes ſunt ſeriẽ diſputationis orditur. Cur autẽ ſi de prædicamentis diſputat: de æquiuocis vel

Queſtio Reſpõſio vniuocis vel de denominatiuis/ primus illi tractatus eſt: Iccirco nimirũ q; quędã ſemper a diſputantibus præmittuntur: quibus poſitis facilior de ſequentibus poſſit eſſe doctrina. vt in geometria prius termini præponũtur: poſt theorematũ ordo cõtexitur. Ita quoq; hic quicquid ad prædicamentorũ diſputationes eſſe poſſit vtile: prius q̃ ad ipſa prædicamẽta veniret/ expoſuit. quare quoniã quę prædicenda erant explicaui nunc ad ipſius diſputationis ſeriẽ/ textũq; veniamus.

¶DE ÆQVIVOCIS/ VNIVOCIS ET DENOMINATIVIS. Cap.I.

»
»
»
»

EQVIuoca dicuntur quorũ nomen ſolũ cõmune eſt: ſecũdum nomẽ vero ſubſtãtiæ ratio diuerſa. Vt animal et homo & qd pictũ eſt. Horũ enim ſolũ nomen cõmune eſt: ſecundũ nomẽ vero ſubſtãtiæ ratio diuerſa. ſi enim quis aſſignet quid ſit eorum vtrũq; quo animal eſt: propriã aſſignabit vtriuſq; rationem. ¶Quid autẽ æquiuoca/ vel vniuoca/ vel denominatiua vtilitatis habeãt: ſecundũ ipſas ſingulorũ rationes/ diffinitioneſq; tractabit. ¶Omnis res: aut nomine aut diffinitione mõſtratur. namq; ſubiectã rem aut proprio nomine vocamus: aut diffinitione quid ſit oſtẽdimus. vt verbi gratia/ quãdã ſubſtantiã vocamus hominis nomine: & eiuſdem definitionẽ damus dicentes/ hominem eſſe animal rationale mortale. ergo quoniam omnis res aut diffinitione/ aut nomine declaratur: ex his duob9 nomine ſcilicet & diffinitione diuerſitates quattuor creãtur. ¶Omnes nãq; res: aut eodẽ nomine/ et eadẽ diffinitione iunguntur/ vt homo et animal. vtraq; enim animalia dici poſſunt: & vtraq; vna diffinitione iunguntur. eſt namq; animal/ ſubſtantia animata ſenſibilis: & homo rurſus/ ſubſtantia animata

Inueſtigat vniuoca

Diuerſiuoca

Multiuoca

Aequiuoca ſenſibilis/ et hęc vocantur vniuoca. ¶Alia vero quę neq; nominibus/ neq; diffinitionibus coniunguntur. vt ignis/ lapis/ vel color/ vel quæ propriæ ſubſtantię natura diſcreta ſunt. hęc autem vocãtur diuerſiuoca. ¶Alia vero quę diuerſis nominibus nũcupãtur/ & vni diffinitioni deſignationiq; ſubduntur: vt gladius/ enſis. hęc enim multa ſũt nomina: ſed id qd ſignificant/ vna diffinitione declaratur. & hoc vocatur multiuocũ. ¶Alia vero q̃ nomine quidẽ cogruunt. ſed diffinitionibus diſcrepãt: vt eſt homo verus/ homo pictus. nã vtrũq; vel animalia/ vel homines nũcupantur. ſi vero quis velit picturã hominẽq; diffinire: diuerſas vtriſq; diffinitiones coaptabit. & hæc vocãtur æquiuoca. Quare quoniã quid ſint æquiuoca dictum eſt: ſingulas Ariſtotelicę diffinitionis ſentẽtias perſequamur. ¶Aequiuoca inquit dicũtur. Res per ſeipſę æquiuocę nõ ſunt: niſi vno nomine prędicẽtur. quare quoniã vt æquiuoca ſint/ ex cõmuni vocabulo trahunt: recte

Q3 in verbis fiat æquiuocatio ait/ æquiuoca dicũtur. nõ enim ſunt æquiuoca. ſed dicũtur. Fit autẽ nõ ſolum in nominibus/ ſed etiã in verbis æquiuocatio: vt cum dico cõplector te/ et cõplector a te. in quibus ſignificationib9 cũ vnũ nomen ſit cõplector: alia tamen faciendi ratio eſt/ alia patiẽdi. atq; ideo id quoq; æquiuocatio eſt. vnũ enim nomẽ qd eſt complector: diuerſis faciendi & patiẽdi diffinitionibus termi

In prępoſitionibus et coniunctionibus natur. In præpoſitionibus quoq; & in cõiunctionibus frequẽter æquiuocatio reperitur. atq; ideo qd ait/ quorũ nomen ſolum cõmune eſt: nomẽ accipiẽdum eſt omnis rerũ per vocẽ ſignificatio. ideſt omne vocabulũ nõ propriũ ſolum neq; appellatiuũ/ qd ad illud tantum nomẽ pertinet qd caſibus inflecti poteſt: ſed ad omnem rerũ ſignificationẽ qua rebus impoſita vocabula prędicamus. ¶Solũ autem duobus modis dicitur. ſemel/ cũ aliquid vnũ eſſe dicimus vt ſi dicam9. ſolus eſt mundus: ideſt vnus. Alio vero modo cũ dicimus ad quãdã ab altero diuiſionẽ: vt ſi dicat qs ſolã me habere tunicã/ ideſt non etiam togam/ ad diuiſionẽ videlicet togę. hic ergo Ariſtoteles poſuit/ dicens ſolũ nomẽ cõmune: quaſi hoc voluiſſet intelligi/ nõ etiam diffinitio. æquiuoca enim iungũtur nomine: ſed diffinitione diſſentiũt. ¶Cõmune quoq; multis dicitur modis. Dicitur cõmune qd in partes diuiditur/ & nõ iam totũ/ cõmune eſt: ſed partes eius ꝓprię ſingulorũ/ vt do-

mus. Dicitur cõmune qđ in partes non diuiditur/ sed viciſſim in vſus habentium trãſit/ vt ſeruus cõmunis vel equus. Dicitur etiam cõmune qđ vtendo/ cuiuſq; fit proprium: poſt vſum vero in cõmune remittitur/ vt eſt theatrum. nam cũ eo vtor/ meũ eſt: cum inde diſcedo/ in cõmune remiſi. Dicitur quoq; cõmune/ qđ ipſum quidem nullis diuiſum partibus/ totum vno tẽpore in ſingulos venit. vt vox vel ſermo ad multorum aures vno eodemq; tẽpore totus atq; integer peruenit. Secundũ hanc igitur vltimam cõmunis ſignificationem: Ariſtoteles putat ęquiuocis rebus cõmune eſſe vocabulum. Namq; in homine picto & homine viuo/ in vtriſq; totũ vocabulum dicitur animalis: ſecundum nomen vero ſubſtantiæ ratio diuerſa. hoc hac ſignificatione pręmittit: vt ſi aliter reddantur diffinitiones q̃ ſecundum nomen/ ſtatim tota diffinitio labet & titubet. Ac primum de diffinitionis proprietate dicendum eſt. ¶Illę enim certę diffinitiones ſunt: quę cõuertũtur. vt ſi dicas quid eſt homo/ animal rationale mortale: verũ eſt. quid eſt animal rationale mortale/ homo: hoc quoq; verum eſt. At vero ſi ita quis dicat/ quid eſt homo/ ſubſtantia animata ſenſibilis: verum eſt. quid ſubſtantia animata ſenſibilis: homo. hoc nõ modis omnibus verum eſt: iccirco/ q; equus quoq; eſt ſubſtantia animata ſenſibilis/ ſed homo non eſt. ergo illas conſtat eſſe diffinitiones integras quę cõuerti poſſunt. Sed hoc fit in iis quæ non de cõmuni ſed vno tantũ/ vt cum de hominis nomine/ redduntur. verbi gratia/ animal eſt cõmune nomen/ ſi dixerit quis homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis/ procedit: ſed nõ cõuertitur/ quia de cõmuni nomine reddita eſt diffinitio. ſin vero de vno nomine redditur: tunc de ipſo nomine facienda eſt diffinitio/ ſic tamen eſt recte facienda vt hominis diffinitio ſit animal rationale mortale/ nõ ſubſtantia animata ſenſibilis. hęc enim ſecundũ hominis nomen: illa ſecundũ animalis eſt reddita. Idem etiam in iis nominibus/ quę de duabus rebus cõmunirer prędicãtur: ſi ſecũdum nomẽ/ ſubſtantię ratio nõ reddatur. ¶Poteſt aliquoties fieri/ vt ex vniuocis ęquiuoca ſint: & ex ęquiuocis/ vniuoca. Namq; homo atq; equus/ cũ ſecundũ nomẽ animalis vniuoca ſint: poſſunt eſſe ęquiuoca/ ſi ſecundũ nomen minime diffinita ſint. Homo nãq; & equus/ cõmuni nomine animalia nũcupantur. ſi quis ergo hominis reddat diffinitionem dicẽs animal rationale mortale/ & equi/ animal irrationale hinnibile: diuerſas reddidit diffinitiões/ & erunt res vniuocę in ęquiuocas permutatę. hoc autẽ iccirco euenit/ q; diffinitiones nõ ſecundum animalis nomẽ redditę ſunt/ qđ eorum cõmune vocabulũ eſt: ſed ſecundum hominis atq; equi. Nam ſi ſecundũ cõmune nomẽ diffinitio redderetur/ ita fieret: homo eſt ſubſtãtia animata ſenſibilis/ ſecundũ nomẽ ſcilicet animalis. & rurſus equus eſt ſubſtãtia animata ſenſibilis/ ſecundum nomẽ rurſus animalis. ſecundum idẽ namq; animalis vocabulum: equus atq; homo vniuoce prędicãtur. ¶Rurſus ex ęquiuocis vniuoca fiunt hoc modo. Si quis Pyrrum Achillis filium/ & Pyrrum Epyroten dicat eſſe ęquiuocos iccirco q; vno nomine & Pyrri dicãtur/ & ſint animalia rationalia atq; mortalia: hic ſecundũ nomen hominis reddita diffinitio ex ęquiuocis fecit vniuoca. q; ſi ſecundum nomẽ Pyrri/ diffinitionis ratio iungeretur vel a parentibus vel a patria: diuerſis oporteret diffinitionibus terminari. Recte igitur additum eſt/ ſecundũ nomen: iccirco q; ſi aliter facta ſit diffinitio ſtabilis eſſe nõ poterit/ & frequẽter diuerſos ſecum ducit errores. ¶Ratio quoq; multimode dicitur. Eſt enim ratio animę/ & eſt ratio cõputãdi/ & ratio naturę/ ipa nimirũ ſimilitudo naſcẽtium/ eſt et ratio quę in diffinitionibus vel deſcriptionibus redditur. Et quoniam genera generaliſſima genere carent/ indiuidua vero nulla ſubſtantiali differentia diſcrepãt/ diffinitio vero ex genere & differẽtia trahit: neq; generaliſſimorũ generũ neq; indiuiduorum vlla poteſt diffinitio reperiri. Subalternorum vero generũ/ quoniam & differentias habent & genera: diffinitiones eſſe poſſunt. At vero quorum diffinitiones reddi nequeunt: illa tantũ deſcriptionibus terminantur. ¶Deſcriptio aũt eſt: quę quãlibet rem quadã proprietate deſignat. Siue ergo diffinitio ſit/ ſiue deſcriptio: vtraq; rationẽ ſubſtantiæ deſignat. quare cum ſubſtantiæ rationem dixit: & diffinitionis & deſcriptionis nomẽ incluſit. ¶Aequiuocorũ: alia ſunt caſu/ alia conſilio. Caſu: vt Alexãder Priami filius/ & Alexander magnus. caſus enim id egit: vt idem vtriq; nomẽ poneretur. Conſilio vero ea ſunt: quęcũq; hominũ voluntate ſunt poſita. ¶Horum autem alia ſunt ſecundũ ſimilitudinem/ vt homo pictus/ & homo verus: quo nunc vtitur Ariſtoteles exemplo. Alia ſecundũ proportionem: vt principium. namq; principium eſt in numero vnitas: in lineis punctus. & hęc æquiuocatio ſecundũ proportionem eſſe dicitur. ¶Alia vero ſunt quę ab vno deſcendũt: vt medicinale ferramentum/ medicinale pigmẽtum. ab vna enim medicina ęquiuocatio iſta deſcẽdit. Alia quę ad vnum referuntur: vt ſi quis dicat ſalutaris vectatio eſt/ ſalutaris eſca eſt. hęc ſcilicet iccirco ſunt ęquiuoca: q; ad ſalutis vnũ vocabulum referũtur. ¶Cur autem prius de ęquiuocis: poſt de vniuocis tractat? ¶Iccirco q; ipſa decem prędicamẽta cum diffinitionibus diuerſa ſint: vno prędicationis vocabulo nuncupantur. cuncta enim/ prædicamenta dicimus. Ipſa vero prędicamenta quoniam rerum genera

FRANCISCVS.

Diffinitiõis proprietas.

Poteſt aliquoties fieri, exiſtimãt ſi cõmune nomẽ aĩal et cõem rationẽ reſpicis: hominẽ & equũ vniuoca eſſe. q; ſi idẽ nomẽ ſed rationes ſpeciales: eẽ ęquoca. nam nomẽ cõe aĩal ĩ vtriſq; rationibus reperies: ſed rationes ſubſtãtię diuerſas.

Deſcriptionis diffinitio.

Aequocoꝝ diuiſio.

Equi. a cõſilio diuiſio

Secunda.

Queſtio.

Reſponſio.

ſunt· de ſubiectis rebus vniuoce prædicantur omne enim genus de ſpeciebus proprijs vniuoce dicitur/ quare rectius primo de omnium prædicamẽtorum cõmuni vocabulo tractat: quaſi
Alia q̃ſtio. que nadmodum ſingula de ſpecialibus proprijs prædicarẽtur/ exponeret. ¶Artis(vt dictũ eſt)nõ
de rebus/ſed de nominibus huius libri intentio eſt: cur de æquiuocis & no de æquiuocatione tra
Solutio ctauit/æquiuocã nãq; res ſunt: æquiuocatio vero vocabulum. ¶Iccirco/quoniã ipſum nomẽ ni
chil in ſe retinet æquiuocationis. niſi diuerſi ſint res/ de quibus illud vocabulum prædicetur.
De tranſla quare/quia inde ſubſtantiam ipſa æquiuocatio trahit· de ipſis dignius inchoatum eſt. ¶Vide
tione. tur autem alius eſſe modus æquiuocationis quẽ Ariſtoteles omnino nõ recipit. Nam ſicut dici
tur pes hominis/ita quoq; dicitur pes nauis & pes montis/quę huiuſmodi omnia ſecundã trãſ
lationem dicũtur. tranſlatio vero nullius proprietatis eſt. quare æquiuoca nunq̃ ſunt· niſi pro
prijs & immutabilibus ſubiectæ res vocabulis appellentur. eſt aute talis horũ. vniuerſalis ſpe
ctio. Neq; enim omnis tranſlatio ab æquiuocatione ſeiungitur: ſed ea tantu/ cum ad res haben
tes poſitum vocabulũ/ ab alia iam nominata re nomen ornatus cauſa trãſfertur. Vt quia iam
dicitur quidẽ auriga dicitur etiam gubernator ſi quis ornatus gratia eum qui gubernator eſt/
dicat auriga: nõ erit auriga nomẽ æquiuocum/ licet id diuerſa/ ideſt moderatorem currus na
uis ſig̃ificet. Sed quoties res quidem vocabulo eget & ab alia quidem re quã habet/ vocabu
lum ſumit tunc ita tranſlatio æquiuocationis retinet proprietatem. vt ex homine viuo: ad pi
ctu a nomen hominis dictum eſt. Et de æquiuocis hactenus: nũc de vniuocis pertractemus.

» ¶Vniuoca vero dicuntur quorum nomen cõmune eſt: & ſecundũ nomẽ eadem ſubſtantiæ ra
» tio vt animal & homo atq; bos. comuni enim nomine horum vtrũq; animal nũcupatur: & eſt
» ratio ſubſtãtiæ eadem. Si quis enim aſſignet vtriuſq; rationem/ quid vtrũq; eſt quo animal eſt:
» eandem aſſignabit rationem. ¶Poſt æquiuocorum diffinitionem ad vniuocorũ terminũ/ trãſi
tum fecit: in quibus nichil aliud diſcrepat/ niſi q̃ æquiuoca diffinitiõe diſiuncta ſunt/ vniuoca
ioſo quoq; termino cõiunguntur ſed cætera omnia quæcũq; in æquiuocorum diffinitione dicta
ſunt in hac quoq; vniuocorũ deſignatione cõueniãt. Nam queadmodũ in æquiuocis ſecũdã
nomen quidditatis diffinitio fiebat ita quoq; in vniuocis ſecundum nomen ſubſtantiæ ratio
Genera aſſignatur. ¶Sunt autem vniuoca: aut genera ſpeciebus/ aut ſpecies ſpeciebus. ¶Genera
ſpecieb9 deſt p cies vt animal atq; homo Nam cũ ſit hominis animal genus. dicitur homo animal. ergo
& animal & homo· animalia nuncupãtur. ¶Secũdum igitur cõmune nomẽ ſi vtrũq; diffinias:
ſpecies d ſanimale ſubſtantiã animatã atq; ſenſibilem. hominem quoq; ſecundum id qđ animal
ſit ſubſtãtiam animatã ſenſibilem dixeris: nichil in eo falſitatis inuenies. ¶Species vero ſpe
cies eb ebus vniuocis ſunt. quę vno atq; eode genere cõtinẽtur. vt homo/ equus/ atq; bos. his cõmu
Cũ genus eſt animal & comuni nomine animalia nominantur. ergo ſecũdum nomẽ vnum qđ
cũq; illorũ eſt animalis vna illis ratio diffinitionis aptabitur. cũcta enim ſunt/ ſubſtantię ani
tra alo natę atq; ſubſtãtiales ſubſtãtias. Secũdum igit poſteriorẽ vniuocationis deſignationẽ Ariſtoteles(qua ſpecies
es & ſpecies vniuocę ſunt. vt homo & equus atq; bos/ quę ſub eodẽ ſũt genere) ſumpſit exẽplũ.
Logos » ¶Denominativa vero dicuntur quęcũq; ab aliquo/ſolo differẽtia caſu: ſecũdum nomẽ habẽt
» appellationẽ vt a grãmatica grãmaticus: & a fortitudine fortis. ¶Hęc quoq; diffinitio nichil
habet obſcuri. Caſus enim antiqui nominabant: aliquas nominũ trãſfigurationes: vt eſt a iu
ſtitia iuſtus a fortitudine fortis & cętera. hęc igitur nominis trãſfiguratio/ caſus ab ãtiquioribꝰ
vocabatur Atq; ideo quotieſcũq; aliqua res alia participat: ipſa participatione ſicut rem ita
quoq; nomẽ adipiſcitur. vt quidam homo quia iuſtitia participat: & rẽ quoq; inde trahit/ et no
men dicitur enim iuſtus. Ergo denominativa vocãtur: quęcũq; a principali nomine/ ſolo caſu/
id eſt ſola trãſfiguratione diſcrepãt. Nam cum ſit nomẽ principale iuſtitia: ab hoc trãſfiguratũ
nomẽ iuſtus efficitur Ergo illa ſunt denominativa quęcũq; a principali nomine ſolo caſu/ ideſt
ſola trãſfiguratione nominis diſcrepãtia: ſecũdum principale nomen habẽt appellationem.
¶Tria ſunt autẽ neceſſaria: vt denominativa vocabula cõſtituãtur. prius vt re participet/ poſt
vt nomine/ poſtremo vt ſit quædam nominis trãſfiguratio. vt cum aliquis dicitur a fortitudine
fortis. Eſt enim quędam fortitudo. qua fortis ille participet. habet quoq; nominis participatio
nem fortis enim dicitur, at vero eſt quędam trãſfiguratio. fortis enim & fortitudo nõ eiſdẽ ſyl
labis terminãtur. ¶Si quid vero ſit qđ re nõ participet: neq; nomine participare poteſt. quare
quęcũq; re nõ participant: denominativa eſſe nõ poſſunt. ¶Rurſus quę re quidem participãt/
nomine vero minime: ipſa quoq; a denominativorum natura diſcreta ſunt. vt ſi quis cũ ſit ſtu
dioſus virtute ipſa participet: nullo eum alio nomine niſi ſapientem vocamus. ſed virtus & ſa
pientia nomine ipſo diſiũcta ſunt. hic ergo re quidem participat: nomine vero minime. Quare
Stoicũ. ſapiens a virtute denominatus eſſe nõ dicitur: ſed a ſapiẽtia/ qua ſcilicet & participat/ & nomi
ne iungitur/ & trãſfiguratione diuerſus eſt. ¶Et rurſus ſi trãſfiguratio nõ ſit, vt quædã mulier

muſica/ participat quidē ipſa muſicę diſciplina: & dicitur muſica. hic igitur nō ē denominatiua: ſed ęquiuoca. vno enim nomine & diſciplina ipſa/ & mulier: muſica dicitur. Quoniā ergo ſimilis terminus ſyllabarum eſt/ & nomen ſimile/ & nulla tranſfiguratio: denominatiua eſſe nō poterunt. Quare quicquid denominatiuum eſſe dicitur: illud & re participabit/ & nomine/ & aliqua tranſfiguratione vocabulum diſcrepabit. Hęc igitur quę ad prædicamenta neceſſaria credidit præmiſit. ¶Multiuoca vero & diuerſiuoca reſpuit: q̄ ad pręſentē tractatum vtilia nō putauit. breuiter tamē vtraq; diffiniēda ſunt. ¶Multiuoca ſunt quorum plurima nomina/ vna diffinitio eſt: vt eſt ſcutum clypeus. his enī plura nomina ſunt: ſed vna diffinitio eſt. Et Marcus Portius Cato. his enim tot nominibus/ res vna ſubiecta eſt. ¶Diuerſiuoca ſunt: quorum neq; nomē idem eſt: neq; eadē diffinitio. vt homo/ color/ & quicquid omnino a ſe & nominis nuncupatiōe & diffinitionis ratione diſcretum eſt.

Diffinitio multiuocorum.

Diffinitio diuerſiuocorum.

¶DE COMPLEXIS ET INCOMPLEXIS. Cap. II.

»» EOrum quę dicuntur alia quidem ſecūdum cōplexionē dicuntur/ alia vero ſine cōplexione. Et ea igitur quę ſecūdū cōplexionē dicūtur ſunt/ vt homo currit. homo vicit. »» Ea vero q̄ ſine cōplexione dicūtur ſunt/ vt homo. bos. currit. vincit. ¶Poſtq̄ de cōiūctione diffinitionū/ atq; nominū quantū ad pręſens attinebat opus/ ſufficiēter expoſuit/ quoniam de primis nominibus prima rerū genera ſignificantibus diuiſio faciēda eſt/ nō nomine ſed genere diſcrepātibus: nunc oſtēdit quid ſine cōplexione ſit cuiuſlibet vocabuli facta prolatio. ¶Sine cōplexione enim dicūtur: quęcūq; ſecundū ſimplicē ſonum nominis proferūtur. vt homo. equus. his enim/ extra nichil adiūctum eſt. ¶Secundū cōplexionem vero dicūtur: quęcūq; aut aliqua coniūctione copulantur/ vt aut Socrates/ aut Plato/ vel quęcūq; ſecundū aliquod accidens coniūgūtur. Nam quia verbi gratia in Socratem venit ambulatio/ dicimus Socrates ambulat. & eſt prolatio iſta ſecundū cōplexionē: iccirco/ quia cum dico Socrates ambulat/ Socratē ſum cū ambulatione cōplexus. Qđ autem ait/ eorū quę dicūtur: nichil aliud demōſtrare vult/ niſi ſe de primis rerū vocabulis huius libelli diſpoſuiſſe tractatum. »» Rerum enim vocabula ſūt quę dicūtur. ipſa enim proprie nominamus. ¶Eorum quę ſunt/ alia »» de ſubiecto aliquo dicūtur: i ſubiecto vero nullo ſunt. vt homo de ſubiecto quidē dicitur quodam homine: in ſubiecto vero nullo eſt. Alia autē in ſubiecto quidem ſunt: de ſubiecto autē nullo dicuntur. In ſubiecto vero eſſe dico qđ cum in aliquo ſit nō ſicut quędā pars: impoſſibile ē eſſe ſine eo in quo eſt. vt quędā grāmatica in ſubiecto quidē eſt in anima: de ſubiecto vero nullo dicitur. & hoc albū in ſubiecto quidem eſt corpore. omnis enim color in corpore eſt. Alia vero de ſubiecto dicūtur: & in ſubiecto ſunt. vt ſcientia in ſubiecto quidē eſt in anima: de ſubiecto vero dicitur/ vt de grāmatica. Alia vero neq; i ſubiecto ſūt: neq; de ſubiecto aliquo dicūtur. vt quidā homo & quidā equus. Nichil enim talium neq; in ſubiecto eſt: neq; de ſubiecto aliquo dicitur. »» Simpliciter autē quę ſunt indiuidua/ & numero ſingularia: de ſubiecto nullo dicūtur. in ſubiecto autem nichil aliqua prohibet eſſe. quędā enim grāmatica in ſubiecto eſt: at de ſubiecto nullo dicitur. ¶Hic Ariſtoteles ſermonū omnium multitudinē in paruiſſimā colligit diuiſionem. Nam q̄ rerum vocabula in decem prędicamēta diſtribuit: maior hac diuiſione nō poteſt inueniri. nichil enī eſſe poterit/ qđ huic diuiſioni vndecimū adiici queat. Omnis enim res: aut ſubſtātia eſt/ aut quātitas/ aut qualitas/ aut ad aliquid/ aut facere/ aut pati/ aut quādo/ aut vbi/ aut habere/ aut ſitus. quocirca tot erunt etiam ſermones qui iſta ſignificent. Et hęc eſt maxima diuiſio cui vltra nichil poſſit adiungi: paruiſſima vero eſt quæ fit in quattuor in ſubſtantiam/ & accidens/ & vniuerſale/ & particulare. Omnis enim res: aut ſubſtātia eſt/ aut accidens/ aut vniuerſalis/ aut particularis. Sicut ergo decem ſuperioribus nichil adiici poterat: ita ex his quattuor nichil demi. nāq; nec minor vlla diuiſio his quattuor fieri poteſt: nec maior q̄ ſi denario limite prędicamēta claudātur. Cur aūt in his quattuor/ diuiſio facta eſt: paucis exponam. Prima quidem rerum eſt omnium diuiſio in ſubſtantiā atq; accidens. Sed quoniam ſubſtātia proferri nō poteſt/ niſi aut vniuerſaliter/ aut particulariter intelligatur. Nam cum dico homo: rem dixi vniuerſalem/ iccirco q̄ nomē hoc/ de multis indiuiduis prędicatur. cum vero dico Socrates vel Plato: rem dixi particularem. quoniā Socrates de nullo ſubiecto dicitur. Et accidens quoq; eodem modo. Nā cum dixero ſciētiam: rem protuli vniuerſalem/ iccirco q̄ ſcientia & de grāmatica/ & de rhetorica/ & arithmetica/ & de alijs omnibus ſub ſe poſitis prędicatur. ſi vero dixero Platonis ſcientiam (quoniam omne accidens qđ in indiuidua venit: indiuiduū fit) particularē ſcientiam dico. nāq; Platonis ſcientia: ſicut ipſe Plato/ particularis eſt. Igitur quoniā neq; ſubſtantia neq; accidens vllo modo proferri poteſt/ niſi in ſuo nomine/ aut vniuerſalitatis vim/ aut particularitatis includat: recte in quattuor diuiſio facta eſt/ vt ſit omnis res aut ſubſtantia/ aut accidens/ & horū aut vniuerſalis/ aut particularis. Ex his igitur quattuor: quattuor fiunt com-

Paruiſſimā antiqua dicit grāmaticorū cōſuetudine/ recta formatione ſuperlatiui a paruus.

Paruiſſima ātiquo grāmaticorū vſu (vt dictū eſt) deſt minima.

Cur autē in his q̄ttuor. p̄miſcue in his & i hęc dicere ſolet cōſueti- ta mē ē pticulā i/ poſit vocabula ſe-

ctionem diuisionēq; importātia accusatiuo iūgere. sed exigua & de qbus cērtent grammatici.

plexiones. Nam cum venerit vniuersalitas in substantiam: fit vniuersalis substantia. vt est homo/ vel animal. Vniuersale autem est qđ aptum est de pluribus prędicari. Particulare vero: qđ de nullo subiecto prædicatur. Ergo est vna cōplexio vniuersalitatis & substantię: vt sit substantia vniuersalis. Si vero particularitas substantiæ copuletur: fit substantia particularis. vt est Socrates/ vel Plato: & quicquid in substātia indiuiduum reperitur. At cum miscetur vniuersalitas accidenti: fit accidens vniuersale. vt scientia/ quę cum sit accidens/ & præter animam cui accidit esse non possit: tamen vniuersalis est q; de subiecta grāmatica/ vel alijs speciebus prædicari potest. Cum vero particularitas accidenti coniungitur: fit accidēs particulare. vt Platonis/ vel Aristotelis scientia. Fiunt enim quattuor cōplexiones: substantia vniuersalis/ substātia particularis/ accidens vniuersale/ accidens particulare. Vt autē accidens in substātię naturā trāseat/ vel substātia in accidens: fieri nullo modo potest. & accidens quoq; venit in substātiam: sed non vt substātia sit. Neq; enim quoniam color qđ est accidens/ venit in substantiā: iccirco color iam substātia est. nec quoniā substantia suscipit colorē: iccirco color iam substantia fit. Quare neq; substantia in accidentis: neq; accidens in substantię naturam transit. At vero nec particularitas/ nec vniuersalitas in se transeunt. Namq; vniuersalitas potest de particularitate prædicari: vt animal de Socrate/ vel Platone. et particularitas suscipiet vniuersalitatis prędicationem: sed nō vt vniuersalitas sit particularitas. nec rursus qđ particulare est: vniuersalitas fiat. Ergo quattuor cōplexiones/ vniuersalē substantiā/ vniuersale accidens/ particularem substantiam/ particulare accidens/ Aristoteles disponere cupiens: nō eorum nomina/ sed descriptiones apposuit. ¶ Et quoniam generalissimorū generū diffinitiōes nō poterat inuenire: descriptionibus vsus est/ id substantiā esse dicens qđ in subiecto nō esset/ accidens vero qđ in subiecto esset. Omne namq; accidens in aliquo est/ vt color in corpore/ scientia in anima: & subiectam habet substantiam omne accidens. si quis enim substantiam tollat: accidens nō erit. Quare substātia locus quidam est: vbi accidens valeat natura cōsistere. Ipsa vero substantia per se cōstat/ atq; ideo dicitur substantia: nec vllo subiecto alio nititur/ sed cūctis ipsa subiecta est. alioquin si substantia in vllo subiecto esse posset: esset accidens. Omne enim accidēs in subiecto est: & quicqd in subiecto est illud est accidens. q; si substantia esset in aliquo subiecto: cōtinuo fieret accidēs. sed substantia accidens esse nō potest: sicut supra docuimus. Quare quoniam accidens in subiecto est/ substantia vero accidens non est: substātia in subiecto non est. ¶ Vniuersalitatis vero descriptio est: de subiecto prędicari. omnis namq; vniuersalitas de subiectis particularibus prędicatur. Nam quoniā vniuersale est animal/ vel homo: de Socrate prædicatur/ & Platone. dicitur enim Socrates: animal/ atq; homo. Et quoniam vniuersale est accidens/ scientia: dicitur de subiecta grāmatica. grammatica enim scientia est. ¶ Particularitas vero quoniam ipsa est rerum vltima/ & nichil est illi subiectum: de nullo subiecto prædicatur. Nam quoniam vniuersalitas de subiecto prędicatur/ particularitas vero vniuersalitas nō est: particularitas de subiecto non prędicabitur. Vbi enim res discrepant: & diffinitio discrepabit. Ita quoq; in his. nam quoniam discrepat substantia & accidens: diffinitiones quoq; eorum discrepabunt. vt quoniā est accidens in subiecto: erit substātia nō in subiecto. Et quoniam vniuersalitas de subiecto prædicatur/ particularitas autem ab vniuersalitate discrepat: de subiecto nō prædicatur. Has igitur huiusmodi descriptiones Aristoteles ita permiscuit: dicēs/ eorum quę sunt/ alia de subiecto quodam dicuntur: in subiecto vero nullo sunt/ volens scilicet vniuersalem substantiam demōstrare. Nam quoniam dixit de subiecto dicūtur: vniuersale est. qđ vero ait i subiecto nullo sūt: substantia. Ergo qđ ait quędam de subiecto dici/ in subiecto vero nullo esse: vniuersalem substantiam demōstrare contēdit. vt enim sępius dictum est/ qđ de subiecto dicitur: vniuersale est. qđ i nullo subiecto est: substātia. Hec iuncta/ ideſt de subiecto quodam dici/ & in subiecto nullo esse: vniuersalem substantiam monstrant. Post vniuersalem substantiam particulare accidens posuit dicens. Alia aūt in subiecto quidem sunt: de subiecto autem nullo dicuntur. Nam qđ ait in subiecto sunt: accidens monstrat. quod vero addidit/ de subiecto autem nullo dicūtur: particulare. Accidens enim in subiecto est: particularitas de nullo subiecto prædicatur. Ergo quęcunq; res ipsa in subiecto est/ si de nullo subiecto prædicatur: accidens est particulare. vt est quędam grammatica/ ideſt Aristarchi/ vel alicuius hominis indiuidua grāmatica. Illa enim quoniam indiuidui hominis ē: ipsa quoq; facta ē indiuidua/ & particularis. Ergo quoniam quædam grāmatica in anima est: accidens est. & quoniam de nullo subiecto prædicatur: particularis ē. Quēadmodum enim ipse Aristarchus de nullo subiecto dicitur: ita quoq; eius grāmatica de nullo subiecto prędicatur. Non autem dicit q; ipsa grammatica particularis est: sed q; quædam grāmatica/ ideſt alicuius hominis indiuidui grāmatica/ quā scilicet homo particularis/ propria re-

tinet cognitionc. Et quoniam incorporale accidens posuit qđ animę accideret/ ideſt grāmaticam quę eſſet in anima: ponit quoq; aliud exemplū corporale, ait enim: & quoddam album in ſubiecto eſt corpore. omnis enim color/ eſt in corpore. Hic quoq; nō omne album dicit eſſe particulare: ſed qđ in indiuiduū corpus album venit. Probatur quoq; particulare album in ſubiecto eſſe hoc modo. Nam color qđ genus eſt albi/ vel cuiuſdam albi in corpore eſt: & eſt in ſubiecto. quare cuius genus in ſubiecto eſt: ipſum quoq; in ſubiecto eſt. Omnes enim ſpecies/ vel indiuidua: proprio genere cōtinentur/ & eiuſdem habēt naturam. Quoniam vero eſſe ī aliquo multis dicitur modis: quid velit Ariſtoteles oſtēdere eſſe ī ſubiecto/ paucis abſoluam. ¶ Dicitur enī eſſe in aliquo nouem modis. Dicimus enim aliquid eſſe in loco: vt in foro/ vel in theatro. ¶ Dicimus quoq; eſſe in aliquo/ vt in aliquo vaſe: vt triticū in modio. ¶ Dicitur eſſe in aliquo velut pars in toto: vt manus in corpore. ¶ Dicitur eſſe in aliquo/ velut totum ī partibus: vt corpus in omnibus ſuis partibus. ¶ Rurſus velut in genere ſpecies/ vt in animali homo: vel genus ī ſpeciebus ſuis. ¶ Dicimus quoq; eſſe in aliquo/ velut aliquid in fine eſſe. vt quoniam bonę vitę finis beatitudo eſt: ſi quis ſit beatus/ in fine eſt ſcilicet bonę vitæ. ¶ Dicimus quoq; eſſe in aliquo vt in quolibet potente: vt in imperatore eſſe regimen ciuitatis. ¶ Dicimus quoq; velut formā in materia. vt ſimilitudinem Achillis ī ære/ vel in marmore. Nouem igitur modis in aliquo eſſe dicitur: vt in loco/ vt in vaſe/ vt pars in toto/ vt totum in partibus/ vt in genere ſpecies/ vt i ſpeciebus genus/ vt in fine/ vt in imperatore/ vt in materia forma. ¶ Horum igitur Ariſtoteles tria ſola cōmemorat: ſed duo in vnum coniūcta/ aliud ſeparatum. Ait enim. In ſubiecto autem eſſe dico/ qđ cum in aliquo ſit/ nō ſicut quędam pars: impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt. Senſus autem talis eſt. Hoc (inquit) dico eſſe accidēs: qđ ſit in ſubiecto/ ideſt quod ſit in altero vt pars eius nō ſit/ & ſine aliquo ſubiecto eſſe non poſſit. vt verbi gratia/ color cum eſt in corpore: nulla pars corporis eſt. & ſi color a corpore ſeparatur: color nuſq; eſt. Omnis enim color/ in ſolo corpore eſt. Ergo illud eſt accidens quod ſemper in ſubiecto eſt altero/ vt eius pars nō ſit: et cum ab eo in quo eſt ſeparatur ad nichilum redigatur/ & per ſe ſine alterius ſubiecto eſſe nō poſſit. Qđ autem ait vt nō ſit ſicut aliqua pars: ab ea ſcilicet ſignificatione in aliquo conſiſtendi/ diuidere voluit/ ſecundum quā partes in toto eſſe dicimus. nō enī tale eſt ſubiectum: vt eius accidens pars ſit. Qđ vero dicit impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt: ab ea ſcilicet ſignificatione diuiſit q̄ eſt eſſe aliquid in vaſe vel in loco. qđ enim in vaſe/ vel in loco eſt: a vaſe/ vel loco poterit ſeparari. vt triticum qđ in modio eſt/ poteſt a modio ſegregari: & homo/ a theatro diſcedere. Accidens vero ab eo in quo eſt ſegregari nō poteſt. quare ſolas tres poſuit ſignificationes/ ideſt ſecundum quā in vaſe/ vel in loco dicitur eſſe/ & ſecundū quā pars in toto eſt. Sed vt in vaſe/ & vt in loco vna ſententia diſtribuit: dicens/ impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt. ¶ Sed fortaſſe quis dicat nō eſſe diffinitionem veram: illa eſſe in ſubiecto quę ſic ſint in alio vt nō ſint partes/ & ſine eo in quo ſint eſſe non poſſint. Socrates enim vel homo quilibet/ cum accidens non ſit: tamen ſemper in loco eſt/ & ſine loco eſſe non poteſt. ¶ Quibus reſpōdendum eſt/ q; Socrates loca poterit permutare/ & eſſe præter locum in quo fuit. Et poſtremo ſi intelligētia capiamus/ per ſe ſubſiſtit: accidentia vero per ſeipſa nō conſtant. ¶ Sed ſi quis hoc quoq; obijciat: poſſe locum accidentia permutare. Malum namq; ſi in manu teneatur: manus mali odore completur. adeo odor qđ eſt accidēs: in aliud ſubiectum tranſire poteſt. ¶ Sed nō hoc ait Ariſtoteles/ quoniam mutare accidens locum nō poteſt/ nec ita dixit impoſſibile eſſe ſine eo in quo erat: ſed ſine eo in quo eſt. hoc autem ſignificat mutare poſſe locum: ſed ſine aliquo ſubiecto eſſe nō poſſe. Quare recta eſt atq; integra diffinitio eius qđ in ſubiecto eſt/ qđ in altero ſit ita/ non ſicut q̄dā pars: & impoſſibile ſit eſſe ſine eo in quo eſt. Secundum autem illā ſignificationem dictum eſt: ſecundū quā/ formā in materia eſſe dicimus. namq; forma ſi in materia nō ſit: per ſeipſam nulla ratione conſiſtit. ¶ Poſtq̄ igitur particulare accidens quid eſſet oſtendit/ dicens: qđ in ſubiecto eſt/ & de ſubiecto nō prædicatur. & in ſubiecto cōſiſtentis rei diffinitionem reddidit dicens/ qđ cum in aliquo ſit/ nō ſicut quędam pars/ impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt: ad vniuerſale accidēs/ cōtinenti diſputatione reuertitur. qđ definit hoc modo. Namq; poſt eius rei quę in ſubiecto eſt diffinitionem/ & poſt particularis accidētis exempla: ad vniuerſale accidēs trālitū fecit/ inquiens alia eſſe quę in ſubiecto ſint/ & de ſubiecto prędicētur/ qđ ſcilicet accidēs vniuerſale ſignificet. nam quoniam de ſubiecto dicitur/ vniuerſale eſt: quoniam in ſubiecto eſt/ accidens. In ſubiecto ergo eſſe & de ſubiecto prędicari: vniuerſale accidēs mōſtrat. Huius quoq; cōplexionis conuenientia proponit exempla. ait enim ſcientiam in ſubiecto eſſe in anima. nam niſi ſit anima in qua ſit/ ſcientia nulla eſt: iccirco/ q; ſcientia actus eſt animę. nam ea quę ſunt inanimata: nichil ſciunt. Hinc ſequitur ſubſtantiæ particularis/ definitio: quā ſcilicet ita declarat/ qđ neq; in ſubiecto ſit/ neq; de ſubiecto prædicetur. Nam qđ in ſubiecto nō eſt/ ſubſtantia eſt: &

Eſſe in aliquo nouē dicitur modis.

Obiectio.


Dilutio.

Alia obiectio.

Solutio.

Actus ē animæ. act?/ affectio & operationē et habitum ſub ſe cōprehendens.

qđ de ſubiecto non prædicatur/particularitas. Vtraq; igitur res/de ſubiecto nõ prędicari/& in ſubiecto nõ eſſe: particularis eſt ſubſtãtia. Res igitur quattuor: cum propria complexione non ſecundum propria nomina/ſed ſecundum proprias rationes diffinitione ſeq; cõtexuit. Nam pro ſubſtantia vniuerſali poſuit/qđ in ſubiecto non eſt:& de ſubiecto prædicatur, pro accidẽte particulari dixit/qđ in ſubiecto eſt:& de ſubiecto nõ prędicatur. accidens vero vniuerſale per hoc deſignauit qđ ait/qđ & in ſubiecto eſt:& de ſubiecto dicitur. pro particulari ſubſtantia interpoſuit/qđ nec in ſubiecto eſt: nec de ſubiecto prædicatur. Simpliciter autẽ quę ſunt indiuidua & numero ſingularia: de ſubiecto nullo dicuntur/in ſubiecto autem nichil ea prohibet eſſe. q̃dam enim grammatica in ſubiecto eſt. Omnis particularitas/aut ſubſtantia erit aut accidens. Nam cum dico Socratem: indiuiduam & particularẽ ſignificaui ſubſtantiã. cum dico quandam grãmaticam: indiuiduum/& particulare accidens dixi. Indiuidua autẽ ſunt: quę neq; in alias ſpecies diuidi poſſunt/neq; in alia indiuidua. Nam quẽadmodum animal diuiditur in ſpecies hominem/atq; equum/homo autem in ſingulos homines/ideſt in Socratem/& Platonem/& cæteros: ſic Plato/& Socrates nõ diuidũtur in alios. Atq; hoc idem de accidentibus dici cõuenit. Nam quẽadmodum ſciẽtia diuiditur in ſpecies grammaticã/& rhetoricam/grammatica vero ipſa/in particulares grãmaticas/ quas ſcilicet particulares homines norunt: hic ipſa particularis grãmatica in particulares grammaticas non ſecatur. Ergo indiuidua ſunt quęcũq; numero ſunt ſingularia:& in nullas alias multitudines ſecundum ſpecies/vel ſecundum indiuidua diuiduntur. Omne indiuiduum quoniam particulare eſt: de ſubiecto nõ prędicatur. omne autem quod de ſubiecto non prædicatur: aut ſubſtantia erit vt Plato/aut accidens vt quędam grammatica. Ex his ergo particularibus ſubſtãtia ſcilicet atq; accidẽte/quę de ſubiecto nõ prędicantur: ſubſtantia quidem nec in ſubiecto eſt / accidens vero in ſubiecto eſt. itaq; illa indiuidua/ quę ſubſtantiæ ſunt/in ſubiecto eſſe non poterunt: alia vero indiuidua quę ſecundũ accidentis naturam dicuntur/illa in ſubiecto eſſe nichil prohibet. atq; hoc eſt qđ ait. Simpliciter autẽ quę ſunt indiuidua & numero ſingularia/de nullo ſubiecto dicũtur: in ſubiecto autem nichil prohibet aliqua eſſe. Quędam enim grammatica in ſubiecto eſt: de ſubiecto autem nullo dicitur. Hoc enim maluit demonſtrare:& accidentibus & ſubſtantijs particularibus hoc eſſe cõmune/ q; de ſubiecto nõ prędicantur. hoc enim dixit. Simpliciter autẽ quę ſunt indiuidua & numero ſingularia/de nullo ſubiecto dicuntur/ſubaudiendo ſcilicet ſiue ſubſtantiæ ſint/ſiue accidẽtia: ſed nõ omnia indiuidua non ſunt in ſubiecto. Indiuidua enim accidẽtia in ſubiecto eſſe nichil prohibet. quędam enim grãmatica cum ſit indiuidua/& de ſubiecto non prædicetur: tamen in ſubiecto eſt/ideſt in anima. Sed vt cõgregatim dicatur/ſenſus huiuſmodi ẽ. Omnia quidẽ quęcunq; ſunt indiuidua/ de ſubiecto quidem nullo dicuntur: ſed nõ omnia non ſunt in ſubiecto. Nam cũ particularis ſubſtantia in ſubiecto nõ ſit/vt Plato: particulare tamen accidens in ſubiecto eſt/vt quędam grãmatica in anima. ¶Illud quoq; magna attentione notandum eſt: quis ſit huius ordo propoſiti. Nam cum ſint quattuor cõplexiones factę ex quattuor rebus/quarum duę natura diſcrepant/vt ſubſtãtia & accidẽs/duę quãtitate vt particularitas & vniuerſalitas: coniunctis compoſitiſq; his quattuor/ omnibus diſſentientem lateribus diſpoſitionem fecit. Poſuit enim prius ſubſtãtiam vniuerſalem dicens: qđ in ſubiecto nõ eſt/& de ſubiecto dicitur. poſt hanc propoſitionem: totis diſcrepantem rebus rem ſubdidit/ideſt accidens particulare/qđ in ſubiecto eſſet & de ſubiecto non prædicaretur. Nam nõ ſubſtantia dixit/aut ſubſtantia diſcrepat: qđ particulare dedit/ab vniuerſali diſiũxit. Rurſus ex alio latere diſpoſuit in diuiſione accidens vniuerſale: dicens/qđ in ſubiecto eſt & de ſubiecto prædicatur.& vltimo ſubſtãtiã particularem contrariam ſuperiori accidenti dixit/qđ neq; in ſubiecto eſt: neq; de ſubiecto prædicatur/ſubſtantię particularitatem/vniuerſalitati accidentis opponens. Sed vt planius qđ dicimus fiat/ figuram deſcriptionemq; ſubiecimus: in qua ſuperius latus ſubſtantiæ accidentiſq; notauimus/reliquum particularitatis & vniuerſalitatis titulo inſcripſimus/ Ariſtotelicam cõplexionem angulariter & per latera deſignantes.



¶DE REGVLIS. Cap.III.

QVando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto: quęcunq; (de eo quod prædicatur) dicũtur/ omnia etiam de ſubiecto dicentur. Vt homo de homine quodam prædicatur/ animal vero de homine: ergo & de quodam homine animal prędicabitur, quidam enim homo: & homo eſt/ & animal. ¶Cũ ſuperius de iis quę in ſubiecto ſunt/ ideſt de accidentibus loqueretur/ diffinitionem cõſtitutę in ſubiecto rei/ & pręter ſubiectum nullo modo permanentis/ in media tractatione diſpoſuit: dicens illud eſſe/ qđ neq; pars eſſet alicuius/ nec ſine ſubiecto poſſet vllo modo permanere. Patefacto igitur quid ſit eſſe in ſubiecto: nunc quid ſit prędicari de ſubiecto declarat. duplici enim modo prædicatiões fiunt, vno ſecũdum accidẽs: alio de ſubiecto. De homine namq; prędicatur album, dicitur enĩ homo albus. Rurſus de eodẽ homine prædicatur animal, dicitur enim homo/ animal eſſe. Sed illa prior prędicatio quę eſt/ homo eſt albus: ſecundum accidẽs eſt. nãq; accidens qđ eſt album/ de ſubiecto homine prędicatur: ſed non in eo qđ quid ſit. nam cũ album ſit accidẽs/ homo ſubſtantia: accidens de ſubſtãtia in eo qđ quid ſit prędicari nõ poteſt. ergo iſta prædicatio ſecundũ accidens dicitur. De ſubiecto vero prędicari: eſt quoties altera res de altera ĩ ipſa ſubſtãtia prędicatur: vt animal de homine. nam quoniam & animal ſubſtantia eſt/ & genus eſt hominis: iccirco in eo qđ quid ſit de homine prędicatur. Quare illa ſola de ſubiecto prędicari dicũtur: quęcunq; in cuiuſlibet rei ſubſtantia/ & diffinitione ponuntur. Ergo quotieſcunq; huiuſmodi fuerit prędicatio vt alterum de altero vt de ſubiecto prędicetur/ ideſt vt de eius ſubſtãtia dicatur/ vt animal de homine: hanc proprietatẽ euenire neceſſe eſt/ vt ſi de eo qđ prędicatur/ quippiam vt de ſubiecto/ ideſt in eius ſubſtantia prędicetur: neceſſario idẽ in hoc q̃ de prędicato dicitur/ dicatur etiam de prędicati ſubiecto. vt homo prędicatur quidem de Socrate in eo qđ quid ſit. Interrogantibus enim quid ſit Socrates: hominẽ reſpondemus. at vero de ipſo homine/ in eo qđ quid ſit animal dicitur. In ſubſtãtia enim hominis/ animal prędicatur. atq; ita fit vt animal quidem de homine: homo vero de Socrate in eo qđ quid ſit/ vt de ſubiecto prędicentur. Ergo quoniam iſta eſt cõſequentia: & animal de Socrate in eo qđ quid ſit prędicabitur. poteſt enĩ dici interrogantibus quid eſt Socrates: animal. Ergo manifeſtum eſt q̃ ſi qua res de aliquo vt de

Prędicationes q̃ ſecũdũ Accidens, & De ſubiecto.

FRANCISCVS.

¶DE DECEM PRAEDICAMENTIS GENERATIM. Cap.IIII.

Post puissimã. antiqui regulari supellatiuo paruissimꝰ a paruo interdum vsi reperiũt/ qđ & hic facit Boetiꝰ. frequẽtiꝰ tamẽ vti solent irregulari minimꝰ/ sed de his cõcertẽt grãmatici.

Res enĩ ꝓprie nõdicũtur. id ẽ nõ proprie ꝑdicantur.

Affirmationẽ autẽ solam. Boetiꝰ exẽplari eo forte vsus ẽ qđ hac ptĩcula/ et negatione/ carebat. Nũc autem codices cũ grẽci tum latini eam habẽt ꝓinde ea inlitera adiecta est.

Sermo est. sermonẽ vocat omnem oris ꝓlationẽ: seu simplex sit seu cõposita.

Ex neutris integris. ex neutris sitegris dictionibꝰ. Nã et respublica quãdo vna

EOrum quæ secundũ nullã cõplexionem dicuntur: singulũ/ aut substantiã significat. aut quãtitatẽ. aut qualitatẽ. aut ad aliquid. aut vbi. aut quãdo. aut sitũ esse. aut habere. aut agere. aut pati. Est autẽ substantia quidem/ vt figuraliter dicatur. vt homo/ equꝰ. Quãtitas autem. vt bicubitũ/ tricubitũ. Qualitas. vt album/ grammaticum. Ad aliquid. vt duplum/ dimidiũ/ maius. Vbi vero. in foro/ in lycio. Quãdo autem. vt heri/ superiore anno. Situm vero esse. vt iacet/ sedet. Habere autem. vt calciatum esse/ armatũ esse. Agere vero. vt secare/ vrere. Pati. vt secari/ vri. ¶Singula igitur eorum quę dicta sunt: ipsa quidem secundum se/ in nulla affirmatione dicuntur vel negatione. Horum autem ad seinuicem complexione: affirmatio vel negatio fit. Videtur autẽ omnis affirmatio vel vera/ vel falsa esse. eorum autem quę secũdũ nullã cõplexionem dicuntur: nullũ neq; verum neq; falsum est. vt homo. albũ. currit. vincit. ¶Post paruissimam enumerationem in quattuor id est in substantiã/ accidẽs/ vniuersalitatem/ particularitatẽ: nunc est de partitione maxima tractaturus/ quę fit in decem. hac enim enumeratione maior non potest inueniri. neq; enim vndecim prędicamẽta poterũt inueniri/ nec vltra decem vllo modo aliquod genus recte excogitari potest. Quare huiusmodi facit enumerationem: sed non diuisionem. Diuisio nãq; fere est generis in species. prędicamentorum vero/ quoniam genus vnum non habent: diuisio esse non potest/ sed potius enumeratio est. ¶Sunt vero quidam qui contendunt recte enumerationem non esse dispositam. alii namq; vt superuacua/ quædã demunt. alii vt curto operi addunt. alii vero permutant: quos nimirum non recte sentire alio nobis opere dicendũ est. Ait autẽ/ eorum quæ secundum nullã cõplexionem dicuntur. adeo nõ de rebus/ sed de vocibus tractaturus est: vt diceret. Res enim proprię nõ dicuntur/ sed voces. Et ꝙ addidit/ singulũ aut substãtiã significat: late patet eũ de vocibus disputare. nõ enim res/ sed voces significãt: res autẽ significantur. Sine complexione vero dicũtur (vt dictum est) quęcũq; singulari intellectu/ et voce proferũtur: secundum cõplexionẽ vero quęcũq; aliqua cõiunctione/ vel accidentis copulatione miscentur. Sed quid ex iis quę secundũ nullam cõplexionem dicũtur efficitur: ipse demonstrat/ cũ dicit. Singula igitur eorũ quę dicta sunt: ipsa quidem secundũ se in nulla affirmatione dicũtur. Horũ aũt ad se inuicẽ cõplexione affirmatio fit. Videt enim omnis affirmatio vel falsa esse vel vera. eorũ autem quę secundũ nullã cõplexionẽ dicũt: neq; verũ quicq̃/ neq; falsum est. vt homo/ albũ/ currit/ vincit. Significat ergo et hic ea quę sine vlla cõplexione dicuntur: affirmationis vim non obtinere. si quis enim dicat homo/ vel album/ vel decẽ/ vel quidlibet simplici modo: ĩ eo neq; verũ quid inueniet/ neq; falsum. sed omnis affirmatio: vel vera/ vel falsa est. Igitur vniuersaliter prædicamenta pronũciat: affirmationis ratione penitus nõ teneri. Sed hæc eadem si cũ quadam cõplexione cõiuncta sint: fieri propositiones necesse est/ quę in se verum falsumue contineant. Sed non omnis cõplexio propositionem facit. Nec si dixero/ Socrates in foro: iccirco iam propositio est. sed si quis dicat/ Socrates in foro ambulat: tunc fit propositio/ quę aut affirmatio est/ aut negatio. Affirmationes vero et negationes: vel verę videntur esse/ vel falsę. atq; ideo quodcũq; neq; verum neq; falsum est: illud propositio non est. Ergo quadam complexione ex iis quæ secundũ nullam complexionem dicuntur: veritas falsitasq; cõficitur. ¶Affirmationem autem solam nũc Aristoteles interposuit: iccirco ꝙ omnis affirmatio prior est (hoc enim negatio tollit: qđ affirmatio ante cõstituit) prior quidem secũdum significationem/ sed nõ secundũ genus. qđ alio liquebit loco. ¶Maxime autem monstrat Aristoteles se nõ de rebus: sed de vocibus tractaturum/ cũ ait. horum autem ad se inuicem cõplexione/ affirmatio fit. Non enim rerum complexione: fit affirmatio vel negatio/ sed sermonũ. nec in rebus est veritas et falsitas/ sed in intellectibus atq; opinionibus. & post hæc in vocibus atq; sermonibus. hic hactenus. Secundũ complexionem ergo sunt: quęcũq; ex integris compositis fiunt. vt Socrates ambulat. Nam & Socrates & ambulat vterq; integer sermo est: et coniunctus affirmationem fecit: at vero si quis dicat flamiger/ vel multisonus/ vel fluctiua gus/ secũdum complexionem non erit ista prolatio: iccirco/ ꝙ ex neutris integris factum est. ¶Horum autem decem prædicamentorum diffinitiones inueniri nõ possunt: iccirco/ ꝙ ea quę significant generalissima sunt. Substantia enim & quantitas & qualitas: nulli vnq̃ generi videntur esse subiecta. quare quoniam diffinitio omnis/ a genere dicitur: genꝰ qđ alii generi subiectum nõ est/ a diffinitione relinquitur. sed nunc quidem omnium prędicamentorum conuenientia dixit exempla: post vero latius de vnoquoq; tractabitur. et quoniam diffinitio inueniri nulla potest: quibusdam proprietatibus informantur. quare/ quoniam de his dictum est plene: ad tractatum substantiæ transeamus.

rētia animalis/ bipes & quadrupes. animal enī ab alio animali differt ſic/ q; hoc quidē bipes ſit/ vt homo vel auis: illud vero quadrupes/ vt equus atq; bos/ illud vero multipes vt formica vel apis. ſed ſciētia/ differētias huiuſmodi non habet. neq; enī ſcientia a ſciētia differt in eo qđ bipes eſt. Quare conſtat quoties diuerſa ſunt genera/ ſpecierū quoq; differētias eſſe diſcretas, atq; hoc eſt qđ ait diuerſorum generum & nō ſubalternatim poſitorum: diuerſas ſecundū ſpeciem differentias eſſe. et hoc exēpli adiectione firmauit: dicēs/ animalis & ſciētię diuerſas eſſe differentias. nam cū ſit bipes/ animalis differētia: ſciētiæ non eſt. Et hoc quidē de diuerſis generibus dictum eſt: ideſt quę ſubalterna nō ſunt. Q; ſi ſubalterna ſunt genera: nichil prohibet alias eaſdem eſſe differentias/ alias diuerſas. vt auis eſt ſpecies animalis: & rurſus eſt genus coruī/ & eſt ſubalternatū genus/ auis. ſed animalis differētię ſunt rationalis ſcilicet & irrationalis: auis vero differētia/ rationalis nō eſt. Nulla enī auis ab alia aue differt: q; ſit rationalis. ergo hoc loco/ nō ſūt eędē ſubalternorū generū differētię. Si qs vero has generis id ē animalis differētias dicat/ vt animalium/ alia ſunt q̄ paſcātur herbis/ alia q̄ ſeminibus/ alia q̄ carnibus: hæ differētię cōueniūt in ſubalterno genere/ in aue. Nāq; auiū: ſunt aliæ q̄ ſeminibus veſcuntur/ aliæ q̄ herbis/ aliæ vero quæ carnib9/ vt vultur vel miluus. Ergo in ſubalternis generibus nichil prohibet eaſdē eſſe differentias: et iterum diſcrepare. hoc autem iccirco euenit/ quia q̄ de prędicato dicūtur: poſſunt de ſubiecto p̄dicari. Quare qđ dicitur de genere: poteſt etiā dici de ſpecie. atq; hoc eſt qđ ait. Subalternorū vero generum: nichil prohibet eaſdē eſſe differētias. ſuperiora enim de inferioribus generibus p̄dicātur. ſed cū diceret/ nichil prohibet eaſdē eſſe differētias: hoc/ quodā modo voluit demōſtrare eſſe quaſdā eaſdē differētias/ alias vero poſſe eſſe diuerſas. Cui rē cōtrariā intuliſſe videtur/ cū dicit/ quare quęcūq; prędicati differētię fuerint: eædē erūt etiā ſubiecti. Nā cū illic dixiſſet/ nichil prohibet eſſe eaſdē differētias generū ſubalternorū: hīc omnes eaſdē eſſe declarat. dicit enīm quęcūq; fuerint differētiæ p̄dicati: eaſdē etiā ſubiecti eſſe. ¶ Atq; hęc res plures maximis illigauit erroribus/ vt emēdandū crederent locū/ vt nō eſſet ita/ quare quæcūq; prædicati differentiæ fuerint/ eędē erunt etiā ſubiecti: ſed vt hoc modo/ quare quæcūq; ſubiecti differētię fuerint/ eædem erūt etiā prędicati. Sed hoc abiiciendū eſt: neq; fieri poteſt vt in rē ſuperiorem prędicatio poſterioris redūdet. Nam cū dicitur quęcūq; ſubiecti fuerint differētię/ eędē erunt prędicati: hoc ſcilicet ſignificatur vt p̄dicatio ſubiecti redeat in prędicatū/ qđ fieri nō poteſt. Sed dicendū eſt q; ſūt aliæ differentiæ quæ dicūtur cōpletiuæ prędicati/ et cuiuſlibet illius ſpeciē informātes/ quę communi nomine ſpecificę nominātur. Nā cum dico animatum et ſenſibile/ ſi ſubſtantiæ cōiungantur: diffinitionem & ſpeciē mox animalis efficiūt. Animal enim eſt ſubſtātia animata ſenſibilis: atq; hæ differentiæ dicuntur ſpecificę & completiuę. Sunt autem alię/ quę ipſę quidem nichil cōplent/ nec vllam ſpeciem reddunt: ſed genus tantum diuidunt/ vt rationale/ & irrationale. hæc enim diuidunt genus id eſt animal. animal enim: rationali differentia/ irrationaliq; diuiditur. Ergo illę quę ſunt generis diuiſiuę differētię: poſſunt aliquoties eędē eſſe/ poſſunt aliquoties non eædem. Vt animalis quoniā diuiſibilis eſt differētia quę eſt rationale: poteſt eā non habere auis quæ eſt ſubalternum genus. Et rurſus eaſdem diuiſibiles habere poteſt: vt eaſdem quas ſuperi9 diximus. Nam cum diuidant animal differentiæ/ quę carnibus/ herbis/ & ſeminibus veſcuntur: eædē poſſunt eſſe ſubalterni generis id eſt auis. Ergo hę q̄ diuiſibiles/ poſſunt etiā eſſe diuerſæ. illę vero quę completiuę et ſpecificæ ſunt: aliquando non prędicari de ſubiecto non poſſunt. Vt quoniā animal habet differētias cōpletiuas et ſuę ſpeciei effectiuas/ ſenſibile ſcilicet & animatū: hæ differentię de homine qđ eſt ſubiectum animalis nō prędicari nō poſſunt. Omnes enim ſpecificę differentię de iis p̄dicātur: quorum ſpeciē cōplent. vt de animali p̄dicatur ſenſibile & animatū: & hoc vt de ſubiecto. in ſubſtantia enim animalis vtraq; p̄dicantur: ſed animal p̄dicatur de homine vt de ſubiecto. Neceſſe eſt ergo animatum atq; ſenſibile: de homine prędicari/ vt de ſubiecto. hoc eſt enim qđ ſuperius premiſit cum diceret/ quando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto: quęcūq; (de eo qđ prędicatur) dicuntur/ omnia etiam de ſubiecto dicentur. atq; hoc in omnibus generibus recte conſtat intelligi. Ergo diuiſibiles differentię poſſunt aliquando cum ſubiectis eſſe communes/ aliquando diuerſę: ſpecificæ vero & completiuæ cum ſubiectis communes non eſſe non poſſunt. Qđ ergo Ariſtoteles ait ſubalternorum generum nichil prohibere eaſdem eſſe differentias: diuiſibiles differentias eaſdem eſſe nichil prohibere putādum eſt/ quę poſſunt eſſe etiā diuerſę. Quod vero ait/ quęcunq; prædicati differētię fuerint/ eędē erunt etiam ſubiecti: de ſpecificis intelligendum eſt. quæ cum ſpeciem cuiuſlibet informent/ & de eo quod informant/ vt de ſubiecto prædicentur: ad quodcunq; vt de ſubiecto prædicatur illud quod ipſę differentiæ informant/ de eo vt de ſubiecto prędicabuntur/ et de eo non prędicari non poſſunt. Quare nichil eſt in huiuſmodi theoremate/ quod vllo modo debeat emendari.

Quolibet vno homine: quouis ſingulari et indiuiduo homine.

indiuiduorũ ſubſtantia in vno Socrate eſt/ vel quolibet vno homine: ſed in omnibus ſingulis. Genera nãq; & ſpecies non ex vno ſingulo intellecta ſunt: ſed ex omnibus ſingulis indiuiduis/ mentis ratione cõcepta. Sẽper etiam q̃ ſenſib9 propinquiora ſunt: ea etiã proxime nũcupanda vocabulis arbitramur. qui enim primus hominẽ dixit: nõ illũ qui ex ſingulis hominibus cõficitur cõcepit animo/ ſed quẽdam ſingularẽ atq; indiuiduum cui hominis nomẽ imponeret. Ergo ſublatis ſingulis hominibus/ homo nõ remanet: et ſublatis ſingulis animalibus/ animal interibit. Quocirca/ quoniã in hoc libro de vocabulorũ ſignificatione tractatus habetur: ea quib9 vocabula prius poſita ſunt/ merito primas ſubſtãtias nũcupauit. prius autẽ illis vocabula ſunt indita: q̃ prius ſub ſenſibus cadere potuerũt. ſenſibus vero obiiciũtur prima indiuidua. merito igit eas/ primas in diuiſione poſuit.

Aliaqueſtio

¶ Eodẽ quoq; modo: illa queſtio ſoluitur/ que dicit. Cũ naturaliter prime/ intelligibiles ſint ſubſtãtie/ vt deus vel animus: cur nõ has primas ſubſtãtias nuncupauerit?

Solutio

¶ Quoniã hic de nominibus tractatus habetur: nomina autẽ primo illis indita ſunt/ q̃ principaliter ſenſibus fuere ſubiecta. Poſteriora vero in nominibus ponendis putãtur: quecũq; ad intelligibilẽ pertinẽt incorporalitatẽ vt ad deũ/ vel animã/ vel ad genus/ vel ad ſpeciẽ. Quare/ quoniã in hoc opere principaliter de nominibus tractatus eſt/ de indiuiduis vero ſubſtãtiis q̃ prime ſenſibus ſubiacent/ prima ſunt dicta vocabula: in opere quo de vocabulis tractabat/ merito indiuiduę ſenſibileſq; ſubſtãtiæ/ primæ ſubſtãtiæ ſunt poſitę. Cũ autẽ tres ſubſtãtię ſint/ materia/ ſpecies/ et quæ ex vtriſq; cõficitur/ vndiq; cõpoſita et compacta ſubſtãtia: hic neq; de ſola ſpecie/ neq; de ſola materia/ ſed de vtriſq; mixtis cõpoſitiſq; propoſuit. Partes autem ſubſtantiæ incõpoſitę et ſimplices/ ſunt ex quibus ſubſtãtia ipſa cõficitur/ ſpecies/ et materia: quas poſt pertranſitũ nominat/ dicẽs ſubſtantiarũ partes/ & ipſas eſſe ſubſtantias. atq; hæc hactenus. Nunc

Species & forma eadem ſunt.

» expoſitionis curſum ad ſequẽtia cõuertamus. ¶ Manifeſtũ eſt autẽ ex iis que dicta ſunt: quoniã
» eorũ que de ſubiecto dicũtur/ neceſſe ẽ & nomẽ et rationẽ de ſubiecto p̃dicari. vt homo de ſubie-
» cto quodã homine dicit: p̃dicatur etiã & nomen. hominẽ enim de quodã homine p̃dicabis: et ra
» tio quoq; hominis de quodã homine p̃dicabit. quidã eni homo et homo eſt/ et animal rationa-
» le mortale. quare & nomẽ et ratio de ſubiecto prędicabitur. Eorũ vero q̃ in ſubiecto ſunt: in plu-
» rimis quidẽ neq; nomẽ/ neq; ratio prędicabit de ſubiecto: in aliquibus autẽ nomẽ quidem nichil
» prohibet p̃dicari aliquãdo de ſubiecto/ rationem vero impoſſibile eſt. vt albũ cum in ſubiecto ſit
» corpore: prędicatur de ſubiecto (dicitur enim corpus album) ratio vero albi nũq̃ de corpore p̃di
» cabitur. alia vero omnia aut de ſubiectis dicũtur primis ſubſtãtiis: aut in ſubiectis eis ſunt. Hoc
» autẽ manifeſtum eſt ex iis quæ per ſingula proponũtur. vt animal de homine prędicatur: ergo
» & de quodã homine animal prędicabitur. Nã ſi de nullo quorũdã hominũ: neq; omnino de ho-
» mine. rurſus color in corpore eſt: ergo et in quodã corpore. Nã ſi nõ in aliquo eſſet ſingulorum:
» nec omnino in corpore. quare alia omnia aut de ſubiectis primis dicũtur ſubſtãtiis: aut in ſub-
» iectis eis ſunt. ¶ Nõ ergo exiſtentibus primis ſubſtantiis: impoſſibile eſt aliquid aliorũ eſſe. Om-
» nia enim alia aut prędicãtur de eis: aut in ſubiectis eis ſunt. quare nõ exiſtentibus primis ſubſtã
» tiis: impoſſibile eſt aliorum aliquid eſſe. ¶ Omnia quecũq; dicta ſunt: vel in ſubiecto ſunt/ vel de
ſubiecto prędicãtur. ſed nõ omnia quæcunq; in ſubiecto ſunt: de ſubiectis propriis dicũtur. nãq;
qđ in ſubiecto aliquo eſt: de proprio ſubiecto prędicatur. vt album prædicatur de corpore. dici-
tur enim corpus album. Sed quoniã ſecũdæ ſubſtantiæ primarum ſubſtãtiarum vel ſpecies vel
genera ſunt. Socratis enim ſpecies/ homo eſt: et animal/ genus. genus autẽ: de ſubiectis ſpecie-
bus/ et indiuiduis vniuoce prędicatur (ſecundæ ſubſtantiæ de ſubiectis ſpeciebus vniuoca p̃di-
catione dicũtur. cõuenit nãq; primarũ et ſecundarũ ſubſtãtiarũ ſi ſit vna facta/ diffinitio (namq;
animal vel homo vel Socrates vna diffinitione iungũtur) q̃ ſunt ſubſtãtię animatæ atq; ſenſibi
les. Igitur ſecundę ſubſtãtię ita de ſubiectis p̃dicãt propriis ideſt de primis ſubſtãtiis: vt vniuoce
p̃dicentur. Illorũ vero que ſunt in ſubiecto: aliquoties quidẽ neq; nomẽ ipſum de ſubiecto dici-
tur (nam virtus in anima eſt: ſed virtus de anima minime p̃dicatur) aliquoties autẽ denomina-
tiue dicitur. vt grãmatica/ quoniã eſt in homine: denominatiue grãmaticꝰ a grãmatica dicitur.
Sępe autẽ ipſum nomẽ de ſubiecto prædicatur: vt quoniã albũ eſt i corpore corpꝰ albũ dicit. ſed
ſiue nomẽ nõ p̃dicetur/ ſiue denominatiue dicatur/ ſiue ꝓprio nomine p̃dicatio ſit: diffinitio eiꝰ
qđ eſt in ſubiecto/ de proprio ſubiecto nunq̃ p̃dicabitur. Vt albũ quoniã eſt in ſubiecto corpore/
p̃dicatur albi quidẽ nomẽ de corpore: diffinitio vero albi ad corpus nullo modo dicit. albũ nãq;
vel corpus: vna ratione vtraq; diffiniri nõ poſſunt. Ampliꝰ ſi omne accidẽs in ſubiecto ẽ/ & ſub-
ſtãtia ſubiectũ eſt/ ac differt ab accidẽte ſubſtãtia: differt etiã diffinitio ſubſtãtię atq; accidẽtis/ q̃
eadẽ diffinitio ſubiecti/ et eiꝰ quidẽ qđ eſt in ſubiecto/ eſſe nõ poteſt. atq; hoc eſt qđ ait. Eorũ vero
q̃ in ſubiecto ſunt: in plurimis qdẽ neq; nomẽ/ neq; ratio p̃dicabit de ſubiecto. vt virtꝰ in anima.
Addidit quoq; de quibuſdã nichil ꝓhibere prędicari: & in aliis quidẽ denominatiue/ in aliis vero

¶DE SVBSTANTIA. Cap.V.



Vbſtantia autē eſt quæ propriē et principaliter et maxime dicitur: quę neq; de ſubiecto aliquo dicitur/ neq; in ſubiecto aliquo eſt. vt quidā homo/ et quidam equus. ¶Secundæ autē ſubſtātię dicuntur ſpecies/ in quibus eę (quæ principaliter ſubſtātię dicūtur) inſunt: & hę quidem et harū ſpecierū/ genera. vt quidā homo/ in ſpecie quidem eſt in homine: genus vero ſpeciei animal eſt. ſecūdæ igitur hę ſubſtantię dicuntur: vt eſt homo/ atq; animal. ¶Quęritur cur p̄dicamentorū tractatum a ſubſtantiis inchoauerit. Nam quoniam omnis res autin ſubiecto eſt aut in ſubiecto nō eſt: quicquid in ſubiecto eſt/ eget ſubiecto/ quoniam in propria natura nō poteſt cōſiſtere. et quoniā rebus omnib⁹ ſubſtātia ſubiecta eſt: nichil eorū quæ ſunt in ſubiecto prēter ſubſtantiā poterit permanere. ſed prior illa/ natura eſt: ſine qua alia eſſe nō poſſunt. quocirca prior naturaliter videtur eſſe ſubſtantia. Non abſurde igitur in diſputationem qđ prius per naturam fuit: prius etiā ſumpſit. ¶Et diffinitionem quidem ſubſtātię proferre non potuit: ſed poſt exemplū ſuperius datū/ deſcriptionem quandā profert/ qua quid ſit ipſa ſubſtātia queamus agnoſcere. hoc eſt aūt/ nō eſſe in ſubiecto. ſubſtātia enim/ in ſubiecto nō eſt. ¶Facit autem quandā ſubſtantiarū diuiſionē: cū dicit/ alias primas eſſe ſubſtātias/ alias ſecundas. primas/ vocans indiuiduas: ſecundas vero/ indiuiduarū ſpecies et genera. Ergo cū primis ſecūdiſq; ſubſtātiis cōmune ſit nō eſſe in ſubiecto: additū primis ſubſtātiis de ſubiectis non p̄dicari/ primas ſubſtātias a ſecūdis ſubſtātiis ſeparat. Subſtātia eni indiuidua: i eo q; eſt ſubſtātia in ſubiecto nō eſt. q; aūt idiuidua eſt: de ſubiecto nō p̄dicaī. Sūt ergo primę ſubſtātię: q̄ neq; in ſubiecto ſūt/ neq; de ſubiecto dicunt̄. vt eſt Socrates/ vel Plato. Hi eni qm̄ ſubſtātię ſunt: i ſubiecto nullo ſūt. quoniā vero particulares indiuiduiq; ſūt: de nullo ſubiecto p̄dicātur. Secūdę vero ſubſtātiæ ſunt/ quibus cōmune eſt cū primis ſubſtātiis/ q; in ſubiecto nō ſunt: propriū vero/ q; de ſubiecto p̄dicātur. q̄ ſecūdę ſubſtantiæ/ ſunt vniuerſales: vt eſt homo atq; animal. homo nāq; et animal in nullo ſunt ſubiecto: ſed de ſubiecto aliquo prędicātur. Sūt igitur primę ſubſtantiæ particulares: ſecūdę vniuerſales. ¶Proprie autē ſubſtātias indiuiduas dicit: q; hominē quidem ipſam ſpeciē/ vel animal qđ eſt genus/ nō niſi ex indiuiduorū cognitione colligimus. quare/ quoniam ex ſingulorum ſenſibus generalitas intellecta eſt: merito proprie ſubſtantiæ/ indiuidua et ſingularia nominātur. ¶Principaliter vero indiuiduæ ſubſtātię dictę ſūt: q; omne accidēs prius in indiuidua/ poſt vero in ſecūdas ſubſtātias venit. Nā quoniam Ariſtarchus græcus eſt/ homo vero eſt Ariſtarchus: eſt homo/ græcus. Ita prius omne accidēs in indiuiduū venit: ſecūdo vero loco etiā in ſpecies generaq; ſubſtātiarum accidēs illud venire putabitur. Recte igitur qđ prius ſubiectum eſt: hoc ſubſtātia principaliter appellatur. ¶Maxime autem ſubſtātia prima dicitur: iccirco/ q; quę maxime ſubiecta eſt rebus aliis/ ea maxime ſubſtātia dici poteſt. maxime autem ſubiecta: eſt prima ſubſtātia. Omnia enim de primis ſubſtantiis dicūtur/ aut in primis ſubſtātiis inſunt. vt genera et ſpecies. nāq; genera & ſpecies: prędicātur de propriis indiuiduis. vt animal atq; homo/ prędicātur de Socrate: id eſt ſecūdę ſubſtātię/ de primis. Sin vero ſint accidētia: i primis ſubſtātiis principaliter ſunt. Quare (quoniā vel accidētia in primis ſubſtantiis principaliter ſunt: vel ſecūdæ ſubſtātiæ de primis ſubſtātiis prędicātur) primę ſubſtantię ſecundis ſubſtantiis accidētibuſq; ſubiectę ſunt. Quare/ quoniā iſtę maxime ſubiectę ſunt vel vt accidētium ſubſtantiæ/ vel ſecundarum ſubſtantiarum prędicationi: iccirco maxime ſubſtantię nuncupantur. Dicit autem/ nō omnis ſpecies/ neq; omnia genera ſecundas eſſe ſubſtantias: ſed eas tantum quæ primas ſubſtantias cōtinerēt/ vt eſt homo atq; animal. homo namq; continet Socratem/ et aliquā indiuiduam ſubſtantiam. animal vero continet indiuiduū/ ſpeciēq; id eſt hominem & aliquē hominē. quare genera et ſpecies quę de primis ſubſtātiis p̄dicātur: ipſas ſecūdas putat eſſe ſubſtantias. hoc aūt hoc modo ait. Secūdę autē ſubſtātię dicūt ſpecies in quibus eæ (q̄ principaliter ſubſtātiæ dicūtur) ſunt. et hę qđē et harū ſpecierū genera. Et inde cōueniētia ponit exēpla. ac ſi diceret: nō omnia genera neq; oēs ſpecies/ ſecūdas ſubſtātias dico: ſed eas tantū ſpecies in qb⁹ indiuidua illa id eſt primæ ſubſtātię ſunt/ & harū ſpecierū id ē q̄ cōtinent primas ſubſtātias genera. Hoc aūt iccirco dictū videt̄/ ne quis colorē qđ genus eſt/ vel albū qđ eſt ſpecies: ſecūdas putet eſſe ſubſtātias. iſta eni primas ſub ſe nō cōtinēt. ¶Sed dicat aliqs quēadmodū primę poterūt eſſe ſubſtātię indiuiduę/ cū omne qđ prius eſt ſublatū/ auſert id qđ eſt poſterius: poſteriorib⁹ vero ſublatis priora nō pereūt/ homo nāq; ſi pereat: Socrates quoq; ſit cōtinuo piturus. ſi vero Socrates interierit: homo cōtinuo nō periſbit. Si igit ſublatis generibus et ſpeciebus idiuidua perimūt/ ſublatis indiuiduis genera ſpecieſq; pmanent: magis primas ſubſtātias ſpecies et genera nominari dignū fuit. ¶Sed hoc modo indiuiduorum natura non recte accipitur. Neq; enim cuncta

dictio eſt cō poſita/ pīde atq; poſitia ſimplex dictio ſignificās / iccirco oratio ſiue ſecūdū cōplexionem dictionum ſignificatiuam/ q; ex duab⁹ integris dictionibus nō coaleſcit alioqui duę eſſēt dictiones et non vna. ſed q; apud grammaticos ex duabus integris ē cōpoſita hoc eſt ſecundū ſimilitudinem nō ſecundum dictionū pluralitatem.

Aliquē hominē. ſingulare hominis

Obiectio

Solutio

re nō ſimiliter genera ſubiacēt: quēadmodū ſpecies. non enim de generibus ſpecies p̄dicantur. Ergo ſicut primę ſubſtantię ſubiectæ ſunt ſecundis ſubſtātiis/ et accidētibus: ita ſpecies ſubiectę ſunt & accidētibus/ & generibus. genera vero q̄q̄ ſubiecta ſint accidētibus: ſpeciebus tamen ipſa nō ſubiacent. Quocirca maior eſt ſimilitudo ſpecici ad primas ſubſtātias: q̄ generis. q̄ ſi maior eſt ſimilitudo ſpecierū ad maximas ſubſtātias: ipſę erunt magis ſubſtātię. Sed nec quis nos arbitretur dicere/ q̄ ea q̄ ſunt genera/ ſpecies eſſe nō poſſunt: ſed id qđ ſunt genera/ ſpecies eſſe nō poſſunt. Nam in eo q̄ ſpecies eſt/ de ſuperioribus nō p̄dicatur: ſed in eo q̄ genus/ de eo prædicabitur cuius eſt genus. quocirca genera ipſa quorum ſunt genera/ iis ſubiacere nō poſſunt: ſpecies vero quorū ſunt ſpecies/ de iis p̄dicari non poſſunt. ¶ Ipſarum vero ſpecierū quæcunq; non ſunt genera: nichil magis alterū altero ſubſtātia eſt. Nichil enim familiarius aſſignabis de quodā homine/ hominē aſſignādo: q̄ de quodā equo/ equū. ¶ Similiter autem et in primis ſubſtātiis: nichil magis alterum altero ſubſtātia eſt. Nichil enim magis quidā homo ſubſtātia eſt: q̄ quidā bos. ¶ Merito autem poſt primas ſubſtātias: ſola aliorū omnium ſpecies & genera ſecūdæ ſubſtātię dicūtur. ſola enim hæc: eorū q̄ prædicātur primā ſubſtantiam indicāt. quendā enim hominē ſi quis aſſignauerit quid eſt: ſpeciē quidem q̄ genus aſſignādo familiarius demōſtrabit/ et manifeſtius faciet hominē aſſignando/ q̄ animal. Aliorū vero omnium quicquid aſſignauerit quis/ aſſignabit extranee: velut albū/ aut currit/ aut aliud quodcūq; talium aſſignans. quare merito hę ſole aliorum ſecūdę ſubſtātię dicuntur. ¶ Amplius. Primę ſubſtātiæ eo q̄ aliis omnib⁹ ſubiiciūtur/ & omnia alia de illis prædicantur vel in ipſis ſunt: propriiſſimę ſubſtantiæ dicūtur. ſicut autē primę ſubſtātię ad alia omnia ſe habēt: ita genera & ſpecies primarū ſubſtātiarum ad reliqua omnia ſe habēt. de his enim reliqua omnia prędicantur. quendam enim hominem dices grammaticum eſſe: ergo & hominem et animal grāmaticum dices. Similiter autem & in aliis. ¶ Prędictum eſt (vt Porphyrius quoq; in libro de generibus/ ſpeciebus/ differētiis/ propriis atq; accidētibus planiſſime docuit) alia eſſe ſolū genera/ quorū genus inueniri nō poſſet: alia ſolum ſpecies/ q̄ in alias ſpecies diuidi nō valerent. hę autem ſunt q de pluribus numero differentibus in eo qđ quid ſit p̄dicantur. Vt homo de ſingulis hominibus dicitur/ & equus de ſingulis equis/ et bos de ſingulis bobus: qui ſub propria ſpecie poſiti a ſeipſis proprię naturæ figura nō diſcrepāt. Ergo huiuſmodi ſpecies/ vt eſt homo/ atq; equus q̄ ſolis indiuiduis prę ſunt: quoniā genera eſſe nō poſſunt/ æqualiter ſemper ſubſtātiæ ſunt. Nā tam propinque redditur de quolibet indiuiduo equo nomē equi: q̄ de quolibet idiuiduo homine/ hominis nomē. Quocirca ſi æqualiter ſpecies hæ q̄ genera nō ſunt/ ad primas ſubſtātias ſunt: æqualiter eſſe ſubſtātię merito putabuntur. hoc autē dicit nō q̄ omnes ſpecies æqualiter ſubſtātię ſunt: ſed q̄ æqualiter a primis ſubſtantiis diſtāt. Poteſt enim fieri vt cuiuſlibet ſuperioris generis/ vna quęlibet ſpecies ſit: q̄ comparata ad propriā ſpeciē minus illa ſuperior videatur eſſe ſubſtātia. Vt animalis ſi qs dicat ſpeciē eſſe auē/ eiuſdem quoq; ſpeciē hominē: auis & homo nō æqualiter ſubſtātię ſunt/ Iccirco q̄ auis homine ſuperior eſt. homo nāq; in alias ſpecies nō diuiditur. eſt eni magis ſpecies. auis autē poteſt i alias diuidi ſpecies/ vt in accipitrem vel vulturem: q̄ quāq; aues ſint/ ſpecie tamen ipſę diſſentiunt. Proprie aūt ſpecies/ accipiter & vultur eſt. hec eni ſolis indiuiduis p̄ſunt. quare homo atq; accipiter/ æqualiter a primis ſubſtātiis diſtāt: & ſunt æqualiter ſubſtātiæ. Homo vero atq; auis/ quoniā ſuperior eſt auis hoie: nō æqualiter ſubſtātię ſunt. magis eni ſubſtātia homo eſt. Ergo q̄cūq; ſpecies æqualiter a ſuis indiuiduis diſtāt: æqualiter ſubſtātię ſunt. Et quoniā ſpecies hæ q̄ genera nō ſunt æqualiter a primis ſubſtātiis abſunt: æqualiter ſubſtātiæ dicūtur. Planū aūt eſt/ vt nō egeat expoſitione: primas quoq; ſubſtātias æqualiter eſſe ſubſtātias. aliqs homo enī/ atq; aliquis equus/ quoniā ſunt indiuidua: pricipaliter ſubſtātię ſunt/ & ꝑprie/ & maxime. quocirca in maximis ſubſtātiis: neq; min⁹ neq; magis ſubſtātia poterit ſueniri. indiuidua igit æqualiter ſubſtātiæ ſunt. Recte autē poſt primas ſubſtātias: ſola aliorū ſpecies & genera/ ſecūdę dicūtur eſſe ſubſtātię. eorū enim q̄ p̄dicantur: primam ſubſtātiam ſola hęc ſignificāt. ¶ Ordine & cōueniēter poſt primas ſubſtātias/ ideſt indiuidua: genera & ſpecies ſecūdas eſſe ſubſtātias cōſtitutas monſtrat Ariſtoteles/ q̄ eſt firma atq; expedita probatio. ait enī/ poſt primas ſubſtātias: recte genera & ſpecies/ ſecūdas ſubſtātias eſſe nominatas. In diffinitionib⁹ eni vbi ſubſtātia cuiuſlibet oſtenditur: nichil aliud primā ſubſtantiā mōſtrat/ niſi genus & ſpecies. Socrates nāq; ſi quis qd ſit interroget: dicit homo/ vel animal. et i eo qđ qd ſit Socrates iterrogatus/ recte hominē vel animal eſſe reſpōdet. quare quid ſint primæ: ſecūdę ſubſtātię mōſtrant. Qz ſi quis p̄ter ſecūdas ſubſtātias/ in interrogatione quid ſit prima ſubſtātia dicat: id alieniſſime profert. vt ſi quid ſit Socrates interroganti: aliquis reſpōdeat albū/ vel currit/ vel aliqd huiuſmodi/ qđ ſecūda ſubſtātia nō ſit. nichil eni cōueniēter vnq; ꝑfert/ ſi quid de prima ſubſtātia/ p̄ter ſecūdas ſubſtātias dicat. Quare quoniam nichil eorum q̄ nō ſunt ſecūdę ſubſtātię quid ſit prima declarat/ ſecundæ autem ſubſtātię

Superior ē auis homine. qa auis ſpecies multas ſubſe habet vt turturē/ paſſerem colūbā/ coruū/ gallū/ aquilam & innumeras alias. Hō autē ſub ſe nullā ſpeciē habet/ ſed indiuidua ſola. itaq; auis ſupior ē/ ideſt a prima ſubſtantia remotior q̄ homo.

recto nomine fit ꝓdicatio. De ſecūdis vero ſubſtātiis: ſemp ad primas ſubſtātias ꝓdicatio perue-
nit. Nā ſi quidā homo/ et homo eſt & animal: & certe vna diffinitio animalis/ & ad hominē & ad
quēdā hominē cōuenienter aptabit. magis tamē/ eſſe ſubſtātias indiuiduas & particulares: ipſe
ſignificātius mōſtrat. Nā cū omnis res aut ſubſtātia ſit aut accidēs/ & ſubſtantiarū alię ſint pri-
mę/ alię ſecundę: fit trina partitio/ ita vt omnis res aut accidēs ſit/ aut ſecūda ſubſtantia/ aut pri-
ma. Horū aūt vt ſub deſcriptione diuiſio fiat: hoc modo dicim⁹. Omnis res: aut i ſubiecto ē/ aut
in ſubiecto nō eſt. eorū q̄ in ſubiecto ſunt: alia ꝓdicātur de ſubiecto/ alia minime. eorum q̄ in ſub-
iecto nō ſunt: alia de nullo ſubiecto ꝓdicātur/ alia vero predicātur. Ergo omnis res: aut in ſubie
cto eſt/ aut in ſubiecto nō eſt. Aut in ſubiecto eſt: & de ſubiecto ꝓdicatur. aut in ſubiecto eſt: et de
nullo ſubiecto ꝓdicatur. Aut in ſubiecto nō eſt: & de ſubiecto prędicatur. aut in ſubiecto nō eſt:
& de nullo ſubiecto ꝓdicatur. His igitur ſumptis ſi primas ſubſtātias ſeparam⁹: remanēt ſecūdę
ſubſtātię/ atq; accidētia. ſed ſecūdę ſubſtantię ſunt: q̄ in ſubiecto nō ſunt/ et de ſubiecto ꝓdicātur.
ergo eſſe ſuum/ niſi in hoc q̄ de aliquo ꝓdicantur: nō retinēt. Prædicant autē ſecundæ ſubſtan-
tiæ de primis. ergo vt ſecūdę ſubſtātiæ ſint: ꝓdicatio de primis ſubſtātiis cauſa eſt. Nō enim eſſēt
ſecundæ ſubſtātię: niſi de primis ſubſtātiis ꝓdicarentur. illa vero q̄ in ſubiecto ſunt: penitus cōſi-
ſtere non valerent/ niſi fundamēti quodā modo loco primis ſubſtantiis niterentur. ergo omnia
quęcūq; ſunt pręter primas ſubſtātias: aut ſecūdæ ſubſtantiæ erunt/ aut accidētia. ſed ſecundæ
ſubſtātię de primis ſubſtantiis ꝓdicātur: accidētia vero in primis ſubſtātiis ſūt. Quocirca oīa aut
de primis ſubſtātiis ꝓdicātur/ vt ſecūdę ſubſtātię: aut in primis ſubſtātiis ſūt/ vt accidētia. q̄d Ari
ſtoteles ꝓpoſuit hoc modo. Cętera vero omnia: aut de ſubiectis dicūtur primis ſubſtātiis/ aut i
eiſdē ſubiectis ſunt. hic quoq; veriſſima ſumit exēpla. Ait enim. Si accidēs in nullo ſubiecto cor-
pore eſſet: nec in corpore eſſet omnino. Nā ſi in nullo ſingulorū: in nullo generaliter eſſe dicere-
tur. Et itē animal niſi de ſingularibus atq; indiuiduis hominibus prædicaretur: nec de homine
ꝓdicaretur omnino. Quare (quoniā iccirco ꝓdicātur ſecūdę ſubſtātię/ quoniā ſunt primę: et iccir
co ſunt aliquid accidētia/ quoniā eiſdem primę ſubſtātię ſubiectę ſunt) ſi primę ſubſtātiæ nō ſūt:
» neq; q̄ de his prędicātur māſura ſunt/ neq; q̄ in his ſubiectis ſunt/ ꝑmanebūt. ¶ Secundarū ve-
» ro ſubſtantiarū/ magis ſubſtātia eſt ſpecies q̄ gen⁹. Propinquior enim eſt primę ſubſtantiæ. ſi q̄s
» enim aſſignet primam ſubſtantiam quid eſt: euidētius & cōueniētius aſſignabit/ ſpeciē q̄ genus
» aſſignans. vt hominem quēdam manifeſtius aſſignabit: hominē q̄ animal aſſignans. illud enim
» proprium magis cuiuſdā hominis: hoc autē cōmunius. et cū quandā arborē aſſīgnauerit: mani-
» feſtius aſſignabit aſſignādo arborē q̄ plantam. ¶ Cōſtat indiuiduas ſubſtātias: primas/ & maxi-
me/ & proprie eſſe ſubſtantias. ſecūdę vero ſubſtātiæ/ id eſt genera & ſpecies ſicut nō æqualiter
a prima ſubſtātia diſtant: ita nō æqualiter ſubſtātiæ ſunt. nam quoniam propinquior eſt ſpecies
primę ſubſtātię q̄ genus: iccirco magis eſt ſpecies ſubſtātia/ q̄ gen⁹ propriū. Vt homo ꝓpinquior
eſt Socrati q̄ animal: atq; ideo magis ē homo ſubſtātia. animal vero quā q̄ & ipſū ſubſtantia ſit:
tamē minus homine. hoc aūt iccirco euenit: q; i omni diffinitione cōueniētius ſpecies ad primā
ſubſtantiam dicit/ q̄ genus. Nā ſi quid ſit Socrates aliquis velit oſtēdere: propinquius ſubſtantiā
Socratis proprietatēq; monſtrabit ſi dixerit eum eſſe hominem/ q̄ ſi animal. Qz enim animal eſt
Socrates: cōmune eſt cū cęteris/ q homines nō ſunt id eſt cū equo/ atq; boue. q; vero homo eſt:
cum nullo alio eſt cōmune/ niſi cū iis q ſub eadē ſpecie hominis/ cōtinētur. quocirca ꝓpinquior
erit ad ſignificationē deſignatio: cū indiuiduo ſpecies reddit/ q̄ ſi generis vocabulū ꝓdicet. Rur-
ſus ſi quālibet indiuiduā arborē deſignare aliquis volēs/ arborē dicat: propinqui⁹ deſignabit q̄d
ſit id q̄d diffiniuit/ q̄ ſi plantā nominet. planta aūt/ genus eſt arboris. ꝓdicat enī planta & de iis q̄
arbores non ſunt: vt de caulibus/ atq; lactucis. Quare cōſtat ſpecies magis eſſe ſubſtātias/ eo q;
ſint primis & maxime ſubſtantiis ꝓpinquiores/ et q; in eo q̄d quid ſit aſſignata ſpecies cōuenię-
» tius/ et euidētius aſſignet: gen⁹ vero lōgius/ atq; cōmunius. ¶ Amplius. Primę ſubſtātię ideo q;
» aliis omnibus ſubiiciūtur/ et omnia alia vel de ipſis ꝓdicanť/ vel in ipſis ſunt: propter hoc maxi-
» me ſubſtātię primę dicūtur. quēadmodū autē primę ſubſtantię ad alia omnia ſe habēt: ſic & ſpe-
» cies ad gen⁹ ſe habet. ſubiicit enī ſpecies generi. genera enī de ſpecieb⁹ ꝓdicanť: ſpecies aūt cū
» generib⁹ nō cōuertūtur. Quare et ex his ſpecies/ genere magis ſubſtantia eſt. ¶ Magis eſſe ſub-
ſtantias ſpecies/ validiori rurſus argumētatione cōfirmat. per ſimilitudinem namq; hoc ita eſſe
declarat. Nam cū omnes ſubſtātię/ aut primę ſint aut ſecundę/ ſecūdarū autem aut genera/ aut
ſpecies: ſpecierū atq; generum quicquid ſimilius primis ſubſtātiis ſuenitur/ hoc magis ſubſtā-
tia merito putabitur. Sed primę ſubſtātiæ iccirco maxime ſubſtantię dicūtur: q; omnib⁹ ita ſub-
iectę ſunt/ vt aut in ipſis ſint cętera vt accidētia/ aut de ipſis alia ꝓdicenť vt ſubſtātiæ ſecūdę. Qd
ergo in primas ſubſtantias: hoc idem in ſpecies venit. Namq; ſpecies & cunctis ſubiacent acci-
dentibus/ et de ſpeciebus genera prędicantur: de generibus vero ſpecies non prædicantur. qua-

SCVS.
Recto noīe
accidēs de
ſubiecto ꝓdi
catur: cum
ſubiecto ac-
cidentaliter
adiungit vt
animę ineſt
virtus.

FRANCISCVS.

quoq; maximũ argumentũ eſt ſecũdas ſubſtãtias nõ eſſe in ſubiecto: quoniã omne qđ in ſubiecto eſt poteſt mutari/illa quę ſubiecta eſt nõ mutatur. Vt color qui eſt in corpore/eodẽ corpore manente poteſt mutari: vt niger/fiat ex albo. manẽtibus autẽ ſubſtantiis primis: ſecundę ſubſtantiæ nõ mutãtur. Quã vero ipſe Ariſtoteles poſuit probationẽ/ſecundas ſubſtantias non eſſe in ſubiecto: huiuſmodi eſt. Prędocuit enim quorundã q̃ ſunt i ſubiecto/nomẽ de ſubiectis poſſe prędicari: rationẽ vero nũq̃. Albũ enĩ cũ ſit in corpore/dicitur corpus albũ/et prędicatur albedo de corpore: ſed alia eſt diffinitio albedinis/alia corporis. Secũdæ vero ſubſtãtiæ: de primis ſubſtantiis & nomine prędicãtur/et diffinitione iunguntur. Nã quidam homo: animal eſt/& homo eſt. ſed quidã homo: & hominis/& animalis ratione diffinitur. Et vt veraciſſime ſentẽtia cõcludaſ/omne qđ eſt in ſubiecto: æquiuoce de ſubiecto dicitur. ſecundæ vero ſubſtantię de primis nõ equiuoce ſed vniuoce nũcupãtur: iccirco/q; (vt dictum eſt)& nomine & diffinitione cõſentiunt. Quare quẽadmodũ primę ſubſtãtię in ſubiecto nõ ſunt: ſic ſecundę ſubiecto carebunt. Cõmune eſt igitur omnibus ſubſtãtiis & ſecũdis/& primis: in ſubiecto nõ eſſe. et quodcũq; ſubſtãtia fuerit: cõſequens eſt/vt in nullo ſubiecto ſit. ¶ Sed queritur an hoc ſoli ſubſtãtię inſit: an etiã aliis? nam ſi ſoli ſubſtantię ineſt/quoniã omni ſubſtãtiæ hoc ineſſe monſtrauimus qđ in ſubiecto non ſit: verũ propriũ dicitur eſſe ſubſtantię/nõ eſſe in ſubiecto. Hoc enim dictũ eſt eſſe maxime proprium: qđ omnibus ineſſet/et ſolis. ¶ Sed hoc nõ eſſe ſubſtãtiæ proprium veriſſima Ariſtoteles probatione confirmat dicẽs. Nõ eſt autem propriũ ſubſtantię hoc. Namq; differẽtia eorum eſt: quę in ſubiecto non ſunt. bipes enim & greſſibile de ſubiecto quidẽ homine prędicatur: in ſubiecto vero nullo eſt. nõ enim in homine eſt bipes/neq; greſſibile. Et ratio quoq; differẽtię de illo dicitur: de quo ipſa differentia prędicatur. vt ſi greſſibile de homine dicatur: et ratio greſſibilis de homine prædicabitur. eſt enim homo greſſibilis. Non eſſe propriũ hoc ſubſtãtiæ dicit: iccirco q; in differẽtiis idem ſit. in nullo enim differẽtia ſubiecto eſt. Ad illud nãq; recurritur/ſi differentia in ſubiecto eſſet: nomine tãtũ de ſubiecto prędicaretur/nõ etiam ratione. Differentia vero de eo de quo dicitur: vniuoce prædicatur. Vt ſi quis dicat greſſibile differẽtiam de homine: ipſius differentię diffinitio quoq; homini cõuenienter aptabitur. Greſſibile nam eſt/qđ per terram pedibus ambulat: et homo eſt/q; per terram pedibus ambulet. Ita differentię/& eius de quo ipſa differẽtia dicitur: vna poterit eſſe ratio ſubſtãtię. ideſt vniꝰ poſſunt & nominis nũcupatione/& diffinitionis determinatione cõiungi. Q; ſi in ſubiecto eſſet differẽtia: nunq̃ de ſubiecto ſibi/vniuoce prædicaretur. Quare nõ proprium eſt ſubſtãtię: qđ retinet etiã differẽtia. differẽtia nãq; ſubſtãtia nõ eſt. eſſet eni propriũ ſubſtãtię in ſubiecto nõ eſſe. Non eſt autẽ differentia accidẽs. eſſet enĩ in ſubiecto. Omnis autẽres aut accidens eſt/aut ſubſtantia: ideſt aut in ſubiecto eſt/aut i ſubiecto nõ eſt. Et ſunt accidẽtia quęcũq; i ſubſtãtiã ſubiecti veniũt: quęq; pmutata/ naturã ſubſtãtiæ non perimunt. Si quiꝫ vero peremptis ſubiecta interimãtur: illa proprie accidẽtia nõ vocamus. differẽtia vero eſt quę de pluribus ſpecie differẽtibus in eo qđ quale ſit prædicatur. ſed differentia ſubſtantia nõ eſt iccirco/q; ſi eſſet ſubſtantia nõ in eo quod quale ſit de ſubiecto: ſed in eo qđ quid ſit prædicaretur. Qualitas vero/ſolũ non eſt. eſſet enim accidens et in ſubiecto. an magis a ſubſtãtia & qualitate differẽtia ipſa cõficitur? et ita vt illud de quo prædicatur: perempta differẽtia ſimul interimatur. vt calor cũ eſt in aqua: perẽpto calore poteſt aqua in ſua ſubſtãtia permanere. et eſt calor in ſubiecto aqua: quo interẽpto/aqua nõ peribit. Idẽ tamen calor eſt in igne: ſed perẽpto calore ignẽ interire/neceſſe eſt. Quare hęc qualitas caloris/ſubſtãtialiter ineſt igni: & eſt propria differẽtia ideſt ſubſtãtialis. ¶ Cõcludendũ eſt igitur differẽtiã/neq; ſolũ ſubſtantiã eſſe. neq; ſolũ qualitatẽ: ſed qđ ex vtriſq; cõficitur ſubſtãtialem qualitatẽ/quę permanet i natura ſubiecti. atq; ideo quoniã ſubſtãtia participat: accidens non eſt. quoniã qualitate: a ſubſtãtia relinquitur. ſed quoddã medium eſt inter ſubſtantiã & qualitatem. quæ quoniã in ſubiecto nõ eſt/& ſubſtãtia nõ eſt: propriũ ſubſtãtię nõ eſt nõ eſſe i ſubiecto. ¶ Poſt hoc/illud quoq; dicit nõ debere nos cõturbari: ne forte ſubſtãtiarũ partes quæ ita ſunt in toto quaſi in aliquo ſubiecto/aliquã do cogamur accidẽtia/nõ ſubſtantias cõfiteri. Subſtãtiarũ partes in ſubiecto ſũt: ſed nõ vt accidẽtia. videmus eni quaſdã partes ſubſtãtiarũ ita eſſe ĩ toto: quaſi ſint in ſubiecto. vt caput/ĩ toto corpore eſt: et manus/in toto corpore eſt. forma quoq; & materia q̃ ſunt partes cõpoſitę ſubſtãtię. in ipſa cõpoſita ſubſtãtia ſunt. Ne forte ergo cogamur aliquãdo partes ſubſtãtiarũ quoniam ſunt in ſubiecto/ſuſpicari nõ eſſe ſubſtãtias. ſed accidentia: pręmonet dicẽs. Nõ nos vero cõturbent ſubſtãtiarum partes/quę ita ſunt in toto quaſi ĩ ſubiecto ſint: ne forte cogamur dicere nõ eſſe eas ſubſtãtias. Nõ enĩ ſic dicebãtur eſſe/quę ſunt i ſubiecto: vt quaſi partes eſſent in aliquo: hoc enim rationis affert: cur iſta accidẽtia aliquis ſuſpicari nõ debeat. Illa enim eſſe/diffinita ſũt in ſubiecto: quæ nõ eſſent vt quędã pars. hoc eni ſuperiꝰ ait. In ſubiecto autem eſſe dico qđ cũ in aliquo ſit nõ ſicut quędã pars: impoſſibile eſt eſſe/ſine eo ĩ quo eſt. Quocirca/qñ accidẽtia ita ſũt

Quęſtio

Dilutio

Eſſe ĩ differẽtiis/eſſe ĩ numero differẽtiarũ pro eodẽ capit Boetius

Differentia nãq; ſubſtãtia nõ ẽ. nã ſola genera ſpecies & indiuidua ſubſtãtię: dicũt ſubſtantiæ/hęc prime/illa ſecundæ. et ſi dicas differentias eſſe ſubſtantias/cũ non eſſe in ſubiecto ſolis ſubſtãtiis cõueniret et etiã oiboꝫ ꝓprie propriũ id eſſet. qđ nequaq̃ vult Ariſtoteles. differentiæ igit ſubſtãtiæ nõ ſunt. Q; ſi eſſent ſubſtãtię: eſſent ſecũdæ ſubſtãtię/cũ

genera et ſpecies ſunt: recte poſt primas ſubſtãtias ſpecies & genera dicũtur eſſe ſecũdę ſubſtãtiæ. ¶ Amplius, primę ſubſtãtię propterea q̃ omnibus aliis ſubiacẽt/ iccirco prię ſubſtantiæ dicũtur: hęc quoq; de eadẽ re probatio recte poſt primas ſubſtantias genera et ſpecies eſſe poſitas veriſſima ratione cõfirmat. nãq; indiuidua iccirco primę dicunt eſſe ſubſtãtię: q̃ aliis cunctis ſubiaceant. Nã quoniã de ſecundis ſubſtãtiis ad prędicationẽ ſuppoſitę ſunt/ & de his ſecundæ ſubſtãtię dicũtur/ vel quoniam accidẽtibus vt poſſint eſſe accidẽtia ſubdũtur: iccirco primę ſubſtantię ſunt. et ſicut primę ſubſtãtiæ cũctis ſubiacent accidẽtibus: ſic etiam ſecundæ. Nam quoniã aliquis homo accidentibus ſubiacet: & homo & animal accidẽti ſupponitur. & quoniam eſt quidã homo grẽcus ideſt Ariſtarchus: eſt homo græcus/ eſt etiã animal grẽcum. quocirca accidẽtibus/ primę ſubſtãtię principaliter ſubdũtur: ſecundę vero/ ſecũdo loco. et quẽadmodũ primę ſubſtãtię & accidẽtibus et ſecundis ſubſtãtiis ſubiacẽt: ſic ſecũdę ſubſtantię accidẽtibus ſupponũtur/ ſed ſecũdę ſubſtãtię ſpecies & genera ſũt. Recte igit poſt primas ſubſtãtias: ſpecies/ & genera/ ſecundas ſubſtãtias eſſe propoſuit. ¶ Cõmune autem omni ſubſtantię eſt in ſubiecto non eſſe. Prima namq; ſubſtãtia: nec in ſubiecto eſt nec de ſubiecto aliquo dicitur. ſecundarum vero ſubſtantiarum cõſtat quidẽ etiam ſic/ quia nulla eſt in ſubiecto. homo enim de ſubiecto quidẽ quodã homine dicitur: in ſubiecto vero nullo eſt. neq; enim in quodã homine homo eſt. ſimiliter autem et animal de ſubiecto quidem dicitur quodam homine: non etiam eſt animal in quodam homine. ¶ Amplius. Eorum quę in ſubiecto ſunt/ nomen quidem de ſubiecto aliquando nichil prohibet prædicari: rationem vero impoſſibile eſt. ſecundarum vero ſubſtantiarũ de ſubiecto ratio prędicatur / & nomen. rationem enim hominis de quodam homine prędicabis: et animalis ſimiliter. quare nõ erit eorum ſubſtantia: quę ſunt in ſubiecto. Non eſt autem propriũ ſubſtantiæ hoc: ſed et differentia eorum eſt/ quę non ſunt in ſubiecto. bipes enim & greſſibile de ſubiecto quidem quodã homine dicitur: in ſubiecto vero nullo eſt. neq; enim in homine eſt bipes/ neq; greſſibile. ratio quoq; differẽtię de illo prędicatur: de quocunq; ipſa differentia dicitur. velut ſi greſſibile de homine prędicatur/ & ratio greſſibilis de homine p̃dicabitur. eſt enim homo greſſibilis. ¶ Nõ vos vero conturbẽt ſubſtãtiarum partes/ quæ ita ſunt in toto/ quaſi in ſubiecto ſint: ne forte cogamur eas nõ eſſe ſubſtãtias cõfiteri. Non enim ſic in ſubiecto eſſe dicebantur quaſi partes eſſent. ¶ Poſt enumerationẽ ſubſtantiarũ/ & diuiſionẽ in qua alias primas/ alias ſecũdas eſſe propoſuit: quoniã ſubſtãtię diffinitio nulla eſt reddita/ iccirco quia generaliſſimũ genus diffinitionibus nõ tenetur/ proprietatem quãdam cupit exquirere quaſi ſignum aliquod quo ſubſtantiam queamus agnoſcere. priuſq; quid ipſis ſubſtãtiis cõmuniter poſſit euenire proponit: poſt vero quid illis proprium ſit querit. ſed iccirco iſta pręmittit: vt ad illud verũ proprium ſine vllo errore perueniat/ et quod vere eſt ſubſtantiarũ proprium/ vltimũ dicat. ¶ Tribus autem modis proprium ſignificatur. Eſt enim proprium: qđ alicui ſpeciei omni euenit/ et non ſoli. vt homini/ bipedem eſſe. Omnis enim homo bipes eſt: ſed nõ ſolus. aues namq; & ipſæ: ſunt bipedes. Aut ſoli/ & nõ omni. vt eidem homini euenit vt ſit grãmaticus: ſed nõ omni homini. neq; enim omnis homo grãmaticus eſt. At vero tertia proprii ſignificatio eſt: q̃ omni/ & ſoli/ & ſemp. vt riſibile. Omnis enim homo riſibilis eſt: et ſolũ/ eſt animal homo qđ rideat. Ex his igit illa duo ſuperiora quę diximus/ vbi omni & nõ ſoli/ aut ſoli & non omni eſſe quędã propria dicebamus: a propriorũ veritate eſſe videtur aliena. hoc vero tertium qđ omni ineſt/ et ſoli: vere eſt propriũ. Illa autem ſuperiora/ cõſequentia quidem dicũtur: non tamẽ vere propria. hoc autem vltimum/ vere eſt ꝓpriũ. Quæcũq; ergo talia ꝓpria Ariſtoteles inuenerit/ q̃ aut ſolis/ & nõ omnib⁹ ſubſtãtiis/ aut omnibus/ & nõ ſolis eueniãt: velut nõ vere in natura cuiuſlibet cõſtituta/ repudiat. illud vero vltimum ponit: qđ et omni ſubſtantiæ & ſoli valeat euenire. Illa enim ſunt propria: q̃ conuertuntur. vt ſi quid fuerit homo/ riſibile eſt: ſi quid eſt riſibile/ homo eſt. hæc autẽ ſolum cõuerti poſſunt: q̃ omni ſoliq; contingunt. nã neq; vlli alii magis: neq; vlli minus euenient. quare his p̃dictis ad loci ipſius rationẽ expoſitionemq; veniamus. Quod ergo dicit/ hoc eſt. Omnib⁹ ſubſtantiis cõmune eſt: vt in ſubiecto nõ ſint. Nãq; primę ſubſtãtię/ id eſt indiuidua in ſubiecto non ſunt. qđ planiſſime his demõſtratur. Nunq̃ enim particularis ſubſtãtia alicui accidẽs poteſt eſſe: ſecũdæ vero ſubſtãtiæ habẽt quandã imaginẽ q̃ ſint in ſubiecto. Videtur enim ſecũdę ſubſtãtiæ in ſubiectis primis ſubſtãtiis eſſe: ſed falſo. Nam ſecũdæ ſubſtãtię de primis ſubſtãtiis ſolum p̃dicantur: nõ in ipſis ſunt. Animal enim de quodã homine tantũ dicitur: nõ etiã in aliquo homine cõſiſtit/ vt in ſubiecto. Hoc autem illa res probat/ q̃ omnia quęcũq; in ſubiecto ſũt: eorũ quoq; indiuidua i ſubiecto ſũt. color quoniã in ſubiecto corpore ẽ: & quidã color ſubiecto corpore nitit in hoc vero quoniã primę ſubſtãtiæ/ ideſt indiuidua in ſubiecto nõ ſũt: nec eorũ vniuerſalia/ id ẽ ſecũdæ ſubſtãtiæ q̃ genera & ſpecies ſũt/ poſſunt aliquo niti ſubiecto. Quare ſecũdę ſubſtãtię primas ſubſtãtias ad p̃dicationẽ tãtũ ſubiecta habẽt: nõ etiã vt ipſę primis ſubſtãtiis accidãt. Illud

Tribus aũt modis. tertium cõſuetũ modum q̃ min⁹ ſit diſciplinis accõmodatũ/ relinquit eũ/ qui quart⁹ aſſignari ſolet/ tertio loco collocãs.

Quidã/ nota eſt ſingularitatis authore Laurentio.

Namq; ſecūdę ſubſtātiæ nō ſunt vnę/ nec numero ſingulares: ſed ſpecies/ intra ſe plurima indiuidua continent/ & multas intra ſe ſpecies genus includit. quocirca cū dico homo: nō hoc aliquid ſignificaui. neq; enim ſingulare eſt hominis nomen/ iccirco q; de pluribus indiuiduis prędicatur: ſed potius quale quiddā. qualis enim ſubſtātia ſit demōſtratur: cū dicitur homo. Qualitas aūt hęc: circa ſubſtantiā terminatur. Nam ſicut indiuidua qualitas/ ſpecies & genera qualitatis habet/ & ſicut ſingulas quātitates/ quantitas ſpeciebus & generib9 claudit: ita quoq; indiuiduarum ſubſtantiarū ſpecies & genera/ ſecundę ſubſtantię ſunt. Ergo cū dico homo: talem ſubſtantiam ſignifico/ quę de pluribus numero differētibus in eo qđ quid ſit prædicatur. qualē ergo quandā ſubſtantiā ſignifico/ cū hominem dixi: talē ſcilicet quę de indiuiduis nominetur. Idem quoq; de genere eſt. Nam cū dico animal: talē ſubſtantiam ſignifico/ quę de pluribus ſpeciebus dicatur. Eſt igitur qualitas vt albū/ quę ſemper ſit in ſubſtantia: ſed nō vt ipſam ſubſtātiam interimat/ iccirco q; proprietatem ſubſtantię albedo non habet. Qualitas vero hęc quę de ſubſtantijs dicitur: circa ſubſtantiam qualitatē determinat. qualis ſit enim illa ſubſtātia/ demōſtrat. Nam ſi rationalis homo eſt: & ſubſtantia erit rationalis. ſed rationalis/ qualitas eſt. qualē ergo ſubſtantiā: monſtrant ſecundę ſubſtantiæ. Quocirca nō eſt hoc proprium ſubſtantię: hoc aliquid ſignificare. Secundę enim ſubſtantiæ nō hoc aliquid/ ſed quale aliquid (vt dictum eſt) monſtrant: ita tamē quale aliquid mōſtrant/ vt ipſam qualitatem circa ſubſtantias determinēt. qualitas enim ſecūdarum ſubſtantiarum/ indiuiduis eſt. de ipſis enim naturaliter prędicatur: quę ipſa/ indiuiduę ſubſtantię ſunt. Qualitas igitur ſecundarū ſubſtātiarū: circa indiuidua/ ideſt quę prima ſunt/ & ipſas quoq; ſubſtantias/ terminatur. Determinatio vero/ quoties ipſe terminus multa concludit/ maior eſt: minor/ quoties pauciora. quocirca genus plurima colligit: ſpecies vero nō tam plura. Nam cū dico animal: etiam hominē/ bouēq; & alia cūcta animalia hoc vno nomine clauſi. cum vero dico homo: ſolos homines indiuiduos hac nominis ſignificatione concluſi. quocirca maior fit determinatio per genus q̄ per ſpeciem. Et fit determinatio circa ſubſtantiam/ qualitatis: vel q; ſubſtantialis qualitas in genere & ſpecie eſt/ vel q; ſecundum quandam cōmunionē ſubiectorū/ dicitur. Sed per ſe qualitas vt album: neq; vllius ſubſtātiam ſignificat/ neq; vllam cōmunionem ſicut genus ſpecierum ſuarū/ & indiuiduorum ſpecies oſtēdit. quocirca aliud ſubſtantię proprium requirendum eſt. ¶ Ineſt autem ſubſtantijs nichil illis eſſe cōtrarium. Primę enim ſubſtantię quid erit contrariū/ vt cuidā homini/ vel cuidā animali: nichil eſt cōtrarium. at vero nec homini nec animali aliquid eſt cōtrarium. Non eſt autem hoc ſubſtantiæ proprium/ ſed etiam multorū aliorum/ vt quantitati. bicubito enim vel tricubito/ nichil eſt contrarium. at vero nec decem/ nec alicui talium. ¶ Niſi forte quis multum pauco dicat eſſe cōtrarium/ vel magnum paruo. Determinatorū vero quantorū/ nullū nulli ē cōtrariū. ¶ Adiecit quoq; aliud ſubſtantię proprium: dicens/ ſubſtantię nichil eſſe cōtrarium. hoc autem ex ea quę ſigillatim fit inductiōe: cōfirmat. Homo enī homini/ vel equo/ vel alicui alij animalium: non eſt contrarius. ¶ Sed ſi quis forſitan dicat cum ignis atq; aqua ſubſtantię ſint/ ignē aquę eſſe contrarium: mentietur. Nō enim ignis aquę contrarius eſt: ſed qualitates ignis qualitatibus aquę opponūtur. Calor enim & frigus cōtraria ſunt/ & humor & ſiccitas. quę qualitates cum alię ſint in igne/ aliæ in aqua/ ipſas ſubſtantias cōtrarias facere vidētur. ſed nō ſunt. Hoc autem ex omnibus alijs ſubſtantijs poteſt probari: in quibus quiſq; nichil poterit inuenire cōtrarium. Sed hoc ſolius ſubſtantię: proprium nō eſt. Namq; & quantitas definita: cōtrarijs caret. nam neq; duo tribus cōtraria ſunt/ nec duobus quattuor: nec aliquid huiuſmodi. nam ſi dicamus tres duob9 eſſe cōtrarios: cur nō his duob9 etiā quattuor vel qnq; cōtrarios eſſe ponamus/ nulla enī afferri ratio poteſt cū tres duob9 cōtrarij ſint: cur q̄ttuor vel qnq; duob9 cōtrarij nō ſint. Q; ſi hoc eſt/ vel q̄tuor/ vel tres/ vel quinq;/ vel quicūq; a duobus diſtant numeri: cōtrarij fiet duob9 & erūt vni rei multa cōtraria. qđ fieri nō poteſt. Nō eſt igit̄ cōtrariū aliqd quātitati. ¶ Sed ſi quis dicat magnū paruo/ vel multa paucis eſſe cōtraria: hęc quidē etiā ſi qs quātitates eſſe confirmet/ tamen definitę quantitates nō ſunt. Quantū enim ſit magnū/ vel quātū paruum: nō definit qui loquitur. eodē modo etiam in multis atq; paucis. quare ſi quis hęc quātitates eſſe dicat: indeterminatas indefinitaſq; eſſe cōfitebitur. Dicit autem Ariſtoteles terminatę quantitati nichil eſſe cōtrarium: vt duobus/ vel tribus/ vel lineę/ vel ſuperficiei. Q; ſi etiā alię quantitates habēt cōtraria/ alię vero nō habent: nichil omnino impedit ad hoc qđ dicitur proprium non eſſe ſubſtantię/ iccirco q; cōſtat quaſdam quātitates nō habere cōtraria. q; ſi hoc & in quantitatibus euenit nō eſſe contrarium: ſubſtantiarum proprium nō eſt. Atq; hęc quidē/ ſi quis magnum vel paruum in quātitatibus ponat/ manifeſtum eſt (vt ipſe eſt poſterius monſtraturus) nō eſſe quantitatis/ ſed ad aliquid. maguum enim ad paruum dicitur. Sed cum ad

Cauilli remotio.

in ſubiecto/vt ſubiecti partes non ſint/ſubſtantiarū vero in toto partes ita ſunt/vt in ſubiecto non ſint: partes ſubſtantiarum partes accidētium eſſe nullus recte ſuſpicari poteſt. ¶Ineſt autem ſubſtantijs & differentijs omnia vniuoce prędicari. Omnia enim quę ab his prædicata ſumuntur: aut de indiuiduis prędicātur/aut de ſpeciebus. a prima namq; ſubſtantia: nulla eſt prędicatio. de nullo enim ſubiecto dicitur. ſecūdarum vero ſubſtantiarū/ſpecies quidem de indiuiduo prædicatur: genus vero & de ſpecie & de indiuiduo. Similiter autem & differētię: & de ſpeciebus et de indiuiduis prędicātur. & rationem quoq; ſuſcipiunt primę ſubſtātiæ: ſpecierū & generum/& ſpecies generis. quęcunq; enim de prędicato dicuntur: eadem & de ſubiecto dicētur. ſimiliter autē rationē differētiarū ſuſcipiūt ſpecies & indiuidua. vniuoca autē ſunt quorū & nomen cōmune eſt: et ratio eadem. quare omnia quę a ſubſtantijs & differentijs ſunt: vniuoce prędicantur. ¶Quoniam in ſubiecto nō eſſe differētijs & ſubſtantijs cōmune mōſtrauit: aliam rurſus cōmunitatem ſubſtātiarum differentiarūq; propoſuit. Nam cū ſubſtātiarū alię ſint primę/alię ſecundæ/& primę ſubſtātię ſint indiuiduæ: quoniam nichil indiuidua poſſunt habere ſubiectum/ab indiuiduis nulla prędicatio eſt. Secūdę vero ſubſtantiæ de indiuiduis/ideſt de primis ſubſtantijs prędicantur: & de his vniuoce dicūtur. Secundarum enī ſubſtantiarum nomē de indiuiduis prędicatur /& ratio. Et de indiuiduo quidem: & ſpecies p̄dicatur & genus. vt de Platone/ideſt de aliquo homine: & homo dicitur/& animal. aliquis enim homo: et homo eſt/& animal. & vtriuſq; de indiuiduo prædicatur/ratio. Dicimus enī aliquem hominē animal eſſe rationale mortale: quę eſt ſpeciei diffinitio/ideſt hominis. & rurſus aliquem hominē dicimus ſubſtantiam animatā atq; ſenſibilem: quę eſt generis diffinitio/ideſt animalis. Species vero generis ſui: & diffinitionem ſuſcipit & vocabulum. de homine enī animal p̄dicatur. dicitur enim homo/animal eſt. Et ipſe rurſus homo: rationē ſuſcipit animalis. dicimus enim eſſe hominem: ſubſtantiam animatā atq; ſenſibilem. Cōſtat ergo/quoniam & genera & ſpecies de indiuiduis: & genera de ſpeciebus vniuoce prędicātur. ideſt in omni predicatione ſecundę ſubſtātię vniuoca appellatione de ſubiectis dicūtur: qđ his cū differētia cōmune eſt. Differentia namq; de ſpecie de qua dicitur/& de eius indiuiduo: ipſa quoq; vniuoce p̄dicatur. Nam cum ſit greſſibilis differentia: de aliquo homine prædicatur. dicitur enim quidā homo: greſſibilis/vt Plato vt Cicero. Sed & diffinitionem differentię ſuſcipiunt indiuidua: de quibus illa differentia prædicatur. Greſſibile namq; eſt: qđ per terram pedibus ambulare poteſt. Et quędam hominem poſſis ita ſecundū nomen differentiæ diffinire: vt dicas Platonem eſſe qui per terram pedibus ambulare poſſit. Et hoc idē euenit de ſpecie cuiuſdā hominis: ideſt de homine. homo nāq; ideſt ipſa ſpecies cum ſit greſſibilis: poteſt diffiniri. homo eſt qđ per terrā pedibus ambulare poſſit. Ergo & differentię de ijs de quibus prædicantur: vniuoce dicuntur. quocirca/quoniā & ſecūdæ ſubſtātiæ de ijs de quibus prędicantur/vniuoce dicūtur: & differētię eodē modo. Quęcūq; enī a ſubſtantijs vel differentijs p̄dicationes fuerint: hę & vniuoce de ſubiectis prędicabuntur. Quę autem cauſa ſit/vt ſecundę ſubſtantiæ de primis ſubſtantijs vniuoce p̄dicentur: illam quā ſupra docuit Ariſtoteles nos admonēs dixit. omnia enim quęcunq; de prędicato dicuntur: eadē etiā dicentur de ſubiecto. Omnes enim differentiæ quę ſunt ſpecificę generis: prędicantur & de ſpecie/& de indiuiduo. vt quoniam animal efficiunt differētię animatum atq; ſenſibile: eadē & de ſpecie/ideſt homine/& de indiuiduo/ideſt aliquo homine prędicabuntur. qđ/quoniā ſuperius. dictum eſt: nunc q̄tum expoſitionis breuitas poſtulat/dixiſſe ſufficiat. ¶Omnis autē ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare. et in primis igitur ſubſtantijs indubitabile/& verum eſt: quoniam hoc aliquid ſignificāt. Indiuiduum enim & vnū numero eſt quod ſignificatur. In ſecundis vero ſubſtantijs videtur quidem ſimiliter propter appellationis figuram hoc aliquid ſignificare/quādo quis dixerit hominē vel animal: nō tamen verum eſt/ſed magis quale aliquid ſignificant. neq; enim vnū eſt qđ ſubiectum eſt/ quēadmodum primę ſubſtātię: ſed de pluribus homo dicitur/& animal. ¶Non autē ſimpliciter quale quid ſignificat quēadmodum albū (nichil enī aliud ſignificat album/q̄ qualitatem) at ſpecies & genus circa ſubſtantiam qualitatem determinant. qualem enī quandā ſubſtantiā ſignificāt. plus autē in genere determinatio fit/q̄ in ſpecie. dicens enim animal: plus cōplectitur/q̄ qui hominem. ¶Poſtq̄ ſuperius geminas dixit ſubſtantię conſequētias/ideſt in ſubiecto non eſſe/& cuncta ab his vniuoce prędicari/& eas maxime proprio ſubſtātię ſeparauit/iccirco q; differentijs etiam videtur eſſe cōmunes: aliud adijcit/quod iccirco ſubſtantiæ propriū nō ſit/q; non ſit in omni ſubſtātia. Nam quēadmodū quātitas quātum ſignificat/& qualitas quale: ſic etiam ſubſtātia videtur hoc aliquid ſignificare. Nā cū dico Socrates/vel Plato/vel aliquā indiuiduam ſubſtātiam nomino: hoc aliquid ſignifico. ſed omnibus hoc ſubſtantiis nō ineſt. Indiuiduis namq; (quoniā particularia ſunt & numero ſingularia) verum eſt hoc aliquid a ſubſtantijs ſignificari: in ſecundis vero ſubſtantijs/nō idē eſt.

FRANCISCVS. nō ſint ſingularia ac indiuidua. ſecūdæ aūt ſubſtātię genera aut ſpecies: p̄dicā tur in quid. ¶Idē tamē calor ī igne Actualis calor nō ē ſubſtātialis ignī/et ſine illo forte fuit in camino triū puerorū Nabugodonoſor: vbi tāt9 ignis nec capillū eorū aduſſit. ſed habitualis calor/q & fontan9 & quē nōnulli calefactiuitatem appellāt: ſubſtātialis eſt ignī vt rationalitas homini.

Scdm nomē differētię/diffinire ideſt ei adaptare et facere conuenire diffinitionē differentiæ.

» et ſi quis hoc ſuſcipiat: tamen modo differt. nam ea quę in ſubſtantijs ſunt: ipſa quidem muta-
» ta ſuſceptibilia ſunt cõtrariorum. Frigidum enī ex calido factum/ mutatū eſt (alteratū enim ē)
» & nigrum ex albo/ & ſtudioſum ex prauo. ſimiliter autē et in alijs vnūquodq; eorū mutationē
» ſuſcipiēs: ſuſceptibile cõtrariorum ē. Oratio nāq; et opinio ipſa quidē immobilia omnino per-
» ſeuerant. cum vero res mouetur: contraria circa ipſam fiunt. oratio nāq; eius q; ſedeat aliquis:
» permanet eadem. cum vero res mota ſit: aliquando quidem vera/ aliquādo autē falſa dicitur.
» ſimiliter autē eſt & in opinione. quapropter ſaltem modo propriū ſubſtantiæ eſt: vt ſecundum
» mutationem ſuiipſius ſuſceptibilis ſit cõtrariorū. ¶Si quis autem recipiat etiam hęc oratione
» & opinionē ſuſceptibilia eſſe contrariorū: nō eſt hoc verum. Oratio nāq; et opinio nō in eo q;
» ipſa aliqd recipiāt/ cõtrariorū ſuſceptibilia eſſe dicūtur: ſed eo q; circa alterū aliqua paſſio facta
» ſit. nam i eo q; res eſt/ aut nō eſt: in eo etiā oratio vera vel falſa eſſe dicitur/ nō in eo q; ipſa ſuſce
» ptibilis ſit contrariorū. ſimpliciter enim a nullo: neq; oratio neq; opinio mouetur. quapropter
» nō erunt ſuſceptibilia contrariorū/ cum nulla cõtrarij ſit paſſio in eis facta. verum ſubſtantia in
» eo quod ipſa contraria recipiat/ in hoc ſuſceptibilis eſſe cõtrariorū dicitur. languorem enim &
» ſanitatem ſuſcipit et candorē et nigredinem: & vnūquodq; talium ipſa ſuſcipiendo/ cõtrariorū
» ſuſceptibilis eſſe dicitur. quare proprium erit ſubſtātiæ hoc/ quod cū vnum & idem numero ſit:
» ſecundū ſuiipſius mutationē/ ſuſceptibilem contrariorū eſſe. De ſubſtantia quidē hęc dicta ſint.
» ¶Ait maxime proprium eſſe ſubſtantię: q; eadem et vna numero contrariorū ſuſceptiua ſit/ ni
chil contrariū ſuperioribus dicens. Illic enim dixerat ſubſtātias ſubſtantijs nō eſſe contrarias:
hic vero dicit nō ſubſtantias ſubſtantijs eſſe contrarias/ ſed res in ſe contrarias poſſe ſuſcipere.
vt vnus atq; idem homo: nunc quidē ſit ſanus/ alio vero tempore ſit eger. egritudo autem & ſa
nitas: contraria ſunt. Ergo quoniam declaratum eſt ſubſtantiam poſſe contraria ſuſcipere: de-
monſtrandū eſt/ quēadmodum hoc ſolis ſubſtantijs inſit. Hoc autem in nullis alijs inuenitur.
namq; in qualitate: qualitas nō erit eadem/ atq; vna numero contrariorū ſuſceptiua. Idem enī
& vnum numero: nō erit albū/ atq; nigrū. cū enī albū fuerit/ & poſt in nigrū vertitur: tota qua-
litatis ſpecies permutatur/ & nō erit vnū atq; idem numero/ qđ cõtrarium eſt/ ſed diuerſum. At
vero & actio eadē/ & vna numero nō erit bona/ atq; mala: ſed fortaſſe vna bona/ alia mala/ ita
vt diuerſę ſint nō eędem numero. hoc etiam in alijs reperitur. Ipſa vero ſubſtantia cū vna ſit/ et
numero ſingularis: cõtraria ſuſcipit. vt idem atq; vnus homo cū fuerit candidus atq; albus/ ſo-
le tactus nigreſcit: & album in nigrum vertitur/ & in contrariū permutatur vtraſq; res in ſe cō-
trarias ſuſcipiens. Nulli igitur alij ineſſe hoc/ niſi ſolis ſubſtantijs: ſatis ſuperiora demōſtrant.

Obiectio. ¶Si quis autem apponat orationem & opinionē vnam atq; eandē contrariorū eſſe ſuſceptibi
lem: ideo q; cum dico Cicero ſedet/ vel eum ſedere opinor/ cum vere ſedet vera eſt et oratio de
eodem & opinio quoniam ſedet. cum vero ſurrexit ille/ eadē permanet opinio vel oratio quę di
cit vel arbitratur/ Cicero ſedet: ſed falſa eſt/ quoniam nō ſedet. videtur enim opinio atq; oratio

Solutio. eadem & vna numero: nūc quidē eſſe vera/ nūc autē falſa/ & cõtraria ipſa ſuſcipere. ¶Sed hoc
falſum eſt: q; oratio/ et opinio contraria nō recipiunt. Nam ſi quis hoc recipiat q; etiam oratio
atq; opinio contrariorum ſuſceptiua ſint: non tamen eodem modo quo ſubſtantia. Nam ſub-
ſtantia: ipſa contraria ſuſcipiens/ permutatur. Cicero namq; ipſe in ſe egritudinem ſuſcipiēs ex
ſano factus eſt eger: et mutatus/ ipe cõtraria ſuſcipit. Sermo vero vel opinio ipſa quidem imu-
tata permanent: ſed cum rebus de quibus dicuntur permutatis/ ipſę inueniuntur falſę eſſe vel
verę. at ſubſtantia quidem ipſa: cum ijs quę ſuſcipit contrarijs permutatur. Oratio vero & opi
nio eo q; res de quibus dicuntur vel arbitrantur/ permutentur: ipſę videntur falſę eſſe vel ve-
rę. Nam cum dico Cicero ſedet: ſi ille ſurrexit/ oratio quidē ipſa nichil paſſa eſt ſed res de qua il
la fuit oratio/ mota eſt. Qui enim ſedebat: ſurrexit. iccirco ex vera oratione/ facta eſt falſa. Quo-
circa ſubſtantia ipſa ſuſcipiens (vt dictum eſt) contraria/ permutatur: oratio & opinio nō mu-
tātur/ ſed re circa eas mota/ ipſę verę vel falſę ſunt. Quare proprium ſubſtantiæ ita eſſe putabi-
tur contrariorum ſuſceptibile: vt ipſa permutata contraria ſuſcipiat/ nō vt re mutata ipa immu
tata imutabiliſq; permaneat. Atq; hoc dictum eſt/ ſi quis orationem atq; opinionē contrariorū
ſuſceptibiles putet: nō autem eſſe orationē atq; opinuonem cõtrariorum ſuſceptibiles ipſe rur-
ſus adiecit. Non eſt autem hoc verum. Etenim oratio & opinio/ nō quo ipſa ſuſcipiant aliquid/
contrariorum ſuſceptibilia eſſe dicuntur: ſed quo circa alterum/ aliqua paſſio facta ſit. Ait enim
orationem atq; opinionem ipſa quidem nullius eſſe contrariorum ſuſceptibilia. neq; enim fal-
ſitas veritaſq; in oratione/ vel opinione inſita eſt. Sed iccirco videntur contrariorum eſſe ſuſce
ptibilia: q; (vt ipſe ait) circa alteram quandā paſſionem ſint/ hoc eſt circa hoc eſſe opinionē vel
orationem. Nam circa ſedere & non ſedere quę ſunt contraria: eſt ſedendi aliquem/ & nō ſedē-
di opinio/ vel oratio. atq; ideo quoniam circa alia res ſunt/ quæ ſibi ſunt contrariæ: illis permu-

ea loca venerimus:propoſiti ordínem loci dilígentius exequemur. Nunc quoniam declaratū
eſt & ſubſtantiæ nichil eſſe contrarium/ & hoc ei propriū nō eſſe:quoníam ídem etíam in quā-
» titatibus cōſideratur/ adſequens propriū expoſitionis ſemitam conuertamus. ¶Videtur autē
» ſubſtantia nō ſuſcipere magis & minus. ¶Dico autem/ non quoniā ſubſtantía nō eſt a ſubſtā
» tia magis & minus ſubſtantia (hoc enim dictū eſt quoníam eſt) ſed quoniam vnaquęq; ſubſtā
» tia hoc ipſum quod eſt/ nō dicitur magis et minus. vt ſi ē hęc ſubſtantia/ homo: nō erit magis
» & minus homo/ nec ipſe a ſeipſo/ nec alter ab altero. nō enim eſt alter altero magis homo: ſicut
» eſt album alterum altero magis album/ & bonū alterum altero magis bonū. ſed et ipſum a ſe
» magis & minus dicitur. vt corpus cum ſit albū/ magis nūc album eſſe dicetur q̄ prius. & cū cali
» dum ſit: magis & minus calidum dicitur. Subſtātia vero non dicitur magis neq; minus. nichil
» enim homo magis nūc homo q̄ prius dicitur: neq; aliorum quicq̄ quę ſubſtantiæ ſunt. quapro-
» pter non recipiet ſubſtātia magis & minus. ¶Hoc proprium non ſimpliciter dicitur: ſed cū ali Nō ſímpli-
qua diſtinctione. Ait enim ſubſtātiam neq; magis recipere/ neq; minus: nō hoc dicēs/ quoniam citer/ equi-
ſubſtātía non eſt magis ab alia ſubſtātía. Namq; quidam homo cū ſit ſubſtātia/ magis eſt ſub- uoce.
ſtantia ab homine/ ideſt a ſpecie: & homo ab animalí/ ideſt a genere. Ergo non hoc dicit: quo-
niam non ſueniuntur ſubſtātiæ quę a ſubſtātijs magis ſubſtātię ſint. hoc enim dictū eſt/ quoniā
eſt: ideſt quoniā inueniūtur. Ait enim ſuperius primas ſubſtātias/ ideſt indiuiduas maxime eſſe
ſubſtantias: in ſecūdis vero ſubſtātijs magis eſſe ſubſtātias ſpecies/ q̄ genera. Ergo hic nō dicit
quoniam nulla ſubſtantia ab alia ſubſtātia/ magís ſubſtātía eſt: ſed hoc ípſum qđ eſt/ quęlibet
illa ſubſtātia nō dicitur magis & minus. Vt ſi eſt ſubſtātia homo/ non dicit quoniam homo nō
eſt magis & minus ſubſtantia (indiuiduus enī homo magis eſt ſubſtantia: ſpecies vero minus
ſi ad primam/ ideſt indiuiduā ſubſtantiā referatur) ſed hoc dicit: hoc ípſum qđ eſt/ ideſt homo/
non erit magis homo/ vel minus homo. Quocirca nō dicit/ quoniam homo non eſt magis ſub-
ſtantia/ vel minus: ſed quoniā homo hoc ipſum qđ eſt/ non ē magis vel minus homo. non ē enī
aliquis homo: magis/ & minus homo. Et hoc idē: in eiuſdem cōparatione conuenit ſpeculari.
Nam ipſe homo: ſeipſo non ē plus homo, at vero nec ſi ad alterum conferatur: ad alterū vero
ita vt ſub eadem coniugatione ſint. vt quidam homo indiuiduus/ ad aliquē indiuiduum homi
nem cōparatus: nō erit magis & minus homo. vel ipſa ſpecies: ſeipſa non erit magis/ & minus
homo. Sed hoc palam ē in ſubſtantijs. In qualitatibus vero: poteſt eſſe magis & minus. album
enim poteſt fieri magis albū ſeipſo: & ſuſcipere magis & minus/ vt ſit magis albū & minus al-
bum. Poteſt & alio albo plus eſſe albū/ vt lilium lana/ & alio albo minus eſſe albū. vt lana lilio/
vel cignus niue: atq; idem in aliſs qualitatibus/ vt bono/ vel calido. Namq; hęc poſſunt tēpori-
bus permutari: & in plus minuſue tranſduci. fit enim aliquoties bono/ melius & deterius: & ca
lido/ feruētius & tepidius. Homo vero qđ ē ſubſtantia: neq; nunc plus erit homo q̄ fuit antea/
neq; poſt magis aut minus erit homo q̄ nūc eſt. Quocirca cum ſubſtantia non ſuſcipiat magis
& minus: tamen propriū eius hoc non erit. Sed cur non ſit proprium/ ipſe Ariſtoteles velut no-
tum conticuit: nos autem addimus. Quoniam non ſolū ſubſtantiæ nō ſuſcipiunt magis & mi-
nus: ſed & alia multa. Circulus enim alio circulo non erit magis circulus/ aut minus: nec duplū
magis duplum vel minus. æqualiter enim duplus eſt quaternarius ad binariū: vel denarius ad
quinarium cōparatus. Quocirca quoniam etiā & in aliſs idē eſt/ hoc: ſubſtantię propriū nō eſſe
putandum eſt. Sed hęc quidē omnia quæcūq; ſunt in ſubſtantijs omnibus/ propria tamē ſub-
ſtantiæ non ſunt/ eo q̄ etiam in aliſs ſunt: conſequētia ſubſtātię appellantur. Nec enim omnia
ſubſtantias conſequūtur/ vt vbicūq; fuerit ſubſtātia/ ea quę dicta ſunt ſint: illa vero quę nō om-
nibus ſubſtantijs inſunt/ accidētia ſunt ſubſtātijs. quocirca propria non ſūt. Q̄ ſi propria non
ſunt: nondū quale ſit ſubſtantia demonſtrant. Quare vt ſubſtātiæ qualitatem proprie cogno-
ſcamus: talis eſt huic requirenda proprietas/ quę & ſolis ſubſtātijs inſit & omnibus. hęc autem
» huiuſmodi eſt: quā ipſe propoſuit. ¶Maxime vero proprium ſubſtantiæ eſſe videtur: qđ cum
» vnum/ & idē numero ſit/ cōtrariorum ſuſceptiuū eſſe. vt ī aliſs quidem nō habeat quiſq̄ qđ pro-
» ferat quęcūq; nō ſunt ſubſtantiæ: quod cum ſit vnū numero/ ſuſceptibile cōtrariorum ſit. velut
» color/ qui eſt vnus & idem numero: nō dicitur albus et niger. neq; eadē actio & vna numero:
» praua et ſtudioſa. ſimiliter autem & in aliſs quęcunq; nō ſunt ſubſtantię. Subſtantia vero cum
» vnum & idem numero ſit: capax cōtrariorum eſt. vt quidam homo/ cū vnus et idem ſit: aliquā-
» do quidem albus/ aliquādo ſit niger/ et calidus et frigidus/ et prauus et ſtudioſus. in aliſs autē
» nullis: aliquid tale videtur. ¶Niſi quis forſitan inſtet: dicēs orationem & opinionē contrario-
» rum eſſe ſuſceptibilia. eadem enim oratio vera & falſa videtur eſſe. veluti ſi vera ſit oratio ſede-
» re quendam: eo ſurgente ipſa eadem falſa erit. ſimiliter autem et de opinione. ſi quis enim ve-
» rum putet aliquem ſedere/ ſurgente eo/ falſo putabit eādem de eodē opinionem habēs. ¶Sed

quantitas eſt oratio: manifeſtum eſt. menſuratur enim ſyllaba breui & longa. dico autem cum
voce orationem factam. ad nullũ enim cõmunem terminum particulę eius copulantur. nõ enĩ
eſt cõmunis terminus ad quẽ ſyllabę copulentur/ ſed vnaquęq; diuiſa eſt/ ipſa ſecũdũ ſeipſam.

Prima ratio cur prius de quãtitate tractet Ariſto.

¶ Poſt ſubſtantiæ tractatum/ cur de quantitate potius/ ac nõ de qualitate propoſuerit: hęc cauſa eſt/ q; omnia quęcunq; ſunt/ ſimulatq; ſunt/ in numerum cadunt. omnis enim res: aut eſt vna aut plures. vnũ vero/ vel plures: quãtitatis ſcĩctia colligũtur. Sed non omnis res ſimulatq; eſt: aliquam accipit qualitatem. Ipſa enim materia ſub quãtitatis quidem principium cadit/ q; vna eſt: ſub qualitate vero minime. Ipſa enĩ eſt interim a cunctis qualitatibus abſoluta: ſuperadditа vero forma/ quadam afficitur qualitate. per ſe autem/ numero quidem vna ẽ: qualitate vero nulla. Quocirca ſi res omnis ſimulatq; eſt/ cadit in numerum/ non autem omnis res mox vt eſt ſtatim ſuſcipiet qualitatem: recte prius de quantitate propoſuit.

Secunda.

¶ Eſt quoq; alia cauſa: cur prius de quantitatis ratione pertractet. Omne enim corpus vt ſit/ tribus dimenſionibus conſtat: longitudine/ latitudine/ altitudine. vt vero ſit corpus cum qualitate: tunc erit aut albũ/ aut nigrum/ aut quodlibet aliud. Et quoniam prius eſt eſſe corpus/ poſt vero eſſe corpus album: prius erit corpori tribus conſtare dimenſionibus q̃ eſſe album. ſed tres dimenſiones: & numero/ & cõtinuatione ſpacij quãtitates ſunt. Longitudo enim/ & latitudo/ & altitudo in quãtitatibus numerantur: album vero qualitatis eſt. Quocirca ſi prius eſt/ ex tribus conſtare dimenſionibus q̃ eſſe album: prior erit qualitate quãtitas. quocirca recte eſt tractatus de quantitate præpoſitus.

Tertia.

¶ Item alia cauſa: q; quãtitas plura habet ſubſtantiæ conſimilia. Nam quẽadmodũ ſubſtãtiæ nichil eſt contrarium/ & ſubſtantia nõ recipit magis & minus: ſic etiã quãtitas. Quãtitati enim nichil eſt cõtrariũ: nec quãtitas recipit magis & minus/ vt paulopoſt docebimus. Qualitas vero & contraria ſuſcipit/ vt album & nigrum: & magis & minus/ vt candidius & nigrius & caliditſimum & nigerrimũ. Id enim ſumit intẽſionẽ: qđ poteſt ſumere diminutionem. Q̃z ſi ſubſtãtię ſimilior quãtitas eſt: recte poſt ſubſtantiam de quãtitate propoſuit.

¶ Quantitatis autẽ: dicit eſſe differentias duas. Quantitatis nãq; alia diſcreta & diſgregata: alia vero continua. Poſt hãc rurſus diuiſionem: alio modo partitus eſt quãtitatem. dicit enĩ quãtitatis aliam eſſe quę cõſtat ex habentibus poſitionem ad ſeinuicem ſuis partibus: aliam vero ex nõ habentibus poſitionẽ. Vnam vero rem/ diuerſe poſſe diuidi manifeſtum ẽ/ hoc modo. Vt ſi quis diuidat animal dicẽs. animalium alia ſunt rationalia: alia irrationalia. & rurſus eandẽ ipſam rem alio partiamur modo vt eſt. animalium alia ſunt greſſibilia: alia nõ greſſibilia. eorumq; animaliũ rurſus: alia ſunt carnibus veſcentia/ alia herbis/ alia ſeminibus. Hic ergo vna eademq; res diuerſo ordine/ modoq; diuiſa eſt. Ita igitur Ariſtoteles vnũ idemq; quãtitatis nomen diuerſe partitus eſt: in ea ſcilicet quę diſcreta eſſent/ vel quę continua. & in ea quę haberẽt poſitionem partium: vel quę nõ haberent. Sed de ſecunda diuiſione poſterius dicendum eſt: nunc prima tractetur. Ait enim de prima diuiſione hoc modo.

Quãtitatis prima diuiſio.

¶ Quanti aliud eſt continuum: aliud diſgregatum. Diſgregatũ eſt cuius partes nullo cõmuni termino coniũguntur. Continuũ vero: cuius partes habent aliquẽ cõmunem terminũ: ad quẽ videantur eſſe coniunctę.

Numerus.

¶ Diſcretarum nãq; quãtitatum ipſe exẽpla ponit et ſpecies. Oratio enim: diſcreta eſt quãtitas/ eodemq; modo & numerus. Et numerũ eſſe quãtitatẽ nemo dubitat. diſcreta vero eſt/ quoniam denarius numerus cum cõſtet ex quiq; & quinq;: res quę quinarium ad quinariũ iũgat vt faciat denarij corpus/ nõ poteſt inueniri. Nã ſi tres & ſeptem quis dixerit: quo cõmuni termino tres et ſeptem cõiungãtur/ vt denarij reddatur vnum integrum corpus/ nullus inueniet. atq; hoc quidem in omni numero ſpeculari licet. Nullus enim numerus ita partes habet/ vt eas aliquis cõmunis terminus iungat: ſed ſemper partes ipſę diſiũctæ atq; diſcretę ſũt. & huiuſmodi vocatur quãtitas diſcreta. numerus ergo diſcreta quãtitas eſt.

Oratio orationiſq; tenor.

Orationẽ vero quãtitatẽ eſſe dicit: Iccirco q; omnis oratio ex nomine & verbo conſtet/ ſed hęc ſyllabis conſtãt. omnis autẽ ſyllaba: vel longa/ vel breuis eſt. longum vero vel breue: ſine vlla dubitatiõe quãtitas eſt. quocirca qđ ex quãtitatib⁹ conſtat: id quãtitatẽ eſſe quis dubitet? at vero oratio ipſa/ cum ſit quãtitas: illa quoq; diſcreta eſt. Cum enim dico Cicero qđ orationis eſt pars: partes huius nominis/ ci/ & ce/ & ro/ nullo cõmuni termino cõiungũtur. non enim reperimus: quo cõmuni termino iungatur ci ſyllaba/ ad ce ſyllabam. vel rurſus ce ſyllaba/ ad ro ſyllabam. quocirca etiam oratio: quãtitas videtur eſſe diſcreta.

Tacitę obiectionis ſolutio.

¶ Sed ſi quis fortaſſe dicat hunc eſſe cõmunem terminũ quo ita iungũtur/ vt aliquid ſignificent. vt in hoc ipſo nomine Cicero: cõmunis ſyllabarum terminus ipſa ſignificatio fit. Si enim ce ſyllaba quę media eſt prima ponatur/ & ro quę vltima eſt media/ & ci quæ prima/ vltima: nomẽ qđ erat antea/ ideſt Cicero tranſuerſis per loca ſyllabis/ nichil ſignificabit. Illi dicendum eſt quoniam ſi q̃cũq; in quadam oratione proferantur ſiue ſignificent/ ſiue nichil ſignificent: ſyllabarum cõmunis terminus nullus eſt. Nam ſi quis dicat permutatis ſyllabis qđ eſt Cicero Ceroci: ſignificationẽ

tatis ista videntur esse contraria/non q̄ ipsa suscipiant/sed q̄ circa contrarias passiones rerum sint. Nam neq; oratio neq; opinio permutatur: sed sola tantū de quibus est ipsa oratio atq; opinio/ideſt sedere & nō sedere. Quocirca quoniam nullā ipa oratio vel opinio susciptū passionē/ nec quicq̄ in eis sit/atq; eueniat contrarium: contrariorū esse susceptibilia non videtur. At substantia eo q̄ ipsa suscipiat contrarium: contrariorum dicitur esse susceptibilis. Cicero enī suscipiens sanitatem/sanus fit: suscipiens egritudinem/fit eger. Oratio vero atq; opinio (vt dictum est) contraria nō suscipiunt. Quare erit hoc proprium substantiæ: contrariorum esse susceptibilem. ¶Sed si quis forsitan dicat: cur cum ignis calidus sit nunq̄ frigus suscipiat/ & cur cū aqua sit humida/nunq̄ suscipiat siccitatem? His enim oppositis/videtur nō omnis substātia contrariorum esse susceptibilis: et substantiæ hoc proprium infirmabitur/ cū non sit in omnibus substantijs. Obiectio. ¶Sed dicendum est quoniam ea cōtraria suscipere videtur substātiæ/quę sunt in eius natura nō insita: alioquin non suscipit quicquid illi substantialiter adest. Suscipere enī dicimus aliquid: de rebus extrinsecus positis/& præter substantiā constitutis. quoniam igitur in substantia ignis inest calidum esse: ignis/calorem nō suscipit. Quocirca neq; est ignis caloris susceptibilis/neq; frigoris. Calorem quidem nō suscipit: iccirco/q̄ eius naturę substantiæq; immutabiliter adhęsit. Frigus enim nō suscipit: quoniam caloris natura ipsius ignis contrarium spōte repudiat. Quocirca si quid est qđ suscipiat ignis/ideſt extrisecus positum: accipiat necesse est eius quoq; contrarium ipse vnus permanens/ac singularis. Idem quoq;/de aqua dicendum est. Illa enim/ sicut ignis calorem/sic nō suscipit humiditatē: sed est quodā modo & ipsi humiditas naturaliter insita. Atq; ideo calor ignis/vel humiditas aquę/non solū qualitates dicuntur: sed etiā substantiales ignis & aquę qualitates. Namq; aqua quoniam in se neq; frigus/neq; calorē substantialiter habet: susceptibilis & frigoris/& caloris esse dicitur. Quocirca non de ijs contrarijs loquitur/quę substantialiter insunt: sed de ijs quę potest suscipere vnaquęq; substantia/ideſt qđ potest extrinsecus exhiberi. Hoc autem in omnibus esse substātijs manifestū est. Nam quoniā si Cicero sanꝰ et eger est: homo sanus & eger ē. & si homo sanus/& eger est: aīal sanū atq; egrotū est. Sed cū duobus modis animal atq; homo spectētur/vno q̄ de pluribus prędicentur/ altero q̄ substantiæ sint: in eo q̄ de pluribus prædicantur/cōtrariorum susceptiua nō sunt. vt animal in eo q̄ de speciebus dicitur: neq; sapiens est/neq; insipiens. & homo in eo q̄ de indiuiduis dicitur: neq; sanus/neq; eger. In eo vero q̄ substantiæ sunt/& q̄ indiuiduis substātijs pręsunt: cōtrariorum susceptibiles sunt. Quocirca erit hoc solius proprium substantiæ: contrariorum esse susceptibilem. Hęc de substantia dicta sufficiant. Secundi vero voluminis series/ab expositione inchoabitur quantitatis.

¶LIBRI PRIMI COMMENTARIORVM BOE. IN PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS FINIS.

¶EDITIONIS BOE. IN PRAEDI. ARISTOTELIS LIBER SECVNDVS.

ET si nos curę officij consularis impediūt/quo minus in his studijs omne ocium/ plenamq; operam consumamus: pertinere tamen videtur hoc ad aliquā reipublicę curam/elucubratę rei doctrina ciues instruere. Nec male de ciuibus meis merear/si cum prisca hominum virtus vrbium cæterarū ad hanc vnam rempublicam/dominationem/imperiumq; transtulerit: ego id saltem qđ reliquum est/ grecę sapientiæ artibus/mores nostrę ciuitatis instruxero. Quare ne hoc quidem ipsum consulis vacet officio/cum Rhomani fuerit semper moris qđ vbicūq; gentium pulchrū esset atq; laudabile/id magis ac magis imitatione honestare: aggrediar igitur & propositi sententiam operis/ordinemq; contexam.

¶DE QVANTITATE. Cap. VI.

QVantitatis autem/aliud est cōtinuum/aliud discretū. & aliud quidem ex habentibus positionem ad seinuicē in ipsis/partibus constat. aliud autē ex nō habentibus positionem. ¶Est autem discreta quātitas: vt numerus/& oratio. continua vero: vt linea/superficies/corpus. amplius autem pręter hęc: tempus & locus. Partium etenim numeri nullus est cōmunis terminus: ad quē copulantur partes eius. vt quinq; si sunt denarij partes: ad nullum terminum communem copulātur quinq; & quinq;/sed semper discreta sunt. & tria & septem ad nullum cōmunem terminū copulantur. neq; omnino habeas in numero cōmunē terminum partium accipere: sed semper discretę & separatę sūt. quapropter numerus quidem discretorum est. Similiter autem & oratio discretorū est. Qz etenim

Boe.locum pro dimenſione & ſpacio ſeparato: vt ātiq; capere videtur.

rum eſt. Locū vero dicimus: quodcunq; illud ſit/ qđ partes corporis tenet. ſiue ſupra/ ſiue a latere/ ſeu ſubter ſit: locus dicitur. Qz ſi cunctę partes corporis locū aliquē tenēt/ & qui circa corpus eſt locus per omne corporis ſpacium parteſq; diffūditur: omnes corporis partes a loci partibus occupabūtur. qđ ſi ita eſt/ qui cōmunis terminus coniūgebat corporis partes: eius termini locus/ illa quoq; loca quę ſunt corporis partium iungit. & eſt eodem modo locus de cōtinua quātitate/ quēadmodum & corpus. Ita enim cōmunis terminus inuenitur in loco/ pārtium quēadmodum corporis: iccirco q̄ corporis locus/ per corpus omne diffūditur. Qđ autem dixit/ eſt autem taliū & tēpus & locus: quoniam ſuperius de cōtinuis loquębatur/ tempus quoq; vel locum continuis addidit/ dicens. eſt autem talium & tēpus & locus/ ideſt continuorum. Sed poſt continuę diſcretęq; quātitatis diuiſionem: aliam a principio rurſus orditur. ¶ Amplius autem. Alia quidem cōſtant ex partibus quę in eis ſunt/ poſitionem habentibus ad ſeinuicem: alia autem ex non habētibus poſitionem. vt lineę quidem partes poſitionem habent ad ſeinuicem. ſingulum nāq; eorum ſitum eſt alicubi: & habes vnde ſumas/ & aſſignes vbi vnūquodq; ſitum eſt in plano/ & ad quā partem reliquatū/ copulatur. ſimiliter autē & partes plani poſitionem habent aliquam. ſimiliter nāq; aſſignetur vnūquodq; vbi iacet: & quę copulantur ad ſeinuicem. ſed & ſoliditatis quoq; ſimiliter & loci. ¶ Rurſus digerit quātitatis differentias. Sunt enī quātitatis aliæ quidem quę ex habentibus poſitionem ad ſeinuicem ſuis partibus cōſtant: alię vero quę nullam partium habent poſitionem.

Quātitatis diui. ſcđa.

Poſitionem vero partiū retinere dicūtur: quarū triplex iſta natura eſt. primum: vt eius partes alicubi ſint. deinde: ne pereant. tertio vero: vt ſeſe partes ipſę coniūgant/ & propria ſe ordinatione cōtinuēt/ vt eſt linea. poſita enim linea in ſuperficie: poſſis agnoſcere vbi partes eius ſunt. vt dicas/ caput quidem lineę eſt ad dexteram/ medium vero hoc loco/ extremitas eſt ad ſiniſtram. & hęc manentibus ipſis partibus dicūtur. partes enim lineę nō pereunt: ſed in loco in quo ſunt/ permanent. Poſſis quoq; monſtrare/ quę pars lineę cui parti continuetur: ideſt ad quā partem caput alterius partis/ extremitaſq; coniungitur. vt dicas hęc pars/ verbi gratia medietas lineę/ hic diffinitur/ locum vbi deſinit monſtrans: alia rurſus pars lineę totius/ hic incipit. Ergo linea poſita in ſuperficie qualibet: & locum aliquē partes eius retinēt/ & partes ipſę nō pereūt/ vt poſſit q̄libet agnoſcere vbi extremitas partiū coniūgatur/ & quo ad ſeinuicem loco continuētur. Hoc quoq; idem in ſuperficie euenit. Partes enī ſuperficiei in aliquo loco ſunt/ & ipſę quoq; nō pereūt: & vbi pars parti iungatur/ oſtenditur. Idē quoq; ſoliditas habet. Et locī quoq; partes cōtinuantur ad eas ſcilicet partes/ ad quas corporis partes ſibimet continuātur: ſicut iam ſupra dictum eſt. Quocirca eiuſdem naturę erit & locus: cuius tota ſoliditas erat. ergo & locus ex eodē genere quātitatis eſt: ex quo eſt & ſoliditas/ ideſt ex habentibus ad ſeinuicem poſitionem/ ſuis partibus conſtans. Locus igitur & ipſe: ex habentibus ſuis partibus poſitionem ad ſeinuicem/ conſtat. Ergo tria hęc (ſicut ſupra dictum eſt) cōſideranda ſunt: vt ad ſeinuicem poſitionem partes habere videātur/ ideſt locum in quo partes ipſę ſint poſitæ/ vt partes illę nō pereant/ vt ſit partium cōtinētia atq; continuatio. ¶ Qz ſi quis dicat hoc/ loco deeſſe/ eo q̄ in loco nō ſit (in loco enim cuncta ſunt: locus vero in loco eſſe nō poterit) dicendū eſt/ quoniam iccirco ſuperficies/ & ſoliditas/ & linea habere poſitionem partium dicūtur: q̄ in loco ſint/ & partes permaneant/ & ſint continuę. quare multo magis ipſe locus cuius neq; partes pereunt/ & ſibi perpetuę cōtinuatimq; cōiunctæ ſunt: habere poſitionem partium dicitur. Et de iis quidem quę ex habentibus poſitionem ad ſeinuicem ſuis partibus cōſtant: hęc dicta ſint. Quę vero nō habent poſitionem: ipſe rurſus adiecit. ¶ In numero autē nō poſſit quiſq; oſtendere/ quēadmodum partes eius poſitionem aliquā habent ad ſeinuicem: aut vbi iacent/ aut quę partes ad ſeinuicem cōnectuntur. neq; eę quę tēporis ſunt. nichil enim permanent partes temporis. qđ autem nō eſt permanēs: quomodo poſitionem aliquam habebit? ¶ Sed magis ordinem quendam particularum dices habere: eo q̄ aliud quidē prius ſit tēporis/ aliud vero poſterius. Sed & de numero ſimiliter: eo q̄ prius numeratur vnus q̄ duo/ & duo q̄ tria. & ſic habebunt aliquem ordinem: poſitionē vero nō multum accipies. ſed & oratio ſimiliter. nichil enim permanent partes eius: ſed dictum eſt/ & nō poteſt hoc amplius aſſumi. Quapropter nō erit vlla poſitio partium eius. ſiquidem nichil permanent. Igitur alia ex habētibus poſitionem partibus cōſtant: alia ex nō habentibus poſitionē. ¶ Hęc ſcilicet iccirco nullā poſitionem ad ſeinuicem partium retinēt: q̄ his aliquid de ſupradictis rebus deeſſe manifeſtū eſt. Numerus enim ipſe diſcretus eſt: nec partes eius ad ſeinuicem coniūguntur/ ſed omnino diſcretæ ſunt. Atq; iccirco nō eſt ex iis quę habent ad ſeinuicem aliquā partium poſitionē. Necvero poſſis oſtendere: qui numerus quo loco iaceat. habere autem poſitionē dicitur qđ (vt dictū eſt) & in loco aliquo poſitum eſt/ & ipſa poſitio manētibus partibus cōſtat/ & ad ſeinuicē cōiunctis

Soliditas Corpus.

Obiectiōis dilutio. In loco ſint tanq̄ cōtinuās in cōtinuato.

quidem amisit/sed ęqualiter syllabę ad nullum cõmunem terminũ coniũgũtur. Q2 si quis hũc quidem ipsum sermonem aliquid significare posuerit/vt hoc ipsum cicer aliquid significet:significatio quidem addita est/nullus tamẽ syllabis cõmunis terminus appositus. Quare siue significet/siue nichil significet nomen:partes eius discretę atq; disiunctæ sunt/ & nullo cõmuni termino cõiungũtur. Quoniam vero greca oratiõe λογος dicitur etiam animi cogitatio et intra se ratiocinatio/λογος quoq; & oratio dicitur:ne quis Aristotelem cũ diceret λογος idest orationem quantitatẽ esse discretam/de eo putaret dicere quem quisq; λογος idest rationẽ in propria cogitatione disponeret/hoc addidi/dico autem cum voce orationem factam. Apud Rhomanam namq; linguam discreta sunt vocabula orationis/atq; rationis:greca vero oratio vtriusq; vocabulum & rationis/& orationis λογος appellat. Quare ne quid mendax translatio culparetur:iccirco hoc quoq; addidi. dico autem cum voce orationem factam. Apud latinos enim nulla alia oratio est/præter hanc solam quę fit cum voce orationẽ:apud grecos vero est alius λογος qui fit in animi cogitatione. quocirca ne quid deesset:etiam hoc qđ ad latinam orationem minus esset conueniens/transtuli. qđ/quare ita fecerim:hac expositione patefeci. Atq; hęc quidem de discreta quantitate sufficiant. ¶Continua vero quãtitas est (vt dictũ est) cuius quantitatis partium cõmunis terminus inuenitur:vt est linea/superficies/corpus/& » pręter hęc tempus/& locus/qđ ipse Aristoteles designat his verbis. ¶Linea vero continuum » est. est enim sumere cõmunem terminũ ad quẽ partes eius copulentur/idest pũctum. & superfi» ciei:lineam. plani namq; partes ad aliquem cõmunem terminũ copulantur. similiter autẽ & in » corpore habeas sumere cõmunem terminũ/lineam vel superficiem:ad quã corporis partes co » pulantur. ¶Postq; de discretis explicuit:transijt ad species continuę quãtitatis. Cõtinuę autem quãtitates sunt (vt dictum est) quarum partibus quidam cõmunis est terminus:vt linea. Si qs enim diuidat lineam/quę est longitudo sine latitudine/ duas in vtraq; diuisione lineas facit:& vtriusq; ex diuisione lineę/ singula in extremitatibus puncta reddũtur. Lineę enim termini pũcta sunt. Quocirca cũ illa linea diuisa nõ esset:vtraq; pũcta quę in vtrisq; linearũ capitibus posti diuisionem apparent/simul antea fuisse intelligũtur/quę sunt in diuisione separata. Intelligitur ergo partium lineę cõmunis terminus punctũ:idest quoddã paruissimũ/ qđ in partes diuidi secariq; nõ possit. Superficies quoq;/quę est latitudo sine altitudine/ cõmunem terminum habet in partibus lineam:corpus vero solidum/superficiem. Eodem vero modo diuisa superficies duas per singulas partes lineas efficiet: quẽadmodum & linea diuisa/ duo pũcta altrinsecus reddebantur. Corpus quoq; solidum cũ diuiseris/ duas in vtrisq; diuisionis partibus superficies facies:quę cum cõiuncta sint atq; indiuisa/punctũ quidem partiũ lineę intelligitur cõmunis terminus/linea vero superficiei/superficies autem solidi corporis. Est autem signũ continui corporis:si vna pars mota sit totum corpus moueri/vel si totum corpus mouetur/ certe simul aliæ partes vicinę mouebuntur. Vt si iaceat virgula vel ex ęre/vel ex ligno/vel ex quolibet alio metallo/si quis vnum eius caput vel quãlibet eius partem moueat:tota mox virgula cõmouetur. Hoc autem iccirco euenit q; eius partes quodã cõmuni termino coniũguntur:& ille cõmunis terminus vna parte mota cęteras mouet. ¶Hoc vero in discretis nõ est. In numero nãq; cũ sint decem:si vnũ mouero/cęteri non mouentur. immoti enim permanẽt nouem. Et plenus tritico sit modius:si vnum tritici granum mouero/non omnia cõtinuo grana cõmouebuntur. iccirco q; discreta est multitudo:nec granũ grano vllo cõmuni termino videtur implicitum. At vero si ipsius grani pars vna sit mota:totum corpus grani moueatur/necesse est. Nõ autem nũc hoc dicitur/q; linea constet ex punctis/aut superficies ex lineis/aut solidum corpus ex superficieb»: sed q; vel lineę termini puncta sunt/ vel superficiei lineę/vel solidi corporis superficies. nulla namq; res suis terminis cõstat. Quocirca punctũ lineę nõ erit pars:sed cõmunis terminus partium. superficiei linea/vel superficies solidi corporis non erũt partes:sed partium termini communes. Constat igitur & lineam/& superficiem/& solidi corporis crassitudinem esse continuam » quãtitatem. His alia rursus apponit. ¶Est autem talium & tempus & locus. pręsens enim tem» pus:copulatur ad pręteritum & ad futurũ. rursus locus continuorum est. locum enim quẽdam » partes corporis obtinẽt:quę ad cõmunem terminũ copulantur. ergo & loci partes quę obtinẽt » singulas corporis partes/ad eundem cõmunem terminum copulãtur/ ad quẽ & corporis par» tes. quapropter cõtinuus erit & locus. Ad vnũ enim cõmunẽ terminũ eius partes copulantur. ¶Tempus quoq; & locum cõtinuę quãtitatis esse pronunciat. Tempus namq; esse quãtitatem res illa demõstrat q; in spacio/idest in longitudine & in breuitate conlideratur:continuum vero esse res illa demõstrat/q; partes tẽporis habent aliquem cõmunem terminũ ac medium/ad quem coniũgantur extrema. Nam cum sint partes temporis pręteritum & futurum:horum prę sens tempus cõmunis est terminus. huius namq; finis est:illius initium. Locus quoq; cõtinuo» Tempus.

cõſtituta/ id eſt in ſuperficie: iccirco ſecundũ ſuperficiem qđ eſt quãtitas q̃ ſcilicet per ſe multa ẽt albũ multũ dicitur/ nõ ſecundũ ſe. atq; ideo albũ non per ſe/ nec principaliter: ſed ſecundũ accidens multũ dicitur. Actio quoq; ideo dicitur longa: q̃ multo tẽpore fit acta. multã vero egritudinem iccirco dicimus: ſi eadẽ multo fit tẽpore. et motũ multũ/ iccirco q̃ multo tẽpore factus ſit. vt ſi quis multo tempore currat. Si quis vero multũ curſum dicat illũ eſſe/ qui ſit velociſſimus: illę nõ cõuenienti ſermone vtitur. Velocitas enim non quãtitas: ſed potius qualitas eſt. quales enim ſecundũ eam dicimur id eſt veloces/ nõ quãti. ſecundũ quantitatẽ vero multũ dicitur. hoc autẽ monſtrat ipſa rerũ diffinitio. qui enim multum albũ mõſtrare deſideret/ et proprio termino rationis includere: illi dicendũ eſt multũ eſſe album/ qđ in multa iaceat ſuperficie/ et motũ atq; actionẽ multã/ q̃ lõgo tẽpore perficiantur. Quare/ quoniã ad proprias quãtitates aſpicientes/ atq; ad eas/ res cęteras referẽtes quãtitates vocamus/ vt albũ ad ſuperficiem quę vere eſt quãtitas et curſum et aliquẽ motũ atq; actionẽ ad tẽpus/ q̃ ipſum vere quãtitas eſt/ reducim⁹: hęc nõ per ſe quãtitates/ ſed per eas quę proprie quãtitates dictę ſunt/ nominãtur. Quocirca quoniã qđ per ſe non eſt ſecũdũ accidẽs eſt: recte cętera omnia p̃ter ea quæ ſuperius in quãtitate numerata ſũt/ p̃ accidẽs eſſe/ nõ p̃ ſe quãtitates dicũtur. Solæ igitur proprie & ſecũdũ ſe ipſas/ quãtitates dicũt eæ/ quę ſuperius cõpræhenſę ſunt: alia vero per ſe quantitates nõ ſunt/ ſed (vt ipſe ait) forte per accidens. ¶ Poſt diuiſionẽ vero cõtinui atq; diſcreti/ et habẽtis poſitionẽ partiũ et nõ habentis et q̃ per ſe ſunt principaliter & rurſus per accidẽs quãtitates: ſolito more viã inueniendi quantitatum proprietates ingreditur. ¶ Amplius. Quãtitati vero: nichil eſt cõtrariũ. In definitis enĩ manifeſtũ eſt: quoniã nichil ẽ cõtrariũ. vt bicubito vel tricubito/ vel ſuperficiei/ vel alicui taliũ. nichil enim illis eſt cõtrariũ. ¶ Niſi quis forte dicat multũ pauco eſſe cõtrariũ: vel magnũ parvo. Horũ aũt nichil eſt quãtitas: ſed magis ad aliquid. Nichil enim per ſeipſum magnũ vel parvum dicitur: ſed eo q̃ ad alterũ refertur. vt mons quidẽ paruus dicit/ miliũ vero magnum. eo q̃ hoc iis quę ſunt ſui generis maius ſit/ illud iis q̃ ſui ſunt generis/ minus. ergo ad aliud eſt eorum relatio. nã ſi per ſeipſũ magnũ vel paruũ diceretur: nũq̃ mõs quidẽ aliquãdo paruus/ miliũ vero magnũ diceretur. Rurſus in vico quidẽ plures homines eſſe dicimus: Athenis vero paucos/ cũ ſint illis multo plures. et i domo quidẽ multos: i theatro vero paucos/ cũ ſint plures. ¶ Ampli⁹. Bicubitũ vero et tricubitũ et vnũquodq; taliũ quantitatẽ ſignificat: magnũ vero vel paruũ nõ ſignificat quantitatẽ/ ſed magis ad aliquid. quoniã ad aliud cõſideratur magnũ et paruũ. quare manifeſtũ eſt: quoniã hæc ad aliquid dicũtur. ¶ Ampli⁹. Siue aliquis ponat quãtitates eſſe hęc/ ſiue nõ ponat: nichil illis cõtrariũ eſt. qđ enim nõ poteſt ſumi per ſeipſum/ ſed ad ſolã alterius relationẽ refertur: quomodo huic aliquid erit cõtrariũ? ¶ Amplius. Si ſunt magnũ et paruũ contraria: cõtingit idẽ ſimul cõtraria ſuſcipere/ et ea ipſa ſibimet eſſe contraria. cõtingit enim ſimul idẽ paruũ eſſe et magnũ. eſt enĩ ad hoc quidẽ paruũ: ad aliud vero/ idipſum magnũ. quare idẽ et paruũ et magnũ eodẽ tẽpore eſſe cõtingit. quare ſimul cõtraria ſuſcipit. ſed nichil eſt qđ videatur ſimul cõtraria ſuſcipere poſſe. vt in ſubſtãtia quidẽ. ſuſceptibilis enĩ cõtrariorũ eſſe videtur: ſed nullus ſimul ſanus eſt et eger/ neq; albus et niger eſt ſimul. nichilq; aliud ſimul cõtraria ſuſcipiet. Et eadẽ ſibiipſis cõtingit eſſe contraria. nã ſi eſt magnũ paruo contrariũ/ ipſum autẽ idẽ ſimul eſt magnũ et paruũ: ipſum ſibi erit cõtrariũ. ſed impoſſibile eſt aliquid ſibiipſi eſſe cõtrariũ. nõ ẽ igitur magnũ paruo cõtrariũ: neq; multũ pauco. quare vel ſi nõ ad aliquid hęc quis dicat/ ſed quãtitatis: nichil contrariũ habebunt. ¶ Definita quantitas/ eſt quæ alicui⁹ termino numeri coercetur: vt ſunt duo/ vel tres/ et q̃ ad hũc modũ dicũtur vt ſi dicas bicubitũ tricubitũ/ et cętera q̃ aliqua propria ſignificatione definita ſũt/ vt eſt ſupficies/ vel ſoliditas. qđ enĩ/ et q̃ quãtitates dicãtur: agnoſcit. Quocirca harũ quoniã ſunt definitæ: nulla vlli cõtraria eſt. Neq; enĩ bicubito tricubitũ cõtrariũ eſt: ſicut neq; numer⁹ vlli numero. At vero nec ſuperficies ſoliditati: nec aliqđ horũ. Sed quoniã quędã indefinita imaginẽ quãdã quãtitatis oſtẽdũt/ vt magnũ vel paruũ/ q̃ videtur eſſe cõtraria: hęc ſibi Ariſtoteles opponit dicẽs/ nõ eſſe quãtitates ſed magis ad aliquid/ qđ ipſius ſermonibus aſtruamus. Sed nõ eſt propriũ quãtitatis nõ habere contraria. Non enim oĩs quãtitas cõtrariis caret: ſed nobis per ſingula queq; currẽtibus q̃ quãtitatis ſpecies cõtraria nõ habeãt/ q̃ habeant demonſtrãdũ eſt. Linea quidẽ contrario caret. linea enim lineæ contraria nõ eſt. ¶ Sed ſi qs dicat rectã lineã curuę lineę eſſe cõtrariã: fallitur. Nõ enim in eo qđ linea eſt/ curua linea rectę lineę cõtraria eſt/ ſed in eo qđ curua eſt. et in his non lineę videtur eſſe cõtrarię: ſed ipſa rectitudo/ vel curuitas. quare non in eo qđ quãtitas eſt/ linea curua rectę lineæ contraria eſt: ſed in eo qđ qualis. Nã quoniã curuitas et rectitudo cõtraria ſunt: ſecundum id qđ curua et recta eſt linea/ non ſecundũ qđ lineæ ſunt/ ſuſcipiũt cõtrarietatem. quocirca in eo quod linea eſt/ contrario caret. At vero nec ſuperficies ſuperficiei cõtraria eſt. ¶ Sed forte dicat aliqs albam ſuperficiem: nigræ ſuperficiei eſſe contrariam. Cui ſimiliter occurrẽdum eſt: nõ in eo qđ

cõtinuatiſq; : vt vbi quęq; iaceat / et q̃ ad quã cõtinueãt / poſſit oſtẽdi. In nũero vero nichil horũ ẽ. Nã neq; i aliquo loco eſſe poſit⁹ demõſtratur : nec ei⁹ partes coniũctę ſunt. quocirca numero ex his trib⁹ q̃ diximus duę res deſũt : loci poſitio / et partiũ cõtinuatio. Tẽpus etiã q̃q̃ ſint ei⁹ partes : cõtinuę tamẽ quoniã nõ pmanẽt / ſed ſemp mouẽtur ſempq; ptereunt / habere poſitionẽ partiũ nõ dicitur. Semp enim veloci agitatione torq̃tur : et currẽtis aq̃ more / in nulla vnq̃ ſtatione cõſiſtit. q̃d quia partes ei⁹ nõ permanẽt : ex habẽtibus ad ſe inuicẽ poſitionẽ ſuis partibus cõſtare non dicit. Sed hęc q̃q̃ poſitionẽ partiũ habere nõ poſſũt : tamẽ habẽt ordinẽ quẽdã / quẽ pter poſitionẽ partiũ tantũ retinẽt. Dicimus enĩ priorẽ eſſe binariũ q̃ ternariũ / atq; hũc q̃ quaternariũ. Et in tẽpore nimirũ idẽ ordo cõuertitur. prius enĩ futurũ p̃ſente : p̃ſenſq; pręterito. quocirca / et ſi hęc nõ habẽt aliquã partiũ poſitionẽ : retinẽt tamẽ ordinẽ. Qđ vero dicit / poſitionẽ vero nõ multũ accipies : tale eſt ac ſi diceret penit⁹ nõ accipies. multũ enĩ ꝓ omnino videt adiũctũ / ac ſi diceret : poſitionẽ vero oĩno nõ accipies. Iccirco q; ipſa qdẽ cõtinuatio dat aliquã imaginẽ : q; poſſit habere aliquã partiũ poſitionẽ. ſed hoc miníme eſt / iccirco q; quãuis ſint cõtinuę quãtitates : ſi tamẽ vno careãt ex iis q̃ ſuperi⁹ dicta ſunt / poſitionẽ partiũ habere nõ poſſũt. Nã aqua quã fiſtula euomit / dũ cadit quidẽ retinet poſitionẽ : cũ vero iã effuſę vndę ſe miſcuerit / poſitionẽ partiũ perdit. Et fluui⁹ quoq; quãdo in pelagus fluit / et poſitionẽ videt habere partiũ et eſſe cõtinuus / cũ nõdũ marinæ aquę fluuii ſuperficies ipſa permixta eſt : cũ vero extremitas amnis maxima alluuione contingit / totã ſine dubio poſitionẽ videtur amittere. Oratio quoq; ſimiliter ſeſe habet. nã nec ipſa vllo loco poſita eſt / nec eius partes ad aliquã cõiunguntur : ſed ad ſe inuicẽ illę diſcretę ſunt / nec cũ ei⁹ partes dictę ſũt / pmanẽt. Atq; hoc ẽ qđ ait. Sed dictũ eſt : et nõ poteſt hoc ãplí⁹ aſſumi. Mox enim dicit ſermo / mox p̃terit : nec vlla ratione poterit pmanere. quare mox vt aliqd dictũ ſit : ei⁹ partes oſtẽdi / et ad demõſtrationẽ ſumi nõ poſſunt. Cõſtat igitur orationẽ quoq; ex iis eſſe q̃ poſitionẽ partiũ nõ habẽt : de ordine vero dubiũ ẽ. Nã ſi quis ſermo / aliquid ſignificet / vt eſt cicero : eſt in eo quidã ordo q; ci ſyllaba prima dicit / ſecũda vero ce / tertia ro. et potius ex ſignificatione ordinẽ ſumit. ſi vero nichil ſignificet : nec ordinẽ dicitur habere. vt ſcidapſus nichil qdẽ ſignificat / ſed ſiue ſecũdã ſyllabã / primã ponas / ſiue vltimã primã / ſiue quomodolibet ſyllabarũ ordinẽ ſerẽq; pmiſceas : idẽ erit. In ſignificattuis enĩ vocib⁹ iccirco eſſe dicitur : q; illo ordine pmutato vis ſignificationis euertit. hic vero vbi nulla eſt ſignificatio : nichil intereſt quomodolibet iaceãt partes. Quare oratio i aliquib⁹ quidẽ habet ordinẽ partiũ : in aliis vero nec ordo ipſe poterit inueniri. An fortaſſe oratio dici nõ poteſt q̃ nichil ſignificat : et nulla ẽ oratio / q̃ ordinẽ nõ habeat? Ergo ſecũdũ priorẽ quãtitatis diuiſionẽ vbi dicebaẽ quãtitatis alia eſſe continua / alia vero diſcreta : quinq; ſũt cõtinua / duo vero diſcreta. Cõtinua quidẽ : linea / ſupficies / ſoliditas / loc⁹ / tẽp⁹. diſcreta vero : nũerus / et oratio. In hac vero ſecũda diuiſione qua dicit alias quãtitates ex habẽtib⁹ / ad ſe inuicẽ poſitionẽ cõſtare partib⁹ / quattuor qdẽ ſunt q̃ retinẽt poſitionẽ id eſt linea / ſuperficies / corp⁹ / loc⁹ : tria vero q̃ poſitionẽ nõ habẽt / ſed ex his duo ſemp ordinẽ retinẽt / temp⁹ ſcilicet et numer⁹. Oratio vero ſi qd ſignificet / habet ordinẽ : ſi vero nichil ſignificet / inordinata eſt / ſi tamen oratio / nichil ſignificãs dici poſſit. His dictis ipſe cõcludit dicens. Igitur alia ex habẽtibus poſitionem partibus conſtãt : alia vero ex non habentibus poſitionem. Hac igitur diuiſione finita / tranſit ad cætera : monſtrans quæ propriæ quantitates nuncupantur / quæ ſecũdum
» accidẽs. ¶ Proprie autẽ quãta dicũtur quę dicta ſunt : alia vero omnia ſecũdum accidẽs. Ad hęc
» enim aſpiciẽtes & alia dicim⁹ quãta. vt multum dicitur albũ : eo q; ſuperficies multa ſit. et actio
» lõga : eo q; tẽpus multum ſit. et motus multus. Neq; enim horũ ſingulũ : per ſe quãtum dicitur.
» vt ſi quis aſſignet quãta actio eſt : tẽpore definiet annuã / vel ſic aliquo modo aſſignãs. & album
» quãtum quid ſit aſſignãs : ſuperficie definiet. quanta enim fuerit ſuperficies : tãtum albũ eſſe di-
» cet. quare ſola proprie et ſecundum ſeipſa dicũtur quanta : quæ dicta ſunt. aliorum vero nichil
» per ſe : ſed ſi forte / per accidens. ¶ Principaliter aliquid eſſe dicitur / qđ per ſe tale eſt / quale eſſe demonſtratur : ſecundũ accidens vero illud qđ non p ſe / ſed per aliud tale eſt quale eſſe dicit. Vt albedo p ſe ineſt colori. ſecundũ naturã enĩ albi : color eſſe dicitur albedo. cũ vero homo dicit colorat⁹ : nõ p ſe dicit. Iccirco q; homo in eo qđ homo ẽ / color nõ eſt : ſed quoniã habet colorẽ / iccirco dicitur colorat⁹. Ergo quẽadmodũ albũ iccirco color eſt per ſe / quoniã color naturale quoddã eſt genus / homo vero iccirco coloratus dicitur / quoniã habet colorẽ : dicitur albũ quidẽ per ſe et principaliter color / homo vero ſecũdũ accidẽs colorat⁹. Ita quoq; et quãtitates. Hęc enim oĩa quę dicta ſunt id eſt linea / ſuperficies / corp⁹ numerus / oratio / et tẽpus p ſe & ſecũdũ propriã naturã quãtitates dicũt. ſiqua vero alia dicũt ſecũdũ aliquã quãtitatẽ : nõ p ſe / ſed ſecũdũ accidens nominãtur. vt albũ dicitur multũ : non iccirco q; albedo ſit quãtitas / ſed quoniã multa ſit ſuperficies in qua illud albũ ſit. Si enim multũ ſpacium fuerit in quo albũ ſit : multũ erit album. quocirca nõ quoniã ipſa albedo per ſe aliquã quãtitatẽ habet : ſed quoniã in aliqua quãtitate eſt

bicubitū enim vel tricubitū vel duo vel tres vel ſuperficies ad nichil aliud refertur: magnū vero vel paruū ſine aliis dici nō poſſunt. Cū enim dicis magnum: ad alicui⁹ alteri⁹ cōparationē atq; equiparationē refertur/ eodem quoq; modo et paruū. qđ ipſa Ariſtotelica ꝓbat inductio. Si enī magnū et paruū per ſe dicerētur/ nō ad alterius relationē: nūq̄ diceremus montē paruū/ miliū magnū. Sí enim magnū paruūq; nō ad relationē alterius dicerētur: mōs ſemper magn⁹/ ſemperq; paruū miliū diceret. ſed aliquē collē ad Athlantis altitudinē cōferētes/ dicimus paruū montē: et rurſus miliū ad minora alia grana milii cōferēres/ magnū miliū nominam⁹. et ſimpliciter quicqd magnū vel paruū dicitur ad eiuſdē generis ſpecies referētes: magnū paruūq; nominamus. vt mōti mōtē cōparamus/ miliū vero milio/ et alia huiuſmodi. Multa et pauca eodē modo dicūtur. Dicimus enī ſi fuerint hoīes centū in vico. plures eſſe hoīes: hi vero ſi ī ciuitate ſint: paucos dicimus/ nūc ad paruitatē vicorū/ nūc ad magnitudinē ciuitatū cōferētes. Rurſus ſi ſūt in domo quinquagīta/ multi ſunt: ſi ī theatro/ pauci. ideo q; tūc in theatro eſſe paucos dicimus: cū ad eos/ quāti in theatro eſſe debebāt/ cōparamus. ¶ Amplius/ qm̄ cōſtat & magnū paruūq; referrī ſemp ad alterū/ ſingulas vero quātitates nichil ad aliud cōparātes/ ſuas ac ꝓprias noīamus/ vt tres/ vel duo/ vel quattuor/ vel lineā/ vel ſuperficiē: magnū paruūq;/ et multa/ vel pauca/ a quātitatis diuiſione diſiūcta ſūt. ſūt enī iſta nō quātitates ſed poti⁹ relatiua. ¶ Ampli⁹/ ſiue aliqs ponat eas eſſe quātitates/ ſiue nō ponat: nichil illis erit cōtrariū. Qđ eni nō eſt ſumere ꝑ ſeipſū/ ſed ad ſolā alterius relationē: quomodo huic aliqd erit cōtrariū? Hoc quoq; validiſſimo argumēto approbāt quātitatibus iis q̄ prędictę ſunt nichil eſſe cōtrariū: niſi ſoli forſitā loco. Nā ſi qs magnū vel paruū/ et multa vel pauca i quātitatib⁹ ponat: etiā hoc ſi cōcedatur/ tamē quoniā ſemp referūtur ad aliud/ cōtrariis nō tenētur. Omne eni cōtrariū p ſe cōſiſtit: nec illud ad alterius cōparationē relationēq; ꝓfert. vt bonū nō dicitur mali bonū: nec rurſus malū boni malū/ ſed ipſū in propria natura & ꝓpriatione cōſiſtit. Quęcūq; ſunt cōtraria: eodē modo ſunt. Magnū vero vel paruū/ quoniā nō p ſe cōſtāt/ ſed ad alterius relationē referūtur: cōtraria eſſe nō poſſunt. ¶ Amplius ſi ſunt magnū et paruū cōtraria: cōtingit idē ſimul cōtraria ſuſcipere/ et ea ipſa ſibi eſſe cōtraria. Cōtīgit eni ſimul idē paruū eſſe et magnū. Eſt eni aliqd ad hoc qdē paruū: ad aliud vero hoc idē ipſum magnū. Quare idē paruū et magnū/ et eodē tepore eſſe cōtingit: quare ſimul cōtraria ſuſcipiet. ſed nichil eſt qđ videatur ſimul cōtraria poſſe ſuſcipere. vt ſubſtātia ſuſceptibilis quidē cōtrariorū videtur eſſe: ſed nullus ſimul eſt ſanus et eger/ nec albus & niger ſimul/ nichilq; aliud ſimul cōtraria ſuſcipiet. ¶ Et eadē ſibiipſis cōtingit eſſe cōtraria. Nam ſi eſt magnū paruo cōtrariū/ ipſum aūt idē ſimul eſt paruū & magnū: ipſum ſibi erit cōtrariū. ſed impoſſibile eſt ipſū ſibi eſſe cōtrariū: nō eſt igitur magnū paruo cōtrariū. ¶ Conſtat hoc/ & imutabile in propria ratione cōſiſtit: vnā eandēq; rē vno eodēq; tēpore cōtraria non poſſe ſuſcipere. vt ſubſtātia ſuſceptibilis quidē cōtrariorū eſt (homo nāq; cū ſubſtātia ſit/ et egritudinē ſuſcipiet & ſalutē: ſed non eodē tēpore. & albedinē et nigredinē capit: ſed alio atq; alio tēpore) vt vero eodē tēpore contraria vtraq; ſuſcipiat/ fieri nequit. Q; ſi magnū paruo aliquis contrariū ponat: eueniet quoddam impoſſibile/ vt vna atq; eadē res eodē tēpore vtraſq; ſuſcipiat cōtrarietates/ et eadē ipſa ſibi poſſint eſſe cōtraria. Ponamus ergo magnū paruo eſſe contrariū: ſed vna atq; eadē res vno eodēq; tēpore poteſt magna eſſe & parua. vt ſi ſit decē pedum mēſura collata ad duorū pedū magnitudinē/ magna ē: ad cētum vero cubitorū magnitudinē mēſurāq; collata/ eadē parua eſt. Poteſt ergo eadē res eodē tēpore: & magnitudinis eē ſuſceptibilis et paruitatis. Eadē enī res vno eodēq; tēpore ad maiorē minorēq; collata: eadē magna/ vel parua eſt. Q; ſi magnū paruo contrarium eſt/ eadē vero res eodē tēpore et magnitudinē ſuſcipit et paruitatē: eodē tēpore cōtingit vt eadē res contraria vtraq; ſuſcipiat. ſed hoc impoſſibile eſt. Quocirca quoniā res eadē eodē tēpore contrariorū ſuſceptibilis non eſt/ poteſt vero vna atq; eadē res magnitudinem paruitatēq; ſuſcipere: magnitudo et paruitas cōtraria non ſunt. At vero ſi quis magnū paruo cōtrariū ponat: eadē ratione vnā eandēq; rem ſibiipſi dicit eſſe contrariā. Nā ſi paruū magno eſt cōtrariū/ eadē vero res (vt docui) parua et magna poteſt eſſe/ ad aliud et ad aliud ſcilicet cōparata: res quoq; q̄ parua et magna eſt/ eadē ſibi poteſt eſſe contraria (paruū enim et magnū contrarium dictum eſt) ſed eſt impoſſibile. Quocirca paruū & magnum contraria non ſūt. ¶ Poſt huiuſmodi vero rationē et argumētationis firmiſſimę propoſitionem: de contrarietate differit loci/ de qua iam ſupra diximus. quocirca prætereunda eſt ne repetitę expoſitionis iteratio: faſtidio ſit potius q̄ doctrinę.

Vel pro et hic ſumit Boetius

» ¶ Non videtur autem quantitas ſuſcipere magis & minus/ vt bicubitum. neq; enim aliud eſt
» alio magis bicubitum neq; in numero. vt tria q̄ quinq; nichil magis dicuntur/ vel quinq; ma-
» gis q̄ tria. nec tempus aliud magis et minus dicitur tempus. nec in nullo eorum quæ dicta ſunt:
» omnino magis et minus dicitur. quare quantitas non ſuſcipit magis et minus. ¶ Aliud proprīū rurſus appoſuit/ quod quāuis quantitatis proprium non ſit: cur tamen non ſit ipſe reticuit/

ſupficies ſunt eſſe cõtraria/ſed in eo qđ eſt in his albedo/atq; nigredo/q̃ cõtraria eſſe quis dubitat? Eodẽ quoq; modo et lenẽ/et aſperã ſuperficiẽ ſi quis contrarias dixerit: refellitur/q̃ nõ ſecũdũ quãtitatẽ ſuperficiei/ſed ſecũdũ qualitatẽ aſperitatis lenitatiſq; ipſę ſuperficies cõtraria tenẽt. At vero nec corpori quicq̃ vllo modo cõtrarietatis opponiť: cui ſi quis dicat incorporale eſſe cõtrariũ/refutabitur. q̃ omnis contrarietas propriis nominib⁹ dicitur. vt bonũ malũ/album nigrũ. Corporale vero et incorporale/non ſecundũ cõtrarietatẽ: ſec ſecundũ priuationẽ habitũq; ꝓferũtur. Incorporale enī corporis eſt priuatio. ¶ Nec tẽpori quoq; quicq̃ cõtrariũ eſt. ſed ſi nox diei videtur oppoſita: nõ in eo q̃ tẽpus eſt/ſed in eo q̃ dies eſt aer lucidus/nox aer obſcurus. Aer vero neq; tẽp⁹ neq; quãtitas eſt: lumẽ quoq; et obſcuritas qualitates ſũt & nõ quãtitates. ¶ Oratio etiã q̃q̃ videatur habere contrariũ tamẽ cõtrariã nõ habet oppoſitionẽ. Videtur enim vera oratio eſſe/vel falſa quę ſunt cõtraria: ſed oratio vera vel falſa in ſignificatione eſt. Cũ enim qđ eſt oratio ſignificat/vera eſt: cũ vero qđ nõ eſt deſignat/tũc falſa eſt. Oratio vero nõ ſecundũ id qđ ſignificat in quãtitate numeratur: ſed ſecundũ id qđ profertur. Secundũ enim id qđ proferimus orationẽ: lõga ſyllaba breuiq; cõponitur/q̃ omnẽ orationẽ nõ ſecundũ id qđ ipſa ſignificat/ ſed ſecũdũ id qđ ad plationẽ eſt/ metiũtur. ¶ Illud quoq; manifeſtũ eſt in numero nõ eſſe cõtraria. Duo enim/tribus vel tres quaternario cõtrarii non ſũt: nec vllus alter numerus cuilibet alii numero cõtrarius eſt. ¶ Locus vero habet aliquã cõtrarietatẽ. ſurſũ enī/et deorſũ: contrariũ eſt. Sed quidã volũt non eſſe quãtitates qđ ſurſũ dicit & deorſum: ſed potiꝰ habitudines/quas greci σχεσεισ vocant. q̃ enim pars ad caput noſtrũ eſt: hãc ſurſum vocamus. q̃ pars pedibus ſubiacet: illa deorſũ dicitur. quocirca ſecũdũ habitudinẽ quãdã quodã modo ad nos ipſos relata: ſurſum deorſũq; ꝑdicamus. Herminiꝰ quoq; ait ſurſum et deorſum nõ eſſe loca: ſed quãdã quodã modo poſitionẽ loci. eſt enim res ſurſum/atq; deorſũ. Non eſt autẽ idẽ eſſe aliquid loci/qđ locũ. loci enī eſt poſitio/in loco: locus vero ipſe/poſitio nõ eſt. Sed ſi quis omnẽ mũdi reſpiciat formã/ quoniã rerũ omniũ formã ſpæreambitus amplectitur/et terra media eſt/ in ſpęra vero nichil eſt vltimũ/niſi qđ eiuſdem terminũ medietatis obtinuit: quicquid in extremo cęli cõuexitatis eſt/illud ſurſum eſſe dicitur: qđ vero eſt mediũ/illud deorſũ. Quocirca ſunt ſecundũ totũ ſurſũ deorſumq; cõtraria/ſurſũ in celo/deorſum in terra: iccirco q̃ a ſe lõge diſiũcta ſunt. Vnde poſt quoq; contraria hoc modo ſunt diffinita. Cõtraria ſunt q̃cũq; a ſe lõgiſſime diſtãt. Hic eſt videlicet tracta diffinitio/ q̃ quoniã celũ terraq; diſtare lõgiſſime videbãtur/et illud eſſe ſurſum/ illud vero deorſum: quoniã deorſũ atq; ſurſum nõ ob aliã cauſam cõtraria dicũtur/niſi q̃ a ſe lõge diſiuncta ſunt/q̃ eſſe contrarium longiſſime diſtare diffiniunt. qđ Ariſtoteles hoc modo pronunciat.

» ¶ Maxime autẽ circa locũ: eſſe videtur cõtrarietas quãtitatis. ſurſũ enī ei qđ eſt deorſũ cõtrariũ
» ponunt/locũ qui in medio eſt deorſum dicẽtes: eo q̃ plurima diſtãtia eſt medietatis ad mundi
» terminos. Videntur et aliorũ contrariorũ ab his afferre diffinitionẽ. q̃ enim plurimũ a ſeinuicem
» diſtant ſub eodẽ genere: cõtraria eſſe diffiniunt. ¶ In omni ſpęra media terra eſt: qđ ipſa aſtrorũ demonſtrat ordinata vertigo. Adiecit quoq; cauſam cur huiuſmodi loca contraria dicantur: q̃ multa diſtãtia eſt medietatis ad mũdi terminos. terminos vero mũdi: celi vltimã cõuexitatem dicit. ex hac igitur loci cõtrarietate: et cętera definita eſſe cõtraria/ſic demõſtrat. Videtur autem et aliorum contrariorũ afferre ab his diffinitionem. q̃ enim multũ a ſe inuicẽ diſtant: in eodẽ genere cõtraria eſſe diffiniunt. Sed quoniã/ne ordo cõtrarietate quãtitatis impediretur/iccirco ſuperioribus in quibus ſingulis quãtitatibus nichil eſſe cõtrariũ dicebamus/ has loci contrarietates adiecimus/et quædã in medio prętermiſſa ſunt. Rurſus ad ſuperiora redeam⁹: vt expoſitionis ordo ſeſe ipſe cõtinuet. Ait enim ſuperiꝰ cũ quãtitati nichil eſſe cõtrariũ proponeret: bicubito/vel tricubito/vel ſuperficiei/vel alicui taliũ nichil poſſe eſſe cõtrariũ. Definitis enim his quãtitatibus cõtrariũ nichil eſſe videtur/vt duobus/vel tribus: ſed quæd am cũ ſint indefinita/ nec quantitates/et cõtraria videãtur/hęc rurſꝰ adiecit. Niſi quis forte dicat multũ pauco eſſe cõtrariũ: vel magnũ paruo. Horũ autẽ nichil eſt quãtitas: ſed magis ad aliqd. Nichil enī p ſeipſũ magnũ vel paruũ dicit: ſed eo qđ ad alterũ refert. vt mõs qdẽ paruus dicitur/miliũ vero magnũ: eo q̃ hoc iis q̃ ſũt ſui generis maiꝰ ſit/illud iis q̃ ſui ſũt generis minꝰ. ergo ad aliud eſt eorũ relatio. Nã ſi p ſeipſũ paruũ vel magnũ diceretur: nũq̃ mõs quidẽ aliquãdo paruus/miliũ vero magnũ diceret. Rurſus i vico qdẽ plures homines eſſe dicimus/ athenis vero paucos cũ ſint illis multo plures: et i domo qdẽ multos/i theatro vero paucos cũ ſint plures. Ampliꝰ. Bicubitũ vero et tricubitũ & vnũquodq; taliũ quãtitatẽ ſignificat: magnũ vero vel paruũ nõ ſignificat quãtitatẽ/ ſed magis ad aliqd. quoniã ad aliud cõſiderať magnũ et paruũ. q̃re manifeſtũ ẽ q̃ñ hęc ad aliqd dicũť. ¶ Quẽadmodũ definitę quãtitates cõtrariis nõ tenẽť: ipe ſupiꝰ cõprobauit dicẽs/ bicubito vel ſuperficiei nichil eſſe cõtrariũ. indefinitę aũt vt eſt magnũ/vel paruũ/vel multa/vel pauca: dãt imaginẽ cõtrarietatis. ¶ Sed illud occurrit has nõ eſſe quãtitates. Ois enī quãtitas per ſe dicit.

Herminius
Non eſt aũt idẽ eſſe aliquid loci. id eſt in loco. vt non eſt idẽ eſſe domi et eſſe domum.

Quolibet modo.quocũq; casu. Plato

aliquid:nichil interest. Ad aliqd enī dicitur/ qđ ipsum quidē cū per se nichil sit:relatū tamē ad aliud cōstat.vt dominus/ si desit id ad qđ dicitur id est seruus: nō est.dicitur enim ad seruum. manifestum ergo est si seruus desit:dominū dici nō posse.quare dominus: ad aliquid dicitur/ id est ad seruū. Relatiua quoq; dicūtur iccirco/ q; eorū nūcupatio semper ad aliquid referatur: vt domini ad seruū.quare nichil interest quolibet modo dicat. Huiusmodi aūt diffinitio Platonis esse creditur:quę ab Aristotele paulo posterius emēdatur. ¶Relatiuorū autē:alia eisdē casibus referuntur/ alia diuersis/ alia vero omni casu sunt carētia. qđ scilicet mōstrans addidit/ vel quomodolibet aliter ad aliud. qđ autē est/ ipsius pene textus sermone mōstratur. Cū enim dico dominꝰ serui dominꝰ ad genitiuū casū reddidi nominatiuū. et rursus ad eūdem si cōuertero/ dico enim seruꝰ dñi seruus:et hic quoq; nominatiuꝰ ad genitiuū relatus est. Eodē quoq; modo habet sese pater filii pater/ et filiꝰ patris filius:& magister discipuli magister/ & discipulus magistri discipulus. hæc ergo id qđ sunt similiter aliorū dicūtur. Nā q; aliorū dicūtur:secundū genitiuū reddit casū. Alia vero nō secūdū eūdē casū cōsequētia reddūt. Sēsus enim ad aliqd est. sēsibilis enī reiꝰ sensꝰ est. qđ enim sentit/ sētiri pōt. qđ sētiri potest/ sensibile est. et nūc qdē sensus/ sēsibilis rei sēsꝰ/ genitiuo accōmodatꝰ est. huiꝰ enī rei sensibilis dictū est. At si cōuertas:fiet/ sensibilis res sēsu sēsibilis est. Sed cū casui septimo reddit nominatiusꝰ in hac relatione q̄ dicit sensibile sēsu sēsibile est: nō eodē casu quo superius dictū est/ cōuertitur. Dicimus enī sensus sensibilis rei sensus est:et hic nominatiuus redditur ad genitiuū. Hęc enim relatio ad septimū casum se aptari nō patitur. Scientia quoq; scibilis rei sciētia est. siqdē hoc scitur/ qđ sciri potest. & qđ sciri potest:scibile est. sed nō eadē ratione/ nec ad eūdē casum relatio ista cōuertitur. Dicimus enī:scibilis res/ scientia scibilis est. ē enī prima relatio ad genitiuū:secūda cōuersio ad septimū. Hęc quoq; relatio secūdū eosdē cōuertitur casus:cū dicimus maius minore esse maius/ et minꝰ maiore esse minus. Duplū quoq; et medietas relatiua sunt:sed et eisdē casibus cōuertūtur. Duplū nāq; dimidii duplū est:dimidiū vero dupli dimidiū est. Sunt autem alia relatiua q̄ ipse sic addidit. ¶At vero sunt etiā et hęc ad aliquid:vt habitus/ dispositio/ scientia/ sensus et positio. hæc enim omnia quę dicta sunt: hęc ipsa quæ sunt aliorum esse dicūtur/ vel quomodolibet aliter ad aliud/ et nō aliud quiddam. habitus enim alicuius habitus esse dicitur/ et sciētia alicuius sciētia/ et positio alicuius positio. et alia quidem similiter. ¶De sensu quidem et sciētia dictum est superius:nūc vero de habitu/ dispositione/ et positione dicendum est. ¶Dispositio est ad aliquā rem mobilis applicatio. vt si quisq̄ flāmæ propinquus/ caleat: ille dispositus dicitur ad calorē id est habens aliquā applicationē cōiūctionemq; ad calorem. Idē vero est affectio qđ dispositio:ne nouo nomine error oriatur. et ideo dispositio cum sit quędā ad aliā rē cōiunctio/ vel ab alia affectio:tamē facile mobilis est. celerius etenim permutatur. ¶Habitus autē est dispositionis vel affectionis firma/ et nō facile permutabilis recessio. vt si quisq̄ in sole ambulās fuscior fiat: dispositus ad nigredinem dicitur/ et nigredine affectus. sin vero illa nigredo fortius et imnutabiliter corpus infecerit:habitꝰ nominatur. quocirca habitus est inueterata affectio. Vnde omnis habitus dispositio vel affectio est: nō autē omnis dispositio/ vel affectio habitꝰ. Et ne multa dicēda sint:hoc distat in habitu & dispositione q; habitus imnutabilis passio est/ dispositio vero nō similiter/ sed affectio quædam est ad aliquā rem cōiunctio/ q̄ potest facile permutari. ¶Positio vero est alicuius rei collocatio: vt est statio/ sessio/ inclinatio/ accubatio/ et alia huiusmodi. Nā et qui stat/ quodā modo positus esse dicit/ et collocatus. et qui sedet/ & qui accumbit/ et qui secundū cæteras positiones est:positus appellatur. quocirca & statio/ et sessio/ et accubatio positiones erunt. Sed quoniā quid essent dictū est:nunc si sunt ad aliquid videamus. Habitum relatiue dici:ea res probat/ quæ aliis quoq; rebus hoc documento facit esse relatiua/ vt est in sensu atq; in scientia. Iccirco enim dictū est sensum sensibilis rei esse sensum: q; res sensibilis est quæ sentiri potest. est ergo habitus habilis rei habitus. Habilis enī res:est quæ haberi potest. illius enim rei habitus est:q haberi potest. Quocirca erit habitꝰ habilis rei habitus:sed res quoq; habilis habitu erit habilis. ipso enī habitu res q̄ haberi possunt:habemus. Dispositio quoq; eodē modo. Dispositio nāq; dispositę rei dispositio ē:et dispositа res dispositione dispositа ē. Caloris enī dispositio calētis id est ad calorē dispositi/ dispositio ē. Eodē modo dispositꝰ ad calorē/ caloris dispositione dispositꝰ est:velut si hoc modo fit dictū/ ois affectio affecti affectio est/ & omne affectū affectione affectū est. et calor calētis fit calor: & calēs calore fit calidū. Positio quoq; relatiua ē. nā positio positę rei positio ē:et positа res positiōe positа est. & hoc ītelligi cōuenit secūdum priorē habitꝰ & dispositionis modū. Illa quoq; res q̄bat positionē esse ad aliqd:q; eius species relatiuę sunt. Statio enī stantis rei statio est:et q stat statione stat. & de sessiōe qdē/ et de accubitu idē dici potest. Quocirca & habitꝰ/ et dispositio/ vel affectio/ & positio:relatiua sūt. & hęc oīa vel similibꝰ vel dissimilibꝰ:cōueniētibꝰ tamē p̄dicationis casibꝰ cōuertūtur. Eorū autem quę secundū casus cōuertūtur:alia sunt quæ eodē nomine prędicātur/

nobis tamē est demonstrandū.qđ autē dicit tale est.Quātitas magis et minus nō suscipit. Nullꝰ enim numerus alio numero:nec magis nec minus est numerus.Nā ternarius si quinario cōparetur:nec magis nec minus est numerus.et rursus ipsi tres sibiipsis cōparati:nec magis nec minus sunt tres.Nec tēpus quoq; habet aliquid magis & minꝰ:vt magis aliud tēpus sit alio tēpore.Longius quidē tēpus tēpore esse potest:vt vero dicatur magis tēpus alio tempore vel minꝰ fieri nequit.Hoc quoq; etiā in substātia demōstratū est.homo nāq; alio homine nō est magis homo nec minus.Idē quoq; euenit etiā in quātitate.Qđ quia etiā in substātia est: propriū quātitatis hoc nō est.habet hoc quoq; quātitas vt in sequēti ordine ipse mōstrauit. Quocirca quoniam prius hoc de substātia dixerat/ nunc vero idē de quātitate proposuit: iccirco nō esse hoc propriū quātitatis cōmemorare neglexit. Cuius enī esset alterius nō suscipere magis et minus:tūc dixit cū de substātia disputaret. Ait enim/ ꝙ substātię nunq; magis minusue susciperent. Quocirca ad
» maxime propria:solita cōstituēdi ratione/ regressus est. ¶Propriū autē maxime quātitatis est:ꝙ
» æquale et inæquale dicit. Singula quęq; enī earū quę dictæ sunt quātitatū: æqualis & inæqua-
» lis dicitur.vt corpus:equale et inæquale dicitur. et numerus et tempus:æquale et inæquale. et
» oratio:equalis et inequalis.similiter autē et in aliis quę dicta sunt:vnūquodq; equale & inequa-
» le dicitur. ¶Quantitatis propriū apertissime designat esse: ꝙ secundū quātitatem equalitas & inæqualitas nūcupantur. Singulę enim quātitates/ æquales atq; inequales dicūtur. Vt equalis linea lineę/ et rursus inæqualis.et superficiei superficies equalis/ atq; inequalis dicitur. et corpus: equale/ et inequale dicitur.numerus quoq;/ et tempus/ et locus:equalis atq; inæqualis dicitur.
» ¶In ceteris vero q̄ quantitates nō sunt:non multū videbitur æquale & inequale dici.vt dispo-
» sitio equalis et inequalis nō multū dicitur:sed magis similis et dissimilis.& albū æquale & inæ-
» quale nō multū dicitur:sed simile vel dissimile.quare quātitatis maxime sit proprium:equale et
» inequale dici. ¶In aliis vero q̄ quātitates nō sunt: non est facile vt equalitas vel inequalitas nominet. Dispositiones ergo quę affectiones appellātur: nō dicūtur equales & inæquales/ sed magis similes & dissimiles. Dispositio aūt vel affectio: est ad aliquā rem accōmodatio et applicatio, vt si quis grāmaticā legens/ quia nondū perdidicit: habet ad eā aliquā dispositionē id est ea affectus est/ et habet aliquid accōmodatū et quasi propinquū. Possunt autē similiter esse duo dispositi et affecti:equaliter vero minime.vt duo similiter esse albi: equaliter vero nō. Nam si quis de duobꝰ similiter albis equaliter esse albos dicat:recta nominis nūcupatione nō vtitur. Omne enī equale & inequale:in mēsura/ et in quātitate perficitur. Simile vero et dissimile quēadmodū de quātitate nō dicitur: ita nec de alia qualibet re nisi de quantitate/ recte equalitas & inequalitas nūcupātur.quare propriū est quātitatis/ equale & inequale nominari. Sed quoniā de quātitate dictū est: ad relatiuorū ordinē trāseamus. ¶Post quātitatis tractatū tertiū prędicamentū de relatiuis ingreditur.quare relatiua hoc modo diffinit.

¶DE ADALIQVID. Cap.VII.

» ADaliquid vero talia dicūtur:quæcūq; hoc ipsum qđ sunt aliorū esse dicuntur/
» vel quomodolibet aliter ad aliud. Vt maius hoc ipsum quod est altero dicitur:
» aliquo enim maius dicitur.et duplum alterius dicitur hoc ipsum qđ est:alicu-
» ius enim duplum dicitur.similiter autem & alia quæcunq; huiusmodi sunt.
» ¶Cur aūt de iis quę sunt ad aliquid differat omisso interim de qualitate tracta tu:hæc causa est/ ꝙ posita quantitate magis minusq; esse necesse est.quare cū quantitatem cōtinuo ad aliquid cōsequatur:recte post quātitatē relatiuorum series ordinata est.Illud quoq; est in causa:ꝙ superius cū de quātitate tractaret/ relatiuorū mentio facta est/ cū de magno paruoq; diceretur. vt ergo cōtinēs et nō esset operis interrupta distinctio:ideo quātitate finita de relatione ꝓposuit.Quod autē ait ad aliquid vero talia dicūtur:hoc mōstrat/ ꝙ nō sicut quātitas per se et singulariter itelligi potest.eodē quoq; modo substātia/ vel qualitas/ vel vnūquodq; aliorū prędicamentorū/ sicut per se cōstat/ ita etiā per se & singulariter itelligitur:sic et ad aliquid per se et singulariter capi intellectu non potest/ vt dicamus esse ad aliquid et singulariter. Quicquid enim in natura relationis agnoscitur: id cū alio necesse est consideretur. cum enim dico dominus: per se ipsum nichil est/ si seruus desit. Quocirca cū vnius relatiui nūcupatio mox secum etiā aliud trahat: ad aliquid vnum esse per se non potest.atq; ideo non dixit Aristoteles/ ad aliquid vero tale dicitur:sed plurali numero talia dicūtur inquit/ demōstrans relatiuorū intelligētiā nō in simplicitate/ sed ī pluralitate cōsistere. Non esse autē quandā per se relatiuorū naturā sine cōiunctione aliqua alterius subsistētem:ipse Aristoteles monstrat/ qui dicit ea esse relatiua/ quęcunq; hoc ipsum qđ sunt aliorum dicuntur. Docet enim aliqua cōiunctione alterius:relatiua formari.hoc ipsum enī qđ sunt/ aliorū dicūtur. quod enim est dominus: hoc alterius dicitur/ id est seruꝰ. Siue autem relatiua dicamus/ siue ad

Singulariter : conceptione sola/ sine alterius rei conceptione.

ſuſcipere. vt Socrates ipſe quidē ſubſtantia eſt/ ſed ſubſtātia contrarium non recipit: pater vero atq; filius ſecundū ſubſtantiā prędicatur. nō eſt enim pater/ atq; filius: niſi in ſubſtātia ſit. quocirca quoniā ſecundū ſubſtantiā dicitur: contrarietate caret. Rurſus duplū vel dimidiū ſecundum quātitatem dicitur. quantitas vero cōtraria nō habere mōſtrata eſt. igitur nec duplū atq; dimidium cōtrariis pugnat. Qualitas vero recipit cōtrarietatem. bonum enim/ vel malū: ſecundum qualitatem opponūtur. bonū igitur et malū: cōtrariis nō carēt. Igitur ſecundū quæ prędicamēta/ relatiua dicūtur: ſi illa ſuſcipiunt cōtraria/ et relatio ſuſcipit. ſin vero illa prius repudiāt contrarietatem: nec illud ad aliquid qđ ſecundum ea dicitur/ vlla vnq̄ cōtrarietate diuiditur. Quare habere cōtraria/ relationis propriū nō eſt. Nā neq; in ſola relatione eſt (habet enim hoc quoq; qualitas) nec in omnibus ad aliquid cōſiderari poteſt. Quæ enim ſecundum talia prædicamenta dicūtur ad aliquid/ quæ non recipiunt cōtrarietatē/ vt ſecundum ſubſtantiā pater et filius/ vel ſecundū quantitatem duplum & medium: in talibus relatiuis cōtraria nullo modo reperiūtur. quod vero neq; ſoli neq; omnibus ineſt: hoc propriū non eſt. nō eſt igitur proprium relationis habere cōtraria. ¶ Videntur autē magis et minus ea quę ad aliquid ſunt: ſuſcipere. Simile enim et diſſimile magis & minus dicitur: et ęquale & inęquale magis & minus dicitur/ cum vtrumq; ſit ad aliquid. ſimile enim alicui ſimile dicitur/ et inęquale alicui inęquale. Non autē omnia quę ſunt ad aliquid/ ſuſcipiunt magis et minus. duplum enim nō dicitur magis & minus duplū/ nec aliquid taliū. ¶ Quęritur nunc an relationis ſit propriū ſuſcipere magis et minus: ſed in hoc illa ratio ſeruatur (quēadmodū in contrariis dictū eſt) quoniā quęcunq; ſecundum ea dicūtur/ quæ cōtraria nō recipiunt: ipſa quoq; cōtrariis carent. In hoc vero/ cū ſecundum qualitatem dicatur æquale & inęquale: ſuſcipit et magis & minus. dicitur enim magis æquale/ & minꝰ ęquale. Eodem modo et ſimile: magis ſimile/ & minus ſimile dicitur. ¶ Sed ſi forte quis dicat/ cur cū quātitatis ſit dici ęquale & inęquale/ et quātitas magis atq; minus nō ſuſcipiat: ęquale & inęquale & intenſione creſcat et remiſſione minuatur? Dicendū eſt quoniam quēadmodū ſubſtantia ipſa per ſe in eo quod ſubſtantia eſt/ nō eſt proprium/ ipſi tamen propriū eſt cōtraria poſſe ſuſcipere: ita et in quātitate cōſideratur. propriū enim eſt nō hoc ipſum cuiꝰ eſt proprium: ſed quędam alia extrinſecꝰ qualitas paſſioq;. paſſio enim quātitatis eſt/ et quędā qualitas: ęquale et inęquale dici. Q; quoniā nō eſt idē propriū/ qđ eſt illud cuius eſt propriū: et ęquale vel inęquale dici/ nō ē quātitas/ cū eſt propriū/ ſed q̄dā qualitas et paſſio quātitatis. hoc autē dicit ad aliqd. ipſum enī qđ eſt: alteriꝰ dicit. ęquale enī/ ęquali ęquale dicimus: et ſimiliter ſimile/ ſimili ſimile. Sed nō capiūt omnia relatiua magis et minꝰ. Nullus enim poteſt dicere magis et minꝰ duplū eſſe aliqd. nam ſue denarius ad quinarium cōparetur/ ſiue quaternarius ad binarium: ęque vterq; duplꝰ eſt/ ęque vterq; medietas. Qualitas quoq; recipit magis et minus. dicimus enim magis album & minus album. quare quoniā neq; omni relationi/ neq; ſoli ineſt ſuſcipere magis & minus/ et per relationē qualitas ſuſcipit & magis et minus: relationis propriū nō eſt ſuſcipere magis et minꝰ. ¶ Omnia aūt quę ſunt ad aliquid ad cōuertentia dicuntur. vt ſeruus domini ſeruus: et dominꝰ ſerui dominus eſſe dicitur. et duplum dimidii duplum: et dimidium dupli dimidiū. et maius minore maius: et minus maiore minus. ſimiliter autem et in aliis. ¶ Sed caſu aliquoties differunt ſecundum locutionē. vt diſciplina diſciplinati diſciplina dicitur: et diſciplinatum diſciplina diſciplinatū. et ſenſus ſenſibilis ſenſus: et ſenſibile ſenſu ſenſibile. ¶ Clara hęc eſt proponentis & nō inuoluta ſentētia. Dicit enim omnia relatiua ad cōuertentia dici: qđ ipſe propriis patefecit exēplis. Omne enim ad aliquid ita ad aliud prędicatur: vt illud ad quod p̄dicatur/ videatur poſſe conuerti. et hoc eſt qđ ait. Omnia autē q̄ ſunt ad aliqd ad cōuertentia dicūtur. ¶ Conuerti autem eſt vt ſi prima res dicitur ad ſecundam: ſecunda rurſus dicatur ad primam. Ponatur enim primus pater/ ſecundus filius/ et dicatur hoc modo/ pater filii pater eſt: id rurſus cōuerti poteſt/ vt prius ponamus filiū/ et talis ſit prędicatio/ filius patris filius. Ergo pater ad tale dicitur/ id eſt ad filiū qui cōuertitur: et filius qui dicitur ad patrē/ ad talē rem dicitur/ q̄ ipſa quoq; cōuertitur/ vt de filio prædicetur. Omniaq; relatiua hoc modo ſunt. Omne enim relatiuū ad tale aliqd p̄dicatur qđ ipſum in p̄dicatione cōuerti poſſit: ſed nec oia dicūtur ſecūdū eandē vocis prolationē. Alia enim ſunt q̄ eiſdem caſibus cōuertuntur: vt dictū eſt. pater enim filii pater eſt/ et filius patris filius eſt. Alia vero q̄ non eiſdē: vt ſcientia ſcibilis rei ſcientia eſt. hic genitiuus eſt medius. Scibile autē ſcīētia ſcibile eſt/ hic ſeptimus p̄dicationē tenet. Alia vero nullo (vt ſupra dictū eſt) caſu cōiūcta ſibimet cōuertūtur: vt mons magnus ad paruū dicitur/ et paruus ad magnū. Ergo omnia relatiua ad cōuertētia dicūtur/ q̄uis non eiſdem caſibus cōuertūtur: qđ ipſe ait dicēs. Sed caſu aliquoties differunt ſecundū locutionē. Quod vero addidit/ nimis diligenter adiectū eſt. ¶ At vero aliquoties nō videbitur cōuerti: niſi cōuenienter ad qđ dicitur aſſignetur. ſed peccet is qui aſſignat/ vt alla ſi aſſignetur auis: nō cōuertitur vt ſit auis aſſę. nō enim prius cōuenienter

Obiectio

Solutio

¶ Sed q̄dā alia extrinſecus. id eſt quādā deſignat aduētitiā affectionē vt propriū. Vt riſibile/ aduēti tiū homini riſum. Simile/ aduentiā qualitati relationē et ita de reliquis.

alia vero quę diſpari. Cū enim dico ſimile ſimili ſimile eſt/ et ęquale ęquali ęquale eſt/ et diſſimile diſſimili diſſimile eſt: eiſdem vocabulis/ eiſdēq; nominibus tota fit p̄dicatio. Cū autē dico duplum medii duplū/ vel maius minore maius: diſparibus vocabulis facta eſt prędicatio. Quoniā vero relatiuorū diffinitionē ita propoſuit/ vt diceret/ ad aliquid vero talia dicūtur: quęcunq; hoc ipſum qđ ſunt aliorū dicūtur/ vel quomodolibet aliter ad aliud: quia hoc ipſum quod ſunt aliorum dicūtur/ iam diximus/ nunc quid ſit qđ ait/ vel quomodolibet aliter ad aliud/ requirēdū eſt. qđ ipſe Ariſtoteles conueniētibus in ordine probat exemplis. ait enim. ¶ Ad aliquid igitur ſunt quęcūq; hoc ipſum qđ ſunt/ aliorū eſſe dicuntur/ vel quomodolibet aliter ad aliud. vt mons magnus dicitur ad alium montem (magnū enim ad aliquid dicitur) et ſimile alicui ſimile/ et cętera talia: ſimiliter ad aliquid dicuntur. ¶ Sūt autē & accubitus/ et ſtatio/ et ſeſſio poſitiones quędam. poſitiones vero ad aliquid ſunt. iacere aūt et ſtare vel ſedere: ipſa quidem nō ſunt poſitiones/ denominatiue vero dicuntur ab iis (quę dictę ſunt) poſitionibus. ¶ Quoniam accubitus/ & ſtatio/ et ſeſſio poſitiones dicūtur/ et quoniā omnis poſitio ad aliquid eſt: ſufficienter ſuperius cō prehenſum eſt. nunc vero quid ſit qđ ait/ vel quomodolibet aliter ad aliud/ expediemus. In relatione per quā dicimus/ filius patris filius: nulla cōiunctio mixta eſt/ ſed tantū ſola caſuū vis prędicationis huius mēbra cōiungit. Cū enī dico mōtē magnū/ ad aliū referens paruū/ ac ita propono/ mons magnus ad mōtē paruū & mons paruus ad magnū: hic nullorū caſuū vis eſt. q̄q̄ enim accuſatiuus videtur eſſe permixtus: tamē ille huius relationis vim nō tenet/ ſed prępoſitio quæ ad accuſatiuum datur. Cū enim dico mons magnus ad puū montē: p̄poſitio ſola eſt quę ſic vim huius cōtinet relationis/ vt ſi quis dicat/ magnus mōs puū montē/ nichil ſignificet definitum. Quocirca q̄uis accuſatiuus caſus in hac p̄dicatione ſit: nō tamē hic vim caſus tenet/ ſed prępoſitio. atq; hoc eſt qđ ait/ vel quomodolibet aliter ad aliud. vt quoniā ſuperius ſecūdū caſus relationes fieri dixerat/ erant autē quædā relationes quę nullis caſibus tenerētur: adiecit hoc/ vel quomodolibet aliter ad aliud/ ac ſi diceret. omnis relatio autē: caſibus fit. qđ per hoc demōſtrauit qđ ait/ quęcūq; id qđ ſunt aliorum dicuntur. aut pręter caſus fit: qđ hęc ſententia docet/ vel quomodolibet aliter ad aliud. atq; hęc hactenus. Sed cū poſitio ſit ad aliquid/ & ſint ſpecies eius relatiuę (ſeſſio enim/ & ſtatio: relatiua ſunt) ſedere/ & ſtare nulla relatio eſt. Stare nāq;/ & ſedere: de ſtatione/ et ſeſſione denominatiue dicūtur. Omnis autē denominatio/ non eſt id qđ eſt ea res de qua nominatur: vt grāmaticus. nō enim idē eſt qđ grammatica de qua nominatus eſt. Quocirca ſi ſedere de ſeſſione/ et ſtare de ſtatione denominatiuū eſt/ ſeſſio vero & ſtatio relatiua ſūt: ſedere et ſtare quę relatiuis denominatiua ſunt/ relatiuorū genere non tenētur. et vniuerſaliter quidē quicquid ex quibuſlibet poſitionibus denominatur: illud non ad relatiuā/ ſed ad prędicationē quę ſitus dicitur reduci poteſt. ¶ Ineſt autem cōtrarietas in iis quæ ſunt ad aliquid. vt virtus vicio cōtrariū/ cum ſit vtrūq; eorū ad aliquid: et ſciētia ignorantię. Nō autē omnibus iis quę ſunt ad aliquid inſunt cōtraria. duplici enim nichil eſt cōtrarium: neq; triplici/ neq; vlli talium. ¶ Quēadmodū in ſubſtantia/ vel quātitate ſi eorū eſſet propriū cōtraria ſuſcipere rimaꝰ eſt: ita quoq; nūc in relatiuis de cōtrarietate cōſiderat/ vtrū relatiuorū ſit propriū cōtraria poſſe ſuſcipere. Et quoniā virtus & vicia vtraq; ſunt habitus (virtus enim eſt mētis affectio in bonā partē difficile cōmutabilis: et viciū affectio in malā partē ipſa quoq; difficile mobilis diuturnitate perdurans. quoniā igitur & viciū & virtus habitus ſunt/ omnis autē habitus ad aliquid eſſe mōſtratus eſt (habilis enim rei habitus eſt) erūt et virtus atq; viciū relatiua. ſed hęc cōtraria ſunt. Igitur relatiua cōtraria ſuſcipere nō recuſant. ¶ Sed dicat quis quid cauſæ eſt: vt virtutē atq; viciū/ ipſumq; habitū paulopoſt inter qualitates numeret? Atqui vt alia ſignificatione vna res diuerſis generibus ſupponatur: nichil prohibet. Socrates namq; in eo qđ eſt Socrates/ ſubſtātia eſt: in eo vero qđ pater vel filius ad aliquid. ita ad aliud atq; aliud ducta p̄dicatione: eandem rē ſub diuerſo genere poni nichil phibet. Habitus quoq;/ & virtꝰ & viciū eodē modo. poteſt enī in quālitate poni habitus: q̄ ex eo quales homines nūcupētur. habētes enim dicimꝰ/ aliquos rei habitus retinētes. Virtus quoq; qualitas eſt/ iccirco q̄ ex ea boni homines dicūt: & ſecūdū illā qualitatē id eſt bonitatē quales hoīes id eſt bonos homines nūcupamꝰ. Similiter autē & viciū. Ipſe quoq; habitꝰ ad aliā p̄dicationē dictus/ fit iterū relatiuꝰ. q̄ enī habitꝰ/ habilis rei habitus ē: ad aliquid eſt. et q̄ alicuius virtꝰ eſt: ad aliqd virtus eſt. & qđ alicuiꝰ viciū eſt: ad aliqd quoq; ipſum eſt. ergo nichil impedit eaſdē res ad aliud atq; aliud verſas: diuerſę p̄dicationis conſtitui. Ipſum vero ad aliquid/ p̄ter vllū aliud p̄dicamentū intelligere nō poſſumus. vt patrē et filiū/ vel dn̄m & ſeruū: ſecūdū ſubſtātiā cōſideramus. Nā et q dn̄s/ et qui ſeruus ē: ſubſtātia eſt. Duplū & triplū: ſecūdū quātitatē. hęc enī in quātitate cōſiſtūt. Sciētia vero/ et inſciētia: ſecūdū qualitatē. ſecūdū enī has q̄les dicimur/ ſciētes ſcilicet atq; iſcii. Quocirca/ q̄n̄ p̄ter aliud p̄dicamentū p ſe relatiua nullꝰ intelliget: ſecūdū ea p̄dicamēta de quibꝰ intelligīt relatio/ ſecūdū ea dicitur cōtraria poſſe

¶ Ipſum vē ro ad aliqd. res ad aliqd ferme alio rum prædicamētorū ē ratio vero ad aliquid. Vt patris res/ ſubſtantia. res ſimilitudinis q̄li tas. æqualitatis quātitatis et ita de reliquis.

dies eſt/ ſol eſt ſuper terram: nullam habitudinem monſtrat/ ſed tantūmodo conſequētiam oſtē
dit. Conſequitur enim ſuper terram ſolem eſſe/ cum dies eſt: & cū ſol ſuper terram curſus agat/
diem eſſe. cum vero aliquis dicit filius patris filius/ & pater filij pater: habitudinē & cōparatio-
nem/ & quodā modo continentiā/ vtrūq; declarat. Atq; hoc quoq; in alia quauis relatione ſpe-
ctare licet. Quocirca quoniam omnia ad aliquid ſecūdū quandam ad ſeinuicem habitudinem
continentiāq; dicūtur: ſecundum cōtinentiam quoq; & habitudinem eorum cōuerſio faciēda
eſt. qua in re nos quoq; grauiter dicentis Iamblici authoritati concedimus. Nunc vero quę ſit
ars fingendi nomina ſicubi deſunt/ dicendum videtur: quā ipſe Ariſtoteles his verbis tradit.

» ¶ Sic autem fortaſſe facillime quis ſumet/ quibus poſita non ſunt nomina: ſi ab ijs quę prima
» ſunt/ & ijs ad quę cōuertuntur/ nomina ponūtur. vt in ijs quę prædicta ſunt: ab alla allatum/ a
» remo remitum. Omnia igitur quę ad aliquid dicūtur: ſi cōuenienter aſſignentur/ ad conuerten
» tia dicuntur. ¶ Quoniam ſunt quę ita dicūtur ad aliquid/ vt niſi cōuenienter aptentur/ conuer
ſio nulla ſit/ in omnibus autem ad aliquid cōuerſionem expectari neceſſe eſt: quę ſit hęc cōue-
nientia/ & quēadmodum aſſignari relationes oporteat/ ipſe demōſtrat. Si quid enim dicitur ad
aliquid qđ cōuerti non poſſit: ab ipſo qđ dicitur ſi denominatio fit/ mox conuertitur. vt alla di-
citur auis/ & recta quidem eſt hęc prædicatio: ſed ad naturam relationis incōgrua. Nunc igitur
quoniam dici nō poteſt auis allę/ dicitur autem alla auis: ab ipſa prędicatione/ quę ad aliud prę-
dicatur/ ſi denominatio fit/ mox redit conſueta reuerſio relatiuis. Nam cum dicitur alla auis/ vt
dicatur auis allę: incōueniens eſt. ſi vero vel ex alla fiat denominatio/ vt dicatur alla allati: ſic
conuerſio manet. Allatum enim/ alla allatum eſſe dicimus: ſicut allam allati eſſe allam. Et hoc
idem in remo euenit. Nam quoniā remus nauis nō dicitur/ & remi nauis vt ſit/ nulla ratione cō
uertitur: ſi ex remo ſit denominatio/ ſtatim redit ex more conuerſio. dicimus enim eſſe remū re-
mitę rei remum. & hoc illi cōuertitur. remita enim res remo remita eſt. Ergo ex eo qđ prius di-
citur/ nomē fingendū eſt: ſicut ex eo qđ eſt alla (quoniam id prius ad auem dicitur/ quę auis ad
allam nō conuertitur) denominatio facta eſt/ vt diceretur allatum. atq; hoc eſt qđ ait. ſi ab ijs q̄
prima ſunt & ab ijs ad quę cōuertuntur nomina ponātur. Prima namq; prædicatio eſt ab alla.
dicimus enim allam auis: & hoc quęrimus vt ad allam prædicatio cōuertatur. Ergo ab eo qđ
prius dicitur/ & ab eo ad qđ conuertitur/ nomē fingēdū eſt: vt ab ea quę prius dicitur alla atq;
ab eadem alla ad quā conuertitur/ ſi conuenienter aptatur/ fingendum eſt nomen allatum/ qđ
» ipſum ex alla denominatum eſt. atq; hoc idem & in cæteris relatiuis licet intelligi. ¶ Quoniam
» ſi ad quodlibet aliud aſſignentur/ & non ad id ad quod dicuntur: nō conuertūtur. dico autem
» quoniam neq; eorum quę indubitāter ad conuertentia dicuntur/ & nomina eis poſita ſunt ni-
» chil conuertitur: ſi ad aliquid eorum quę ſunt accidentia aſſignētur/ & nō ad id ad qđ dicūtur.
» vt ſeruus ſi nō domini aſſignetur/ ſed hominis/ vel bipedis/ vel cuiuſcūq; talium: nō conuerti-
» tur. namq; dici non poteſt: homo eſt ſerui homo. non enim conueniens eſt aſſignatio. ¶ Aliud
quoq; argumentum dedit ſi relationes conueniēter non reddātur: non poſſe conuerti. Fortaſſe
enim dicat quis allam/ & caput nō eſſe ad aliquid. q̄ ſi quis hoc quoq; concedat: illud tamē nul
lus negare poterit/ quin ſeruus aut filius ſemper ad aliud prædicētur. Ergo in hac quoq; re/ quę
confeſſe relatiua eſt: non erit relationis propria conuerſio/ ſi nō conueniēter/ & ad aliud ad qđ
proprie dicitur/ aſſignetur. Nam cum ſit ad aliquid ſeruus/ niſi domini reddatur/ ideſt ad id ad
qđ conuenienter dicitur: hac ratione nulla conuerſio eſt. Dicatur ergo ſeruus hominis/ vel ſer
uus bipedis: non conuertitur/ vt dicat quis bipedē eſſe ſerui/ aut hominē eſſe ſerui. Eodē quoq;
modo de filio. Ergo extrinſecus quęcūq; ſunt: ſi ad ea id qđ eſt ad aliquid prædicetur/ nulla cō
uerſio eſt. Qđ aūt ait accidētia/ nō q̄ homo ſit accidens/ aut bipes differētia/ homini accidēta-
liter inſita/ id dicit: ſed interdū cōſuetudinis Ariſtotelicę eſt/ q̄ ſecūdo loco & extrinſecus prędi-
centur/ dicere ſecūdum accidens prædicari. Seruus autem prius ad dominum eſt: ſecundo ve-
ro loco ad hominem. Iccirco enim q̄ dominus homo eſt: ideo ſeruus ad hominē dicitur. & iccir
co q̄ dominus bipes eſt: ideo ſeruus bipedis dicitur. Ergo ſecundum accidens dixit ſecundo lo
co: volens oſtendere extraneam & nō conuenientem fieri prædicationem/ ſi quis ad hominem
vel bipedem/ ſeruum/ & nō ad dominum referat. Manifeſtum igitur id eſt: quoniā ī ijs quoq; q̄
cōfeſſe ſunt ad aliquid/ & in qbus nomina sūt euenit. Nomē enī et ſerui & domini in vſu eſt: nō
quemadmodum in remo aut in alla/ vbi neq; allatum neq; remitum nomē fuit/ niſi ipſe finge-
ret Ariſtoteles. cūm ergo hęc ita ſint/ manifeſtum eſt quoniam ſi nō cōueniēter aptarentur: cō
» uerſionem prædicatio nō teneret. ¶ Amplius. Si autem conueniēter aſſignetur ad id ad quod
» dicitur/ omnibus alijs ſublatis quęcunq; accidētia ſunt/ relicto ſolo illo ad quod aſſignatum eſt
» conueniēter: ſemper ad ipſum dicetur. vt ſi ſeruus ad dominum dicitur/ circumſcriptis omni-
» bus quę accidentia ſunt domino/ vt eſſe bipedem vel ſcientiæ ſuſceptibilem/ vel hominē/ reli-

» assignatū est alla auis. neq; enim ī eo q̄ auis est/ alla auis dicitur: sed in eo q̄ allata est. multo-
» rum enim et aliorū allę sunt/ quę nō sunt aues. Quare si assignetur cōueniēter: & cōuertitur. vt
» alla/ allati alla est: & allatū/ alla allatum. ¶Aliquoties autem forte & nomē fingere necesse erit:
» si non fuerit nomē impositum ad qđ conueniēter assignetur. vt remus si assignetur nauis: nō est
» assignatio cōueniēs. neq; enim in eo q̄ nauis est: in eo eius remus dicitur. sunt enī naues: qua-
» rum remi nō sunt. quare nō conuertitur. nauis enim nō dicitur remi nauis. Sed forte conueniē-
» tior assignatio erit: si sic quodā modo assignetur. remus: remiq; rei remus est/ aut quomodocūq;
» aliter. nomen enim nō est positum. cōuertitur autē si conueniēter assignetur. remitum enim re-
» mo remitum est. Similiter aūt & in alijs. vt caput cōuenientius assignabitur capitati caput: q̄ si
» animalis assignetur. neq; enim in eo q̄ est animal: caput habet. multa enim animalia sunt ca-
» pita non habētia. ¶Supra iam de relatiuorum conuersione proposuit/ dixitq; quicquid est ad
aliquid: vel eisdem casibus/ vel dissimilibus/ tamē ad cōuertentia dici. Hoc vero iccirco euenit:
q̄ omne ad aliquid/ esse suum ex alterius habitudine & comparatione trahit. q̄ si vtraq; secun-
dum aliquid sint opposita: ad aliquid nuncupātur/ equā vim vocabuli nuncupationēq; sortita.
Nam & si pater & filius/ vtriq; ad aliquid sunt: si pater ad filiū prædicatur quoniam ad aliquid
est/ filius quoq; qui ad aliquid est/ ad quoddā aliud prędicabitur. sed nullius ē filius nisi patris.
ergo hęc vocabula ex alterutra nūcupatione principiū sumūt. Quocirca quę sibi inuicem sub-
stantiam donāt: recte ad seinuicem prędicātur. & hoc quidem in omnibus relatiuis cōstat intel
ligi. Sed huiusmodi conuersio nō vno modo/ nec quomodolibet fieri potest. Nisi enim conue-
nienter q̄libet illa res ad id ad qđ dicitur prędicetur: huiusmodi cōuersio nulla ratione cōuertī-
tur. Cum enim dicatur caput animalis caput: dici nō potest/ animal capitis animal. ergo ita red
ditum/ nulla ratione conuertitur. Atq; hoc ē qđ ait: nō videri in omnibus relatiuis posse cōuer
ti/ nisi conueniēter ad qđ dicitur/ assignetur. Si enim peccet is qui assignat/ vt nō conueniētem
prędicationem faciat: conuersio nō procedit. ¶Quę tamen est ipsa cōueniētia qua possint sem
per relatiua cōuerti: huiusmodi est. Cū enim dico allā auis esse allā: nō conuertitur/ vt auis allę
sit auis/ iccirco q̄ nō est cōueniēter facta prædicatio. Non enī in eo q̄ auis est: in eo habet allā.
multa enim sunt quę habent allā: aues tamen nullo modo nominātur. vt apes sunt/ & vesper-
tilię. & quicquid est aliud tale: habere quidē dicimus allas/ eas tamē aues nō dicimus. quare nō
in eo q̄ auis est: in eo est eius alla/ sed in eo q̄ allata est. Iccirco enim allam habet: quoniā alla-
ta est. & quicquid fuerit allatū: allas habebit. quare ita facta prędicatio: illam cōuersionem reti
net atq; custodit. alla enī/ allati alla est: & allatum/ alla allatū ē. Eodem quoq; modo de capite.
si quis dicat caput animalis est caput: nō conueniēter vim prædicationis aptabit. nō enim ī eo
q̄ animal est: in eo habet caput. multa enim sunt animalia quę capite carent: vt ostrea/ vel cō-
chium/ vel conchilia/ & cętera huiusmodi. Igitur dicendū est caput capitatę rei esse caput: & ca-
pitatam rem capite esse capitatam. Vides ne quēadmodum conueniēs prædicatio: alternam in
se vocabuli conuersionē/ reuersionemq; reddiderit? Ita quoq; speculandum est & de alio exem-
plo qđ ipse proposuit. Remus enim si nauis remus dicatur: nullo modo cōuertitur/ vt nauis/ re-
mi nauis esse nominetur. Sunt enim quędā naues quę remis penitus nō vtūtur/ vt lintres quas
solo subeunt cōtō: & iccirco nō conuertitur. Dicēdum est igitur remū & remitę rei esse remum:
& remitam rem remo esse remitam. ¶Necesse quoq; erit nomē fingere si positū nō sit. Nā quē-
admodum filius patris filius/ & pater filij pater/ reciproca cōuersione prædicātur/ & vtrūq; no-
men in vsu est: sic si defuerit nomen/ ipse tibi ad aliquid debebis affingere. Vt in eo q̄ est alla:
allati alla. allatum enim nouiter factum est/ & nūq̄ ante dictum. ¶Quo autem modo possimus
nomina ipsa confingere/ quoniam necessariū esse posuimus/ artem quoq; cōponēdi sequēti or-
dine demōstremus. ¶Sed hoc faciendū est si prius illud purgauero: qđ quidā contra Aristotelē
culpandi studio ponūt. Aiunt enī nō esse solius relationis ad cōuertentia dici. Si quis enim sic
dicat/ cum sol super terram est: dies ē. & cū dies est/ super terram sol est: recipiunt hęc quoq; cō
uersionem/ quę cōfesse a relatiuorū definitione segregata sunt. non igitur in solis relatiuis inq-
unt/ cadit ista cōuersio. ¶Sed Iamblicus duas huius rei protulit solutiōes: vnam peruacuam/
aliam vero perfortem. Ait enim nichil officere ad Aristotelis sentētiam: si & alia cōuertantur.
non enim (inquit) Aristoteles solis hoc relatiuis esse/ sed omnibus. nāq; hoc relatiuis ineſt: nec
vlla ratione negari potest. quocirca quoniam nō dixit Aristoteles solis hoc ineſſe relatiuis: illo-
rum quęstio huius præclari philosophi sentētiam nō moratur. sed hoc potius accidētis est q̄ na
turę: & ad aliud quodā modo refugium cōcurrentis potius q̄ ex ipsa Aristotelis authoritate dic-
torum eius aliquod propugnaculum cōparantis. ¶Aliam vero attulit causam prorsus grauē.
Ait enim proprium esse hoc relatiuorum: nō secūdum suam nūcupationem/ sed secundum ali-
quam habitudinem eodem modo cōuerti. Qui enim dicit cum sol est super terram/ dies ē. & cū

*Errorīs ex-
tirpatio.*


*Iamblicus
platonicus*

latiuis expoſuit/ dicẽs relatiuis quoq; ineſſe vt ſimul ſint. Nam cũ duplũ ſit/ dimidiũ eſt: & cum dimidium/ duplũ. huius autem argumẽtum eſt: q; interẽpto duplo/ dimidiũ perit. rurſus quoq; duplo cõſtituto: dimidium cõſtituitur. Igitur quoniam duplum atq; dimidium relatiua ſunt/ & hęc ſimul ſunt natura/ ideſt ipſa eſſentia: & hoc manifeſtũ eſt quoq; relatiuis accidere/ vt ſimul natura eſſe videãtur. Idem quoq; eſt in eo qđ eſt ſeruus/ & dominus. Nam quoniam alterutrius interẽptis vterq; deperit/ alterutro cõſtituto vterq; ſubſiſtit: cõſtat ſeruum atq; dominũ cũ ſint ad aliquid/ ſimul eſſe natura. Sed hęc ita ſunt/ vt ſint quidem in relatiuis: ſed omnibus ijs quæ ſunt ad aliquid/ nõ ęquentur. Sunt enim quędam relatiua quorum vnũ prius natura ſit: qđ ipſe rurſus adiecit. ¶ Non autem in omnibus relatiuis verum videtur/ eſſe ſimul natura. ſcibile enim ſcientia prius videbitur eſſe. namq; in pluribus ſubſiſtentibus rebus/ ſciẽtias accipimus: in paucis vero vel nullo quiſq; hoc perſpiciet/ ſimul cum ſcibili ſcientiam eſſe factam. ¶ Propoſuit nõ in omnibus relatiuis eſſe hoc: vt videantur ſimul eſſe natura. hoc autẽ probat ex ijs: q; quoniam ſcientia ad aliquid eſt (ſcibilis enim rei ſcientia dicitur) nõ poterit eſſe ſcientia/ niſi ſit res aliqua quę ſciri poſſit. Hanc autem primã eſſe neceſſe eſt: vt in matheſeos diſciplina. Scimus enim triangulum: tres interiores angulos duobus rectis angulis ęquos habere. vnde neceſſe eſt prius fuiſſe qđ ſciri poſſet: poſtea vero ad hanc rem aptam fuiſſe noticiã. atq; hoc eſt qđ ait. Namq; in pluribus ſubſiſtentibus rebus/ ſciẽtias accipimus. Prius enim rebus cõſtitutis/ et quaſi prępoſitis: ſcientię ratio ſequitur. Quare nõ eſt in omnibus relatiuis ſimul eſſe natura. Nã cum ſcientia & ſcibile relatiua ſunt: antiquius eſt ſcibile/ q̃ ſcientia. Qđ vero interpoſuit/ in paucis vero vel nullo hoc quiſq; perſpiciet/ ſimul cũ ſcibili ſciẽtiam eſſe factã: tale eſt. Quaſdã nãq; res animus ſibiipſe cõfingit. vt chimerã/ vel centaurũ/ vel alia huiuſmodi: quę tũc ſciuntur/ cũ ea ſibi animus finxerit. tunc autẽ eſſe incipiũt/ quãdo prius in opinione verſantur. tũc igitur ſciuntur/ cum in opinione cõuerſata ſint: & hęc ſimul habent eſſe/ & ſciri. Nam quoniam i opinione naſcũtur/ mox eſſe incipiunt: ſed cum in ratione ſunt/ tunc eorum ſciẽtia capitur. Igitur mox vt fuerint: mox ſciũtur/ & eſt eorũ ſcientia cũ eorũdem eſſentia coniũcta. Namq; anteq̃ chimera fingeretur/ ſicut ipſa in nulla opinione fuerat: ita quoq; ſcientia eius nõ erat. poſtq̃ vero i ipſa imaginatione cõſtituta eſt: eius quoq; cum ipſa imaginatione ſciẽtia cõſecuta eſt. Atq; ideo ait/ in paucis hoc poſſe perſpici/ vt ſimul cum ſcientia ſcibile ſit: vt in hac eadem chimera/ q̃ cũ ſit ſcibilis cum ſciẽtia nata eſt. Sed quoniam nichil qđ in ſubſtantia nõ permanet/ neq; in veritate cõſiſtit: ſciri poteſt (ſcientia enim eſt rerum quę ſunt/ cõprẽhenſio veritatis) & quicquid ſibi animus fingit/ vel imaginatione reperit/ cum in ſubſtãtia atq; veritate conſtitutum nõ ſit/ illud poſſe ſciri nõ dicitur. atq; ideo nõ eſt eorum ſcientia vlla: quę ſola imaginatione ſubſiſtũt. iccirco itaq; dubitãs dixit: in paucis vero vel nullo. Hęc enim ipſa pauca ita quiſq; reperiet: vt ſi ad veram rationem examinationemq; cõtenderit/ nulla eſſe perpẽdat. Qz ſi quiſq̃ chimerę aliquã eſſe ſcientiam dicat/ quę nõ eſt/ q̃q̃ hoc falſum ſit: tamẽ hoc quoq; conceſſo pauca erunt/ in quibus ſciẽtia cum ſcibili ſimul natura ſit. Multis enim rebus antepoſitis & cõſtitutis ſciẽtia naſcitur. Quocirca nõ in omnibus relatiuis verum eſt: vt ſimul eſſe dicantur natura. & ſicut falſum illud eſt/ in nullis hoc eſſe relatiuis: ita falſum eſt rurſus in omnibus. Sed hũc tractatum lõgius texit. ¶ Amplius. Scibile ſublatum ſimul aufert ſcientiam: ſcientia vero ſimul nõ aufert ſcibile. nam ſi ſcibile nõ ſit: non erit ſciẽtia. nullius enim erit ſciẽtia. ſciẽtia vero ſi nõ ſit: nichil prohibet eſſe ſcibile. vt circuli quadratura ſi eſt ſcibilis/ ſciẽtia quidem eius nõdum eſt: illa vero ſcibile eſt. ¶ Diximus illa eſſe ſimul: quęcũq; alterutro cõſtituto/ vel alterutro interempto/ ſimul vtraq; cõſtituerentur/ vel etiam perimerẽtur. Conſtituto enim vt ſit pater: cõſtituetur eſſe filius/ & pater ſimul infert ſubſtantiã filij. Eodem quoq; modo filius ſimul infert vocabulum patris. non eſt enim filius niſi patris. Eodem quoq; modo altero interempto/ vtrũq; perire neceſſe eſt. ¶ Alterum autem altero prius pluribus dicitur modis: ſed qđ nũc quętimus tale eſt. Nã priora illa eſſe dicũtur/ quę ipſa quidem perẽpta/ res alias tollũt: ipa vero illata atq; cõſtituta/ ſimul res alias nõ inferũt. vt eſt vnus/ atq; duo. Interẽpto enim vno: duo quoq; pereũt. vnde enim ẽ vnius in duobus geminatio: ſi vnus intereat? Conſtituto vero atq; poſito vt ſit vnus: nõdum duo ſunt. nondum eſt enim facta vnius geminatio. Ergo dicũtur illa priora eſſe: quęcũq; alia ſimul quidem illata nõ inferunt/ ſed perimũt interempta. Scibile ergo & ſcientiã nõ eſſe ſimul/ illa res probat: q; ſi quis rem ſcibilem tollat/ ſciẽtiam quoq; ſuſtulerit. Nulla poteſt enim ſciẽtia permanere ſi res quę ſciri poſſit/ intereat. at ſi ſcibile eſſe cõſtituas: nõ omnino ſcientia cõſequitur. Infantibus enim ea notitis quę nunc nouimus erant/ & in ſuę naturæ ſubſtantia permanebãt: ſed eorum apud nos ſciẽtia nõ erat. Multę quoq; ſunt artes/ quas eſſe quidem in ſuę naturæ ratione perſpicimus: quarum neglectus/ ſciẽtiam ſuſtulit. multũq; ego ipſe/ & iam metuo/ ne hoc veriſſime de omnibus ſtudijs liberalibus dicatur. Quocirca ſi & ſcientiam ſublatum ſcibile peri-

» cto vero ſolo quod dominus eſt: ſemper ſeruus ad ipſum dicetur. ſeruus enim domini ſeruus
» dicitur. Si autem nō conueniēter ad id ad quod dicitur aſſignetur: circūſcriptis omnibus aliꝭ
» relicto eo ſolo ad quod aſſignatum eſt/ nō dicetur ad ipſum. aſſignetur enim ſeruus hominis/ &
» alla auis/ & circūſcribatur ab homine eſſe dominum: nō iam ſeruus ad hominem dicetur. cum
» enim dominus nō ſit: neq; ſeruus eſt. Similiter & de aue: ſi adimatur eam allatam eſſe. nō enim
» amplius erit alla ad aliquid. cum enim nō ſit allatum: nec alla erit alicuius. Quare oportet aſſi-
» gnari ad id ad qđ conueniēter dicitur. & ſi ſit nomē poſitum facilis erit aſſignatio. ſi autem nō
» ſit: fortaſſe neceſſarium erit nomen fingere. ſi autem ſic aſſignetur: manifeſtum eſt quoniā om-
» nia ad cōuertentia dicuntur. ¶ Aliud quoq; validum addidit argumentū: in omni ſecūdum ad
aliquid prædicatione/ ſolam eſſe aſſignationis conueniētiam requirēdam. Quo enim permanēte cunctis aliꝭ pereuntibus relatiuorum prędicatio conſtat/ & quo pereūte cūctis aliꝭ permanentibus/ ad aliquid prædicatio nō manet: illud eſt/ ad qđ cōuenienter nominis relatio referatur. Qui enim dominus eſt: idem & homo eſt/ idēq; bipes/ idem quoq; ſcientiæ perceptibilis. ad quodlibet igitur horum ſeruus nō prędicabitur: ſi dominus non ſit. q; ſi dominus ſit/ et qđlibet horum pereat: nichil impedit prędicationem. Prędicetur enim ſeruus ad dominum: & ab eo cętera perimātur. pereant enim ab eo/ q; eſt homo/ ac bipes/ q; ſciētiæ perceptibilis: his omnibus pereuntibus/ dominus ſolus permaneat. Cæteris igitur pereūtibus/ ſeruus tantū nichilominus dicitur ad dominum: ad hominem vero nō dicitur. pereūte enim domini nomine: ſerui ad hominem nulla prædicatio eſt. q; ſi ad dominū ſeruus nō referatur/ pereatq; domini nomen/ omnibus aliꝭ manētibus: nō erit prędicatio. Auferatur enim dominus & maneat homo/ & bipes/ & ſcientiæ perceptibilis: nō poteſt dici ſeruus hominis/ vel ſeruus bipedis. domino enim non manente/ ſeruus interiit. Quare manente domino ad qđ ſeruus cōueniēter aptatur/ cūctis aliꝭ pereuntibus: prędicatio manet. ſublato vero domino/ ad quem eſt cōueniens prędicatio/ cūctis aliꝭ manentibus: prędicatio nō eſt. Eodem modo etiam de alla. Niſi enim ad allatū referatur: cunctis aliꝭ manētibus/ integra prędicatio nō eſt. Adeo nō ſolum nō conuertitur: ſed nec prædicatio vlla erit/ niſi relatio ei ad qđ conueniēter dicitur/ aſſignetur. Simul etiam hęc quoq; ars eſt & via noſcendi: cum in natura multa ſunt/ ad quod potiſſimū relatio prędicetur. Nam cum in domino ſit & homo/ & animal/ & diſciplinę perceptibile/ & bipes/ in ſeruo quoq; idem: ad qđ horum aut domini nomē/ aut ſerui referre poſſimus/ ſic oſtenditur. Qua enim re manēte/ ſublatis cæteris prędicatio valet/ & qua re ſublata cęteris manētibus intercipitur prędicatio: ad illud relatio rectiſſime prędicatur. ¶ His igitur poſitis totius argumenti vim ſententiamq; cōcludit. Ait enim omnia quęcūq; ad aliquid ſunt/ ęqua prædicatione conuerti. hoc autē huiuſmodi eſt. Quęcūq; enim ad ſeſe inuicem ęqualiter prędicātur/ & cōuerſione facta retorquētur: illa ęquali natura & dimēſiōe fundata ſūt/ vt ſunt propria/ & ſpecies. Relatiua quoq; vt cōuertātur: ęqualia eſſe oportet. Nam ſi vna res amplior/ alia fuerit minor: cōuerſionem nō habent. Nam in eo qđ eſt alla auis: minus eſt auis alla. multa enim ſunt quę allas habēt/ & aues nō ſunt: atq; ideo cōuerſio nō fit. Et in eo qđ eſt remus nauis: maior eſt nauis remo. multę enim naues ſunt quarum remi nō ſunt. quare in his nulla poteſt eſſe conuerſio. Si vero ſint ęqualia vt filius/ atq; pater: conuerſio nō fugit. Nunq; enim eſt filius/ niſi patris: & rurſus nūq; pater eſt/ niſi filiꝭ. Quocirca ęqualia eſſe oportet: quęcūq; ad aliquid prędicantur. Horum vero ſi nomē ſit poſitum/ poſitis nominibus vti oportet: ſi vero nomen poſitum nō ſit/ ex iꝭ quę in prima prędicatione ſunt (vt ſuperius dictum eſt) nomē oportet effingere. Qđ ſi ita reddātur vt omne ad aliquid conueni enter ad qđ dicitur/ prędicetur: & ęqualis erit prędicatio/ & mox conuerſionis reciproca natura
» ſubſequitur. Cōſtat igitur omnia relatiua ad conuertētia dici. His aliud proprium iungit. ¶ Vi-
» dentur autem ad aliquid: ſimul eſſe natura. & in plurimis quidem verum eſt: in aliquibus vero
» non verum. ſimul enim duplū & dimidium ſunt. et cū ſit dimidiū: duplum eſt. et cum ſit domi-
» nus: ſeruus eſt. & cum ſit ſeruus: dominus eſt. ſimiliter autē his/ & alia. Simul autē hęc auferūt
» ſeſe inuicem. ſi enim nō ſit duplū: nō erit dimidium. & ſi nō ſit dimidiū: nō erit duplum. ſimili-
» ter autē & in aliꝭ quęcūq; talia ſunt. ¶ Illa eſſe ſimul dicuntur quęcūq; talia ſunt/ vt vno poſito quolibet/ aliud neceſſario ſubſequatur: & vno quolibet perempto aliud modis omnibus interimatur. vt pater & filius. Nam cū pater eſt/ filium quoq; eſſe neceſſe eſt: & cū ſit filius/ pater eſt. Rurſus ſi pereat filius/ patrem quoq; perire manifeſtum eſt/ nō q; pereat ipſa ſubſtātia (vt pereunte Hectore Priamus pereat) ſed perit ipſa relatio. Ergo quoniam vel interēpto patris nomine: filiꝭ nomē perit. ſublato quoq; filiꝭ nomine: nomē patris perit. poſito etiam patre in ſubſtantiaq; cōſtituto: filiꝭ quoq; nomē infertur. & poſito filiꝭ nomine: ſequitur patris. & a patris nomine nūq; ſeparatur. iccirco pater & filius ſimul eſſe dicūtur. Ergo ſimul ea ſūt: que ſeinuicem vel interimunt/ vel inferūt. Et de his quidem ipſe poſterius tractat: nūc autem hoc quoq; ineſſe re-

» prius esse qđ sentiri possit: post vero sensus (Aristotele authore) firmatur. ¶Amplius. Sensus
» quidem simul cũ sensitiuo fit. simul enim fit animal et sensus: sensibile vero ante animal & se-
» sum est. ignis enī et aqua & alia huiusmodi ex quibus ipsum animal cõstat: ante sunt q̃ animal
» omnino sit/ vel sensus. quare prius sensibile q̃ sensus esse videbitur. ¶In cõpositis rebus/ atq;
ex alijs iunctis: priores sunt eę res quę cõponunt aliquid/ ipsa substantia quã cõponunt. Namq;
cum corpus animalis sit ex igni/ aere/ & aqua/ vel terra: priora hęc esse necesse est q̃ ipsum sit ani
mal/ qđ illa elemẽta coniungũt. Hoc quoq; etiam in alijs patet. Nam cum sit liber ex versibus:
prior est versuum natura/ q̃ libri. Cũq; versus cõstet verbis/ atq; nominibus/ & cęteris quas grã
matici partes orationis vocant: hęc ex quibus ipse versus constat/ versu ipso priora necesse est
esse. Quocirca sensus quidẽ ipsis iam cõpositis superuenit. Nam cũ animal constet ex quattuor
elementis/ & cum sensus semper naturam animaliũ comitetur: cum ipsis animalibus sensus fie
ri/ & nasci necesse est. Q̃z si cum animalibus/ ideſt cõpositis rebus sensus nascitur/ sicut animali
priora sunt ea ex quibus ipsum animal cõstat: sic quoq; sensu qui cum animali nascitur/ illa pri
ora sunt/ ex quibus animalis natura coniũgitur. coniũgitur autem animal atq; componitur/ ex
quattuor elementis. quattuor igitur elemẽta sensu priora sunt. sed quattuor elementa corpora
sunt: corpus vero omne sensibile est. prius igitur sensibile: q̃ sensus est. Sensus enim cũ re cõpo
sita nascitur: illa vero quę cõponunt & sensibilia sunt/ & priora ipso cõposito. Vniuersaliter enī
si quę due res sint simul: cũ quęlibet res vna earum prior sit/ & altera prior erit. vt animal/ atq;
sensus/ cum vtraq; simul sunt simulq; nascuntur: cũ quattuor elementa quę sunt sensibilia prio
ra sint q̃ animal/ sensu quoq; esse priora necesse est. quocirca cõclusit dicẽs. Quare prius sensibile
q̃ sẽsus esse videbitur. Sed quidam/ quorum Porphyrius quoq; vnus est/ astruũt i omnibus ve-
rum esse relatiuis/ vt simul natura sint: veluti ipsum quoq; sensum & scientiã non prędedere sci
Porphyrij sententia. bile atq; sensibile/ sed simul esse. quã/ quoniam breuis est ratio: nõ grauabor opponere. Ait enī
si cuiuslibet scientia nõ sit/ ipsum quidem poterit per se permanere: scibile vero esse nõ poterit.
vt si formarum scientia pereat/ ipsę fortasse formæ permaneant/ atq; in priore natura consistãt:
scibiles vero nõ sint. Cum enim scientia quę illud comprehendere possit/ non sit: ipsa quoq; sci-
ri nõ potest res. namq; omnis res scientia scitur: quę si non sit/ sciri nõ possit. Porro autem res q̃
sciri nõ potest: scibilis non est. hoc idem de sensu. Si enim gustus pereat: mel forsitan permane-
bit/ gustabile autẽ non erit. Ita quoq; omnino si sensus pereat: res quidem quę sentiri poterant
sint/ sensibiles vero non sint sensu pereunte. & fortasse neq; scientia neq; sensus secundum sen-
tientes speculandus est: sed secundum ipsam naturam quę sensu valeat cõprehendi. Nam res
quęcunq; per naturam sensibilis est: eam quoq; in natura sua proprium sensum quo sentiri pos-
sit/ habere necesse est. Et quodcũq; sciri potest per naturam: nũq̃ possit addisci nisi quędam eius
in natura scientia versaretur. hęc Porphyrius. Sed nos ad Aristotelis ordinem/ textumq; veni-
» amus. nam ille adiecit quoq; alias quęstiones. ¶Habet autem dubitationem vtrum nulla
» substantia ad aliquid dicatur/ quẽadmodum videtur: an hoc contingat secũdum quasdã secũ-
» das substantias. Nam in primis substantijs verũ est. nam neq; totę neq; partes primarum sub-
» stantiarum: dicũtur ad aliquid. nam quidam homo: nõ dicitur alicuius quidã homo. neq; qui-
» dam bos: alicuius quidam bos. Similiter autem & partes. quędam enim manus: dicitur nõ ali-
» cuius quædam manus/ sed alicuius manus. & quoddam caput: nõ dicitur alicuius quoddã ca-
» put/ sed alicuius caput. ¶Similiter autem & in secũdis substantijs: atq; hoc quidem in plurib9.
» vt homo non dicitur alicuius homo. nec bos alicuius bos. nec lignum alicuius lignum/ sed ali-
» cuius possessio dicitur. in huiusmodi ergo manifestum est: quoniam non sunt ad aliquid. In ali-
» quibus vero secundis substantijs: habet aliquam dubitationẽ. vt caput alicuius caput dicitur.
» et manus alicuius dicitur manus. & singula huiusmodi. quare hęc fortasse ad aliquid esse vide-
» buntur. ¶Contra ea quę superius disputata sunt: huiusmodi nodum quęstiõis opposuit. Quo-
niam enim prima diffinitio relatiuorũ fuerat/ illa esse relatiua quęcũq; hoc ipsum qđ essent/ ali-
orum dicerentur: secundũ hanc diffinitionem possunt quędam substãtiæ videri esse relatiuę. qđ
si fit: substantiæ in diffinitionem accidentiũ transeunt. Nam cũ sint accidẽtia/ relatiua: si quas
substantias relatiuas esse concedimus/ in accidentiũ numero ponẽdas esse censebimus. sed hoc
contrarium est. Si enim substantia in subiecto non est/ accidens autem in subiecto est: qui fieri
potest vt idem & in subiecto sit & in subiecto nõ sit? Vtrum autem possit quędam substãtia ac-
cidentium suscipere rationem: hoc modo quęrendum est. Primę namq; substãtiæ ipsę quidem
ad aliquid nõ dicuntur: neq; partes primarum substantiarum/ quas ipsas quoq; in primis sub-
stantijs numeramus. Socrates enim non dicitur alicuius aliquis Socrates/ nec homo alicuius
aliquis homo/ nec bos alicuius aliquis bos: nec partes primarum substantiarum quę ipę quoq;
sunt primę substantiæ. Caput enim non dicitur alicuius aliquod caput/ sed tantum alicuius ca-

mit/ & illatum ſcibile ſcientiam nō infert neq; cōſtituit: prius eſt id qđ ſciri poteſt/ q̄ illud qđ cō-
prę|hendere valet/ atq; complecti noticia. Ipſe autem ad hanc rem: obſcuriſſimū cōmodauit ex-
emplum. ſolet enim in geometria huiuſmodi eſſe propoſitio. Iubemur enim propoſito quattu-
or laterum ſpacio ęquale triangulum cōſtituere: & facimus hoc modo. Sit quattuor laterū ſpa-
cium a b. oportet ergo a b ſpacio/ ęquale triāgulum cōſtituere. ſit duplum a b ſpacio/ c d e f ſpa
cium. Ducatur angularis c f: dico quoniam c d f triangulum/ equale eſt a b ſpacio. quoniam c
d e f ſpacium duplū eſt/ a b ſpacio. a b igitur: c d e f ſpacio/ medietas eſt. Sed c d f triangulū: c d
e f ſpacio/ medietas eſt. angularis enim f c/ totum c d e f ſpacium medium diuidit. quę autem
eiuſdem ſunt media/ & ſibi æqualia ſunt. c d f igitur/ & c e f triangulum/ a b ſpacio æqua-
le eſt. Poſito igitur ſpacio a b/ æquum triangulum





cōſtitutū eſt c d f: qđ oportebat facere. ¶ Eodē quoq; modo quęſitum eſt: ſi ſit propoſito circulo ęquū fieri quadratum. Quadratum ergo eſt: qđ ęqualibus lateribus/ omnes quattuor āgulos ęquos habet/ ideſt rectos. Et Ariſtotelis quidem tēporibus non fuiſſe inuētum videtur: poſt vero repertum eſt. cuius quoniam lōga demōſtratio eſt: prætermittenda eſt. Atq; hoc eſt/ qđ ait circuli quadratura. Sicut manente quadrato linea per obliquū ducta/ triangula figura producitur: ita circulo nō mutato circumpoſitis angulis/ qui & ipſius circuli lateribus ęqualiter diriguntur/ quadrati forma conſurgit. qđ (vt potuimus) coniectura depinximus. Cum enim alicui circulo ęquum quadratū conſtituitur: in quadraturā circuli illius mēſura redigitur. Nūc ergo hoc eſt qđ dicit. hęc circuli quadratura/ ideſt ęqui quadrati ad circulum cōſtitutio ſi fieri poteſt/ & ſi res quę eſt/ ſciri poſſit: ſcientia quidem eius nondū inuēta eſt. Nondū enim quiſq; ſub Ariſtotele ęquum quadratū circulo conſtituerat. Q̄z ſi eſt aliqua eius ſciētia/ quę nondum reperta eſt: certe prius eſt qđ ſciri poſſit/ poſt vero ſciētia. Nam cū poſſet Ariſtotele viuo/ ſciri circuli quadratura: nulla tamen adhuc eius ſcientia reperta eſt/ atq; ideo prius erat qđ ſciri
» poſſet/ q̄ ipſius rei vlla noticia. ¶ Amplius. Animali quidem ſublato nō erit ſcientia: ſcibiliū vero plurima eſſe cōtingit. Similiter his ſeſe habent ea quę de ſenſu ſunt. ſenſibile enī ptius q̄ ſenſus eſſe videtur. ſublatum enim ſenſibile: ſimul aufert ſenſum. ſenſus vero: ſenſibile non ſimul
» affert. ſenſus enim circa corpus et in corpore ſunt. ſenſibili autem ſublato: aufertur et corpus.
» ſenſibile enim corpus eſt. cum autē corpus nō ſit: aufertur ſenſus. quare ſimul aufert ſenſibile et
» ſenſum. Senſus vero: ſenſibile nō ſimul aufert. ſublato enim animali/ ſenſus quidem aufertur:
» ſenſibile autem erit corpus/ vt calidum/ dulce/ amarum/ & omnia alia quęcunq; ſunt ſenſibilia.
¶ Addit aliud validius argumētum/ prius eſſe ſcibile ſcientia. Illud enim notū eſt ſi per deſidiā diſciplina depereat: interire quidem ſcientiā/ ſed ſcibile permanere. Scire autē dico/ qđ ſciri poſſit. Q̄z ſi omnino animal nō ſit: cum qui ſcire poſſit omnino non fuerit/ ſcientia quidē ipſa funditus interibit. nichil tamen prohibet eſſe ea: quę permanēte animali poſſit ingrentis animus/ ſcientiæ ratione cōplecti. Id namq; proponit in ſenſibus inueniri. dicit enim ſenſu prius eſſe ſenſibile: qđ cōmuni priorum diffinitione probabile eſſe conſtituit. Dictum eſt nāq; illa eſſe priora quę ſimul quidem interempta/ perimerent: non autem ſimul aliſs interemptis ipſa deperirent. vt orbem ſolis priorem dicimus proprio lumine. ſublato enim orbe: lumen illud qđ ab eo eſt/ penitus nō manebit. ſublato lumine: ſolis orbis manebit. Ita quoq; nūc in ſenſibilibus/ atq; i ipſo ſenſu eſſe propoſuit. Sublato qđ ſentiri poſſit: ſenſus omnino ſublatus eſt. Neq; enim eſſe poterit ſenſus: cum qđ poſſit ſentiri/ nō iuenit. Q̄z ſi ſenſus omnino depereat: ſenſibile permanebit. Et hoc euidentibus firmat exemplis. Nam cū ea quę ſunt in rebus/ vel incorporea ſint/ vel certe corporea/ & quicquid ad corporis materiam referri poteſt/ hoc ſenſuum varietati ſubiaceat/ quicquid ad incorporalia/ intellectus ratione & ſpeculatione teneatur: cum ſit ſenſus omnis in corpore/ ſi omnino corp⁹ nō ſit/ quoniā quę ſūt incorporea ſētiri nō poſſūt/ ſēſ⁹ nō ē. ergo ſi q̄ ſētiri poterāt/ interempta ſunt: omnino ſenſus euertitur. ſed ſi ſenſus auferatur: ſenſibilia permanebunt. & quoniam ſenſus animalium effectiuus eſt: ęqua eſt vtrorūq; perditio. Siue enim ſuſtuleris animal/ ſenſus peribit: ſiue ſenſus euertantur/ animalia quoq; ſublata ſunt. ſed euerſis atq; interemptis animalibus cū propriſs ſenſibus: permanēt corpora quę anima nō vtantur. q̄ ſi ſublatis animalibus ſenſibuſq; deperditis/ corpora inanimata ſubſiſtūt (cum corpora ſint quę ſentiri poſſunt) aialia aūt quę ſentire valeāt interēpta ſint: manēte ſenſibili ſenſus euerſus eſt. Non igitur ſicut ſenſibilis interemptio/ ſenſus interimit: ſic ſenſuum perditionem extinctio ſenſibilium comitatur. Id vero etiam/ hoc probabitur argumēro. Ante enim q̄ actu ipſo aliquid ſēciamus/ ſenſus nō eſt. Nam prius q̄ dulce aliquid deguſtemus: guſtatio ipſa dulcedinis non eſt. qđ autem guſtari poſſit/ ideſt mel vel quodlibet aliud: propriæ naturę ratione cōſiſtit. Quocirca

Angularis hoc ē diagonus. eſt enī diagonus de angulo in oppoſitū angulum ducta rectalinea/ vt c f. id ferme exiſtens in quadrato et polygoniſs: quod in circulo diametrus.

c d duplū lineę a b. e f ſimiliter duplum. c e ęquale a b. d f ſimiliter æquale. Per 41 primi Euclidis triangulum c d f æquale quadrato a b. ſimiliter autē triāgulum c e f: eidem quadrato.

Poſt vero repertū ē. Hoc dicit propter Archimedē ſyracuſanum qui eam niſus eſt demōſtrare. cuius demōſtrādi modum plerique nō probant.





Atq; hoc eſt qđ ait. ſed ſunt ad aliquid quibus hoc ipſum eſt eſſe/ ad aliquid quodã modo ſe habere. ac ſi diceret quorum ſubſtantia eſt ad aliqd aliud referri: & quę ita ſunt vt ipa id qđ ſunt ad aliud referantur/ & eſſe eorum ſit ad aliquid aliud referri. ſed nõ omnia quę dicuntur ad aliud/ & eſſe de alio mutuantur. Illa namq; diffinitio prior: maior eſt. Diffinitionem nãq; relatiuorum ſupergreſſa eſt. includit enim ea quoq; quę relatiua nõ ſunt. & quẽadmodũ cum dico hominem/ mortalẽ eum eſſe neceſſe eſt/ cum vero dico mortalem/ nõ neceſſe eſt eſſe hominem: ita quoq; ea quę hoc ipſum qđ ſunt ex altero trahunt/ & eſſe habent ad alterius relationem/ & eſſe ſuum ad alterius referũt nũcupationem. quę vero ad aliud tantũ dicuntur: non neceſſe eſt/ vt eſſe ſuum ad aliquid habeant relatum/ quo poſteriorem diffinitionẽ ſuſcipiant. Iſta ſentẽtia breuiter includatur vt quęcũq; hãc diffinitionem ſuſceperint/ vt hoc ipſum eſſe ſit ad aliquid quodam modo ſe habere: habeant eam quoq; diffinitionem/ quę eſt/ relatiua eſſe q̃cunq; id qđ ſunt aliorum dicũtur. quę vero hanc habuerint diffinitionem: illam nõ neceſſario habeãt/ vt & ea q̃ ſunt ad aliquid/ etiam ad aliquid dicantur. ſed ea quę dicuntur ad aliquid: nõ omnino ad aliqđ ſũt. Q; ſi iſta diffinitio poſterior recipiatur/ quę dicit ea eſſe ad aliquid quibus hoc ipſum ẽ eſſe/ ad aliquid quodã modo ſe habere: poterit ſuperior ſolui dubitatio/ quo dicam⁹ id quod ipſe poſteriore diſputatione ſecutus eſt. qđ autẽ ait. prior vero diffinitio ſequitur quidem omnia relatiua/ nõ tamen hoc eis eſt eſſe/ quod ſint ad aliquid/ q; ea ipſa quę ſunt aliorum dicũtur: hoc ẽ q; non ideirco aliquid relatiuum eſſe dicitur/ quoniam alterius eſſe dicitur. ſed tunc merito res aliqua relationis nomine cõtinebitur: quoties nõ ſolũ ad aliquid dicitur/ ſed hoc ipſum eſſe eius/ ad aliquid eſt quodã modo ſe habere. Quare quid hanc diffinitionem propriũ conſequatur: ipe addidit. ¶ Ex his ergo manifeſtum eſt q; ſi quis aliquid eorũ quę ſunt ad aliquid definite ſciet: & illud ad quod dicitur definite ſciturus eſt. Palam itaq; & ex his eſt. ſi enĩ nouit aliquis quiddã quod ad aliquid ẽ (eſt autem eſſe ijs quę ad aliquid ſunt: idem ac ad aliquid aliquo modo ſe habere) & illud nouit ad quod hoc aliquo modo ſe habet. ¶ Proprium relationis ſecundum eam quę ſuperius dicta eſt diffinitionem/ hoc eſſe cõfirmat: q; ſi quis id qđ eſt ad aliquid definite ſcit quoniam relatiuum eſt/ & illud ad qđ referri poteſt/ definite ſciturus eſt quid ſit. Nam relatiua ea ſunt: qbus hoc ipſũ eſt eſſe/ ad aliquid quodã modo ſe habere. quoniã vt ſit quaternarius duplus/ a binario trahit: ſi quis nouit eſſe quaternarium numerũ duplum/ & binarium neceſſario ſciturus eſt eſſe dimidium ad quẽ quaternarius duplus eſt. fieri enim nullo modo poteſt/ vt cũ quis nouerit aliquã rẽm eſſe relatiuam definite: non illud quoq; ſciat ad qđ illa res dicitur definite. Huius aũt rei vna probatio eſt quę ex diffinitione venit. Diffinita enim ſunt illa eſſe ad aliquid/ quorum ea eſſet ſubſtantia: vt quodã modo ſe ad aliquid haberent. q; ſi eo eſt quaternarium numerum eſſe duplum/ qđ ad binarium quodam modo coniũgatur: nullus quaternarium duplum eſſe poterit ſcire/ niſi qui ſciet medietatem eſſe binarium. & hoc quidem in omnibus cõſideratur. Nam ſi neſciat quis ad quid aliquid referatur eorũ quę relatiua ſunt: illud quoq; ignorabit/ vtrum omnino ad aliquid referatur. qđ his verbis Ariſtoteles ait. ¶ Si enim nõ nouit omnino ad quod hoc aliquo modo ſe habet: neq; ſi ad aliquid hoc aliquo modo ſe habet/ noſcet. Sed in ſingulis palam hoc eſt. vt ſi quid nouit quis definite/ quia duplum eſt: & cuius duplũ eſt/ mox definite nouit. ſi vero nullius definitorũ nouit ipſum duplum eſſe: neq; ſi ſit duplum omnino nouit. Similiter autem & hoc aliquid ſi nouit quis q; melius eſt/ definite: & quo melius eſt ſtatim definite neceſſarium eſt noſſe. Propter hęc non indefinite ſciet/ quia hoc eſt peiore melius. ſuſpicio enim hęc eſt/ non ſcientia. non enim ſciuit exacte q; eſt peiore melius. ſi enim ſic: accidit/ nichil eſt deterius ipſo. Quapropter palam eſt quia neceſſarium eſt ſi nouerit quis aliquod relatiuorum definite: & id ad quod dicitur definite noſſe. ¶ Huius quoq; rei exempla perſequitur dicens: ſi duplum ad aliquid eſſe nouimus/ ſcimus quoq; id cuius duplum eſt. q; ſi neſcimus id cuius eſt duplum (duplũ autem eſſe cuiuſlibet rei ex hoc eſt: q; ei ſit medietas) ipſam quoq; rem quę dupla ſit: vtrum dupla ſit ſcire non poſſumus. ſi igitur definite nouim⁹ quamlibet illã rem eſſe duplam/ & eam cuius dupla eſt definite nos ſcire neceſſe ẽ. Vt ſi nouit quis Anchiſem/ patrem definite eſſe Eneę: & Eneam definite filium eſſe agnoſcet. vel ſi idefinite nouit/ quoniã pater eſt: indefinite etiam ſciturus eſt/ quoniam filij pater eſt. Et rurſus ſi Eneam quis indefinite nouit quoniam filius eſt: ſciturus quoq; eſt indefinite/ quoniam patris eſt filius. Manifeſtum eſt ergo quoniam ea quę ſunt ad aliquid/ ſi definite ad aliquid eſſe ſciantur: etiam illud definite ſciendum eſt/ ad qđ illa referuntur. qđ in ſubſtantijs non eodem modo eſſe Ariſtotele probamus authore: qui huius queſtionis ſeriem ita concludit. ¶ Caput vero & manus/ & eorum ſingula quę ſubſtantiæ ſunt/ ea ipſa quę ſunt ſciri definite poſſunt: ad quod vero dicantur non eſt neceſſarium ſcire. cuius enim hoc caput/ vel cuius hęc manus ſit: non eſt ſcire definite. quare non erunt hęc ad aliquid. Si vero non ſunt hęc eorum quę ſunt ad aliquid: verum erit dicere/

put:& manus non dicitur alicuius aliqua manus/ſed tantum alicuius manus. Quarè neq; primę ſubſtantiæ neq; primarum ſubſtantiarum partes ad relationem dici poterunt. Q; ſi ſecundas ſubſtantias ſpeculemur: nec ipſę quoq; ad aliquid dicentur. Neq; enim dicitur animal alicuius eſſe animal: aut homo alicuius eſſe homo. Q; ſi quis dicat poſſe eſſe animal alicuiꝰ/ vt equũ meum/ vel quodlibet aliud: nõ in eo qđ animal eſt/ ſed ī eo qđ eſt poſſeſſio/ dicitur alicuius. & ſic nõ dicit aial alicuius aial: ſed aialis poſſeſſio alicuius poſſeſſio. Ergo neq; primę ſubſtãtiæ/ neq; partes primarum ſubſtantiarũ/ neq; ſecundę ſubſtantię: ad aliquid dicũtur. Partes autẽ ſecundarum ſubſtantiarũ ad aliquid hoc ipſum qđ ſunt/ dicũtur. caput enim alicuius caput dicitur: ſiquidem capitati caput dicemus. & manus alicuius manus: ſi quidem ex manu nomẽ fingere volumus ad qđ manus referri poſſit/ ſicut caput ad capitatum/ & in alijs quidem rebus eodem modo. Q; ſi partes ſecundarũ ſubſtantiarum accidẽtes ſint: & ipſę ſecũdę ſubſtantiæ accidẽtes erunt. aut ſi hoc non placet: conſtabunt ſecundæ ſubſtantiæ ex partibus accidentibus. qđ fieri nequit. quid igitur dicendũ eſt? Aut enim diffinitio relatiuorum repręhẽdẽda eſt: aut aliter ſoluenda dubietas. Sed poſita atq; cõſtituta priori diffinitione quę dicit/ illa eſſe relatiua quę id qđ ſunt aliorum dicuntur: hic quęſtionis nodus ſolui nõ poterit. qđ ipſe Ariſtoteles hac adiũctione teſtatur. ¶ „Si igitur ſufficienter eorum quę ſunt ad aliquid diffinitio aſſignata eſt: aut nimis „difficile/ aut impoſſibile eſt oſtendere q; nulla ſubſtantia eorum quę ſunt ad aliquid/ dicitur. ſi „autem non ſufficienter/ ſed ſunt ad aliquid quibus hoc ipſum eſt eſſe/ ad aliquid quodam mo„do ſe habere: fortaſſe aliquid contra iſta dicetur. Prior vero diffinitio ſequitur quidem omnia „ea quę ſunt ad aliquid: nõ tamen hoc eis eſt eſſe q; ſunt ad aliquid/ q; ea ipſa quę ſunt aliorũ di„cuntur. ¶ Propoſita ergo atq; firmata priore relatiuorum diffinitione: difficile defendi poterit/ aut fortaſſe nunq;/ quaſdam ſubſtantias nõ eſſe relatiuas. Nam ſi ad aliquid illa ſunt quęcũq; id qđ ſunt aliorum dicũtur/ et id qđ eſt caput capitati dicitur caput: habebit igitur ſubſtantia quę eſt caput/ ad aliquid relationem/ & ita erit ſubſtantia relatiua atq; accidens. qđ eſt impoſſibile. Quare quoniam propoſita atq; conſtituta priore diffinitione hęc incõmoditas in diſputatione conſequitur: vt conſtet ratione nõ integrę diffinitionis/ aſſignatio permutetur. Ait enim nõ eſſe integram diffinitionem quę ſupra ſit reddita: nec magis illa eſſe ad aliquid quę id qđ ſunt aliorum dicũtur potius q̃ ea quibus ipſũ eſſe eſt ad aliquid quodã modo ſe habere. ¶ Sed fortaſſe videatur quibuſdam incõſulte legentibus & minime cõſiderãtibus: id qđ diffiniri oportuerat/ hac in diffinitione eſſe ſumptũ. qđ eſt vicioſiſſimũ. Si enim iccirco diffinitio ſumitur/ vt res de qua q̃ritur aſſignetur: qui fit vt magis ſit aptior diffinitio ſi re ipſa quã diffinit ī aſſignatiõe diffinitionis vtatur? Diffinitio nãq; iccirco redditur vt res de cuius quidẽ eſſe dubitatur: diffinitiõe patefiat. Q; ſi rem ipſam quã diffinit in diffinitione protulerit: nichilo planior diffinitio fit. vt ſi quis hominem diffinire volens dicat hoc ipſum eſſe hominem/ qđ hominem. Ita quoq; nõ conſiderantibus: Ariſtoteles relatiuorum diffinitionem reddidiſſe videbitur. Ait enim eſſe ad aliquid: quibus hoc ipſum ẽ eſſe/ ad aliquid quodã modo ſe habere. ac ſi diceret/ ea ſunt ad aliqđ quę ſe ad aliquid quodã modo habẽt. ſed minutius atq; acutius cõſiderãtibus: vis integrę diffinitionis prompte atq; veraciter apparebit. nõ enim ī eo qđ eſt dici ad aliquid cõſideramus: ſed in eo qđ eſt eſſe. Ea namq; ſunt relatiua: quę in quadam cõparatione/ & relationis habitudine cõſideramus. vt quaternarius numerus: & hoc ipſum qđ eſt eſſe dicitur/ ideſt quattuor/ & aliud quoddam/ ideſt duplum/ vt ſi ad binarium cõferatur. Sed qđ de quaternario numero/ dicimus quaternarium: hoc ad ipſius quaternarij numeri naturam refertur. qđ vero duplũ/ non eſt hoc quaternarij ſed duorum ad qđ duplum dicitur/ & ad qđ propria relatiõe duplum eſt. Binarius quoq; numerus/ & binarius eſt & medietas: binarius quidem ſecundũ ſuam naturã/ medietas vero ſecundum quaternarij relationem. quocirca in cõparatione quadam atq; in habitudine ea quę ſunt ad aliquid ſpeculamur. Quaternarius enim in eo qđ quaternariꝰ eſt/ ad aliquid nõ dicitur: in eo vero quod eſt duplus duorum/ relatiuus eſt ſcilicet ad binarium comparatus. Binarius quoq; in eo quod ſunt duo: ad aliquid non refertur/ ſed in eo qđ eſt medietas/ ſcilicet ad quaternarium cõparatus. Ergo vt ſit duplus quaternarius nõ duobus/ ſed medietate eget: vt ſit medietas binarius/ non quaternario ſed duplo opus eſt. Vides ne vt habitudine quadam & comparatione res aliud in natura retinẽtes/ aliud tamẽ ad ſeinuicem ſint: & hoc nõ ex propria ſed ex inuicem natura mutuentur. nã qđ eſt duplus numerus/ ex medio trahit: qđ eſt medietas/ ex duplo. atq; hoc ijs quę ſunt ad aliquid extra euenit. & ideo nichil patientibus neq; permutatis ipſis quę ad aliquid referuntur: ipſa ad aliquid fiunt. nichil enim permutato de quaternario duplus ipſe eſt/ ſi ad binarium referatur: & nichil de binario permutato medietas eſt binarius/ ſi ad quaternarium dicitur. Ergo relatiuorum hoc eſt eſſe/ ideſt hęc eorum natura atq; ſubſtãtia eſt: vt id qđ ſunt ad aliquid referantur/ ideſt nõ ſolum referri dicãtur/ ſed etiam referantur.

obuiã

Dubium.

dām dicuntur: q̄ si diceret eam esse qualitatē quæ qualitas sit. Nam sic qualitatē diffinire volens ait: secundum quā quales quidam sunt. Rursus si quis quales aliquos diffinire voluerit: eodem modo dicere poterit qui in se retinent aliquā qualitatē. ꝙ si qualitas quidem quid sit per quale quid autē sit quale/ superiore qualitate monstratur: nichil intererit dicere qualitatē esse qualitatem/ q̄ qualitatē esse/ secundū quā quales dicūtur. ¶ Sed si ordinata diffinitio/ generalisq; in hoc generalissimo genere poni potuisset: recte culpabilis determinatio videretur. Nunc autē frustra cōtenditur: cū iam (vt sępe dictū est) descriptionis potius hunc locū terminū q̄ alicuius diffinitionis addiderit. Quocirca si designatio tantū quędam/ et quodā modo adumbratio rei eius de qua quęritur et nō diffinitio est: absurda calumnia est rebus notioribus res ignotiores probātē/ nō ante pspecta descriptionis ratione/ culpare. Illud autē quis dubitet: notiores esse eos qui quales sunt/ illa ipsa ex qua quales dicuntur qualitate? vt quilibet albus/ notior est ipsa albedine. Nā si albedo qualitas est/ albus vero ab albedine id est a qualitate denominatus est: albus erit qualis/ nominat⁹ ab albedine qualitate. ꝙ si vt dictū est notior albus est albedine: qualis notior erit qualitate. sicut grāmaticus quoq; notior est grāmatica: grāmaticus autē qualis est denominatus scilicet a grāmatica qualitate. Omnia enim quę sensibus subiecta sunt: notiora sunt nobis q̄ ea quę sensibus nō tenent. Quare nichil impedit describentē/ et quodā modo naturā rei eius de qua quęritur designātem: res ignotiores notioribus approbare. ¶ Est autem qualitas: eorū quę multipliciter dicuntur. Et vna quidē species qualitatis: habitus et dispositio dicantur. ¶ Differt autem habitus a dispositione: ꝙ permanentior et diuturnior est. Tales vero sunt scientię et virtutes. scientia enim videtur esse permanentiū/ et eorū quę difficile moueātur. si quis vel mediocriter sumat scientiā: nisi grandis permutatio facta sit/ vel ab egritudine/ vel ab aliquo huiusmodi. similiter autē et virtus/ vt iustitia/ et castitas/ et singula taliū: non videntur posse moueri/ neq; facile permutari. dispositiones vero dicuntur: quæ sunt facile mobiles/ et cito permutabiles. vt calor/ et frigiditas/ & egritudo/ et sanitas/ & quæcunq; alia huiusmodi. afficitur enim quodā modo secundū eas homo: cito autē permutatur/ et ex calido frigidus fit/ et ex sanitate in egritudinem transit. similiter autē et in aliis. nisi forte: quę earum cōtingit per tēporis longitudinē in naturā cuiusq; transferri/ et immobilis vel difficile mobilis existens. quā iam quilibet habitum vocet.

¶ Proponit qualitatem multipliciter dici: quæ res traxit aliquos/ vt eis suspicio nascretur Aristotelem credere qualitatē æquiuoce nominari. Nā si omnis æquiuocatio multipliciter dicitur/ qualitas aūt secūdū Aristotelē ipsa quoq; multipliciter appellat: secundū Aristotelē nomē qualitatis æquiuocū est. ¶ Nos vero defendimus multipliciter dici/ esse non vna tantū significatione nominari. Dicitur enim aliquid multipliciter dici: cum et æquiuoce dicitur/ et diuerso modo/ cū de suis speciebus multipliciter pędicatur. Et cōmunis est multiplex appellatio etiā in iis nominibus quæ veluti genera de speciebus dicuntur: velut æquiuoca de subiectis. Namq; & animal multipliciter dicitur. Nam si multę sint species/ quę animali subiectę sunt: ipsum quoq; multipliciter quodā modo nominatur. Illam autē multiplicationē non ad æquiuocationem retulisse Aristotelem/ sed potius vt qualitatem genus esse proponeret: illud monitrat qđ ait. Et vna quidem species qualitatis: habitus/ & dispositio dicātur. Nā qui speciem dicit esse qualitatis habitū et affectionē: quis eum dubitet ipsam qualitatem/ vim obtinere generis arbitrari? Cur vero dicit vnā speciē esse qualitatis/ cū geminas proposuerit habitudinē scilicet et affectionē: quęritur. Nā si vnū idēq; sit habitus et affectio: superflua est eiusdē rei repetita propositio. sin vero differant: quare differant inuestigandū est. Genere enim ne distent illa res præuenit: ꝙ vtraq; sub qualitate cōstituit. restat ergo vt aut specie discrepent/ aut numero: sed si specie discreparent/ nō ab Aristotele pro vna specie ponerētur. Reliquū est igitur ea neq; genere neq; specie differre: sed numero. Habitus namq; et dispositio/ idē est secundū speciē: sed numero tantū/ et propria quadā qualitate dissentiunt: dispositionē vero indiscrete idem qđ affectionem voco. Nam sicut Socrates a Platone nil quidem secundū ipsā humanitatis speciē discrepat/ sola tamē proprię psonę qualitate disiuncti sunt. ita quoq; dispositio atq; habit⁹. nec potius hoc modo/ sed quēadmodū ipse Socrates dū esset paruulus/ post vero pubescens a se ipso distabat: eodē quoq; modo habitus et dispositio. Nāq; habitus firma est dispositio: affectio infirmus est habitus. vt quēadmodū nichil distat albus color ab albo colore/ si in pictura hic quidē pmaneat ille vero statim peritur⁹ fit/ nisi ꝙ is q pmanētior est/ in habitu est/ ille vero q facile peritur⁹ est/ in affectione: ita nichil aliud interest iter habitū atq; dispositionē. Nā quāuis permanētior sit habit⁹/ facile vero mobilis dispositio: nō nisi tantū diuturnitate differunt pmanēdi. vnde fit vt genere et specie habitus a dispositione nō discrepet. Quocirca recte quę numero solo distabāt nō specie: sub vnius speciei nūcupatione vtraq; sunt ab Aristotele posita. sed est horū propria differētia q; habitus diutissime permanentes dispositiones sunt: dispositio autem facile mobilis habitus. sed si horum exempla

Notiora: notiora quoad sensum.

Prima species qualitatis

Quęstio

Solutio

quia nulla ſubſtantia aliquid eorum eſt quę ſunt ad aliquid. ¶In capite inquit/et in manu et in aliis ſubſtantiis:non eſt verum.quoniã ſi quis aliquid horũ alicuius eſſe nouit et ad aliquid aliud referri:iccirco et ad quã referatur definite ſcitutus eſt.ſi quis enim operto capite/ atq; omnibus mẽbris/manũ foras exerat:manifeſtũ eſt quoniã manus illa alicuius manus eſt.cuiꝰ autẽ manꝰ ſit:dici definite nõ poteſt.Similiter quoq; opertis oculis/facieq; velata ſi cuiuſlibet caput aſpicias:illud quidẽ caput alicuiꝰ eſſe nõ dubitas.cuius autẽ ſit:definite nõ proferes.Quare quoniam hæc huiuſmodi ſũt/vt ſi quis ea definite ſciat eſſe alicuiꝰ/cuius ſint definite ſciri nõ poterit:a relatiuorũ diffinitione(quorũ ſi vna res quęlibet definite ſciaẽ eſſe ad aliquid:illa quoq; res ad quã dicit/definite ſcitur) ſubſtãtię ſegregãtur.Subiiciendũ tamẽ eſt illud quoq;: qꝺ nõ omnino verũ eſt in diffinitionibus rẽ ipſam q̃ diffinitur/ſumi nõ oportere.Multa enim ſũt: q̃ aliter proferunt/ et diffiniũtur/et aliter accipiũtur.vt ſi quis dicat albũ eſſe colorẽ nigro cõtrariũ:poteſt hoc et in corpore accipi.nãq; et color albũ dicitur:& corpꝰ qđ albo participat/albũ nominatur.Quocirca ne quis putet tale albũ eſſe diffinitũ/ qꝺ ad participationẽ albi et corporis referaẽ:ita dicendũ eſt. albũ eſt qđ cũ in aliquibꝰ eſt:cũ eſt albi color/nigro cõtrariũ.atq; ita remipſam in ſua diffinitione ſumimꝰ.qđ ſcilicet Ariſtoteles/id eſt rẽ ipſam q̃ diffinitur in diffinitione ſumi inter veriſimilia topicorũ poſuit argumẽta. Nũc autẽ poſt relatiuorũ diſputationẽ: ad maiorẽ nos de his rebus tractatũ ſtudioſus doctor hortatur dicens. ¶Fortaſſe autẽ difficile ſit de huiuſmodi rebus cõſi- denter declarare:niſi id ſępe pertractatũ ſit.dubitaſſe autem de horum vnoquoq;: nõ eſt iutile. ¶Quod ſcilicet nunq̃ diceret:niſi nos ad maiorẽ acuminis exercitationem/ conſiderationemq; reuocaret. quod quoniã eius eſt adhortatio: nos quoq; in aliis de his rebus dubitationes ſolutionesq; ponere minime grauabimur.

Ita dicẽdũ eſt.non qꝺ diffiniat ſed qꝺ auferat de quo dicit albũ/ de colore ne an de corpore ambiguitatem.

ONſueta in principio quęſtio eſt:cur poſt relationis p̃dicamẽtũ diſputationẽ qualitatis aggreſſus eſt. qđ nimis curioſũ eſt.Mirabile enim fuerat/ cur poſt quãtitatis ordinẽ nõ ſtatim de qualitate cępiſſet/ſed quoniã quantitati quædã relationis admiſcuit/ et diſputationem de relatione cõtinuauit:iccirco nõ eſt mirabile poſt expeditã relationis interpoſitionẽ ad qualitatis eũ ordinẽ reuertiſſe.quãq; etiã ex hoc quoq; recta eſt ſeries.Nã poſt magnũ pauũq;:ſtatim proportio/ et quædã ad aliud cõparatio cõſequitur/vt ſit aut maius aut minus/aut ęquale vel inæquale/q̃ ſunt ad aliqd. poſt hęc autẽ innaſci quaſdã neceſſe eſt paſſiones:quæ a qualitatis natura nõ diſcrepant.vt album/vel nigrũ/vel calidũ/vel frigidum/vel quęcũq; iis ſunt conſimilia/q̃ prędicatio qualitatis includit.Sed eſt titulus huius propoſiti de quali et de qualitate. ¶Quęritur enim cur ei non aut de quali dixiſſe/aut de qualitate ſuffecerit:qđ hoc modo ſoluitur. ¶Dicimꝰ enim quale nõ vno modo:qualitatẽ vero ſimpliciter.Quale enim dicimus:et ipſam qualitatẽ/et illã rem q̃ qualitate illa participat.vt albedo quidẽ qualitas eſt:qui vero participat albedine albus dicitur.ſed et albedinẽ ipſã cõmuniter quale dicimus id eſt ipſam proprie qualitatẽ:et albũ dicimus quale illud ſcilicet qđ ſuperius cõprehẽſa qualitate participat.Ita ergo et ipſã qualitatẽ et rem quę qualitate participat: qualia cõmuniter appellamus.qualitas vero ſimpliciter dicitur. Res enim ipſa quæ participari poteſt/ſola qualitas nominatur: res vero quę participat/ qualitatis vocabulo nõ tenetur.vt albedo qualitas quidẽ eſt:albꝰ vero qualitas nõ eſt.Differũt ergo hoc qđ dicimus/quale et qualitas:qꝺ illuc dupliciter/illa ſimpliciter appellaẽ.Quocirca quãq; quidã negent hũc titulũ Ariſtotelis eſſe/ idẽq; cõfirmẽt poſteriore adiectione ſignatũ:nos tamẽ dicimus propter quãdam nominũ ſimilitudinẽ demonſtrandã vtrũq; poſuiſſe.vt nichil diſtare videatur: vtrũ quale an qualitas id qđ appoſitũ eſt/prędicamẽtũ dicatur.quale enim ipſam aliquoties rẽ, vt diximꝰ) qualitatẽq; ſignificat.Sit ergo ex rebꝰ ſũpta diffinitio qualitatis.Qꝛ vero inquã diffinitionẽ/qꝺ ſuperius in aliis quoq; prędicamẽtis/eodem ſumus vſi vocabulo:nullus arbitretur generalẽ me diffinitionẽ voluiſſe ſignare/ſed diffinitionis nomẽ in rẽ deſcriptionis accipiat. In iis enim quæ generaliſſima genera ſunt:diffinitio quęri non debet/ſed deſcriptio q̃dam naturę. non eſt enim poſſibile inueniri diffinitionem eius rei:quę genus ipſa ſit/et quę genus nullũ habeat.Quocirca his propoſitis/atq; antea conſtitutis incipiendum eſt de qualitate.

¶DE QVALITATE. Cap.VIII.

QValitatem vero dico:ſecundũ quã quales quidã eſſe dicũtur. ¶Hic quęritur cur omniũ in diſceptatione doctiſſimꝰ tã culpabili qualitatẽ termino diffinitionis incluſerit. Volẽtibus enim nobis quid ſit qualitas ſcire:ita reſpõdet/qualitas eſt ſecũdum quã quales quidã dicuntur.Nichil enim minus erit obſcuriꝰ atq; ignorabiliꝰ/qđ ait/ſecundũ quã quales dicuntur: q̃ ſi de ipſa ſola qualitate dixiſſet.Nã ſi illi ſunt quales/qui qualitatẽ habent:vt ſciãtur quales/prius qualitas cognoſcẽda eſt. Amplius quoq; nichil differt dixiſſe eã qualitatẽ ſecundũ quã quales quiſ-

Quæſtio

enim plus tũc vinũ est q̃ fuit ante cũ esset suaue: sed cũ quadã permutatione in aliã qualitatẽ ha
» bitudinẽq; trãsgressum est. Et de prima quidẽ qualitatis specie sufficienter est dictũ. ¶ Aliud ve
» ro genus qualitatis est secundum qđ pugilatores vel cursores/ vel salubres/ vel insalubres dici
» mus: et simpliciter quęcũq; secundum potẽtiam naturalem vel impotẽtiam dicuntur. Nõ enim
» quoniã sunt dispositi aliquo modo/ vnũquodq; huiusmodi dicitur: sed q̃ habẽt naturalẽ poten
» tiã/ vel impotẽtiam facile quidẽ facere/ vel nichil pati. vt pugilatores/ vel cursores dicũtur: non
» q̃ sint dispositi aliquo modo/ sed q̃ habeãt potentiã naturalẽ hoc facile faciendi. Salubres vero
» dicũtur: eo q̃ habeãt potentiã naturalẽ vt nichil a quibuslibet accidẽtibus facilẽ patiãtur. insa
» lubres vero q̃ impotentiã habeãt naturalẽ nichil facile ab accidẽtibus patiẽdi. Similiter his/ du
» rũ et molle se habent. Durũ enim dicit q̃ habeat potẽtiã nõ facile secari: molle vero q̃ eiusdem
» ipsius habeat impotentiã. ¶ Secundã speciẽ qualitatis esse cõmemorat: quæ ex quadã naturali
Secunda qualitatis species potẽtia impotentiaq; proueniat. hoc aũt huiusmodi est. vt cũ aliquos validi corporis intuemur: nõdum pugiles/ neq; huius peritia artis imbutos/ sed sic eos pugilatores dicimus/ non in eo q̃ iã sint pugiles sed eo q̃ esse possint. et si quorũ leue corpus aspicim⁹/ suraſq; nõ magnas/ eos facile moueri cursuq; veloces existimamus (quãq; eni nõdũ ad cursus certamen aspirãt/ nec sunt cur
sores: eos tamẽ cursores secundũ potẽtiã nominam⁹) nõ q̃ iã currãt/ sed q̃ possint currere: non absurde vocabimus. Eodẽ quoq; modo eos vocamus salubres vel insalubres: quos valenti cor
pore vel fragiliore/ vel adsanitatẽ aptos vel ad egritudinẽ credimus. Vnde fit vt quosdã egrotos possimus salubres vocare: quosdã vero sanos/ insalubres dicere. non enim q̃ iã actu vel sani vel egroti sint/ salubres vel insalubres dicũtur: sed q̃ vel sani diutius esse possint/ vel egroti. ¶ Sed
Quæstio quęstio est cur cũ de qualitatis speciebus propositũ sit: secundũ genus dixerit qualitatis/ et non
Dilutio speciẽ. ita enim ait. Aliud vero genus qualitatis est secundũ qđ pugilatores/ vel cursores/ vel sa
lubres/ vel insalubres dicim⁹. ¶ Sed qui hoc q̃runt ignorare vidẽtur illud esse solũ genus/ quod sup se aliud genus nõ habeat: illud vero solũ speciẽ/ qđ sub se nullas species claudat. illa vero q̃ inter genera generalissima speciesq; specialissimas sunt: cõmuni posse generis et speciei nomine nũcupari. Quocirca quoniã de ea specie qualitatis Aristoteles tractat/ quę nõdũ fit species spe
cialissima/ sed magis generis prima species/ et huiusmodi species q̃ possit esse et gen⁹: nichil ab
surdũ est eandẽ et speciei et generis loco ponere. Sed vt sunt quędã qualitates/ a quibus deno
minatione quadã facta q̃libet illa res dicitur/ vt ab albedine albus/ vel a luxuria luxuriosum/ vel qcquid huiusmodi est: in iis q̃ secundũ potẽtiã naturalem nõ ita est. Ars enim ipsa pugilatoria nõ est proposita: a qua pugilatores dicamus. Pugilatores eni nõ dicũtur ab eo q̃ vsum pugila
torię artis exerceãt: sed ab eo q̃ ad eã secundũ potentiã naturalẽ affecti sunt. quocirca quos di
cimus pugilatores a pugilatoria dicti nõ sũt/ neq; ab ea denominari possũt: sed magis a pugila
toria arte pugiles appellantur. Pugil enim is est: q̃ pugilatoria arte vtitur. atq; hoc idẽ in cęteris licet videre. In his ergo nulla certa qualitas est: a qua cætera nominẽtur. sed si qua tamen inue
nienda atq; exprimẽda sit: talis est quã ipse Aristoteles hoc modo denũciat/ q̃ sit secundũ poten
tiã aliqd faciẽdi/ vel impotẽtiã aliquid patiẽdi. Pugilatores enim et cursores iccirco dicimus: q̃ habeãt potentiã facere/ id est currere atq; esse pugiles. Salubres vero denominamus: q̃ ipsi ha
beãt aliquã quodã modo impotẽtiã aliquid patiendi. qui enim minus ab extrinsecus accidenti
bus patitur: hic de sanitate securus est. et qui de sanitate securus est: illum salubrem esse reuera possumus prædicare. Alia vero est qualitas quę secundum nichil patiendi impotẽtiam dicitur: vt in iis quos insalubres vocamus. hi eni impotentiã habẽt nichil patiẽdi: iccirco q̃ habeãt poten
tiã aliquid cito patiẽdi. q̃ si quis est qui ab extrinsecus accidẽtibus aliqd facile patiatur: ille potẽs est facillimę egritudini subiacere/ secundũ quã potentiã insalubres dicimus/ etiam si sint sani.
Eodẽ quoq; modo durũ dicitur et molle. Durũ enim est qđ habet potentiã non citius secari. qđ enim durũ est: difficillime aliqua sectione diuiditur. Molle autem: qđ habeat impotentiã diffici
lius secari. quod quoniã molle secatur facile: secundũ impotentiã difficilius secari molle dicim⁹.
» Et hæc est secunda species qualitatis: nunc transeamus ad tertiam. ¶ Tertia vero species qua
» litatis est: passibiles qualitates et passiones. Sũt autẽ huiusmodi vt dulcedo et amaritudo/ et au
» steritas/ et omnia his cognata. amplius/ & calor et frig⁹/ & albedo/ et nigredo. Et qñ igitur hæ
» qualitates sunt: manifestum est. quęcũq; enim has suscepерint: qualia dicũtur secundũ ipsas. vt
» mel quoniã dulcedinem suscipit: dicitur dulce. et corpus album: quoniã albedinem suscipit. si
» militer autem et in cęteris. ¶ Tertiũ genus qualitatis proponit: qđ nos in partem qualitatis spe
Tertia qualitatis species ciẽq; conuertimus/ passibiles qualitates et passiones. Hę autem a se plurimũ distant/ tamen cum vtraq; qualitates sint/ vtraq; pri⁹ docet: post vero quę eorũ distãtia esse videatur/ edisserit. et pri⁹ eorum cõuenientia proponit exempla. Nã quid sint passibiles qualitates dicens ait: vt dulcedo/ vel amaritudo/ calor et frigus/ et nigredo et albedo & alia his cognata. hęc q̃ supertus cõprehẽ-

quęramus: hęc poterunt inueniri. ¶ Habitudines sunt vt artes/ disciplinę/ virtutes. nãq; ars nõ facile mobilis videtur/ et diutissime permanet. hoc enĩ ars ipsa meditatur: vt vsu/ atq; exercitatione nõ pereat. Quis enim est qui sciẽs recte grãmaticã nulla vi interuenięte validioris passionis/ amisit? Fertur enĩ quidã sũm⁹ orator egritudine/ febribusq; decoctus omnẽ litterarũ amisisse doctrinã: in aliis vero rebus sanus/ ac sibi cõstãs/ et in omni re veget⁹ pmãsisse. Disciplina quoq; etiã ipsa est in permutatione difficilis. Quis enim sciẽs triãgulũ duobus directis angulis tres interiores similes habere angulos: hãc scientiam ꝑter vim (vt dictũ est) fortioris passionis amisit? Virtutes quoq; in eodẽ genere ponędæ sunt. virtus enĩ nisi difficile mutabilis/ nõ est. neq; enim qui semel iuste iudicat iust⁹ est/ neq; qui semel adulteriũ facit est adulter: sed cũ ista volũtas/ cogitatioq; permanserit. Aristotelcs enĩ virtutes nõ putat sciẽtias/ vt Socrates: sed habitus in ethicis suis esse declarat. quocirca cõstat esse habitus stabiliter permanẽtes difficillimeq; mutabiles: hoc tantũ excepto/ vt nõ easvis aliqua maior alicuius pmutationis impellat et destruat. ¶ Affectionis vero species sunt/ vt calefactio/ atq; perfrictio/ et egritudo atq; sanitas: cũ ad eas quodã modo sit homo dispositus atq; affect⁹/ nõ tamen immutabiliter aut caloris qualitatẽ habeat aut frigoris/ sicut nec perpetuo sanitatis aut ꝑpetuo egritudinis. quinetiã siqua sunt q̃ per longi tẽporis egritudinẽ corporibus immutabiliter indurãtur: et ea iã in naturã quodã modo corporis cuiusq; transierunt. vt si quis percussus cicatricẽ faciat insanabilẽ: illi ex dispositione et affectione/ quidã factus est habitus. quocirca recte dictum est dispositiones inueteratas: habitus facere. Nã cũ quęlibet dispositio permanẽs et difficile mobilis facta sit: illa iã nõ dispositio aut affectio/ sed habitus vocãdus est. ¶ Manifestũ est autẽ quoniã hæc volunt habitus dicere/ quę sunt diuturniora/ vel difficile mobilia. nãq; in disciplinis nõ multũ retinẽtes/ sed facile mobiles: nõ dicũt habitũ habere/ q̃uis sint ad disciplinã peius/ melĩusue dispositi. quare differt habit⁹ a dispositione/ q⁹ hæc quidẽ facile mobilis sit: ille vero diuturnior et difficilius mobilis. ¶ Habitus esse qualitates difficile mobiles et diuturnissime pmanẽtes hoc argumẽto cõfirmat: q⁹ eos quibus quęlibet sciẽtia traditur/ si ab eis nõ fortiter addiscatur/ ei⁹ rei quã discũt/ habitũ retinere nõ dicim⁹. Qui enim litteras discens nondũ soluto cursu sermonis/ sed syllabatim quodã modo atq; intercise per imperitiã legerit: eũ quidẽ dispositũ esse atq; affectum dicimus ad sciẽtiã litterarũ/ nõ tamen adhuc vllũ habitũ retinere. Quare idẽ quoq; est in aliis rebus. Omnes enim quicũq; ad aliquã rem dispositi eius rei qua sunt aliquo modo affecti/ nõ diuturnã in se receptionẽ habẽt: eos ad illã rem dispositos quidẽ esse arbitramur/ habitũ vero habere nõ dicimus. Recte igitur habit⁹ diuturnior & permanẽtior: dispositio vero facile mobilis neq; perdurabilis ab Aristotele proponitur. ¶ Sunt autẽ habitus & dispositiones: dispositiones vero nõ necesse est habitus esse. qui enim retinẽt habitũ: et quodã modo dispositi sunt ad ea quę habẽt vel peius/ vel melius. qui aũt dispositi sunt: nõ omnino retinẽt habitũ. ¶ Sensus quidẽ talis est/ q⁹ omnis quicũq; habeat habitũ: habet quoq; in eodẽ habitu dispositionẽ. si quis vero habeat dispositionẽ: non sit eum necesse etiam habitũ retinere. Habitus ab habendo dictus est: iccirco q⁹ ab aliquo immutabiliter habeatur. vt glauci oculi/ vel aduncę nares/ vel alicuius artis scientia atq; doctrina: quę si quis habeat/ etiã dispositus ad ea esse dicit. Si qs autẽ dispositus ad aliquã rẽ sit: nõ eũ necesse est etiã habitũ habere. vt si qs negligẽtius opertus algore quatiat: dispositus quidẽ tũc ad frig⁹ est/ nõ tamẽ eius retinet habitũ. Videt autẽ eandẽ similitudinẽ seruare gen⁹. Nã gen⁹ ampli⁹ ꝑdicat: et vbicũq; species sit/ mox quoq; nomen generis prędo est. vbi autẽ sit genus: nõ necessario speciei vocabulũ cõsequitur. vt si quis est homo: eũ animal esse necesse est. si quis est animal: nõ statim homo dicitur. Quocirca/ cũ quicquid est habitus/ dispositio sit/ quicquid dispositio non omnino sit habitus: videt genus esse quoddã habit⁹/ dispositio. sed illud verius/ vbi intẽsio est atq; remissio: genus intẽsionis remissionem esse non posse. Nã sicut in eo qđ est albũ et magis albũ: genus albũ esse nõ potest (idẽ namq; est album et magis album/ nisi forte q⁹ sola discrepant intẽsione/ q⁹ magis albũ quadã quali intẽsione augmẽtoq; accrescit atq; porrigit) sic etiã habitus atq; dispositio cũ idem sint/ vtraq; sola differũt intensione: q⁹ auctione quodã modo et cremento quodam/ et permanentior firmiorq; est habitus dispositione. quocirca dispositio habitus genus nõ est: eodem quoq; modo nec dispositionis species habitus. ¶ Sed nunc quidã ita est habitus/ vt non per dispositionem creuerit/ neq; per aliquã nondũ durabilem qualitatem ad perfectũ venerit statum. vt est nasi curuitas/ vel cesitas oculorum: si subita facta sit. hęc enim ab ipso habitu nulla prędente dispositione ęperunt. forte enim nũq̃ ad ea dispositus fuit aliquis qui adhuc non haberet. Alii vero habitus intensione fiunt/ atq; inueteratione dispositionis. vt ea quæ in artibus/ doctrinisq; versantur. prius enim quis ad ea dispositus est: post vero habitũ capit. Alia vero nõ intensione/ sed quadam permutatione ad habitũ veniũt. vt lac qđ ex liquido defigitur et constipatur in caseũ: et vinum qđ ex dulci atq; suaui in acidũ gustũ saporẽq; conuertitur. neq;

Messala cor uinus

Similes/ equales

Habitutum varietas

ciderit:eandē verisimile est affectionē coloris/ corpus susciptentis inficere. Quare quę in coloribꝰ sunt:iccirco passibiles qualitates dicūtur/ nō qꝙ ipsę aliquid patiātur/ sed qꝙ ex aliquibus passionibus in cuiuslibet corpus atq; ora proueniunt. ¶ Quęcūq; igitur talium accidentium ab aliquibus passionibus difficile mobilibus et permanentibus principium sumpserunt: passibiles qualitates dicūtur. siue enim secūdū naturalem cōstitutionē/ pallor fit aut nigredo: qualitates dicuntur(quales enim secundū eas dicimur) siue propter egritudinē longā/ vel propter estū aut aliqd tale cōtingit vel nigredo/ vel pallor. et nō facile pretereunt: vel etiā in vita permanēt. et passibiles qualitates iste dicuntur. similiter enim quales secūdum eas dicimur. ¶ Dat quoddā signum quo perspecto valeamus agnoscere/ quas harū omniū quæ supradictę sunt/ qualitates oporteat appellari. Si enī ita vel casu aliquo/ vel natura hæ qualitates euenerint/ vt eorū sit tardus exitꝰ permutatioq; difficilis: qualitates vocātur. Si quis enī vel per egritudinē/ vel per naturā pallidꝰ fiat/ sitq; in eius corpore permanēs pallor: tūc qualitas appellatur. et hoc nō in corporalibus solum vicijs: sed etiā in animi quoq; affectionibus inuenitur. si quis enim vel per naturā/ vel quomodolibet alio postea casu assiduis cōmessationibus delectetur/ et hoc illi quodā modo in ipsa mētis dissolutiōne permaneat/ ab eoq; difficile moueatur: passibilis qualitas effecta est/ iccirco qꝙ secundū eā quales dicuntur/ quibus illa prouenerit. Niger enim dicitur/ in quo nigredo permanserit: cōmessator/ cui voluptas perpetua cōmessandi est. Est ergo signū in passibilibus qualitatibus hoc: eas esse immobiles et permanētes. q̄ autē huiusmodi sunt q̄ facillime pmutātur et temporali statu sunt: de his talis Aristotelis videtur esse sētentia. ¶ Quæcunq; vero ex iis quę facile soluūtur/ et cito trāseuntes fiunt: passiones dicūtur/ qualitates vero minime. nō enim aliqui secundū ipsas dicūtur quales. neq; enim qui propter verecūdiā rubeus factus est: rubeus dicitur. neq; cui pallor propter timorē venit/ pallidus est/ sed magis eo qꝙ aliquid passus est. quare passiones quidē huiusmodi dicuntur: qualitates vero minime. Similiter autē his/ & secundū animam passibiles qualitates et passiones dicuntur. quęcūq; enim mox innascēdo ab aliquibus passionibus difficulter mobilibus fiunt: qualitates dicuntur et ipsę. vt amētia/ mentis alienatio/ et ira et alia huiusmodi. quales enim secūdum eas dicuntur/ id est iracundi atq; amētes. similiter aūt et quæcūq; alienationes nō naturales/ sed q̄ ab aliquibus aliis accidētibus factę sunt difficile prætereuntes/ et omnino immobiles: qualitates sunt etiā huiusmodi. quales enim et secundum eas dicūtur. Quęcūq; vero ab iis quę facile et cito prętereunt/ fiunt: passiones dicuntur. vt si quis cōtristatus: iracundior fiat. nō enim dicitur iracūdus qui huiusmodi passione iracūdior est: sed magis quia aliquid passus. quare passiones quidem huiusmodi dicuntur: qualitates vero minime.

¶ Quid de iis affectionibus iudicaret/ quę ad præsens tempus atq; ad momentū animis vel corporibus inhęrerent: ipse non obscura oratione vulgauit. Nā cū prius eas esse passibiles qualitates pronūciaret q̄ ex aliquibus passionibus gignerētur/ et tamē in subiectis immutabiliter permanerent: nūc illas affectiones q̄ ita sunt in subiectis/ vt cito prętereāt/ nō qualitates/ sed passiones vocat. Si quis enī propter verecūdiam rubore infectus est: quoniā rubor ille non permanet/ rubeus nō vocatur. qꝙ si rubeus diceretur: esset quoq; ipse rubor passibilis qualitas/ quoniā i subiecto corpore diutissime permaneret. Nunc autē quoniā nullo modo rubeus dicitur/ cui a verecūdia rubor venit(qualitates autem sunt secundū quas quales vocamur) verecūdię rubor/ non qualitas/ sed quædā passio est. nā si esset qualitas: ab eo rubore rubei dicerētur/ id est quales. sed hoc non ita est. nō igitur/ huiusmodi affectiones quę nō multo durant tēpore: qualitates vocantur/ sed potius passiones. passus enim aliquid dicitur/ qui propter verecundiā rubeus sit. Eadē ratio est in animę passionibus. Nā si ad momentum quis iratus est/ nō iccirco eū iure aliquis iracūdum vocet: sed si huiusmodi vicių in cuiuslibet animo cōstanter inhęserit. Nā si quis vel per naturā vel per egritudinē sit lesus corpore/ vt vel perpetuā dementiā/ vel immobilem incurrat iracundiā: ille vel demens vel iracundus dicitur. Et quęcūq; alienationes(vt ipse ait) vel secundū naturā/ vel per casum permanētes fuerint: illę in passibili qualitate numerātur/ iccirco qꝙ secundū eas quales dicimur. q̄ autē(vt dictum est) non permanent/ sed facile trāseunt/ eas nō qualitates/ sed solum vocamꝰ passiones. ¶ Sed quoniā tres species qualitatis enumerauit: vnā secūdū quā habitus dispositioneq; dicerentur. alterā/ secundū quā naturalis potētia vel impotētia ad aliquid faciendum vel patiendum subiectarū rerū naturas pararet. tertiā/ secundū quā passibiles qualitates dicerentur. et hanc tali duplicitate partitus est: vt alias iccirco diceret passibiles esse qualitates/ qꝙ ipsę aliquas gignerent passiones/ alias vero qꝙ ab aliquibus ipsę passionibꝰ nascerētur: quęri potest quomodo hę quoq; passibiles qualitates distēt a prima illa specie qualitatis q̄ secundū habitū dispositionēq; prępositā est. Nā si quis calorē frigusq; persenserit: habet quidē qualitatē passibilē/ sed tamen in eiusdem ipsius dispositione atq; affectione versatur. dispositus nāq; est ad eundē calorem atq; frigus: quē sumpsit atq; habuit. qđ scilicet ipse Aristoteles videns

Quæstio

ſa ſunt: qualitates eſſe illa ratione cõfirmat/ quã in primordio de qualitatis diſputatione/ ipſius qualitatis eſſe reddiderat. Diffinitionẽ enim qualitatis eſſe ꝓdixerat: ſecundũ quã quales vocamus. Q2 ſi ſecundũ qualitates quales vocamus/ ab amaritudine vero vel a dulcedine amarum vel dulce dicitur/ a nigredine atq; albedine nigrũ atq; albũ: quis dubitet has eſſe qualitates in quibus qualitatis cõuenit diffinitio? Illa enim ſemper eiuſdem nature eſſe creduntur: quæcũq; eiuſdẽ deſcriptionis finibus terminantur. vt ſiqua res diffinitionem hanc q̃ eſt animal rationale mortale ſuſceperit: eã/ hominẽ manifeſtũ eſt eſſe. quocirca ſi hęc (quas paſſibiles qualitates vel paſſiones dixerat) ſuſcipiunt qualitatis diffinitionẽ/ eo ꝙ qualia dicuntur q̃ illa ſuſceperint: has
» etiã cõſtat eſſe qualitates. ¶ Paſſibiles vero qualitates dicũtur nõ ꝙ ea q̃ illas ſuſceperint qua-
» litates/ aliquid patiãtur (neq; enim mel quoniã aliquid paſſum ſit: dicitur dulce/ neq; aliqd aliud
» huiuſmodi. ſimiliter autẽ his/ et calor et frigus paſſibiles qualitates dicũtur/ nõ (ꝙ ea quæ illas
» ſuſcipiunt aliquid paſſa ſint) ſed quoniã ſecundũ ſenſus vnaquęq; dictarũ qualitatum paſſionis
» effectiua eſt/ paſſibiles qualitates dicũtur. dulcedo enim paſſionẽ quandã ſecũdum guſtũ efficit:
» et calor ſecundũ tactum. ſimiliter autẽ et alię. ¶ Paſſibilium qualitatũ exempla cõſtituerat dul-
cedinem vel amaritudinẽ/ frigus atq; calorẽ/ albedinem atq; nigredinem. quę cũ paſſibiles qua-
litates ſint/ non tamẽ vno eodẽq; modo paſſibiles qualitates dicũtur: ſed lõge diſtant rationes/
quibus hæc omnia qualitates paſſibiles appellãtur. vt prius dulcedo vel amaritudo/ calor et frí-
gus paſſibiles qualitates dicuntur: non ꝙ ea quę ſunt dulcia/ aliquid extrinſecus patiantur/ nec
vero ea q̃ ſunt amara/ ex aliqua paſſione ſaporẽ aſperum amaritudinẽq; ſuſceperint. Neq; enim
mel aliquid paſſum eſt/ vt ei dulcedo eſſet in natura: nec vero abſinthiũ ab vlla aliqua extrinſe-
cus paſſione amaritudinis horror infecit. quocirca hęc et his ſimilia/ nõ iccirco dicũtur eſſe paſſi-
biles qualitates/ ꝙ ipſę aliquid paſſę ſint: ſed ꝙ ex his paſſiones quædã in ſenſibus dimittantur.
Nãq; ex mele ꝙ dulce eſt/ dulcedo quędã in guſtu reliquitur: ſimulq; etiã calor et frigus paſſio-
nem quãdã ſenſibus facĩt. Patimur dulcedinẽ/ cũ aliquid dulce guſtamus: ſimulq; ſecundũ ca-
loris et frigoris qualitatẽ taliũ ſenſuum paſſionẽ ſubimus. Quocirca calor et frigus/ amaritudo
atq; dulcedo: iccirco paſſibiles qualitates dicũtur/ ꝙ ſecundũ ſenſuũ qualitatẽ/ quandã in nobis
» efficiant paſſionẽ/ nõ ꝙ ipſa extrinſecus aliquid patiãtur. ¶ Albedo autẽ et nigredo & cęteri co-
» lores/ non eodem modo iis quę dicta ſunt paſſibiles qualitates dicuntur: ſed eo ꝙ ipſę ab aliqua
» paſſione innaſcuntur. ¶ Quoniã vero paſſibiles qualitates etiã colores eſſe dicuntur/ id eſt albe
do et nigredo/ nõ autẽ eodẽ modo paſſibiles qualitates dicũt: quẽadmodũ amaritudo atq; dul-
cedo/ calor et frigus) nũc q̃ eorum diſtãtię eſſe poſſint/ exponit. Amaritudo enĩ atq; dulcedo non
ꝙ ipſa aliquid extrinſecus paterẽtur/ ſed ꝙ ipſæ efficerent paſſiones: paſſibiles qualitates voca-
bantur. albedo vero et nigredo contrarie. nõ enim ꝙ ipſæ aliquas ſenſibus paſſiones importẽt:
ſed ꝙ ex aliis quibuſdã paſſionib⁹ innaſcantur. Hoc autẽ videtur Ariſtoteles ex eo quodã modo
» cõſideraſſe: qđ poſt ipſe propoſuit/ hoc modo. ¶ Quoniã enim fiũt propter aliquã paſſionẽ/ mul
» tę colorũ mutationes: manifeſtũ eſt. erubeſcens enim aliquis: rubeus factus eſt. et timẽs pallid⁹ fi
» et vnũquodq; talium. ¶ Hoc autẽ ex nõ lõgi tẽporis paſſionibus/ ad paſſibiles qualitates et diu-
tiſſime permanẽtes accutiſſima cõſideratione tranſfertur. fit enim rationis probabilitas hoc mo
do. Mõſtrantur enĩ colorũ qualitates ex paſſionib⁹ naſci/ ꝙ cũ verecũdia paſſio quędã ſit: ex ea
rubor exoritur. et cũ timor loco paſſionis habeatur: ab ea pallor metuẽtis vultũ atq; ora defigit.
quare/ quoniã hi colores ex quadã paſſione vidẽtur innaſci: etiã in naturali colore eandẽ veriſi-
mile eſt euenire rationẽ. Nã quoniã cũ verecũdia fit/ in os omnis ſãguis egreditur/ et velut de-
lictũ tecturus effunditur: ita quoq; fit rubor ex ſanguinis progreſſione/ atq; in apertũ effuſione.
quocirca ſi hoc ex innaturali paſſione cõtigerit: naturali facies rubore pfundit. Pallor vero fit/
quotics a facie ſanguis ad p̃cordiorũ interiora ingreditur. ꝙ ſi hoc quoq; naturalis paſſiõ det:
veriſimile eſt eodẽ infectũ colore procreari. Quocirca ſiue per egritudinẽ pallor fit/ qđ naturale
nõ eſt/ ſiue p aliquẽ naturalem euentũ paſſionis accidat/ cęteraq; ad eundem modũ: paſſibiles
qualitates dicũtur/ eo ꝙ ex aliquibus paſſionibus ſint. quod ipſe Ariſtoteles hac voce teſtatur.
» ¶ Quare etiã ſi quis natura aliquid taliũ accidentiũ perturbationũue paſſus eſt: ſimilẽ colorem
» veriſimile eſt eum habere. Quæ enim affectio nunc in eo ꝙ verecũdetur circa corpus facta eſt:
» etiam ſecundum naturalem cõſtitutionem eadem fiet affectio/ vt et naturalis color ſimilis ſit.
¶ Nam ſiue aliquis vel nondũ natus aliquid patiatur quo faciem ſanguis relinquat/ ſiue quoli-
bet alio modo ſanguis ex infantis vultu ad interiora migrauit: faciẽ naturalis infecit pallor. et
quę nunc non naturales paſſiones diſpoſitioneſq; ſunt/ vt cum hi colores faciem vel totũ cor-
pus inficiunt: hæ ſi naturaliter contigerint eiſdem/ ſimilibus ſignatus coloribus vultus aſpicie-
tur. Nunc enim cũ eſtus in ſuperficie vultus ſanguinẽ impoſitum decoxerit: nigredinis peruſti
ſanguinis rubor reddit colorem. Qđ ſi idem aliqua paſſione in faciẽ nondum geniti infantis ac-

quia ita partes a ſe ſeparatę diſtant/ vt inter eas alieni generis corpus poſſit admitti:ideo rarum vocatur.vt ſpōgię pumiceſq;/ quoniā in eorum cauernis ſurculus vel aliud quid immitti poteſt/ ita vt inter rimas partiū ſit:iccirco rarū dicitur.Porro autē ſpiſſum/ quoniā ita ſibi partes vicinę ſunt atq; ad ſe inuicē ſtrictę/ vt inter eas nullū corpus poſſit incidere:atq; ideo ſpiſſum vocatur. vt eſt ferrū/ vel adamas. Poſitio ergo quędā partium his ineſt/ nō qualitas:nec vero illud quoq; diſtat/ qđ dicitur lene.Nam quoniā partes ita ſunt poſitę vt neutra ſuperet/ neutra ſit minor/ ſed ęqualibus extremitatibus iunctę ſunt:iccirco quædā lenitas eſt.vt adducta manus/ illam quę ex ęqualitate iunctis partibus nata eſt:ſentiat lenitatē.vt eſt argentum. Aſperitas vero eſt partium nō ęqualis poſitio:ſed aliarū eminētium/ aliarū vero depreſſarum.vt cuius aliæ partes eminent: alię vero depreſſæ ſunt. Ergo ſecundū vnamquāq; partium poſitionē:vel raritas vel ſpiſſitudo/ vel aſperitas vel lenitas corporibus ieſt.Nō igitur hæc ſecundū qualitatē dicuntur: ſed potius ſecundū poſitionem. poſitio autē in relationis genere nominata eſt. non igitur hæ/ qualitates: ſed potius relatiuę ſunt.¶Et enumerationes quidem ſpecietū qualitatis Ariſtoteles hic termi- nat: non ſunt tamen putandæ ſolum eſſe qualitates quas ſupra poſuit. Ipſe enim teſtatur eſſe quoq; alias qualitates:quas modo omnes numerare neglexit.ſed cur neglexerit:multę ſūt cau- ſę.¶Prima q̄ elementi vicem hic obtinet liber/ nec perfectam ſcientiam tradit:ſed tantūmodo aditus atq; pons quidā/ in altiora philoſophiæ introitū pandit.Quocirca ſi hoc ita eſt:tantū di- cere oportuit/ quantū ingredientibus ſatis eſſet/ ne eorum animos nondū ad ſcientiam firmos multiplici doctrinæ ſubtilitate confunderet.Quæ vero hic deſunt:in libris/ qui μετα φυσικα inſcribuntur/ appoſuit.Perfectis nāq; opus illud:non ingredientibꝰ/ præparatur.Eſt quoq; alia cauſa/ vt nos ad exquirēdas alias qualitates non ſolū propriorū dictorū:ſed etiā noſtrorum ali- quid inueniendi incitator admitteret.Quocirca cōcludit eas quę maxime dicerētur: quas ſupra propoſuit eſſe qualitates.illa vero dici qualia:quę ſecūdum prędictas qualitates dicerētur. Sed quoniā addidit/ vel quomodolibet ab his: q̄ ſit huiuſce propoſitionis ſententia prius appoſitis Ariſtotelis verbis ſequens expoſitionis ordo contexit.¶In plurimis ſiquidē et fere in omnibus denominatiue dicunt.vt a cādore candidus/ et a grāmatica grāmaticus/ et a iuſtitia iuſtus.ſimi- liter et in aliis.In aliquibus vero eo q̄ nō ſunt poſita qualitati nomina: nō contingit ea quę di- cuntur/ ab eis denominatiue dici.vt curſor/ aut pugilator/ qui ſecundū naturalē dicitur poten- tiam:a nulla qualitate denominatiuę dicitur.non enim poſita ſunt nomina potentiis ſecūdum quas iſti quales dicunt:ſicuti diſciplinis/ ſecundū quas pugiles vel paleſtrici ſecūdū diſpoſitio- nē dicūtur. Pugilatoria enim et paleſtrica diſciplina dicitur. quales vero ab his denominatiue dicuntur:qui diſponuntur.Aliquādo autē et poſito nomine nō dicitur denominatiue:qđ ſecūdū eam quale dicitur.vt a virtute ſtudioſus.eo enim q̄ virtutē habeat/ ſtudioſus dicitur:ſed nō de- nominatiue a virtute.Nō autem in pluribus hoc tale eſt.qualia ergo dicūtur:quæ denominati- ue a dictis qualitatibus dicūtur/ aut aliquo modo aliter ab eis.¶Multæ(inquit) ſunt qualitates quibus poſitis et proprio nomine nūcupatis/ ab his alia denominatiue dicuntur.vt ea quæ ipſe planiſſime adiecit exempla. Nam cū albedo cuiuſdā nomen ſit qualitatis: ab eo dicitur albus. Eodē quoq; modo et grāmatica:cū rei ſit nomē/ ab ipſo quales dicuntur.Grāmatici enim a grā matica nominantur.atq; hoc eſt in pluribus vt poſito nomine ſi quid ſecundum ipſas qualita- tes quale dicitur:ex his ipſis qualitatibus appellatio deriuetur.Alię vero qualitates ſunt/ in qui- bus cū nomen poſitū nō ſit:tamen quales dicūtur. quales quidē quia alia qualitate particīpāt: ſed nō ſecundū eam qualitatē quales dicuntur/ ex qua (ſi his eſſet qualitatibus nome poſitum) poterant appellari.vt in ea qualitate quę ſecundum potentiā naturalē dicitur. Illi enim q̄q̄ qua- les dicūtur/ ij qui ſecundū ipſam potentiā nominātur:ipſi tamē (vt dictū eſt) nullo proprio no- mine nūcupantur.Nā qui pugiles appellātur ab arte pugilatoria:iccirco ab ea pugiles dicūtur/ q̄ adeandē ipſam artē pugilatoriam quodā modo affecti ſunt.Iā enim pugiles ab arte pugila- toria prędicātur.Qui vero nondū pugiles ſunt/ ſed eſſe poſſunt:nō ſecūdū ipſam artem id eſt pu gilatoriā/ ſed ſecundum potentiā pugilatorię artis/ pugilatores vocantur.Ipſi autē potētię no- men proprium poſitū non eſt. Nam quēadmodū a curſu curſores/ a paleſtra paleſtrici/ a pugi- latoria pugiles diſtinctis qualitatū vocabulis appellantur: nō eodēmodo eſt etiam in vniuſcu- iuſq; rei potētia naturali.curſus enim potētia naturalis/ ſecūdū quā curſores vocamus: & rurſ̄ potentia pugilandi/ vel potentia paleſtriſādi ſuo nomine diſtincta nō eſt.Cur enim dicitur cur- ſor ſi interrogemur/ de eo qui nondū eſt curſor:dicimus ſecūdū potentiā naturalē.Cur paleſtri- cus/ eodem quoq; modo naturalem potentiā reſpōdemus.quare pugilator qui nondū eſt pugil: ab eadē quoq; potētia naturali nominat.Si igitur haberet hęc naturalis potetia propriū nomē: ita diſtinctis vocabulis appellaretur/ vt in iis qualitatibꝰ in quibus ꝓprie nomē eſt poſitum.vt in curſu vel paleſtra vel arte pugilatoria.et hoc eſt quod ait.In aliquibus vero eo q̄ non ſunt

Poſitio au- tem.non q̄ proprie:ſed cōmuniter ad aliqd ſit.

Qualitatū diſcrimina

calorē frigusq; in vtraq; ſpecie numerauit, nāq; et diſpoſitionē dixit calorem atq; frigus: et paſſibilem qualitatē. ¶Huius quęſtionis talis ſolutio eſt. nichil impedit ſecundū aliam ſcilicet atq; aliā cauſam/ vnam eādēq; rem gemino generi ſpecieiue ſupponere. vt Socrates in eo qđ pater eſt/ ad aliquid dicitur: in eo vero qđ homo/ ſubſtantia eſt. ſic in calore atq; frigore in eo qđ quis ſecundū ea videtur eſſe diſpoſitus/ in diſpoſitione numerata ſunt: ſecundū vero qđ ex aliquib⁹ paſſionibus innaſcuntur/ paſſibiles qualitates dictę ſunt. Ipſę vero ab habitu diſtant/ ideſt paſſibiles qualitates: q; in plurimis ad habitus rebus per artes atq; ſcięntias peruenitur: ita vt ipſe habitus ordine et filo quodā perficiatur. Paſſibiles vero qualitates eo modo minime. ¶Quo vero diſtēt hæ paſſibiles qualitates a ſecunda ſpecie/ quæ ſecundū naturalē potentiā vel impotentiā dicitur: quęritur. ¶Perplana diſtantia eſt. Dicimus enim ſecūdū potentiæ naturalis ſpeciē aliqđ dici: nō ſecundū præſentem actū/ ſed ſecūdū id qđ ad hoc eſſe poteſt. frigus vero calorq;/ et dulcedo vel amaritudo nō ſecūdū qđ poſſit eſſe: ſed ſecūdū id qđ iam ſit/ conſideratur. quocirca diſtat hæc tertia ſpecies a ſecunda: q; hęc ſecundū poſſibilitatem dicitur: tertia vero ſecundum actū. ¶Sed q; dudū promiſcue paſſiones affectionū nomine vocabamus: hæc quoq; nō longa quęſtio eſt. ſic enim inueniemus q; paſſio ab affectionibus diſcrepare videaī. Si qua enim corpora ita calefacta ſint/ vt ex ſe quoq;/ ipſa aliquē calorē emittere valeant: illa ad calorē affecta nūcupanī. ſiqua vero tantū calorē momēto ſuſceperint: paſſiones dicim⁹/ et ab affectionib⁹ ſegregamus/ vt hoc ſit interim paſſionum. affectio nāq; ad habitus augmentū: vt amplificata paſſio in affectionem tranſeat/ augmētata affectio/ in habitū permutetur. et hæc quidem de tertia ſpecie qualitatis pronunciaſſe ſufficiat. Nunc quartę ſpeciei vim naturamq; veraciſſima diſputatione cōfirmat: vſquequo progreſſa qualitatis diſtributio conquieſcit. Nobis quoq; diſputationum prolixitas moderanda eſt. prouidendū quoq; eſt vt ſufficiens breuitas ordini expoſitionis adhibeatur: ne aut breuitatē comitetur obſcuritas/ aut planitiem minus moderata oratio odioſo faſtidio in longinquitate deformet. ¶Quartum vero genus qualitatis eſt figura/ et circa vnumquodq; cōſtans forma/ amplī⁹ autē ad hęc rectitudo/ et curuitas/ et ſi qđ aliud his ſimile eſt. ſecūdum enim vnūquodq; eorū quale quid dicitur. triāgulum enim vel quadrāgulū eſſe quale quid dicitur/ et rectū aut curuū: et ſecundū etiā formā vnūquodq; quale dicitur. ¶Quarta eſt ſpecies qualitatis quę ſecundū vnāquāq; formā figuramq; perſpicitur. Eſt autē figura: vt triāgulū/ vel quadratū. Forma autē ipſius figurę quędā qualitas eſt. vt figura quidē eſt triangulū vel quadratum. forma autē ipſius triāguli vel quadrati/ quędā qualitas. vnde etiam formoſos homines dicimus. Figura enim quędā vel pulchrior/ vel mediocris/ vel alio quodā modo cō/ſtituta: qualitas formaq; nominatur. Has autē eſſe qualitates nullus dubitat, ſiquidē & a figura dicitur figuratus: et a forma formoſus. Amplius quoq; triāgulum etiam a triangulatione denominatum eſt: et quadratum a quadratura. Q; ſi illę ſunt qualitates/ ſecundum quas quale aliquid appellatur: non eſt qui dubitet formam figuramq; eſſe qualitates/ quoniam omnia quæ his participant/ ex his ipſis qualia nominātur. ſed qm̄ in cōtinuę quātitatis ſpeciebus et triangulum et ſuperficies enumerata eſt: ipſa quidē ſuperficies quātitas eſt/ ipſius vero ſuperficiei cōpoſitio/ qualitas. Eſt enim figura (vt geometrici definiunt) quę ſub aliquo vel aliquibus terminis cōtinetur. ſub aliquo quidem/ vt circulus: ſub aliquibus vero vt triāgulū vel quadratū. quare ſpaciū quidē ipſū qđ ex ſupradictis lineis cōtinetur: ſuperficies dicitur/ q; eſt quantitas. Superficies nāq; quoniam in dilatione quadā et ſpacio cōſtat/ quātitas eſt: ſed cōpoſitio ipſius ſuperficiei/ qualitas. Nā quoniam tres lineę cōueniēter in ſe iunctis terminis ſpaciū cōcluſere/ qđ tribus angulis et tribus lineis cōtinetur: hoc ipſum ſpaciū qđ cōcludunt/ ad quantitatē referri poteſt. qđ vero trib⁹ lineis: hoc eſt qualitas. figura enim eſt triāgula. hoc idem quoq; dici poteſt etiā in linea. Nā quoniā lōgitudo ſine latitudine eſt: ad quātitatē dicit. q; recta ſiue curua eſt: redditur rurſus ad qualitatē. ¶Rarū vero et ſpiſſum et aſperū et leue putabuntur quidem quale quid ſignificare: ſed aliena huiuſmodi putantur eſſe a diuiſione quæ circa qualitatē eſt. quandā enim poſitionē magis videntur partiū vtrūq; mōſtrare. ſpiſſum enim dicitur: eo q; partes ſibi/ ipſę propinquę ſint. rarū vero: eo q; diſtent a ſeinuicē. et leue quidē: q; in rectitudinē aliquo modo partes iaceant. aſperū vero/ q; hęc quidem ſuperet: illa vero ſit inferior. et fortaſſe alius quicūq; modus apparuerit qualitatis: ſed fere qui maxime dicūtur hi ſunt. qualitates itaq; ſunt/ quę dictę ſunt. ¶Qualia vero ſūt: quæ ſecundum has denominatiue dicuntur/ vel quomodolibet aliter ab his. ¶Quædam ſunt quę videntur eſſe qualitates: quoniā ex his aliqua denominatiue dicuntur. vt lene quoniam dicitur a lenitate: et aſperū quoniā dicit ab aſperitate. ſpiſſum quoq; et rarū a raritate et ſpiſſitate nominātur. videtur ergo hęc quoq; in qualitatibus poſſe nūerari. Sed rectā rationem pſpiciētibus nec ſolū auribus q; dicuntur/ ſed etiā mēte atq; animo iudicātibus: in qualitatibus hęc poni nō oportere manifeſtum eſt. Nam qđ dicimus rarū: poſitio quędā partiū eſt/ non qualitas. Nam

Solutio

Quarta ſpecies qualitatis.

Figura:-

Lene et leue hic p eo dē capiunt.

circa ſi huiuſmodi coloribus cõtrarium nichil eſt: non in omni qualitate cõtrarietas reperitur.

Obiectio. qđ ſi ita eſt: ſuſcipere cõtraria qualitatis proprium nõ eſt. ¶ At vero nec in ipſis quoq; formis q̃ manifeſte qualitates ſunt: contrarietas inuenitur. nam neq; circulus quadrato/ neq; quadratus triangulo: nec vlla figura vlli figurę poteſt eſſe cõtraria. quocirca manifeſtum eſt ſuſcipere cõtrarium: non eſſe proprium qualitatis. Sed quoniam ſunt quędã in qualitate quę ſibimet videantur eſſe contraria/ vt iuſtitia & iniuſtitia: hinc quędam quęſtio ſolet oriri. Dicũt enim quidã iuſtitię iniuſtitiam non eſſe contrariã. putãt enim qđ dicitur iniuſtitia/ priuationem eſſe iuſtitię: non tamen contrarietatem. contraria enim propriſs nominibus nõ contrariſ priuatione nominari/ vt album nigro: habere tamẽ iuſtitiam aliquã contrarietatem/ cuius adhuc proprium nomen non ſit inuentum. qđ omnino falſum eſt. Multę enim habitudines priuationis vocabulo proferuntur/ vt liberalitas & illiberalitas/ prudentia & imprudẽtia: quę nunq̃ virtutibus opponerentur/ quę ſunt habitus/ niſi ipſę quoq; habitus eſſent/ & in animis habentium immutabiliter permanerent. At vero neq; illud verum eſt: omnes priuationes negatione proferri. Surditas enim cum ſit auditus priuatio/ ſine negatione profertur: eodem quoq; modo cecitas. Nullꝰ enim dicit inauditio/ neq; inuiſio/ nec aliquid huiuſmodi: ſed tantum ſurditas/ cecitaſq; nominãtur propriſs nominibus/ cũ ſint viſus et auditus in habitu/ illa vero in priuatione ponẽda. Igitur iuſtitia iniuſtitię contraria eſt. Tradit ergo regulam eorũ quę contraria ſunt ſub quo genere conuenienter aptentur: quã regulam his verbis ipſe perſcribit. ¶ Amplius. Si contrariorum alterum fuerit qualitas: et reliquũ erit qualitas. hoc palam eſt proponẽti ex ſingulis alia prædicamenta. Nam ſi eſt iuſtitia iniuſtitię contrarium/ qualitas autẽ eſt iuſtitia: qualitas igitur & iniuſtitia. nullum enim aliorum prædicamentorum aptabitur iuſtitię: neq; quantitas/ neq; ad aliquid/ neq; vbi/ nec omnino aliquid huiuſmodi niſi quale. ſic autẽ & in aliſs quę ſecundum quale ſunt contraria. ¶ Si ex duobus (inquit) contrariſs manifeſtum fuerit vnum eorũ contrariorum ſub qualitate poni: ſimul manifeſtum erit q̃ etiam eius contrarium cõuenienter qualitati ſupponatur. ſimulq; demonſtrat iniuſtitiam eſſe qualitatem. Nam ſi iuſtitia apertiſſime qualitas eſt/ iccirco q̃ neq; quãtitas/ neq; ad aliquid/ neq; vbi/ nec quando/ nec aliud vllum prædicamentum eſt/ nec ſub vllo alio genere poni poteſt niſi ſub ſola qualitate: cum ei contraria ſit iniuſtitia/ non eſt dubium iniuſtitiã quoq; qualitati ſubnecti. qđ ipſe quoniam planius dixit/ & ipſa exemplorum luce vulgauit: ad aliud nobis eſt tranſeundum. ¶ Suſcipiunt autẽ qualia magis & minus. Album enim magis & minus album altero albo dicitur: & iuſtum alterum altero magis vel minus. ſed & ipſa cremẽtum ſuſcipiunt. cũ candidũ namq; ſit: cõtingit amplius candidum fieri. nõ tamen omnia ſed plura. ¶ Iuſtitia namq; ſi dicatur magis & minus iuſtitia: poteſt quilibet ambigere/ ſimiliter autem & in aliſs diſpoſitionibus. quidam enĩ dubitant de talibus. iuſtitiam nãq; iuſtitia nõ multum aiũt magis & minus dici: nec ſanitatem ſanitate. minus autem habere alterũ altero ſanitatem aiunt: & iuſtitiam alterũ minus altero habere dicitur/ ſic autem & grãmaticam/ & alias diſpoſitiones. ſed tamen ea quę ſecundũ eas dicuntur: indubitãter recipiunt magis & minus. grãmaticior enim alter altero dicitur: & iuſtior/ & ſanior/ ſic autẽ & in aliſs. ¶ Aliud quoq; proprium protulit: qđ tracta ratione/ ab integra proprietate qualitatis excluſit. Ait enim qualitates poſſe vel intendi vel minui. poſſe enim dici alterum altero plus album/ vt nix argento/ & quę candidiora ſunt marmora: & iuſtum alterum altero magis & minus dicimus. namq; iuſtius aliquid factum/ necnon iuſtiſſimũ eſt. In quibus aũt cõparationes ſunt: in his magis minuſq; dici manifeſtum eſt. hoc quoq; modo ipſum albũ/ vel alia qualitas non ſolum contra alteram eiuſdem ſpeciei cõparata/ & intenſione creſcit & relaxatiõe minuitur: ſed etiam ad ſeipſam recipit cõparationem. dicitur enim nunc quidem argentum candidius eſſe q̃ antea/ cum fuerit deterſum. Sed cũ hoc ita ſit: nõ eſt/ magis minuſq; ſuſcipere/ proprium qualitatis. neq; enim ſola qualitas magis minuſq; ſuſcipit. hęc enim intenſio & relaxatio: in iſs quoq; quę ſunt ad aliquid inuenitur. vt in eo quod eſt ęquale & inęquale: poſſumus dicere plus ęquale vel minus/ & in cæteris huiuſmodi. nec vero omnes qualitates ſuſcipiũt magis & minꝰ

Dubium. qđ ipſe ſic ponit. Non autem in omnibus hoc eſt: ſed in pluribus. ¶ Dubitabit enim quis an iuſtitia magis eſſe iuſtitia dicatur: ſimiliter autem & in aliſs affectiõibus. quidam vero in hoc dubitant, dicunt enim iuſtitiam iuſtitia non magis vel minus dici: nec ſanitatem ſanitate. minus autem habere alterum altero ſanitatem dicunt: & iuſtitiã minus alterũ altero habere. ¶ In hoc

Prima ſententia. tres fuere ſententiæ. Quędam namq; dicebat in omnibus/ ſecundũ materiæ habitudinem reperiri poſſe magis & minus. proprium nãq; eſſe materiæ corporumq; intẽſione creſcere & minui

Secunda. relaxatione: quę quorundam Platonicorum ſententia fuit. Alia vero quę ſecũdum certiſſimas veriſſimaſq; artes atq; virtutes non diceret eſſe magis & minus: ſecundum autem medias dici poſſe, vt hęc ipſa grãmatica atq; iuſtitia: nõ dicitur magis grãmatica/ neq; magis iuſtitia, eſſe

FRANCISCVS.

posita qualitati noīa: nō cō tīgit ea q̄ dicūtur ab eis denominatiue dici, vt hoc scilicet demōstraret cursorē quidem qui iam curreret a cursu esse dictum: cursorem vero qui secundū potentiam currendi diceretur/ nō vocari a cursu/ sed tantum a potentia/ cuius potentiæ nomen proprium nō esset positum. Quare hęc omnia quę secundū potentiam naturalē dicuntur: a nulla qualitate denominatiua sunt/ iccirco q̄ eę qualitates a quibus denominari possūt/ propriis nominibus carent. quę vero ita sunt vt non ex potētia/ sed ex affectiōe dicātur: ab ijs qualitatibus ad quas sese aliquo modo habent/ denominatiue dicuntur. qđ Aristoteles hoc protulit modo/ dicens non ita esse secundum potentiā naturalem: quemadmodū etiam in disciplinis secūdum quas vel pugilatores vel paleōtrici secundū affectionem dicūtur. Pugilatoria enim disciplina dicitur & paleōtrica: quales vero ab his denominatiue/ qui ad eas sunt cōtinentes/ dicūtur. Docuit igitur omnia quę a quibusdam qualitatibus dici putarentur: vere quoq; a qualitatibus non prędicari, vt in ijs qualitatibus quibus nomen proprium nō est. Illud quoq; monstrauit: hoc in pluribus euenire vt de propositis qualitatibus/ qualia denominatiue dicerentur. restat ergo qđ reliquum est/ vt dicat esse quasdam qualitates quarum cū nomen sit positum: ab his ipsis tamen q̄ illarum rerum participant denominatiue nō dicī/ vt virtus. Nam cum virtus qualitas sit (est enim habitus quidam: omnis vero habitus/ qualitas) ergo quicunq; virtute participat: non secundum cā denominatiue dicitur. In denominatione enim quęrendū est: vt semper idem permaneat nomen. In eo autem qui virtute participat. nulla virtutis denominatio est, vt qui bonitate participat: bonus dicitur. qui iustitia: iustus. & alia huiusmodi. qui vero virtute participat: aut probus nominatur aut sapiens, sed neq; probus neq; sapiens a virtute/ denominatiua sunt: iccirco q̄ vtrūq; nomē a virtute longe dissimile est. qđ ipse sic ait. Aliquando autē & posito nomine nō dicitur denominatiue qđ secundū eam quale dicitur. & eius rei proponere nō omisit exemplum: sed hoc in multis nō potest inueniri. pauca enim sunt (vt ipse ait) in quibus posito qualitatis nomine quę his participant: a superiori qualitate qualia nō dicantur. dat autem his qualitatibus pluralitatis calculum: ex quibus qualia nominātur ea quę his participant. Nā (vt ipse ait superius) in pluribus & pene in omnibus denominatiue dicūtur. quocirca recta diffinitio est & proprio ordine cōstituta. Namq; in pricipio hoc solum dictum est esse qualitatem: secundum quam qualia dicerētur. Sed quoniam sunt quędam quorum qualitates ipsę propriis nominibus carent/ quę vero his participant/ suis vocabulis appellantur/ vt in naturali potētia/ et rursus sunt quędam/ quę in qualitatibus quidem habent propria nomina/ in ijs vero quę ad eas ipsas qualitates essent affecta/ nulla ex propositis qualitatibus denominatio fieret: hoc addidit. Ab omnibus qualitatibus aut denominatiue dici qualia/ quę illis qualitatibus participarent: aut quomodolibet aliter. ideſt siue posito nomine qualitatis de eo nō dicerentur/ quę illa participarent/ vt in eo qđ est virtus: siue ipsī qualitati positum nomē nō esset/ vt in eo qđ est potentia naturalis. Quare quoniam in ijs duabus qualitatibus/ in quibus vel posito nomine non secundum nomē quę sunt qualia denominatiue dicuntur/ vel cum ipsis qualitatibus nomē positum non sit/ neutra ipsorum prædicatio denominatiue fit: ad concludendum omnem terminum qualitatis ait/ aut denominatiue qualia a qualitatibus appellari/ aut quomodolibet aliter ab ipsis/ vt non denominatiue/ sed aliquoties quidem secundum potentiā/ aliquoties vero secundum eādem qualitatē virtutis. eadem enim qualitas est virtutis & sapiētię. quocirca cōcludit ita qualia dici quęcūq; ex his qualitatibus denominatiue dicerētur: vel quomodolibet alio ab ipsis modo. Digestis in ordine prius omnibus qualitatibus: ex eorum conclusione reperta/ consueto ordine vnaquęq; proprietas vestigatur. ¶ Inest autem & contrarietas secundū qualitatem, vt iustitię iniustitia cōtraria est: & albedo nigredini/ & alia. Similiter autem & ea quę secundum eas qualia dicūtur, vt iniustum iusto: & album nigro. Non in omnibus autem hoc est. rubro enim & pallido/ aut huiusmodi coloribus: nichil est cōtrarium earū quę qualitates sunt. ¶ Dicit in qualitatibus quędam esse contraria: atq; hoc probat exemplis, albedo namq; & nigredo contraria sunt/ & quęcūq; albedine nigredineq; participant. hoc est enim qđ ait/ & ea q̄ secūdum eas qualia dicuntur. nam sicut albedo nigredini contraria est: ita quoq; albus nigro. sed hoc qualitatis proprium nō est. nam cum rubrū & pallidum qualitates sint/ aliisq; etiam colores huiusmodi: in his contrarium nō est. nullus enim dicit aliquid rubro vel pallido esse contrarium. Nam quoniam album & nigrū extremitates quędam colorum sunt/ & longissime a se distant: contraria sunt. medietates vero contraria non habent. Nam si quis ponat rubrum nigro esse cōtrarium: longissimeq; distant quia sunt cōtraria. longissime igitur nigredo a rubore distabit: & rursus albedo a nigredine plurimū distat. est igitur nigredini rubor atq; albedo contraria/ vniusq; rei duo contraria inueniūtur: qđ fieri non potest. non est igitur nigredini cōtrarius rubor. Similiter autem monstrabimus/ & in alijs medijs coloribus cōtrarium nō esse. quo-

Vt virtus. quia q virtutē habet a noīe non dicī/ virtuosꝰ: sed aut pbꝰ aut studiosus aut aliqđ simile. nā latinꝰ sermo a nomine virtuosi abhorret.

Eadē enī ē qualitas. qa siue virtutē hēat/ siue sapiētiā. semp studiosus dicī. adde q̄ & Socrates virtutē oēm sapientiam quādā appellabat. hic omnis virtute p̄dītus & studiosus & sapiens appellatur.

m, v.

FRANCISCVS.

citur: recte hoc proprium qualitatis esse firmauit. ¶Sed quoniam cum de ijs quę referūtur ad aliquid tractaretur/affectus atq; habitus in ijs quę sunt ad aliquid numerauit/ nunc vero easdē quoq; qualitati suppositi: ipse sibi quādā obiecit quęstionem/ cur si prius sub ijs quę ad aliquid referuntur/ ista subiecerit/ nunc sub qualitatibus ea ipsa posuerit. Superius namq; mōstrauit ea quę essent a se diuersa: easdem species habere nō posse/ cū dixit. diuersorum generū & nō subalternatim positorū: diuersę sunt species et differētiæ. Quocirca cum relatio atq; qualitas diuersa sint genera: easdem vtriq; supponi species nō oportet. hoc est enim quod dicit. ¶At vero nō decet cōturbari: ne quis nos dicat de qualitate propositionem facientes/ multa eorum quę iūt ad aliquid interposuisse. habitus enim & dispositiones eorū (quę ad aliquid sunt) esse diceba-
mus. Pene enim in omnibus talibus genera ad aliquid dicūtur: nichil autem eorum quę sunt singularia. nam cū disciplina genus sit: id ipsum qđ ē/ alterius dicitur. alicuius enim disciplina dicitur. eorum vero quę singularia sunt: nichil ipsum quod est/ alterius dicitur. vt grāmatica nō dicitur alterius grāmatica: nec musica alicuius alterius musica. sed forte secūdum genus & hę ad aliquid dicūtur. vt grammatica alicuius dicitur disciplina: non alicuius grāmatica. & musica alicuius disciplina: nō alicuius musica. quapropter q̄ singularia quidē sunt: nō sunt ad aliqd.

obiectio.

Pene enī. Intellige homonyme dicta et nō i eadē significatione.

¶Quā quęstionem validissima argumentatione dissoluit his scilicet verbis. Pene enim ea quę sunt in omnibus his generibus/ ad aliquid dicuntur: eorum vero quę sunt figillatim/ ideſt species/ nichil huiusmodi sunt. Hęc enim est argumētatio: quā gręci επιχειρημα vocant. In huiusmodi affectiōibus atq; habitudinibus/ quę interea sunt genera/ eas solas ad aliquid posse reduci: quę vero species essent illorum generum/ nō posse in relatiuis/ sed in qualitatib⁹ numerari. vt scientia cū sit habitudo/ habet sub se alias habitudines grāmaticam & geometricā. In hoc igitur scientia ipsa qđ genus est: ad aliquid semper refertur. dicimus enim scientiā alicuius scientiam. grāmaticam vero quę eius species est: nullus dicit alicuius esse grammaticā. Dicatur enim si fieri potest: grāmaticā Aristarchi esse grāmaticam. sed omnia quęcunq; dicuntur ad aliquid: cōuertuntur. dicitur ergo & Aristarchus grāmaticę Aristarchus: qđ fieri nō potest. nō igitur grāmatica/ Aristarchi: vt ad aliquid dicitur. Est etiā hęc argumētatio: nō species/ sed huiusmodi genera ad aliquid appellari/ vt cum ipsę quidem species ad aliquid non dicantur. vt grāmatica non dicitur alicuius grammatica. si quando tamen est vt species ad aliquid referatur: id nō secundum se/ sed secundū genus. vt grāmaticę quoniā genus est scientia/ quę relatiua ē: si quis grāmaticam ad aliquid referre contendat/ nō potest secundū ipsam grāmaticam eā ad aliquid prædicare/ sed secundū scientiam/ ideſt secundū genus suum. Non enī dicitur grāmaticæ alicuius grāmatica: sed fortasse grāmatica alicuius scientia. Non ergo grāmatica secundū grāmaticam ad aliquid dicitur: sed secūdum scientiam. Et hoc est qđ ait. vt grāmatica non dicitur alterius grāmatica/ nec musica: sed fortasse secundū genus proprium/ ista dicuntur alicuius. vt grāmatica alicuius dicitur scientia: nō alicuius grāmatica. Ergo singularum specierū/ nichil est quod aliqua relatione p̄dicetur: genera vero harum specierum relatiua sunt/ quæ paulo superius dixi. Quod enim ait/ pene enim in omnibus talibus genera ad aliquid dicūtur/ nichil eorū autem quę sunt singularia: hoc demonstrare voluit/ genera ipa habitudinum dispositionumq; esse relatiua/ species vero generum quas figillatim esse dixit/ ad aliquid nullo modo prædicari. quas iccirco esse figillatim vocauit quia grāmatica vna est/ & rursus musica vna: scientia vero non vna. Recte igitur species scientiæ figillatim esse nominauit. Constat igitur ꝙ genera huiusmodi habitudinū dicantur ad aliquid: species vero ad nichil aliud propria prędicatione referantur. Quocirca quoniam huiusmodi species relatiuas nō esse demonstrauit: nunc quod reliquum est/ qualitates esse confirmat. ¶Dicimur autē quales secundū singula. hæc enim & habemus. scientes enim dicimur: eo ꝙ habemus singularum scientiarum aliquas. quare hę erunt etiam qualitates quę singulares sunt: secundū quas aliquando & quales dicimur. hę autem nō sunt eorum quæ sunt ad aliquid. ¶Illas esse qualitates superius confirmatū est: ex quibus aliqui quales vocarentur. nos autem iccirco grāmatici dicimur: non ꝙ vniuersalem scientiam/ sed ꝙ ipsam grāmaticam habeamus. Et hoc vere dicitur/ iccirco nos dici scientes/ quia grāmatici sumus: potius q̄ iccirco grāmaticos/ ꝙ aliquā scientiam retinemus. Nullus enim a generali scientia grāmaticus aut sciens: nisi a figillati scientia sciens/ grāmaticusq; perhibetur. Igitur quoniam ex his habitudinum speciebus quales vocamur: ipsę species in qualitate numerādę sunt. sed cum quis grammatica participat/ de ea etiam genus dicitur: & secūdum eam nō solum ad grammaticam/ sed ad scientiam quoq; cōiungitur. dicitur enim iccirco sciens. ergo quoniā habens grāmaticam/ & sciens/ & grāmaticus dicitur: nō potest vlla scientia participare/ qui singulas non habuerit. qui enim cunctis speciebus caret: illi quoq; genere ipso carendum est. Quare quoniam has species habemus/ & secundum eas quales esse dicimur/ vt a grāmatica sciētes &

autem quaſdam alias mediocres artes: in quibus idipſum poſſet euenire. Tertia eſt de qua Ariſtoteles loquitur ꝙ ipſas quidem habitudines nulla intenſione creſcere/ nec diminutione decreſcere putat: ſed eorum participātes poſſe ſub examine comparationis venire/ vt de his magis minuſue dicatur. Sanitatem nāq; ipſam & iuſtitiā: alteram altera magis/ minuſue non eſſe. Neq; enim quiſq; dicit magis eſſe ſanitatem/ alia ſanitate: ſed hoc ſolum dicere poſſumus magis ſanitatem habere aliquem/ ideſt eſſe ſaniorem/ & magis ſanum & minus ſanū. Dicimus ergo ꝙ ipſę quidem qualitates nō ſuſcipiunt magis & minus: qui vero ſecundum eas quales dicūtur/ ipſi ſub comparationē cadunt. vt iuſtior/ & ſanior/ & grāmaticior. Namq; ipſa grammatica ideſt litteratura: nō ſuſcipit magis & min9. nullus enim dicit alteram altera magis eſſe grāmaticam. ſed eum qui grāmatica ipſa participat dicimus litteratū/ quē a litteratura ſcilicet denominamus. litteratus autem ſuſcipit magis & minus: vt donatus grāmaticus/ plus erat ętate iā prouecta grāmaticus/ ideſt litteratus q̄ cum primū ad huiuſmodi ſtudia deueniſſet. & q̄q̄ ſe hęc ita habeant: tamē inuenimus aliquas qualitates/ i quibus indubitāter comparatio inueniri nō poſſit. vt ſunt hę/ quas ipſe ſuppoſuit. ¶ Triangulum vero & quadrangulū nō videntur magis & minus ſuſcipere: neq; aliqua aliarum figurarū. ¶ Hęc enim quę ex quarta ſpecie qualitatis dicta ſunt: magis minuſue nulla ratione ſuſcipiunt. nullus enim dicit plus eſſe alium circulum q̄ alium: nec magis eſſe illud triangulum q̄ illud. dicitq; fortaſſe maius eſt: magis autem nō dicit. Huius autem rei hęc ratio eſt/ vt cū ſit trianguli diffinitio/ figura quę ſub tribus rectis lineis cōtinetur: ſiqua ſunt quę hanc diffinitionem in ſe ſuſcipiant/ vt & ipſa tribus rectis lineis cōtineantur/ proprie triangulę formæ ſunt. eodem quoq; modo & circulus ita diffinitur. Circulus ē figura plana/ quę ſub vna linea cōtinetur: ad quā ex vno pūcto qui intra ipſam eſt/ omnes quę exeunt/ lineę ęquę ſibi ſunt. Rurſus quadrati diffinitio talis eſt. Quadratū eſt qđ quattuor ęqualibus lineis & quattuor rectis angulis continetur. quęcunq; igitur vel circuli diffinitionem ſuſcipiunt/ vel quadrati: ęqualiter vel circuli vel quadratę formæ ſunt. ſiqua vero nō ſuſcipiunt: nullo modo ſunt. Siqua vero ſunt/ quę neq; quadrati ſuſcipiunt diffinitionē/ neq; circuli: neq; quadrati ſunt/ neq; circuli. vt eſt figura quę parte altera longior dicitur. Illa enim ita diffinitur Parte altera longior/ figura eſt quę ſub quattuor lineis continetur/ rectiſq; angulis: quę quattuor lineę equę ſibi quidem nō ſunt/ contra ſe vero poſitę binę ſibi equę ſūt. ergo quia huiuſmodi figura neq; circuli diffinitionem capit/ neq; quadrati: ęqualiter neq; circulus/ neq; quadratus ē. Siqua enim cuiuſlibet formæ diffinitionē ſuſcipiunt: omnino eadem ſunt. vt qui circuli/ circulus. qui quadrati/ quadratus. qui trianguli/ triangulus. qui parte altera lōgioris/ parte altera lōgior. & in cętetis eodem modo. Siqua vero nō ſuſcipiunt/ vt triangulum/ circuli diffinitionem non capit: neq; omnino circulus eſt. nec poteſt dici inter quadratum & triāgulū/ quoniā vtraq; circuli diffinitionem nō capiunt: quadratum quidē plus eſſe circulū/ triangulū vero minus. omnino enim vtraq; a circuli ratione diſiuncta ſunt: qđ his verbis ab Ariſtotele tractatur. ¶ Quę enim diffinitionem trianguli recipiunt & circuli: omnia ſimiliter trianguli vel circuli ſunt. eorū autem quę nō recipiūt rationē ipſam: nichil magis alterum altero dicetur. nichil enim quadratum magis q̄ parte altera longius/ circulus eſt. neq; alterum enim: recipit circuli rationem. ſimpliciter autē ſi vtraq; nō recipiunt propoſiti rationem: nō dicetur alterū altero magis. nō ergo omnia qualia recipiunt magis & minus. Horum itaq; quę prędicta ſunt: nichil eſt propriū qualitatis. ¶ Nam & ſi hoc diffinitio facit/ vt demonſtret rationem cuiuſq; ſubſtātiæ: quęcunq; diffinitione diſcrepant illa etiam ipſa naturę ſubſtantia diſcrepabūt. Recte igitur ſiqua cuiuſlibet rei propoſitę ſiue trianguli/ ſiue quadrati diffinitionem nō capiunt: ab eiuſdem ratione natura diſiuncta ſunt. Quocirca neq; triangulū/ neq; quadratum/ neq; circulus/ neq; quicquid horum eſt: ſuſcipiunt magis & minus. ſed cum hęc/ qualitates ſint: non omnes qualitates ęque magis minuſue ſuſcipiunt. Q̄z ſi neq; i omni qualitate intēſio diminutioq; prouenit/ neq; i ſola ꝙ hęc eadem in relatione reperias: non eſt magis minuſue ſuſcipere/ proprīū qualitatis. Quoniam igitur qualitatis proprium eſſe dicendū eſt: id ergo planiſſime ipſe ſubterpoſuit. ¶ Similia vero & diſſimilia ſecundū ſolas dicūtur qualitates. Simile eni & diſſimile alterum alteri nō eſt ſecūdū aliud: niſi ſecūdum id qđ quale eſt. Quare proprium eſt qualitatis ſecundū eam ſimile vel diſſimile dici. ¶ Simile (inquit) & diſſimile: ſolę retinent qualitates. Nam q̄uis ſimile ad aliquid ſit/ tamen hoc ipſum qđ dicimus ſimile: non dicimus niſi qđ quale eſt. Nam ſi eadē qualitas ſit in duobus: illa in quibus eſt/ ſimilia ſunt. nec eſt aliud prędicamētum/ ſecundū quod ſimile & diſſimile dici poſſit: & de alijs quidē omnibus notum eſt/ quoniā de vllo nō dicitur. Q̄z ſi quis de quantitate affirmet dici poſſe/ ſecundū eam ſimile atq; diſſimile: monſtratū eſt ſecūdum quātitatem nō ſimile & diſſimile/ ſed ęquale & inęquale prædicari. Et quoniā per ſingula quęq; pergentibus/ et in omnibus idem qualitatibus inuenitur/ & in nullo alio prædicamēto eſſe perſpi-

Tertia.

triangulī diffinitio.

Circulus.

quadrati diffinitio.

tempore eſt: quãdo eſſe perhibẽtur. vt Apollinares ludi/ cũ ſint in tempore: quando/ eos eſſe dicimus. Habent autem hęc quoq; proprias diuerſitates. Vbi quidem: q̃ aliquoties infinite dicitur. Alicubi enim eſſe dicimus aliquem/ vt Socratem: aliquoties autem definite/ vt in foro vel in Academia. Habet quoq; vbi ſecundum ipſum locũ in quo eſt/ aliquas cõtrarietates. Surſum enim eſſe/ et deorſum: vbi eſſe dicitur. Tẽporũ quoq; varietates/ in eo prædicamẽto qđ eſt quãdo: eſſe manifeſtum eſt. Futura enim & pręſentia præteritaq; in quando prędicamento veniũt. Dicimus enim fuiſſe aliquando Scipionem conſulem Rhomanũ/ nunc eſſe orientis imperatorem/ qui nunc Anaſtaſius appellatur: futurum autem eſſe aliquem. qui ſcilicet ſecundum quando prędicamentum dicũtur. ¶ Habere autem eſt: quiddã extrinſecus veniens neq; innatũ ei a quo habetur/ aliudq; q̃ eſt illud ipſum a quo habetur/ in ſe retinere. vt armatũ eſſe/ vel veſtitum eſſe. Habere enim eſt veſtes atq; arma/ quę cũ eo nata non ſunt/ neq; aliqua cum eo qui habet cõmuni natura proprietateq; iunguntur. Sed quoniam de his Ariſtoteles tacuit: nobis quoq; nunc eorum longior tractatus omittendus eſt.

Infinite indeterminate.

¶ DE OPPOSITIS. Cap. X.

DE oppoſitis quoties ſolent opponi dicendum eſt. dicitur enim alterum alteri
opponi quadrupliciter. aut vt ad aliquid/ aut vt cõtraria/ aut vt priuatio & habitus/ aut vt affirmatio & negatio. Opponitur autem vnumquodq; iſtorũ vt ſit figuratim dicere. tanq̃ ad aliquid quidem: vt duplum dimidio. tanq̃ contraria: vt malum bono. tanq̃ autem ſecundum priuationem & habitum: vt cecitas & viſio. tanq̃ vero affirmatio & negatio: vt ſedet nõ ſedet. ¶ Expeditis omnibus prædicamentis/ cur pręter propoſitum operis in hãc oppoſitarum diſputationem ſit ingreſſus: a multis ante quęſitum eſt. ſed Andronicus hanc eſſe adiectionem Ariſtotelis nõ putat. ſimulq; illud arbitratur/ iccirco ab eo fortaſſe hanc adiectionẽ de oppoſitis/ & de ijs quę ſimul ſunt/ & de priore & de motu/ et de ęquiuocatione habendi/ eſſe nõ factam: q̃ hũc libellum ante topica ſcripſerit/ q̃q; hęc ad illud opus nõ ita neceſſaria eſſe putauerit/ ſicut ipſę categoriæ proſunt ad ſcientiam topicorum/ ignorans ſcilicet ſufficienter in topicis/ quantum ad argumenta pertinebat/ & de ijs omnibus quę adiecta ſunt/ & de prędicamẽtis/ fuiſſe propoſitum. ſed hęc Andronicus. Porphyrius vero: hãc adiectionem vacare/ & carere ratione non putat. cuius hanc prodidit cauſam. Vt enim multa ſunt/ quę q̃ cõmunibus conceptionibus nõ eſſe ſuggererẽt: in huius libri principijs ab Ariſtotele prædicta ſunt. vt de ęquiuocis/ & vniuocis/ & denominatiuis/ & de ijs omnibus/ quęcũq; vſq; ad ſubſtãtiæ diſputationẽ ad ipſorum cõmentorum vtilitatem cognitionẽq; prędicta ſunt. & ita quędam fuiſſe/ quę eſſent quidem in cõmunibus ſenſibus: egerent tamen vtilioris diuiſionis modo. hęc diligenter ſuppoſita ſunt: vt quid eſſent prope teneretur/ ne falſis opinionibus traductus audientis animus luderetur. Docet autem hoc (inquit) etiam ipſe ordo congruus/ rationiq; conueniẽs titulorum: hanc adiectionem fuiſſe perutilem atq; neceſſariã. prius enim de oppoſitis: poſt vero de ijs quę ſimul ſunt/ & de ijs quę poſteriora ſunt. poſt autẽ de motu. & ad poſtremũ de huiuſmodi ęquiuocatione ſermonem faciens/ ſeriem terminauit. Iccirco q̃ in omnibus quidem prædicamentis ante quęſiuit/ vtrum poſſint habere cõtraria. in ijs vero quę ſunt ad aliquid: dixit magnum paruo nõ poſſe eſſe contrariũ/ ſed oppoſitum. q̃ vero eſſet oppoſitum: dicere prętermiſit/ ne ordo diſputandi continuus rũperetur. hoc igitur recte/ qđ illic prętermiſerat: prius edocuit. In relatiuis quoq; de ijs quę ſunt prius/ quęq; ſimul natura gignuntur: ſtrictim tetigit/ qđ nunc diligenter explicat. Faciendi vero patiendiq; prædicamenta ſunt: in quibus quidam quaſi motus agitatioq; cõſideratur. Neceſſe igitur fuit de motu dicere: qui naturã faciendi vellet oſtendere. Quis autem dubitet cuiuſlibet illius ſermonis æquiuocationem monſtrare/ eſſe perutile/ quare quoniam habere quoq; prędicamentũ eſt: non fuit inconueniẽs/ neq; ſuperfluum de habendi ęquiuocatione tractaſſe. ¶ Illud quoq; quęritur: vtrum oppoſitionis nomen ęquiuoce prædicetur? Dicimus enim quattuor modis opponi: aut vt cõtraria/ aut vt ad aliquid/ aut vt habitũ & priuationem/ aut vt affirmationem & negationẽ. Hic ergo contẽditur: vtrum ęquiuocatio quędam circa has quattuor diuerſitates ſit: an id ipſum quod dicimus oppoſitũ generis vice prædicetur/ vt ſit vniuocum? ¶ Sed in hoc Stoicorũ Peripateticorũq; diuerſa ſentẽtia fuit: vt ipſi inter ſe Peripatetici diuerſa ſectati ſunt. Stoicorum/ quoniã longa ſententia eſt: prætermittatur. ¶ Alijs autẽ Peripateticis placet nomen hoc oppoſiti de ſubiectis ęquiuoce prædicari: ita affirmantibus/ quoniam Ariſtoteles ita dixit/ de oppoſitis quoties ſolent opponi dicendum/ eſt hoc idem quoties/ ad multiplicitatem pertinet ęquiuocationis. ¶ Sed qui melius iudicauere: ij oppoſitionis nomen generis loco dicunt debere prædicari/ iccirco q̃ cum nomẽ oppoſitionis de ſubiectis quattuor oppoſitionibus prædicetur/ ab his quoq; diffinitio nõ oberret. ¶ Sunt enim

Andronicꝰ

Porphyriꝰ.

Aeq̃uocatione. ponẽdo modos prioris/ ſimul et habere.

Quęſtio.

grámmatici nuncupamur/ has autem ipſas ſpecies monſtratum eſt ad aliquid nō referri: recte igitur huiuſmodi habitudines quę ī alterius relatiuis ſpecies ſunt/ in qualitate enumeratę ſunt. Qz ſi quis hoc quoq; inuitus accipiat: aliud addit quo totum quęſtionis vinculum ſolueretur. ait enim. ¶ Amplius. Si contingit idem ipſum & quale & ad aliquid eſſe: nichil eſt incōueniens in vtriſq; hoc generibus enumerare. ¶ Nam cum ſit verū vnam eandēq; rem duobus diuerſis generibus non poſſe eſſe ſuppoſitam: illud tamen cōuenit ſecundū aliud atq; aliud vnam eandemq; ſpeciem duobus generibus poſſe ſubnecti. vt ī eo qđ ſupra dictum eſt/ cum homo ſubſtantia ſit/ pater vero ad aliquid/ cumq; ſubſtantia diſcrepet atq; relatio: nichil tamen eſt incōueniens eundem ipſum Socratē in eo quod homo eſt ſubſtantiæ ſupponi/ in eo quod habet filium relationi. quocirca ſi ſecundum aliam atq; aliam rem/ duobus generibus eadem res quęlibet diuerſiſſimis ſupponatur: nichil incōueniens cadit. Ita quoq; & habitudines in eo qđ alicuius rei habitudines ſunt: in relatione ponuntur. in eo qđ ſecūdum eas quales dicuntur: in qualitate numerantur. quocirca nichil eſt incōueniens vnam atq; eandē rem ſecundū diuerſas naturę ſuæ potentias geminis (etſi contingat pluribus) annumerare generibus. Quocirca quoniā de qualitate tractatū eſt: nos quoq; orationis curſum ad reliqua prędicamēta vertamus.

Vnā eādēq; rem. Id qđ eſt/ cōphendēdo & rationē. vt bicubitū ſolū eſt generis quantitatis et calidū q̄litatis. et nomen rei hic ad rē ipſam ſubiectā & rationē rei accōmodatur.

¶ DE ACTIONE ET PASSIONE. Cap. IX.

RECipit autem agere et pati & cōtrarietatem & magis & minus. Calefacere enī ei quod eſt frigefacere contrariū eſt/ & calefieri ei quod eſt frigefieri/ & delectari ei quod eſt cōtriſtari. quare ſuſcipiunt contrarietatem. Et magis et minus. eſt enī calefacere et magis & minus: et calefieri magis et minus/ & triſtari magis & minus. ſuſcipiunt igitur magis & minus agere & pati. et de his igitur hęc dicta ſint. ¶ Dictum eſt autem et de eo quod eſt ſitum eſſe in ijs quę ſunt ad aliquid: q̄ denominatiue a poſitionibus dicitur. De reliquis vero/ id eſt quando/ & vbi/ et habere propterea q̄ manifeſta ſunt/ nichil de his aliud dicit q̄ quæ in principio dicta ſunt: q̄ habere quidē ſignificat calciatū eſſe/ armatū eſſe. vbi vero: vt in lycio in foro/ & alia quęcunq; de his dicta ſunt. Igitur de omnibus generibus quę propoſuimus ſufficiunt dicta. ¶ Decurſis quattuor prædicamentis quę aliqua quęſtione & cōſideratione egere videbantur: tenuiter cętera breuiterq; perſtringit. Et de facere quidem & pati nichil in hoc libro/ niſi q̄ contraria ſuſcipiant vel intenſionem immutationēq;/ ab Ariſtotele eſt diſputatum. Aliįs vero eius operibus plene ab eo perfecteq; tractata ſunt: vt hoc ipſum de facere & pati in ijs libris quos περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς inſcripſit. de alijs quoq; prædicamentis nō illi minor in aliįs operibus diſputatio fuit: vt de eo qđ eſt vbi/ & quando in phyſicis. & de omnibus quidē altius ſubtiliuſq; in libris quos μετὰ τὰ φυσικὰ vocauit: exquiritur. ¶ Ac de facere quidem & pati: ipſe planiſſime poſuit poſſe eas ſuſcipere contrarietates. Dicimus enī calefacere & frigidum facere: qđ ſcilicet ad faciendum refertur. dicimus aquam calefieri & frigidam fieri: qđ nichilominus ad patiēdi ducitur prædicamentū. ¶ Magis quoq; & minus ſuſcipere apertiſſimis demōſtrat exemplis. Sic enim magis calefacere et minus: & magis calefieri vel minus dicitur. atq; hęc hactenus. ipſe enim hęc apertiſſime poſuit. ¶ Eſt autem eorū deſcriptio talis: q̄ in faciēdo quidem/ actus quidā a quolibet in aliam rem veniens/ conſideratur. In patiendo autem: in eo ille actus conſideratur/ in quem venit. Actus enim & paſſio ſimul in phyſicis eſſe mōſtrata ſunt. Et de facere quidem & pati ad præſens tēpus hęc diſputata ſufficiant. ¶ Dictum eſt de ſitu in relatiuis quoniam denominatiue a poſitionibus dicitur. Poſitio quidem quoniam ipā eſt alicuius: in ijs quę ſunt ad aliquid/ numerata eſt. ſed quoniam omnis res quę ab alio denominatur/ aliud eſt q̄ idipſum a quo denominata ē/ vt alius eſt qui eſt grāmaticus/ atq; grāmatica/ q̄uis grāmaticus a grāmatica denominetur: ita cum ſit poſitio relatiua/ quicquid denominatiue a poſitionibus dicitur/ hoc relatiuorum genere nō tenerur. Poſitio aūt ipſa relatiua eſt: poſitum vero eſt a poſitione denominatum. Statio enim cuiuſdam ſtatio eſt: ſtare vero quoniam a ſtatione denominatum eſt/ non ponitur in eo genere in quo ſtatio fuit. quare ſub relatione hoc prædicamentum nō inuenitur. Sed quoniā nichil eſt ad quod hoc reducere genus atq; aptare poſſimus: dicendum eſt ſuum eſſe genus. vt accumbere ab accubitu/ ſtare a ſtatione/ & cætera quidem: quę iccirco ſe Ariſtoteles exequi denegat/ quoniam planiſſima ſunt. ait enim. De reliquis vero/ ideſt quādo & vbi & habere: propterea q̄ manifeſta ſūt/ nichil de his aliud dicitur q̄ quę in principio dicta ſunt/ & eorum prædicta ponit exempla. ¶ Dicendum eſt autem breuiter de prædicatione quę eſt vbi/ & quando. Sicut ipſum ad aliquid per ſe eſſe nō poteſt/ niſi ex alio aliquo naturam trahat: ita & quando vel vbi eſſe non poſſit/ niſi locus ac tempus fuerit. Locus enim vbi: tempus vero quando comitatur. non eſt autē idem tempus & quando/ nec vbi & locus: ſed propoſito prius loco ſi qua res ī eo loco ſit poſita/ vbi eſſe dicitur. Rurſus ſi certa res in

FRANCISCVS.

In quarto phyſicę auſcultatiōis.

Tertio capite tertij phyſicorū. In ijs q̄ ſūt ad aliquid ſed cōiter. alioqui nō eſſent decē ſūma gña.

Quoniā planiſſima ſūt. ideſt quaſi vulgaria et patū ad vocabula ſciētię facientia.

quod medium.vt nigrum et albū in corpore nata ſunt fieri: & non eſt neceſſarium alterum eo-
rum ineſſe corpori. non enim omne corpus vel album vel nigrum eſt.ſed & prauum & ſtudio-
ſum prædicantur quidem de homine et de alijs compluribus. non eſt autem neceſſarium alte-
rum eorū ineſſe ijs de quibus prędicantur, non enim omnia aut praua aut ſtudioſa ſunt:ſed eſt
aliquid eorum medium/vt albi & nigri fuſcum et pallidum/& quicunq; alij colores.praui vero
et ſtudioſi:quod neq; prauū neq; ſtudioſum eſt.in aliquibus igitur medijs poſita ſunt nomina.
vt albi et nigri fuſcum et pallidum/& quicūq; alij huiuſmodi colores:in aliquibus vero nō eſt
nomine facile medium aſſignare.vtriuſq; vero extremorū negatione medium definitur:vt qđ
neq; bonum neq; malum eſt/neq; iuſtum neq; iniuſtum. ¶Breuis contrariorū partitio hoc mo-
Diuiſio cō- do facienda eſt.Contrariorum alia ſunt habentia medietatem: alia vero nō habentia.Et eorū
trariorum. quorum eſt aliquid medium:in alijs plures medietates/in alijs vero vna tantum medietas in-
uenitur.Atq; horum aliquę medietates proprijs nominibus appellantur: in aliquibus vero ip-
ſę quidem medietates proprijs appellationibus carent/contrariorum vero negatione ſignātur.
Sed hęc quę dicta ſunt a primordio repetentes: proprijs probemus exēplis. ¶Illa vero cōtra-
ria quę medio carent talia ſunt:vt neceſſe ſit alterum eorum proprio ineſſe ſubiecto/vt ē egri-
tudo & ſanitas.Omne enim corpus in quo egritudo ſanitaſq; verſatur:aut egrum/aut ſanū eſt.
atq; ideo quoniam egritudo & ſanitas medietate carēt:alterutrum eorū inhęret ei ſubiecto in
quo vtraq; nata ſunt fieri/& de quo prædicantur. Nam quoniā in corpore animalis/ſanitas &
egritudo fieri nata eſt/ideſt ita fieri ſolet/& ita omne natum eſt animal/vt aut ſanum eſſe poſſit
aut egrum/ et quoniam de animalis corpore aut ſanum aut egrū prędicatur: neceſſe eſt quoni
am hec medio carenti in omni corpore animalis aut egritudinem/aut ſanitatem eſſe.quocirca
eorum quę medio carent:neceſſe alterū intereſſe ſubiecto.& quęcunq; talia ſunt vt alterum ip-
ſorū ſubiecto ineſſe neceſſe ſit:nulla inter ea medietas clauditur. ¶Illa vero cōtraria in quibus
aliqua medietas eſt/nō ſunt talia:vt eorum neceſſe ſit alterum ineſſe ſubiecto.Nam in illis quæ
medio carent:iccirco alterutrum ſubiecto ineſſe neceſſe eſt/q; eorū medietas nulla eſt quę poſ-
ſit interea ſubiectę ineſſe ſubſtātię.vt in numero/quoniam paritas & imparitas medium nichil
habent (omnis enim numerus aut par aut impar eſt:nec eſt qđ præterea numero ineſſe poſſit)
ideo numerus aut par aut impar eſt.In ijs vero quę inter ſe medietatem aliquā cōplectuntur:
non eſt neceſſe ſemper alterum cōtrariorum ineſſe.poteſt namq; ineſſe medietas.vt in colore/
quoniam album atq; nigrū contrarietatis vice diuerſa ſunt/habent autē medium qđ eſt rubrū
vel pallidū:iccirco nō omne corpus vel album vel nigrū eſt/quoniam poteſt aliquādo in ſub-
iectis corporibus albi atq; nigri medietas/inueniri.videmus namq; rubrum corpus:vt roſam/
multoſq; præterea flores/quos verni temporis clementia parturit.Recte igitur dictum eſt eorū
quorum nō ſunt aliquę medietates alterū ſemper ineſſe ſubiectis:& in quibus neceſſe eſt alterū
ineſſe/fieri non poſſe quin illic medietas vlla ſit. Eodem quoq; modo & quę medietates habēt:
nō neceſſario alterutra ſubiectis ineſſe.& quę nō eſt neceſſe alterutra ſubiectis ineſſe:nō eſt dubi-
um/quin illic quędam poſſit eſſe medietas.ſed in aliquibus quidem plures/in aliquibus autem
vna eſt medietas.Vt in colore inter album atq; nigrum plures medietates ſunt.eſt enī quędam
Venetū/cę (vt dictum eſt)rubrum:eſt quoq; pallidū/eodē modo venetū/& multa prętera huiuſmodi. In
ruleum vi- calido vero atq; frigido vna medietas eſt quę dicitur tepor. Horū autem quibus vna medietas
ride nigro eſt: in alijs nomen eſt poſitum/in alijs non.Et poſitum quidem nomē eſt vt inter calidum frigi
admixtū. dumq;.hanc enī medietatem tepidū eſſe prædicamus.Non eſt vero poſitum in eo qđ Ariſtote
les ipſe ſic dixit.Improbi vero & probi:qđ neq; probum eſt neq; improbū.Nam quoniā bonum
atq; malum ſibi ſunt contraria (nō autem neceſſe eſt omne qđ boni maliue ſuſceptibile eſt/vel
bonum eſſe vel malū) iccirco dixit/bonum malūq; cum ſint contraria:habere quandā media-
tatem/cui nomen poſitum quidem nō ſit/ſed nichilominus eam quis inter has cōtrariorū na-
turas inuenīet. Nam q; dictum eſt a poſterioribus inter bonum malūq; eſſe ea quę dicātur in-
differentia/vt eſt inter virtutem atq; turpitudinē/quę vtraq; ſibi ſunt contraria/ diuitiæ et pul-
chritudo/quæ (vt Stoici putant) neq; mala neq; bona ſunt:atq; iccirco indifferentia nomina-
uere.ſed hoc ipſum quod dicimus indifferens: apud priores nomen nō erat/ & a poſterioribus
inuentū eſt.Ariſtoteles aūt qui hoc nomine vſus nūq; eſt/ait probū atq; improbū habere quidē
aliquā medietatem: verū tamen eam nullo nomine nūcupari/ſed eā vtriuſq; cōtrarij negatio-
ne diffiniuit.Ait enim medietatem probi atq; improbi eſſe: qđ neq; probū eſſet neq; improbū.
vt iuſti atq; iniuſti medietas eſt:qđ neq; iuſtum neq; iniuſtū eſt. Sed ne videatur inconuenīens
aliquid negationibus diffiniri:ipſe ait.In aliquibus vero non eſt nomine aſſignare medietatē:
vtriuſq; vero negatione diffinitur.Namq; vbi eſt vna medietas:ſi vtraq; contraria ſint remota
ſola tātum medietas permanebit.vt in eo qđ eſt bonum & malum:quoniam his medietas vna

oppoſita: quę in eodem/ ſecũdum idem/ in eodem tempore/ circa vnam eandẽq; rem ſimul eſſe non poſſunt. quod per ſingula quęq; pergentibus/ in ſingulis oppoſitis inuenitur. Namq; albũ & nigrum quę ſunt contraria: vno eodẽq; tempore circa vnum/ idemq; corpus/ partemq; corporis ſimul eſſe non poſſunt. nec ſeruus atq; dominus: eiuſdem/ eodem tẽpore/ idem ſeruus/ idẽ dominus eſt. nec habitus & priuatio. quis enim dicat in eodem oculo/ vno eodẽq; tẽpore/ & viſum poſſe eſſe & cecitatem? Iam vero affirmatio & negatio q̃ repugnantes ſint/ q̃q; in eodem ſimul eſſe nõ poſſint: nulli dubium eſt. Quare ſi ea quę ſub oppoſitione ponuntur/ oppoſitionis nomen diffinitionẽq; ſuſcipiunt: quid eſt dubium oppoſitionem nõ ęquiuoce prædicari? huis igitur poſitis: ad eorum diſtantias/ differentiaſq; veniamus. ¶ Quęcũq; igitur vt ad aliquid opponuntur: ea ipſa quę ſunt oppoſitorum dicũtur/ aut quomodolibet aliter ad ipſa. vt duplum dimidij hoc ipſum quod eſt: alterius dicitur. alicuius enim duplũ dicitur. et diſciplina: diſciplinato tanq̃ ei qđ eſt ad aliquid opponitur. & dicitur diſciplina ipſum quod eſt diſciplinati: & diſciplinatum dicitur ipſum quod eſt ad oppoſitũ/ ad diſciplinam. diſciplinatum enim aliquo dicitur/ ſcilicet diſciplina diſciplinatum. quęcunq; ergo oppoſita ſunt tanq̃ ad aliquid: ea ipſa quæ ſunt oppoſitorum/ vel alio quolibet modo adinuicem dicuntur. ¶ Ea quidem huius oppoſitionis quę ſecundum relationem dicũtur: & per ſeipſa plana atq; vulgata ſunt/ & ſuperiori relationis diſputatione iam cognita. Illa enim ſunt ad aliquid quęcunq; id quod ſunt aliorũ dicũtur/ vel quomodolibet aliter ad ea: vt ſeruus domini ſeruus/ & dominus ſerui dominus/ & magnum ad paruũ dicitur/ & rurſus paruus refertur ad magnũ. q; ſi hoc in relatiuis omnibus inuenitur: nulla eſt dubitatio/ quin etiam in iſs hoc deprẽhendi poſſit/ quę ſecundũ ad aliquid opponuntur/ vt ea ipſa id quod ſunt oppoſitorum dicantur vel quomodolibet aliter ad oppoſita. vt ſi eſt ſeruus domino oppoſitus/ dominus ſerui dicatur: ideſt oppoſiti ſui. & rurſus ſi dominus ſeruo oppoſitus eſt: domini ſeruus dicatur. paruum vero ad magnũ/ & magnum ad paruũ/ id eſt ad oppoſitum ſibi. Atq; hoc quidem in omnibus ſecundum ad aliquid/ oppoſitionibus/ inueniri neceſſe eſt. Quocirca ſit hęc proprietas eorum quę ſecundũ ad aliquid opponuntur: q; ea ipſa quę ſunt ad oppoſita referuntur/ & ipſorum eſſe dicuntur. His ergo ante conſtitutis: docet differentiam qua inter ſe ea quę ſecundum cõtrarietatem dicũtur/ vel ea quę ſecundum ad aliquid/ diſcrepant & diſſentiunt. ait enim. ¶ Illa vero quę opponuntur vt cõtraria/ ea ipſa quidẽ quę ſunt nullo modo ad ſeinuicem dicũtur. cõtraria vero ſibiinuicẽ dicuntur. neq; enim bonũ mali dicitur bonũ: ſed contrariũ. nec album nigri albũ: ſed contrariũ. quare differunt ab inuicẽ hę oppoſitiones. ¶ Dictum eſt in iſs quę ſecundum ad aliquid opponũtur: q; ea ipſa id qđ ſunt ad id quod ſibi eſt oppoſitum/ dicerentur. Cõtraria vero/ ipſa quidem opponũtur ſibi: ſed id qđ ſunt/ ad oppoſita nõ dicuntur/ contraria autẽ dicũtur. hoc autẽ huiuſmodi eſt. Bonum malo cõtrarium dicimus eſſe: & rurſus malum bono. Nigrum quoq; albo cõtrarium putamus: nichilominus quoq; album nigro. ſed cũ hoc arbitramur: nõ tamen dicimus ea id qđ ſunt/ eſſe oppoſitorum. Si enim diceremus id qđ eſt bonũ/ eſſe oppoſiti ſui: non diceretur bonum malo eſſe contrarium/ ſed bonum eſſe mali bonum. nec ita prædicationem quis faceret: nigrum albo eſſe cõtrarium/ ſed nigrum albi eſſe nigrum. hoc ẽ enim id qđ eſt nigrũ/ dici ad oppoſitum ſuũ: ſi quis dicat nigrum albi eſſe nigrum. qđ quoniam nõ dicitur: ea ipſa quę ſunt nõ dicũtur oppoſitorum ea quę ſibi ſcilicet vt cõtraria videntur opponi. Sed quoniam dicimus bonum malo contrariũ & nigrum albo contrarium: q̃q̃ id qđ ſunt oppoſitorum nõ dicũtur/ tamen ad oppoſita vt contraria nominantur. Atq; hoc eſt qđ ait. Ipſa quidem quę ſunt nullo modo ad ſeinuicem dicuntur: contraria vero ſibi inuicem dicũtur. Non enim dicitur bonum mali bonum (hoc eſt enim id quod eſt oppoſiti prædicare) ſed dicimus bonum malo contrariũ. Quocirca differunt ea quæ ſimpliciter vt ad aliquid opponũtur/ iſs quę ſecundũ contrarietatẽ ſibi ſunt oppoſita: q; ea quidem quę ſecũdum relationem oppoſita ſunt/ id qđ ſunt oppoſitorum dicuntur. illa vero quę vt contraria: ipſa quidem qđ ſunt oppoſitorum nomine minime/ ſed tantum contraria prædicantur. vt bonum cõtrariũ eſſe dicatur oppoſiti ſui/ nõ boni. Dicimus enim bonũ malo cõtrarium: cum nõ dicamus bonum mali bonũ. Sed quoniam differentiam ſecũdum ad aliquid oppoſitionis contrariorũq; mõſtrauit: ipſorum inter ſe contrariorum differẽtiam/ diſcrepantiamq; perſequitur. ¶ Quęcunq; vero contrariorũ talia ſunt/ vt in quibus nata ſunt fieri et de quibus prędicantur/ neceſſarium ſit alterum ipſorũ ineſſe: horum nichil eſt medium. ¶ Quorum vero non eſt neceſſarium alterũ ineſſe: horum omnino eſt aliquid medium. vt egritudo et ſanitas in corpore animalis nata ſunt fieri/ et neceſſarium ẽ alterũ ipſorum ineſſe animalis corpori/ vel egritudinem/ vel ſanitatem. & par quidem & impar de numero prædicantur: & neceſſe eſt horũ alterum numero ineſſe vel par vel impar. & non eſt horum aliquod mediũ: neq; egritudinis & ſanitatis/ neq; imparis atq; paris. Quorum autem nõ eſt neceſſarium alterũ ineſſe: eorum eſt ali-

Oppoſitoꝝ diffinitio.

Cõtraria vero. quia cõtrariũ eſt cõtrarij cõtrarium. ſed id qđ ſunt/ id eſt albũ et nigrum ad oppoſita nõ dicũtur. nã albũ nõ dicit nigri albũ/ aut nigrũ albi nigrum.

vtriſq; fit ex eo ſcilicet qui videt et viſu qđ eſt videre. Diſtat aũt & videre ab eo qui videt: & hoc ipſum videre rurſus a viſu. aliud eſt enim id qđ fit/ q̃ is qui facit. videre autem videns operatur: aliud eſt igitur videre q̃ videns. Diſtat autẽ videre etiam a viſu. aliud namq; eſt id quod fit/ q̃ id per quod geritur. videre autẽ per viſum fit. diſtat ergo videre ab eo ipſo (qui ipſum videre effi-cit) viſu. ſed videre viſum habere eſt: viſum autem habere/ habitum retinere eſt et viſus/ habi-tus eſt. non eſt igitur idem habitus/ et qđ eſt ſub habitu ideſt quẽlibet habitum retinere. Eodem quoq; modo etiam in priuatione. illic quoq; tres ſunt res: is qui priuatur/ hoc ipſum quod fit ideſt priuari/ & ipſum quo quis priuatur id eſt ipſa priuatio. ℣ ſi diſtat is qui habet/ eo ipſo qđ eſt habitum habere: diſtat et is qui priuatur eo qđ eſt priuari. ℣ ſi etiam diſtat quod eſt habere ha-bitum illo ipſo habitu qui habetur: diſtat neceſſario id qđ eſt priuari illa ipſa ſcilicet priuatione qua quiſq; priuatur. quare neq; id quod ſub habitu eſt habitus appellari poteſt: neq; id qđ ſub priuatione/ priuatio. Recte igitur dictum eſt habitum habere non eſſe habitum/ priuariq; non eſſe priuationem: cui rei alia quadam validior vis argumentationis adiungitur/ quã Ariſtote-
» les ita pronunciat. ¶ Amplius ſi idem eſſet cæcitas & cæcum eſſe: vtraq; de eodem prędicaren-
» tur. ſed cęcus quidem dicitur homo: cecitas vero homo nullo modo dicitur. ¶ Si idem inquit/ eſſet cæcitas qđ eſt eſſe cęcum: de quocunq; cęcum eſſe diceretur/ de eo quoq; cęcitas prædicare-tur. ſed cæcum eſſe dicimus hominem: cęcitatem vero eſſe ipſum hominem nullus dicit. quare quoniam in vtriſq; diuerſa eſt prędicatio/ & de quo cęcitas dicitur nõ de eodem dicitur cæcum/ rurſumq; de quo cęcum eſſe prędicatur/ is cæcitas eſſe non poteſt: non eſt dubium/ quin aliud ſit cęcum eſſe/ q̃ cęcitas id eſt aliud eſſe priuari q̃ priuationẽ. ſed quãuis diſtent: ęquali tamen oppo-
» ſitionis vice iunguntur. quod ipſe loquitur ſic. ¶ Opponi quidem etiã iſta videntur priuari ſcili-
» cet et habere habitum: quẽadmodum priuatio et habitus. idem enim modus eſt oppoſitionis.
» nam ſicut cęcitas viſui opponitur: ſic cęcum eſſe & viſum habere opponũtur. ¶ Aequa namq; proportione ſibi priuatio atq; habitus opponuntur: et ea quę ſub priuatione habituq; claudun-tur. Cur enim ſi priuatio atq; habitus id eſt viſus & cęcitas ſibi ſunt oppoſita: non etiam videre atq; eſſe cæcum eodem modo inuicem ſibimet opponãtur/ quare quãq; hæc diſtant: tamen mo-
» dus in his oppoſitionis ęqualis eſt. ¶ Non eſt autẽ neq; hoc quod ſub affirmatione et negatione
» eſt: affirmatio et negatio. affirmatio namq; oratio affirmatiua eſt: et negatio oratio negatiua.
» quod vero ſub affirmatione et negatione eſt: nulla eſt oratio. dicuntur autem etiã hæc eſſe op-
» poſita adinuicem/ tanq̃ affirmatio et negatio. nam et in his: modus oppoſitionis idem eſt. ſicut
» enim affirmatio ad negationem opponitur (vt qđ ſedet/ ei qđ non ſedet) ſic et res quę ſub vtroq;
» eſt opponitur/ ſcilicet ſedere aliquẽ ad non ſedere. ¶ Ad quartam oppoſitionis ſpeciem tranſitũ fecit: quę ſecundum affirmationẽ negationemq; dicitur. Affirmatio autem eſt: quę aliquam rem alicui quadam participatione cõiungit. Negatio vero: quę aliquã rem ab aliqua re/ quadam ſe-paratione diſiungit. Vt eſt/ omnis homo eſt animal. animal enim/ ad hominẽ hęc oratio iungit. participat enim homo proprio genere ſcilicet animali. Negatio vero: homo lapis nõ eſt. diſiun-git enim naturã lapidis ab humanitate: qui negat. ſed multa de his in libro de interpretatione dicẽda ſũt. quare plenior horũ diſputatio in tẽpus aliud differatur. Ariſtoteles vero ſimpliciſſime et pene incurioſe propter eos qui inſtituũtur/ diffinitiones affirmationis negationiſq; ſignauit: dicẽs negationẽ affirmationẽq; affirmatiuas eſſe negatiuaſq; orationes. ℣ ſi examinati⁹ ac ſubtili⁹ definiſſet: per affirmatiuã orationẽ nõ definiret. Nam ſi dubiũ eſt quid ſit affirmatio: nichilo magis clarũ atq; perſpicuũ eſt quid ſit affirmatiua oratio. iccirco ℣ ſi quis neſcit qđ ſit affirma-tio: idẽ ſine dubio neſciturus eſt/ quid oratio ſit affirmatiua. ſed iccirco hic indulgẽtius termina-uit: ℣ in libro περι ερμηνειας/ vtriuſq; verã/ plenãq; vim diffinitionis aptauit. Eadẽ quoq; in iis ratio eſt quę ſunt ſub affirmatione et negatione: q̃ in iis quę ſub priuatione atq; habitu pone-bantur. nam ſicut non eſt idẽ habitus atq; priuatio/ qđ habere habitũ atq; priuari: ita non idem eſt affirmationẽ et negationẽ eſſe/ et id qđ eſt ſub affirmatione et negatione. Affirmatio eſt verbi gratia: ſedet Socrates. negatio vero: nõ ſedet Socrates. Sub affirmatione autem hoc ipſum ſe-dere Socratẽ: id eſt hoc qđ affirmatione dicit facere. ſub negatione vero nõ ſedere Socratẽ: id eſt non facere id qđ negatio ſubmouet. hoc autẽ ita probatur/ ℣ omnis affirmatio omniſq; negatio orationes ſũt: ſicut eorũ ſupradicta definitio determinatioq; mõſtrauit. ſedere autẽ et no ſedere/ id eſt facere et nõ facere: orationes nõ ſunt. ℣ ſi affirmatio atq; negatio orationes ſũt: dicit id qđ ſub affirmatiõe & negatione eſt/ ab ea ipſa affirmatione et negatione diſtare. Sed i hoc ſeruãt il-lã quoq; ſimilitudinẽ: ℣ ea ipſa ſic ſibi ſũt oppoſita: ac q̃ ſecũdũ affirmationẽ negationẽq; dicũt.

Oppoſito-rum inter ſe differẽtiæ

Sicut enim ipſa affirmatio quę dicit ſedet Socrates/ et q̃ dicit nõ ſedet Socrates: ita quoq; idipſũ qđ ẽ ſedere Socratẽ et nõ ſedere certa ratione ſimilitudinis opponũtur. ¶ Sed quoniã quattuor ſpecies oppoſitionis dictę ſunt: nunc Ariſtotelis veſtigia perſequentes/ earum differentias colli-

eſt:ſublato bono atq; malo ſolum qđ neq; bonum neq; malũ eſt relinquitur.Quocirca tota rurſus diuiſio breuiter aſſumenda eſt.Eorum quæ ſunt contraria/quorũ neceſſe eſt ſemper alterum ineſſe iis in quibus ea ſecundũ propriam naturam ineſſe cõtingunt: ea nullam inter ſe retinent medietatem.vt in corpore ſanitas et egritudo:in numero paritas atq; imparitas.Quæcũq; vero in iis in quibus eſſe poſſunt/non ita ſunt/vt eorũ neceſſe ſit alterũ ineſſe:hęc aliquã inter ſe qualitatẽ medietatis amplectuntur.vt albedo atq; nigredo/rubrum: frigidũ atq; calidum/ teporẽ. Horum autem alia ſunt quæ vnã ſolã continent medietatẽ: alia vero quæ multas.et multas vt inter albũ atq; nigrũ:pallidũ et venetũ/quę medietates ſunt. Inter calidum atq; frigidum: vna ſola eſt medietas/tepor.Horũ autem quæ vnã retinẽt medietatẽ:in aliis nomina ſunt poſita/ vt in eo ipſo calore ac frigore.eſt enim tepor medietas caloris atq; frigoris.In aliquibus vero nomen poſitum nõ eſt:vt in eo qđ eſt bonũ atq; malum/iuſtum atq; iniuſtum. in his enim medietas nomen poſitum nõ habet: ſed vtrorũq; contrariorum negationibus definitur. vt dicamus eam eſſe boni atq; mali medietatem/ qđ neq; bonũ eſt neq; malũ: eamq; eſſe iuſti et iniuſti medietatem/ quę vtraq; cõtrarietate ſummota/vtrorũq; negatione relinquitur. vt eſt neq; iuſtum neq; iniuſtum. ¶Priuatio vero et habitus dicuntur quidẽ circa idem aliquid.vt viſio et cęcitas circa oculum.Vniuerſaliter autẽ dicere eſt in quo natus eſt habitus fieri:circa hoc dicitur vtrũq; eorum fieri. ¶Tertiã ſpeciem propoſitę oppoſitionis exequitur:eam quę ſecundũ habitũ priuationemq; dicitur. atq; in ea vnam ſimilitudinem poſuit:quę illi eſt cum contrarietate cõiuncta. Nã ſicut ea quę ſunt cõtraria circa idem ſunt/vt albũ/quoniã ſemper in corpore eſt/nigrũ quoq; ſemper eſt in corpore/et iuſtitia/quoniã ſemper animo inſerta eſt/iniuſtitia quoq; mentis eſt vicium:ita quoq; ea quę ſecundũ priuationem habitũq; dicuntur/circa idẽ ſemper neceſſe eſt inueniri.vt quoniã viſus habitus eſt(habemus enim viſũ)et viſus eſt in oculo/et circa oculũ:cęcitas quoq; quæ priuatio viſus eſt/pręter oculum non eſt.auditus etiã qui habitus eſt/quoniã circa aures eſt:eius quoq; priuatio quæ ſurditas dicitur/ab auribus non recedit.ita et circa qđ fuerit habitus:circa idẽ ipſũ illius habitus priuatio cõſideratur.Atq; hinc regulã dat.Vniuerſaliter enim dicit in quo ſit habitus:in eo fieri priuationẽ.quid vero ſit priuari continuata diſpoſitione ſubiũxit. ¶Priuari vero tũc dicimus vnũquodq; habitus ſuſceptibilium:quando is/in quo natꝰ eſt ineſſe/vel quãdo illud natũ eſt habere/nullo modo inſit. ¶Quid ſit priuatio hac Ariſtoteles diffinitione cõcluſit.Neq; enĩ quęcũq; nõ habẽt viſum/cęca dicũtur:nec vero ſurdũ eſt omne qđ nõ ſentit auditũ.nemo enim neq; parietẽ cæcũ dixerit/nec ſurdũ lapidẽ/nec quicquid huiuſmodi eſt.ſed ea ſola priuari dicimus habitu: quęcũq; aut habuere habitũ eoq; caruere/ aut habere potuere et non habẽt.parietẽ autẽ iccirco nõ dicimus cęcum:qꝝ in eo viſus naturaliter venire nõ potuit.paruos vero catulos quibus viſus nõ eſt/non ſatis digne aliquis cęcos eſſe pronũciet.eo eni tẽpore nõdũ naturaliter viſũ habere poſſunt.ſi vero exhauſtis diebus quibus his oculi patefieri/et lucẽ hauríre naturaliter poſſũt/nõ habeãt viſũ:eos cęcos eſſe manifeſtũ eſt.At vero neq; oſtrea dicuntur edẽtula/quoniam naturaliter nõ habẽt dẽtes/ſed nec infantulos quibus adhuc nõdũ huiuſmodi ętas eſt vt habeãt dentes / vocamus edẽtulos:ſed ſi aut is qui ante habuit/ dẽtes amiſerit/aut quo iam tẽpore habere naturaliter debet / dẽtes nõ habet.vt ſi quis puerorũ/ ſeptimo anno omnino nullũ creauerit:illũ iure edentulũ appellamus.atq; hoc eſt qđ ait. ¶Edentulũ enim dicimus nõ qđ nõ habet dentes/et cęcũ non qđ non habet viſum:ſed quod nõ habet quando natũ eſt habere.aliqua enim ex natiuitate:neq; dentes habẽt/neq; viſum. ſed nõ dicũtur edentula/neq; cęca. ¶Hoc eſt/nõ omne qđ non videt cęcũ:nec qđ dentes nõ habet/edẽtulũ appellamus.plura enim ſunt q̃ aut omnino/aut certo tẽpore naturaliter hęc habere nõ poſſunt. ſed eſt illa priuatio quoties is habitũ non habet qui habere naturaliter poteſt/& eo tẽpore cum iam per naturã illius eſſe cõpos habitus poſſit. vel ſi habẽs quis retinẽſq; habitũ/ illũ cuiuſlibet incurſione caſus amiſerit:vt in pueris iam adultis ſi nõ habeãt dẽtes.Nã quoniã homines ſanti poſſunt habere.qꝝ ſi habentes amiſerint/edentuli dicũtur.ſi vero omnino non creuerint dentes quoniam iam pueris atq; adultis vt dẽtes haberẽt naturaliter poterat euenire:id qꝝ caſu aliquo vel egritudine officiẽte factum eſt/eos edẽtulos et habitu dentium priuatos eſſe nominamus. ¶Priuari vero et habere habitũ:non eſt priuatio et habitus.Habitus enĩ viſus eſt:priuatio vero cęcitas.habere autẽ viſum/ nõ eſt viſus:nec cęcũ eſſe/ cęcitas.Priuatio enĩ quędã eſt/cæcitas: cęcum vero eſſe priuari/nõ priuatio eſt. ¶Hic veriſſima ratione mõſtratur:vtrũ ea q̃ ſub priuatione atq; habitu cadãt/priuationes ſint atq; habitus/ an minime.nam quoniã habitꝰ eſt viſus/ priuatio vero cęcitas/ſub habitu vero eſt habere viſũ et ſub priuatiõe eſſe cęcũ:vtrũ habere viſum idẽ ſit qđ ipſe qui habetur viſus/et vtrũ idẽ ſit cęcũ eſſe qđ cęcitas. Perſpicaciter intuẽtibus aliud quoddã eſt habere aliquid:aliud qđ habetur.Tres namq; res ſunt in eo qđ eſt habitus:is qui habet/ ea res quæ habetur/ et habere,vt eſt is qui videt/et ipſe viſus/et hoc ipſum quod ex

Creauerſt: produxerit/ emiſerit.

ei cui accidunt.vt album atq; nigrum/cum sint vtraq; cõtraria:quoniã habent aliquã medietatem vt rubrum/nõ veniunt semper in corpora.nã non necesse est omne corpus fieri aut album aut nigrum.quoniã potest aliquãdo contingere:vt illa eorũ medietas corpori cuilibet eueniat. Atq; hoc ita est in iis quæ medio nõ carent/quæ ipsa mediata vocamus:exceptis iis quibus vna contrarietas est insita per naturã.vt nix alba est/ignis calidus.In his enim vnam semper necesse est euenire/nõ aliam:nec vtrumlibet sed definite vnam.id enim nõ venit in ignẽ: vt aliquando sit calidũ/aliquando frigidũ/aliquando vero quæ horum medietas est tepidũ/ sed semper naturali calore succenditur.nec nix aliquando fit nigra/nec rursus rubea/ nec vllis aliis coloribus permutatur:sed solum semper alba est.Cum hæc ita sint/ea quę secundũ habitum priuationẽq; opponuntur/si et ab iis contrariis distare mõstrata sint quæ mediis carent/ et ab iis quæ intra se quandam medietatẽ qualitatis includunt/et ab iis quoq; quę cum mediata sint/ tamen definite alicui insunt:perfecte monstratũ est ea quę secundũ habitum et priuationẽ sunt/a contrariis discrepare.quare quid distent Aristotele teneamus authore. ¶In priuatione autẽ et habitu: neutrum eorum quę dicta sunt verum est.non enim semper alterũ eorum ineesse susceptibili necessarium est.quod enim nondũ natum est habere visum:neq; cecum neq; visum habẽs dicitur.quare nõ erunt hæc:vt ea cõtraria quorũ nichil est medium/sed neq; vt ea quorũ aliquid est mediũ. necessarium enim est aliquando omni susceptibili alterũ eorũ ineesse.quãdo enim iam ad habendam visionem natũ fuerit:tunc aut cecum aut habens visum dicetur. Et eorũ non determinate alterum:sed alterutrum cõtingit.non enim necessarium est vel cecũ vel visum habens esse:sed vtrumuis contingit.in contrariis autem quorũ aliquid medium est:nunq; necessarium erat omni susceptibili alterum ineesse/sed quibusdam.et his determinate vnum:et non vtrũuis cõtingit. Vnde palam est q; secundũ neutrum modorum tanq; contraria opponũtur: ea quæ secundum priuationem et habitum opponuntur. ¶Dat primo differentias quibus ea quę sunt secundum habitum et priuationem opposita:ab iis quæ sunt immediata contrariis distent.In iis enim contrariis quæ medium non habent:semper necesse est ipsorum alterũ ineesse ei qđ his ipsis subiectũ est.in habitu vero et priuatione nõ ita est.Non enim semper quęlibet res:aut habitũ habet/aut priuationem/sed est tempus quando vtrũq; nõ habeat.vt catuli quibus nondum per naturam oculi patent.illos enim nec habere habitũ dicimus/quoniã non vident:nec priuatos visu/quoniam paruuli adhuc visum per naturam habere non possunt. Igitur eorum quæ sibi secundum priuationem habitũq; sunt opposita:non semper alterum subiecto est eorum.sed eorũ quę sunt contraria immediata id est medio carentia:semper alterum susceptibili ineest.distat igitur ea quę secundum habitum et priuationem est oppositio:iis quę secundum contraria putantur opponi. Sed quoniam sunt quędam contraria quę insunt alicui per naturam.vt niui album/igni calidũ/ coruo nigrum:etiam ab iis discrepat oppositio priuationis et habitus. Ea enim quæ per naturã insunt:definita sunt/et nullo modo permutantur.vt est album niui. non enim nix aut alba aut nigra est:sed tantum alba.et coruus non aut albus/aut niger:sed tõlũ niger.In priuatione vero et habitu/vna res non potest esse definita:sed semper aut priuatio contingit/aut habitus.et hoc est qđ ait.et horum nõ definite alterũ:sed aut hoc aut illud.neq; enim necesse est aut cecũ esse/ aut habẽtem visum:definite subaudiendũ est. catulus enim qui per naturam nondũ videt:aut habitum habiturus est id est visum/aut eo priuandus est/vt sit cecus/sed non definite vnũ/ sed hoc aut illud indefinite contingit.distat igitur hęc oppositio: ab iis contrariis quę aliquibus per naturam immutabiliter accidunt.Restat igitur vt ab iis contrariis q̃mediata sunt: hanc oppositionem differre doceamus.In illis enim:nõ semper necesse erat contraria ineesse subiecto/iccirco q; eorum medietates possint subiectis euenire substantiis, vt album vel nigrum: quod non est alicui per naturam/sed tantum secundum accidens.possunt enim vtraq; non esse in corporibus.quoniam iis vel rubrum vel pallidum quæ sunt scilicet eorum medietates/eueniunt.In priuatione vero id/et habitu nõ est.quando enim poterit per naturam habere habitum:vtrisq; quæ ea suscipiunt carere nõ possunt.Catul9 enim cum per naturã videre potuerit:aut habitum habere dicitur/et est videns/ aut priuationẽ/si fuerit cecus. Ita semper ab eo tẽpore quo illi per naturam vtrũlibet habere cõcessum est:alterum retinebit id est aut priuationem retinebit/ aut habitum. Quocirca si in iis contrariis quę medio non carent/potest fieri vt vtraq; contraria in subiecto non sint/in priuatione vero et habitu ab eo tempore quo per naturam potest vtrumq; retinere/fieri non potest nisi eorum habeat alterũ: distant hæc quoq; mediata ab iis quę secundum vim priuationis atq; habitus opponuntur. sed ante monstratum est et iis contrarius quæ per naturam essent/et iis q̃ medio carerent: hãc oppositionẽ esse dissimilem. Recte igitur positũ est priuationis atq; habitus oppositionẽ/ab iis quę opponuntur vt contraria/discrepare. ¶Amplius.In contrariis quidẽ cum sit susceptibile: adinuicem mutationẽ fieri possibile est/ nisi alicui

gamus quę ſunt numero ſex. Nam ſi quę res ſint quattuor/ eaſq; differre a ſe ac diſtare volumus: ſex ſolas differẽtias inuenimus. cum enim primã differre a ſecũda ac tertia atq; quarta ponim⁹: tres ſunt differentię. item ſecundã rem a prima re differre oſtendere atq; demonſtrare: ſuperfluũ eſt. cum enim primę rei ad ſecũdã/ diſtantiam colligeremus: q; ſecunda diſtaret a prima docuimus. Relicta igitur primę ad ſecundam rem differentia/ ſecundę et tertię/ item ſecundæ quartęq; differentię monſtrabuntur/ quę ſunt duę quæ tribus ſuperioribus iunctæ/ quinq; ſolas efficiunt. Reſtat tertię rei quartęq; diſtantia. Nam tertię ad ſecũdam atq; ad primam demonſtrata eſt diſcrepãtia: cum primã a ſecunda diſtare/ atq; eodem modo a tertia monſtrabamus. Id his probatur exemplis. Nam cũ oppoſitio ea quę eſt ſecundum ad aliquid/ ab iis oppoſitionibus quæ ſunt ſecundũ contrarietatem/ priuationẽ atq; habitum/ atq; affirmationẽ et negationem diſtare proponitur: tres ſunt differẽtiæ. cũ vero ea quę ſecundũ priuationẽ atq; habitum oppoſitio eſt/ a cõtrariis/ et ab affirmatione negationeq; diſcrepat: duę ſũt differẽtiæ q̃ iunctę ſuperioribus/ quinq; perficiũt. Iccirco enim quid diſtaret habit⁹ atq; priuatio/ ab ea oppoſitione q̃ relatiua eſt/ p̃termiſſim⁹: quoniã prius mõſtrauimus quid relatiua oppoſitio ab habitu priuationeq; differret. nõ eſt enim dubiũ æquam eſſe in vtriſq; differentiam cũ vna ab alia diſcrepauerit. Reſtat vna ſola differentia: quę eſt cõtrariorum ad affirmationẽ ſcilicet et negationem. prætermiſſa nãq; eſt cõtrariorum differentia de relatiua ſcilicet et ſecundũ habitũ priuationẽq; oppoſitione. quid eni hæc ſuperius a cõtrarietate diſtaret: mõſtratũ eſt. quare quoniã quot ſunt horũ differentię cognitum
» eſt: ad ſequentis operis ordinem veniamus. ¶ Quoniam autem priuatio et habitus non oppo-
» nũtur vt ad aliquid manifeſtum eſt. non enim dicitur idipſum quod eſt oppoſitorum. viſus enim
» non eſt cecitatis viſus: nec vllo alio modo idipſum dicitur. ſimiliter autẽ neq; cecitas viſionis ce
» citas dicatur/ ſed priuatio quidem viſionis dicitur. cecitas vero viſionis non dicitur: neq; viſus
» cecitatis. Amplius ad aliquid omnia ad conuertentia dicuntur. quare ſi cecitas eorũ quę ad ali-
» quid ſunt/ eſſet: vtiq; et conuerteretur ad illud ad quod dicitur/ ſed nõ conuertitur. non enim di-
» citur viſus/ cecitatis viſus. ¶ Et cætera quidẽ de ea differentia perſpicua: et ſuperius in contra-
riorũ differentia a relatiua oppoſitione ante præmiſſa ſunt. Vnam nãq; differentiam contrariorum relatiuorũq; dixit eſſe: q; cõtraria nõ ita vt ea quę ſunt ad aliquid/ cõuerterẽtur. Neq; enim quis pronũciat maliciam bonitatis eſſe maliciã: neq; bonitatem malicię eſſe bonitatẽ. velut filiũ patris eſſe filium: rurſuſq; patrem filii patrẽ. Eadẽ quoq; et in iis quę ſecundũ priuationem habitũq; redduntur: dicitur differentia. Nam ſicut ea quę ſunt ſecundũ ad aliquid oppoſita/ aduerſũ ſemetipſa redduntur/ et omnia ad oppoſita prędicantur: nõ eodem modo in habitu atq; priuatione eſt. Nullus enim dicit cecitatis eſſe viſum: nec rurſus viſus eſſe cecitatẽ. Quocirca ſi ea quę ſunt relatiua ad oppoſita prędicãtur/ cõuerſimq; dicũtur (cũ ſit enim oppoſitus filio pater/ pater filii dicitur/ ſcilicet ad oppoſitum: rurſuſq; cõuertitur vt patris filius appelletur) quoniã hoc in iis quę ſunt ſecundum priuationem atq; habitum non dicitur (neq; enim cum ſit viſus oppoſitus cecitati ſecundũ priuationẽ atq; habitum dicitur: viſus cecitatis. id eſt nunq̃ ſecundũ oppoſitionem aliquid oppoſiti prędicatur neq; cõuertitur. neq; enim dicitur cecitas viſus) recte priuatio
» atq; habitus non in eadem qua relatiua/ ſed in alia ſpecie numerata ſunt. ¶ Quoniã autem neq;
» vt contraria opponũtur quę ſecundum priuationẽ et habitum dicuntur: ex his manifeſtum eſt.
» contrariorũ enim quorũ nichil eſt medium: neceſſe eſt in quibus fieri nata ſunt/ aut de quibus
» prędicari/ alterũ ipſorum ineſſe ſemper. eorũ enim nichil mediũ erat: quorum alterũ ineſſe ſuſce
» ptibili neceſſarium erat. vt in languore et ſanitate/ et impari atq; pari. quorũ vero aliquid mediũ
» eſt: nunq̃ neceſſe eſt omni ſuſceptibili ineſſe alterũ. neq; enim neceſſe eſt omne ſuſceptibile vel
» candidum/ vel nigrum eſſe: neq; frigidum vel calidum. horum enim mediũ aliquid/ nichil eſſe
» prohibet. inſuper autem et eorum erat aliquid mediũ: quorũ alterũ ineſſe ſuſceptibili nõ neceſ-
» ſarium erat/ prętereilla quibus vnum ineſt naturaliter/ vt igni calidũ eſſe/ et niui candidũ. in his
» enim determinate neceſſarium alterũ eſt ineſſe/ & non alterutrũ contingit. nõ enim poſſibile eſt
» ignem/ frigidum eſſe/ neq; niuem nigrã. quare omni quidem ſuſceptibili nõ neceſſariũ eſt alterũ
» ipſorũ ineſſe: ſed ſolis quibus natura vnũ ineſt. et his determinate vnum nõ alterutrũ cõtingit.
¶ Prolixitatẽ textus iccirco contraxi/ q; et eaipſa quę dicũtur/ ſupra iã dicta ſunt: ne longior ordo poſſit aliquod creare faſtidiũ. qd nos hac textus diuiſione ſeiunximus. et prius quidẽ propoſuit ante oculos/ omnes inter ſe cõtrariorũ differẽtias: quas ipſe quantũ potero breuiſſime cõmorabo. ait enim. Cõtrariorũ quæ mediis carẽt: ſemper alterum ineſſe ei qđ illas cõtrarietates ſuſcipere poteſt. vt egritudo et ſanitas/ quoniã ſempi animalis corpore reperitur/ et ea ſine vllo eſt aduerſus ſuum contrarium medio: iccirco omne corpus animalis: ſemper aut egrotat aut ſanum eſt/ et ſemper alterum aut ſanitatis aut egritudinis ineſt ei qđ has ſuſcipit contrarietates. Eorum vero cõtrariorum quę habent aliquã medietatem: nõ neceſſe eſt ſemper alterum ineſſe

falſitas aut veritas ſuenitur: ſecūdū aliquā cōplexionē dicūtur. ea vero q̄ ſimpliciter proferūtur: veri atq; falſi prolatione carent. vt ipſe ait: cū in principio omnia prædicamēta numeraret. Dixit ſingula eorum quæ eſſent dicta/ in nulla affirmatione dici: quadam vero cōplexione inter ſe horū prædicamentorū/ veritatem falſitatēq; gigni/ de quibus Ariſtoteles edocuit præter complexionem aliquā in ſermonib⁹ veritatē falſitatemq; inueniri nō poſſe. Siquidē exemplo quoq; hoc manifeſtū eſt. ſi enim dixero/ Socrates homo eſt: aut verū/ aut falſum eſt. q⁹ ſi hoc tantū dicā Socrates/ aut rurſus homo: nichil in eo neq; veritatis neq; falſitatis eſt. Quocirca quoniā omnis affirmatio cū cōplexione profertur: poteſt in ea aut veritas aut falſitas inueniri. Ea vero quę ſunt ad aliquid: ſimpliciter et ſine vlla cōplexione dicuntur. ſimiliter autē et contraria/ et ea quę ſunt ſecūdum habitū priuationēq; ſibimet oppoſita. vt eſt pater filius/ bonū malum/ viſus cecitas: quę quoniā ſine cōplexione dicuntur (vbi autē cōplexio non eſt: illic nec falſitas neq; veritas eſt. in affirmationibus vero ſolis et negationibus quæ ſecundū cōplexionē dicūtur: aut veritas aut falſitas reperitur) ſecundū affirmationē et negationem oppoſitio/ a cūctis aliis ſuperioribus diſtat. ¶ Verūtamen maxime tale hoc cōtingere videbitur in iis q̄ ſecūdū cōplexionē cōtraria dicuntur. ſanum nāq; eſſe Socratē: ad languere Socratē cōtrarium eſt. Sed neq; in his neceſſarium ſemper alterū verū eſſe/ et alterū falſum. cū enim Socrates ſit: aliud quidē verū/ aliud autē falſum erit. cum vero nō ſit: ambo falſa ſunt. neq; enim lāguere/ neq; ſanū eſſe verū eſt: cum ipſe nō ſit omnino Socrates. In priuatione vero et habitu cū nō ſit omnino: neutrum verū eſt. cum autē ſit: nō ſemper alterū quidē verū erit/ alterū autē falſum. habere nāq; viſum Socratē ei quod eſt cecū eſſe Socratē/ opponitur/ ſicut priuatio et habitus. et cū ſit: nō neceſſariū eſt alterū verum eſſe vel falſū. cū enim nōdū ſit natus habere: vtraq; falſa ſūt. et cū nō ſit omnino Socrates: ſimiliter quoq; falſa ſunt vtraq; et viſum eum habere/ et cecū eum eſſe. ¶ Quoniam videntur quædā cōtraria ſecūdū cōplexionē dici in quibus aut falſitas reperitur aut veritas/ ſed neq; vt affirmatio ſit neq; vt negatio: de his quoq; dicit quid diſtent iis cōplexionibus quę ſecundum affirmationē negationēq; dicuntur. Nā ſicut egritudo eſt cōtraria ſanitati: ita quoq; egrotū eſſe Socratē/ ei quod eſt ſanum eſſe/ cōtrarium eſt. oratio quoq; quę dicit Socrates ſanus eſt: cōtraria eſt ei quæ pronunciat Socrates egrotat. in his ergo: et veritas inuenitur/ et falſitas. Quigitur hæc diſtant ea oppoſitione/ quę ſecundū vim affirmationis aut negationis opponitur: hoc ſcilicet eſt q⁹ ſubſiſtente re/ de qua vtraq; dicuntur/ vtrūlibet eorum verū eſt/ ſi tamen ea cōtraria prędicā-tur: quæ mediis carent. nā viuente et ſubſiſtente Socrate/ quoniā egritudo et ſanitas immediata cōtraria ſunt/ ſi quis de Socrate dicat/ Socrates ſanus eſt/ rurſuſq; alius pronunciet Socrates egrotat: vnam veram/ vnam falſā eſſe neceſſe eſt. Socrates enim viuens aut egrotat aut ſanus eſt. et ſi verum eſt eum egrotare: ſanum eſſe falſum eſt. et ſi falſum eſt egrotare: ſanum eſſe verum eſt. ſi vero Socrates ipſe non ſubſiſtat/ neq; omnino ſit: vtrumq; de eo falſum eſt dicere/ quoniam egrotat/ et ſanus eſt. Qui enim omnino nō eſt: neq; omnino poterit egrotus eſſe/ nec ſanus. Ergo in contrariis ſubſiſtente re de qua prędicantur: ſemper vna prædicatio vera eſt/ alia falſa/ in iis ſcilicet cōtrariis quę ſecundum complexionem dicuntur/ et carent medio. non ſubſiſtente autem re/ cōtrarietates vtręq; ſunt falſæ. Illa vero quæ ſecundum priuationem habitūq; dicuntur/ ſi cū cōplexione prędicētur/ et ſubſiſtat res: non neceſſe eſt aliā veram eſſe/ aliam falſā. et cum res omnino nō ſit: vtręq; ſunt falſæ. Socrates enim cū ſit iam in ſuę matris aluo/ et nondum ſit ędit⁹: in lucem quidem æditus nō eſt/ ipſe tamen eſt atq; viuit/ ſed tunc neq; videns eſt neq; cecus. et videns quidē nō eſt: quoniam nondū in lucē eſt ędit⁹. cecus vero iccirco nō dicitur/ quoniā adhuc videre non poterat. Ergo cum ſit atq; ſubſiſtat res de qua habitus et priuatio prædicantur: poteſt fieri vt de ea/ falſo vtraq; prædicentur. ſi verores de qua dicitur nō ſit omnino: vtraſq; falſas eſſe neceſſe eſt. vt cū Socrates omnino nō eſt: falſum eſt eum dicere vel videntē eſſe vel cecū. is enim videt/ atq; cecus eſt: qui viuit/ atq; ſubſiſtit. Cum vero de quo dicitur nō ſit omnino: vtraq; de eo falſo dicūtur. In catulis quoq; idē eſt. nam cū iam ſunt ęditi: ſubſiſtūt quidē/ ſed neq; ceci ſunt neq; videntes/ quia nondū per naturā viſum habere potuerūt. ſin vero omnino nō ſint: rurſus falſū eſt de his vtrūq; prædicari. In affirmatione vero et negatione non ita eſt: vt ipſe pronunciat. ¶ In affirmatione vero et negatione ſemper ſiue ſit/ ſiue non ſit: hoc quidē falſum erit/ illud autē verū. Lāguere nāq; Socratem/ et nō languere Socratem cū ipſe ſit: palā eſt quoniā alterum eorum verū/ alterū vero falſum eſt. et cum non ſit: ſimiliter. Languere etenim cum non ſit: falſum eſt. nō languere autem: verum. Quare in his ſolis proprium erit ſemper alterum eorum verum/ alterū falſum eſſe: quæcūq; tanq̄ affirmatio et negatio opponūtur. ¶ In affirmatiōe inqt et negatione ſiue res ſubiecta ſubſiſtat/ ſiue nō ſit omnino: ſēper i vna veritas/ i alia falſitas iuenit. Nō eſt enim idē dicere egrotare aliquē: qđ nō eſſe ſanū. Nā ſi egrotat: niſi ſubſiſtat nō poteſt egrotare. Nō eſſe autē ſanū: nō ita eſt. nā etiam ſi nō ſit omnino aliquis:

» vnum natura ineſt/ vt igni calidum. etenim ſanũ poſſibile eſt languere/ et candidũ nigrũ fieri/
» et calidum frigidum: et ex ſtudioſo prauũ/ et ex prauo ſtudioſum fieri poſſibile eſt. prauus enim
» ad meliores exercitationes deduct⁹/ et doctrinas (etſi ad modicũ aliquid proficiat/ vt melior ſit)
» ſi certe ſemel quãuis modicum incrementũ ſumpſerit: palam eſt quia aut perfecte mutabitur/
» aut ſatis multũ incrementũ ſumet. ſemper enim bene mobilior ad virtutẽ fit/ etiam quodcunq;
» crementum ſumpſerit a principio. quare etiam veriſimile eſt plenius eum ſumere incremẽtum.
» et hoc dũ ſemper fit: perfecte in contrariũ habitum reſtituetur/ niſi forte tempore prohibeatur.
» Verum in priuatione et habitu impoſſibile eſt adinuicẽ mutationem fieri. et ex habitu enim in
» priuationem mutatio fit: a priuatione vero in habitũ impoſſibile eſt. neq; enim cecus factus ali-
» quis: rurſus vidit. neq; cum caluus fuerit: rurſus comatus factus eſt. neq; cum fuerit edentulus:
» dentes ei iterum orti ſunt. ¶ Aliã rurſus cõtrariorum et huius oppoſitionis quę ſecundum habi
tum priuationẽq; dicitur: diſcrepantiã ponit. Ea enim quę cõtraria ſunt: poſſunt in alterna va-
riatis vicibus permutari. quod enim calidum eſt: poteſt effici frigidum. rurſuſq; qđ frigidum eſt:
poteſt in caloris verti qualitatẽ. iis tamen (vt dictũ eſt) ſolis exceptis quibus vna quęlibet res cõ
trariorum naturaliter inſita eſt. in his enim ſolis: fieri nõ poteſt alterna mutatio. In iis vero quæ
accidenter/ et non per naturã ſubiectis eueniunt: fit ſemper in contraria permutatio. vt ex ſano
egrum: ex egro rurſus ſanũ corpus efficitur animalis. Iam vero illud verũ eſt: ex bono procliui-
or ſemper ſemita videtur ad malum/ et facillima eſſe ex probitate ad maliciã permutatio. id Te- Terentius
rentiano docetur exemplo. A labore procliuẽ ad libidinẽ. Sed q̃q̃ difficilis eſt trãſitus ad virtutes in andria
a turpitudine viciorũ: Ariſtoteles tamẽ fieri hũc trãſitum cõfirmat. huius enim philoſophi ſen-
tentia eſt: virtutes eſſe nõ ſciẽtias/ vt Socrates ait. neq; vt Stoici/ naturaliter eas eſſe: ſed diſcibi-
les et per quandã boni cõſuetudinem hominum mentibus inſeri. atq; ideo ſi quis ſit quibuſlibet
prioribus viciis obnoxius: ſi eum melior ſermo ſuſceperit/ et ſapientiũ conſuetudine confabula-
tioneq; cõtra aliqd ex ante actis viciorũ illecebris emẽdabit: et ſeſe aliquãtulũ exuet/ et paululũ
liberior ad meliora procedet/ ita vt ſi primo quidem minus malus/ poſt vero nõ malus/ deinde
iam iãq; aliquantulũ bonus. cui ſi huiuſmodi intẽtio frequentiſſime fiat/ nec paruitate temporis Offecerit:
prẽueniatur/ aut terminus mortis offecerit: nõ eſt dubium illũ ex peſſimo per probas cõſuetudi- nocuerit/
nes cõfabulationeſq; ſapientũ/ in perfectã virtutis habitudinẽ permutari. Eſt igitur ex bono in ipedimẽtũ
malum: et ex malo in bonũ rurſus permutatio. atq; hoc quidẽ fit in contrariis: in habitu vero et prẽſtiterit.
priuatione nõ fit. eſt namq; permutatio: ſed vna tantũ/ nulla ratione leſe conuertẽs. ait enim/ ab
habitu ad priuationẽ fit permutatio: a priuatione vero ad habitũ impoſſibile eſt. et hoc planius
docet exemplis. Quis enim vnq̃ ex ceco factus eſt vidẽs: quis aliquãdo caluus crinitus efficitur/
cui amiſſis etate dentibus rurſus alii procreãtur/ quare ſi in cõtrariis fit alterna mutatio/ in pri-
uatione vero atq; habitu non fit: diſtat hęc oppoſitio/ ab ea ſcilicet oppoſitione quæ fit ſecundũ
» contrarias qualitates. ¶ Quęcunq; vero tanq̃ affirmatio et negatio opponuntur/ palam eſt quia
» nullo prędictorũ modo opponuntur. in ſolis enim his neceſſariũ eſt ſemper/ hoc quidẽ eorũ ve-
» rum: illud autẽ falſum eſſe. neq; enim in cõtrariis: neceſſarium eſt ſemp alterũ verũ eſſe/ alterum
» autem falſum. neq; in iis quę ad aliquid ſunt. neq; in habitu et priuatione. vt ſanitas et languor
» cõtraria ſunt: et neutrũ neq; verum/ neq; falſum eſt. ſimiliter autem et duplum et dimidiũ tanq̃
» ad aliquid oppoſita ſunt: et non eſt eorum neutrũ/ neq; verũ neq; falſum. ſed neq; ea quę ſecũ-
» dum priuationẽ et habitum dicũtur: ſicut viſio & cecitas. Omnino autẽ eorũ quę ſecundũ nullã
» dicuntur cõplexionẽ: nichil neq; verum neq; falſum eſt. omnia autẽ quæ dicta ſunt: ſine cõple-
» xione dicuntur. ¶ Expoſitis iis differẽtiis/ quibus vel contrariis relatiua/ vel priuatio et habitus
relatiuis/ vel rurſus priuatio et habit⁹ diſcreparẽt cõtrariis: nunc ſequitur qđ his omnib⁹ ſecũdũ
affirmationẽ negationẽq; oppoſita diſtent. et dat ſignũ propriũ affirmationis et negationis/ vt
eas ſemper queam⁹ agnoſcere. vt ſi qua ſint q̃ hoc ſigno minime teneãtur/ illa ab affirmationis
negationiſq; oppoſitione differre dicam⁹. In affirmatione eni et negatione fieri nõ poteſt ſi af-
firmatio vera eſt: quin ſit ſtatim falſa negatio. ſi negatio vera: affirmatio mẽdacii nota carere nõ
poſſit. vt ſiqs dicat Socrates ambulat/ Socrates nõ ãbulat. ſi verũ eſt Socratẽ ãbulare: falſũ eſt
nõ ambulare. et rurſ⁹ ſi falſũ eſt nõ ambulare: verũ eſt ambulare. hãc autẽ veri falſiq; diuiſio-
nem: nullus vnq̃ in aliis oppoſitionibus poterit inuenire. Nã in iis q̃ ſunt ad aliqd nõ ſolũ nõ eſt
neceſſe oppoſitionẽ ipſã ſibi verũ falſumq; diuidere: ſed in his nulla omnino/ neq; veritas neq;
falſitas inuenit. ſi qs eni dicat hoc tantũ/ pater/ vel rurſus filiꝰ: neq; verũ aliqd neq; falſũ ꝓnũci-
at. Et i cõtrariis quoq; idẽ eſt. nã cũ bono malũ ſit cõtrariũ/ ſi qs nominet bonũ/ et ſi quis rurſus
ſimpliciter ꝓnũciet malũ: nulla i hac ꝓdicatione neq; falſitas neq; veritas ẽ. Eodẽ quoq; ſe mo-
do habet etiã in iis q̃ ſecundũ habitũ priuationẽq; dicũtur. ſimiliter eni nichil neq; verũ neq; fal
ſum eſt: ſi qs viſũ nominet vel cecitatẽ. hoc aũt iccirco euenit/ qa oia q̃cũq; ſunt in quibus aut

¶Dictū eſt in relatione quędā relatiua ſimul eſſe naturaliter: vt cum ſit filiꝰ/ pater eſt. cum vero ſit pater: ſine filio eſſe nō poſſe. quocirca ſimul ſemper ſunt pater et filius. Hoc vero in cōtrariis nō eſt. ait enim/ nō neceſſe eſt ſimul ſemp eſſe cōtraria. Si enim nullꝰ egrotet et ſint omnes ſani: cū ſit ſanitas nō erit egritudo/ et vna cōtrarietate manēte alia omnino nō erit. vt ſi quis hoc idē dicat de cignis. etenim qa omnes cigni ſunt albi: in cignis nigredo nō erit. Atqꝫ hoc idē ad vniuerſalia referendum eſt. Nā ſi omnia quę ſunt/ alba ſunt: omnino nigredo nō erit. Tractum hoc videtur eſſe ſigillatim a partibus. Nam qꝫ duo cōtraria in eodē/ vno eodēqꝫ tempore eſſe nō poſſunt/ vt Socrates cū ſanus eſt/ egrotus nō eſt: et cū ſanus eſt manēte ſanitate nō eſſe poterit egritudo) et nō erit neceſſarium vno cōtrario poſito/ mox ſubſequi alterū. Nam ſi neceſſe eſſet vno cōtrario cōſtituto mox aliud ſequi: poſſet idē Socrates vno eodēqꝫ tempore et ſanꝰ eſſe/ et egere, qđ fieri nō poteſt. non igitur neceſſe eſt cū ſit vna contrarietas: mox aliam ſequi. Quocirca fieri poteſt vt cū vnū cōtrariū ſit: aliud nō ſit. Idqꝫ i ſingularibꝰ etiā neceſſe eſt: vt i eo qđ eſt Socratē eſſe ſanū/ nō eſt Socratē egrotare/ qđ Socratis ſanitati eſt cōtrariū. Socrates eni quāq̄ cōtrariorū ſuſceptibilis eſt/ quoniā ſubſtantia eſt: tamē vno eodemqꝫ tēpore cōtraria vtraqꝫ non ſuſcipit.

» ¶Palam vero eſt quia circa idē aut ſpecie aut genere nata ſunt fieri. Languor nāqꝫ et ſanitas in
» corpore animalis nata ſunt fieri. albedo autem et nigredo: ſimpliciter in corpore. iuſtitia vero et
» iniuſtitia/ in anima hominis. ¶Docet circa quę ſemper poſſint eſſe cōtraria. Ait enim/ circa eas
res: q̄ aut genere eadem ſint/ aut ſpecie. vt eſt corpus quidē animalis vnū ſecundū genus. omnium enim animaliū vnū genus eſt: et circa hoc egritudo vel ſanitas inuenitur. Similiter et circa corpus omne indiſcrete vel animalis vel inanimati albedo et nigredo eſt: qꝫ ſcilicet omne corpus et ipſum ſecundū genus eſt vnū. nāqꝫ his genus eſt ſubſtantia. Iuſtitia quoqꝫ et iniuſtitia in anima eſt. Omnis aūt anima q̄ iuſtitiā iniuſtitiāqꝫ ſuſcipit: rationalis ē/ id eſt hominis. ſed omnes homines idē ſunt ſecūdū ſpeciem. omnes igitur animę eędē ſecundū ſpeciē ſunt. iuſtitia ergo et iniuſtitia: circa eaſdē res ſecundū ſpeciem reperiuntur. Quocirca recte iā cōcluſum eſt omnia cō
» traria: circa eaſdem res vel ſecundū genus/ vel ſecundū ſpeciem inueniri. ¶Neceſſarium autem
» eſt omnia cōtraria: vel in eodē genere eſſe/ vel in cōtrariis generibus vel ipſa genera eſſe. album
» enim et nigrum in eodē genere ſunt. color enim eorū genus eſt. iuſtitia vero et iniuſtitia: in con
» trariis generibus. illius nāqꝫ virtus genus eſt: huius autē vicium. bonum vero et malū nō in ge
» nere ſunt: ſed ipſa ſunt genera aliquorū exiſtentia. ¶Monſtrat id qđ reliquū eſt: id eſt vbi poſſūt ſemper contraria veſtigari. omnia enim quę ſunt cōtraria: aut ſub eodem genere ſunt/ aut ſub cōtrariis generibus/ aut ipſa ſūt genera. Sub eodē genere ſunt contraria: vt albū et nigrum ſub vno ſunt genere/ id eſt colore. color enim albedinis et nigredinis eſt genus. hæc igitur ſub vno

Hoc intelli ge de vicinis generibus.

ſunt genere. Alia vero contraria in cōtrariis generibus inueniuntur: vt iuſtitia et iniuſtitia. Iuſtitiæ enim genus eſt bonū: iniuſtitię vero malū. malum vero bono cōtrariū eſt. iuſtitia ergo et iniuſtitia ſub cōtrariis generibꝰ ſunt. Rurſus alia: ipſa ſūt genera. vt bonū et malū. vtraqꝫ eni ſunt genera ſub ſe malorū bonorumqꝫ poſitorū. et nō hoc nūc dicitur: qꝫ bonitas et malicia nulli alii generi ſubdūtur (ponūtur enim ſub qualitate) ſed particulariū bonorum et malorū nō eſſe alia genera/ niſi ipſum bonū et malū generaliter. Recte igitur bonum et malum/ aliorū particulariū bonorū malorūqꝫ genera ſunt numerata. Quare rectiſſime dictū eſt: omnia cōtraria aut ſub eodē eſſe genere/ vt album et nigrū ſub colore/ aut in cōtrariis generibus/ vt iuſtitia atqꝫ iniuſtitia ſub bono et malo/ aut ipſa eſſe genera/ vt eſt ipſum bonū et malū/ quę genera iuſtitiæ atqꝫ iniuſtitię numerata ſunt.

¶DE MODIS PRIORIS. Cap. XI.

Priusquin tupliciter accipitur.

PRius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. Primo quidem et maxime
» proprie ſecundū tempus. ſecundum quod ſcilicet antiquius alterum altero/ et
» vetuſtius dicitur. In eo enim qꝫ tempus amplius eſt: et antiquius et vetuſtius
» dicitur. ¶Poſtq̄ de oppoſitis diſputationē quantum ad præſens tempus attine
» bat explicauit: nunc q̄ priora dici poſſint/ quęue poſteriora differit. Et ait. primo quidē et proprie et qđ in vſu eſt prius dicimus/ hoc eſt/ quando aliquā rem alia res tempore præcedit/ et ſuperat. et dum proprie loquimur ſecūdum temporis pręceſſionem: aliud antiquius dicimus/ aliud ſenius. Antiquius quidem in iis quæ inanimata ſunt/ vt Porphyrio placet: ſenius vero in iis quę anima non carent. vt ſi quis dicat antiquius fuiſſe bellum Thebanorum atqꝫ Græcorum Troię excidio: iccirco qꝫ tempore præcedat. filii namqꝫ ducum qui Thebano periere prælio: Troiæ pręliis interfuerunt. vt Diomedes Tydei filius: et Stenelus filius Capanei. atqꝫ hoc quidem ita/ quoniam eſt: et in rebus inanimatis antiquius dicitur. vt et cum dicimus antiquiorem eſſe dominationē regum in ciuitate rhomana/ q̄ cōſulum magiſtratum. In rebus vero animatis: ſenius vocamus. Seniorem namqꝫ

poteſt de eo qui nō eſt/ hęc negatio prędicari. qđ enim omnino nō eſt: ſanū eſſe nō poteſt. qđ ſanū eſſe nō poteſt: non eſt vtiq; ſanū. Eodē quoq; modo ē et de cecitate/ et de viſu. neq; enim idē eſt dicere cecum eſſe aliquē qđ nō videre. qui enim cecus eſt: ſubſiſtit/ viuitq;/ vt ſit cecus. nō videre vero: etiam de omnino nō ſubſiſtēte/ dici poteſt. quod enim nō ſubſiſtit: omnino videre nō poteſt. et quod videre nō poteſt: nō videt. Quocirca i affirmatione et negatione/ ſiue ſit de quo dicitur/ ſiue nō ſit: vna ſemper vera eſt/ altera falſa. Nā cū ſit Socrates et viuat/ ſi de eo verū eſt dicere quoniā videt: falſum eſt dicere quoniā nō videt. et ſi de eo verum eſt dicere quoniā ſanus eſt: falſum eſt dicere quoniam non eſt ſanus. ſi negationes verę ſunt: falſæ ſunt affirmationes. Si vero res ſubiecta non ſubſiſtat omnino: de eo quidem affirmatio falſa eſt/ negatio ſemper vera. Noſtro enim tempore cū Socrates nō eſt/ neq; ſubſiſtit/ ſi quis dicat Socrates videt/ et alius dicat Socrates nō videt: falſum quidē eſt de eo dicere/ quoniā videt/ verū autē quoniā non videt. Qui eni omnino nō eſt: videre nō poteſt. qui videre nō poteſt: nō videt. Itaq; firmū imutabileq; ſemper manet in affirmationibus et negationibus: alterā ſemper verā/ alterā falſam in prędicatione cōſtitui. Quocirca quoniā in contrariis et in iis quę ſecundū priuationē habitūq; ſunt/ ſi cū complexione vtraq; dicātur de re nō ſubſiſtente/ falſa ſunt vtraq; quæ p̄dicātur: cū hoc idem in affirmationib⁹ et negationibus nō ſit/ omnes cęterę oppoſitiones ab affirmatione et negatione diſſentiūt. Monſtratę ſunt igitur oppoſitiones quattuor/ et ſex differentię. vna quidē cōtrariorū/ et eius quę eſt ad aliquid. ſecunda cōtrariorū/ et eorū quę ſunt ſecūdū habitum et priuationem. tertia cōtrariorū/ et eius oppoſitionis q̄ eſt ſecundū affirmationē et negationē. quarta vero relatiuorū/ et eius quę eſt ſecundū habitū et priuationem. quinta relatiuorū/ et eius quę eſt affirmationis et negationis. ſexta priuationis et habitus ad negationē et affirmationē. Sed poſt has oppoſitionū differētias: quędā de cōtrariis ad multas proficiētia quęſtiones ab Ariſtotele tradūtur. Epilogus

» ¶Contrariū autem bono quidē ex neceſſitate malū eſt. hoc autē per ſingulorū inductionē palā
» eſt. vt ſanitati lāguor/ & iuſtitiæ iniuſtitia/ & fortitudini timiditas. ſimiliter autē et in aliis. ¶Ma-
» lo autē aliquando quidē bonum eſt contrariū: aliquando malū. defectui enim (cū malum ſit) ſu-
» perabundātia cōtraria eſt/ cū ſit etiā ipſa malū. ſimiliter autē et mediocritas cū vtriq; contraria
» ſit: bonū eſt. Sed in paucis quis tale hoc aſpiciet: in pluribus vero ſemp malo bonū cōtrariū eſt.

¶Hoc loco monſtratur/ q̄ omne bonum ſemper malo contrarium eſt: non autem omni malo ſemper bonum. nam quodcūq; fuerit bonū/ ſolum illi malū contrariū ē: malo autem et bonum poteſt eſſe contrariū/ et malum. Sanitati enim quę bona eſt: egritudo quę eſt mala/ contraria eſt. rurſus fœlicitati quæ eſt bona/ infœlicitas quę ipſa quoq; eſt mala: cōtraria eſt. Eſt autem inuenire malum qđ duas habet contrarietates: boni ſcilicet/ et alterius mali. Nam cū ea ſunt cōtraria quæ a ſe plurimū diſtent: cum ſit timiditas habitus animi peſſimus/ duas habet contrarietates/ temeritatem ſcilicet/ et fortitudinem. nā qui omnia timet et eſt timidus/ et qui nichil timet omnino in quo eſt temeritas: longe a ſeſe diſtant et diſcrepant. quocirca ſibi cōtraria ſunt: cum vtraq; ſint mala. Rurſus quoniam bonum malo cōtrarium/ et fortitudo bona eſt: timiditas mala erit/ et erit fortitudini cōtraria oppoſitaq; timiditas. Duę igitur cōtrarietates opponuntur timiditati: temeritas/ et fortitudo. ſed temeritas cōtraria eſt ſecundum longiſſimā diſtantiā quam titatemq;/ diſcrepātis habit⁹ atq; cōtrarii. timiditas vero fortitudini videtur oppoſita/ ſecūdum qualitatem bonitatis atq; malicię. quare ſufficienter eſt demōſtratum bona ſemper malis eſſe cōtraria: mala vero etiā malis. ¶Inductio autem eſt: ſingulorū exēplorum collectio/ et ad vniuerſalem per eam cognitionem collectionēq; reductio. vt ſi quis dicat qui muſicam nouit/ muſicus eſt/ et ab ea denominatur/ et medicus qui medicinā/ rurſ⁹ qui grāmaticam grāmaticus/ et ex his ſingulis reb⁹ colligat vniuerſaliter: et quicunq; aliquā artē nouit/ eiuſdē denominatione ſignatur. vt a grāmatica grāmaticus/ a medicina medicus: et cætera huiuſmodi. Quocirca hoc quod ſupra diximus de contrariis: Ariſtoteles exēplorum planiſſima inductione firmauit. Illud quoq; addidit mala poſſe malis eſſe cōtraria/ in pauciſſimis inueniri. ſemper autem mala bonis eſſe cōtraria. nam et in iis ipſis in quibus mala malis contraria ſunt: ineſt tamen vt etiam ſimul bonis contraria eſſe videantur. vt timiditas/ quoniam temeritati contraria eſt: ſimul etiam fortitudini contraria eſt. ſed non neceſſe eſt vt quodcūq; malum bono eſt cōtrarium: mox etiam malo eſſe contrarium. vt egritudo ſanitati quidem qđ eſt bonum/ cōtraria eſt: alii vero malo contraria nō
» eſt. Recte igitur dictum eſt malum malo cōtrarium: in paucioribus inueniri. ¶Amplius. Contra
» riorum non neceſſarium eſt ſi alterum ſit: et reliquum eſſe. Sanis namq; omnibus/ ſanitas quidem erit/ languor vero non. ſimiliter autem albis omnibus: albedo quidem erit/ nigredo vero
» non. ¶Amplius. ſi ei quod eſt Socratem ſanum eſſe/ Socratem languere contrarium eſt:
» non contingit/ ſimul vtraq; eidem ineſſe. non vtiq; continget cum alterum contrariorum ſit:
» et reliquum eſſe. cum enim ſit Socratem ſanum eſſe/ languere Socratem non erit.

Non aūt oī malo. quia malo aliquādo quidē bonū cōtrarium eſt aliquando vero malū. ſed clarius ſi dicā/ nō autē omne malo cōtrarium/ ſemp bonum.

Quid inductio

cere/quoniam eſt.rurſus ſi de ea verum eſt dicere quoniam eſt:illam ipſam rem eſſe neceſſe eſt. vt quoniam eſt homo:verum eſt dicere quoniam eſt homo. ꝙ ſi verum eſt dicere quoniam eſt homo:nulla eſt dubitatio quin homo ſit.Ergo quoniam duę hę ſibimet conuertuntur: reſpicia mus nūc quę ſit harum cauſa alteri vt ſubſiſtere valeat/atq; vt eſſe poſſit.Video autem rem dicto vero/ ſubſiſtentię dare principium.nam quia homo eſt:iccirco verum eſt dicere quoniā eſt. ſed nō iccirco homo eſt:quoniam de eo vere dici poteſt quoniam eſt.Res enim vt veritas adſit dicto/ principium eſt:ſed non vt res ſubſiſtat/ vero efficitur dicto. quocirca prius eſt eſſe hominem:poſterius verum de eo eſſe dictum. iccirco quoniam quāuis conuertantur: tamen vna harum rerum alteri ſubſiſtendi cauſa eſt.Ait enim id eſſe prius inter ea quę conuertūtur ſecundū eſſentiæ conſequētiam:qđ alterius quomodolibet cauſa eſt.vt in hoc ipſo ſermone de homine conuertuntur vtraq; quidem:ſed homo vt ſit ſermo verus/cauſa eſt atq; principium.qđ Ariſtoteles ita ait.Eſt autem verus ſermo:nullo modo cauſa ſubſiſtendi rem/res autem videtur quodam modo cauſa eſſe vt ſermo verus ſit.neq; enim iccirco res eſt/ quoniam ſermo eſt:ſed iccirco verus eſt ſermo/quoniam res ipſa ſubſiſtit.Quocirca quinq; hi prioris modi ſunt:quorum ſuperius quattuor dixit/ſecundum tēpus ſcilicet/ ſecundum id qđ non cōuertitur ad ſubſiſtēdi cō ſequentiam/ſecundū ordinem/ſecundū reuerentiam/& ſecundum conuerſionem/ cum altera res alij ſubſiſtendi cauſa eſt.Sed quoniam de priori dictū eſt: nūc de ijs quę ſimul ſunt incipit.

Epilogus.

¶DE MODIS SIMVL. Cap.XII.

Modiſimul tres ſunt.

Imul autem dicuntur ſimpliciter quidem & propriſſime:quorum generatio in eodem eſt tempore.neutrum enim eorū:neq; prius neq; poſterius eſt. Simul itaq; ſecundū tempus hęc dicuntur. ¶Cum de prioribus diſputaret illa proprie priora eſſe contenderat:quę ſecundum vim precedentis tēporis dicerentur.quare cum de ijs quę ſimul ſunt diſputat:idem reuocat & recte.Nam ſi maximum modum prioris/ ſolum efficiat tempus:cur nō quoq; ſimul ędita tam naturā tempus efficiet? Ait ergo et ſimpliciter & proprie dici ſimul eſſe ea quę vnius temporis ortu prolata ſint.vt ſi illa ſint antiquiora atq; priora quęcunq; nō ęquali/ſed præcedenti tempore proferuntur:quę ſe temporibus non præcedunt/ rectiſſime ſimul eſſe ponuntur. cum enim vno tempore ędita atq; prolata ſint:illa ſecundum tēpus ſimul eſſe dicuntur/ideſt ſimul naturale principium ſubſtātiamq; ſortita ſunt.atq; hęc quidem ſecundum tempus ſimul eſſe dicuntur.Secundum naturā vero ſimul eſſe perhibentur: q̄cunq; inuicem ad ſe conuertūtur/cum altera res alterius ſubſiſtendi neq; cauſa ſit neq; principium.vt ſunt huiuſmodi duplum/& medium.nam cum ſit duplum/ medium eſt:cum turſus ſit medium/duplum eſt.ſeruus quoq; & dominus eodem modo ſūt:filius quoq; & pater. Hęc enī quęcunq; illata quidem inferunt alia/ſublata vero auferunt ſimul:ſibimet ſemper inuicem cōuertuntur. nam ſi dicam patrem:filium quoq; intelligi neceſſe eſt.ſi dixero filiū:pater mox ſub intelligentiam cadit.ꝙ ſi alterum ſuſtulero:vtraq; perimo.nam ſi tollam filium: pater nō eſt.ſi patrem abſtulero:filium quoq; perire neceſſe eſt.Atq; hęc ita ſibimet cōuertuntur:vt tamen altera res alteri cauſa penitus non ſit.nā quoniā pater filio in prædicatiōe conuertitur/manifeſtū eſt:ſed neq; pater filio cauſa eſt vt ſit/nec filius patri. Hoc autē huiuſmodi eſt. ſi Eneas habuit Aſcanium filium:nō dicimus/quoniam nō fuit Eneas cauſa vt eſſet Aſcanius/ ſed nō fuit pater cauſa vt eſſet filius.Nam cū dico Aſcanius:quędam propria ſubſtātia eſt.cū dico filius : eſſe non poteſt/niſi ad aliquid referatur.& cum eum nomino: ſubſtantiam dixi. ſi patrem appello: nulla ratione conſtat/niſi ad filium referatur. Igitur cauſa fuit Eneas vt eſſet Aſcanius: ſed nō eſt cauſa pater vt eſſet filius. pater namq; tūc fit/cum filius fuerit.nam ſi hęc tempore ipſo priora non ſunt/ cauſa autem cuiuſlibet rei prior eſt q̄ illa cuius cauſa eſt/oriatur: nulla dubitatio eſt/quin pater atq; filius (quia vtręq; prædicationes æquales ſunt tēpore) neutra neutri cauſa ſit.cum tamen ſubſtantiæ ipſę vt ſint: cauſa non ſit prædicationis.& nullo modo ſimile debet videri ei qđ pauloante dictum ē de homine: eſſe verum de eo ſermonem ſcilicet/ quoniam eſt. Illic enim cū res eſſet:tūc poterat eſſe verus de ea ſermo.prius enim eſt vt ſit aliquid:poſt vero vt de eo verum aliquid eſſe dicatur.nunc vero nō ita eſt vt prius aliquis ſit pater:poſt vero filius.mox enim vt pater eſt/filium eſſe neceſſe eſt:mox vt eſt filius/patris ſine dubio prædicatio cōſequitur. Quēadmodū ergo iſte modus ſit/qui ſcilicet ſimul ſecūdum naturā eſt:Ariſtoteles ita pronunciat. ¶Natura autem ſimul ſunt:quęcunq; conuertuntur quidem ſecundū quod eſt eſſe conſequentiam/ſed nequaq̄ alterum alteri cauſa eſt vt ſit.vt in duplo et dimidio.conuertūtur etenim hæc. nam cum duplum ſit:dimidium eſt.& cum dimidiū ſit:duplum eſt. ſed neutrū alteri cauſa eſt:vt ſit. ¶In ijs quę ita priora eſſe dicebantur/vt conuerterentur: quamuis ſecūdum eſſentiam eorum conſequentia eſſet/ tamen quia in his alia res alij cauſa atq; principium


dicimus Pythagoram Socrate/Socratem Ariſtotele: iccirco q̄ ſe temporibus antecedāt. Ergo prius alterum altero dicitur proprie ſecundum tempus, prioris autem quattuor fuere diſtātiæ: vt ipſe Ariſtoteles dicit/cum ait. Prius alterū altero dicitur quadrupliciter. Eaſq̄ ſigillatim breuiter enumerat: ad quas ipſe addidit quintam/ quę priſcis philoſophis eſſet incognita. Et quoniam de primo prioris modo dictum eſt: de ſecundo dicamus. ¶Secundo autem q̄ nō conuertitur ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam. vt vnū duobus prius eſt. duobus enim exiſtētibus/ mox vnum eſſe cōſequens eſt. vno vero exiſtente/ duo eſſe non neceſſarium eſt. quare non conuertitur ab vno conſequentia: vt reliquum ſit. prius autem illud eſſe videtur: a quo nō conuertitur eius quod eſt eſſe cōſequētia. ¶Secunda (inquit) ſignificatio prioris eſt: quę non tempore intelligitur/ſed natura. & hoc ait/ à quo non cōuertitur ſubſiſtendi cōſequentia. Nam ſi duę res ita ſint oppoſitæ/ vt ſi vna ſit neceſſe ſit eſſe aliam/ & ſi alia ſit nō neceſſe ē eſſe aliam: illa prior eſt qua poſita vt ſit/ non eſt aliā neceſſe eſſe. & hoc quidem vniuerſaliter dictum eſt. planius vero his fiet exemplis. Binarius enim numerus/ & vnitas: eam retinēt naturam. vt ſi quis duo eſſe proponat: vnum quoq̄ eſſe monſtrauerit. vnum enim in ipſis duobus concluditur: nec præter duas vnitates poterit eſſe binarius. quocirca ſi quis binarium numerū eſſe poſuerit: vnū quoq̄ eſſe conſequitur/ iccirco q̄ binarius vt ſit/ indiget vnitate. at vero ſi quis ponat eſſe vnitatē: nōdum neceſſe eſt eſſe binarium. ergo ab vnitate ſubſiſtendi conſequētia non conuertitur. poſita enim vnitate/ neceſſe nō fuit binarij numeri ſubſequi quātitatem: iccirco q̄ binario nō indiget vnitas/ ſicut indigens erat vnitate binarius. quare prior eſt vnitas binario. Qđ ſi ita eſt: & quicquid ita fuerit vt ab eo ſubſiſtendi conſequētia nō cōuertatur/ prius (Ariſtotele authore) probabitur. vt in eo quod eſt homo/ & animal. cū eni dico hominē/ mox dixi animal: at cū animal dixero/ nichil adhuc de homine dictum eſt. Omnis enim homo/ animal eſt: nō omne animal/ homo. ¶Tertio vero ſecundū ordinē quēdam prius dicitur: quēadmodū & in diſciplinis/ & in orationibus. nam in demōſtratiuis diſciplinis eſt prius & poſterius ordine. elementa enim in geometrica priora ſunt ordine iįs quę deſcribūtur. ſed & in grāmatica: elemēta ſyllabis priora ſūt. & in orationibus ſimiliter proœmium narratione prius ordine eſt. ¶Ponit tertiā prioris ſignificationem: vt in geometria/ priora ſunt (inquit) elementa deſcriptionibus. Elementa vero ait quos terminos appellamus: ideſt vbi quid punctum ſit/ quid linea/ quid figura prædicētur. His enim cognitis & fideliter animo apprehenſis: poſtea omnes geometrię deſcriptiones fiunt/ quę problemata & theoremata nuncupātur. ergo quoniam prius diſcūtur elementa/ poſt ad deſcriptiones eſt trāſitus: priora ſunt elemēta deſcriptionibus: ordine ſcilicet. quoniam vt deſcriptio poſſit intelligi/ prius elementa traduntur. & in grāmatica quoq̄ prius ſingulę traduntur litterę: q̄ quę ex his ſyllabę conīūguntur. quocirca ipſę quoq̄ ordine priores ſunt ſyllabis. Rhetores vero nō ſępe a narratione/ ſed ab exordio agere cauſas incipiūt: ideo q̄ exordia narrationibus priora ſunt ordine. quare tertius modus prioris iſte eſt: qui ſecūdum nexū cuiuſdam ordinis in qualibet arte eſt conſtitutus. ¶Amplius præter ea quę dicta ſunt: quod melius & honorabilius eſt prius natura eſſe videtur. cōſueuerūt etiā multi honorabiliores & magis dilectos a ſe: priores apud ſe dicere. Eſt quidem et pene alieniſſimus priorū hic modus. Modi igitur qui dicti ſunt de priore: fere hi ſunt. ¶Dicit prius videri/ qđ neq̄ ſecundum tempus aliquoties/ neq̄ ſecundū ſubſiſtendi conſequentiam/ nec ſecūdum ordinem ſit: ſed quodcūq̄ preciоſius fuerit/ prius eſſe videatur. vt ſol/ luna prior eſt. & anima/ corpore. & animus/ anima. Hoc vero tali argumento probat/ q̄ iį qui aliquos venerantur/ & honorabiliores exiſtimant: dicant eos eſſe priores. & iį qui in rebus publicis plurimum poſſunt: priores dicuntur ab iįs qui eos maxime venerantur. Sed vt ipſe ait: alieniſſimus modus ē a ſignificatione prioris hic quartus/ qui nūc eſt dictus modus. etenim de his melius dici poteſt/ vt dicantur venerabiles & honorabiles: vt vero priores dicantur/ abuſio potius q̄ vlla proprietas eſt. Quintus modus quem ipſe addidit huiuſmodi eſt. ¶Videtur autem præter eos qui dicti ſunt: alter eſſe prioris modus. Eorum enim quę conuertūtur ſecundum eſſentiæ conſequentiam/ quod alteri quomodolibet cauſa eſt: digne prius natura dici poſſit. quoniam vero quędam ſunt huiuſmodi: palam eſt. eſſe namq̄ hominem: ſecundū eſſentiæ conſequentiam ad veram de ſe conuertitur orationē. Nam ſi homo eſt: vera eſt oratio qua dicitur/ quia homo eſt. & ſi vera eſt oratio qua dicimus q̄ homo eſt: etiam conuertetur. Nā ſi vera eſt oratio qua dicimus q̄ homo eſt: eſt homo. Et vera quidem oratio: nequaq̄ cauſa eſt/ vt ſit res. verumtamen res quodam modo cauſa videtur: vt ſit vera oratio. eo enim q̄ res ē aut non eſt: vera oratio aut falſa dicitur. quare ſecundū quinq̄ modos: prius alterū altero dicatur. ¶Nouimus quaſdā res in prædicatione poſſe cōuerti. q̄ ſi vna earum quę conuertuntur/ alteri cauſa eſt/ & veluti naturalem ſubſiſtentiam ſubminiſtrat: illa naturaliter prius eſſe perhibetur. Ipſe autem aptiſſimo qđ propoſuit/ firmauit exemplo. Nam ſi eſt aliqua res: verum eſt de ea di-


Et aīa/ corpore. animū capit q̄ maſcula & virili parte mētis et vt ī ſe reſidet. aīam vero vt ſe corpori admiſcet aīat/ viuificatq̄ vt fęminea q̄dā & cōſortij terrenę molis amica.


Itus finxit ab itū itu/ vt ab auditū auditu/ auditus: ſignificatq; p porrectionē extēſionemq; q̄ motus dicūtur. quia ipſe ſpēs cōmuni appellatione ,, motus ,, appellā ,, tur. ,,

ſubſtantiam/ alia ſecundum quantitatem/ alia ſecundū qualitatem/ alia ſecundū locum. Et ſecundum ſubſtantiam quidem eſt generatio & corruptio. hęc enim vtraq; in ſubſtantia fiunt. Nam & ſecundum ſubſtantiam generatur aliquid: & ſecundum ſubſtantiā corrūpitur. Secundum quantitatem vero: vt crementū & diminutio. etenim ſecūdum quātitatē: vel aucta creuiſſe/ vel detracta diminuta eſſe dicūtur. Secundū qualitatem vero: quę dicitur cōmutatio/ ſecūdum aliquas ſcilicet paſſiones/ quas qualitates eſſe manifeſtū eſt. Secundum locū vero: vt itus in longitudinem/ vel in curuaturam flexus. & itus quidem in lōgitudinē: eſt vt a ſurſum in deorſum/ a prioribus retrorſum/ a dextera in ſiniſtram. & rurſus ſi hęc conuertas: i directum pergētes ijdem motus erunt. Illud quoq; verū eſt has eſſe omnes ſpecies motus. nullo namq; ſibi participant: niſi ſolo generis nomine/ q̄ motus dicuntur. nam neq; generatio idem eſt q̄ corruptio. namq; generatio eſt in ſubſtantia ingreſſus: corruptio vero ex ſubſtantia egreſſus. nec diminutio idem qđ crementū. nec ſecundū locum tranſlatio alicui ſuperiorum cōſimilis eſt. Cōmutatio autem: habet forte aliquā dubitationē/ q̄ non videatur a ſuperioribus diſcrepare. quā quęſtionem ita propoſuit. ¶ In alteratione vero habet quandam dubitationē: ne ſit forte neceſſarium id quod alteratur per aliquā reliquarum motionū alterari. hoc autem nō verum eſt. nā ſecūdum omnes pene paſſiones/ aut cōplures accidit nos alterari: nulla aliarū cōmunicāte motionum. nam neq; augeri neceſſarium eſt quod per paſſionē mouetur: neq; diminui. ſimiliter autem et in alijs. quare alia præter alios motus erit alteratio. nā ſi eſſet eadē: oporteret id qđ alteratur/ mox et augeri vel minui vel quandā aliarum motionū ſequi/ ſed nō neceſſe eſt. Similiter autem & qđ augetur/ aut alia aliqua mutatione mouetur: alterari oporteret. ¶ In cōmutatione vero eſt aliqua dubitatio: ne forte neceſſe ſit qđ cōmutatur ſecundum aliquem reliquorum motuum cōmutari. Nam ſi omne qđ cōmutatur/ aut generatur/ aut corrūpitur/ aut minuitur/ aut creſcit/ aut id ſecundum locū tranſferri neceſſe eſt: dubium nō eſt nichil ſuperioribus cæteris hanc differre ſpeciem/ quę ſecundū cōmutationem dicitur. hoc autē non eſt verū. Sed quoniam qđ cōmutatur non omnino neq; generatur/ neq; corrūpitur. vt qui in ſole diutius ſteterit/ ſi ex candido niger eſt factus: cōmutatus quidē ſecundum colorē dicitur/ nō tamen generatus eſt aut corruptus. nec vero illi aliqđ vel crementum factum eſt/ vel diminutio: ſed nec loci tranſlatio vlla eſt. poteſt enim aliquis vno eodēq; loco conſiſtens: aliquibus extrinſecus venientibus paſſionibus permutari. poteſt quoq; & creſcere & decreſcere: præter qualitatis cōmutationē. qđ ipſe Ariſtoteles ita pronunciat. ¶ Sed ſunt quędā quę augmentātur: quę nō alterantur. vt quadratum gnomone circūpoſito creuit quidē: alteratū vero nichil factum eſt. ſic & in alijs huiuſmodi. quare alij motus ſunt abinuicem. ¶ Qđ dicit/ tale eſt. Si quadrato (inquit) addatur gnomo: creſcit quidem quadratus/ non tamen cōmutatur. ideoq; ſublato gnomone quadratus diminuitur. ſed nō cōmutatur. Sit enim quadratus a b c d/ & ducatur ei angularis b c/ & diuidātur quattuor latera a c/ a b/ b d/ d c in ęqualia g/ e/ h/ f pūctis. & ducantur g h/ f e lineę. diuiſus igitur quadratus a d: in quattuor quadratos qui ſunt e g/ f g/ e h/ h f. quorumlibet tres qui circa eandem angularē ſunt ſi demātur: figura ipſa gnomo vocatur. vt ſi quis tollat hos tres e g/ g f/ f h: inuenitur m n gnomo/ qui m n gnomo ſeparatur ab e h quadrato. totus quidē a d quadratus imminutus eſt: qui ex tam magno factus eſt paruus/ non tamen formam tetragoni cōmutauit. Q̄z ſi e h tetragonus ſolus ſit/ & ei circūponatur gnomo/ qui eſt m n: creuit quidem tetragonus/ & maior factus eſt/ ſed nō cōmutatus eſt. omnes enim tetragoni: ſibi ſunt propria qualitate conſimiles. Q̄z ſi cōmutatio huiuſmodi eſſet vt non omnino a ſuperioribus ſepararetur: nulla eſſet dubitatio/ quin ſemper oporteret quicquid cōmutatur ſecundum aliquem priorum motuum modum cōmutari. ita vt aut naſceretur/ aut corrūperetur/ aut minueretur/ aut creſceret/ aut ſecundum locū fieret aliqua permutatio. qđ quoniam nō eſt: ab omnibus ſuperioribus motibus hęc motus ſpecies diſtat. ſed monſtratum ſuperius eſt quinq; ſuperiores motus ſpecies: a ſe omni ratione ſubſtantiæ diſcrepare. quocirca diſtant a ſe ſimiliter hi ſex motus atq; diuerſi ſunt.

Cōmutatio Alteratio.







eſt/ hoc erat q̄ vna prior eſſe videretur ea quidem cuius cauſa erat. qđ diſtat ab iſs quę cōuertuntur/ & ſe inuicem auferunt: quę cum neutra neutri cauſa ſit/ & tamen cōuertuntur/ digne ſimul naturaliter eſſe perhibentur. ¶ Dicuntur autē ſimul natura: & quę ex eodem genere ediuerſo ab inuicem diuiduntur. ediuerſo autem diuidi abinuicem dicuntur: quę ſecundū eādem ſunt diuiſionem. vt volatile/ greſſibile/ et aquatile. hęc enim ab inuicē ediuerſo diuiduntur: quę ex eodem genere ſunt. Animal namq; diuiditur in hęc: volatile/ greſſibile/ et aquatile. & nichil horum prius vel poſterius eſt: ſed ſimul hęc natura eſſe videntur. ¶ Tertium modum eorū quę ſimul ſunt hunc addidit: illa quoq; ſimul eſſe/ quę æquali diuiſione ſub genere ponātur. vt ſi ponat quis animal genus hominis & equi/ hominem vero & equum a genere/ ideſt ab animali diuidat: homo & equus quoniam ſub eodem genere ſunt/ ſimul eſſe natura dicuntur. Et cōueniens regula eſt in omnibus quibuſcūq; generibus. cum enim ſpecierum diuiſiones fiūt: illic ſpecies natura ſimul ſunt. & ſi ſub his ipſis ſpeciebus quędam alia ponantur: etiam ipſa ſimul natura eſſe dicuntur. Diuidatur enim genus/ ideſt animal in volatile atq; greſſibile: & quoniā ſūt ſub eodem genere/ ſimul natura ſunt. Et ſi quid horum in ſubiectas partes ſpecieſq; ſoluatur/ vt volatile quidem in iſs auibus quę ſeminibus veſcūtur/ et in iſs quę carnibus/ & in iſs quę herbis: eę tres ſpecies rurſus/ quę ſub volatili ſunt/ ſimul eſſe naturaliter appellantur. quod Ariſoteles ita dicit. ¶ Diuiditur autem & ſingulum horum in ſpecies rurſus: vt volatile animal/ aliud greſſibile/ aliud aquatile. Erunt ergo et illa ſimul natura: quęcunq; ex eodem genere ſecundum eandem ſunt diuiſionem. Genera vero ſpeciebus ſemper priora ſunt. neq; enim cōuertuntur ſecundum eius qđ eſt eſſe conſequentiam. vt cum quidem aquatile ſit: animal eſt. cum vero ſit animal: non neceſſe eſt vt aquatile ſit. ¶ Simul ergo natura dicuntur: quęcunq; quidē cōuertuntur ſecundum eius quod eſt eſſe conſequentiam/ ſed nequaq̄ alterum alteri vt ſit cauſa eſt/ & ea quę ex eodem genere ediuerſo diuiduntur abinuicem. & ſimpliciter ſimul ſunt: quorū generatio in eodem ē tempore. ¶ Atq; iccirco fieri nō poteſt vt genus habeat vnam ſpeciem. Nam ſi quęcunq; ſub genere ſunt ſimul ſunt / ſimul autem niſi plura eſſe nō poſſunt: genus igitur ſub ſe vnam ſpeciem habere nō poteſt. Si enim vna fuerit: fieri nō poteſt vt ſimul eſſe dicatur. quia illud eſt: q̄ ſub eodem genere res quędam ſolent/ quę ſimul ſint naturaliter/ inueniri. Sed hęc de ſpeciebus. Genera autem ſemper priora ſunt. non enim cōuertuntur ſecundū ſubſiſtentiæ conſequentiam. prioris vnus modus eſt ſecundum quem illa priora dicerētur: quęcūq; ab ſubſiſtendum nullo modo conuerterētur. qđ hoc idem in generibus cadit. genera enī / non conuertuntur ad ſubſiſtentiæ conſequentiam hoc modo. Sit enim animal genus: homo vero ſpecies. Cum vero dico hominem eſſe: animal quoq; eſſe conſequitur. ſi animal dixero: ad hominem ſubſiſtentiæ conſequentia non cōuertitur. poteſt enim eſſe animal: non tamen homo. quocirca ab animali ad hominem: nō conuertitur ſubſiſtentiæ conſequētia. q̄ ſi poſito homine animal conſtat/ animali vero nominato non eſt neceſſe hominem eſſe: animal eſt prius homine. Illa quoq; priorum deſcriptio eſt/ q̄ ea quę ſunt priora: ſublata quidem auferunt/ illata nō inferūt. Animal enim ſublatum/ ſecum quoq; hominem tollet: illatum vero vt dicatur eſſe animal non ſecū ſtatim hominem infert. Poſteriora vero ediuerſo ſunt. Illata enim ſimul inferūt: ſublata non auferūt. dictus quidem homo/ ſimul ſecum animal infert. omnis namq; homo: animal eſt. q̄ ſi homo ſubſtantialiter auferatur: non eſt neceſſe animal quoq; auferri/ q̄ hoc nomē animalis in pluribus ſpeciebus valet aptari. Q̄ ſi ita cōtingit: ſublato homine permanebit animal. Quocirca concludit tres eſſe ſpecies eorum quę ſimul ſunt: ſecundū tempus/ ſecundū naturam cum vtraq; ita cōuertūtur vt neutra neutri cauſa ſit/ tertium genus eſt ſecundū eandē ſub genere diuiſionem. ¶ Quoniam in faciēdo atq; patiendo inerat quidam motus/ facere autem & pati prædicamentis adiunxerat: iccirco nūc de motibus tractat/ & ſex numero eſſe pronunciat.

¶ DE SPECIEBVS MOTVS. Cap. XIII.

Motus autem ſpecies ſunt ſex: generatio/ corruptio/ augmentū/ diminutio/ alteratio/ ſecundum locum mutatio. Aliſ itaq; motus palam eſt quia abinuicem diuerſi ſunt. non enī eſt generatio corruptio/ neq; augmentū/ diminutio/ neq; ſecundum locum mutatio. ſimiliter autē & aliſ. ¶ In phyſicis Ariſtoteles motus ſpecies alia ratione partitus eſt. Ait enim aliud eſſe permutationem: aliud motum. & permutationis quidē duas eſſe ſpecies ait/ generationem/ & corruptionem: motus vero tres/ ſecundum quantitatem/ ſecundū qualitatem/ ſecūdum locū. igitur quoniam hic liber ad introductionem factus eſt quodā modo: noluit nimis diuiſionis attenuare rationem/ ne ingredientium animos ſubtiliori diuiſione confunderet. Facit igitur diuiſionem motus hoc modo. eſt enim vna ſpecies motus ſecundum

Regula.

Primo & ſecundo capitulo quinti.

habere ſignificamus: q̃ q̃ cohabitant. Forte tamen & aliȷ quidam/ eius quod eſt habere appa-
rebunt modi. ſed qui dici conſueuerunt/ pene omnes enumerati ſunt. ¶Categoriarum/ prę-
dicamentorumq; Ariſtotelis finis. ¶Aequiuocum eſſe/ habendi modum manifeſtum eſt. Ha-
Modi habe re ſeptena rio claudũ tur. bere enim ita multis dicitur modis: vt tamẽ ęquiuoce prædicetur. dicimur enim habere aliquã qualitatem: vt habitum vel diſpoſitionem. dicimur quoq; habere ſcientiam vel virtutem. Quã-
titatem quoq; habere perhibemur. dicimur enim menſura habere quinq; vel quattuor pedes.
Necnon etiam in ipſis partibus corporis aliquid: & ipſas partes habere prædicamur. dicimur
enim & habere digitos & in digito anulos. Circa corpus quoq; aliquid habere dicimur: vt tuni
cam/ vel quodlibet aliud veſtimentũ. Necnon etiam in vaſe haberi aliquid dicitur: vt triticũ in
modio/ & vinum in dolio. hęc ſcilicet ita haberi dicuntur/ vt in vaſe. Dicitur etiam quis habere
vxorem. quę ſcilicet ſignificatio nulli ſupradictæ cõmunis eſt: ſed (vt ipſi Ariſtoteli videtur) lõ
ge diuerſa eſt hęc ſignificatio ab habendi prædicamento. non enim proprie habemus vxores:
ſed qđ habere quis dicitur vxorem/ hoc ſignificat habitare cum eo vxorem. habere enim/ habi
tare dicimus. vt eſt exemplum Socratis. habẽt/ ideſt habitant atq; colũt. Quare ipſe quoq; Ari
ſtoteles (inquit) eſſe aliquos fortaſſe/ pręter eos qui dicantur/ habendi modos. hortatur quoq;
nos ad vlteriorem aliquã inquiſitionem: vt nos quoq; quęram⁹ per quos/ præter priores dictos
modos/ alios poſſit habere prædicari. Et de hac ęquiuocatione quidem habendi ſufficienter di-
Dubiȷ ſolu tio. ctum eſt. ¶Sed forte quis dubitet/ cur cum habere ſuperius in genere nominauerit/ nũc idip-
ſum ęquiuocum ponat. ſed hęc quęſtio ita ſoluitur. Non abſurdum eſt idem prędicamentũ/ nũc
vniuoce nũc ęquiuoce prædicari. vniuoce: vt ſuperius quidem eiuſdem ſpecierũ exempla pro-
poſuit. vt eſt calciatum eſſe vel armatum. horũ enim talium genus eſt. æquiuoce vero: vt in iis
modis quos ſuperius expoſuimus. Q̃z ſi & habet aliquas proprias ſpecies habendi prædicatio
(dicitur autem & ipſum nomẽ multipliciter) nichil eſt incongruũ in genere numerari. ſufficit
enim ad demonſtrandum genus eſſe & habendi prædicationem: q̃ ſub ſe aliquas partes/ ſpe-
cieſq; contineat.

¶LIBRI SECVNDI COMMENTARIORVM
BOE. IN PRAEDICAMENTA ARI-
STOTELIS FINIS.

¶EIVSDEM BOETII LIBRI περι ερμηνειας ARISTOTELIS TRADVCTIO:
ET IN EANDEM COMMENTARIORVM AEDITIO PRIMA.



MAGNA quidem libri huius apud Peripateticam ſe-
ctam probatur authoritas. hic nãq; Ariſtoteles ſim-
plicium propoſitionũ naturam diligẽter examinat:
ſed eius ſeries ſcropuloſa impeditur ſemita/ & ſubti-
libus pręſſa ſententijs/ aditum intelligentiæ facilem
non relinquit. Quocirca nos libri huius enodationẽ
duplici cõmentatione ſuppleuimus: & quantũ ſim-
plices quidem intellectus ſententiarum oratio bre-
uis obſcuraq; cõplectitur/ tantum hac operis huius
tractatione digeſſimus. quod vero alterius acumen
conſiderationis expoſcit: ſecũdæ ſeries ęditionis ex-
pediet. nunc a me tantũ lector expectet: vt pedeten-
tim minutatimq; ſecũdum orationis ordinẽ textũq;
ſermonis/ id qđ anguſtia breuitatis latet/ intelligat.
Et prius quę ſit huius operis intẽtio: breuiter demõ-
ſtrandum eſt. Inſcribitur etenim gręce liber περι
Interpræta tionis diffi nitio. ερμηνειας: quod latine de interpretatione ſignifi-
cat. quid ergo ſit interpretatio: paucis abſoluã. ¶Interpretatio ẽ vox ſignificatiua per ſeipſam
aliquid ſignificans. Siue enim nomen ſit qđ per ſe ſignificat/ vt eſt homo/ ſiue verbũ vt eſt cur-
ro/ ſiue qđ grãmatici participium vocant/ ſiue pronomẽ eſt. ſiue ex his iuncta oratio/ vt eſt/ ho-
mo currit/ ſiue quolibet alio modo vel nomen vel verbum vel ex his oratio iũcta/ per ſe aliquid
ſignificat: interpretatio nominatur. Quare cum ſint quędam in orationis partibus quę per ſe
nichil ſignificant/ alijs tamen iunctę deſignent/ vt ſunt coniunctiones/ vel prępoſitiones: hęc
interpretationes eſſe nõ dicimus. Interpretatio enim ſiue ſimplex eſt/ vt nomen & verbum ſi-
ue compoſita vt ex his iuncta copulataq; oratio: vel per ſeipſum ſignificare debet ſi ſimplex eſt/
vel ex ijs quę per ſe ſignificant iuncta eſſe/ ſi compoſita eſt. quare interpretatio eſt vox aliquid

¶Eſt autem ſimpliciter motui quidē: quies cōtrarium. iis vero quę per ſingula ſunt: et ſinguſa. generationi quidem corruptio/ augmentato vero diminutio: ſecundum locum mutationi/ ſecundum locum quies maxime videtur oppoſitum eſſe/ & forte in contrarium loci mutatio. vt ei quę inferius eſt: ea quę ſuperius eſt. & ei quæ ſuperius eſt: ea quę inferius eſt. ¶Nunc iam motuum contrarietates exequitur: et ipſi quidem generi/ ideſt motui dicit quietem eſſe cōtrariam. habet enim motus quietem contrariā. ſingulis vero ſpeciebus motuū motus ipſi cōtrarij ſunt: vt generationi corruptio. & cum generatio ſit motus atq; corruptio: vtraq; tamen ſibimet contraria ſunt. cremento quoq; diminutio cōtraria eſt. Quare diuerſo modo hę ſpecies motus contrarietatem habent: q̄ genus dudum habere mōſtrauimus. Motus enim ipſe/ habet quietem cōtrariam: ſpecierū vero motibus non quies/ ſed alij motus contrarij ſunt. vt generationi corruptio/ & cremento diminutio. ſecundum vero locū tranſlationis contrarietas/ ſimul eſt generis. Nam & ipſa habet contrariam ſecundū locum quietē. cōtrarium nāq; eſt: moueri de loco in locum/ & non moueri. & eſt nō moueri quidem ſecundū locum/ quies: moueri vero ſecundum locum/ tranſlatio. Maxime autem (inquit) ſecundū locum mutationi: cōtraria eſt in contrarium locum permutatio. vt ſi qua res ſurſum ſit/ atq; ibi maneat/ & ſit quieta/ poſtea ſit ei motus talis/ vt deorſum moueatur/ q̄q̄ ipſi ſuperiori motui quies contraria eſt: multo magis quidē huiuſmodi motus qui in contrariū fit locum illi ſuperiori motui cōtrarius eſt. atq; hoc quidem: & in alijs motibus accidit. vt ſi quis ſit ad dexteram/ ſi ei in ſiniſtrā motus ſit: in contrarium locū factus dicitur motus. atq; hoc idem ī alijs motibus licet videre. Sed Ariſtoteles dubitat ſi reliquo motui/ ideſt cōmutationi aliquid poſſit eſſe contrarium: quā quęſtionē ita proponit. ¶Reliquo vero aſſignatorum motuum: nō facile eſt aſſignare quid forte eſt contrarium. videtur autē nichil eſſe ei contrarium: niſi quis & in hoc ſecundū qualitatem quietē opponat/ aut in contrariū qualitatis/ mutationem. ſicut & in mutatione ſecundū locū: quietem ſecundū locum/ aut in cōtrarium locū mutationem. eſt enim et alteratio mutatio ſecundū qualitatem. ¶Ex ſimilitudine motuum contrarietates quoq; colligimus. Nam quoniam ſuperius motui ſecundum locū/ cōtrariam reperit ſecundū locum quietem/ & quoniam omnis cōmutatio quę ſecundū aliquā paſſionem fit/ ſecundum qualitatem cōmutatur: motus eius contrarietatē poſuit ſecundum qualitatem quietē. vt ſi lapis cum frigidus eſt/ ita permaneat: qualitas illa manſit/ & quieuit. ꝙ ſi tepeat: qualitas illa cōmutata eſt/ & eſt ipſa cōmutatio contraria/ & factus eſt quidem motus/ ſed in tepore lapidis ſecundum qualitatē facta eſt permutatio. fuit autem in frigore quies ſecūdum eandē qualitatem. Quocirca licet videatur hic motus quidem omnino contrariū non habere: attamen ſicut ſuperius dictum eſt ſecundum locū tranſlationi contrariā eſſe ſecundū locum quietem/ cur non quoq; ſecundū qualitatē cōmutationi dicatur quies ſecundū qualitatem eſſe contraria/ definitio namq; cōmutationis eſt trāſlatio ſecundū qualitatem. Cū enim qualitas cuiuſlibet rei mouetur: fit tranſlatio ſcilicet ſecundum qualitatē. qđ ſi maxime videatur ſecundum locū tranſlationi/ eſſe contraria non ſolū ſecundū locum quies/ ſed etiam in contrariū locum tranſlatio: ſecundū qualitatē quoq; mutationi/ non ſolū erit contraria ſecundum qualitatem quies/ ſed maxime in contrariā qualitatem cōmutatio. vt ſi quid cū eſt albū/ ſi rubrū fiat: quieti quidem ei quę in albo colore poterat permanere/ contraria fuit qualitatis ipſa mutatio/ vt ex albo in rubrum mutaretur. ſi quid enim ex albo vertatur ī nigrum: illud maxime permutatur. & illud ſuperiori mutationi contrariū eſt/ quoniam permutatum eſt in contrariam qualitatem. atq; hoc eſt qđ ait. ¶Quapropter opponitur mutationi ſecundum qualitatem: quies ſecundum qualitatem/ aut in contrariū qualitatis mutatio. vt album fieri ad id quod nigrum eſt fieri. alteratur enim: in cōtraria qualitatis/ mutatione facta. ¶Id quoq; apertiſſimum vulgatur exemplo. Quare quoniam de motibus expeditum eſt: habendi ęquiuocationem quę ſequitur/ explicemus.

¶DE MODIS HABERE. Cap. XIIII.

Abere ſecundum plures modos dicitur. Aut enim vt ſecundum habitum & diſpoſitionem/ aut aliam aliquam qualitatē. dicimur enī diſciplinam aliquā atq; virtutem habere. ¶Aut vt quantitatem: ꝙ ei qui magnitudinem habet/ cōtingit. dicitur enim tricubitam habere magnitudinem/ vel quadricubitam. ¶Aut ea quę circa corpus ſunt. vt veſtimentum vel tunicam: aut vt in parte/ vt in manu anulum. ¶Aut vt partem vt pedem/ vel manū. ¶Aut vt in vaſe/ vt modius grana tritici. aut lagena vinum. vinū enim habere lagena dicitur: & modius grana tritici. hęc enim omnia habere dicuntur: vt in vaſe. ¶Aut vt poſſeſſionē. Habere enim domum & agrum dicimus. ¶Dicitur etiam et vir vxorem habere: & vxor virū. Sed qui nunc dictus eſt modus: alieniſſimus eſt eius quod eſt habere, nichil enim aliud vxorē

& negatio ſpecies enunciationis ſint, & hęc earum genus: ſecunda ęditione monſtrandum eſt.

» ¶Sunt ergo ea quę ſunt ī voce/ earum quę ſunt in anima paſſionum notę: & ea quę ſcribūtur/
» eorum quę ſunt in voce. ¶Et quēadmodum nec litterę omnibus eędem: ſic nec eędem voces.
» Quarum autem hę primum notę ſunt/ eędem omnibus paſſiones animæ ſunt: et quarum hę ſi-
» militudines/res etiam eędem. De his vero dictum eſt in ijs qui ſunt de anima, alterius enim eſt
» negocij. ¶Quoniam nomen & verbum in definitionibus ſuis ſignificatiua paulo poſt propoſi-
Primæ poſitionis explanatio. turus eſt: primum explicat quorum ſint ſignificatiua/ quęcunq; ſignificant/ ideſt quę deſignant ipſum nomen & verbum. Tota autē ratio ſenſus huiuſmodi eſt. Tria ſunt ex quibus omnis collocutio diſputatioq; perficitur: res/ intellectus/ voces. Res ſūt: quas animi ratione percipimus/ intellectuq; diſcernimus. Intellectus vero: quibus res ipſas addiſcimus. Voces: quibus id qđ intellectu capimus/ ſignificamus. Prętер hęc autem tria: eſt aliud quoddam/ qđ ſignificat voces, eę ſunt litteræ, harum enim ſcriptio: vocū ſignificatio eſt. cum igitur hęc ſint quattuor: res/ intellectus/ vox/ littera: rem corripit intellectus/ intellectum vero voces deſignant/ ipſas vero voces litteræ ſignificant. Intellectus vero: animę quædam paſſio eſt. Niſi enim quandam ſimilitudinē
In aię ratione/ ideſt intellectu qui et ratio appellatur. rei quā quis intelligit in animę ratione patiatur: nullus eſt intellectus. Cum enim video orbem/ vel quadratum: figuram eius mēte concipio/ & eius michi ſimilitudo in animę ratione formatur patiturq; anima rei intellectę ſimilitudinē. vnde fit vt intellectus: & ſimilitudo ſit rei, & animę paſſio. Horum autem rurſus quattuor: duę ſunt naturales/ duę ſecūdum hominum poſitionem. Voces namq; & litteræ/ ſecūdum hominum poſitionem ſunt: intellectus autem & res/ naturaliter. Hoc illo approbatur: q; apud diuerſas gentes diuerſis vocibus vtuntur & litteris. iccir co quoniam ipſi ſibi voces/ quibus vterentur: & litteras quibus ſcriberent/ compoſuerunt. Intellectus autē & res nullus poſuit: ſed naturaliter ſunt. neq; enim qđ apud Rhomanos eſt equus/ apud barbaros ceruus: ſed apud diuerſas gētes eadem rerum natura eſt. præterea neq; qđ nos intelligimus eſſe equum/ canem barbari putant: ſed eadem apud diuerſiſſimas gentes ſubſtantiarum/ intellectuumq; ratio eſt cōſtituta. Quare duæ harum/ ſunt ſecundum hominū poſitionem/ ideſt voces & litterę: duę ſecundum naturam/ res & intellectus. Nunc ergo hoc dicit/ quo-
Significāt/ indicant. niam voces quidem ſignificant intellectum: ipſas etiam voces litteræ ſignificant. Sunt autem intellectus: animę paſſiones. & voces quidem & litteræ naturales nō ſunt. quēadmodum enim vox nō eadem apud omnes: ita nec litteræ. ſed intellectus & res eadem apud omnes quaſlibet diuerſiſſimas gentes inuenies. atq; hoc eſt qđ ait. Sunt ergo ea quę ſunt in voce: earum quę ſūt in anima paſſionum/ notæ. Item ipſę (inquit) voces: intellectus qui ſunt animæ paſſiones/ ſignificant/ eorumq; ſunt ſignificatiuę. ergo ea quę ſunt in voce: ſignificant illas/ & earum ſunt notę quę ſunt animæ paſſiones. animę autem paſſiones: intellectus ſunt. igitur ea quę ſunt in voce: intellectuum qui ſunt animę paſſiones/ notę ſunt/ eoſq; ſignificāt. quoniam his/ ideſt vocibus: omnis ſignificatur intelligentia mentiſq; conceptio. At vero qđ addidit/ & ea quę ſcribūtur eorum quę ſunt in voce: tantūdem valet/ quātum ſi diceret. Notę ſunt litteræ quę ſcribuntur: verborum & nominum quę ſunt in voce, mōſtrauit igitur voces intellectuum eſſe ſignificatiuas/ &
Secunda poſitio. litteras vocum: nunc de eorum natura pertractat dicēs. ¶Et quēadmodum nec litteræ omnibus eędem: ſic nec eędem voces. hoc ad mōſtrandum valet voces & litteras poſitione cōſtitui/ non natura. Etenim diuerſę apud diuerſos ſunt voces & litteræ/ & quemadmodū litteræ eędē apud omnes homines nō inueniuntur: ita quoq; nec voces. quare hę ſecūdum poſitionē ſunt: qđ ipſe reticuit velut planum. manifeſtum enim eſt: qđ per gētes ſingulas permutatur/ hoc nō natura conſtitutum eſſe/ ſed poſitione. Qđ vero addidit/ quarum autem hę primum notę ſunt/ eędem omnibus paſſiones animę ſunt/ & quarum hę ſimilitudines/ res etiā eędem: ad hoc pertinet vt naturales eſſe res intellectuſq; declaret. ijdem namq; (vt dictum eſt) intellectus: paſſiones quidem animę ſunt/ rerum vero ſimilitudines. Ergo nūc hoc dicit. quārum hę/ ideſt voces de quibus ſupra dixerat notę ſunt: eędem ſunt animæ paſſiones. & vt nec litteræ ſunt eędem: ſic nec eędem voces. Quarum ergo hę voces ſignificatiuę ſunt/ ideſt paſſionum animæ: hę ſunt apud omnes eędem. Significant autem voces illa quę ſunt in intellectibus. Intellectus igitur animæ paſſio eſt apud oēs homines nō diuerſa. Ergo naturalis apud oēs hoies eſt animi cōceptio/ atq; animæ paſſio: quarum ſunt notę ea quę verſantur in vocibus. Docet autē & res quarum ſunt ſimilitudines/ intellectus & animæ paſſiones: eſſe nō poſitione ſed naturaliter conſtitutas. Iccirco q; hę res quarum ſimilitudines ſunt intellectus/ qui intellectus animæ paſſiones ſunt: apud omnes eędem ſunt. hoc eſt enim qđ ait. & quarū hę ſimilitudines ſcilicet animę paſſiones/ quę ſunt ſimilitudines rerum: res etiam eędem. ac ſi diceret. Quarum intellectus ſunt ſimilitudines/ qui intellectus animę paſſiones ſunt/ ideſt rerum: apud omnes eędem ſunt. quod autem ita poſuit/ quarum autem hę primum notę: hoc ſentit. De vocibus enim dicit/ quoniam

per ſeipſam ſignificans. Sed quoniam verba nominaq; interpretationes ſunt: oratio quoq; omnis quę ex ſignificantibus per ſe prædicamentis iungitur/interpretatio nuncupatur. Sunt autē plurimę interpretationes/inter quas illa quoq; eſt oratio/ in qua verū falſumue inueniri poteſt: ideſt enunciatiua/de qua hoc libro tractandum eſt. iccirco igitur Ariſtoteles de cōmuni nomine & continenti/ libro titulum inſcripſit. interpretatio namq; eſt nomen & verbum. Interpretatio etiam eſt huiuſmodi oratio/ omnis homo animal eſt: ſed ī hac verum falſumq; auditor intelligit. hęc enim oratio quę dicit omnis homo animal eſt: vera vel falſa ē. Interpretatio quoq; ē etiam huiuſmodi oratio/ da michi codicem: in qua verum falſumq; nullus inueniat. etenim/ da michi codicem: neq; verum eſſe poterit/ neq; falſum. Quocirca quoniā de ijs ſolis orationibus/ in quibus verum falſumq; reperitur/ quas enunciationes & propoſitiones vocamus/ quę interpretationes ſunt diſputaturus eſt/ quoniamq; illi de nominibus verbiſq; dicendū eſt/ quid ſint/ quāue vim in ſignificatione retineāt: recte librū de interpretatione ſignauit. ¶Nec hoc nos turbet: q; ſunt quędam interpretationes de quibus in hoc libro nō tractet. tanq; enim ſi quis de homine diſputās titulum operis de animali poſuiſſet: quāq; nō de omni animali/ tamen quoniam de aliquo diſputaturus eſſet / recte de animali libro nomen imponeret. ita licet nō de omni interpretatione pertractet/ tamen quoniam de vna quę eſt enūciatio/ & de nominibus & verbis/ quę interpretationes ſimplices ſunt/ dicendum erat: de cōmuni & generali/ vocabulum libri de interpretatione impoſuit. ¶Eſt autē intentio libri huius: de ſimplici enunciatiua oratione diſſerere. Simplex enim enunciatiua oratio eſt/ in qua cum verū falſumue ſit: illud tamē eſt/ vt ſine cōiunctione totus orationis ordo proponatur. vt eſt: homo eſt/ homo eſt animal/ homo currit/ homo pauidus currit. hę eni propoſitiones ſine cōiunctione propoſitę ſunt. Et hę dicūtur p̄dicatiuę/ quę cū nomine & verbo. illę vero quę ſunt huiuſmodi/ ſi ſol ſuper terram eſt/ dies eſt: duplices atq; hypotheticę/ necnon etiam conditionales vocātur. ponitur eni ſi hoc ſit/ hoc eſſe: ideſt ſi ſol eſt/ eſſe diem. quare hę ſimplices nō ſunt. ſi ſol eſt enim/ & dies eſt: duę propoſitiones ſunt/ quas vna cōiūctio quę eſt ſi/ copulat atq; cōponit. ſed de his nullus hoc libro tractatus habebitur. Quare quoniam de ſimplicibus enūciatiuis orationibus tractatum eſt/ ideſt de ſimplici affirmatione & ſimplici negatione/ quoniamq; affirmationes & negationes verbis ac nominibus coniungūtur (vt in ea quę eſt homo currit/ affirmatione: homo nomen eſt/ currit verbum. et rurſum/ homo non currit negatio: eodem nomine verboq; coniūgitur) recte prius de ſimplici affirmatione & de ſimplici negatione/ omninoq; de enunciatione ſimplici diſputaturus eſt. Quoniam omnis enunciatio ſimplex verbis nominibuſq; cōiungitur: primā diſputationem de nominibus & verbis cōſtituit. his enim prius ad ſcientiā venientibus: tota facillime natura orationis aperitur. De quibus autē et in toto dicendum eſt libro: inchoans ipſe ſic proponit.

Cauilli excluſio.

Intētio huius libri.

¶DE SIGNIS. Cap. I.

PRimum oportet conſtituere quid ſit nomen/ & quid verbum/ poſtea quid eſt negatio & affirmatio/ & enunciatio/ & oratio. ¶In principio (inquit) huius ſermonis qui de enūciatione inſtituitur: cōſtituere/ ideſt definire oportet/ quid nomen ſit/ quid verbum. hęc enim (vt dictum eſt) omnem cōiungere orationē valent. quę oratio genus eſt aliarum orationū. ¶Sunt enim principales quinq; orationum differentiæ. Eſt autem prima oratio depręcatiua. vt Iuppiter omnipotens pręcibus ſi flecteris vltis. ſecūda imperatiua: vt ſuggere tela michi. tertia iterrogatiua: vt quo te Meripedes. quarta vocatiua: vt huc ades o Melibee. quinta enunciatiua: in qua verum ineſſe falſumq; perſpicitur. Huius autē duę ſunt ſpecies: vna affirmatio/ altera negatio. Affirmatio eſt: vt homo animal eſt. Negatio: vt homo/ animal non eſt. ergo orationem verba nominaq; conſtituūt. Enunciationis autem oratio genus eſt: enunciatio vero affirmationis & negationis. Quare elementa quędam ſunt quę coniungunt orationem/ verba & nomina/ & de his diſputat primum: dehinc propoſitionis duas vltimas ſpecies ſumit/ & dicit ſe de affirmatione & negatione dicturum. poſt has/ harum genus proponit/ ideſt enunciationem: vltimum vero/ quod horū maximum eſt/ orationem. Eſt vero quodā modo cōuerſus ordo ab ſpeciebus vſq; dū ad earū genera prima peruenias. proponēdo eni ab affirmatione & negatione: ad enunciationem qđ eſt genus/ aſcenſum eſt. ab enūciatione ad enunciationis genus/ qđ eſt oratio/ propoſitionem operis leuauit: diuerſo tamen modo de cūctis diſputat. prius enim de oratione: poſt de enunciatione. deinde de affirmatione: poſtremo de diffinitione negationis ediſſerit conuerſo ſcilicet ordine. ſed hoc poſterius liquebit. Q; autem prius negationem poſtea propoſuit affirmationem: nichil intereſt cum omnes ſpecies ęquę ſibimet ſint/ & vni generi ęqualiter ſupponātur. quocirca ſi affirmatio & negatio enūciationis ſpecies ſunt: rectum eſt quamlibet earum prius indiſcrete proponere. quemadmodum autem affirmatio

Quiq; orationū differentiæ.

Genera prima/ ideſt huic diſciplinæ accōmodata ſūma.

ni iūcta eſt: et viuit idē ſignificat/ qđ viuēs eſt) nulla veritas nec falſitas valet intelligi. hoc autē
» cōuenientiſſimo mōſtrat exēplo. ¶ Signū autē huius eſt. hircoceruꝰ enim aliquid ſignificat: ſed
» nondū verū aliquid/ vel falſum ſi nō vel eſſe vel nō eſſe addatur/ vel ſimpliciter/ vel ſecūdū tēpꝰ.
¶ Magnā vim habet exempli huius ſubtilitas. nō enim ſola illa nomina vel verba a falſitate ac
mēdacio ſeparata ſunt/ q̄cūq; ſimplicia ſunt: ſed etiā illa quęcūq; ſunt cōpoſita/ ſi ſint ſimplici-
ter dicta. Hircoceruus enim cōpoſitū nomē eſt/ ſignificās hircū et ceruū. ſed niſi ei aut eſſe aut
nō eſſe addatur/ vt dicamꝰ hircoceruꝰ eſt/ vel hircoceruus nō eſt: nullꝰ inde veri falſiue intellectꝰ
poterit prouenire. Ipſū enim quāq; eſt cōpoſitū: tamē ſimpliciter dictū/ veritati vel falſitati proxi
mū nō eſt. ſi quis enī dicat tātum hircoceruꝰ: nichil enūciat. q̄ ſi nichil enūciat: p̄ter veritatem
falſitatēq; quoddā cōpoſitum deſignās nomē/ auditor intelligit. Qđ vero ait vel ſimpliciter vel
ſecūdū tēpus: ad hoc valet/ ne putaremus tunc fieri ſolū de nomine enūciationē/ cū ei præſens
tēpꝰ/ adijcitur. vt cū dicimus hircoceruus eſt/ vel hircoceruus nō eſt: in his iā veritas eſt aut fal-
ſitas. ſed nō ſolū ſi pręſens tēpus deſignet propoſitio: ſed etiā ſi p̄teritū (vt ſi quis dicat/ hircocer-
uus fuit) vel futurū (vt ſi quis dicat hircoceruꝰ erit) enūciationē facit. ergo id eſt qđ ait/ vel ſimpli
citer/ vel ſecūdū tēpꝰ. huiuſmodi enim eſt. Simpliciter facta enūciatio ſecūdū p̄ſens eſt. etenim
qđ præſens dicimus: tēpus nō eſt/ ſed cōfinīū tēporū. tēpus enim eſt: futurū/ aut p̄teritū. ergo nō
poteſt/ in eo qđ eſt hircoceruus veritas aut falſitas inueniri; niſi ei aut eſſe/ aut nō eſſe addatur/
vel p̄ſēs ſignificās qđ eſt ſimpliciter/ vel tēpus qđ eſt p̄teritū aut futurū. Si quis enī ſic dicat/ hir-
coceruus eſt: ſimpliciter dixit/ id eſt ſecundū p̄ſens. ſi quis autē hircoceruꝰ erit vel fuit: ſecundū
tēpus futurū ſcilicet et p̄teritū. hęc igitur q̄ erāt vtilia pręlocutus: ad definitionē nominis diſpu-
tationis curſum intendit. ¶ DE NOMINE. Cap. II.

» NOmen igitur eſt vox ſignificatiua ſecūdū placitū ſine tēpore: cuius nulla pars
» ſignificatiua eſt ſeparata. ¶ Omnis definitio genere et differentiis perficitur.
ſūpſit ergo ad definitionē vocē/ nominis genus: cętera vero q̄ executus eſt/ pro
differētiis aggregauit. Eſt autem huius termini talis expoſitio: nomē eſt inquit
vox. ſed vocū aliæ ſunt q̄ ſignificāt: alię quę nichil ſignificāt. nomē autē ſignifi-
cat: id cuius nomē eſt. Nomē igitur eſt vox ſignificatiua. Vocū ſignificatiuarū:
alię ſunt naturaliter/ alię nō naturaliter. Naturaliter eſt vox ſignificatiua: vt ea
quę dolores naturaliter mōſtrat/ aut gaudia, nō naturaliter vero ſignificatiuæ
voces ſunt: quas ſecūdū poſitionē eſſe dicimꝰ. Secūdū poſitionē vero ſūt: quas ſibiipſi homines
poſuerunt. vt cū dixit aliquis primꝰ qui rebus nomina cōdidit: hæc ſubſtātia dicatur aurū/ hæc
lapis/ hęc aqua/ et alia ſimilia. tales igitur voces ſecūdū poſitionē ſunt hominū. et ita ſecundum
poſitionē: quēadmodū ipſis hominibus placuit/ a quibus nomina ipſa formata ſunt. huiuſmodi
ergo voces q̄ ſecundū poſitionē ſunt: ſecūdū ponētiū placitū ſunt. Sed nomē non naturaliter ſi-
gnificat. apud diuerſas enim gentes: diuerſa ſunt nomina. quę autē apud diuerſos diuerſa ſunt:
ea nō ſunt naturaliter/ ſed ſecundū placitum eorū qui poſuerunt/ poſitionemq; ponētium. alio-
quī ſi naturaliter eſſent/ quēadmodū ea quæ dulcia ſunt apud Rhomanos/ nō eadem ſunt apud
Scythas amara nec acida/ ſed apud ipſos quoq; ſunt dulcia/ et apud omnes gētes ſunt eodē mo
do: ita quoq; omnia nomina ſi naturaliter eſſent/ eiſdem omnes homines vterētur. Quare quo-
niā nomina naturaliter nō ſunt/ nec naturaliter ſignificāt: ſecūdū placitū ſunt ſcilicet ponētium
atq; authorū/ & a quibus nomina ipſa rebꝰ impreſſa ſunt. Eſt ergo nomē vox ſignificatiua ſecū-
dum placitū. Secūdū placitū autē poſitionemq; ſignificātium vocū: alię tēpus ſecum ad ſignifi-
cationē trahūt/ aliæ præter tēpus prędicātur. Tēpus ſecum trahunt: vt eſt curro & lego/ vel cu-
curri vel legi/ et quęcūq; ſunt verba. omne enim verbum cū tempore eſt: nomina vero ſine tem
pore ſūt. Cū enim dico Socrates/ vel Plato/ vel albedo/ vel aliquid huiuſmodi: temporibus ca-
rent. Nomē ergo vox eſt ſignificatiua ſecundū placitum ſine tēpore. Vocum ſignificatiuarū ſine
tempore ſecundū placitum: aliæ ſūt quarū partes aliquid extra ſignificāt/ alię quarū partes extra
nichil deſignāt. Hęc namq; vox/ quę eſt Socrates cū Platone aliiſq; diſcipulis quę eſt oratio: et
ſignificatiua eſt/ et ſecūdū placitū. partes namq; ipſius quę ſunt nomina: ſecundū placitū ſunt/
et ſine tēpore. nulla nāq; in ea nec imaginatio quidē tēporis inuenitur. ſed habet hoc q̄ partes
eiꝰ extra ſignificāt. tota namq; oratio eſt/ Socrates cum Platone aliiſq; diſcipulis: ſed eius pars
Socrates/ ſi a tota oratione diſiuncta ſit/ ſignificat aliquid. nominis autē pars nichil extra ſignifi-
cat. ipſius enī nominis qđ eſt Socrates/ quod diſiūctum a tota cōnexione ſignificat aliquid: par-
tes nichil extra deſignant. Neq; enim So/ neq; cra/ neq; tes/ neq; aliquid præter totum nomen:
extra deſignat. Quare rectiſſime diffinitio cōſtituta eſt: nomē eſſe vocem ſecūdum placitū/ deſi-
gnatiuam ſine tempore/ cuius partes nichil extra ſignificant. hoc autē propoſitis docet exēplis.
» ¶ In nomine enim qđ eſt equiferus: ferus nichil per ſe ſignificat/ quēadmodū in oratione quæ

quarũ voces primũ notæ ſũt: apud omnes eędẽ ſunt animæ paſſiones. Vox enim etiã intellectũ rei ſignificat et ipſam rẽ. Vt cũ dico lapis/ intellectũ lapidis et ipſum lapidẽ id eſt ipſam ſubſtãtiã deſignat. Sed prius intellectum: ſecũdo vero loco ſignificat rẽ. Ergo nõ omnia q̃ vox ſignificat/ paſſiones animæ ſunt: ſed illa ſola q̃ prima. primꝰ enim ſignificat intellectus: ſecundo vero loco res. ſed intellectus paſſiones animę ſunt. quarum ergo primum notę ſunt voces: eędẽ ſunt apud omnes homines animę paſſiones. Eſt alia quoq; ſcriptura hoc modo ſe habens. Quarũ autẽ hę primũ notę: eędẽ omnibꝰ paſſiones animę ſunt. et quarũ hæ ſimilitudines: res etiã eędẽ. qđ ſi ita ſcriptũ eſt: hoc dicere. oſtendit enĩ quorũ ſint voces notæ/ et quorũ rurſus ſint animę paſſiones: tãq̃ ſi diceret. Voces qđ ſignificãt/ et quarũ notę ſunt: illæ ſunt animę paſſiones. et rurſus quarũ ſimilitudines ſũt eæ q̃ ſunt animę paſſiones: hę ſũt res. tãq̃ rurſus ſi diceret/ quarũ ſũt ſimilitudines ea q̃ in intellectibus atq; animę paſſionibus ſunt: illę res ſunt. Sed de his diſputationes trahere lõgius nõ vult. Ait enim/ de his quidẽ igitur dictũ eſt: in iis quæ ſunt dicta de anima. alterius eſt enĩ negocii. Etenim aliud eſt principaliter de intellectibus animę diſputare: aliud tantũ ſibi ad diſputationẽ ſumere/ quãtum ad logicę poſſit pertinere peritiã. Quare alteriꝰ negocij eſt
» principaliter de animę paſſionibus diſputare. ¶Eſt autẽ quẽadmodũ in anima aliquãdo quidẽ
» intellectus ſine vero vel falſo/ aliquãdo autẽ cui iã neceſſe eſt horũ alterũ ineſſe: ſic etiã in voce.
» Circa cõpoſitionẽ enim et diuiſionẽ: eſt verũ et falſum. ¶De enũciatione dicturꝰ/ in qua veritas et falſitas inuenitur: recte prius mõſtrare cõtẽdit/ i qua prolatione vocũ/ horũ alterum id eſt aut veritas aut falſitas iueniri queat. ſed omnis vox: animi ſenſa ſignificat. quare ex animi ĩtellectibus quicquid euenit: vocibus indicatur. Ergo nũc hoc dicit. Similitudo eſt inquit quædã inter ſe intellectuũ atq; vocũ. quẽadmodũ enim ſunt quædã ſimplicia q̃ ratione animi cõcipiuntur/ cõſtituũturq; intelligẽtia mẽtis/ in quibus neq; veritas vlla/ neq; falſitas inuenitur: ita quoq; in vocibus eſt. Simplex enim intellectus/ vt verbi gratia hominis vel equi: neq; falſitatẽ vllã retinet/ neq; veritatẽ. cũ enim intelligo ſimpliciter hominẽ/ vel ſubſtãtiã ipſã: nichil veri vel falſi in cogitatione retineo. q; ſi curſum rurſus animi cogitatione perſpexero: cogitatio ipſa/ quoniã ſimplicis rei tenet intuitũ/ a veritate et falſitate ſecluſa eſt. Sed quãdo curſũ et hominẽ iũxero/ et ex his aliquid intelligẽtia mea fecero: id quoq; ſi voce ꝓferã/ huiuſmodi erit/ homo currit. et tũc ex hac ſubſtãtię et accidẽtis cõpoſitione et cõiunctione: huiuſmodi intellectꝰ fit/ in quo vel falſitas poſſit eſſe/ vel veritas. Ergo quẽadmodum in intellectu quædã aliquoties ſimplicia vero falſoq; carẽtia/ aliquoties autẽ cũ iam neceſſe eſt aut veritatẽ ineſſe intellectui aut falſitatẽ: ſic eſt etiam in voce. Nam ſi ſimplicẽ intellectum vero falſoq; carentẽ vox proferat: ipſa quoq; vox a veritate & falſitate relinquitur. q; ſi huiuſmodi proferat intellectũ/ qui in ſe verũ falſũq; cõtineat: ipſa quoq; veri falſiq; retinet ſignificationẽ. docuit autẽ per hoc qđ ait. Circa cõpoſitionẽ enĩ et diuiſionẽ: eſt veritas falſitaſq; / in qua prolatione vocis enũciationes poſſumꝰ inuenire. Quoties enĩ ſubſtantiã cũ accidente cõiungimus atq; componimus/ vel intellectũ intellectui copulamus/ vt fieri poſſit propoſitio in cogitatione: tũc fit idem in voce. Et eſt nũc affirmatio: vt homo currit. hominẽ quippe curſum q; cõpoſuit atq; coniunxit: et inde affirmatio nata eſt veritatẽ cõtinẽs vel mendacium. Nunc vero negatio: ſi huic aduerbium negatiuũ iunxero/ & ſubſtantiam ab accidente diuiſero atq; diſiũxero. vt eſt homo nõ currit. non/ qđ eſt aduerbium negatiuũ/ hominem a curſu diuiſit atq; diſiunxit: facta q; eſt inde negatio rurſus veritatem falſitatemue ſignificans. Recte igitur dictum eſt circa cõpoſitionem qđ eſt affirmatio/ vel diuiſionem quod eſt negatio:
» veritatis falſitatiſq; cõſtare naturam. ¶Nomina igitur ipſa et verba conſimilia ſunt: ei (qui ſine
» compoſitione et diuiſione eſt) intellectui. vt homo vel album: quando non aliquid additur. neq;
» enim falſum/ neq; verum adhuc eſt. ¶Nunc quid ſit intellectus ſine vero vel falſo/ continuata oratione perſequitur. Ea enim inquit q̃ ſimplicia dicũtur: ſimilia ſunt ſimplicibus intellectibus/ qui ſine vlla cõpoſitione vel diuiſione animi puro capiũtur intuitu. cũ enim homo vel albũ ipſa quidem ſimplicia ſint/ et ſignificẽt aliquid: nichil tamẽ neq; verũ neq; falſum deſignãt. omne enim ſimplex nomẽ vel verbũ: a veritate/ et falſitate ſecludit. atq; ideo quoniã (vt dictũ eſt) quęcũq; ſunt in vocibus/ ſignificãt animę paſſiones: ſimplices voces & ſine cõpoſitione vel diuiſione/ ſimiles ſũt iis intellectibus quos ſine cõpoſitione & diuiſione ſimplex intelligẽtia cõcipit. In his enim atq; in huiuſmodi: nulla neq; veritas neq; falſitas inuenitur. niſi enim aliquid addatur vt id quod ſimplex intelligis/ vel per ſe conſtituas eſſe / vel ei aliquid ſecundũ eſſe coniungas: in his veritas et falſitas non erit. vt cum ſimpliciter dico homo: ſi nõ aliquid addidero/ vt verbũ eſt/ et fiat huiuſmodi cõpoſitio/ homo eſt vel huiuſmodi aliquid/ vt homo viuit qđ idem valet/ tanq̃ ſi dicã/ homo viuẽs eſt. ergo niſi aliquid huiuſmodi fuerit adiunctũ quod intellectam rem vel per ſe eſſe cõſtituat/ vt homo eſt (cũ enĩ ſic dixi: hominẽ per ſe eſſe deſignaui) vel iuncto accidẽte tale aliquid apponatur/ qđ idẽ ei quod eſt eſſe ſignificet/ vt eſt/ homo viuit (vita enim homi-

eſſe addatur: nulla veritatis aut falſitatis ratio in qualibet orationis partiũ cõpoſitione pficitur. at vero nomẽ nõ eſt. omne enim nomẽ: vnã rẽ ſignificat definitã. vt cũ dicimus homo/ ſubſtãtiã ſignificat: nec quãlibet/ ſed rationalẽ atq; mortalẽ. Eodem modo et cętera nomina. Qui vero dicit nõ homo: hominẽ quidẽ tollit. quid autẽ illa ſignificatione velit oſtẽdere: nõ definit, poteſt enim qđ homo nõ eſt: et equus eſſe/ & canis/ & lapis/ & cętera quęcũq; homo nõ fuerint. Quare quoniã id qđ definite ſignificare poteſt/ aufert in eo negatiua particula/ qđ vero ſignificare debeat/ definite nõ dicit/ ſed multa atq; infinita vnuſquiſq; auditor intelligit: dicatur inquit nomẽ infinitũ. hoc enĩ quod dicimus non homo: tã multa ſignificat/ q̃ multa ſunt/ q̃ a definitione hominis diſiungũtur. Sed hoc Ariſtoteles vocabulũ/ cum infinitũ nomẽ vocaret: primus inuenit. apud antiquiores enim iſta quidẽ erat dubitatio: ſed huic differẽtiæ qua differt nomẽ definitũ ab eiuſmodi nomine qđ cũ negatione proponitur/ impreſſum vocabulũ nõ erat. quod ipſe teſtatur dicẽs. At vero nec poſitũ nomẽ eſt: quo illud oporteat appellare. Nullus enim poſuit vocabulũ: quo oporteat appellare id qđ dicimus nõ homo. ſed Ariſtoteles perſpicaciter infinitũ nomẽ huiuſmodi pręd̃icamentũ cenſuit appellari. ¶ Catonis autẽ et catoni et quęcũq; talia ſunt: non ſũt nomina/ ſed caſus nominis. ¶ Omnis inquit caſus alterius caſus eſt. Itaq; fit vt quicunq; caſus ſit: alterius inflexio videat. Ergo qđ dicimus huius Catonis/ vel huic Catoni vel alia huiuſmodi; caſus nominamus. Vnde fit vt hi caſus inflexiones quoq; dicantur: ſed omnis inflexio alicuius inflexio eſt. qđ autẽ inflectitur: eo qđ ipſa inflexione fit/ prius eſt. quare cũ id qđ dicim⁹ Cato nomẽ ſit/ et ſit primũ: diſtat ab inflexionibus ſuis. Inflexio aũt nominatiui: genitiu⁹ et cæteri. null⁹ enim dixerit rectẽ nominatiuũ/ caſum eſſe. ſi enim id qđ dicim⁹ Cato/ alicuius caſus ſit: cuius caſus eſſe poſſit/ oportet oſtendi. ſed ante id qđ dicimus Cato nullus p̃dicatur caſus. igitur quoniã Cato nomẽ/ null⁹ inflexio eſt: nec omnino caſ⁹ eſt. Cęteri aũt caſus q dicunt: nominatiui inflexione formãtur. vt Catonis/ et Catoni/ et Catonẽ. quare ſi diſtãt ea q̃ ab inflexione naſcũtur/ ab iis q̃ inflectũtur: diſtãt quoq; ij omnes caſus/ q ſunt Catonis/ Catoni/ Catonẽ/ ab eo qđ eſt Cato/ id eſt a nomine principali. ſed hic Cato/ nomẽ eſt. caſ⁹ igitur nomina nõ ſunt. Aliud enim eſt ipſe caſ⁹: aliud cuius eſt caſus. Quocirca ſi nominis hæc omnia caſus ſunt: hæc nomina nõ ſũt. Atq; ideo prudẽter veteres omnes caſus genitiuũ/ datiuũ/ accuſatiuũ/ vocatiuũ et ablatiuũ: ſuis diuerſiſq; nominibus vocauerũt. primũ vero alias rectũ/ quaſi a nullo inflexũ: alias nominis ipſius vocabulo nominatiuũ dixerunt. Quare nunc hoc Ariſtoteles exequitur: qui caſus nominũ videãtur nõ eſſe nomina/ ſed tantũ nominũ inflexiones id eſt caſus. ¶ Ratio autẽ eius eſt. alia tamen ſũt ſecundũ ſeipſa: quoniã cum eſt/ vel fuit/ vel erit neq; verũ/ neq; falſum eſt/ nomẽ vero ſemper. vt Catonis eſt/ vel nõ eſt. nondũ enim aliquis neq; verũ dicit: neq; falſum. ¶ Ratio inquit id eſt definitio/ nominis et caſ⁹ nominis eadẽ eſt. nã ſicut nomẽ vox ſignificatiua eſt ſecũdũ placitũ ſine tẽpore/ vt eius pars nulla extra ſignificet: ſic etiã caſus. Nã vox eſt & ſecũdũ placitũ deſignatiua: et cui⁹ ſeparatę partes nichil extra deſignãt. ergo eadẽ definitio ratioq; nominis eſt et caſus nominis. Sed his vna additur differẽtia: q⁹ omne nomẽ cũ eo qđ dicitur eſt aut nõ eſt cõiunctũ/ aut affirmatiuã enũciationẽ facit/ aut negatiuã. vt Socrates eſt: vel Socrates nõ eſt. hic enĩ quoniã veritas aut falſitas incidit: enũciationẽ eſſe neceſſe eſt. in caſibus vero quãuis addas eſt/ aut non eſt: nulla inde affirmatio neq; negatio fit. neq; enim vlla in hos veritas aut falſitas cadit. Si quis enĩ dicat Socratis eſt/ Socratis nõ eſt/ vel Catonis eſt/ vel Catonis nõ eſt/ qđ ſit vel nõ ſit nõ apponẽs/ cũ ſimplici caſu/ eſt aut nõ eſt iungens: imperfectã faciet orationẽ falſitate ac veritate diſiunctã. quare nulla enũciatio eſt. Ergo differt nomẽ a caſu: q⁹ nomẽ quidem cũ eſt/ aut nõ eſt iunctũ/ aut verũ vel falſum facit. caſus vero neq; verũ dicit/ neq; mẽtitur. etenim nullo alio addito: trũca eſt/ atq; imperfecta ſentẽtia. Sed quorſũ iſtud? ſcilicet vt definitio nominis: ĩtegerrima cõpleretur. etenim iã nunc definitio nominis hoc modo eſt. Nomẽ eſt vox ſignificatiua ſecũdũ placitũ/ ſine tempore cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata/ definitũ aliqd ſignificãs/ cũ eſt aut non eſt iuncta/ faciens enũciationẽ. Sed de nomine hactenus: nũc verbũ diligentiſſima definitione determinat.

Prædicamẽtũ id appellat vocabulum quod prædicari poteſt.

Quid ſit vel nõ ſit. vt ſi dicas Catonis eſt agellus Catonis nõ eſt agell⁹/ quid ſit aut non ſit apponis.

¶ DE VERBO. Cap. III.



Erbũ autem eſt quod conſignificat tẽpus/ cuius nulla pars ſignificat extra: et eſt ſemper eorũ quæ de altero p̃dicãtur nota. ¶ Verbum diſtat a nomine hoc ſolo q⁹ nomen ſine tẽpore eſt/ vt ſupra iam dictũ eſt: verbũ autẽ tempus in ſignificationibus trahit. et eſſet quidẽ plena definitio verbi/ ſi alia in eo omnia q̃ in nomine poſita ſunt ponerentur: hoc ſolo diſcrepante/ q⁹ verbũ conſignificat tẽpus. eſſetq; definitio ita. Verbum eſt vox ſignificatiua ſecundũ placitũ cum tempore: cuius nulla pars extra ſignificatiua eſt. Sed quoniã ſunt illa nomini verboq; cõmunia/ proprium autẽ verbi eſt cõſignificare tempus: a proprietate definiti ſcilicet nominis verbum voluit definire. diligẽter autem ait conſignificat. Nam ſignificant nomina/ tem-

» eſt equus ferus. ¶Si enim ſit oratio q̃ dicat equus ferus: duas res ſignificat/equũ/et ferũ. Vtrũq; enim eſt: vnũ ſubſtãtia/alterũ quale. qui vero dicit equiferus: vnũ nomen eſt/et ei vnũ qđ ſignificat ſubiectũ ẽ. Quocirca vnũ quoq; permixtio iſta ſignificat. ꝙ ſi vnũ ſignificat tota permixtio: pars inde ſeparata/nichil extra deſignat. In toto enim nomine qđ eſt equifer⁹: cõſignificat quidẽ ferus/per ſe vero nichil ſignificat. ꝙ ſi per ſe id qđ dicimus ferus/aliquid ſignificare arbitremur: nõ iã erit pars nominis/ſed ipſũ erit itegrũ nomẽ/et habebit partes/fe/et rus. Quocirca quoniã nominibus vnũ ſubiectũ eſt: et vnũ ſignificat totũ nomen/vel ſi ſit ęquiuocũ/vel ſi non ſit. canis enim cũ ſit ęquiuocũ: ſemel totũ latrabilẽ/ſecundo totũ celeſtẽ/et rurſus totũ marinũ ſignificat. quare quoniã quodlibet nomẽ vnũ aliqđ ſignificat totũ: pars eius ſeparata/et velut a tota cõpoſitione ſeiũcta/i qua vnũ aliqđ cõſignificabat/nichil extra ſignificat. Dat autẽ differẽtias ſimpliꝰ» cium nominũ/et cõpoſitorũ. ¶At vero nõ quẽadmodũ in ſimplicib⁹ nominib⁹: ſic ſe habet i cõ» poſitis. In illis enim nullo modo pars/ſignificatiua eſt: in his autẽ vult quidẽ/ſed nullius eſt/ſe» parata. vt in eo qđ eſt equiferus hoc quod eſt ferus. ¶Simplicis inquit nominis partes/quoniã nõ cõſtãt ex aliis partibus: nec imaginatione quidẽ ſignificationis aliqđ prodũt. vt i eo nomine qđ eſt homo: neq; ho/neq; mo/quicq̃ ſignificãt/neq; ſignificare putãtur/ iccirco quoniã ſimplex nomẽ eſt. in iis quoq; q̃ cõpoſita ſunt quoniã ex duobus ſignificatiuis in vnã ſignificãtiã redigũtur: vult quidẽ ſignificare aliqđ pars/ſed nichil ſeparata deſignat. In eo enĩ qđ eſt equiferus: dat quidẽ imaginationẽ aliquã ſignificationis/et putatur ſignificare ferus. Hoc eſt enĩ qđ dicit: vult quidẽ/ſed nichil extra/ſeparatũq; ſignificat. ſi enĩ hoc ipſũ ferus vt pars nominis dicat/dimidiũ nomẽ dicitur eius qđ eſt equiferus/dimidiũ autẽ nomẽ deſignat nichil: ergo id qđ dicimus ferus/ cũ alia parte nominis q̃ eſt equi/vnũ conſignificat/id eſt equiferus/ſeparatũ vero nichil extra ſignificat. Qz ſi rurſus ipſum nomẽ extrinſecus nõ in alterius nominis parte ponatur: p ſe ſibi ſignificat velut nomen. Ergo nõ eſt ſimilis in ſimplicibus nominib⁹/cõpoſitiſq; partiũ cõſignificatio. ſed ſimpliciũ quidẽ nominũ partes: nec ipſæ ſignificãt/ nec ſignificare putãtur. cõpoſitorũ vero volunt quidẽ partes aliquid ſignificare/et dant ſignificationis imaginationẽ/et ſignificare aliquid putãtur: ſed nullius ſeparatim retinẽt ſignificationẽ. ¶Secundũ placitũ vero: quoniam» natura/nominũ nullũ eſt/ſed quãdo fit nota. ¶Tunc enĩ ſignificat nomẽ ſecundũ placitũ: quã» do fit nota alicuius rei id eſt quãdo ſignificat aliquã rem. vt metapſus. Quãdiu enim huic nichil ſubiecti eſt: metapſus nomẽ nõ eſt. Nã nominis eſt ſignificare ſubiectũ: metapſus autẽ ſubiectũ nõ ſignificat. nõ igĩt nomẽ eſt. Ac rurſus ſi huius cõſtituere eſt ſubiectũ/ nominis aũt ſignificare ſubiectũ eſt (nõ enim nomẽ aliquid diceretur/ niſi a ſubiecti ſignificatione hoc traheret: p̃cipue cũ nomẽ dicĩ a notamine) itaq; cũ metapſus ſubiectũ ſignat/nomẽ eſt. cõſtat igitur nomen eſſe» ſecundũ placitũ: ſed tunc quãdo fit nota id eſt quãdo aliquod ſubiectũ ſignificat. ¶Quoniã de» ſignant et illiterati ſoni/ vt ferarũ: quorũ nichil nomen eſt. ¶Dixerat ſuperius in diffinitione: nomen eſſe ſecundum placitũ nõ natura. hoc autẽ diligẽtius mõſtrat nũc dicens: nichil eſſe nominũ naturaliter. Atq; ideo nõ illi ſufficit ad definitionẽ/ ꝙ eſt ſignificatiua vox: niſi illud quoq; adderet/ ꝙ ſecũdũ placitũ vox ſignificatiua eſt. alioqui multi illiterati ſoni/ſignificant. vt ſibil⁹ aliquid interdũ ſignificat. Ferarũ quoq; multorũq; animalium voces: interdum aliqua ſignificatione p̃ditas eſſe perſpicimus. quædã enim vox canum irã ſignificat. hinnitus quoq; equorũ: ſępe alterius equi cõſuetudinẽ quęrit. ſed hęc naturaliter ſignificãt: atq; ideo nomina nõ ſũt. qđ igitur naturaliter ſignificat: nomẽ nõ eſt. Atq; hęc hactenus: nũc quẽadmodũ facta ſit definitio/ videam⁹. Qz dixit nomẽ eſſe vocẽ: traxit a genere definitionem. ꝙ ſignificatiuã eſſe cõſequẽter appoſuit: nomẽ ab nõ ſignificãtibus vocibus ſeparauit. ꝙ ſecũdũ placitũ: a naturaliter ſignificãtibus vocibus nominis natura diuiſa eſt. ꝙ ſine tẽpore: ad verborũ diſcrepantiã reſpicit. ꝙ eius nullã partẽ extra/ſignificare propoſitũ ẽ: iccirco dictũ eſt/ vt nomẽ ab orationib⁹ diſtare videreť. Hactenus quidẽ de tota nominis definitione tractatũ eſt/et quibus differentiis ab aliis vocibus diſtare poſſit nomẽ explicitũ eſt: nunc autẽ quę videtur in definitiones nominis incurrere/ an no» mina ſint/diligẽtius quęrit. ¶Nõ homo vero nõ eſt nomen. at vero nec poſitum nomẽ eſt: quo» illud oportet appellare. neq; enim oratio/neq; negatio eſt: ſed ſit nomẽ infinitũ/quoniã ſimiliter» in quolibet eſt/et quod eſt et quod nõ eſt. ¶Nunc diſſerit qualia eſſe arbitrari oportet: quæ cum ſub definitione nominis quidem cadant/integra tamẽ nomina nõ eſſe videãtur. vnde fit: vt his diligentiſſime diſtributis/integerrima nominis definitio concludatur. hoc enim quod dicimus nõ homo: quid ſit ambigitur. oratio enim nõ eſt. Omnis enĩ oratio verbis nominibuſq; cõiũgitur. hoc autem quod dicimus nõ homo: duabus quidẽ partibus cõſtat/ſed vnum i ſe retinet nomẽ/verbum vero non habet. Negatiua enim particula/ quę eſt nõ: neq; nomen neq; verbũ eſt. Rurſus/negatio nõ eſt. omnis enim negatio: verum falſumue ſignificat. non homo vero quod dicimus: neq; verũ eſt/neq; falſum. Niſi enim (vt ſupra ait) aliquid qđ ſit proximum ad id qđ eſt

Permixtio/ cõpoſitio

Metapſus/ vox nondũ ipoſita ad ſignificandũ: pinde ac ſi dicere m⁹ bubapſus.

currit: de homine ideſt de re ſubſiſtente. Rurſus dicimus chimera nō currit: chimera vero non eſt/ nec omnino ſubſiſtit/ et poteſt de ea vere dici/ quoniā non currit. qđ eni nō eſt: omnino nec currit. ergo id qđ eſt nō currit: et de ea re quę ſubſiſtit atq; eſt in rebus dicitur/ et de ea quę neq; eſt neq; eſſe poterit/ prędicatur. quare infinitū dicitur verbū. Nec ſolū hoc: ſed illud etiam/ q̄ qui dicit currit rem quā quiſq; faciat/ definite ſignificat. cū vero dicit nō currit/ ipſum quidē curſum videtur auferre: ſed vtrū ſedeat/ an iaceat/ an ambulet/ an aliquid aliud faciat/ nō relinquit. Qua re quoniā et ea quæ ſunt/ & ea q̄ nō ſunt/ infinita ſunt/ et de his omnibus p̄dicatur/ quoniāq; id
» qđ tollit finitū eſt/ qđ vero ponit/ infinitū: propter hoc verbū vocabitur infinitū. ¶ Similiter aūt
» et ſanabitur et ſanabatur nō verbū eſt: ſed caſus verbi. Differunt autē a verbo: q̄ hoc quidē prę-
» ſens cōſignificat tēpus/ illa vero id quod circū circa eſt. ¶ Vt i nomine fecit cū caſus a nominib»
diſtribuit: ita quoq; caſus verborū nūc a verborum ratione diſiūgit. Curret enim qđ futurū eſt/ vel currebat quod p̄teriti retinet partē/ vel cucurrit qđ eſt integrum perfectūq; p̄teritū: non ſunt

Futurū tē- verba/ ſed verborū caſus. prędens enim: aut futurū expectat/ aut prędteritū relinquit. atq; ideo fu-
p̄us ad p̄ſēs turum tēpus ad prędens tēdit: prędteritum a prędenti inchoat. vnde fit principaliter cōtineat ver-
tendit: quia bum id quod eſt præſens: vt ſit verbū integrū/ qđ prędens deſignat. hæc autē quę prędter præſens
mox cū prę- in aliqua ſignificatione ſunt: nō ſunt verba/ ſed verborū caſus. Hic quoq; ſicut in nomine fecit:
ſēs ē/ deſinit verborū et caſuum differētiam prodit. Ait enim/ omne verbū prędens ſignificat tēpus: caſus vero
eſſe futurū/ verborum illud tēpus ſignificat/ quod circa ipſum prędens eſt/ idq; cōplectitur. cōplectuntur aūt
ſicq; pra ſēs id quod eſt præſens: circa quod ipſa ſunt/ futurum et prędteritū tempus. inter vtraq; enim tēpora:
finit futuri ū. prędens locatur. quicquid ergo vel futurū tēpus/ vel p̄teritum ſignificat/ quę tēpora prędens com
ſed pra teri- plectuntur/ et circa ſunt: non verba/ ſed verborū caſus dicūtur. eſt ergo integra definitio verbi.
tū ichoat a Verbū eſt vox ſignificatiua ſecundū placitū/ cum tēpore: cuius nulla pars extra ſignificatiua eſt
prędenti: qa ſeparata/ definitum aliquid ſignificās/ præſentis ſignificationē tenēs. quoniam vero pars verbi
mox p̄ræſēs nichil extra deſignet: ex eo manifeſtum eſt/ q̄ ne nominis quidem pars quicq̄ extra ſignificat.
incipit eſſe ¶ Ipſa igitur ſecundū ſe dicta verba/ nomina ſunt/ et ſignificant aliquid. cōſtituit enim qui dicit »
prędteritum/ intellectum/ et qui audit/ quieſcit. ¶ Subtiliſſimū quidem ingreditur ſenſum: ſed eſt huiuſmodi. »
ſicq; preſēs Omne inquit verbū per ſe/ et ſine alterius cōiunctione p̄lolatum: nominis quodā modo ſpeciem
inchoamē- tenet/ et vere nomen eſt. Cū enī dico/ homo currit. tūc id qđ dixi currit/ ad hominē referens/ in-
tū quoddā tegrū feci verbum/ quoniā ſine dubio ſemper de altero prędicatur. ſin vero per ſe dixero currit:
eſt prędteriti. ſuum quidē quodā modo facio/ ipſum currit/ cū nullo alio iungēs/ et fit michi nomē. Vnde grę-
ci quoq; his per ſe dictis verbis: aliquoties addunt articularia p̄poſitiua. vt eſt το τρεχειν του τρεχειν. ſi quis enim dicat velocius eſt id quod eſt currere/ eo qđ eſt ambulare: in illo nomina-
tiuum iunxit articulū dicēs id quod eſt currere/ in iſto vero ablatiuū dicens/ eo qđ eſt ambulare.
velut ſi quis in nomine dicat/ id qđ eſt ſcamnū/ leuius eſt eo quod eſt oſtiū: hoc quod diximus/ id
quod eſt ſcamnū/ ad ipſum ſcānū articulare p̄poſitiuū iunximus/ tāq̄ ſi diceremus hoc ſcānū. et
qđ rurſus diximus eo qđ oſtium: tanq̄ ſi diceremus hoc oſtio. Ita quoq; cū dicimus velocius eſt
id q̄ eſt currere/ eo qđ eſt ambulare: hoc quod dicimus id qđ eſt currere/ ita ponimus tāq̄ ſi di-
camus/ hoc currere. et rurſus eo qđ eſt ambulare/ tāq̄ ſi diceremus ablatiuo modo/ ab hoc am-
bulare: quaſi trāſlatū ad nomē ſit dictūq; ſit/ hac ambulatione. quare per ſe dicta verba/ nomina
ſunt. Et eſt huiꝰ rei probatio quā ipſe Ariſtoteles ponit. Cū enim ſimplex dicimus nomē: audito-
ris inchoat intellectus cū noſtra prolatione. et dū p̄ferimus: dicētis ſequitur vocē/ et tūc quieſcit
cū illud nomē fuerit expletū. Cū enim dico hippocētaurus: ingreditur a prima ſyllaba audientis
intellectus/ et vſq; ad finē totius nominis nō quieſcit. vbi vero extremā audierit ſyllabam: mox
quid dictū ſit/ auditor intelligit/ et eius intelligētia cōquieſcit. ſic ergo et ī verbo cū dicimus cur-
rere: intellectus quoq; audiētis p eius ſyllabas q̄ ſunt cur/ et re/ et rurſus re/ vadit. ſed vbi extremā
audierit ſyllabā: mox totius verbi capiēs ſignificationē intellectus/ quieſcit. Ergo verbum per ſe
dictū nomini ſimile eſt: et ē quodā modo nomē. ſic enim in nomine is q dicit: intellectū audiētis
vltimę ſyllabę prolatione/ et toti⁹ nominis p̄fectione cōſtituit. et is qui audit quieſcit/ & vltra ei⁹
intelligētia nō progredit. ita quoq; et verbū ſi per ſe dicatur: audiētis cōſtituit intellectū. q̄ ſicū
alio cōiungatur: nōdū tota intelligētia cōſtituitur audiētis. Vt cū dico Socrates ambulat: in ſo-
lo ambulat qđ eſt verbū/ nō cōſiſtit perfecta ſentētia/ niſi in toto/ qđ eſt Socrates ambulat. Rur-
ſus cū dico ambulare mouet eſt: nō in vnoquoq; horū verborū ſentētia cōſtituta eſt/ ſed in tota
oratione cōquieſcit auditor. iccirco quoniā ſi verbū de altero ſubiecto prędicetur/ vtriuſq; ſigni-
ficationē verbi iungit auditor/ et nō p ſe verbū ipſum cōſiderat qđ dicitur/ ſed ad alterū refert. vt
ambulare moueri eſt/ ambulationē ad motū: vel Socrates ambulat/ ambulationē ad Socratē.
Tunc ergo fit integrum verbum: cum refertur ad alterum. at ſi ſimpliciter prædicetur verbum:
nomen eſt. iccirco q̄ ſicut nomen dictum: ita quoq; verbum audientis conſtituit intellectum.

pus: vt dies/ vel annus. hæc enim temporũ nomina ſunt: verbum autem proprie conſignificat tempus. principaliter enim: aut paſſionẽ deſignat/ aut actum. vt cum dico accuſo vel accuſor: cum ipſa actus paſſioniſq; ſignificatione vim quoq; ſecũ temporis trahit/ vt ille actus aut paſſio præter præſens/ aut futurũ/ aut pręteritũ/ aut qđ inter hæc eſt/ eſſe non poſſit. ¶ Et eſt ſeper eorũ q̃ de altero p̃dicant nota: ſenſus huiuſmodi eſt. Omne inquit verbũ ſignificat aliquod accidens: qđ accidẽs ſẽper de altero p̃dicatur. Nã ſi omne verbum aut actionẽ aut paſſionẽ deſignat/ actio vero et paſſio in accidentibus numerãtur: omne verbũ vim ſignificat accidentis. ſed accidẽs ſẽper de eo prædicatur/ qđ ſibi ſubiectũ eſt. vt albũ de corpore/ & durũ de ferro. quare omnia verba eiuſmodi aliqua deſignãt/ quę ſemper de altero p̃dicantur. quod per hoc dixit/ qđ ait verbum notã eſſe id eſt ſignificationẽ eorũ quæ de altero prædicãtur. quod idẽ valet tanq̃ ſi diceret: verbum ſemper accidẽtia ſignificat/ quorũ hæc natura eſt/ vt ſemper de altero p̃dicẽtur. cuius enim quælibet res nota eſt: hanc/ ipſa quæ nota eſt/ deſignat. ¶ Dico autẽ quoniã cõſignificat temp⁹. vt ſanitas quidẽ nomẽ eſt: ſanatur vero verbũ. conſignificat enim nũc eſſe. ¶ Supra in nominis definitione propoſuit/ nomẽ eſſe ſine tẽpore: qđ nũc quoq; hoc monſtrat exẽplo/ et diligẽtiſſimo quidẽ. Nã idẽ prędicamenttũ ad nomẽ relatũ/ ſine tẽporis conſignificatione mõſtratur: ad verbũ vero videtur eſſe cũ tempore. Rurſus enim ſimpliciter dictum vt nomen/ et vt res propria: ſine tẽpore eſt. ſi vero in actionẽ/ quę verbi ſemper eſt/ inducatur: mox proprietatẽ verbi/ ac tẽporis in ſe ſuſcipit ſignificationẽ. Currit enim verbũ eſt/ et ſignificat actionẽ: et cum eadẽ/ temp⁹ oſtẽdit. mõſtrat enim nũc eſſe: id eſt pręſens tẽpus. Cõſignificat autẽ iccirco dictũ eſt/ quoniã qđ dicim⁹ currit/ actũ quidẽ quendã ſignificat: cũ eo vero actu/ in ipſa ſignificatione verbi/ pręſens tempus inducitur. atq; ideo diligẽter ait cõſignificat. et eſt hęc verborũ ſubtilitas in Ariſtotele mirabilis. ¶ Et ſemper eorũ quæ de altero dicũtur nota eſt/ vt eorũ quę de ſubiecto vel in ſubiecto ſunt. ¶ Semper inquit verbum ea ſignificat: quę de altero prędicẽtur. quæ ſunt autẽ: quãq̃ breuiſſime/ ipſe tamen oſtendit. Eſt autẽ cõſuetudo Ariſtotelis ea quæ accidẽtia ſunt/ in ſubiecto eſſe dicere: necnõ etiã eadem ipſa accidẽtia de ſubiecto prædicari. iccirco q; omnia q̃cunq; accidentia ſunt: vel denominatiue vel quolibet alio modo et de ſubiecto prędicãtur/ et in ſubiecto ſũt. Nũc ergo hoc dicit. tale quiddã ſignificat verbũ: qđ ſemper accidens ſit/ qđ accidens vel in ſubiecto ſemper/ vel de ſubiecto prędicatur. ¶ Eſt alia quoq; expoſitio/ hoc modo. de ſubiecto dicitur genus ſemper ad ſpecies. ergo eorũ quę ſunt accidẽtia: alia ſunt indiuidua/ alia generalia. et illa quidẽ quę ſunt indiuidua in ſubiecto ſunt tantũ: vt quodlibet particulari corpori accidẽs. alia vero ſũt generalia accidẽtia/ q̃ de aliis accidẽtibus p̃dicãtur vt de ſubiectis/ vt eſt color. nãq; p̃dicatur de albedine/ et nigredine/ et cęteris. Ergo nunc omne inquit verbũ; quiddã qđ de altero p̃dicatur/ ſignificat. Sed hoc huiuſmodi erit: qđ aut particulare ſit/ et in ſubiecto tãtũ ſit. vt eſt currit. curſus enim de nullo alio prędicatur ſubiecto: niſi tantũ in ſubiecto eſt. Aut generale erit illud accidens et vniuerſale: vt de alio rurſus accidẽte p̃dicetur/ vt de ſubiecto. vt ſi dicã mouet. hoc enim qđ dicim⁹ mouetur: de ſubiecto curſu p̃dicatur. qui currit enĩ: mouetur. Significat igitur verbũ/ aut particulare accidẽs qđ eſt tantũ in ſubiecto: aut vniuerſale qđ de alio accidẽte velut de ſubiecto p̃dicetur. Hactenus definitionẽ verbi diſtribuit. nunc vero ſicut fecit in nomine: ea quę in verbum incidere poterãt/ et verba nõ eſſe/ a verbi ratione et proprietate diſiũgit. ¶ Nõ ſanatur vero/ nõ egrotat: nõ verbũ dico. Cõſignificat enim tẽpus et ſẽper de aliquo eſt. Differentiæ autẽ huic/ nomẽ poſitum nõ eſt: ſed infinitũ verbum ſit. ¶ Sicuti in nomine fecit: ita quoq; in verbo ad integrã definitionẽ verbi proprietatẽq; intendit. ait enim nõ currit: non eſſe verbũ. et iccirco q; verbum omne/ finitum aliquid deſignat. non currit autem quẽadmodum infinitum ſit: paulo poſt demonſtrabitur/ qđ neq; oratio eſt. In hoc enim quod dicitur non currit: neq; duo verba ſunt/ neq; duo nomina/ neq; nomen et verbum/ quę ſola poſſunt iungere orationem. at vero negatio nõ eſt. etenim in toto imperfecta ſententia eſt. Sed neq; huic inquit antiquiores poſuere vocabulũ. hęc enim differẽtia quę eſt nõ currit/ et nõ laborat/ quę a verbo puro et ſimplici diſtat: nullo apud antiquiores vocabulo nũcupata eſt. Differentiam autem vocauit ei⁹ qđ dicitur non currit/ et nõ laborat: ab eo quod eſt currit/ et laborat. ſed quoniam his nullum eſt nomẽ ab antiquis impoſitum: Ariſtoteles nomen ipſe conſtituit dicens/ ſit verbum infinitũ. Alioquí maximam dubitationem facit huius prædicamenti ſimilitudo: q; ipſum quidem prædicamẽtum/ vox eſt deſignatiua ſecundum placitum et de altero prædicatur/ & cõſignificat tempus/ idem ſilicet quod verbum/ qđ eſt currit. ſed hoc ſolo differre perſpicitur: q; hoc finitum verbum eſt/ illud infinitum. cur autem illud infinitum eſt: cõtinua oratione perſequitur. ¶ Quoniam ſimiliter in quolibet eſt/ et qđ eſt/ et quod non eſt. ¶ Infinitũ inquit verbũ eſt/ quoniã cum de altero ſemper prędicetur (nõ currit enim de altero dicitur) tamẽ æque vel de ſubſiſtẽte vel de nõ ſubſiſtẽte prædicari poteſt. vt in eo qđ eſt/ homo nõ currit: homo res eſt ſubſiſtens. ergo dicitur id qđ eſt non

A cõmuni ſcholę tradi tione eua- riantia

Huius prę- dicamenti huiꝰ p̃dica- bilis vocis

quædã eſt/ ſed affirmatio non eſt. Cũ ergo nomẽ hoc id eſt homo/ pars orationis ſit/ et affirmatio non ſit: docetur verum eſſe qđ dicitur/ orationis partes ſignificare vt dictionem/ nõ vt affirmationẽ. Docet autem illa res/ nomen hoc/ affirmationẽ non eſſe: qꝑ in affirmatione ſemper veritas/ aut falſitas inuenitur. nomẽ vero ſimpliciter dictum: neq; verũ neq; falſum eſt. quare nomen hoc/ id eſt homo: vt affirmatio non ſignificat/ ſed deſignat aliquid ſimplex. ſignificat igitur aliquid vt dictio. Hæc autẽ dictio/ ſi ei aliquid addatur/ vt eſt verbũ aut quodlibet verbũ aliud qđ enunciationem poſſit efficere: erit affirmatio. ſi enim quis dicat homo eſt/ vel homo viuit: fit affirmatio. atq; hoc eſt quod ait. Sed erit affirmatio vel negatio ſi quid addatur. ſi enim aliquid ita apponatur vel appoſitum ita negetur/ vt enunciatio conſtitui poſſit: affirmatio negatione perficitur. ſi quis enim dicat homo viuit: affirmatio eſt. homo nõ viuit: negatio eſt. Docet autem dictionẽ eſſe ſecundum poſitionẽ per ſe ſignificantẽ/ per hoc qđ ait: ſed nõ vna hominis ſyllaba. vna enim ſyllaba hominis: dictio nõ eſt/ iccirco qꝑ nichil per ſe ſeparata ſignificat. vt ho/ & mo/ et in cęteris/ vt ſupra oſtendimus. Omnis enim huiuſmodi pars quę per ſe nichil ſignificat: non
» eſt dictio/ ſed tãtũ in toto nomine quiddã poſitum/ deſignatet cõſignificat. vt in eo qđ ipſe po-
» nit/ exemplo. ¶ Neq; enim in eo qđ eſt ſorex: rex ſignificat/ ſed vox nunc eſt ſolũ. In duplicibus vero ſignificat quidẽ aliquid: ſed non ſecundũ ſe/ quẽadmodũ dictum eſt. ¶ In eo inquit qđ eſt ſorex/ rex videtur quidẽ aliquid ſignificare: ſed cũ toto nomine cõſignificat potius/ q̃ quicq̃ per ſeipſum deſignet/ quẽadmodũ iam ſupra dictũ eſt. Docuit enim ſupra partes nominis nichil omnino ſignificare ſeparatas. Quod ergo dicit ſed nõ ſecundũ ſe: id eſt. in eo qđ eſt ſorex/ rex per ſe nichil ſignificat: ſed tamen quiddã cõſignificat/ qꝑ cum tota nominis cõpoſitione deſignat/ cũ
» et ſo ſyllaba et rex iuncta in vnum/ id quod eſt ſorex in tota ſyllabarum coniunctione deſignat.
Plato » ¶ Eſt autẽ oratio omnis quidem ſignificatiua/ nõ ſicut inſtrumentũ: ſed quẽadmodum dictum eſt ſecũdum placitum. ¶ Plato nomina naturalia eſſe cõſtituit: et hoc hinc probare cõtendit qꝑ quædam ſupellex/ et quodam modo inſtrumentũ ſit inuicem ſenſa prodendi. naturalium vero ſupellectiles ſunt naturales: vt oculi inſtrumenta ſunt quidem videndi/ qui viſus res naturalis
Ariſtoteles eſt. quare oculos quoq; naturales eſſe neceſſe eſt. ita etiam oratio rerum naturalũ ſupellex eſt atq; inſtrumentũ/ id eſt ſentẽtiarum. quare ipſa quoq; eſt naturalis. Ariſtoteles autem dicit: non ſecundũ naturã eſſe orationẽ/ ſed ſecundũ placitum. quocirca nec eſſe orationẽ ſupellectilem naturalẽ. Quod enim dicit non ſicut inſtrumẽtũ: non dicit non per hoc inſtrumentũ ſenſa proferri/ ſed tantum res eſſe orationẽ ſecundum poſitionẽ/ per quas proprias ſententias demõſtremus. Cuius enim rei partes ad placitũ ſunt: ipſa quoq; ad placitũ eſt. ſed orationis partes: nomẽ et verbũ ſunt. hęc autẽ: ſunt ad placitũ/ nõ natura. oratio igitur ipſa ſecundũ placitum poſitionẽq; eſt: ſed non eſt naturaliter cõſtituta. Eſt autem integra definitio orationis/ hęc. Oratio: eſt
» vox ſignificatiua ſecundũ placitum/ cuius partes aliquid extra ſignificant. ¶ Enunciatiua vero
» non omnis: ſed in qua verũ vel falſum eſt. nõ autẽ in omnibus ineſt. vt deprẽcatio/ oratio quidẽ
» eſt: ſed neq; vera/ neq; falſa. ¶ Orationis (vt ſupra iam diximus) multę ſunt ſpecies. eſt enim oratio
Orationis prima optatiua: vt vtinã tibi iſtam mentẽ dii immortales dent. Secunda vocatiua: vt heus tu.
ſpecies Tertia iperatiua: vt cape/ da hoc Portio. Quarta deprẽcatiua: vt Iuppiter omnipotẽs et reliqua. Quinta enunciatiua: vt dies eſt/ dies nõ eſt. ſed in hac ſola ſpecie orationis veritas et falſitas ineſt: in illis vero cęteris minime. Volens autẽ Ariſtoteles oſtendere multas eſſe orationes/ et non omnẽ orationem eſſe enũciatiuã: hoc addidit. Deprẽcatio/ oratio quidẽ eſt: ſed neq; vera/ neq; falſa. etenim deprẽcatio in orationis ſpecibus ponitur: ſed nulla in ea veritatis natura/ falſitaq; riſq; cognoſcitur. ¶ Cęterę igitur relinquantur. rhetoricę enim vel poeticę cõuenientior eſt con
» ſideratio. enunciatiua vero præſentis eſt ſpeculationis. ¶ Deprẽcatiuã inquit/ et optatiuã et vocatiuã/ atq; imperatiuã: poetis atq; oratoribus relinquamus. Illis enim vel ad imitandos/ vel ad mouendos affectus: cęterę orationis ſpecies aſſumuntur. nos vero philoſophi quibus veritatis falſitatiſq; diſcretio eſt curæ: de illa ſola oratione tractam⁹/ in qua vtrũlibet horũ poſſit agnoſci. in enũciatione vero: aut veritas ineſt aut falſitas. quocirca nos quoq; de enũciatione tractem⁹.
» ¶ Eſt autẽ vna prima oratio enũciatiua affirmatio/ deinde negatio: alię vero omnes cõiunctio-
» ne vnę. ¶ Enunciatiuarũ orationũ alię ſunt per ſe vnę: vt eſt/ homo animal eſt. aliæ cõiunctione vnę: vt eſt/ ſi homo eſt/ animal eſt. Homo eſt eni/ et animal eſt: duę ſunt/ ſed addita coiunctione quę eſt ſi/ vna redditur. ¶ Earũ autẽ quę vnę ſunt per ſe: prima eſt affirmatio/ ſecunda negatio. hoc enim tollit negatio: qđ affirmatio ante cõſtituit. et hoc negatio diuidit: qđ illa conũxit. Enũciatiuarũ igitur orationum earũ quę ſunt per ſe vnæ: prima eſt affirmatio/ deinde negatio.
» aliæ vero ſunt nõ per ſe vnæ: ſed cũ plures ſint vniuerſaliter/ vnæ fiunt cõiunctione. ¶ Neceſſe
» eſt autem omnem enunciatiuã orationẽ: ex verbo eſſe/ vel ex caſu verbi. Etenim hominis ratio
» (ſi non addatur aut eſt/ aut fuit/ aut erit/ aut aliquid huiuſmodi) nondũ oratio enunciatiua eſt.

¶Sed ſi eſt vel non eſt: nondum ſignificat, neq; enim ſignum eſt rei/ eſſe vel non eſſe. ¶Sed q̃q̃ nomẽ ſit (inquit) verbum/ et aliquid definite ſignificet per ſe dictũ: ſolum tamẽ nõ faciet enunciationem: neq; verũ aliquid falſumue coſtituit. hoc eſt enim qđ ait. Sed ſi eſt, vel non eſt: nondum ſignificat. ad affirmationẽ referens qđ dixit: ſed ſi eſt, ad negationẽ/ quod ait: vel non eſt. Nichil enim horũ ſignificat: verbi per ſe prædicata prolatio. cũ enim dico currit/ hoc ipſum currit ſignificat quidẽ aliquid: ſed ſi eſt aut nõ eſt/ nõdũ ſignificat. Neq; enim eſſe: ſignũ eſt rei/ aut non eſſe. qđ tantũ valet/ tanq̃ ſi dicam: id qđ dico currit/ non ſignificat eſſe ipſum curſũ/ aut non eſſe. ſi enim ſignificaret: ita diceretur, currere eſt/ vel currere nõ eſt. nunc autẽ currit: nõ deſignat eſſe ipſã rem vel nõ eſſe. dicitur enim ſolũ/ et eſt intellectꝰ quidã: ſed neq; affirmationẽ ſignificat neq; negationẽ/ iccirco q̃ neq; ponit rem eſſe/ nec eam interimit. quod per hoc monſtrauit qđ ait. Neq; enim ſignũ eſt rei/ eſſe vel non eſſe: ideſt neq; enim quodlibet verbũ ita prædicatur/ vt ſignum ſit rei illius de qua prædicatur/ quoniã eſt vel quoniã nõ eſt. ¶Nec ſi hoc ipſum eſt purũ dixeris. ipſum enim nichil eſt/ cõſignificat autem cõpoſitionẽ quandã: quã ſine cõpoſitis nõ eſt intelligere. ¶Eſt verbũ/ iũctum cũ alio verbo vel nomine: ſolet facere propoſitionem/ vt homo eſt vel currere eſt. ipſum autẽ eſt purũ (inquit) ſi dictũ fuerit: neq; verũ neq; falſum eſt/ a quo omnes pene enũciationes fiunt quæ ſunt ſimplices. Ergo nec ſi hoc ipſum eſt purũ dixeris: eſſe aliquid/ aut nõ eſſe ſignificat/ ideſt aut affirmat aut negat. iccirco q̃ ipſum eſt ſimpliciter dictũ nichil eſt. nõ q̃ omnino nichil ſignificet/ ſed q̃ nichil veritatis habeat neq; falſitatis: id eſt non q̃ nichil ſit ad ſignificationẽ/ ſed ad veritatis falſitatiſq; ſignificationem/ de qua nunc tractabitur. Cur autẽ nichil veri falſiq; monſtraret: oſtẽdit. Eſt enim/ duobus modis dicitur: vt verũ falſũq; deſinat. aut cũ vnã rem quãlibet propria cõpoſitione conſtituit, vt cũ dico/ homo eſt: ipſum eſt cũ homine iunctũ atq; compoſitum/ eſſe hominẽ cõſtituit/ et fit exinde enũciatio. Aut rurſus cũ duæ res per ipſius verbi compoſitionẽ copulationẽq; iunguntur: vt eſt/ homo animal eſt. homo nãq; et animal: copulãtur atq; iungũtur per id qđ dicitur/ homo animal eſt. Ergo ſic omnis veri falſiq; in enunciationem ſignificatio eius qđ dicitur/ eſt: in cõpoſitione eſt/ cũ aut ſua compoſitione aliquid eſſe cõſtituit/ aut duas res copulat atq; cõponit. Vis autem eius quæ in enunciationibus propoſitionibuſq; mõſtratur in veri falſiq; ſcilicet deſignatione: præter ipſas compoſitiones/ in quibus hoc ſolet efficere/ nulla eſt. atq; hoc eſt qđ ait. Conſignificat autẽ cõpoſitionẽ quãdã: quã ſine cõpoſitis nõ eſt inteiligere. cũ enim dico/ eſt: nichil ſignificaut/ quid ſit aut nõ ſit. q̃ ſi faciã enunciationẽ: cõponam neceſſe eſt. vt homo eſt; aut vt homo animal eſt. quare ſi omnis eius vis in veri falſiq; enunciatione ad cõpoſitionẽ refertur: cum præter cõpoſitionẽ dicitur/ quod in cõpoſitione deſignare poteſt/ id præter cõpoſitionem nõ deſignat. poteſt autẽ compoſitione facta verũ falſumq; in enunciatione mõſtrare. hæc igitur ſine cõpoſitis in verbo eſt: nullus valet aduertere. Recte igitur dictum eſt conſignificare quandã compoſitionem: quæ ſine compoſitis intelligi non valeret.

FRANCISCVS.

Ad affirmationẽ/ ad poſitionem veram. Ad negationẽ/ ad falſã enũciationem.

Nec ſi hoc ipſum eſt. Codex græcus op habet qđ ens ſonat. Ens aũt (vt prꝰ dictũ eſt) verum. quare hoc/ de voce illa q̃ eſt verũ: ſecundum rectã græcorũ ſẽtentiam intelligendũ eſt.

¶DE ORATIONE. Cap. IIII.

QRatio autẽ eſt vox ſignificatiua/ cuiꝰ partiũ aliquid ſignificatiuũ eſt ſeparatum/ vt dictio ſed nõ vt affirmatio vel negatio. ¶Omne qđ compoſitum eſt: eorũ ſuſcipit naturã/ ex quibus totum cõpoſiti ipſius corpus efficitur. quare quoniam oratio verbis conſtat atq; nominibus/ quę ſignificatiua ſunt: recte quoq; oratio ſignificatiua eẽ definit. Sed diſtat oratio ab iis ex quibꝰ ipſa effecta eſt id eſt nominibus atq; verbis/ q̃ eorũ partes nichil extra deſignãt: orationis vero pars aliquid/ ſeparata ſignificat. Nã ſi nomen et verbum partes orationis ſunt/ hęc autẽ per ſe ſignificãt: non eſt dubium ſeparatas orationis partes ſignificare. quomodo autẽ ſignificant ſequenti determinatione mõſtrauit. ſignificant igitur partes orationũ/ vt dictio ſemp: nõ ſemper vt affirmatio vel negatio. Nũc autẽ dictionẽ dicit: ſimplicẽ verbi aut nominis nuncupationẽ. Sunt enĩ qđã orationes: quarũ partes ita ſignificant quaſi affirmatio. vt in ea oratione q̃ eſt/ ſi dies eſt/ lux eſt: id qđ dicimus lux eſt/ totius orationis pars eſt/ et ita eſt ſignificatiua vt quædã affirmatio. Sed nõ omnis oratio affirmationẽ habet in parte. hæc enĩ ipſa q̃ dicit lux eſt: habet in partibus id qđ dicimus lux/ et rurſus id qđ dicimꝰ eſt/ ſed neutra ipſarũ affirmatio eſt/ ſed tãtũ ſimplex dictio. omnis ergo oratio dictionẽ quidẽ habet in parte: nõ vero omnis oratio affirmationem. recte igitur dictũ eſt partes orationis ſignificare: vt dictionẽ/ nõ vt affirmationẽ. quid aũt ſit dictio: ipſe paulo poſt clarius demonſtrabit. ¶Dico autẽ: vt homo aliquid ſignificat/ ſed nõ quoniã eſt aut non eſt. ſed erit affirmatio vel negatio: ſi quid addatur. Sed nõ hominis ſyllaba vna. ¶Qđ ſupra poſuit dicẽs/ orationis partes vt dictionẽ ſignificare/ nõ vt affirmationẽ: hoc cõuenienti monſtrauit exẽplo. homo inqt dictio eſt: et eſt pars orationis/ ſi in tota oratione ponat. vt eſt: homo animal eſt. ergo id qđ dicimꝰ homo: dictio

aliquid enunciet is/ qui ſimplex nomen aut ſimplex protulit verbum: ſiue alio interrogãte/ vel non interrogãte/ ſed ipſo ſponte proferẽte. ¶ Harum autem hęc quidem ſimplex eſt enũciatio. ¶ Vt aliquid de aliquo/ vel aliquid ab aliquo. hęc autem ex his coniũcta/ velut oratio quędam iam compoſita. ¶ Nunc quid oratio ſit ſimplex compoſitaq; declarat. Eſt enim ſimplex oratio/ quę duobus terminis cõſtat. Termini autem ſunt nomina & verba: quę in ſimplici propoſitione prædicamus. vt in eo qđ eſt/ Socrates diſputat: Socrates & diſputat/ termini ſunt. & qui minor terminus in enũciatione proponitur/ vt Socrates: ſubiectus dicitur/ & ponitur prior. qui vero maior: prędicatur/ & locatur poſterior. vt diſputat. Quęcũq; propoſitio ex vno ſubiecto/ & ex vno prædicato facta eſt: illa ſimplex enũciatio nuncupatur/ atq; hoc eſt qđ ait. Harum autem ideſt enũciatiuarum/ ſimplex eſt enũciatio: vt aliquid de aliquo vt vnum prędicatum qđ eſt aliquid de vno ſubiecto qđ eſt de aliquo prędicetur. Hoc autem pertinet ad affirmationem/ vt aliquid de aliquo prædices: ad negationem vero/ vt vnũ aliquid ab vno aliquo prædicãdo diſiũgas. vt in eo qđ eſt/ Socrates non diſputat: diſputare vnum terminum/ a Socrate alio termino prędicando diſiunxi. Alię vero ſunt orationes enũciatiuæ/ quę cõpoſitę nominãtur: quę ex ſimplicibus orationibus componũtur. vt eſt: ſi dies eſt/ lux eſt. dies eſt/ & lux eſt: duę ſunt ſimplices enũciatiuę orationes/ iccirco q; binis terminis cõſtant. ex duabus autẽ ſimplicibus orationibus tota hęc oratio eſt quę dicit: ſi dies eſt/ lux eſt. hoc eſt enim qđ ait. Hęc autem ex his coniuncta/ ideſt ex ſimplicibus orationibus enũciatiuis: velut oratio q̃dã iam cõpoſita. quippe quarũ totũ corpus ex iis iũgitur: quas ſimplices eſſe iam ſupra docui. ¶ Eſt autem ſimplex enũciatio: vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid/ vel non eſt/ quẽadmodum tempora diuiſa ſunt. ¶ Poſtq̃ de compoſitis orationibus ſimplicibuſq; tractauit: diffinitionem enũciationis per affirmationẽ & negationem ingreditur. ait enim. Enũciatio eſt vox ſignificans affirmationem vel negationẽ/ vel in pręteritum/ vel in pręſens/ vel in futurum tempus. Qđ enim dixit de eo qđ eſt: ad affirmationem retulit. qđ addidit vel nõ eſt: ad negationem. qđ vero ſecutus eſt quẽadmodum tẽpora diuiſa ſunt: ad ſingulorum temporũ retulit rationẽ. ſiue enim aliquis ſic dicat/ Socrates viuit/ Socrates nõ viuit/ ſiue Socrates vixit/ Socrates nõ vixit/ vel ſic Socrates victurus eſt: Socrates victurus non eſt: quoniam affirmatio eſt/ aut negatio/ & quoniam quęlibet ipſarum in aliquo tẽporũ eſt/ q̃ diuidũtur in futurum/ pręſens/ ac pręteritum/ plenam retinet ſimplicis enũciationis naturã. ¶ Affirmatio vero eſt enũciatio alicuius de aliquo. ¶ Negatio vero enũciatio alicuius ab aliquo. ¶ Ad affirmationis & negationis determinationem: enũciationis nomẽ iũpſit/ vt generis. Eſt autem affirmatio: quoties aliquid de aliquo/ cum eo qđ eſt eſſe prædicamus. vt cũ dicimus homo animal eſt: animal de homine prędicamus. Quoties autem aliquid ab aliquo prędicãdo diſiũgimus: negatio eſt. vt homo lapis non eſt. lapidem enim: ab homine diſiungimus. quare recta affirmationis & negationis facta ẽ diffinitio. ¶ Quoniam autem enũciare eſt/ & qđ eſt: non eſſe. & quod nõ eſt: eſſe. & quod eſt: eſſe. & qđ non eſt: nõ eſſe. & circa ea quę extra præſens tempus ſunt: ſimiliter. omne vtiq; contingit quod quis affirmauerit/ negare: & quod quis negauerit affirmare. Quare manifeſtum eſt quoniam omni affirmationi: oppoſita eſt negatio. & omni negationi: affirmatio. ¶ Et ſit hoc cõtradictio: affirmatio & negatio oppoſitę. ¶ Nunc diuidit enũciationes: vel quę de iis fieri poſſunt rebus/ quę ſũt/ vel quę de iis quę nõ ſunt/ ſiue in affirmatione/ ſiue in negatione. Dicit enim quoniam eſt enũciare qđ eſt/ nõ eſſe: vt ſi quis dicat nullus homo/ animal eſt. hoc enĩ qđ eſt: nõ eſſe propoſuit. et hęc eſt falſa negatio. Secũda. & qđ nõ eſt/ eſſe: vt ſiquis dicat omnis lapis animal eſt. qđ enim nõ eſt/ eſſe conſtituit: & hęc eſt falſa affirmatio. Tertia. & qđ eſt/ eſſe. vt ſiquis dicat/ omnis homo/ animal eſt. qđ enim eſt/ eſſe cõfirmat: & hęc eſt affirmatio vera. Quarta. & qđ nõ eſt/ nõ eſſe. vt ſiquis dicat/ nullus lapis/ animal eſt. qđ enim non eſt/ non eſſe propoſuit: & hęc eſt vera negatio. Et nõ ſolum hoc in pręſenti tẽpore: ſed circa ea quoq; quę præter pręſens ſunt tempora. hoc autem tãtum valet/ ac ſi diceret. hoc nõ modo in præſenti tempore ita enunciari poteſt/ vt ſit & vera & falſa negatio/ & rurſus vera falſaq; affirmatio: ſed etiam in præteritum & futurũ/ quę extra pręſens/ tempora ſunt. Similiter enim omne cõtingit qđ affirmatur/ negare: & qđ negatur ab alio/ alium rurſus affirmare. Q; ſi omni veritati falſitas opponitur/ omni etiam falſitati veritas (eſt autem & affirmationis et negationis falſa proferre) conſtat q; omni negationi affirmatio/ & omni affirmationi negatio opponitur. Hinc ergo quid ſit qđ dicitur contradictio/ declaratur. Eſt enim cõtradictio: affirmationis & negationis oppoſitio. Cum enim quis affirmat/ qđ alius negat: ipſa vtrarumq; propoſitionum pugna/ contradictio nominatur. atq; hoc eſt/ quod ait. Et ſit hoc cõtradictio: affirmatio & negatio oppoſitæ. cum enim affirmatio negationi opponitur: contradictio eſt. Sed quę ſit affirmatio oppoſita negationi/ aut quę ſit harum propoſitionum oppoſitio: in ſequẽtibus prodit. Neq; enim quęlibet negatio/ cuilibet affirmationi oppoſita eſt: ſed tantum eę quas in ſequẽ


¶Aristotelis in greco textus non habet ita/ vt nos supra posuimus: sed hoc modo. Etenim hominis si non aut est/ aut erit/ aut fuit/ & cetera. subintelligendum relinquēte philosopho: q̄ de ratione diceret/ ideſt de diffinitione quā greci λογον dicunt. Sed cū supra de oratione tractasset quę apud illos eodem modo λογος vocatur/ dū de hominis ratione/ ideſt definitione vellet dicere/ quoniam non significat verum vel falsum/ nisi ei aut est/ aut fuit/ addatur: cōmunione vocabuli vsus ad λογον de quo superius tractabat retulit/ vt non orationem intelligeremus/ sed potius rationem. De qua re nūc illis satisfacimus: si qui greçę orationis periti nos forte culpabunt/ cur qđ illic non fuit nostræ translationi adiçeremus. Nos enim ad faciliorem intellectum latinę orationi famulantes/ hoc apposuimus: quia de oratione loquētibus intellectus ad rationem/ nisi id esset adiectum/ transferri non poterat. Totum vero qđ dicit/ tale est. enunciatiue orationes si sunt simplices: has/ verba constituūt. Ex duobus enim nominibus solis enunciatio non fit: ex nomine autem & verbo fit. vt est homo viuit. Fit quoq; ex solis verbis: vt est/ ambulare moueri est. Fit etiam ex casu verbi: vt Socrates fuit/ vel dies erit. erit enī & fuit: verbi casus sunt. quocirca enūciatiuam orationem simplicem: sola maxime verba constituūt. eorūq; ponit exemplum/ in quo cum plura sunt nomina: nisi addito tamen verbo in enūciationis proprietatem/ & significantiam no venit. vt est definitio hominis (ratio enī hominis est: speciei hominis definitio) cui si non aut est/ aut non est/ aut aliquid huiusmodi addatur: enunciatio esse non poterit. Nam si quis dicat animal rationale mortale: nulla in eo adhuc falsitas aut veritas intelligitur. si vero additur est/ vt sit/ animal rationale mortale est: enunciatio sine vlla dubitatione perficitur. Solum igitur verbum: enūciatiuam simplicē continet orationem. ¶Quare autem vnum quiddam est/ & nō multa animal gressibile bipes (non enim eo q̄ propinquę partes dicuntur: vna erit) est certe alterius hoc tractare negocij. ¶Cum de simplicibus atq; vnis orationibus loqueretur: definitionem hominis interposuit/ de qua nunc hoc dicit. Ita quidē interposita est definitio hominis: tanq̄ si vna esset oratio. cur autem vna sit oratio: nunc (inquit) dicere intermittemus. Neq; enim iccirco vna esse putanda est: quia continue dicuntur/ & sibimet propinque/ animal gressibile bipes. possunt enim videri horum cōtinua/ & sub vna prolatione dicta/ vnam facere enūciationem: sed hoc Aristoteles negat. Nam nō iccirco vna oratio est quia propinque & cōtinue dicitur. Cur autem vna sit alterius est hoc tractare negocij: & de eo disputat in ijs libris/ quos metaphysica inscripsit/ qđ est primi opus philosophi. Nobis autem hoc in secunda editione monstrādum est. ¶Est autem vna oratio enūciatiua: quę vnum significat/ vel coniūctione vna. ¶Plures autem: quę plura/ & nō vnū/ vel incōiuncte. ¶Duplicem modum vnarum/ multarumq; orationum esse denūciat. Est namq; vna oratio: vel cum vnā rem significat/ vel cum cōiunctione vna est. vt est eą quę dicit: animal rationale mortale/ homo est. hāc enī huius orationis sentētiam/ nullus in multas significationes deducere poterit: sed vnū quoddā significat/ & est præter cōiūctionem. Alia vero oratio est vna: quę per cōiunctionem vna est. vt si dies est: lux est. Est ergo vna oratio: quę vel vnam rem significat/ vel coniunctione iungitur. ¶Plures autem sunt: quę plura significant. vt est canis mouetur. hanc enim potest & ad latrabilem/ & ad marinum/ & ad cęlestem auditor cōuertere: atq; ideo quoniam plura significat/ nō est vna oratio/ sed plures. Sunt quoq; orationes per se plures & numero & significatione: quæ nulla coniunctione copulantur. vt si quis dicat. sol est/ pax erit/ nox est/ cęlum voluitur. hęc enī cum plura significent: nulla tamē coniūctione iungūtur/ atq; plures orationes inde vocantur. ¶In summa igitur orationum vnarū: alię sunt significatione vnę/ aliæ coniūctione. Nō vnarū vero orationum: aliæ sunt significatione plures/ alię eo quoniā nulla cōiunctione copulantur. ¶Nomen igitur & verbum: dictio sit solum. quoniam nō est dicere sic aliquid significātē: voce enūciare/ vel aliquo interrogāte vel nō/ verum ipso proferente. ¶Per hanc sentētiam: simplex dictio quid sit/ exponit. dicit enim verbum nomēq; dictiones videri solum/ non etiā affirmationes: atq; huius sentētiæ causam subnectit. Iccirco enim verba & nomina dictiones solum sunt: quoniam cum dicta fuerint simplicia/ siue aliquo proferente/ vel spōte dicente/ siue ad alterius interrogationem aliquo respōdente/ neq; verum ex his/ neq; falsum valet intelligi. Si quis enī per se dicat Socrates/ vel rursus per se solum simplexq; ambulat: neq; verū efficit/ neq; falsum. Si vero aliquo interrogāte/ Socrates ne ambulat/ ille respōdeat ambulat: si huicpsi verbo per se quisq̄ vellet aduertere/ qđ dixit ambulat/ enūciatio nulla est. q̄ si cum superiore interrogatione cōiungat: tūc ex interrogationis & respōsionis cōiunctione enūciatio nascitur. Solū enim nomen/ vel verbum: neq; dicente aliquo/ & sponte proferente/ nec respondēte potest quisq̄ dicere/ quoniam enūciatio facta est. & sensus quidem huiusmodi est: ordo autem verborum talis est. Nomen ergo & verbum dictio sit sola: quoniam sic aliquid significātem voce/ ideſt nomen aut verbum simpliciter proferentem/ non est dicere enunciare. Non enim possumus dicere q̄

Non habet ita. Codex græcus ita nūc habet sic enī dicit Aristo. και παρα του αρθρωτου λογος. hoc ē. etenī hominis ratio.


FRANCISCVS. uerſale in vniuerſali quoties ita dicit: homo animal eſt/ homo animal nō eſt. cum enim homo ſit res vniuerſalis/ nulla adiectio vniuerſalitatis/ quę eſt nullus/ aut omnis: affirmationē vel negationem fecit. quocirca repetēdum eſt. Affirmatio vniuerſalis ē: in qua vniuerſale vniuerſaliter prędicatur affirmatiuę. & negatio vniuerſalis: in qua rurſus vniuerſale vniuerſaliter prędicatur negatiuę. & hę huiuſmodi cōtrariæ ſunt. Fieri enim nō poteſt vbi vera eſt affirmatio vniuerſalis: illic vniuerſalis negatio vera ſit/ & ecōtrario. fieri tamen poteſt: vt vtręq; inueniri falſæ poſſint. vt omnis homo iuſtus eſt: nullus homo iuſtus eſt. hic enim vtręq; ſunt falſę. Et vna quidem vera/ altera falſa reperiatur. vt in eo qđ eſt/ omnis homo animal eſt/ nullus homo animal eſt: vna vera eſt/ altera falſa. Vt vero vtręq; verę ſint: fieri non poteſt. quocirca quoniam vtręq; falſę inueniuntur: oppoſitę nō ſunt/ ſed ſunt cōtrarię. cur autem cōtrariæ dicātur: alio loco nobis dicendum eſt. ¶ Particulares vero propoſitiones ſunt huiuſmodi: quidam homo animal eſt/ quidam homo animal non eſt. hę dicūtur ſubalternæ. Affirmatio enim particularis: ſub affirmatione vniuerſali/ ſubalterna eſt. rurſus eodem modo/ particularis negatio ſub vniuerſali negatione ſubalterna eſt. Sed hę vt vtręq; veræ ſint/ et vt vna vera alia falſa: fieri poteſt. vt vtręq; vero falſę ſint: nō poteſt inueniri. vt in eo qđ eſt/ quidā homo/ iuſtus eſt/ quidā homo/ iuſtus non eſt: vtręq; ſunt verę. cum vero dicimus quidam homo/ animal eſt/ quidam homo/ animal nō eſt: vna vera eſt/ altera falſa. & dicūtur affirmatio & negatio particulares: ſubcontrarię. quare nec iſtę vocantur oppoſitæ: iccirco quia vtręq; verę inueniuntur interdum. Sit autem harum talis deſcriptio.

Oppoſitę nō ſunt: ideſt contradictorię. nā cōtradictio ſcđm verum et falſum eſt. ſed cōtrarias eſſe nichil pōhibet. nā vt malū malo (ceu timiditas & audacia) ita falſū falſo interdū cōtrariū eſt. ſed vt ſubcōtrarię: ſic opponūtur vt albū/ et fuſcū quorum vtrūq; albū/ vnū i affirmatione et alterum in negatione.

Ergo neq; ſuperioris vniuerſales. id eſt contrarię/ neq; ſubcōtrarię: oppoſitę ſunt/ ideſt contradictoriæ.



¶ Ergo neq; ſuperiores vniuerſales/ neq; inferiores particulares oppoſitę ſunt: iccirco q; inferiores quidem vtręq; verę/ ſuperiores vtræq; falſę eſſe poſſunt. Sūt autem oppoſitę contradictorię (vt ipſe ait) ſi quis aſpiciat angulares: vt affirmationē vniuerſalem particulari comparet negationi. vt eſt/ omnis homo iuſtus eſt/ quidam homo iuſtus nō eſt. hę enim neq; veræ poſſunt inueniri/ neq; falſę: ſed in omnibus vna vera eſt/ altera falſa. Et rurſus ſi vniuerſalis negatio particulari affirmationi comparetur: reperiuntur oppoſitæ. vt eſt/ nullus homo iuſtus eſt/ quidam homo iuſtus eſt. Semper enim vna vera eſt/ altera falſa. & hoc in quibuſlibet terminis ſi diſpexeris: oratio non diſcrepabit. Sit autem pleniſſima hoc modo deſcriptio.



¶ Sunt ergo determinationes vniuerſalium quidē omnis & nullus: particulariū vero quidā et qđā nō. Illę autē propoſitiones/ quę neq; vniuerſale habēt additū/ neq; particulare: indefinitę vocantur/ & particularibus ſimiles ſunt. vt eſt/ homo iuſtus eſt/ homo iuſtus nō eſt. Poſſunt enī vtręq; eſſe veræ: vt i hoc ipo exēplo qđ diximus. & poteſt vna eſſe vera/ altera falſa: vt homo animal eſt/ homo animal nō eſt. vtręq; vero vt falſę ſint: nō poteſt inueniri. & hę (vt dictum eſt) vocātur indefinitę. Prēter has autē omnes/ ſingulares ſunt: in quibus cōtradictio poteſt euenire. vt in eo qđ eſt Socrates animal eſt/ Socrates animal nō eſt: Socrates iuſtus eſt/ Socrates iuſtus non eſt. Nam ſi nulla eas ęquiuocatio vel prædicati/ vel ſubiecti/ vel alterius temporis/ vel aliquid eorū quę ſingulas determinant/ impediat: ſemper vna vera eſt/ altera falſa. Quare quoniam de omnibus in cōmune ſpeculati ſumus/ & quid quęq; eſſet quātum breuitas patiebatur/ expreſſimus: ad textum nūc quoniam tēpus eſt/ reuertamur. Si ergo (inquit) vniuerſaliter enūciet in vniuerſali/ quoniam eſt aut nō: erunt contrariæ enūciationes. vniuerſaliter enim enun-

tibus ipſe determinat.quocirca erit cõtradictio:affirmatio & negatio oppoſitæ.quę ſunt autem
» oppoſitę:ſequens expoſitionis ordo contexit. ¶Dico autem opponi eiuſdem de eodem/nõ au-
» tem equiuoce:& quęcunq; cætera talium contra ſophiſticas determinauimus importunitates.
¶Fieri tunc oppoſitionem in affirmationibus negationibuſq; demonſtrat: cum idem ſubiectũ
idemq; prędicatum ĩ negatione ſit/qđ quilibet in affirmatione propoſuit.oportet enim ſemper
ſi oppoſita ẽ affirmatio negationi:vnam eſſe verã /& alteram falſam. ꝙ ſi vtręq; falłę ſunt/aut
vtręq; veræ:non ſunt oppoſitę.neq; enim ſe perimunt.Si aũt vna ſit falſa/alia vera: tunc vera
perimit falſam.Et ſi alia fuerit vera:alia mox a veritate diſcedit. Qz ſi in qualibet affirmatione
aut ſubiectum/aut prædicatum fuerit equiuocum:nõ ſunt oppoſitę. Si quis enim dicat/Alexã-
der Helenam rapuit/ quoniam Alexandri nomen equiuocum eſt: poteſt vtrũq; eſſe verum/ &
negatio ſi de Alexãdro magno loquatur/ & affirmatio ſi de Alexãdro Troiano proponat. qua-
re nõ ſunt hę oppoſitę.Illas autem eſſe dicit oppoſitas:quęcunq; eiuſdem prædicati/habent op
poſitionem de eodem ſubiecto/vt ibi nulla æquiuocatio/ diuerſitatis cauſa ſit. hoc enim eſt qđ
ait.Dico autem opponi eiuſdem de eodem/nõ autem equiuoce:vt eiuſdem prędicati ſit oppo-
ſitio in negatione/quę fuit in affirmatione.et de eo ſubiecto fiat negatio/ de quo ante facta eſt
affirmatio.Sed diligentius hęc in libro quem Sophiſticum Elenchũ inſcribit:ediſſerit. Illic enĩ Quid ſophi
Sophiſtarum/quos fallaces argumẽtatores latine poſſumus dicere/ qui per huiuſmodi propo- ſta.
ſitiones quę verum inter ſe falſumq; nõ diuidunt/ mendaces colligunt ſyllogiſmos: argumẽta
diſtinxit/quibus capere reſpondẽtem atq; innectere conſueuerũt. Ergo nũc hoc dicit etiam illa
eſſe obſeruanda:quę contra argumentatorum importunitatẽ determinata ſunt. quę vero ſunt:
illa dicenda a me/ ſecundæ editionis textus expectet.

¶DE SVBIECTIS ET PRAEDICATIS ENVNCIATIONVM. Cap.V.

» Voniam autem ſunt hęc quidem rerum vniuerſalia:illa vero ſingularia.Di
» co autem vniuerſale quod in pluribus prædicari natum eſt.Singulare vero
» quod non.vt homo quidem vniuerſale eſt:Callias vero eorum quę ſunt ſin-
» gularia. ¶Omnis propoſitio quemadmodum fiat/oſtendit. ſecũdum enim
res quę ſignificantur: propoſitionis natura perſpicitur. ¶Rerum autẽ: alia
ſunt vniuerſalia/alia particularia. Vniuerſale eſt qđ de pluribus prędicatur:
vt homo de pluribus dicitur/& eſt vniuerſalis. Singulare vero eſt: vt quęli-
bet res indiuidua/ cuius nulla prædicatio ad ſibimet ſubiecta perueniat.vt
Plato/vel Socrates. horum autem naturam docet exẽplis. ait enim. vt homo quidem vniuer-
ſale:Plato vero eorum quę ſunt ſingularia.Nam ſi hoc eſt vniuerſale qđ de pluribus prædica- Platovero.
tur:homo vniuerſale eſt. de pluribus enim indiuiduis dicitur. Qz ſi hoc rurſus eſt ſingulare/qđ Codex grę.
de nullo alio prædicatur: Plato ſingularis eſt.Indiuidua nãq; de nullis alijs prędicantur.Quo- Callias ha-
niam ergo ſunt quędam rerum vniuerſalia/alia vero ſingularia:manifeſtum eſt/quoniam om- bet.
» nis affirmatio aut negatio per hęc conſtituitur. ¶Neceſſe eſt autem enũciare cum ineſt aliquid
» aut non:aliquãdo quidem alicui eorum quę vniuerſalia ſunt/aliquando autem quę ſingularia
» ſunt. ¶Omnis namq; propoſitio aut ſingulare habet/aut vniuerſale ſubiectum:ſiue affirmati-
one annuat/ſiue abnuat negatione.Si quis enim dicat homo animal eſt/homo animal nõ eſt:
vniuerſalem rem/ideſt hominem/animal aut eſſe aut nõ eſſe propoſuit.atq; hoc eſt qđ ait.Ne-
ceſſe eſt autem enũciare:cũ ineſt aliquid/aut nõ.aliquoties quidem eorum alicui quę ſunt vni-
uerſalia. Homo enĩ cũ ſit vniuerſale: animal illi ineſſe affirmatio poſuit/quę dixit homo/ ani-
mal eſt.& non ineſſe negatio quę ait: homo/animal non eſt.Si vero aliquis ſic dicat, Socrates
diſputat/Socrates nõ diſputat:alicui eorum quę ſunt ſingularia eſſe & nõ eſſe cõiunxit.et hoc ẽ
qđ ait. aliquãdo autem eorũ quæ ſingularia ſunt. Nam cum Socrates ſingulare quiddam ſit:
» diſputatio ei ab affirmatione iũcta eſt/ſed a negatione ſeiuncta. ¶Si ergo in vniuerſali vniuer
» ſaliter enunciet quis quoniam eſt aut non eſt: contrarię enunciationes erunt. Dico autem in
» vniuerſali enunciare vniuerſaliter.vt omnis homo albus eſt nullus homo albus eſt. Quãdo au
» tem in vniuerſalibus nõ vniuerſaliter:nõ ſunt contrarię.quę autem ſignificãtur:eſt eſſe aliquã-
» do contraria. ¶Omnis affirmatio omniſq; negatio:aut vniuerſalis eſt/aut particularis/aut in-
definita.Vniuerſalis eſt affirmatio:vt ſi quis dicat/ omnis homo/animal eſt.Cum ſit enim vni-
uerſale ſubiectum homo (de multis enim prædicari alijs/poteſt) vniuerſaliter prædicatum eſt.
diximus enim:omnis homo/animal eſt.nec ſolum homini/qđ eſt vniuerſale poſuim9: ſed etiã
omne & vniuerſale/ideſt omne adiecimus vniuerſali/ideſt homini.& hęc eſt affirmatio vniuer
ſalis.Sin vero dicat aliquis/nullus homo/animal eſt:rurſus homini vniuerſali rei/determina-
tionem vniuerſalem id qđ dicitur nullus/adiecit.Siue ergo in affirmatione/ſiue in negatione:
ſi eas vniuerſaltier aliquis proferat/vniuerſale in vniuerſali proponit.Non proponit autẽ vni-

ita quoq; negatio vniuerſale ſignificat. habet enim & ipſa hominem. ſed idem ipſum vniuerſale docet nō eſſe vniuerſaliter/ ideſt nō omne eſſe albū: qđ affirmatio eſſe vniuerſaliter poſuerat/ omnem hominē eſſe albū proponens. eodē modo etiam & in negatione. quas nos ſupra angulares poſuimus/ & contradictorias in deſcriptione: hic nunc eaſdem oppoſitas contradictorie/ vocat. Q; autem vniuerſali affirmationi/ quæ eſt omnis homo albus eſt/ particularem negationem oppoſuit quę eſt nō omnis homo albus eſt: tantūdem eſt tanq; ſi diceret/ quidam homo albus nō eſt. Nam ſi nō omnis homo albus eſt: quidam homo albus non eſt. ¶ Contrarie vero vniuerſalem affirmationem & vniuerſalem negationem. vt omnis homo iuſtus eſt: nullus homo iuſtus eſt. ¶ Planiſſime omnes exequitur. dicit eni cōtrarias vniuerſalē affirmationē/ & vniuerſalem negationem. has enim nos quoq; ſupra deſcripſimus: hic vero eaſdem/ contrarie demonſtrat opponi.

¶ DE REGVLIS OPPOSITORVM. Cap. VI.

Vocirca has quidem impoſſibile eſt ſimul eſſe veras. ¶ His vero oppoſitas: contingit aliquando in eodem ſimul eſſe veras. vt non omnis homo albus eſt: & aliquis homo albus eſt. ¶ Illud quoq; addidit/ q; eas ipoſſibile ſit i eodem veras aliquando cognoſci. Nam ſicut contrariorum natura in eodem non poteſt inueniri (neq; enim vno eodēq; tēpore: aliquid nigrū eſt atq; album) ſic quoq; nec contrarię/ vt vtręq; ſimul ſint verę: fieri poteſt. quod autē adiecit/ his vero oppoſitas cōtingit aliquādo i eodē: particularē affirmationem/ & particularem negationem deſignat. Particularis namq; affirmatio/ vniuerſali negationi oppoſita eſt contradictorie: particularis vero negatio/ vniuerſali affirmationi. Contrariarum igitur oppoſitę/ poſſunt in eodem verę aliquoties inueniri: vel particularis affirmatio & particularis negatio verę vt ſint aliquoties fieri poteſt. vt ē/ quidam homo albus eſt: quidā homo albus nō eſt. vtręq; eni ſunt vere. ¶ Quęcūq; igitur cōtradictiones vniuerſalium ſunt vniuerſaliter/ neceſſe eſt alteram eſſe verā vel falſam: & quęcunq; in ſingularibus ſunt. vt eſt Socrates albus. nō eſt Socrates albus. ¶ De contradictorie oppoſitis loquitur/ & de ſingularibus propoſitionibus: q; vnam ſemper veram/ falſam ſemper alteram neceſſe eſt inueniri. hoc enim dicitur. cōtradictiones (inquit) eorum quę ſunt vniuerſalium vniuerſaliter prædicatorum: vna ſemper vera eſt/ altera falſa. vniuerſalium autē vniuerſaliter prędicatorū/ ſunt contradictiones vniuerſalium particulariter prędicatorum. Nam affirmatio vniuerſalis & negatio vniuerſalis/ vniuerſaliter prædicantur: horum contradictorię particulares affirmationes vel negationes ſunt/ ſi ſibi angulariter comparentur. harum igitur contradictionum/ quę ſunt vniuerſalium vniuerſaliter prędicatorum: vna ſemper vera eſt/ ſemper falſa altera reperitur. In ſingularibus quoq; idem eſt. Nam ſi nulla (vt dictum eſt) varietas ęquiuocationis impediat/ idemq; ſit prędicatum/ idemq; ſubiectum/ ad vnum idemq; tempus/ ad vnam eandēq; partem/ ad vnum idemq; relatum/ vno atq; eodem modo: vna ſemper vera eſt/ altera falſa/ & veritatis inter ſe naturam & mendacij partiuntur. ¶ Quęcunq; autem in vniuerſalibus non vniuerſaliter: non ſemper hęc quidem vera eſt/ illa vero falſa eſt. ¶ Quę vero ſunt (inquit) indefinitæ/ vt neq; vniuerſalem habeant/ neq; particularem determinationem (quod tacuit) nō ſemper vna vera eſt/ altera falſa: ſed vtręq; interdum inueniūtur verę. In vniuerſalibus autem non vniuerſaliter prędicatur aliquid hoc modo: homo albus eſt/ homo albus non eſt. in quo vno eodemq; tempore vtraſq; veras eſſe contingit. hic enim cum vniuerſale ſit homo: nō vniuerſaliter prędicatum eſt nomen. at vero nec particulariter. neq; enim quidā/ aut nullus/ aut omnis adiectum eſt. Docet autem huiuſmodi propoſitiones: nō inter ſe diuidere veritatem atq; mēdacium hoc modo. ¶ Simul enim verum eſt dicere quoniam eſt homo albus: et quoniam nō eſt homo albus. & eſt homo pulcher: & nō eſt homo pulcher. ſi enim turpis eſt: nō eſt pulcher. & ſi fit aliqd: non eſt. ¶ Documētum eſt huiuſmodi dictum: indefinitam affirmationem/ negationēq; veras vtraſq; poſſe inuenire. verum enim dicere eſt: eſt homo albus/ et nō eſt homo albus. huius autē rei probatio eſt. nam ſi verum eſt dicere/ eſt homo niger/ & eſt homo albus ſimul vno eodemq; tempore (qui autem niger eſt: albus nō eſt) verum eſt dicere vno eodemq; tempore/ quoniam eſt homo albus/ & nō eſt homo albus. Rurſus ſi verum eſt dicere/ quoniam eſt homo pulcher/ & eſt homo fedus vno eodemq; tempore (qui autē fedus eſt: pulcher nō eſt) verum eſſe autē dicere hominem eſſe pulchrum/ & hominem eſſe fedum/ vno eodemq; tempore manifeſtum eſt. Cum enim Achilles eſſet pulcher: erat Clodius Therſides fedus. Rurſus ſi verum eſt dicere eſſe hominem album/ & rurſus eodem tempore fieri hominē albū (nec eni hoc vlla cōtrarietas vetat/ vt ſit homo albus/ & rurſus fiat homo albus/ ſed qui fit albus/ nondum albus eſt) verum eſt dicere igitur quoniam ē homo albus/ & nō eſt homo albus. hoc eſt enim qđ ait. Et ſi fit aliquid

ciat aliquis in vniuerſali: quoties vniuerſalem affirmationem/ aut vniuerſalem fecerit negationem. cum enim dicit/ omnis homo animal eſt: vniuerſalem hominem/ vniuerſaliter enunciauit per id qđ addidit omnis. q; ſi rurſus dicat nullus homo animal eſt: eodem modo vniuerſalem hominem vniuerſaliter enunciat per id qđ ait nullus. & ſunt contrariæ. quas autem dicat eſſe contrarias: ſubiecto declarat exemplo. Dico autem in vniuerſali enunciationem vniuerſalem: vt omnis homo albus eſt/ nullus homo albus eſt. vna ſiquidem affirmatio vniuerſalis/ altera negatio vniuerſalis: quas contrarias eſſe ſupra in deſcriptione docuimus. Quando autem in vniuerſalibus non vniuerſaliter: non ſunt contrariæ. Quoties autem (inquit) indefinitę ſunt propoſitiones/ & vniuerſaliter vniuerſale nō proponitur: contrariæ nō ſunt. ea enim affirmatio quæ dicit/ homo iuſtus eſt: ei quæ dicit homo iuſtus non eſt/ contraria non eſt. poſſunt enim vtręq; ſimul eſſe verę & in eodē/ ideſt homine. qđ in contrarijs fieri impoſſibile eſt. Qđ vero addidit/ quę autem ſignificantur eſt eſſe cōtraria: tale eſt. Ipſę quidem propoſitiones contrarię nō ſunt: ſignificant tamen aliquando contraria. Si quis enim dicat homo albus eſt/ & alius neget homo albus non eſt: ipſę quidem contrariæ non ſunt. qđ autem dicitur homo albus nō eſt: poteſt quiddam ſignificare contrariū. Nam deſignat hoc qđ dicitur/ homo albus non eſt: & rubri coloris eſſe/ & pallidi/ & fuſci/ deſignat etiam nigri/ qđ eſt albo cōtrarium. poteſt igitur id qđ nō eſt album/ eſſe nigrum. ergo quā; ipſę cōtrarię nō ſunt: tamē poteſt aliquādo quiddam ſignificare contrariū priori affirmationi/ vt in eo qđ diximus. Nam ſi id qđ dicitur/ non eſt homo albus/ nigrum eſſe deſignet/ quoniam is qui niger eſt/ albus non eſt: cōtrarię quidem propoſitiones non ſunt/ quoniam poſſunt eſſe vtręq; verę. quę autem ſignificātur: interdum contraria reperiuntur. Quę autem ſint huiuſmodi propoſitiones: exemplorum ſubiectione monſtrabit.

» ¶Dico autem non vniuerſaliter enunciare in ijs quę vniuerſalia ſunt: vt eſt albus homo/ non
» eſt albus homo. ¶Et quid dicat eſſe vniuerſale non vniuerſaliter prædicare: planiſſime demō-
» ſtrauit dicens. ¶Cum enim vniuerſale ſit homo: nō vniuerſaliter vtitur enunciatione. omnis
» namq; nō vniuerſale ſignificat/ ſed quoniam vniuerſaliter. ¶Nam id quod dicitur omnis: illud ad quod prędicatur colligit/ atq; in vnum corpus adducit. vt cū dicitur omnis homo iuſtus eſt: nullum excipit hominem/ ſed totam colligit humanitatem/ & fit de re vniuerſali homine prædicatio vniuerſalis/ cum dicimus omnis homo. Nam cum ſit vniuerſale homo: huic vniuerſali vniuerſalitatem cōſignificat/ id qđ additur omnis/ & res vniuerſalis vniuerſaliter prædicatur.

» ¶In eo vero quod vniuerſale prędicatur. id quod eſt vniuerſaliter prædicari non eſt verum.
¶Hac nos ſentētia/ quē ad locum vniuerſalitatis determinationem recte ponamus/ inſtituit. Docet enim ſemper iſtam vniuerſalitatem/ quā determinationē vniuerſalē vocamus: ad ſubiectum poni debere terminum/ & nunq; ad prędicatum. ſi quis enim ſic dicat/ omnis homo animal eſt: recte dixerit/ omnis ad ſubiectum/ ideſt ad hominem ponens. Q; ſi ſic dicat/ omnis homo omne animal eſt: falſum dixerit. Ergo hoc dicit. In eo vero quod vniuerſale prędicatur/ vt animal de homine (animal enim vniuerſale eſt: de omni enim homine prædicatur) nō eſt verum hoc ipſum vniuerſale/ qđ eſt animal/ vniuerſaliter prędicare/ vt dicatur omne animal/ eſſe
» hominem. nec ſolum in his: ſed in nulla recte fieri affirmatione concedit. ait enim. ¶Nulla enī
» affirmatio vera erit: in qua cum vniuerſale ſit prędicatum/ vniuerſaliter prędicatur. vt ē omnis
» homo omne animal. ¶Hoc autem cur eueniat: paucis oſtēdam. Prędicatum ſemper maius eſt ſubiecto/ vel ęquum. maius fit: vt cum dico/ homo/ animal eſt. animal prædicatur/ homo ſubijcitur: ſed maius eſt animal homine. de pluribus enim: q; ipſe homo/ prędicatur. Rurſus ęquale eſt: cum ſic dicimus/ homo riſibilis eſt. homo ſubiectum eſt/ riſibile prędicatum: ſed homo atq; riſibile/ ęqualia ſunt. proprium namq; eſt hominis: qđ eſt riſibile. Vt autem minus prædicatum inueniatur/ q; ſubiectum: fieri nō poteſt. Siue ergo maius ſit prędicatum: falſum eſt vniuerſale adijcere prędicato. vt in eo qđ ipſe poſuit/ exemplo. omnis homo/ omne animal eſt. Siue ęquale ſit: ſuperfluum eſt/ ſi quis ſic dicat/ omnis homo omne riſibile eſt. quare vniuerſale prædicatum: prædicare vniuerſaliter nō oportet. ¶Opponi autem affirmationem negationi dico con-
» tradictorie: quę vniuerſaliter ſignificat eidem quoniam nō vniuerſaliter. vt omnis homo albus
» eſt: non omnis homo albus eſt. nullus homo albus ē: aliquis homo albus ē. ¶Quid ſit proprie
» contradictio: conſequenter exponit. Ait eni opponi contradictorie propoſitiones/ quoties vniuerſalem affirmationem particularis abnuit negatio: & quoties vniuerſalem negationem particularis affirmatio aſtruxerit. Cum enim omnis homo albus eſt/ dicitur: illa negatio quę dicit non omnis homo albus eſt/ de eodem homine vniuerſaliter tollit/ quod vniuerſaliter affirmatio conſtituerat. Illa enim/ omnem hominem eſſe album ponit: iſta dicit nō omnem/ tanq; ſi cōcedat aliquem/ ſed ei tantum auferat vniuerſalē. hoc eſt enim qđ ait. Quę vniuerſaliter ſignificat eidem quoniam nō vniuerſaliter. Nam ſicut vniuerſale ſignificat affirmatio dicēs hominē:

¶DE AFFIRMATIONE ET NEGATIONE VNA. Cap. VII.

VNa autem affirmatio et negatio est: quę vnū de vno significat/ vel cum sit vniuersale vniuersaliter/ vel nō similiter. vt omnis homo albus est/ non omnis homo albus est. est homo albus/ non est homo albus. nullus homo albus est/ aliquis homo albus est. ¶Quid sit vna affirmatio: & supra iam diximus/ & nunc quoq; idem docere non piget/ cum idem Aristoteles reuoluerit. Vna enim affirmatio est: quę vnā rem de vna significat/ ideſt quę huiusmodi habet prędicatū/ & huiusmodi subiectum: vt vtrūq; singula significet. Nam si vnū aliquid significet prædicatum: simplex atq; vnum est. q; si rursus vnum aliquid significet subiectum/ & non plura: simplex rursus est atq; vnum. Quocirca si vnum prædicatum de vno erit subiecto: vtraq; singula significabūt/ & non plura. Eoq; fit/ vt nō sit multiplex propositionis significatio: & quę vnum significet/ vna sit. Idem autem oportet esse etiam in vniuersalibus vniuersaliter prędicatis/ & in particularibus quas vniuersalibus opponi necesse est. quorum etiam subdit exempla. dicit enim vnam esse propositionem: omnis homo albus est. & sibi rursus oppositam vnam esse: nō omnis homo albus est. ¶Si album vnum significat. sin vero duobus vnū nomen positum est/ ex quibus non est vnum: nō est vna affirmatio/ neq; vna negatio. ¶Si album (inquit) vnum significat. q; si plura designat: nō est vna affirmatio/ nec vna negatio. Hoc autem & in subiecto conuenit custodire: scilicet vt subiecti quoq; simplex significatio seruetur. Docet autem non esse vnam propositionem: si prædicatum vel quodlibet in propositione verbum/ multa significat hoc modo. sin vero duobus vnū nomē positum est ex quibus nō est vnū: non est vna affirmatio/ neq; negatio. Sunt quędam res quę plura quidem significēt: ex quibus omnibus iunctis vnum quiddam valet effici. hominis quidem nomē significat animal/ significat mortale/ rationale quoq; designat: sed hęc iuncta vnum quiddam efficiūt/ qđ est animal rationale mortale. hęc namq; omnia: vnum hominem cōplent. Sunt quoq; alia: quę duas vel plures huiusmodi res designant ex quibus iunctis/ vnū aliquid esse nō posset. vt liber. Dicitur nāq; & Dionysius liber/ dicitur liber & ingenuus: sed ingenuus & Dionysius iuncti nichil efficiunt. quare si quid tale sit (inquit) aut subiectum aut prædicatum/ qđ plura significet ex quibus vnū aliquid esse non possit: nō est illa vna affirmatio/ neq; vna negatio. Et hoc ficticij exempli ratione confirmat. ¶Vt si quis ponat hoc nomen tunica/ homini & equo: q; tunica alba est/ hęc nō est vna affirmatio/ nec vna negatio. Nichil enim differt hoc/ q̄ dicere quoniam est homo equus albus. hoc autem nichil differt q̄ dicere est homo albus: et est equus albus. ¶Dicatur eni (inqt) equus & homo tunica/ & habeant verbi gratia hoc nomen. si quis dicit/ est tunica alba/ quoniā tunica equum atq; hominem designat: videtur dicere quoniā est equus & homo albus. sed hoc tale est: tanq̄ si quis dicat/ est equus albus/ & est homo albus. Sed hę sunt duę propositiones: & non vna. duplex igit̄ illa quoq; propositio est: est homo & equus albus. quare duplex illa quoq; quę dicit: est tunica alba. Etenim subiecti huius/ ideſt tunicæ duplex significatio: propositiones fecit esse duplices. Q; si quis dicat vnum quiddam significare/ est tunica alba/ quia significat est homo & equus albus: impossibile est. Neq; enim ex homine & equo quiddam vnum fit: vt hęc propositio vnum aliquid designet. quare & hęc propositio multa significat: aut si non multa/ nichil omnino designat. nichil enim ē homo equus: vt simul dicatur atq; intelligatur. Hoc est enim qđ ait. ¶Si ergo hę multa significāt & sunt plures: manifestum est quoniam et prima vel multa vel nichil significat. neq; enim ē aliquis/ homo equus. ¶Si ergo hę multa significāt/ & sunt plures: manifestum est q; & prima/ ideſt ea quę dicit/ est tunica alba/ multa vel nichil significat. Nichil autem/ iccirco quoniam si non multa designet propositio cuius quilibet terminus equiuocus est/ cum illa quę nomine æquiuoco significātur/ iuncta fuerint/ neq; in vnā substantiam cōuenerint: talis iunctura quę res sibimet incōtexas copulat/ nō erit vllus intellectus. vt ea quæ est/ tunica alba est: aliter esse vna non potest/ si tunica equum hominemq; significet/ nisi equus atq; homo iuncti vnum aliquid efficiant. sed hi termini tales sunt/ vt necesse sit hanc propositionem vel multiplicem esse: vel nichil significare. nam si iungantur homo & equus: fit nichil. Nichil enim est homo equus: qđ per hoc monstrauit quod ait. Neq; enī est aliquis homo equus. hoc autem cur nunc ab ipso propositum sit: lucidissime demonstrauit. cum enim de his propositionibus loqueretur/ quę verū inter se falsumq; diuiderent: hoc addidit. q; etiā eę quæ habent vel prędicatum æquiuocum vel subiectum: verum falsumq; nō diuidunt. vtreq; enī veręsse possunt/ vt eę quæ dicunt/ est liber homo/ si ad ingenuitatem referas: & nō est liber homo/ si ad Dionysium. recte igitur dictum est. ¶Quare nec in his necesse est hanc contradictionem veram/ illam vero falsam esse. ¶Cum enim multa significat: multiplex significatio in negatione/ atq; affirmatione seinuicem nō perimit. q; si vna sit affirmatio/ & vna negatio: quoniā

nō eſt. cum enī fit non eſt:ſed poteſt dici quoniam eſt homo albus/ & fit homo albus vt vtrūq; vere dicatur.poteſt igitur vere vtrūq; dici:et eſt homo albus/& nō eſt homo albus. ¶Videbi-
» tur autem ſubito inconueniens eſſe.iccirco quoniam videtur ſignificare hęc non eſt homo al-
» bus/ ſimul et hęc nullus homo eſt albus. ¶Hęc autem neq; idem ſignificat:neq; ſimul neceſſa-
» rio. ¶Tacitę hominum dubitationi reſpondet.qđ enim dicimus/eſt albus homo/& non eſt al-
» bus homo:vtrūq; verum eſſe videtur aliquoties incōueniens eſſe.Si enim verum eſt dicere/ eſt albus homo:quēadmodum fieri poteſt/ vt verum ſit dicere/nō eſt albus homo? Hoc autem vi- Hoc a com
detur iccirco quoniam apparet quibuſdam id qđ dicimus nō eſt homo albus/ hoc ſignificare/ muni diale
tanq̄ ſi dicamus nullus homo albus eſt.ſed hoc verum nō eſt.Neq; enim idem eſt dicere: nō eſt ćticorum
albus homo/& nullus homo albus eſt.Et quāq̄ cum dicimus nullus homo alb⁹ eſt/ ſimul ſigni- ſchola diſ-
ficamus/quoniam nō eſt homo albus:non tamen ex neceſſitate idem vtraq; ſignificat. Cū enī ſcrepat.
dicimus/nō eſt homo albus:ſimul nos dicere/ quoniam nullus homo albus eſt nō oportet intel
ligi.neq; enim ſemper ſimul eſt:non eſt homo albus/& nullus homo albus eſt. Nam aliquoties
ſimul eſt ſcilicet cum prius dicitur vniuerſalis negatio:cum vero indefinita dicitur prius/nō eſt
ſimul negatio vniuerſalis negationi indefinitę. Nam ſi dicam/nullus homo albus eſt:ſimul di
xi/quoniam homo albus nō eſt.q; ſi dicam homo albus nō eſt: non ē ſimul dicta negatio vni-
uerſalis/quę eſt nullus homo albus eſt.quoniā poteſt quidam eſſe nō albus/de quo dicatur ho-
mo albus non eſt/neq; tamen omnis eſſe nō albus.Non igitur ſimul neceſſario ſunt:nō eſt ho-
» mo albus/& nullus homo albus eſt. ¶Manifeſtum eſt autem quoniam vna negatio vnius affir
» mationis eſt.hoc enim idem oportet negare negationem:quod affirmatio affirmauit/ & de eo-
» dem/vel de aliquo ſingularium/vel de aliquo vniuerſalium vt vniuerſaliter/vel vt nō vniuer-
» ſaliter. ¶Hoc quoq; argumentum eſt:negationem indefinitam/& vniuerſalem idem nō ſigni-
ficare/& eas a ſe eſſe diuerſas. Nam ſi vnius affirmationis vna negatio eſt: contra eam quę di-
cit/nō eſt homo albus:illa eſt affirmatio/quę dicit eſt homo albus. et contra eam quę dicit nul-
lus homo albus ē:illa affirmatio ē quę dicit quidam homo albus eſt.ſed hę affirmationes diuer
ſę ſunt/ideſt/eſt homo albus/& quidam homo albus eſt.diuerſæ igitur illæ quoq; ſunt/quę his
proportionaliter opponuntur.diuerſa igitur eſt negatio quę dicit/ nullus homo albus eſt:& ea
quę dicit/non eſt homo albus. Docet autem nos vnius affirmationis vnam eſſe negationē:idq;
hac ratione demōſtrat.Oportet enim idem prędicatum negare negationē/qđ prędicauerit affir
matio:& rurſus de eodem ſubiecto auferre prędicatum negationem oportet/ad qđ affirmatio
ante coniūxerat.Qđ ſi fit:dubium non eſt vnius eſſe affirmationis vnam negationem.ſiue autē
hoc in vniuerſalibus fiat/ſiue vniuerſaliter prędicatis/ſiue indefinite/ & nō vniuerſaliter/ſiue i
ſingularibus:vna eademq; propoſitionū natura eſt/vt vnius affirmationis ſit tantū naturaliter
» vna negatio.hoc autem inductione probat. ¶Dico autem vt eſt Socrates albus:nō eſt Socra-
» tes albus. ¶In hac enim propoſitione idem ſubiectum eſt/idem prędicatum:& in medio exem
» plorum ſubiecit. ¶Si autem aliud aliquid de eodem vel de alio idem:non eſt oppoſita/ſed erit
» ab ea diuerſa. ¶Sēſus huiuſmodi eſt.Si autem aliud aliquid prædicauerit negatio/q̄ affirmatio
prędicauit/vel de alio ſubiecto idem negatio prædicauerit/qđ in affirmatione fuerit prędicatū:
non ſunt ſibi oppoſitę/ſed a ſe tantū diuerſę ſunt.Siquis enim dicat/ Socrates diſputat/& alius
reſpondet Socrates nō ambulat:diuerſum prędicatum eſt/ & diuerſę ſunt propoſitiones & nō
oppoſitæ.& hoc eſt qđ dixit/ ſi autem aliud aliquid.Aliud enim prędicauit negatio: q̄ affirma-
tio prædicauerat.Q; ſi quis ſic dicat Socrates diſputat/ aliuſq; reſpondeat/ Plato nō diſputat:
de alio ſubiecto idem prædicauit/& ſunt a ſe diuerſę propoſitiones/ & non oppoſitę. et erit id
qđ ait/vel de alio idem.Q; ſi vtraq; ſint diuerſa:multo magis diuerſę propoſitiones fiunt.Qui-
bus poſitis ad propoſita rurſus exempla contendit/& vni affirmationi vnā enunciationem ne-
gationis opponit:angularibus angulares/affirmatiuis negatiuas/ particularibus vniuerſales/
» indefinitis indefinitas opponens & comparans. ¶Huic vero quę eſt omnis homo albus eſt:
» contradictio eſt/illa quę eſt nō omnis homo albus eſt.illi vero quę eſt aliquis homo albus eſt/il
» la quę eſt nullus homo albus eſt.illi autem quę eſt/eſt homo albus:illa quę eſt/non eſt homo al Nō ſint ve-
» bus. ¶Et poſt hęc concludit ſentētiam dicens. ¶Quoniam igitur vna affirmatio vni negatio- rę vel falſę:
» ni opponitur contradictorie:et quę ſunt hę dictum eſt.& quoniam contrarie alię: & quę ſunt il id intellige
» lę dictum eſt.& quoniam nō omnis vera vel falſa cōtradictio:et quare/ & quādo vera vel falſa. determina-
¶Reuoluit quoq; breuiter/quoniam alię ſunt contrariæ/alię contradictorię: dicitq; ſe quę ſint te neceſſa-
hę/ diligētius in ſuperiore diſputatione monſtraſſe.Illud quoq;/non omnē eſſe verā vel falſam rioq; vna
affirmationis & negationis oppoſitionem:quā nunc cōmuniter & improprie/ cōtradictionem vera/ alte
vocat.Et quando non ſint verę vel falſę/ vel cur:ſe expoſuiſſe cōmemorat. ra falſa.

niam poteſt nõ euenire negatio.quare in tota contradictione:vnam quidẽ verã/ falſam alteram eſſe neceſſe eſt. Vt autẽ definite vna vera ſit/ altera falſa definite: ſicut in iis quæ ſunt præterita/ quęq; præſentia/ nulla rerum ratione poſſibile eſt.ſed hoc prius Ariſtoteles in ſingularium prædicamentorum propoſitionibus probat/ poſt autem idem debere in vniuerſalibus docet intelligi.iccirco ait: in ſingularibus vero et futuris non ſimiliter. id eſt in ſingularibus propoſitionibus (de quibus prius tractat) et futuris id eſt contingentibus: nõ idem modus eſt verarum falſarumq; propoſitionum/qui in præteritis atq; præſentibus. quoniam in præteritis atq; præſentibus: & totum contradictionis corpus in veritatem falſitatemq; diuiditur/ et vera vna eſt definite/ vt poſſit ex his certus aliquis ac ſciens dicere/ quoniam affirmatio vera ſit/ vel rurſus quoniam negatio.vel ſi id nullus dixerit: certa præteriti tamen temporis vel præſentis ſecundum ſui naturam ratio/ certuſq; euentus eſt.In iis vero in quibus contingens eſt et futurũ id eſt variabile et inſtabile:totum quidem corpus cõtradictionis veritatem falſitatemq; partitur/ ſed hæc veritas atq; falſitas indiſcreta eſt/ atq; volubilis.Nullus enim poteſt dicere: quoniam affirmatio vera eſt. non eſt enim neceſſe veram eſſe affirmationem: iccirco q; negationem fieri poſſibile eſt.nec rurſus negationẽ:quoniam non eſt impoſſibile affirmationem cõtingere.& poſtremo quoniã vtrumlibet ipſorum contingit:iccirco vna earum vera eſſe definite & certe/ naturaliter non poteſt. quibus autem id argumentationibus exequatur: manifeſtum erit hoc modo.

» ¶Nam ſi omnis affirmatio et negatio vera vel falſa eſt : et omne neceſſe eſt eſſe vel non eſſe.
» quare ſi hic dicat futurum eſſe aliquid/ ille vero non futurum dicat hoc ipſum: manifeſtum eſt
» quoniã neceſſe eſt verum dicere alterum ipſorum/ſi omnis affirmatio vel negatio vera vel falſa
» eſt.vtraq; enim non erunt ſimul in talibus. ¶Si quicquid in affirmationibus negationibuſq; proponitur verum vel falſum eſt definite: ſequitur vt quod illę negationes affirmationeſq; ſignificant/ aut euenire/ aut non euenire/ neceſſe ſit. hoc eſt enim quod dicit. Nam ſi omnis affirmatio vel negatio vera vel falſa eſt definite. iccirco enim addidit omnis . In iis enim quæ ſunt futura vel contingentia : non eſſe affirmationes et negationes veras vel falſas definite/ probare contendit.Nam ſi vnus dicat aliquid futurum/ alius neget: vt vtraq; euenant/ fieri non poteſt.quis enim dixerit dicente alio/ Socrates cenaturus eſt/ alioq; Socrates cenaturus nõ eſt: vtraſq; veras in vno eodemq; contingere/ hoc igitur fieri non poteſt. vnus ergo eorum verũ dicturus eſt:alius mẽtietur.Ponatur enim definite vna eorum vera eſſe/ vel falſa. Si ergo omnis affirmatio et negatio vera vel falſa eſt definite/ et vterq;/ negans affirmanſq;/ veri in contradictionibus eſſe non poſſunt: neceſſe eſt vnum verum dicere/ alterum falſum/ et vnum definite verum/ alterũ definite falſum.hoc aũt ſi eſt in omnibus affirmationibus atq; negationibus/ vt vna definite falſa ſit/ altera vera definite: quicquid vera dicit euẽturũ/ euenire/ et quicquid non euenturum/ nõ euenire/ neceſſe eſt.hoc eſt enim qđ ait.Manifeſtum eſt: quoniam neceſſe eſt verum dicere alterum ipſorum. neq; enim poteſt fieri: vt affirmatio negatioq; conſentiant in talibus id eſt in contradictionis propoſitionibus . Neceſſe autẽ eſt euenire quæcunq; vera definite affirmatio loquitur: & non euenire quod profert definite vera negatio. quod ſit probatur.

» ¶Nam ſi verum eſt dicere quoniã album vel non album: neceſſe eſt eſſe album vel non album.
» Et ſi eſt album vel non album: verũ erat affirmare vel negare.et ſi non eſt. falſum dicit.et ſi falſum dicit/ non eſt. quare neceſſe eſt aut affirmationem aut negationem veram eſſe vel falſam.

¶Q2 de futuro poſſit eſſe iudicium: a præſentibus trahit exemplum. ait enim. Hanc eſſe rerum conſequentiam/ vt rem ſubſiſtentẽ propoſitionis veritas conſequatur: et veritatem propoſitionis/ rei de qua loquitur propoſitio/ eſſentia cõmittetur. Nam ſi hic lapis vel quodlibet aliud album eſt: verũ eſt de eo dicere/ quoniã album eſt/ et hæc conuertitur.Nã ſi verum eſt dicere de eo quoniã album eſt: ſine dubio album eſt/ et album eſſe neceſſe eſt. Itaq; fit: vt res veritatem/ et veritas rem/ de qua proponitur/ ſubſequatur. Rurſus ſit lapis hic/ albus non eſt: verum eſt de eo dicere/ quoniã non eſt albus.et ſi de eo verum eſt dicere quoniam non eſt albus: vt ſit albus fieri non poteſt/ cum vere dicatur/ quoniã nõ eſt albus. Idem quoq; in mendacijs valet. Nam ſi quid non eſt: cum hoc aliquis eſſe popoſuit/ mentietur.et ſi quis de alio mentiatur: illud de quo fit mẽdacium/ non eſt. vt ſi quã rem/ cũ alba non ſit/ dicat aliquis eſſe albam: mentitus eſt. quocirca neceſſe eſt illud quoq; non eſſe: de quo mentitus eſt. Ita igitur veritas quidem rei quę eſt/ et res quæ eſt/ veritati: falſitas vero rei quæ nõ eſt/ et res quæ non eſt/ falſitati conuertitur. q; ſi hoc eſt in omnibus rebus/ et quicquid dicitur cum veritate vel falſitate ad rem quę eſt vel non eſt conuertitur/ ſiue negatio ſit/ ſiue affirmatio/ et vnam veram ſemper/ alteram falſam eſſe neceſſe eſt: ſi vna definite vera eſt/ ĩpoſſibile quiddã ex hac poſitione cõtinget.euenient nãq; omnia/ quęcũq; ſunt vel fiunt: ex neceſſitate fieri/ et nichil a caſu/ nichilq; eſſe poſſibile quod ſit/ et non eſſe poſ-

vtrę̃q; in eodem esse non possunt: vnam veram semper/ falsam alteram necesse est esse.

¶DE FVTVRIS CONTINGENTIBVS. Cap. VIII.

» N iis ergo quę sunt et quæ facta sunt/ necesse est affirmationem vel negationem veram esse vel falsam. In vniuersalibus quidem vniuersaliter/ semper hanc quidem verā: illam vero falsam esse/ et in iis quæ singularia sunt (quēadmodū dictū est) in iis vero quę in vniuersalibus nō vniuersaliter dicūtur/ non necesse est. dictū est autē & de his. ¶ In p̄sentib⁹ rebus/ et in p̄teritis factas contradictorie enunciationes: dicit definite vnā semper verā alterā definite semp esse mendacē. vt si quis dicat/ omnes fabri perierūt/ qui ad pugnā cōtra venientes priuata conspiratione progressi sunt/ hoc si negetur sic/ nō omnes fabri perierunt/ qui ad pugnā contra venientes priuata cōspiratione progressi sunt: necesse est quidem vnam verā/ alterā esse falsam/ sed definite vera affirmatiǫ est/ definite falsa negatio. Cum enim id qđ factum est/ dicitur factum: definite verum est. q; si id factum denegetur: falsū definite est. Siue ergo i vniuersalib⁹ vniuersaliter p̄dicatis cōtradictio per oppositionē particularitatis fiat/ siue in singularib⁹/ vt in Socrate et in cęteris indiuiduis/ in iis quæ sunt p̄terita: semper vna vera est/ altera falsa. vt in eo qđ est/ Socrates veneno perempt⁹ est/ Socrates veneno perēptus non est: vera est affirmatio definite/ et ita rursus falsa negatio. In præsentibus quoq; idem necesse est esse. Si enim disputāte Socrate/ dicat aliquis Socrates disputat/ et hoc alius neget: sicut disputare Socratē præsentis temporis ratione definitum est/ ita quoq; definite affirmatio retinet veritatem/ negatio definite mendacium. Et in vniuersalibus quidem vel affirmatiuis vel negatiuis/ in quib⁹ vel affirmatio particularis/ vel negatio particularis opponitur/ idem est. hoc est enim qđ ait. ¶ In iis quę sunt/ & q̄ facta sunt id est i præsentib⁹ atq; in præteritis: vna semper definite vera est/ semper altera falsa definite. siue vniuersalis sit vna/ altera particularis: qđ per hoc monstratur qđ ait. In vniuersalibus quidem vniuersaliter semper hanc verā/ illam vero falsam. siue in singularibus/ atq; indiuiduis prædicamentis: qđ per hoc designat quod addidit. et in iis quę sunt singularia. Sed postq̄ dixit de cōtradictoriis/ adiecit. in ijs autem quæ indefinitę sunt/ non necesse est semper hanc quidem veram: illam vero esse mendacem. hoc scilicet designans qđ ait. In iis vero quæ in vniuersalibus nō vniuersaliter dicuntur: non est necesse in ijs vnam veram/ alterā falsam proponi. potest enim fieri: vt vtrę̃q; sint verę/ quę fuerint indefinitæ.

Litterę sincera expositio

Propositionū diuisio

» ¶ In singularibus vero et futuris: non similiter. ¶ Propositionum alię sunt tantum inesse significantes, vt si quis Socrate viuo dixisset/ Socrates caluus est/ alius negaret Socrates caluus non est. Illa *enim* inesse posuit Socrati/ caluiciē: illa caluiciem a Socrate disiunxit. Alię vero sunt necessariæ. vt si quis dicat: necesse est solem annis omnibus in arietem rursus redire. Rem namq; necessariam et ex necessitate euenientem prędicans: totam fecit necessariam propositionē. Aliæ autem sunt cōtingentes: quę cum non sint/ eas tamen in futurum euenire possibile est. vt si quis dicat: hodie Alexander pransurus est/ hodie Alexander pransurus non est. sunt enim cum ista dicantur/ quoniam illi adhuc prandere non inest/ inesse tamen contingit/ et potest fieri/ vt hodie prandeat: iccirco dicimus eas contingentes. contingit enim fieri: qđ adhuc nondum factum est. Sed hę non insunt quidem: vt dictū est. sunt enim futuri temporis. quę autem nō insūt/ si inesse possunt: necessarię non sunt/ quoniā huiusmodi retinent naturam/ vt eas et esse/ et non esse possibile sit. potest enim fieri: vt hodie Alexāder prādeat/ et rursus potest fieri vt hodie nō prandeat. Et hanc eueniendi vel non eueniendi possibilitatem: vtrumlibet vocamus. In huiusmodi enim rebus vtrumlibet contingit aut affirmatio/ aut negatio: et non est necesse aut affirmationem fieri aut negationem. Nam cum non sit affirmatio necessaria: non intercluſum est contingere negationem. Rursus cum negatio necessaria non sit: interdum accidit/ vt affirmatio contingat. Quare hæc huiusmodi eueniendi vel non eueniendi potentia vtrumlibet vocatur/ q; in his vtrumlibet id est vel affirmationes vel negationes euenire conceditur. Nunc ergo Aristoteles hoc validissima argumentatione cōtendit astruere. q; quemadmodum in præteritis et in iisquę sunt præsentia/ non modo in affirmatione et negatione vnam veram alterā falsam esse necesse est/ sed definite vna vera est/ definite altera suscipit falsitatem: non ita in iis quę contingētes vocantur. Necesse enim est vt aut affirmatio vera sit/ aut negatio: sed non vt definite quælibet earum vera sit/ altera falsa definite. Nam qđ dicimus Alexander lauādus est/ id si alius neget/ dicatq;/ Alexāder lauandus nō est: totū quidē hoc/ necesse est euenire/ vt aut lauetur/ aut nō lauetur. et necesse est vnā esse verā/ alterā falsam/ aut affirmationē/ si lot⁹ fuerit: aut si nō fuerit lot⁹/ negationē. Sed nō est necesse vt definite affirmatio vera sit: iccirco q; in huiusmodi rebus potest cuenire negatio. sed nec vnq̄ definitum est/ vt negatio vera sit/ falsa affirmatio: iccirco quo-

» mũ enim cum ſit affirmatio falſa: negatio nõ vera erit. Et cũ hæc falſa ſit: cõtingit affirmationẽ
» non veram eſſe. ¶ Quattuor differentiis: cõtingentium futurorũ diuerſitas cõſtat. Aut enim eiꝰ
qđ affirmatur/ et negatur i futurũ: vtrũqꝫ erit verũ/ aut vtrũqꝫ falſum aut vnũ verum/ falſum al-
terum/ definite/ aut vnũ verũ/ falſum alterũ/ indefinite. Nõ eſſe quidẽ & affirmationẽ et negatio-
nem verã in iis propoſitionibus/ q̃ de rebus cõtingẽtibus in futurũ proponũtur: per hoc demon
ſtrauit ſuperius qđ ait. Manifeſtũ eſt quoniã neceſſe eſt verũ dicere/ alterũ ipſorũ: ſi omnis affir-
matio vera vel falſa eſt. vtraqꝫ enim nõ erunt ſimul in talibꝰ. Neqꝫ eni fieri poteſt: vt in cõtradi-
ctoria propoſitionum oppoſitione/ vtraſqꝫ veras quiſq̃ valeat inuenire. Nunc autem mõſtratur:
quoniã ne hoc quidẽ fieri poteſt/ vt vtręqꝫ ſint falſæ. ait enim. At vero: ne hoc quidẽ nobis con-
tingit dicere/ quoniã neutrum verum eſt/ id eſt affirmatio nec negatio. Cõtingeret autẽ vtrãqꝫ
eſſe falſam affirmationẽ ſcilicet et negationẽ: ſi nec qđ diceret affirmatio/ futurũ eſſet/ nec quod
nõ eſſe negatio diceret/ nõ eſſet. Ita enim fieret: vt nec eſſet/ qđ affirmatio eſſe p̃dicaut/ nec non
eſſet/ qđ negatio nõ eſſe propoſuit. Si quis ergo hoc ita dicat: primũ iquit illud incõueniẽs/ atqꝫ
impoſſibile eſt. qꝫ in cõtradictoria propoſitione cũ affirmatio falſa ſit/ nõ eſt vera negatio: et rur-
ſus cũ negatio falſa ſit/ falſa quoqꝫ affirmatio ſit. hoc enĩ in ſolis contrariis cõtingebat: nõ etiã
in cõtradictoria oppoſitione. In hac enim vnã ſemper verã eſſe neceſſe eſt/ ſemper alterã falſam.
» ¶ Ad hæc ſi verũ ſit dicere quoniã albũ eſt & magnũ: oportet eſſe vtrũqꝫ. ſi vero erit cras: opor-
» tet fore cras. Si autem neqꝫ erit/ neqꝫ nõ erit cras: nõ erit vtrũlibet. vt eſt nauale bellũ. oporteret
» enim neqꝫ fieri nauale bellum: neqꝫ nõ fieri. ¶ Quæ ergo cõtingunt incõuenientia hęc ſunt/ &
» huiuſmodi alia: ſi omnis affirmationis et negationis vel in iis q̃ in vniuerſalibus dicũtur vt vni-
» uerſaliter/ vel in ijs quæ ſunt ſingularia/ neceſſe eſt oppoſitarũ hãc quidẽ veram eſſe/ illam vero
» falſam. nichil autẽ vtrũlibet eſſe in iis quę fiunt: ſed omnia eſſe et fieri ex neceſſitate. Quare neqꝫ
» conſultare oportebit/ neqꝫ negociari. quoniã ſi hoc quidẽ facimus: erit hoc. ſi vero nõ hoc: non
» erit hoc. Nichil enim prohibet/ et in annũ decies milleſimũ/ hũc quidẽ dicere hoc futurum eſſe:
» illũ vero non dicere. quare ex neceſſitate erit: quodlibet eorũ verũ erat dicere tunc. At vero nec
» hoc differt ſi aliqui dixerint contradictionẽ vel nõ dixerint. manifeſtũ enim qꝫ ſic ſe habent res:
» etiam ſi nõ hic quidem affirmauerit quid/ ille vero negauerit. nõ enim propter negare vel affir-
» mare: erit/ vel non erit/ nec in decies milleſimũ annũ/ magis q̃ in quãtolibet tẽpore. Quare ſi in
» omni tempore ſic ſe habebat vt alterũ vere diceretur: neceſſe erat hoc fieri. Et vnũquodqꝫ eorũ
» quę fiunt ſic ſe habebãt/ vt ex neceſſitate fieret. ſi enim vere dixit quis quoniã erit: nõ poteſt non
» fieri. et qđ factum eſt: verum erat dicere ſemper/ quoniã erit. ¶ Addidit quoqꝫ aliud: quo magis
id qđ dicitur/ videatur incõgruũ. Omne enim qđ prędicitur i futurũ: ſi vere p̃dicitur/ erit. Siquis
enim dicat in p̃ſenti tẽpore/ hoc animal/ quodlibet albũ eſt/ vel magni corporis/ & hoc vere pro-
nunciet: album et magnũ illud animal eſſe/ neceſſe eſt. Ita etiã in futurũ ſi quis vere dicat/ quo-
niã hoc animal cras album fiet/ et corporis vaſtioris: neceſſe eſt cras vtraqꝫ cõtingere/ vt et albũ
fiat/ et corporis vaſtioris Sin vero falſo aliquid prędicatur: neceſſe eſt nõ eſſe qđ dicitur/ ſi ſit affir
matio. vt ſiquis affirmet falſo futurũ nauale bellũ: neceſſe eſt nõ fieri/ qđ a falſa affirmatione p̃di
citur. At ſi ſit falſa negatio: neceſſe eſt fieri/ qđ falſa negatio futurũ nõ eẽ p̃dixit. Sin vero vtraqꝫ
falſa ſũt/ nec erit ex neceſſitate qđ dicitur/ quia definite affirmatio falſa eſt. nec nõ erit qđ dicitur
ex neceſſitate/ quia definite eſt falſa negatio. Vnde fit vt vtrũlibet qđ eſt i reb9: omnino perimaꝫ.
vtraqꝫ enĩ neceſſario ſunt/ et ex neceſſitate cõtingũt: et eſt neceſſitas illa impoſſibilis. Nam ſi qs
dicat cras futurũ nauale bellũ/ aliuſqꝫ neget/ et pronunciet nõ futurũ: ſi vtraqꝫ ſint falſa/ neceſſe
quidẽ erit nõ eſſe cras nauale bellũ/ quoniã affirmatio q̃ illud dicit futurũ/ falſa eſt. rurſꝰ neceſſe
eſt eſſe cras nauale bellũ/ quoniã negatio q̃ dicit cras nõ futurũ: ipſa quoqꝫ mẽtiẽ. quare neceſſe
erit et eſſe nauale bellũ et nõ eſſe: qđ eſt impoſſibile/ et p̃ter cõmunẽ cogitationis naturam. Non
eſt igitur verũ vtraſqꝫ et ſimul/ id eſt affirmationẽ negationẽqꝫ mẽtiri. Quę ergo inquit/ cõtingũt
incõueniẽtia: hęc ſunt & huiuſmodi. Si quis dicat vel i iis q̃ vniuerſalia ſunt et vniuerſaliter p̃di
cãtur/ vel i iis q̃ ſingularia i propoſitionibus enũciãtur/ vnã neceſſario definite eſſe verã/ defini-
te alterã falſam: talia illũ inquit incõueniẽtia cõſequẽtur/ et alia ſimilia. hoc ſcilicet dicens: de ſu-
perioribꝰ argumẽtis. in quibus oſtẽdebat oĩa ex neceſſitate cõtigere/ ſiquis vnã verã definite: al
terã diceret definite mẽdacẽ. Quęnã vero aſſerat alia iconueniẽtia ipoſſibiliaqꝫ cõcurrere iis q vnã
definite verã ꝓponũt: hęc ſũt. Siqs enĩ ꝓponat vnã eſſe verã/ alterã falſã: tollit (vt ſupra dictũ ẽ)
id qđ ẽ vtrũlibet i reb9/ et oĩa eẽ vel fieri ex neceſſitate cõſtituit/ nichil caſu/ nichil a ꝓpria volũta
te. Vnde fit/ vt neqꝫ negociari ſit vtile/ nec inire actũ: q̃ oĩa conſiliꝭ rõne tractãt. ipſũ enĩ conſiliũ
ſupuacuũ ẽ: cũ oĩa q̃cũqꝫ futura ſint/ neceſſe ſit euenire. quid enĩ vnuſqſqꝫ dicat/ ſi hoc faciã/ illud
michi eueniet atqꝫ cõtiget: ſi vero hęc/ illa res eueniet/ etenĩ nichil ꝓhibet quẽuis illũ affirmare
aliquid eſſe faciẽdũ/ aliũ vero negare: cũ oĩa vi neceſſitatis eueniãt. Nã ſi omnia q̃ fiũt nũc/ ante

sibile.nichil etiam ī liberi arbitrij moderamine relinquetur: sed totū erit ex necessitate/quicquid euenerit.Nā si verum est definite de qualibet re dicere qm̄ erit:illā rē sine dubio futurā esse necesse est/et vt nō fiat/ non potest euenire.verū enī est dicere de ea quoniā futura est:nec verū de ea/ quoniā futura est/poterat dici/nisi eā fore esset necesse. quare si i omni affirmatione & negatione/aut affirmatio/aut negatio in futurū definite vera vel falsa est: necesse est vel qđ ab affirmatione vera definite/vel qđ a negatione dicit/euenire.In falsitate quoq; similis causa est. Nā qđ nō erit: falsum est dicere quoniā erit.et qđ falsum est dicere/ quoniā erit:ex necessitate non erit. Itē quod erit:falsum est dicere quoniā non erit.et qđ falsum est dicere quoniā nō erit:necessario erit. Vt igitur veras propositiones necessarius sequitur euentus vt fiat quod dicitur:ita et falsas propositiones necessarius sequitur euētus/vt nō fiat qđ dicitur a falsa propositione. Q2 si in futurū omnis affirmatio vel negatio definite semper diuidūt veritatē/et falsitatē: erit rerū q̄ prędicuntur/necessarius euētus/et oia ex necessitate cōtingēt vel non cōtingēt. Itaq; et casus/et possibilitas/& liberū perit arbitriū. Syllogismus autē huiusmodi est. Si omnis affirmatio vera est aut falsa definite/et eodē modo negatio:eueniet/vt omnia ineuitabili necessitatis ratione cōtingāt. q; si hoc est:liberū perit arbitriū.sed hoc impossibile est.Nō igitur verū est omnē affirmationem vel negationē verā definite esse/ vel falsam. Omnia autē ex necessitate cōtingere/ si illę definite veræ vel falsę sunt:talis syllogismus ostēdit.Omnis in futurū definita veritas vel falsitas:euentum rei vel futurū vel nō futurū ex necessitate cōstituit.sed omnes propositiones futurę definite verę vel falsę sunt. In omnibus est igitur eueniēdi/vel nō eueniēdi necessitas.pro qua conclusione illud Aristoteles intulit qđ ait. ¶Nichil igitur neq; est/neq; fit nec a fortuna nec vtrūlibet/ neq; erit neq; nō erit:sed ex necessitate omnia/et nō vtrūlibet.aut enī qui dicit verus est:aut qui negat. ¶Casus nāq;/et id quod est vtrūlibet extinguitur/libera etiā voluntas adimitur:si omnia quæcūq; fient/ex necessitate futura sunt.et probat superiorem cōclusionem/quę dicit omnia ex necessitate cōtigere:per hoc qđ ait.aut enim qui dicit verus est/aut qui negat.si ergo veritas/rerum necessitati cōuertitur/is aūt qui negat verus est/aut qui affirmat: omnia fieri ex necessitate necesse est.Nā si non erunt ex necessitate:non erunt verę definite/id qđ ipse subiunxit. ¶Similiter enim vel fieret/vel nō fieret.vtrūlibet enim nichil magis sic vel nō sic se habet vel habebit. ¶Exponit enim quę sit cōtingentis natura:cū quid sit vtrūlibet/exponit.vtrūlibet est cuius indiscretus euentus est/id est qđ æqualiter esse vel non esse cōtingit. hoc est enim quod ait, similiter enim fieret vel nō fieret.Neq; enim directam viā necessariāq; habet vnā vel affirmationē vel negationē:sed nichil se magis sic habet vel sic non habet. Et est vtrūlibet qđ ęqualē cursū et ad euenire retinet/et ad nō euenire.Nichil enim se magis vel sic habet vel sic nō habet.id est ęqualiter se habet ad esse/et non esse.Nichil enim magis se habet:vt fiat q̄ vt nō fiat. ¶Amplius autem/si est album nūc: verū erat dicere prius quoniā erit album. quare semper fuit verum dicere quodlibet eorū quę facta sunt quoniā est vel erit. ¶Validam sibiipsi vim argumētationis opponit:quæ possit ostendere affirmationes negationesq; veras vel falsas esse definite.et ait prouidēdum esse:ne forte necesse sit suspicari id qđ iam factum est vere dici potuisse anteq̄ fieret/ esse faciendū.vt si Socrates extrema nocte cenauit:verū fuit extrema matutina dicere/quoniā cenatus est. quocirca definite quoq; verū fuisset:si de eo prędiceretur.omnia igitur ea quæ fient:definite poterāt vere prędici.hoc est enim qđ dicit.Si est albū nunc:verum erat dicere prius/quoniam erit albū.nam si qua res nūc alba est:verum erat ante dicere/quoniā erit alba. quare definite quoq; fuit quodlibet eorū quę facta sunt:vere prędicere.hoc enim rei ipsius exitus cōprobauit. ¶Huic oppositioni per eadem rursus occurrit.Nō enim qui hæc dicit:licet ei laqueū superioris argumētationis effugere.rursus enim eadē illū cuncta circūueniunt:& eisdem iterum vrgetur incōmodis. ¶Si autem semper verū fuit dicere quoniā est vel erit:nō potest hoc non esse vel nō futurū esse.quod autem non potest nō fieri:impossibile est nō fieri.et quod impossibile est non fieri: necesse est fieri.omnia igitur quæ futura sunt:necesse est fieri.Nichil igitur vtrumlibet neq; a fortuna erit.nā si a fortuna/non ex necessitate. ¶Mira ratione superiorem argumētationem dicentis:ad idem reduxit incōmodum dicens.si verum est omnia quęcūq; facta sunt/definite vere potuisse prædici quoniā veritatē propositionis rei necessitas sequitur: qđ vere definite prædictū erat/nō euenire non poterat.sed si non euenire nō poterat:vt nō eueniret erat impossibile.quod autē non fieri impossibile est.fieri necesse est.Euentus igitur ei9 ex necessitate cōsequitur.Nichil ergo vtrūlibet/neq; a casu erit.Nam si a casu esse poterit:non ex necessitate futurum est. q; si non est ex necessitate futurum: non est impossibile non fieri.si non est impossibile non fieri:potest non fieri.si potest non fieri:non potest definite vere prędici. quod enim vere definite prædicitur:ex necessitate futurum est. quod autem casu: ex necessitate non euenit. ¶At vero nec quoniam neutrum verum est: dicere contingit, vt quoniam neq; erit: neq; non erit. Pri-

Obiectio

Dilutio

enim fieri poteſt: vt cū eſt/ non ſit. et rurſus res quę nō eſt: quādo nō eſt/ eam nō eſſe neceſſe eſt. neq; enim fieri poteſt: vt quādo nō eſt/ ſit. ſed ſi quādo eſt/ eā eſſe neceſſe eſt: nō iccirco ſimpliciter et ſine tēporis præſētis deſcriptione ex neceſſitate eſt. quādo enim ſedeo/ nō poteſt fieri vt nō ſedeā/ et neceſſe eſt michi tūc ſedere cū ſedeo: ſed ipſum ſedere michi nō ex neceſſitate ineſt. poſſum enī ſurgere. Rurſus cū nō ſedeo/ tūc michi neceſſe eſt nō ſedere: ſed ipſum nō ſedere/ michi ex neceſſitate nō ineſt. poſſum enim ſedere. Ergo qđ eſt: quādo eſt/ ex neceſſitate eſt. et qđ nō eſt: tunc cū nō eſt/ fieri vt ſit nō poteſt. nō tamē omnia q̄cūq; ſunt aut nō ſunt: aut ex neceſſitate ſunt ꝓter tēporis ꝓſētis nūcupationē/ aut ex neceſſitate nō ſunt/ nulla mētione ꝓſentis tēporis facta. Quare inquit/ nō eſt idē tēporaliter neceſſariū eſſe/ vt eſt michi ſedere cū ſedeo: et ſimpliciter ex neceſſitate eſſe/ vt homini mortalitas. nec idē eſt cū non eſt neceſſario nō eſſe/ vt michi cū non ſedeo/ nō ineſt ſedere: et qđ ſimpliciter & ex neceſſitate nō habeo/ vt tres oculos/ vel īmortalitatem. atq; hoc eſt qđ ait. ſimiliter autē & in eo qđ nō eſt. Hoc autē cur dixerit/ ſequitur. et in cōtradictione eadē ratio eſt. eſſe quidē vel nō eſſe omne neceſſe ē: et futurū eſſe/ vel nō. Similis eſt inq; ratio in cōtradictionib⁹ cōtingētibus/ et in iis q̄ cū ſunt/ ſecūdū tēpus neceſſaria ſunt: ſimpliciter autē neceſſaria nō ſunt. Nā in futuris & in cōtingētibus cōtradictionib⁹: totā quidē cōtradictionē neceſſe eſt vnā verā habere partē/ alterā falſam. vt ſi quis affirmet cras bellū nauale futurū: id ergo nō eſt neceſſe. & rurſus ſiquis neget nō futurū: eſt quidē aut eſſe aut non eſſe neceſſe. ſed nō eſt neceſſe eſſe/ nec rurſus neceſſe eſt nō eſſe: ſed tantū aut eſſe aut non eſſe. iccirco tota quidē cōtradictio vnā habebit partē verā/ alterā falſam: ſed nō erit ipſorū vna definite vera/ falſa altera definite. In ꝓteritis enim ſic dicimus. Rhomulus Rhomā cōdidit/ Rhomulus Rhomam nō cōdidit: vna quidē vera eſt/ altera falſa. ſed in his definite vera eſt affirmatio/ definite falſa negatio. Nā quia qđ factum eſt/ fieri vt factū non ſit/ nō poteſt: ideo definite in præterito contradictio vera vel falſa eſt. In futuris vero propoſitionibus nō idem eſt/ in iis ſcilicet quę cōtingentia ſignificant. vt ſi dicā Philoxenus cenaturus eſt/ Philoxen⁹ cenaturus nō eſt: in tota quidem cōtradictione vna vera eſt/ altera falſa. ſed nullus poteſt diuidere: vt dicat aut affirmationē cōſtitute & definite veram eſſe/ aut negationē. Ante enim q̄ cenet/ indefinitū eſt & variabile an cenet: poſtq̄ vero cenauerit ꝓteritū definitur. Igitur aut eſſe aut nō eſſe aliquid: in futuris cōtradictionibus neceſſe eſt. vt autē vnū fiat/ et vnū nō fiat: non eſt neceſſe. In quo igitur ſimilitudo eſt cōtingentis contradictionis et tēporalis/ neq; ſimplicis neceſſitatis eſt/ in eo ſcilicet quia ſicut neceſſe eſt eſſe qđ eſt/ quādo eſt/ non tamen ſimpliciter neceſſe eſt eſſe qđ eſt/ quādo eſt ꝓter temporis adiectionem: ita in cōtradictione contingenti affirmationem quidē vel negationē verā eſſe neceſſe eſt/ non tamen vel affirmationē ſimpliciter ac definite veram vel negationem/ ſed vtrālibet et quā certæ veritatis cōſtituerit euentus. ¶ Quare cum ſimiliter orationes vere ſint/ quēadmodū & res: manifeſtū eſt quoniam quęcūq; ſic ſe habēt vt vtrūlibet ſint/ & contraria cōtingāt: neceſſe eſt ſimiliter ſe habere & cōtradictionē. qđ contingit ī iis: quę non ſemper ſunt/ vel nō ſemp non ſunt. horū enim neceſſe eſt alterā partē contradictionis veram eſſe vel falſam: nō tamē hanc vel illā/ ſed vtrūlibet. & magis quidē veram alteram: nō tamē iam veram vel falſam. Quare manifeſtum eſt quoniā nō eſt neceſſe omnis affirmationis vel negationis oppoſitarum: hanc quidē veram illā autē falſam eſſe. nō enim quēadmodū in iis quę ſunt: ſic ſe habēt et in iis quæ non ſunt quidē/ poſſibilibus tamē eſſe vel non eſſe/ ſed quēadmodum dictū eſt. ¶ Habēt inquit quandam cognationē res: et illa q̄ res ipſas propria ſignificatione deſignāt. Quare et oratio quæ deſignat rem: ſic ſe habebit/ quēadmodū res ipſa. Ergo ſi res non fuerit: falſa oratio eſt. ſi res fuerit: vera oratio eſt. & ſi vera vel falſa oratio eſt: erit qđ dicitur vel non erit/ vt ſibi res & oratio conuertantur. Ergo ſi res cōſtituta nō eſt/ nec definita neceſſitate proueniēs: nec illa oratio quę rem ipſam deſignat/ definitæ eſt veritatis. Ergo in quibus rebus poſſibile eſt nō modo eſſe/ ſed etiā nō eſſe cōtigere: in his affirmatio et negatio vtrūlibet ſeſe habet. & quēadmodū rē ipſā & eſſe & nō eſſe cōtingit: ita quoq; & cōtradictionē et veram & falſam eſſe indefinite proueniet. Hoc aūt in quibus fiat: ipſe declarat. ait enim. In iis quæ non ſemp ſunt & nō ſemper nō ſunt. ſola enim ſunt: quę & eſſe & nō eſſe cōtingunt/ q̄ nō ſemper ſunt/ et nō ſemper nō ſunt. ſi enim ſemp eſſent: ſtat⁹ eorum mutari nō poſſet/ atq; ideo ex neceſſitate eſſent. ſi autē ſemper nō eſſent: eas nō eſſe neceſſe eſſet. Et enim ſicut ipſa natura/ rerū euētus eſt varia: ita quoq; altera pars cōtradictionis habet variabilē veritatē/ et ſemper quidē vera vel falſa eſt/ nō tamen vna definite/ vt hoc verū ſit determinate/ aut illud/ ſed vtrūlibet. Et ſicut ſtat⁹ ipſe rerum mutabilis eſt: ita quoq; veritas aut falſitas propoſitionū dubitabilis ſit vt eueniat quidē/ vt in aliquibus frequēti⁹ vna ſit vera/ nō tamē ſemper/ et vt vna rarius vera/ nō tamen eā falſam eſſe neceſſe ſit. qđ per hoc demonſtrauit: qđ dixit. Et magis quidē verā alteram: non tamen iam verā vel falſam. Concludit igitur totam de futuris cōtingentibus propoſitionibus quæſtionē, & ait manifeſtū eſſe: nō neceſſe eſſe omnes

aliquis vere prędiceret: quis dubitat quin illa q̄ facta ſunt/ immutabili violētia neceſſitatis euenerit? eſt hoc enī qđ ait, quare ex neceſſitate erit: qđlibet eorū verū erat dicere tūc. Sed ne illud videatur incōgruum/ q̄ rerū euētum nō ex ipſa rerū natura/ ſed ex propoſitionū veritate et falſitate īdicamus: nūc ſcrīpulū ipſe diſſoluit dicēs. At vero nec hoc differt: ſi aliqui dixerint cōtradictionē/ vel nō dixerit. Ad tollēdū enim priuādūq̄ conſiliū/ q̄ nichil omnino homines oporteat cōſiliari: parū valet aliquid ante p̄dici. Siue enim dicatur aliquid/ ſiue nō: quicquid vere p̄dici potuiſſet/ ſiue illud etiā p̄dicatur/ euenire neceſſe eſt. iccirco enim vere prędicī: quia vere prędici poteſt. iccirco vere prędici poteſt: quia īmutabiliter futurū eſt. quare futurū eſt: ſi p̄dicitur vere. nec tātum ſi prædicī: ſed etiā ſi p̄dici vere poteſt. ſiue enim p̄dicatur/ ſiue nō prędicaī: quicqđ vere prædici poteſt/ hoc ex neceſſitate futurum eſt. Manifeſtū eſt enim (inquit) q̄ ſe ſic habeat res/ ſiue vnus eā affirmet/ alius neget. q̄ ſi euētura eſt/ nichil illi negatio efficit: ſi euētura nō eſt/ nichil affirmatio prodeſt. Nō enim inquit/ propter negare & affirmare/ erit vel non erit: nec hāc vim naturæ tēpus mutabit. Eodē modo enim eueniēt ea quæ poſt milleſimū annū euētura credūtur: iis q̄ poſt quantūlibet tēpus ex neceſſitate futura ſūt. vnde fit/ vt ſi in omni tēpore omnia ſic ſe habeāt/ vt vnū definite vere dici poſſit/ definite alterū falſe: omnia quęcūq̄ facta ſunt vel fiēt/ immutabili rerū ratione cōtingāt. hoc eſt enim qđ ait. neceſſe eſſet fieri vnūquodq̄ eorum quę fiunt: id eſt ſi ſic ſe haberet/ vt ex neceſſitate fierēt omnia. & hoc ſuperiore argumentatione cōfirmat dicēs. Quādo enim vere dicit quis/ quoniā erit: nō poteſt nō fieri. euētus enī neceſſitas: ſequitur veritatē. et qđ factum eſt: verū erat dicere ſemper/ quoniā erit. veritas nāq̄ propoſitionis: ex rerum neceſſariis venit euētibus. ¶ Siquidē hæc impoſſibilia ſunt. videmus enim eſſe futurorū principiū/ & ab eo qđ cōſultamus: atq̄ aliquid agimus. & quoniā eſt omnino in iis q̄ non ſemper actu ſunt/ eſſe poſſibile/ & nō eſſe ſimiliter: in quibus vtrūq̄ cōtigit & eſſe & nō eſſe. quare & fieri/ & non fieri. & multa nobis manifeſta ſūt ſic ſe habētia. vt quoniā hanc veſtem poſſibile eſt incidi: & nō incidetur/ ſed prius exteretur. ſimiliter autē & nō incidi poſſibile eſt. nō enim eſſet eā prius exteri: niſi poſſibile eſſet nō incidi. quare et in aliis generationibus: q̄ ſecūdum huiuſmodi potētiā dicūtur. manifeſtū igitur eſt: quoniā nō omnia ex neceſſitate vel ſūt/ vel fiūt. ¶ Sed alia qđē vtrūlibet: & nichil magis vel affirmatio vel negatio vera. Alia vero magis quidē in pluribus alterū: ſed cōtigit fieri & alterū/ alterū vero minime. ¶ Lōgū hyperbatō eſt: qđ nos prius exponimus/ poſtea cōtinuamus. Liquet enim aliquarū rerū nos eſſe principium: vt actuū noſtrorū. Si enī quis/ aliquid cōſilio facit: q̄cquid cōſiliatione peregerit/ eius rei/ ipſe principiū eſt. a me enim incipit: quicquid cōſilii ſolertia miniſtratur. Sunt enim quędā quæ actu nō ſunt: ſed pręſtare q̄ p̄ſitas nō ſit ex neceſſitate. id eſt vt poſſit quidē fieri/ non tamē neceſſe ſit. vt hāc vel quālibet tunicam/ poſſibile eſt quidē ferro incidi/ ſed nō eſt neceſſe. Fortaſſe enim vtēdo vetuſtabit: et ipſo quotidiano ſoluetur attritu. ergō poteſt quidē incidi/ ſed forte nō incidetur: ſed anteq̄ poſſit incidi/ exteretur. Rurſus dico poteſt fieri vt nō diuidatur. neq̄ enim exteri eam poſſibile eſſet: niſi prius eſſet poſſibile nō incidi. quare poſſunt quidē quędam fieri: ſed ſi ita contingit/ fortaſſe nō fiēt. ſunt igitur quędam poſſibilia non neceſſaria. Et in aliis quoq̄ quę fiunt: eadē ratio eſt. Omne enim qđ fit a quolibet cōſilio: ipſe qui cōſiliatur illius rei principium eſt/ non neceſſitas. & quæcūq̄ ſunt poſſibilia: mutabiliter eueniēt. quæ enim ſecundū aliquā poſſibilitatē dicūtur: non eueniunt ſecundū neceſſitatē. Vnde fit vt manifeſtū ſit quoniā non omnia ex neceſſitate vel ſunt/ vel fiūt. Sed q̄dā ſunt quę æquali modo vel fiunt/ vel nō fiūt/ & hoc eſt vtrūlibet fieri. Alia vero in pluribus quidē fiunt: in paucioribus vero non fiūt. Et æqualiter quidē fiūt: vt egredientē domo/ amicum videre. fit enim hoc/ & fit æqualiter. Quædā vero frequentius fiunt q̄ non fiunt: vt ſexagenariū caneſcere/ frequētius fit q̄ nō fit. & tamē ita hoc poteſt fieri: vt & nō fieri impoſſibile non ſit. hoc enim eſt qđ ait. Alia vero: magis quidē in pluribus alterū/ vt caneſcere in pluribus ſexagenarijs q̄ nō caneſcere. Sed contigit fieri alterū/ ſcilicet vt non caneſcat: alterum vero minime ſcilicet vt caneſcat. Eſt autē hyperbaton hoc modo. Q7 ſi hęc impoſſibilia. videmus enim q̄ ſum9 aliquibus ipſi principiū: & quæcūq̄ poſſibilia ſunt/ fieri poſſunt & nō fieri. ſi igitur poſſibile eſt vt & ſint & nō ſint: manifeſtū eſt nō omnia ex neceſſitate cōtingere/ ſed alia æqualiter/ alia vero euenire qđē in pluribus/ in paucioribus vero nō euenire/ ſed vt nō eueniāt neceſſe nō eſt. ¶ Igitur eſſe qđ eſt/ quādo eſt/ & non eſſe qđ non eſt quādo non eſt/ neceſſe eſt. ſed non omne qđ eſt: neceſſe eſt eſſe, nec qđ non eſt: neceſſe eſt non eſſe. nō enim idē eſt/ omne qđ eſt/ neceſſario eſſe quādo eſt: & ſimpliciter ex neceſſitate eſſe. ſimiliter autem et in eo qđ nō eſt. ¶ Et in cōtradictione eadē ratio eſt. eſſe quidē vel nō eſſe omne neceſſe eſt: et futurū eſſe vel nō. non tamen diuidentē: dicere alterū neceſſariū. dico autē vt neceſſe eſt futurū eſſe bellū nauale cras/ vel nō futurū eſſe. ſed nō/ futurū eſſe cras bellum nauale/ neceſſe eſt: vel non futurū eſſe. futurū autē eſſe vel nō eſſe: neceſſe eſt. ¶ Nūc qđ ſit neceſſariū tēporale/ deſcribit. At enī res ois qñ eſt: eā ſine dubio neceſſe eſt eſſe. Nō

Vniuerſalitate: vniuerſaliter/ ſiue modo enunciandi vniuerſali.

eſt et negatio. eſt homo. nõ eſt homo. deinde infiniti nominis affirmationes et negationes ſubiunxit dicens: eſt nõ homo. non eſt nõ homo. Et poſt hæc vniuerſalitate iungens eaſdem: rurſus iterat propoſitiones. et prius illas proponit/ quæ ex finito nomine ſunt: ſecundo vero loco eas/ q̃ ex infinito nomine proponit. vnde fit/ vt illud intelligere neceſſe ſit: illas quantitates/ q̃ vniuerſale et particulare determinãt/ in terminis nõ haberi. Nã cum duorũ terminorum propoſitio ſola ſimplex fit: inter ſimplices/ huiuſmodi numerat propoſitionẽ quæ dicit eſt omnis homo/ cum tres ſint partes orationis. quare determinationes nõ numerãtur in terminis. Eodem modo dicit eadẽq; ratione in extrinſecus tẽporibus ſimplices fieri propoſitiones: vt eſt/ fuit homo/ non fuit homo/ fuit nõ homo/ nõ fuit non homo. et in aliis quidẽ temporibus idẽ modus eſt. Extrinſecus vero tẽpora vocat/ quę ſunt præter præſens: id eſt p̃teritum/ et futurũ. Sed hic de iis ſolis propoſitionibus locutus eſt/ quæ vnũ ſubiectum habent/ alterũ prędicatũ: nunc de iis loquitur/ q̃ vnum habẽt ſubiectũ duo prędicata. An vero hæ quoq; ſimplices ſint/ in ſecũdæ ędition is expoſitione dicendũ eſt: nũc vero pręter demõſtrationem eſſe ſimplices intelligamus. ¶ Quando autem eſt tertiũ adiacẽs/ prædicatur: dupliciter dicũtur oppoſitiones. Dico autem: vt eſt iuſtus homo. eſt tertium/ dico adiacere nomẽ/ vel verbum in affirmatione. quare ob id ipſum quattuor erũt illę. quarũ duę quidẽ ad affirmationẽ et negationẽ ſe habebunt ſecundũ cõſequentiam vt priuationes: duę vero minime. Dico aũt/ quoniã eſt: aut iuſto adiacebit/ aut iniuſto. quare etiam negationes quattuor igitur erunt. Intelligimus vero qd̃ dicitur ex iis quæ ſubſcripta ſunt.

A Homo iuſtus eſt	C Homo iuſtus non eſt.	Simplices
C Homo iniuſtus non eſt	A Homo iniuſtus eſt.	Priuatorię
C Homo nõ iuſtus nõ eſt	A Homo non iuſtus eſt.	Infinitę

Vniuerſales et particulares/ affirmationes/ et negationes.

A Omnis homo eſt iuſtus	C Non omnis homo eſt iuſtus	Simplices
C Non oĩs homo eſt nõ iuſt9	A Omnis homo eſt nõ iuſtus	Infinitę

Eſt iuſt9 homo huius negatio eſt/ nõ eſt iuſt9 homo. eſt nõ iuſtus homo: huius negatio eſt/ nõ eſt nõ iuſt9 homo. eſt enĩ hoc in loco et nõ eſt: iuſto et nõ iuſto adiacet. hęc igit̃ quẽadmodũ in reſolutuis dictũ eſt: ſic ſunt diſpoſita. Similiter aũt ſe habebũt et ſi vniuerſalis nominis fit affirmatio. vt omnis eſt homo iuſtus: negatio/ nõ omnis eſt homo iuſtus. omnis eſt homo nõ iuſtus: nõ omnis eſt homo nõ iuſtus. Sed nõ ſimiliter angulares veras eſſe cõtingit. cõtingit aũt aliquãdo. ¶ Vnum ſubiectum/ et duo prædicata: quẽadmodũ poſſunt eſſe in propoſitione cõmemorat. Si enim hoc modo ſit vt dicamus/ eſt iuſtus/ homo: eſt/ et iuſtus prædicãtur/ homo vero ſubiectus eſt. Nunc enim nõ illud aſpiciamus: quid prius/ quid poſterius dictũ eſt. ſed quoniã vniuerſalius eſt iuſtũ eſſe q̃ hominẽ (poteſt enim iuſtus eſſe et qui homo non eſt/ vt deus: et rurſus poteſt eſſe ſimpliciter et qd̃ homo nõ eſt) iccirco eſt atq; iuſtus/ quãq̃ primo dicũtur in eo qd̃ eſt/ eſt iuſt9 homo: tamen quoniam vniuerſaliora ſunt de his nõ homo/ ſed hæc de homine prędicantur/ & his homo ſubiect9 eſt. Ex his igitur duplicẽ fieri oppoſitionem dicit/ et quattuor propoſitiones: quarum ſubter exẽpla ſubiecit addens. Dico autem/ quoniã eſt: aut iuſto adiacebit/ aut iniuſto. Si quis enim ſic dicat faciens duas affirmationes/ eſt iuſtus homo/ eſt nõ iuſtus homo: hę cum duę affirmationes ſint/ duas habebunt negationes. Nã ſi verbum eſt in hac propoſitione quę dicit/ eſt iuſtus homo ad iuſtũ poſuimus/ et in hac rurſus propoſitione quæ dicit/ eſt nõ iuſtus homo/ rurſus ad nõ iuſtũ idem eſt verbũ iunximus: quoniã negationis oppoſitionem effecit cũ eſt verbo iuncta negatio id eſt non/ manifeſtum eſt/ quoniã id quod dicitur nõ eſt/ ad iuſtum rurſus et ad nõ iuſtũ adiungendũ eſt/ vt negationes fiãt huiuſmodi/ nõ eſt iuſtus homo/ nõ eſt non iuſtus homo. Recte igitur dixit/ quare ſi eſt iuſto et nõ iuſto adiacebit: etiam negatio iuſto et nõ iuſto adiacebit. Sunt autẽ propoſitiones quas dicit/ quattuor hę. Eſt iuſtus homo. in affirmatione ad iuſtũ/ verbum eſt adiunximus. Huius eſt negatio/ non eſt iuſtus homo. in hac quoq; negatione quã dicit: nõ eſt/ ad iuſtũ rurſus adiũximus. Iterũ/ eſt nõ iuſtus homo. in hac eſt/ ad nõ iuſtũ iũgit̃. Huius negatio: nõ eſt nõ iuſtus homo. etiam in hac quoq; negatione quã dicit: nõ eſt/ ad nõ iuſtum ponitur. quod vero ait/ dico autem vt eſt iuſtus/ homo. eſt tertiũ dico adiacere nomẽ vel verbum in affirmatione: huiuſmodi eſt. Tertiũ inquit dico/ id eſt adiacere verbũ eſt. Homo enim et iuſtus duo ſunt de quibus dicitur verbum eſt. Iccirco aũt dixit nomen vel verbũ: quia ſuperiq; docuit ipſa verba nomina eſſe/ eo ſcilicet loco vbi ait ipſa quidẽ verba ſecũdũ ſe dicta nomina ſunt. Qd̃ aũt ſequitur/ cõtinet difficillimũ ſenſum: quẽ ipſa ſolita breuitate perſtrixit. In medio nãq; totius ſenſus addidit. Quare iccirco quattuor iſtę erunt: quarũ duę ad affirmationẽ & negationẽ ſeſe habebunt ſecũdũ cõſequentiã/ vt priuationes: duæ vero minime. huiq; ſentẽtię multiplex expoſitio ab Alexãdro/ et Porphyrio/ Aſpaſio quoq;/ et Herminio p̃dit: in quibus qd̃ ex-

affirmationes et negationes definite veras esse. sed deest definite/ atq; ideo subaudiendū est. Illarum enim q̄ cōtingētes et futurę sunt: nunq̄ definite vna vera est/ altera falsa. Neq; enim inquit/ quēadmodū in iis quę sunt: sic se habet in iis quę nō sunt/ possibilibus tamē esse/ aut nō esse. sed quēadmodū dictū est/ illa etenim q̄ sunt præsentis tēporis/ sicut ipsorū esse definitū est: ita quoq; de his definita est propositionū veritas falsitasq;. Illa vero quæ nō sunt quidem/ possunt tamen esse/ et nō esse/ et ita futura sūt vt nō ex necessitate proueniāt/ sed possunt ita esse/ vt etiā possint nō esse: in his hoc modo se habebit cōtradictio quēadmodū dictū est. Dictū autem est/ quoniam esse quidē vel nō esse omne: necesse est. et futurū esse vel nō/ necesse est: non tamē iam diuise ac definite alterum eorū esse necesse est. Erant autē quattuor diuersitates: vt aut vtrq; verę essēt/ quod fusulit per hoc qđ ait. vtraq; enim nō erunt simul in talibus. Aut vtræq; falsę essent. quod per hoc euertit/ qđ ait. At vero nec quoniā neutrum verum est: cōtingit dicere. Aut vt vna vera definite/ altera falsa definite etiā: qđ illa argumentatione destruxit/ per quā omnia ex necessitate docuit euenire/ si hoc admitteretur. q̄ si res illę minime sunt: cōstat vnam quidem veram esse aliam vero in cōtradictione mendacem. sed sicut res ipsę mutabiliter & indefinite futuræ sunt: ita quoq; enunciationes variabili nec definita veritate et falsitate proferuntur.


¶PRIMI LIBRI PERI HERMENIAS ARISTOTELIS FINIS.

¶SECVNDVS LIBER PERI HERMENIAS ARISTOTELIS.


¶DE ENVNCIATIONIBVS INFINITIS. Cap. I.

Apud Boetiū cōtinuata lectio est: nō noui libri aut cōmētarii inceptio. Verum cōmunē scholę cuti cōsuetudinem/ in duos libros ptiti sum⁹,

QVoniam autem est aliquid de aliquo affirmatio significans: hoc autē vel nomē est vel innominatum/ vnum autem oportet esse et de vno id quod est in affirmatione (nomē autem dictū est et innominatum prius. nō homo enim nomen quidem non dico: sed nomen infinitum. vnum enim significat aliquo modo infinitum nomē. quēadmodum et non sanatur non verbum: sed infinitum verbū) erit omnis affirmatio et negatio vel ex nomine et verbo/ vel ex infinito nomine et verbo. Præter verbum autē nulla affirmatio vel negatio est. est enim vel fuit/ vel erit/ vel fit/ vel quęcūq; alia huiusmodi verba: ex iis sunt quę posita sunt. cōsignificant enim tēpus. ¶Postq̄ de prēteriti ac prēsentis/ futuri etiā temporis veritate et falsitate disseruit: nunc in simplicis et prædicatiuæ propositionis informat. dicēs/ quoniā simplex affirmatio vnā rē de vna significatione id est de vno subiecto vnum prędicat. subiectū autē illud: aut nomē est/ aut qđ apud veteres quidē fuit innominatū/ ab Aristotele vero infinitū nomē vocatum est. pri⁹ enim dictū est/ q̄ homo nomē esset/ nō homo vero innominatū quidē apud antiquos: sed nūc infinitū nomen. quoniā igitur manifestū est vnū de vno p̄dicare simplicem propositionē: omnis erit propositio simplex/ aut ex nomine et verbo/ aut ex infinito nomine et verbo. Qđ autē dixit/ non homo enim nomē nō dico quidē/ sed infinitum nomē: huiusmodi est. Nomē inquit omnia quidē definita significat: nō homo vero quāuis vnum quodlibet eorum designare possit/ quę homines nō sunt/ tamen quid designet/ infinitū est et dubiū. Nā cū multa sint quę homines nō sunt/ et vnū quodlibet eorū significare possit: quid significet/ ignoratur. sicut enim nō currit nō est verbū simpliciter/ sed infinitū verbū: ita nomina cū negatione/ nō sūt nomina/ sed infinita nomina. Erūt igitur in propositionibus subiecta: aut nomina/ aut infinita nomina. Præter autem verbū: nulla est affirmatio vel negatio. Planissime docuit q̄ pars orationis in simplici propositione obtineat principatū. Nā si p̄ter verbū fieri simplex propositio nō potest: cōstat omnē formā simplicis propositionis verba cōplecti. Omnis autē propositio aut esse aut fuisse/ aut futurū esse: aut huiusmodi aliquid habebit. Nā qui dicit currit: currens est/ dicit. et q dicit cucurrit: currens fuit proponit. et qui curret: currens erit. si ergo omnis ꝓpositio aut esse/ aut fuisse/ aut futurū esse/ aut aliquid huiusmodi/ vt sit enūciatio/ retinebit: manifestū est q̄ p̄ter verbum esse nō possit. hęc enim/ id est fuit/ vel est/ aut futurū est: verba sunt. vt ex iis cognosci possit: q̄ sunt superius posita atq; cōfessa/ cum dicerem⁹ verba esse q̄ consignificarent tēpus. Et enim est/ et fuit/ et cętera: significationem tēporis secū trahunt. ¶Quare prima est affirmatio et negatio. est homo. nō est homo. deinde est non homo. nō est nō homo. Rursus est omnis homo. nō est omnis homo. est omnis nō homo. nō est omnis nō homo. Et in iis (quæ extrinsec⁹ sunt) tēporib⁹ eadē ratio est. ¶Simpliciū exēpla propositionū apposuit. simplices aūt supradixim⁹ esse ꝓpositiones: q̄ duob⁹ terminis sīū gerētur. quare quoniā omne definitū prius est infinito/ et nō homo nō est nomē/ sed infinitū nomen/ homo vero finitū: recte priores eas ꝓpositiones q̄ ex definito sunt nomine/ in eorū pronūciauit exēplis. ait enim quare affirmatio prima



¶In hac igit deſcriptione negatio exfinito nomine ſub affirmatione ſiniti nominis ponitur/& rurſus affirmatio infiniti nominis ſub negatione finiti. quarum angulares quoniam ſunt indefinitę: in omnibus ſimul nominibus verę eſſe poſſunt/ niſi in ijs tantum quæ aut naturaliter inſunt/ aut naturaliter ineſſe nõ poſſunt. vt ſi quis dicat/ eſt homo animal: nunq̃ cum hac vera eſſe poteſt/ quę dicit/ eſt homo nõ animal quę eſt angularis. Iccirco quoniam animal naturaliter in ſubſtantia hominis perſpicitur inhęrere. Rurſus ſi quis dicat/ eſt homo lapis/ eſt homo nõ lapis: nec hę quidem ſimul verę eſſe poſſunt/ iccirco q̃ lapidem ieſſe homini naturaliter impoſſibile eſt. Q̃z ſi huiuſmodi ſunt/ quę nõ inſint naturaliter ſed ineſſe poſſint/ vt in ijs quę ſupra ꝓpoſuimus exẽplis: angulares verę ſunt ſemper. Poteſt enim vera eſſe & ea q̃ dicit/ eſt iuſtus homo: & ea quę dicit/ eſt non iuſtus homo. Rurſus poteſt vera eſſe ea quę dicit/ nõ eſt iuſtus homo/ ſi hoc de Sylla dicatur: & ea quę dicit/ non eſt non iuſtus homo/ ſi hoc de Catone prædicetur. In ijs igitur quę ſunt indefinitę/ ſi ea quę prædicantur/ naturaliter non inſunt/ & ea ineſſe poſſibile eſt: ſemper angulares ſimul veras eſſe contingit. Q̃z ſi huiuſmodi propoſitiones cũ definitione quãtitatis ponamus: ita dicendũ eſt. eſt oĩs hõ iuſtus: huius negatio/ non eſt omnis homo iuſtus. rurſus eſt omnis homo nõ iuſtus: huius negatio/ non eſt omnis homo non iuſtus. quę diſponantur hoc modo. vt negatio ſub affirmatione ſit/ & ſub negatione affirmatio.



¶In his ergo quãdam diſſimilitudinẽ mõſtrat. Nam in indefinitis ſi ea quę prędicãtur: naturaliter nõ ineſſent/ eſſe tamẽ in ſubiectis poſſent: ſemper angulares ſimul veras eſſe ſine dubio cõtingebat. Nã & affirmationes affirmationibus: & negationes negationibus conueniebãt. In ijs autem quę cum definitione quantitatis dicũtur: nõ idem modus eſt. affirmationes enim: affirmationibus nulla ratione iunguntur. Nam ſi vera ſit ea quę dicit/ eſt omnis homo iuſtus: nunq̃ vera eſſe poteſt ea quæ dicit/ eſt omnis homo nõ iuſtus/ quę eſt angularis/ & hoc diſcrepare nullo reperietur exemplo. Negationes autem particulares/ quę ſunt ſibi angulares: ſimul veras eſſe cõtingit. poteſt enim verum eſſe in ijs quę naturaliter nõ ſunt/ & poſſibilia ſunt ineſſe: vt negatio particularis negationi particulari/ eiq; angulari conueniat. vt ea quę eſt/ non eſt omnis homo iuſtus: ei quę eſt angularis cõueniat/ non eſt omnis homo non iuſtus. ſed hoc diſſimiliter q̃ in indefinitis. Nam in illis/ & ea quę dicit/ eſt iuſtus homo: ei quę dicit/ eſt nõ iuſtus homo/ angulari ſcilicet/ conueniebat. rurſus ea quę dicit/ non eſt nõ iuſtus homo: ei quę eſt/ non ẽ iuſtus homo/ angulariter poſitæ/ congruebat. In his autem id eſt ſecũdum quantitatẽ definitis: affirmationes quidẽ duę vniuerſales/ quę ſunt/ eſt omnis homo iuſtus/ & eſt omnis homo nõ iuſtus/ nũq̃ ſimul verę eſſe poſſunt. angulares autem negationes quę particulares ſunt/ ideſt nõ eſt omnis homo iuſtus/ & nõ eſt omnis homo nõ iuſtus: in ijs q̃ & eſſe & nõ eſſe poſſibilia ſunt/ ſimul verę ſunt. nõ ergo ſimiliter in ijs quę ſunt definitæ: angulares ſibimet congruunt/ vt in ijs quę indefinitæ ſunt. qđ per hoc demõſtrat/ qđ ait. Sed nõ ſimiliter angulares cõtingit veras eſſe. In illis enĩ ſibimet vtrę; conſentiunt angulares: in ijs autẽ angulares quidẽ affirmatiuas/ nunq̃ ſimul veras eſſe contingit/ alias vero angulares/ quę ſunt particulares negationes/ cõtingit aliquado. hoc enim ipſius declarant verba dicentis. Sed nõ ſimiliter angulares contingit veras eſſe: contingit autem aliquando. Non ſimiliter quidem cõtingit veras eſſe: iccirco q̃ affirmationes vniuerſales angulares/ verę nunq̃ ſunt. qđ in ijs quę indefinitę ſunt: contingebat. Cõtingere autẽ aliquando dixit: cum angularium/ quę ſunt particulares negationes facimus comparationem/ ſi ea quæ prædicantur nõ ſint naturalia ſubiectis/ ſed tamen ineſſe poſſibilia. ¶Hę igitur duę oppoſitæ ſunt.

¶Alię autem duę ad non homo/ quaſi ſubiectum aliquod additum. vt eſt iuſtus nõ homo: non eſt iuſtus nõ homo. eſt nõ iuſtus non homo. non eſt non iuſtus nõ homo. plures autem his non erunt oppoſitiones. Hę autem extra illas/ ipſę ſecundũ ſe erunt: vt nomine vtentes eo quod eſt

cellẽtiſſimus expoſitorũ Porphyrius dixerit/alias dicemus.quoniã vero ſimpliciorũ explanatio Alexãdri eẽ videt:eã nũc pro breuitate ſubiecimus.Priuatorię propoſitiones ſunt:q̃cũq; p̃dicãt priuationẽ.priuatio autẽ eſt:vt ſi qs dicat iiuſt⁹.priuat eni eũ iuſtitia.Ergo affirmatio priuatoria eſt/quæ dicit/homo ẽ iniuſtus:negatio rurſus priuatoria eſt/nõ eſt homo iniuſtus.Sed neq; illa in ſignificatione plena affirmatio eſt (aliquid enim tollit) ſed priuatoria affirmatio:quoniã formam quidem affirmationis tenet/ſed priuationem prædicat/& aliquid ab eo/qđ in priuationẽ copulat/ abiũgit.vt in propoſitione eſt iniuſtus homo/ab homine iuſtitiam. Nec hęc rurſus pura negatio eſt.Iungas enim priuationem/vt in ea quę eſt/non eſt homo iniuſtus:habitum retinet/ideſt iuſtitiam.Sed quoniam qđ affirmatio prędicabat/hoc aufert negatio:licet habeat talis negatio quaſi reponendi habitus ſignificationem/tamẽ quia ipſam priuationem ſubtrahit/ priuatoria negatio nominatur. Ergo nũc hoc dicit. Cum ſint (inquit) quattuor propoſitiones: quarum duę ex finitis nominibus ſunt,vt eſt iuſtus homo/nõ eſt iuſtus homo. duæ ex infinitis nominibus.vt eſt non iuſtus homo/non eſt non iuſtus homo:duę (inquit) eę quarum vna affirmatio eſt habens infinitum nomen/vt eſt non iuſtus homo/& vna negatio habens rurſus infinitum nomen/vt eſt/nõ eſt nõ iuſtus homo/ſic ſe habẽt ad affirmationem & negationem/ideſt eandem formã retinent affirmationis & negationis/ et ſimiles ſunt ad affirmãdum aliquid vel negandum iįs quę ſunt priuatorię.Nam quẽadmodum priuatoria quę dicit/eſt iniuſtus homo/ nõ ſolum affirmatio eſt/ſed priuatoria affirmatio:ita quoq; ea quę dicit/ eſt nõ iuſtus homo/nõ ſolum eſt affirmatio ſed cum infinito nomine/& cum aliqua priuatione affirmatio. Idem enim valet ad intelligentiam qđ dicitur iniuſtus: tanq̃ ſi dicatur nõ iuſtus.Et rurſus quẽadmodũ/nõ eſt iniuſtus homo/non eſt ſolum negatio ſed priuatoria negatio/ quoniã quãq̃ dat habitum/tamen priuationem negat:ita quoq; & ea quę eſt ex infinito nomine/nõ eſt non iuſtus homo/nõ ſolum eſt negatio/ſed ex infinito facta nomine/infinitum negãs.Quia igitur infinitum negat/ & ſubiectum infinitũ negãdo priuat:priuatoriæ ſimilis eſt. Nam ſi idem valet iniuſtum eſſe/qđ non iuſtum:idem valebit nõ eſſe iniuſtum/qđ nõ eſſe nõ iuſtum.Igitur eę duæ quę infinitũ nomen habẽt:quantũ ad ſpeciem formãq; affirmationis & negationis ſimiliter ſe habent iįs/quæ ſunt priuatorię affirmationes & negationes.Duę vero illę/quę ſimplex definitumq; prędicãt nomen:ab omni ſimilitudine priuationũ ſecluſę ſunt.Nichil enim ſimilis ẽ illa quę dicit/ eſt iuſtus hõ/illi q̃ dicit ẽ iniuſt⁹ hõ/cũ vtręq; ſint affirmationes:ſed illa ẽ ſimplex/hęc priuatoria.At vero ea q̃ dicit/nõ eſt iuſtus hõ/ad eã quę dicit/nõ eſt iniuſtus hõ/nulla ratione ſimilitudineue cõiũgitur/cum ſint vtręq; negationes:ſed illa eſt ſimplex/hęc priuatoria. quare duę/quę ex infinito nomine ſunt:ſimiliter ſeſe habent/quemadmodum priuationes.ſimilis nãq; affirmatio eſt ea q̃ dicit/eſt nõ iuſtus homo ei quę dicit/eſt iniuſtus homo.et rurſus ea quę dicit/ non eſt non iuſtus homo: ei quę dicit/ nõ eſt iniuſtus homo.priuationes vero ſimplicibus propoſitionibus/& iįs q̃ ex finitis nominibus fiunt:non coniũguntur. Neq; enim quiſq̃ dixerit eam/quę dicit/eſt iuſtus homo:eſſe comparẽ ei quæ dicit/eſt iniuſtus homo.nec vero eã quę dicit/non eſt iuſtus homo: poſſe aliquid comparari cum ea quę dicit/non eſt iniuſtus homo. Recte ergo dictum eſt de iįs quattuor propoſitionibus:duas ad affirmationem & negationem ita ſe habere/ vt ſũt priuationes/duas vero ſimplices & pręter aliquã priuationum ſimilitudinem.Qđ autem ait ad conſequentiam tanq̃ ſi dixiſſet ad ſimilitudinem:ita debet intelligi.quę eni ſibi ſunt ſimilia:a ſe quodam modo nõ recedunt/& ſeinuicẽ conſequuntur.Deſcribantur ergo duę prius ſimplices propoſitiones/poſt has duę priuatoriæ/poſtremę quę infinitis nominibus conſtant: vt affirmationes ſub affirmationibus/negationes ſub negationibus conſtituantur.

Affir.	Eſt iuſtus/homo.	Non eſt iuſtus/homo.	Neg.
Affir.	Eſt iniuſtus/homo.	Nõ eſt iniuſtus/homo.	Neg.
Affir.	Eſt nõ iuſtus/homo.	Nõ eſt nõ iuſtus/hõ.	Neg.

¶Sed hę (inquit) ita ſunt diſpoſitę/ eandemq; ad ſe ſimilitudinem gerunt:quẽadmodũ in analyticis/ideſt reſolutoriįs dictũ eſt.Scripſit autem duos reſolutorios libros de ſyllogiſmis: ī quorum primo de propoſitionum ex finito nomine & infinito conſequentia/diſſeruit.Eſt vero ſimilitudo affirmatiuę quidẽ ſimplicis ex finito nomine:& negatiuę eius quę habet infinitum nomen.Namq; ea quę dicit/eſt iuſtus homo/affirmatio:ei quę dicit/non eſt nõ iuſtus homo/negationi ſimilis eſt.Negatio quoq; ſimplex finiti nominis: affirmationi infiniti nominis conuenit. Ea enim quę dicit/ non eſt iuſtus homo:ſimilis eſt ei quę dicit/ eſt nõ iuſtus homo.Sed quẽadmodum iłę ſibi ſint ſimiles/& quo modo in conſequentia proprium teneant ordinem:nũc quidem exequi diſtulimus pauliſper/tamen deſcribantur/ vt earum quędam proprietas oſtendatur.Sit enim affirmatio finiti nominis/& ſub ea negatio nominis infiniti: ſit item negatio finiti nominis/& ſub ea affirmatio nominis infiniti.

addemus/ eadem in propoſitione cuncta ſeruãtes/ ſi affirmationem volumus ex infinito nomine facere. q; ſi ad determinationem vniuerſalis rei negationẽ aptemus: fit nõ affirmatio nominis infiniti/ ſed propoſitionis ex nomine finito negatio. ¶Quoniam vero contraria eſt negatio ei quę eſt omne eſt animal iuſtum/ illa quę ſignificat quoniam nullũ eſt animal iuſtũ: hæ quidẽ manifeſtum eſt quoniam nunq̃ erunt neq; veræ ſimul/ neq; in eodem. his vero oppoſitę: erunt aliquando. vt non omne animal iuſtũ eſt/ et eſt aliquod animal iuſtũ. ¶Quoniam hę (inquit) contrarię ſunt: ſimul verę eſſe non poſſunt/ neq; in eodem. & poſſunt quidẽ viciſſim/ & cũ tẽporis diuerſitate eſſe verę: ſimul autẽ eſſe non poſſunt. vt ſi quis dicat aureo quidem ſeculo omnes homines fuiſſe iuſtos/ terreo vero nullũ hominẽ eſſe iuſtum: vtręq; verę eſſe poſſũt/ ſed non eodem tẽpore. Hoc eſt enĩ qđ ait. neq; verę ſimul. qđ autẽ ſecutus/ eſt. neq; in eodẽ ipo ſcilicet ſubiecto. vt ſi dicamus/ eſt omne viuens iuſtũ: ſi referamus ad celeſtes poteſtates/ vera eſt. & nullũ viuẽs iuſtũ eſt: ſi referam⁹ ad equos/ vera. vtręq; igit verę/ ſed nõ in eodẽ ipſo. illud enim ĩ diuinis: iſtud in equis retinet veritatem. His aũt quę ſunt oppoſitę/ ideſt particulares: poſſunt ſimul eſſe verę/ tunc cũ ſuperiores vniuerſales ſint ſimul falſę. Quę autẽ ſunt hę: ipſe planiſſimo monſtrauit exemplo dicẽs. nõ omne animal iuſtũ eſt/ quę eſt particularis negatio: & eſt aliquod animal iuſtum/ quę eſt particularis affirmatio. ¶Sequuntur vero & hę/ eam quidẽ quę eſt/ omnis ẽ homo non iuſtus/ hęc nullus homo eſt iuſtus: illam vero quę eſt aliquis eſt homo iuſtus/ oppoſita/ quoniã non omnis homo eſt non iuſtus. neceſſe eſt enim aliquẽ eſſe. ¶Oſtendit ſuperius affirmationem vniuerſalẽ & vniuerſalẽ negationem/ quoniã ſibi eſſent contrarię: ſimul veras eſſe non poſſe. nunc autẽ monſtrat vniuerſali negationi nominis finiti/ conſentire vniuerſalẽ affirmationem nominis infiniti: & particulari affirmationi/ quę ẽ oppoſita vniuerſali negationi nominis finiti/ conſentire eam/ quę eſt oppoſita affirmationi nominis infiniti/ ſcilicet particularem negationem prędicatum retinentẽ infinitum/ & prius deſcribantur hoc modo.


Negatio.		Affirmatio.
Nullus hõ iuſtus eſt.	Cõſentaneę.	Oĩs hõ nõ iuſtus eſt.
Oppoſitæ.		Oppoſitæ.
Quidã hõ iuſtus eſt.	Cõſentaneę.	Non oĩs hõ nõ iuſt⁹ eſt.
Affirmatio.		Negatio.

¶Eſt ergo vniuerſalis negatio ea quę dicit/ nullus homo iuſtus eſt. huic oppoſita ẽ cõtradictorie: particularis affirmatio/ quidam homo iuſtus eſt. Rurſus eſt vniuerſalis affirmatio infinitũ habẽs prædicatum ea quę dicit/ omnis homo nõ iuſtus eſt. huic contradictorie particularis opponitur infinitũ habens prædicatum: ea quę dicit/ non omnis homo non iuſtus eſt. hę igitur ſeſe perimunt. Sed vniuerſalis affirmatio nominis infiniti/ ideſt omnis homo non iuſtus eſt: ſequitur negationẽ eam quæ dicit/ nullus homo iuſtus eſt. Nã ſi verum eſt nullũ eſſe hominem iuſtũ: verũ eſt omnẽ hominẽ eſſe nõ iuſtum. Sed his oppoſitę rurſus ſibiipſę conſentiunt. Nam ſi verũ eſt dicere/ quoniam quidã homo iuſtus eſt: verũ eſt dicere/ non omnis homo nõ iuſt⁹ ẽ. ſi enim nõ omnis homo nõ iuſtus eſt: aliquem eſſe iuſtũ neceſſe eſt. ¶Manifeſtũ eſt autẽ etiã quoniam in ſingularibus ſi verum eſt interrogatũ negare: quoniam et affirmare verũ eſt. vt putas ne Socrates ſapiens eſt/ non. Socrates igitur eſt non ſapiens. In vniuerſalibus vero non eſt vera quę ſimiliter dicitur: vera autẽ negatio eſt. vt putaſne omnis homo ſapiẽs eſt/ non. omnis igitur homo nõ ſapiens eſt. hoc enim falſum ẽ. ſed nõ igitur omnis homo ſapiẽs eſt: verum eſt. hęc enim oppoſita eſt. illa vero contraria. ¶Quoties aliquis (inquit) in ſingularibus rebus interrogat/ & is qui interrogatur/ negat: tunc is qui interrogat recte negationem cum ſingulari iungens/ ex infinito nomine faciet affirmationem. vt ſi aliquis dicat. putaſne Socrates ſapiens eſt/ alius reſpondeat nõ/ erit recta concluſio dicentis Socrates igitur nõ ſapiens eſt. Ex negatione ergo reſpondentis & ex infinito nomine non ſapiens: facta eſt affirmatio/ Socrates nõ ſapiens eſt/ atq; hoc quidem in ſingularibus. Qz ſi hoc in vniuerſalibus fiat vniuerſaliter prædicatis: negationẽ potius fieri contĩgit/ q̃ affirmationem. vt ſi quis interroget/ putaſne omnis homo ſapiens eſt/ ille reſpondeat/ non: nõ neceſſe eſt ita cõcludere vt dicatur. omnis homo igitur nõ ſapiẽs eſt. Hoc enim falſum eſt: nec hoc euenit ex neceſſario ex interrogati reſpõſione. ſed magis non omnis homo ſapiens eſt. Nam cũ aliquis interrogat/ putaſne omnis homo ſapiẽs eſt/ ſi ille neget dicens non: tu concludas oportet/ nõ omnis igitur homo ſapiẽs eſt. hoc enim ex illius reſponſione neceſſe eſt euenire. ſed hęc contraiacens eſt interrogationi/ ideſt oppoſita. Interrogaſti enim vniuerſaliter affirmationem dicens/ putaſne omnis homo animal eſt/ reſpõdit

non homo. ¶Alias nobis rursus esse propositiones ostendit: quarum alijs quidē nō prędicatū/ sed subiectum infinitum sit/ alijs vtrūq;. *Si quis enim dicat/ est iustus nō homo/ quoniā non homo subiectum est/ & est infinitum nomen: vocatur propositio ex infinito subiecto. idem est & in negatione/ quę est/ non est iustus nō homo. At vero alię sunt propositiones: quę ex prædicato & ex subiecto infinitis esse videantur. vt est cum dicimus: est nō iustus nō homo/ non est nō iustus non homo. In his enim nō iustus/ prędicatum est: non homo/ subiectum/ sed vtraq; sunt infinita.* Vnde fit vt in ijs propositionibus/ in quibus est verbum tertium prædicatum: plures propositiones/ q̄ eę quę dictę sunt/ inueniri nō possunt. Aut enim ex vtrisq; erit finitis prędicato scilicet & subiecto/ vt est homo iustus/ non est homo iustus. aut solum prædicatum habebit infinitum: vt est nō iustus homo/ non est nō iustus homo. aut prędicatū quidem finitum erit/ infinitū vero subiectum: vt est iustus non homo/ nō est iustus nō homo. aut & prædicatū & subiectū infinita proponuntur: vt est nō iustus non homo/ non est nō iustus non homo. Vltra autem: propositiones in quibus est verbum tertiū prædicatum/ inueniri nō possunt. sed eę quę subiectū infinitum habēt/ vel vtrūq; infinitum: præter illas superiores sunt quę aut prædicatum infinitum habent/ aut vtraq; finita. atq; ideo præter illas esse dicuntur/ & nullam ad eas consequentiā seruant. & est ita positum in ea propositione quę dicit/ est iustus non homo/ nomē infinitum qđ est non homo: tanq̄ si finitū nomē aliqđ poneretur. Atq; hoc est qđ ait: vt nomine vtentes nō hō. Ita enī infinitū nomē positū ē/ tāq̄ si finitū nomē esset positū. nominis enī locū tenet: quāq̄ etiā cū ita positū sit/ nichilominus tamē nomē est. infinitum enim nomē licet simpliciter nomen nō
» sit: tamen cū infinito iuncto nomen est. ¶In quibus vero est nō conuenit/ vt in eo quod est sa- Cū infinito
» num esse/ & ambulare: in ijs idem facit sic positum/ ac si est adderetur. vt est: sanus ē omnis ho- iūcto/ cū ad
» mo. non sanus est omnis homo. sanus est omnis nō homo. non sanus est omnis non homo. nō iūctione il-
» enim dicendum est non omnis homo: sed non negationem ad id quod est homo/ addendū est. lius vocis
» omnis enim nō vniuersale significat: sed quoniam vniuersaliter. Manifestum est autē ex eo qđ infinitum.
» est sanatur homo: nō sanatur homo. sanatur nō homo: non sanatur non homo. hęc enim ab il-
» lis differunt: eo q̄ vniuersaliter nō sunt. quare omnis vel nullus nichil aliud cōsignificat q̄ vni-
» uersaliter de nomine vel affirmationem vel negationem. ergo & reliqua eadē oportet apponi.

¶Sunt (inquit) quędam propositiones/ quę cū est prædicātur: alię vero quas cū est verbo prædicare nō possumus. vt in eo qđ dicimus: homo ambulat/ homo currit. sed in his nichil differt/ an ita quis dicat/ vt dicitur/ ideſt homo currit/ & homo ambulat: an cum ē verbo eas prædicet. idem nāq; est dicere/ homo currit/ & homo ābulat: tanq̄ si dicatur/ homo currens est/ homo ambulans est. Quocirca nichil differt in huiusmodi propositionibus/ vtrū cum est verbo: an prēter est adiuncto verbi actu proponatur. Idem quoq; est etiā in vniuersalibus. Nam cū dicimus omnis homo currit/ omnis homo nō currit/ & rursus omnis nō homo currit/ omnis nō homo non currit: idem est tanq̄ si dicamus/ omnis homo currens est/ & omnis homo currens nō est/ & rursus omnis non homo currēs est/ omnis non homo currēs nō est. Docet autem illud quoq; multum differre/ an ad positum terminū iungatur negatio/ an certe ad determinationem. nā si ad subiectum terminū dicitur: fit nomē infinitū. vt omnis non homo currit. q̄ si ad determinationem: fit negatio. vt est/ non omnis homo currit. vnde fit vt si nō ad determinationē vniuersalē/ sed ad rem ac terminum negatio ponatur: sit infinitum nomen/ vt est nō homo. q̄ si non ad rē vniuersalem/ sed ad determinationē vniuersalem: negatio est. Cū enim dicimus nō omnis: omnis quidē vniuersale nō est/ sed cōsignificat/ quoniam illud de quo dicitur vniuersaliter dicitur. vt cum dicimus omnis homo/ homo quidem ipsum vniuersale ē: omnis vero nō est quidē vniuersale/ sed significat/ quoniā res vniuersalis/ ideſt homo/ vniuersaliter dicta ē. Ergo quoties ad determinationem/ quę rem quālibet vniuersalē vniuersaliter dictam demōstrat/ negatio ponit: non nomē infinitū/ sed negationem constituit. atq; hoc est qđ ait. Non enim dicendū est/ nō omnis homo: sed nō negationem/ ad homo addendū est. omnis enī nō vniuersale signat: sed quoniam vniuersaliter. Ipsū enī omnis nō est vniuersalis terminus/ nec omnino terminus: sed vniuersali prędicato additum facit illud vniuersaliter enūciari. probat autē hęc nō esse vniuersales terminos: sed tantū determinationes vniuersaliter consignificātes hoc modo. Cū enim dicimus currit homo/ non currit homo/ currit nō homo/ non currit non homo: vniuersalia quidem subiecta sunt in his propositionibus/ sed nō vniuersaliter prędicantur. Distant autē hę ab his propositionibus ī quibus sic dicimus/ omnis homo currit/ nullus homo currit: eo q̄ istę quidē vniuersale vniuersaliter prędicant/ illę vero vniuersale non vniuersaliter. Manifestū est ergo/ quoniā omnis & nullus non sunt vniuersalia: sed id quod vniuersale prædicatur/ faciūt vt vniuersaliter enūcietur. quia eadem omnia ponēda sunt. Cum dicimus/ currit omnis homo/ si infinitū nomen volumus facere: nō dicamus/ currit non omnis homo/ sed negationē/ ideſt nō/ nomini

autem monſtratum eſt ſuperius fieri nō poſſe: ſed ſemper vnius affirmationis vnam eſſe negationem. Illius nāq; affirmationis quę dicit/ eſt albus homo: illa negatio eſt/ quę dicit/ non ē albus homo. Illius autem quę proponit/ eſt homo albus/ ſi non eſt eadē illi affirmationi quę enūciat/ ē albus homo/ & eſt ab ea diuerſa: fit negatio vel ea quę dicit/ non eſt nō homo albus/ vel ea quę dicit/ non eſt homo albus. ſed illa quę proponit nō eſt nō homo albus: habet ſuam affirmationē adquā referri debeat eā ſcilicet quę enunciat/ eſt nō homo albus. Illa vero que dicit/ nō ē homo albus: negatio eſt eius quę proponit/ eſt albus homo. ſed ſi affirmationes eorū diuerſę ſunt: diuerſę erunt etiam negationes. Si quis ergo dicat affirmationem quę proponit/ eſt albus homo/ diuerſam eſſe ab ea affirmatione/ quę enūciat/ eſt homo albus: illud quoq; concedat neceſſe eſt/ vt negationes quoq; ipſarū diuerſę ſint, eſt autē negatio illius quę dicit/ eſt albus homo: illa ſcilicet quę proponit/ non eſt albus homo. rurſus illius quę enūciat/ eſt homo albus: eſt negatio/ nō eſt homo albus. quare hę duę negationes/ nō eſt homo albus/ & nō eſt albus homo: a ſe diuerſę ſunt. Rurſus cū dicimus/ eſt homo albus/ & negatur nō eſt albus homo: ſi de eodem homine vtręq; dicantur/ vnā veram/ alteram falſam eſſe neceſſe eſt. vt ſi de Socrate dicatur/ ē homo albus/ non ē albus homo. quę cum ita ſint/ neceſſe ē vt eius quę ait: eſt homo albus/ negatio ſit ea quę dicit/ nō eſt albus homo. ſed poſita eſt quidē prius negatio quę dicit/ nō eſt albus homo: eius affirmationis eſſe quę dicit/ eſt albus homo. Nūc vero monſtramus illam quoq; quæ dicit/ non eſt homo albus: eius affirmationis negationem eſſe quę dicit/ eſt albus homo. vtręq; enim verū inter ſe falſumq; diuidūt. neq; eni fieri poteſt: vt ſi de vno eodēq; homine dicatur/ eſt albus hō/ & non ē homo albus/ quin vtręq; ſint verę. q; ſi ita vt nūc ſunt poſitę/ aliquādo i veritate cōcordāt: hoc iccirco euenit/ quia indefinitę ſunt/ non quia verbis fiunt nominibuſq; tranſpoſitis. quare euenit vnius affirmationis duplex ſit negatio. qđ autem diximus: inferiore deſcriptione magis liquebit.



¶DE CONIVNCTIS ET DIVISIS ENVNCIATIONIBVS. Cap. II.

T vero vnum de pluribus/ vel plura de vno affirmare vel negare: niſi ſit vnū aliquid quod ex pluribus ſignificatur/ nō eſt affirmatio vel negatio vna. Dico autem vnū: non ſi vnū nomē poſitum ſit/ nō ſit autē vnum aliquid ex illis. vt homo eſt fortaſſe & animal/ & bipes/ & manſuetum/ ſed ex his vnū fit, ex albo autem & homine & ambulare: non eſt vnum. Quare nec ſi vnū aliquid de his affirmet aliquis: erit affirmatio vna. ſed vox quidem vna: affirmationes vero multę. nec ſi de vno iſta: ſed ſimiliter plures. ¶Multa Peripatetici de diſcernendis propoſitionibus/ quę eſſent vnę/ quę multæ: conſideratio fuit/ atq; ideo nunc hoc dicit. & ſi vna res (inquit) de pluribus prędicatur in propoſitionibus vel affirmatiuis/ vel negatiuis/ vel rurſus ſi plures de vna iterum prædicentur/ & ſi pluribus illis rebus vnū nomen ſit poſitum/ vel vna res de vno nomine plura ſignificāti prædicetur: ſi ex illis omnibus rebus aliquid non fit/ nō eſt vna affirmatio/ nec vna negatio. Si quis enim dicat animal rationale bipes/ homo eſt: vnum hominē pluribus prędicādo ſubiecit. ſed hęc quidem ſigillatim dicta/ plura ſunt: vnam vero quandā ſubſtantiā informant. Cocuntibus nāq; animali rationali & bipedi: fit vna ſubſtātia animal rationale bipes/ qđ ē homo. quāq; hęc ſigillatim dicta multa ſint. ſi quis enim dicat animal/ & rurſus rationale/ & intermiſſo tēpore bipes/ diſcretim multa ſignificantia: tamen iuncta in vnū vnā faciunt naturam. & hoc eſt qđ ait. vt homo eſt fortaſſe & animal & bipes/ & māluetū. ſed ex his vnum fit: tanq; ſi diceret/ homo plura ſignificat/ ſed ita ſi ea quę ſignificantur/ diſcretim dicātur. Nam & animal/ & bipes/ & manſuetum deſignat. Dicimus enim hominē: eſſe animal & bipedē/ & manſuetū. ſed hęc iuncta vnum corpus efficiunt/ animal manſuetū bipes/ qđ eſt homo. quare quāq; de vno plura prædicata ſint: tamen quoniam ex omnibus vnum aliquid fit/ ex hoc vna eſt affirmatio atq; negatio. Q; ſi duę res tales ſubiectæ ſint/ de quibus vna res prædicetur/ vt de his vnum fieri aliquid nequeat: non eſt vna affirmatio nec

non.concludes tu particularem negationem/non omnis homo animal eſt.& hęc diuidit verũ vel falſum.Nã ſi contra/eam interrogationẽ per quã affirmationẽ vniuerſalem interrogaſti/ ille neget/& tu cõcludas eã propoſitionem quę dicit/omnis homo igitur nõ ſapiens eſt:non potius contrariacẽtem/ſed cõtrariam facies.Hęc enĩ quę dicit/ omnis homo non ſapiẽs eſt:conſentit ei quę dicit/nullus homo ſapiens eſt.quare nichil differt/vtrum hãc aliquis ex infinito nomine affirmationem reſpondeat:an ex finito nomine vniuerſalẽ negationem quę cũ affirmatione vniuerſali quã interrogaſti/verum falſumq; nõ diuidit.ſed illa ſola concludenda ſunt ĩ quibus vnum verũ eſt/alterũ falſum.non igitur ita debet fieri in vniuerſalibus/ vt interrogata vniuerſali affirmatione/ſi alius negationẽ reſpõderit:vniuerſalis affirmatio ex infinito nomine cõcludatur/ſed potius particularis negatio ex nomine finito. ¶Illę vero ſecũdum infinita contraiacentes nomina et verba (vt in eo quod eſt nõ homo/vel non iuſtus) quaſi negationes ſine nomine & verbo eſſe videbũtur:ſed non ſũt.Semper enĩ vel verã vel falſam eſſe neceſſe eſt negationem.qui vero nõ homo dixit/nichil magis q̃ qui dicit homo:ſed etiam minus/verus vel falſus fuit/ſi non aliquid addatur. ¶Cum de propoſitionibus ex infinitis nominibus loqueretur: ipſe infinita nomina ſola ſumpſit/& de his qualia videãtur eſſe pertractat.Sermonum (inquit) prolationes/quę ſecũdũ cõtraiacẽtia nomina vel verba/ſibi oppoſitę ſunt/vt in eo qđ dicimus homo nõ homo/currit nõ currit:quoties finitũ infinito cõparatur/videtur quaſi quędã eſſe negationes.ſed ita nõ eſt.omnis nãq; negatio:vel vera vel falſa ẽ.qui autem dicit nõ currit/& nõ laborat/& nõ homo:neq; verum aliquid enũciauit neq; falſũ.& fortaſſe minus aliquid veri vel falſi ſignificauit:q̃ is qui finitum nomẽ ponit.Nam qui finitũ nomẽ conſtituit:nichil quidẽ adhuc verum falſumue enũciauit.ſed quoniam quiddã finitum poſuit: propinquior ẽ huiuſmodi prolatio ad veritatem quę aliquid finitum ponit/ea prolatione quę aliquid infinitũ.Sicut illa q̃ aliquid ſignant:propinquiora ſunt ad enunciationẽ faciendam iĳs quę nichil ſignãt.quia in iĳs quę infinita ſunt:minus vlla veritas falſitaſue perſpicitur/ q̃ in iĳs omnibus/ quę ſunt finita.ac multomagis nichil adhuc verum falſumue deſignat id qđ dicitur non homo/vel nõ currit:niſi aliquid addatur/qđ enunciationem poſſit efficere.Qđ autem dixit/quaſi negationes ſine nomine vel verbo eſſe videbũtur:iccirco addidit/quoniam infinita nomina vel verba/neq; nomina ſunt ſimpliciter neq; verba/& videntur nõ homo/& nõ currit negationes eſſe. Qđ ſi ita eſt:ſine nomine & verbo eſſe negationes videntur.Addidit etiã illud/nichil magis de homine:ſed etiã minus verus fuit vel falſus.qui enim dicit homo:rem cõſtituit. qui dicit nõ homo:ipſam quidẽ rem tulit/ſed nichil addidit.quocirca lõge minus quiddã enũciauit de homine:qui infinitũ de homine dixit/q̃ qui finitum. ¶Significat autẽ eſt omnis nõ homo iuſtus:nulli illarum idẽ.nec huic oppoſita quę eſt/nõ eſt omnis non homo iuſtus.ea vero quę eſt/omnis nõ iuſtus nõ homo eſt:illi quę eſt nullus eſt iuſtus non homo/idem ſignificat. ¶Illę propoſitiones in quibus infinita nomina ſubiecta ſunt:longe aliud (inquit) ſignãt/& nõ idem iĳs propoſitionibus quę vel ſecundum finita vel ſecundũ infinita prędicata dicũtur. ea enim quę dicit/eſt omnis nõ homo iuſtus:nichil idem ſignat illi quę dicit/eſt omnis homo iuſtus/vel nullus homo iuſtus eſt/vel itẽrum ẽ omnis homo nõ iuſtus/vel nullus homo nõ iuſtus.nulli enĩ ſimilis eſt harũ ea quę dicit/ eſt omnis nõ homo iuſtus.nec huiç oppoſita negatio particularis/ea quę dicit/ nõ eſt omnis nõ homo iuſtus:vlli earum idẽ ſignat quæ ſuperius deſcriptę ſunt/vel alicui earum quę ſunt ſuperius deſcriptis oppoſitę.Illę vero quę ex duobus terminis infinitis conſtitutæ ſunt:illis ſunt ſimiles/quę vniuerſales negationes ſunt/ habẽtes ſubiectum infinitũ. vt ea quę dicit/eſt omnis nõ iuſtus nõ homo:illi idem ſignat eiq; conſentit quę dicit/nullus iuſtus non homo.& prior quidẽ vtroſq; terminos retinet infinitos: hęc vero ſecunda prædicatum quidẽ finitũ/ſubiectum vero infinitũ.& illa eſt quidem affirmatio ex duobus infinitis:hęc vero ex finito prædicato/& ſubiecto infinito negatio vniuerſalis. ¶Tranſpoſita vero nomina & verba idem ſignificãt.vt eſt albus homo:& eſt homo albus.Nam ſi hoc nõ eſt:eiuſdem multę erunt negationes. ſed oſtẽſum eſt quoniã vna vnius ẽ.eius enim quę eſt/eſt albus homo:negatio eſt/nõ eſt albus homo. eius autem quę eſt/eſt homo albus/ſi non eadẽ eſt ei quę eſt/eſt albus homo:erit negatio/vel ea quę eſt/non ẽ nõ homo albus/vel ea quę eſt non ẽ homo albus. Sed altera quidem eſt negatio eius quę eſt/eſt nõ homo albus:altera vero eius quę eſt/eſt albus homo.quare erũt duę vnius.Quoniam igitur trãſpoſito nomine & verbo/eadem fit affirmatio et negatio manifeſtũ eſt. ¶Quoties (inquit) nomina permutantur & verba:eędem propoſitionum ſignificationes permanent. quoties autẽ negatio permutatur:nõ eędem.nã ſi quis dicat/eſt nõ homo albus/ & non eſt homo albus:non idem ſignat permutata ſcilicet & trãſpoſita negatione.quoties autem dicitur/eſt albus homo/& rurſus eſt homo albus:idem trãſpoſita verba nominaq; ſignant/& erunt eędem affirmationes.nã ſi quis hoc negat: contingit vt vnius affirmationis duę negationes ſint.hoc

dum eſt/ nunc dicimus. ¶ Poſtq̃ de vnitate propoſitionis explicuit/ & quid eſſet dialectica propoſitio terminauit: nũc ad alia venit/ in quibus plura ſępe de vno ſigillatim veraciter prędicãt/ quę ſimul prędicata/ alias vera ſũt/ alias falſa. Si quis enĩ ſic dicat. Marius malus ẽ: fortaſſe verum eſt. rurſus Marius dux eſt/ & hoc verũ eſt: quę iuncta in vnũ nulla ratione ſunt vera. velut ſi quis dicat/ Marius malus dux eſt. eſt nãq; optimus omniũ. Rurſus homo animal eſt/ verũ eſt: & homo bipes eſt/ verum eſt. & hęciũcta: vera rurſus ſunt. ſi quis enim dicat/ homo animal bipes eſt: verum eſt. Horũ ergo qui modus ſit/ vel quando ea quę ſingula extra prædicãtur/ iuncta vera vel falſa ſint: regulam daturus aggreditur. & ſenſus quidem huiuſmodi eſt: ordo autẽ ſermonũ talis eſt. Quoniam vera (inquit) quędã ſunt/ quę ita coniuncta de aliquo prædicãtur/ vt eorum prędicamentũ vnũ ſit/ & in vnũ cõgruat forma/ eorũ quę extra vere poterãt p̃dicari. vt in eo qđ eſt/ hõ animal bipes ẽ: de homine/ hęc iuncta cõpoſitaq; dicũtur/ et ſit vna quodam modo prędicatio/ cũ animal & bipes extra ſigillatim valeãt prędicari. dicimus enim homo animal eſt: & rurſus homo bipes eſt. alia vero quę nõ ſunt eo modo/ quę ſigillatim quidẽ prędicare verum eſt/ cõpoſita vero falſum: quę eorũ differentia eſt/ vel quando illud/ quãdo hoc eueniat/ dicendum eſt. & hoc docet exemplis. De homine enĩ (inquit) verum eſt dicere & extra animal/ & extra bipes: & vt vnũ/ vt de eo dicatur/ animal bipes. rurſus quẽlibet hominẽ vt Socratẽ poſſumus dicere: ille homo albus eſt. rurſus. ille homo: homo eſt. & hęc vt vnũ iuncta dicentes: ille homo/ homo albus eſt. ſed aliquoties euenit: vt aliquis homo citharedus quidem ſit imperitus/ bonus autẽ homo. & ſi de ipſo dicatur/ quoniam eſt citharedus: verũ eſt. & quia bonus eſt: hoc quoq; verum eſt. ſed nõ & ſi citharedus eſt & bonus: iccirco iam bonus eſt etiã citharedus. fortaſſe enim eſt imperitiſſimus: homo autẽ bonus. Si enim quoniam alterutrũ dicitur/ & vtrumq; dicitur: multa incõueniẽtia erunt. ſi quis enim ſit qui dicat omnia quęcũq; ſigillatim verę dicũtur/ ea iuncta etiam vere poſſe dici: multa incõuenientia impoſſibiliaq; contingũt. hoc eſt enim qđ ait. Si enĩ quoniã alterutrũ dicitur/ & vtrũq; dicitur/ id eſt ſi enĩ aliquis dicat quoniã alterutrum extra vere dicitur/ & vtrũq; ſimul vere ſemper poſſe dici: multa ſunt ipoſſibilia/ quę cõtingunt. quę autẽ ſint impoſſibilia quę cõtingũt: hęc ſunt. De homine enim poſſumus dicere/ quoniam homo eſt/ & rurſus poſſumus dicere/ quoniã albus eſt: dicimus igitur & ſimul de homine/ homo/ homo albus ẽ. Rurſus de homine albo poſſumus dicere/ quoniã hõ eſt/ poſſum⁹ etiã dicere/ quoniam albus eſt: igitur & hęc iuncta dicũtur homo/ homo albus albus eſt. Nã ſi verũ eſt dicere de homine quoniã hõ eſt/ & de albo quoniã albus ẽ: & omne hoc vere poteſt dici/ id eſt homo/ homo albus albus eſt. Et ſi de hoc iterũ homine albo/ verũ eſt dicere/ quoniã albus ẽ/ & verum eſt de eo albũ prædicare: & rurſus omne prædicare verũ eſt. erit ergo homo albus albus. & rurſus de hoc/ albũ prædicare verũ eſt. erit igitur tertio homo albus albus albus: & hoc in infinitum progreditur. Et rurſus ſi verũ eſt dicere de homine quoniam muſicus eſt/ & rurſus quoniã albus eſt/ & quoniã ambulans eſt: & hęc rurſus in vnũ dicũtur/ homo/ muſicus alb⁹ ambulans eſt. rurſus qui muſicus albus ambulãs eſt: & albus ẽ/ & ambulãs eſt/ & muſicus eſt. dicũtur hęc igitur ſimul rurſus: homo/ albus albus/ muſicus muſicus/ ambulãs ambulans eſt. et hęc aſſidue complexa eadem: faciũt ſuperfluam locutionẽ. Necnõ etiam quoq; in ſingularibus idẽ euenit. Si enim Socrates/ & Socrates eſt & homo: erit Socrates/ Socrates homo. et ſi Socrates eſt et homo et bipes: erit Socrates/ Socrates homo bipes. et rurſus ſi hic idẽ bipes eſt & homo: erit Socrates/ Socrates homo homo/ bipes bipes. quę omnia q̃ ſint incõuenientia: nullus ignorat. Non igitur dicendum eſt/ quoniã omnia quęcunq; ſigillatim prædicãtur: eadem iũcta ſemper poterunt prædicari. Ergo quę iuncta verę dici poſſunt/ et quę falſo/ eorũ quę ſigillatim atq; extra ante vere dicũtur: exponit. hoc enim ſolum hactenus demonſtratum eſt/ quoniam ſi quis ſimpliciter et omni modo fieri cõplexiones dicat: multa incõueniẽtia euenire neceſſe eſt. Quẽadmodum autem fiant cõplexiones: ponendũ atq; tractandum eſt. ¶ Eorum igitur quę prędicantur/ et de quibus prædicari accidit quęcũq; ſecundũ accidẽs dicũtur/ vel de eodẽ/ vel alterũ de altero: hęc nõ erũt vnum. vt homo albus eſt/ et muſicus: ſed nõ eſt vnum album et muſicũ. accidentia enim ſunt vtraq; eidem. Nec ſi album/ muſicum verũ eſt dicere: tamen nõ erit albũ muſicum vnũ aliquid. ſecundum accidens enim albũ muſicum. quare nõ erit albũ muſicũ vnũ aliquid. quocirca nec citharedus bonus ſimpliciter: ſed animal bipes. nõ enim ſecũdũ accidẽs. ¶ In iſs (inquit) quę prędicãtur/ et de iſs de quibus illa ipſa prædicantur: duplex ratio eſt. Aut enim duo accidentia de vno ſubiecto dicuntur: vt Marius malus eſt/ et Marius dux eſt. aut vnũ accidens de vno ſubiecto prædicatur: aliud vero accidens de illo prædicato accidenti prædicatur. vt ſi quis dicat. Cicero eſt caluus: caluus orator eſt. hic enim caluus de ſubiecto Cicerone: orator de caluo prędicatur. hoc eſt enĩ qđ ait. Quęcũq; ſecundũ accidens dicũtur/ vel de eodẽ/ vel alterũ de altero. de eodẽ: vt ſi qua duo accidẽtia de vno prędicẽtur. alterũ de altero: vt ſi vnũ

vna negatio.ſi quis enim candido aliquo homine ambulante/ dicat album & ambulans homo eſt:album & ambulare in vnam naturã non conueniũt/ nec fit ex vtriſq; aliquid vnũ/ ita vt alicuius hęc duo iuncta ſubſtantiã formẽt.quare ſiue affirmentur/ ſiue negẽtur/ſiue ſubiecta ſint/ ſiue prædicata:non erit vna affirmatio/ nec vna negatio/ſed vox quidem vna eſt. Tot aũt in ea ſunt affirmationes & negationes:quot termini ſunt poſiti ex quibus vnũ non fit.ſiue autem de pluribus vnũ prædicetur/ſiue plura de vno prædicentur:idẽ modus eſt. Vt ſi quis dicat homo/ animal rationale bipes ẽ/quoniã ex his vnũ quiddã fit:vna eſt propoſitio. Sin vero quis dicat/ homo/albus ãbulans eſt:quoniã ex his vnũ nichil fit/ non eſt vna propoſitio. ¶Amplius quoq; ſi pluribus rebus vnũ nomẽ ſit poſitum/ex quibus coniũctis nulla vna natura ſit/& de illo vno nomine vnum quodlibet aliud prædicetur:non eſt vna affirmatio/ nec vna negatio. Marinus nãq;/& hic latrabilis/vno vocabulo canes vocantur. Si quis igitur dicat/canis animal eſt:quoniam ex his quę ſignificat canis/in vnũ iunctis nichil vnũ efficitur(ex cane enim latrabili/& ex marino iunctis:nulla vna ſubſtantia eſt)illa propoſitio multiplex eſt/& multa ſignificãs/& nõ vna.Quare quẽadmodũ/ſi quis huiuſmodi propoſitiones interroget/debeat reſponderi: docet
» dicens. ¶Si ergo dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio/vel propoſitionis/vel alterius
» partis contradictionis/propoſitio vero cõtradictionis eſt vnius pars: non erit vna reſponſio ad
» hęc.neq; enim interrogatio vna/nec ſi ſit vera.dictum eſt autẽ de his in topicis.ſimul autẽ ma-
» nifeſtum eſt/quoniam nec hoc ipſum quid eſt:dialectica interrogatio ẽ. oportet enim datũ eſſe
» ex interrogatione eligere: vtrã velit contradictionis partẽ enũciare.ſed oportet interrogãtem
» determinare:vtrum hoc ſit homo/an nõ hoc. ¶Senſus huiuſmodi eſt.quicũq; interrogat ſi ab
arte dialectica nõ declinet:iccirco interrogat vt ei reſpondeatur.reſpõdeatur aũt:aut tota propoſitio/aut contradictionis vna particula.Si quis enim ſic dicat interrogans/ anima ne immortalis eſt:/tunc reſpondens:aut eſt reſpondebit/ aut nõ.hoc autem/ eſt totius cõtradictionis vna particula. contradictio enim eſt:anima immortalis eſt/ anima immortalis non eſt. ergo eſt & non:cõtradictionis ſunt particulę.Q; ſi quis ſic interroget/anima ne imortalis eſt/an nõ/tunc ille ita reſpondebit ſi velit/totam propoſitionem dicẽs.videtur michi imortalis eſſe:vel rurſus videtur michi nõ eſſe immortalis.Ergo quiſquis interrogat:ita reſponſionẽ petit/vt illa reſponſionis petitio/vel propoſitionis petitio ſit/vel vnius partis cõtradictionis.Propoſitio aũt vnius contradictionis eſt:vt/eſt omnis affirmatio vna/vnam habebit negationem.& in duabus propoſitionibus/vna erit contradictio. Quare ſi quis plura ſignificanter propoſitionem dixerit:ille non facit propoſitionem ad quã ſit vna negatio.quocirca huiuſmodi interrogationi quę plura ſignificat:nec ſi vera ſit/ debet eẽ vna reſpõſio.ſi quis enĩ interroget ſubſtãtia ne ſit canis/quãq; verum ſit dicere ſubſtantia eſt/quoniam & latrabilis & marinus ſubſtantię ſunt:tamen non eſt ad hanc vna faciẽda reſponſio.ſed dicendũ eſt: de quo cane interroget.q; ſi dixerit de marino vel rurſus de latrabili: tunc cũ per illius determinationem definitionẽq; interrogationis facta fuerit vna propoſitio/vnũq; ſignificans/adhibenda eſt vna reſponſio. de his autẽ in topicis dictum eſſe cõmemorat.Similiter autẽ manifeſtum eſt:quoniã nec hoc ipſum quid eſt/ dialectica eſt interrogatio.Qualis aũt debet eſſe modus dialectięq; interrogationis:exeqtur.ait enĩ.Si quis interroget quid eſt animal: hęc non eſt dialectica interrogatio. oportet enim per dialecticã interrogationem optionẽ reſpondenti dari:vtrum affirmare velit/ an negare qđ dicitur.vt ſi quis id interroget putaſne bonũ malo contrariũ eſt/ tunc reſpondenti datur electio/ vtrũ affirmare velit an negare.dicit enim ille aut eſt aut nõ eſt.Qui autem ita interrogat/quid eſt animal/ nullum illi locum aut affirmationis aut negationis relinquit. quid enĩ dicturus eſt interrogãte aliquo/ qđeſt aial/ dicturus eſt nõ/incõueniens erit reſpõſio.Eodẽ quoq; modo ſi dicã.ppter qđ ẽ animal/ ſola igitur eſt dialectica interrogatio/ in qua datur reſpõdẽti ex interrogatione optio. vtram velit partem contradictionis eligere/ eamq; enũciare vel affirmãdo ſcilicet vel negãdo.
Oportet enim interrogantem determinare/vtrũ verbi gratia animal homo ſit/an nõ:vt ex illa
» interrogatione/quã velit partẽ contradictionis/ poſſit is qui reſpondet/ eligere. ¶Quoniam ve-
» ro hęc quidem prædicantur cõpoſita/vt vnũ omne prędicatũ fiat/ eorum quę extra prædicãtur:
» alia vero nõ/quę eſt differẽtia/ De homine enĩ verum eſt dicere & extra animal/ & extra bipes:
» & hęc vt vnũ.& hominem/& album:& hęc vt vnũ.ſed non ſi citharedus eſt &bonus:etiam ci-
» tharedus bonus. ¶Si enim quoniam vtrũq; verũ/eſſe oportet ſimul vtrũq;:multa incõuenien-
» tia erunt.De homine enim & hominẽ verum eſt dicere & albũ:quare & omne. rurſus ſi album
» ipſum:& omne.quare erit homo albus albus.& hoc in infinitũ. Et rurſus muſicus albus ambu
» lans:& hęc eadem frequẽter implicita.Amplius.Si Socrates/ Socrates ẽ/ & homo:& Socrates/
» Socrates homo.& ſi homo & bipes:erit homo bipes. Quoniam igitur ſi quis ſimpliciter dicat
» cõplexiones fieri;multa accidit dicere incõueniẽtia manifeſtum eſt, Quẽadmodũ autem ponẽ-

mo mortuus eſt.mortuus autē et homo:oppoſita quodā modo ſunt.Nam ſi eorū definitiōes ſumamus:facile hoc perſpici poteſt.homo namq; eſt animatus:mortuus vero prēter animā. atq; ideo quoniam quædam eſt oppoſitio ſecundum priuationem atq; habitum hominis et mortui/ & vtraq; ſimul vere prędicantur:vnū ipſorum quod eſt homo ſimpliciter/& prēter mortuū de ca
» dauere non poteſt prędicari.atq; hoc eſt quod ait. ¶Nō autem ſemper. Sed quando in adiecto
» quidem aliquid oppoſitorū ineſt/ quod cōſequitur cōtradictio : nō verum ſed falſum eſt. vt ho»minem mortuum:hominem dicere.Quando autē non ineſt: verum. ¶An etiā quando ineſt/ſē»per non verū eſt:quādo vero non ineſt/ non ſemper verum eſt?vt Homerus eſt aliquid/vt poe»ta:ne ergo eſt/an non?ſecūdum accidens enī prędicatur eſt/de Homero(quoniā enī eſt poeta)
» ſed nō ſecundū ſe prædicatur de Homero/ipſum eſt. ¶Quæ vtraq; ideſt & prędicatū et qđ addi
tur prædicato : ex ipſa oppoſitione cōtradictio comitatur.vt quoniam homo et mortuus oppoſita ſūt:ea quędā comitatur atq; cōſequitur p oppoſitionē cōtradictio . dicimus enim q homo ē/ viuit:qui mortuus eſt non viuit.viuit autē et nō viuit:quædā cōtradictio eſt. ergo in huiuſmodi prędicationibus:non eſt verū vnū ſimpliciter prędicari.Quādo autē huiuſmodi oppoſitio ei qđ prędicatur non iungitur:poteſt ſimpliciter vere prædicari. Sed nec hoc ſemp/magiſq; illud verius dicitur:quoniā cum ipſa oppoſitio eſt/ nunq; verū eſt eorū quæ iuncta vere prędicantur/ſimpliciter vere aliquid appellari.cū autem iſta oppoſitio nō ineſt:non ſemper vere ſimpliciter prędicari eorū aliquid/ quæ de aliquo vere iuncta dicuntur.Si quis enim ſic dicat/Homerus poeta eſt:verum dixerit.q; ſi dicat Homerus eſt ſimpliciter prēter poetam:falſū eſt . atqui eſſe et poeta:non ſunt oppoſita. Ergo non ſemper quando oppoſitio nō eſt in prædicatis:verum eſt aliqđ ſimpliciter prædicari.cum aūt oppoſitio ineſt:ſemper falſum vnū prędicamentorū q̄ iūcta dicūtur/ſimpliciter et prēter aliud dicere.Nam cū de Homero dicimus quoniā eſt aliquid/ideſt quoniam Homerus poeta eſt:verū eſt.Nunquid etiā dicēdū eſt per ſe quoniam eſt?an potius eſſe nō ſimpliciter/ſed ſecundum accidens de Homero prædicatum eſt?Non enim qa eſt/ſed quia poeta eſt/& quoniā et vt poetæ/eſſe accidit iccirco eſſe quoq; Homerum aliquid ideſt poetā/ nō per
» ſe eſſe prædicamus.concluditigitur hoc modo. ¶Quare in quibuſcūq; prędicationibus neq; cō»trarietas ineſt/ſi diffinitiones pro nominibus dicantur:& ſecundū ſe prædicantur/& non ſecun»dum accidens/& in his aliquid & ſimpliciter verum erit dicere. Quod autem non eſt:quoniam
» opinabile eſt/non eſt verum dicere eſſe aliquid.opinio enī eius eſt:nō quoniā eſt/ſed quoniā nō
» eſt. ¶In quibuſdā enim nominib⁹ dictis nō apparet oppoſitio.q; ſi diffiniantur:mox ſeſe illa oppoſitio patefacit.vt in eo qđ eſt homo & mortuus /nomina quidē ipſa oppoſita non ſunt ſed definita inueniuntur oppoſita.In huiuſmodi igitur oppoſitionibus vel quoties non ſecundum accidens prædicatur aliquid(vt eſſe de Homero ſecūdum poetā ſcilicet/ qđ Homero accidens eſt) ſed per ſe et ſcđm ipſum ſubiectū:manifeſtū eſt quoniā qcquid cōiuncte vere dici poteſt/ idē vere dicitur et ſimpliciter prędicatū.vt ſi quis dicat de aliquo homine quoniā hic homo albus eſt: verū fortaſſe dixerit.et rurſus hic albus eſt : hoc quoq; verū eſt dicere/iccirco quoniā de eo non ideo albū prędicauit quia dixit illū eſſe hominē/ſicut de Homero iccirco eſſe prędicatur/quia poeta eē dicit:ſed q; p ſe alb⁹ eſt.ſed hoc nō ſcđm accidens prędicat:ſed p ſe . Quare recte dictū eſt quoniā in qbus iunctis p̄dicatiōibus neq; oppoſitio q̄dā ineſt/ nec ipſa p accidēs p̄dicatio eſt:illa ſimpliciter etiā poſſe p̄dicari.qđ autē nō eſt:qm̄ opinabile eſt/ nō eſt verū dicere eſſe aliqd . opinatio enī nō eſt/quoniā eſt:ſed quoniā nō eſt.Quidā aūt volētes id qđ nō eſt aliquo modo cē nō ſtrare:tali vtebātur ſyllogiſmo.Qđ opinabile eſt/eſt. qđ aūt nō eſt:opinabile eſt.cōcludebāt/qđ non eſt:igitur eſt.docētes ea q̄ eſſēt:ſcibilia potius/ nō opinabilia eſſe.qđ aūt nō eſt : opinioni tā tū ſubiacere/nulla etiā ſcientia claudi.qđ Ariſtoteles hoc modo diſcutit. Ait enim nō iccirco eſt opinabile:quoniā eſt.ſed iccirco opinabile eſt:quoniā nō eſt.ſed hoc quod non eſt:eſt quidē/ſed non eſt per ſe/ſed opinabile.Et quēadmodū Homerus eſt qdē qddā ideſt poeta / nō tamē eſt per ſe:ita id qđ nō eſt/ ē quidē aliquid ideſt opinabile/vel ignorabile/vel neſcibile/nō tamē eſt aliqđ per ſe in natura.

¶DE ENVNCIATIONIBVS MODORVM:POSSIBILIS/CONTINGENTIS/IMPOSSIBILIS ET NECESSARII. CAP.III.

» Is vero determinatis perſpiciendum eſt/quēadmodum ſeſe habent negationes
» et affirmationes ad ſeinuicem:eæ ſcilicet quę ſunt de poſſibili eſſe et non poſſibi»li/et de contingenti & non contingenti/et impoſſibili et neceſſario.Habent enī
» aliquas dubitationes. ¶Propoſitionum alię ſunt/ q̄ ſimpliciter proferuntur:aliæ quibus aliquis modus in enunciatiōe miſcetur.ſi quis enī dicat Socrates diſputat:ſimplicem propoſitionem fecit.ſi vero aliquis dicat Socrates bene diſputat: modum propoſitioni quā enunciabat/adiunxit.quomodo enī diſputaret appoſuit:cum dixit bene, Nunc ergo hoc ſpeculatur:quemadmodū ſe habēt affirma

accidēs de altero accidēte dicaſ/ et ip̄m accidēs de quo dicit/ de altero rurſ9 ſubiecto p̄dicet. Qz ſi ita fiat p̄dicatio: ī vnū iūgi accidētia copulariq; nō poſſūt. Eteni ſi qs ſic dicat/ hō alb9 ē/ hō muſic9 ē: hęc iūcta ſimul vnū nō faciēt. vt ē muſic9 alb9. vel ſi rurſus muſicū p̄dicet de albo/ et albū de homine dicatur/ et p̄dicetur illud albū muſicum eſt: non idē eſt album muſicū/ nec in vnam ſubſtantiā coeunt/ quęcunq; ſic vere prædicari poſſunt ſigillatim. iccirco enim de ſe inuicē videtur poſſe prædicari: quia de vno eodemq; ſubiecto p̄dicātur/ non quod ex his vnum aliquid fiat. accidentia enim ſunt vtraq;. quare non idē erit albū muſicum. ſed quoniā homo albus idē muſicus eſt/ per id q; vtraq;: vni accidūt: per accidens albū de muſico prædicatur. Nec rurſus ſi citharedus eſt et bonus: iccirco iam bonus dici poterit citharedus. neq; enim bonus et citharedus: talia ſunt/ vt ex his vnū fieri poſſit. ſed quoniā vtraq; eidē accidūt: iccirco de ſe ſecūdū accidens p̄dicātur. Sed magis fortaſſe poſſumus dicere homo animal eſt/ homo bipes eſt: vt hęc iuncta dicamus animal bipes. et his iunctis: ſecundū ſubſtantiam/ nō ſecundum accidens eſt facta p̄dicatio. ¶ Amplius. Nec quęcunq; inſunt in altero. quare neq; album frequēter: neq; homo/ homo animal eſt vel bipes. inſunt enim in homine animal et bipes. ¶ Quęcunq; ſigillati ſecundum accidens p̄dicamus: ea ſimul p̄dicari non poſſe monſtrauit. nunc aūt illud etiam docet quoniā illa quoq; q̄ ſubſtantialit̄ p̄dicanť/ nō ſemp ſimul iuncta p̄dicenť. & hęc ratio: & accidentibus conuenit/ & ſubſtantialibus rebus. quoties enim ineſt prædicato aliquid et nos illud extra volumus p̄dicare/ et in vnū rurſus duo prædicata coniungere: tunc fit incongrua prædicatio. & hoc aliquoties quidē in ipſa nominū prolatiōe diſpicitur: aliquoties vero inuenitur in intellectu/ atq; in termini cōtinētia. ſi quis enī ſit homo albus/ & de eo dicaſ alb9 verbi gra/ Callias homo albus eſt. et rurſus de eo dicatur Callias albus eſt: ſi qs id velit iūgere/ inconueniētiſſime p̄dicabitur. Dicit enim Callias/ homo albus albus eſt: iccirco/ quoniam albus in homine albo continebatur q̄d ante de Callia p̄dicatū eſt. atq; hoc eſt q̄d ait. quare neq; albū frequēter. Alia vero ſunt quę hoc in prolatione non habent/ ſed in natura. ſi quis enim ſic dicat Socrates Socrates eſt/ & rurſus Socrates/ homo eſt/ & hæc ſimul iungat/ vt dicat Socrates/ Socrates homo eſt: non recte fecerit p̄dicationē. Nam homo in Socrate inerat: & rurſus homo de Socrate p̄dicatū eſt. Tale eſt ergo qui hæc iuncta/ ideſt Socratē & hominē voluerit p̄dicare de Socrate: tanq̄ ſi dicat Socrates/ homo homo eſt. nam in Socrate ineſt hominis natura. Vel rurſus ſi de aliquo homine velit aliquis hominē prædicare/ & rurſus animal: et dicat homo/ homo eſt & animal. homo enim idem eſt q̄d animal. ergo qui hæc duo iuncta cōponit: nichil differt q̄ ſi dicat homo animal animal eſt. homo namq; animal eſt. Eodem modo & ſi de aliquo homine hominē p̄dicet aliqs/ & rurſus bipedē/ atq; hæc iuncta velit dicere: incōgruam faciet prædicationem. nichil enī aliud dicit/ q; dixerit homo/ hō bipes eſt: q̄ ſi dicat homo/ bipes bipes eſt. eteni homo/ bipes eſt. Quare neq; ea quæ in ipſa prolatione in altero inſunt/ cum extra p̄dicantur/ recte iunguntur: nec ea q̄ in prolatione quidem non inſunt/ ſed tantū in natura atq; ſubſtantia. Qz ſi nec accidētia ſint/ nec alterū in altero et ea ſigillati p̄dicēt: iūcta p̄dicāť. ſi qs enī dicit de homine quoniā aīal eſt: verū dixerit. et rurſus quoniā bipes: verū hoc quoq; dixerit. hęc ſi iūgat: faciet/ homo eſt aīal bipes. & hoc itidē recte prædicať. Nā neq; accidētia dicūtur: nec alterū alteri ineſt. nō enī ſumiť in definitiōe aīalis bipes: ac p hoc nō ineſt illi ſubſtantialiter. Illa aūt ſola aliquibus inſunt ſubſtantialiter: quęcunq; in eorū definitione ſumunť. v t in definitione hominis ſumiť aīal/ & in definitione rurſus hominis/ ſumitur bipes: ineſt ergo bipes in homine. quare ſola illa ſigillatim prędicata/ recte iuncta p̄dicāť: q̄ neq; accidentia ſunt/ nec alterū ī altero ineſt vel platione vel natura. idq; fiet manifeſtū/ ſi eorū alteri9 definitio ſumať. velut ſi quęrať/ an de homine homo & bipes p̄dicari/ ſimul poſſint: definiēdus ē homo. & ſi in hoīs definitione bipes incurrerit: dicēdū eſt bipes eſſe in hoie/ & vtrūq; iunctū de hoie nō poſſe p̄dicari. quia cū dixeris homo / homo bipes: tale eſt/ quaſi dicas/ homo bipes bipes. quod eſt incongruum. ¶ Verum eſt aūt dicere de aliquo & ſimpliciter: vt aliquē hominem hominem/ aut aliquem album hominem / hominem album. ¶ Dudum quęſiuit/ vtrum omnia quę ſigillatim vere prędicarēt̄ur/ ea iūcta veraciter dicerēt̄ur: nunc autē cōſiderat atq; perpendit vtrū omnia quęcunq; ſimul vere dicuntur/ et ſimpliciter vere prædicentur. dicimus enī Socratē quēdam hominem eſſe et rurſus ſimpliciter dicimus Socratem hominem eſſe. Rurſus dicimus verbi gratia Calliam album hominē eſſe: et de eo albū ſimpliciter prędicamus. dicimus enim Callias albus eſt. quęrit ergo vtrū hoc in omnibus prædicamentis eſſe videatur: vt quęcūq; verū eſt iuncta prędicare/ eadem quoq; verum ſit ſimpliciter dicere. ſed hoc non in omnibus eueniet. Nā ſi qua huiuſmodi ſit prædicatio/ in qua aliquid oppoſitum addatur ipſi prædicationi: pręter illud oppoſitum ſimpliciter illa prędicatio nō poteſt prædicari. vt ſi quis dicat de Socrate iam mortuo/ quoniā hoc q̄d iacet/ homo mortu9 eſt: vere dicit. ſimpliciter autem dicere non poteſt/ hoc q̄d iacet/ homo eſt. iccirco quoniam additum eſt prædicato ideſt homini: id q̄d homini oppoſitum eſt ideſt mortuus. dictum eſt enī hoc q̄d iacet: ho-

eſt. Huiꝰ ergo affirmationis ābulat homo: nō eſt negatio ea q̄ dicit ambulat non homo / ſed illa potiꝰ quę dicit nō ābulat hō. In hac enī ad id qđ eſt ābulat / negatio iūcta eſt: qđ ambulat / homini pro eo qđ eſt eē coniunctū eſt. tale eſt enī dicere homo ambulat: tāq̄ ſi quis dicat eſt ambulās homo. Quare ſi hoc modo in oibus: et eius q̄ eſt poſſibile eſt eſſe / negatio eſt poſſibile eſt nō eſſe / et nō ea / nō poſſibile eſt eē. nā ſi i oibus (inquit) ſcđm eē cōtradictio fit: in ijs quoq; q̄ poſſibilia dicūtur / ſecūdum eſſe et non eſſe contradictio faciēda ē. in eo enī qđ dicimus poſſe eſſe: illa erit negatio quę dicit poſſe nō eē / nō illa q̄ eſt nō poſſe eē. Nā ſi ei q̄ eſt poſſibile eſt eē / illa opponat̄ q̄ eſt nō poſſibile ē eſſe: nō ſecūdū eſſe et nō eſſe oppoſitio facta eſt. Quocirca / quoniā ſupra docuit ſecundū eſſe et non eē fieri contradictionē: dicēdū eſt eiꝰ q̄ eſt / poſſibile eſt eſſe / illā eſſe oppoſitionē q̄ dicit / poſſibile eſt nō eſſe. ¶ Sed aliud rurſus occurrit: qđ nos ab hac opinione dimoueat. In omnibꝰ enim aut affirmatio vera eſt / aut negatio. in his autem vtręq; ſunt verę. Nā quod poſſibile eſt eē / poſſibile eſt nō eſſe: vt quia poſſibile eſt hoiem ambulare / poſſibile eſt non ambulare. et qđ poſſibile eſt videri: poſſibile eſt non videri. rurſus quod poſſibile eſt ſecari / et diuidi: et nō ſecari & nō diuidi. quare vtręq; in eodē verę ſūt: poſſibile eſt eſſe / et poſſibile ē non eſſe. Nā cum dicimus poſſibile ē nō eſſe: ita intelligendū eſt / vt ſi diceremus poſſibile eſt hodie pluuiam non eſſe cum ſit poſſibile / vt ſit. Cur autem hoc ita eueniat: ipſe demonſtrat dicēs. ¶ Ratio autem ē / quoniam omne quod ſic poſſibile eſt: non ſemp in actu eſt. quare inerit ipſi etiā negatio. poteſt igit et nō ābulare qđ eſt ābulabile: et nō videri qđ eſt viſibile. at vero ī poſſibile eſt de eodē oppoſitas veras eſſe enunciatiōes. nō igit ei9 q̄ ē poſſibile eſt eē: negatio eſt hęc / poſſibile eſt nō eſſe. ¶ Cōtingit enī ex his: aut idē affirmare et negare ſimul de eodē / aut nō ſecūdū eſſe vel nō eſſe quæ apponūtur / fieri affirmationes et negationes. ſi ergo illud impoſſibile eſt: hoc erit magis eligēdum. ¶ Hoc huiuſmodi eſt. q̄cunq; ita ſunt poſſibilia vt ſint actu & opere: illa nulla ratione poſſunt nō eſſe. vt cœlo ſemper actu eſt moueri. ſemper enim mouetur. & dicimus poſſibile eſt cęlū moueri: iccirco quoniā cęli motꝰ actu eſt / hoc eſt id agitur. mouetur enī. i hac ergo poſſibilitate talis propoſitio non poteſt cōuenire: vt prædicemus poſſibile eſt cęlū nō moueri. hoc eſt enī impoſſibile. Ergo in ijs q̄cunq; actu ſunt: hę duę ꝓpoſitiones / poſſibile eſt eſſe / poſſibile eſt nō eſſe nulla ratione conueniūt. In ijs autē quæ nō ſunt ſemper actu et ſunt poſſibilia eſſe: conuenire poſſūt propoſitiones / id ē poſſe eſſe / et poſſe non eſſe. Non ē enim ſemper actu pluuia: et poſſibile eſt eē aliquando. q̄re poſſibile eſt eā eē & nō eē aliquādo. hec igit ratio eſt cur vtręq; inueniunt verę q̄ in ijs poſſibilitatibꝰ / q̄ non ſēper ſunt actu: & eē aliquid et nō eſſe cōtingit. quare ſi eiꝰ q̄ eſt poſſibile eſt eſſe / negatio eſt ea q̄ dicit / poſſibile eſt nō eē: in eodē ſimul et affirmatio et negatio erūt verę. et cū rei ineſt affirmatio / vt ſit eſſe poſſibile: eidem rurſus inerit negatio / vt ſit poſſibile nō eſſe. quare et qđ ambulabile eſt / ideſt qđ ambulare poteſt: poteſt nō ambulare. et qđ viſibile eſt / ideſt qđ videri poteſt: poteſt etiā non videri. ſed impoſſibile eſt / vt de eodē oppoſitę et contraiacentes dictiones / ſimul verę ſint. in oibus enī: aut affirmatio vera eſt / aut negatio. Si ergo factis negationibus ſcđm eē / et nō eſſe in ijs q̄ ſcđm aliquē modū dicūtur / et affirmatio et negatio vtręq; ſūt verę / qđ fieri non poteſt: illud magis dicēdū eſt non faciendas ſecundū eſſe et non eſſe negationes / ſed potius ſecundum modū. qđ ſi illud eſt impoſſibilius / vt affirmatio et negatio ſimul ſint verę: illud magis eſt dicendū / vt nō ſecundū eſſe et non eſſe fiat contradictio / ſed potius ſecundū modū. qđ aūt dixit / ſi ergo illud ipoſſibilius eſt / hoc erit magis eligendū: nō ſic dictū eſt q̄ vtraq; impoſſibilia ſint / et affirmationē et negationē verā eſſe / et nō ſecundū eſſe vel non eſſe fieri contradictionē. Illud enim vnū ideſt cōtradictionē / ſimul verā eſſe impoſſibile eſt: ſecūdū eē autem et nō eē affirmationē nō fieri & negationē / non impoſſibile ē. ſed ad hoc retulit impoſſibiliꝰ eſt / tanq̄ ſi diceret minꝰ poſſibile. Minus enī poſſibile eſt / vt oppoſitę ī eodem ꝓpoſitiones verę ſint: q̄ vt nō ſecundū eſſe et non eſſe negationes ponātur. Quocirca eligendum eſt hoc / quod eſt poſſibilius: vt ſecundū modū potiꝰ / q̄ ſecundum eſſe et nō eſſe negationes fiant. quod ipſe planius exequitur dicens. ¶ Eſt igitur negatio eius q̄ eſt poſſibile eſſe: ea q̄ eſt nō poſſibile eſſe / ſed nō ea quæ eſt poſſibile nō eſſe. eadē quoq; ratio eſt et in eo qđ eſt contingēs eſſe. et enī negatio eius eſt non cōtingens eſſe. ¶ Hæ nāq; ſimul verę inueniri non poſſunt. nam ſi quid eſt poſſibile eē: vt idē illud nō poſſibile ſit fieri nō poteſt. nec hoc in ſolis poſſibilibus ſpeculādū eſt: ſed in omnibꝰ quoq; eadē ratio eſt. Nā in eo qđ eſt cōtingere eſſe: nō eſt illa negatio q̄ dicit contingere nō eſſe (hæc enī cōſētit ei / q̄ ē cōtingere eē) ſed illa q̄ proponit nō cōtingere eſſe. has enī duas ſimul veras inueniri impoſſibile eſt. ¶ Et in alijs quoq; ſimili modo: vt in neceſſario / & impoſſibili. Fiūt enī quemadmodū in illis ęē / et nō eē appoſitiōes: ſubiectę vero res / hoc qdē albū / illud vero hō. ¶ Et in alijs inquit omnibus idē faciendū eſt. ſecundū modū enī negatio ponēda eſt: vt ſi contingens eſt / ad cōtingere. ſi poſſibilis / ad poſſibile. ſi impoſſibilis / ad impoſſibile. ſi neceſſariꝰ / ad neceſſariū negatio cōiungatur. quēadmodū enī inquit in ijs q̄ præter modū aliquē ſūt et aliquid eſſe ꝓponūt / eſſe quidē et non eſſe appoſitiones quędam ideſt predicationes ſunt / res vero ſubie

Quocirca. argumētat̄ nō ꝓ veritate dicit.

Cōueniunt hoc ſonat verę ſunt

tiones / et negatiões eatũ ꝓpoſitionũ/q̃ cũ modo aliquo proferũt(vt ſi qs dicat poſſibile ẽ hoc fieri: et rurſ9/ nõ poſſibile ẽ hoc fieri)& quẽadmodũ ſeſe i his affirmatiõis habeat negatiõiſq; natura. Similiter aũt et i eo qđ eſt ipoſſibile eẽ/ et in eo qđ eſt neceſſe eẽ/ et i eo qđ dicitur cõtingere eſſe/ et nõ cõtingere eẽ: q̃ horũ ſint affirmatiões/ q̃ negationes/ aut quã affirmationem cui negationi recte aliquis opponat. De his omnib9 perſpiciendũ(inquit) quoniã ea quæ de cõſũctis predicatiõnibus & ſimplicibus dicẽda fuerũt ; terminata ſunt. Nam de harũ propoſitionum/ quę cum modo proferũtur oppoſitionib9 : multa cauſatio eſt. quæ autẽ ſint dubitationes/ vel quẽadmodũ in his oppoſitiones inueniẽdę ſint: cõtinua diſputatione perſequitur. ¶ Nam ſi eorũ quę cõplectũtur/ illę ſunt ſibiinuicẽ oppoſitę cõtradictiones/ quęcũq; ſecundum eſſe et nõ eſſe diſponũtur. vt eius q̃ eſt eſſe hominẽ: negatio eſt non eſſe hominẽ/ non ea quę eſt eſſe nõ hominẽ. & eius quę eſt eſſe albũ hominẽ: ea quę eſt nõ eſſe albũ hominem/ ſed non ea quę eſt eſſe non albũ hominem. ſi enim de omni aut affirmatio/ aut negatio eſt: lignũ erit verũ dicere eſſe nõ albũ hominẽ. quod ſi hoc modo et in quibuſcũq; eſſe nõ additur: idem faciet quod pro eſſe dicitur. vt eius quę eſt homo ambulat: non hæc ambulat non homo negatio erit/ ſed hęc nõ ambulat homo. nichil enim differt dicere hominẽ ambulare: vel hominẽ ambulãtem eſſe. quare ſi hoc modo vbiq; et eius q̃ eſt poſſibile eſſe/ negatio erit poſſibile nõ eſſe/ ſed nõ ea q̃ eſt nõ poſſibile eſſe. Videtur autẽ idem poſſe & eſſe & non eſſe. omne enim quod eſt poſſibile diuidi vel ambulare: & non ãbulare/ & nõ diuidi poſſibile eſt. ¶ Omnis propoſitio verborũ et nominum cõplexione formatur. ergo propoſitionũ quę cõplectũtur/ et quarũ natura in cõplexione eſt: illę ſolę ſũt(inquit) cõtradictiões quęcunq; ſecundũ eſſe & non eſſe ponũtur. vt in ea propoſitione q̃ dicit eſt homo: non eſt illa negatio huius affirmationis quę proponit eſt non homo/ ſed illa potius quę enunciat nõ eſt homo. vt ſit affirmatio et negatio: eſt homo/ non eſt homo. Illa vero quę dicit eſt non homo: nõ eſt negatio eius quę enunciat eſt homo/ ſed eſt affirmatio eius negationis q̃ eſt/ nõ eſt nõ homo. Rurſus cum dicimus eſt alb9 homo: non eſt negatio illa huius affirmationis quę dicit eſt non albus homo/ ſed illa potius quę dicit nõ eſt albus homo. hoc autẽ probatur ſic. neceſſe eſt enim ĩ cõtradictionibus vnã verã eſſe ſemp: alterã falſam. ergo ſi eius affirmationis q̃ dicit eſt albus homo/ negatio eſſet eſt non albus homo: vnã verã/ alterã falſam eſſe cõſtaret. Nunc aũt ſi quis de ligno dicat eſt albus homo: falſum dixerit. ſi quis vero de ligno eodem neget dicẽs/ eſt nõ albus homo: hoc quoq; falſum eſt. hæc enĩ propoſitio quę dicit eſt nõ albus homo: hoc ſentit/ hominem quidem eſſe non tamen album/ qđ de ligno falſum eſt prædicare. Ergo et ea quę dicit eſt albus homo/ et illa quę proponit/ eſt non albus homo: vtręq; aliquando falſę ſunt/ vt in ligno. quare non ſunt ſibimet oppoſitę. igitur nec ea quę dicit eſt albus nõ homo: negatio eius eſt quæ dicit eſt albus homo. quare illa huius negatio ponenda eſt quę dicit non eſt albus homo. In his nãq; vna ſẽper vera eſt: ſemp altera falſa. Qđ ſi ita eſt: ſcđm eſſe ſemp et nõ eẽ/ natura cõtradictiõis efficit. Nã cũ dico eſt hõ: ſcđm id qđ eſt eẽ fit negatio nõ eſt hõ. et cũ rurſus dico eſt albus hõ: ſcđm id qđ eſt eſſe/ rurſus negatio fit non eſt albus homo. Et ſenſus quidẽ totus huiuſmodi eſt: ipſi aũt in oratione ſermones/ propter ſimilitudinẽ videntur quidem obſcuri. Erit aũt planius pronuncianti bus et ſuadentibus ſic. Nam ſi eorum quæ cõplectuntur ideſt propoſitionum/ quarum natura ĩ cõplexione eſt/ illę ſibiinuicem oppoſitę ſũt contradictiones/ quęcũq; ſecundum eſſe et non eſſe diſponuntur: vt hę quas ſupra digeſſimus/ quarũq; ipſe exempla proponit. vt eius quę eſt eſſe hominem: negatio eſt/ non eſſe hominem. hec enim ipſius affirmationis ſecũdum eſſe et nõ eſſe negatio eſt. & hic ſubaudiendum eſt/ non illa negatio eſt: per quam dicitur eſſe non hominẽ. vt ſit ſenſus. Affirmationis quæ eſt eſſe hominem: negatio eſt/ non eſſe hominem/ non illa quæ dicit eſſe non hominem. & hoc quidẽ de ſimplicibus. Rurſus de ijs in quibus eſt tertiũ prędicatur/ ei9 quę eſt eſſe album hominem: non hic ſubaudiendum eſt/ illa eſt negatio quę dicit eſſe non albũ hominem/ ſed hic quoq; ſubaudiendũ eſt/ illa quę dicit non eſſe album hominem. vt ſit hic ſenſus. Huius affirmationis quæ eſt eſſe album hominem: non eſt illa negatio/ quæ dicit eſſe non albũ hominẽ: ſed illa poti9 q̃ proponit non eſſe albũ hominẽ. Et hæc approbat iductione. Si enim (inquit) de omni affirmatio eſt aut negatio vera: cũ lignũ falſũ ſit dicere eſſe album hominẽ/ verum debet eſſe de eo dicere eſſe nõ albũ hoiem. nam hęc negatio eſt ſuperioris affirmatiõis. ſed vtręq; falſę ſunt. hæc igitur non eſt illius affirmationis negatio. Ergo ſemper ſecũdũ eſſe et non eſſe contradictiones ſibimet opponũtur. q; ſi hoc modo: & in quantiſcũq; eſſe non additur/ idẽ faciet qđ pro eſſe dicitur. Sunt enĩ quędã propoſitiões in quibus eſſe non additur: ſed id qđ in his enunciatur/ idem valet tanq̃ ſi eſſe poneretur. vt in eo quod eſt homo ambulat: quod dico ambulat/ tale eſt tanq̃ ſi dicã homo ambulãs eſt. Ergo in ijs quoq; quæ non habent verbum iunctum/ ſi negationem ad verbum illud iunxero quod pro eſſe poſitum eſt: talis michi negatio redditur/ qualis ſi negatio ad eſſe poneretur. vt in eo quod eſt ambulat homo: ambulat pro eſſe poſitum

Multa cauſatio/ multę ſermo/ multa cõtentio

modū ſunt/ vt in ea per quā dicimus homo eſt: ſic in iis propoſitionibus/ quę cū modo ſunt/ eſt quidē aut non eſt ſubiecta ponamus/ modos vero ipſos aut affirmationē/ ſi ſimpliciter dicantur/ aut negationē ſi cū negatione ponātur/ faciētes ad ſubiectū qđ ſecundū eſſe et nō eſſe diſpoſuimus/ prędicemus. vt has arbitremur eſſe oppoſitas dictiones & negationes/ quę ſecūdū modos factæ ſint. earū autē omnium negationes et affirmationes in cōtrariū diſponantur.

Dictiones/ affirmationes.

AFFIRMA	Poſſibile eſt eſſe	OPPO	Non poſſibile eſt eſſe	NEGATIO
TIONES	Contingit eſſe	SI	Non contingit eſſe	NES SECVN
SECVN	Impoſſibile eſt eſſe	TIO	Non impoſſibile eſt eſſe	DVM
DVM ESSE	Neceſſariū eſt eſſe	NES	Non neceſſariū eſt eſſe	MODOS

AFFIRMA	Poſſibile eſt nō eſſe	OPPO	Non poſſibile eſt nō eſſe	NEGATIO
TIONES SE	Contingit non eſſe	SI	Non contingit non eſſe	NES SE
CVNDVM	Impoſſibile ē nō eē	TIO	Nō impoſſibile eſt nō eſſe	CVNDVM
NON ESSE	Neceſſariū ē nō eē	NES	Nō neceſſariū eſt nō eſſe	MODOS

¶ Quod autē addidit verum nō verum: ad demonſtrationē omniū modorū valet. Nā ſi quis dicat verum eſt: non eſt ipſius negatio verū non eſt/ ſed potius non verū eſt. Alioqui eius quæ eſt verum non eſt: illa negatio eſt quę dicit/ nō verū non eſt. ¶ Conſequētię vero ſecūdū rationem fiunt cū ita ponuntur. illā enim quę eſt poſſibile eſſe: ſequitur ea quę eſt cōtingit eſſe/ et hæc illi conuertitur. et non impoſſibile eſſe/ et non neceſſarium eſſe. illā vero quę eſt poſſibile nō eſſe/ et cōtingens non eſſe: ea quę eſt non neceſſe nō eſſe/ et non impoſſibile nō eſſe. illā autē quę eſt nō poſſibile eſſe et nō cōtingens eſſe: ea quę eſt impoſſibile eſſe/ et neceſſe nō eſſe. illā vero q̄ eſt non poſſibile non eſſe/ et nō cōtingens nō eſſe: ea quę eſt impoſſibile eſt non eſſe/ et neceſſariū eſt eſſe. Conſideretur autem ex ſubſcriptione quēadmodum dicimus. ¶ Expeditis omnibus quæ de modorū oppoſitionib⁹ diſputabātur: ad cōſequētias venit. hoc enim dicit/ quę propoſitiones ſupradictorū modorū/ quas propoſitiones cōſequūtur quibuſq; cōſentiunt. Nos autē ex his/ quattuor fecimus ordines: et cōſequētias propoſitionū ſub vna ſerie diſpoſuimus. hęc autē prius notans/ quid ab Ariſtotele dicatur: facilius lector intelligit.

	Conſequentes		Conſequentes.	
PRI	Poſſibile eſt eſſe		Poſſibile eſt non eſſe.	SECVN
MVS	Contingit eſſe		Contingit non eſſe	DVS
OR	Nō impoſſibile eſt eſſe		Nō impoſſibile eſt nō eſſe.	OR
DO	Non neceſſe eſt eſſe		Non neceſſe eſt non eſſe	DO

	Conſequētes		Conſequentes	
TER	Non poſſibile eſt eſſe		Non poſſibile eſt non eſſe.	QVAR
TIVS	Non contingit eſſe		Non cōtingit nō eſſe	TVS
OR	Neceſſe eſt non eſſe		Neceſſe eſt eſſe	OR
DO	Impoſſibile eſt eſſe		Impoſſibile eſt nō eſſe	DO

¶ Superius autē deſcriptas conſequētias ipſe diſponit: nobis autē reddenda eſt breuiter ratio cur hę propoſitiones ſeſe inuicē cōſequātur. Qđ poſſibile eſt eſſe: cōtingit aliquando vt ſit/ et hoc eſt cōtingit eſſe. qđ autē cōtingit eſſe: nō eſt impoſſibile eſſe. et qđ nō eſt ipoſſibile eſſe: nō iccirco iam neceſſe eſt eſſe. Nō eſt enim impoſſibile hodie eſſe pluuiā: ſed non iccirco eſſe neceſſe eſt. qđ ergo nō eſt impoſſibile: non nec eſſe eſt eſſe. Et hic eſt vnus ordo cōſequētiæ. ¶ Rurſus ſecūdus ordo propoſitionū talē habet cōſequētiā. Qđ poſſibile eſt non eſſe: poteſt fieri vt non ſit. quare cōtingit aliquādo vt non ſit. et qđ poſſibile eſt non eſſe: contingit nō eſſe. qđ aūt contingit nō eſſe: poteſt fieri vt non ſit. ſed qđ poteſt fieri vt non ſit: non eſt impoſſibile vt non ſit. ergo qđ contingit non eſſe: non eſt impoſſibile vt non ſit. ſed qđ nō eſt impoſſibile non eſſe: non iccirco illud iā non eſſe neceſſe eſt. hodie eni pluuiā non eſſe nō eſt impoſſibile/ (poteſt eni nō eſſe) ſed nō iccirco ex neceſſitate hodie nō pluet. quare qđ nō eſt i poſſibile nō eē: nō eſt neceſſariū nō eſſe. Et ſecūd⁹ qđē ordo ſeſe ſic habet. ¶ Nūc ad tertiū trāſeam⁹. Qđ non poſſibile eſt eē: hoc fieri nō poteſt. qđ autē fieri nō poteſt: vt aliquādo ſit/ nō cōtingit. qđ ergo nō poſſibile eſt eſſe: idē nō cōtingit eſſe. ſed qđ nō contingit eſſe: neceſſe eſt vt nōſit. et qđ nūq̄ cōtingit: nunq̄ eſſe poteſt. et qđ nūq̄ eſſe poteſt: neceſſe eſt non eſſe. qđ nō igitur cōtingit eſſe: idē neceſſe eſt nō eſſe. ſed qđ neceſſe eſt nō eſſe: hoc fieri non poteſt. qđ autem fieri non poteſt: impoſſibile eſt vt fiat. qđ igitur neceſſe eſt nō eſſe: impoſſibile eſt eſſe. ¶ Quartus etiā ordo hoc modo eſt. qđ non poſſibile eſt non eſſe: fieri non

ctę(vt in eo quod eſt/homo eſt/et homo non eſt:homo quod eſt res ſubiectū eſt . appoſitio aūt quędā eſt et prędicatio/eſt et non eſt . vt in eo quod dicitur albū eſt et albū non eſt:albū quidem res ſubiecta eſt/appoſitū autē et predicatū/eſt et nō eſt)ita quoq; in ijs que ſcdm aliquē modum dicūtur:eſſe quidē ſubiectū eſt velut quędā res.Mod⁹ aūtē de eſſe predicatur.nam cum dicimus hodie pluuiā eſſe poſſibile eſt:eſſe ſubiecim⁹/poſſibile prędicauim⁹. et ſicut vim totā in propoſitionibus prędicatio tenet/et in ſimplicibus/et pręter modū quoties aliquid eſſe prędicamus(vt in eo quod dicimus homo eſt:totam propoſitionis vim cōtinet verbum eſt)ita quoq; in ijs quę ſecundū modū dicūtur/quoniā totā ꝓpoſitionē continet modus/aut poſſibilis/aut contingētis/aut ipoſſibilis/aut neceſſarij:hæc prędicari/res vero alię ſubiectę eē dicuntur.hoc eſt enim quod
» ait. ¶Eodem quoq; modo hoc ī loco eſſe quidē et nō eſſe vt ſubiectū fit:poſſe vero et cōtingere appoſitiones determinantes(quemadmodū in illis eſſe et non eſſe)veritatem et falſitatem.ſi
» militer hę in eo quod ē eſſe poſſibile/et eſſe non poſſibile. ¶Nā quemadmodum in ſimplicibus ſi ad eſſe & non eſſe negationes fiant/vna ſemper vera eſt/altera falſa:ita quoq; in ijs quę ſecundum modum dicūtur/ſi ad ipſum modū enūciatio negationis aptetur/velut ad quaſdam appoſitiones predicationeſq;/veritas ī appoſitionibus et falſitas terminata diuiditur.Atq; hoc eſt qđ ait.Similiter hę etiam in eo quod eſt eſſe poſſibile/et eſſe non poſſibile.Similiter enī ſecundum poſſibile et nō poſſibile facta oppoſitio/veritatē falſitatemq; determinat: ſicut in ſimplicibus et pręter modum poſitis ſecundū eſſe et non eſſe negatio.hinc in omnibus ſecundum modū affirmationib⁹/oppoſitiones digerit conuenientiū negationū.dicit enim. ¶ Eius vero quæ eſt poſ-
» ſibile eſt non eſſe :negatio eſt non ea quæ eſt non poſſibile eſt eſſe/ſed ea quæ eſt non poſſibile
» eſt non eſſe.et eius quæ eſt poſſibile eſt eſſe:non ea quę eſt poſſibile ē nō eſſe/ ſed ea quæ eſt/non
» poſſibile eſt eſſe.quare et ſequi ſeſe inuicem videbuntur poſſibile eſt eſſe et poſſibile eſt non eſſe.
» Idem enim poſſibile eſt eſſe et non eſſe. Non enim contradictiones ſunt ſibi inuicem huiuſmo-
» di:poſſibile eſt eſſe/& poſſibile ē nō eſſe.ſed poſſibile eſt eſſe/et nō poſſibile eſt eſſe:nunq̄ ſimul in
» eodem verę ſunt.opponuntur enī.neq; ea quę eſt poſſibile non eſſe/et nō poſſibile non eſſe: nūq̄
» ſimul ī eodē verę ſūt.ſimilit aūt et ei⁹ q̄ eſt/ neceſſariū ē eſſe:negatio non eſt ea quę eſt neceſſariū
» non eſſe/ſed ea quæ eſt nō neceſſariū ē eſſe . eius vero quæ eſt neceſſarium eſt non eſſe : ea quæ
» eſt non neceſſarium non eſſe. et eius quę eſt impoſſibile eſſe:nō eſt ea quę eſt impoſſibile nō eſſe/
» ſed hęc nō ipoſſibile eſſe.eius vero quę eſt impoſſibile non eſſe :ea quæ eſt non impoſſibile non
» eſſe. ¶Vt demonſtret eam quę dicit poſſibile eſt non eſſe/non modo nō eſſe negationē eius quæ
» eſt poſſibile eſt eſſe/ſed omnino negationē non eſſe:huius aliā inuenit negationē.Nam eius quæ
eſt poſſibile ē non eſſe/quam affirmationis loco poſuit:negatio reperitur illa q̄ dicit non poſſibile eſt non eſſe/ſecundū modum ſcilicet addita negatione.vnde fit inquit/vt ea que dicit poſſibile eſt eſſe/et illa q̄ proponit poſſibile eſt non eſſe:ſeſe inuicem conſequantur.idem nāq; poſſibile eſt eſſe/quod eſt poſſibile non eſſe.Cur aūt ſe conſequi poſſūt/hęc cauſa eſt:quoniā non ſunt oppoſitę.Nam ſi eſſent oppoſitę:perimerent ſe potius/q̄ conſequerentur/et diſſentirent magis q̄ cōſentirent.vt eſt ī his:poſſibile eſt eſſe/et non poſſibile eſt eſſe . Hæ enī ita a ſe diſiunctę ſunt:vt ſimul eſſe non poſſint.Iccirco aūt hoc euenit/quoniā ſunt oppoſitæ.ſēper igitur ſcdmmodū ponē da negatio eſt:ſi integra oppoſitionis natura facienda eſt.Qđ planiſſime exequitur ſingulis propoſitionū modis negationes accōmodās:atq; integras naturaliter efficiens oppoſitiōes. At vero inquit ea q̄ eſt poſſibile eſt non eſſe:cū ea q̄ dicit non poſſibile eſt non eſſe/ſimul eſſe non poterit. Nāq; oppoſitas eſſe manifeſtū eſt.ſiqdē harū negatio ad modum eſt poſita:qui eſt poſſibile eſſe.Ei⁹ aūt q̄ eſt neceſſariū eſt eſſe:non oportet dici illā eſſe negationē per quā dicitur neceſſariū eſt non eſſe.huius enī alia negatio inueniri poteſt:quoniam eſt affirmatio q̄dā(eſt autem ei⁹ negatio ea q̄ dicit/nō neceſſarium eſt non eſſe)ſed poti⁹ ei que dicit neceſſariū eſt eſſe:ea oppoſita ē quæ dicit non neceſſariū eſt eſſe.Ad illā nāq; q̄ dicit neceſſariū eſt non eſſe: opponitur (vt dictū eſt)non neceſſariū eſt non eſſe. Ei⁹ quoq; q̄ eſt/ipoſſibile eſt eſſe:non dicēda eſt illa eē negatio/p quā dicimus ipoſſibile eſt nō eē/ſed ea poti⁹ q̄ ꝓponit nō ipoſſibile eſt eē.Nāq; affirmatio q̄dā eſt
» ipoſſibile ē nō eē.hui⁹ enī inuenitur negatio q̄ eſt nō ipoſſibile ē nō eē. ¶Vniuerſaliter vero(quē-
» admodū dictū eſt)eſſe quidē & non eſſe oportet ponere quemadmodum ſubiecta/ negationem
» vero et affirmationē hęc faciētē/ad eſſe & nō eſſe apponere.& has oportet putare eē oppoſitas di
» ctiōes.poſſibile/et nō poſſibile.cōtigēs/ nō cōtigēs.ipoſſibile/ nō ipoſſibile.neceſſariū/ nō neceſſa
» riū.verū/ nō verū. ¶Regulā dat vniuerſalē dicēs.hoc vniuerſaliter ī oīb⁹ faciēdū ē/qđ ſupra iā dixim⁹ /vt ſubiectū eē et nō eſſe ponat.affirmationē autē et negationē ipſos modos faciamus.hoc eſt enim qđ ait.negationē vero et affirmationē hęc facientem. Modos enim ipſos id eſt poſſibile et contingens/et cęteros pro affirmationibus/et ad hos negatiuo aduerbio iuncto/pro negationibus diſponētes:aut ad id qđ dicimus eſt aut nō eſt apponimus.vt quēadmodū ad vnā rē/qđ ē homo/eſt verbū et nō eſt cū eſt negatio/prædicatū quoddā eſt in iis propoſitionibus quæ pręter

tradictionis contraria: ea consentit possibilis propositionis contradictioni. Prius autem disponamus q̃ sunt cõtra dictorię quęue cõtrarię. Eius autẽ quę dicit necesse est esse: contradictio est non necesse est esse/ contraria vero necesse est non esse. rursus eius quę est necesse non esse/ contradictio est non necesse est nõ esse/ cõtraria vero necesse est esse. quare describãtur/ et circa vnã eãdẽq; cõtraria/ et cõtradictoria disponãtur: vt qđ a nobis dicẽdũ est/ clarius possit liquere.

Affirmatio	Necesse est esse	Contradictio	Non necesse est esse	Negatio
Eadẽ affirmatio	Necesse est esse	Contraria	Necesse est nõ esse	Affirmatio
Affirmatio	Necesse est nõ esse	Cõtradictio	No necesse est nõ esse	Negatio
Eadẽ affirmatio	Necesse est nõ esse	Contraria	Necesse est esse	Affirmatio

¶ His igitur cõmode breuiterq; descriptis: quis in eorũ cõsequentia ad possibiles propositiones mod⁹ possit euenire/ mõstrãdũ est. illam nãq; quæ est possibile est esse: sequitur ea quæ est/ nõ necesse est esse. Nam qđ possibile est esse: non necesse est esse. qđ enim possibile est esse: possibile est esse et possibile est nõ esse. sed qđ possibile est nõ esse: nõ necesse est esse. quare id qđ est possibile esse: recte sequitur nõ necesse est esse. sed negationẽ eius quæ dicit possibile est esse/ id est nõ possibile est esse: nõ sequitur affirmatio ei⁹ quæ dicit/ nõ necesse est esse/ quæ est scilicet necesse est esse. hęc enim est cõtradictio necessarię affirmationis. Neq; enim dici potest consentire propositiones quæ dicũt non possibile est esse/ et necesse est esse: sed huius cõtraria sequitur. Nãq; eã q̃ est/ non possibile est esse/ illa quæ dicit/ necesse est nõ esse comitatur. sed necesse est nõ esse: nõ est cõtradictoria ei⁹q̃ est/ nõ necesse ẽ esse. possunt enĩ vtręq; in eodẽ simul verę inueniri. Nã quoniã necesse est nõ esse ignẽ frigidũ: nõ necesse est esse ignẽ frigidũ. quocirca hæ cõtradictorię nõ sũt. sed est contraria ea q dicit/ necesse est nõ esse: eius quę dicit/ necesse est esse. q̃ necesse est esse/ cõtradictio est eius quę ponitur non necesse est esse. quare cõtradictionẽ eius q̃ dicit possibile est esse/ eã scilicet q̃ proponit nõ possibile est esse: nõ sequitur cõtradictio eius q̃ est nõ necesse est esse/ sed ea quę est necesse est nõ esse/ quę cõtraria scilicet est ei q̃ est/ necesse est esse/ quæ hæc ipsa cõtradictio est: ei⁹ quæ proponit/ non necesse est esse. Hoc autẽ descriptione melius patebit.

Affirmatio.	Possibile est esse	Cõtradictio	Non possibile est esse	Negatio
Negatio	Nõ necesse est esse	Contradictio	Necesse est esse	Affirmatio
Affirmatio	Necesse est esse	Contraria	Necesse est non esse	Affirmatio

¶ Ergo cum sit cõtradictio possibile esse/ et non possibile esse/ sequitur autẽ possibile esse/ non necesse esse: contradictio tamen eius quæ est necesse esse/ nõ sequetur contradictionem eius quę est possibile esse/ sed cõtraria cõtradictoriæ eius quæ est nõ necesse esse. Nam si contradictio est non necesse esse/ eius quæ est necesse esse/ cõtraria vero eiusdem necesse esse/ ea q̃ dicit/ necesse est nõ esse: sequetur aute necesse est nõ esse/ eam quę est non possibile esse/ quæ est contradictio ei⁹ quæ est possibile esse/ quã sequitur nõ necesse esse: recte dicitur cõtradictiones quidẽ extra esse/ cõtrarias vero cõtradictorijs cõsentire. Nam possibile esse & nõ possibile esse/ quę sunt cõtradictoriæ: sequuntur nõ necesse esse/ et necesse nõ esse/ quę non sunt cõtradictorię/ q; in eodem vtręq; veræ inueniri possũt. Q; si cõtradictio quęritur: sicut ea quæ est/ non necesse esse/ sequitur eam quæ est possibile esse/ sic eã quę est nõ possibile esse/ sequeret necesse esse. sed hoc incõueniens est. Quare quoniã hęc illam non sequitur: cõtraria ipsius sequetur. contraria namq; est ei quę proponit/ necesse est esse: illa quę dicit necesse est nõ esse. ¶ Eodẽ quoq; modo & in eo qđ est possibile nõ esse: cuius est cõtradictio nõ possibile non esse/ qđ Aristoteles reticuit. Sequitur namq; eã quę est possibile est non esse: illa quę dicit non necesse est non esse. sed negationẽ eam quę est non possibile est non esse/ eius affirmationis quæ est possibile est non esse: non sequitur affirmatio negationis eius quę est non necesse est non esse/ quæ est/ necesse est non esse. Negatio enim eius quę dicit necesse est non esse: illa est quę dicit non necesse est non esse. Sed huius cõtraria ideſt affirmationis quę est necesse est nõ esse/ illa scilicet quæ est necesse est esse. sequitur negationem illam/ quę est/ non possibile est non esse. huius quoq; sit talis descriptio.

Affirmatio	Possibile est non esse	Contradictio	Non possibile est non esse	Negatio
Negatio	Non necesse est nõ esse	Contradictio	Necesse est non esse	Affirmatio
Affirmatio	Necesse est non esse	Contraria	Necesse est esse	Affirmatio

¶ Dissimili ergo modo euenit q̃ dudũ cõtingebat in iis quę erãt possibilia & q̃ impossibilia. Illic enim cõtradictio cõtradictionẽ sequebatur/ sed cõuersim/ vt negationẽ affirmatio/ affirmationẽ negatio seq̃ret. hic vero nõ idẽ mod⁹ ẽ. Nã cũ superiores cõtradictorię sint/ & inferior negatio affirmationẽ sequat: negationẽ nõ sequtur cõtradictoria affirmatio/ sed affirmationis illi⁹ cõtraria. qđ si quis leget attẽtius: integre descriptũ esse ratione ꝑspiciet. cur aute hoc eueniat: causam ꝑdit.

poteſt vt nō ſit. quod fieri non poteſt vt non ſit: non cōtingit non eſſe. vt quoniā non poſſibile eſt non eſſe motū cœli: non contingit cœlū non moueri. quare quod non poſſibile eſt non eſſe: idem non contingit non eſſe. ſed qđ non contingit nō eſſe: neceſſe eſt eſſe/ ſicut de cœlo. neceſſe eſt enim cœlum moueri: quoniā non cōtingit cœlum non moueri. ſed qđ neceſſe eſt eſſe: vt nō ſit/ fieri non poteſt. quare quod neceſſe eſt eſſe/ impoſſibile eſt non eſſe. Et hęc quidem eſt ordinata ab Ariſtotele conſequentia propoſitionum: de qua paulo latius diſputauit.

» Prima deſcriptio conſequentium

I	III
Poſſibile eſſe	Non poſſibile eſſe
Contingens eſſe	Non contingens eſſe
Nō impoſſibile eſſe	Impoſſibile eſſe
Nō neceſſarium eſſe	Neceſſarium non eſſe
Poſſibile non eſſe	Non poſſibile nō eſſe
Cōtingens nō eſſe	Nō cōtingens nō eſſe
Nō ipoſſibile nō eſſe	Impoſſibile non eſſe
Nō neceſſariū nō eē	Neceſſarium eſſe
II	IIII

¶Hæ igitur impoſſibile/ et nō impoſſibile/ eam q̄ eſt cōtingens et poſſibile/ et non contigens & non poſſibile ſequuntur quidē cōtradictorie: ſed cōuerſim. eā enim quæ eſt poſſibile eſſe: negatio impoſſibilis ſequitur. negationē vero affirmatio. nā illam nō poſſibile eſſe: ea quę eſt impoſſibile eſſe. affirmatio enim eſt impoſſibile eſſe: non impoſſibile vero negatio. ¶Quędā de ſuperiore conſequētiū ratione ptractat. In ſuperioribꝰ enim deſcriptionibꝰ ſeſe ſequētiū / affirmatio impoſſibilis: ſeq̄bat poſſibilis negationē. Rurſus negatio ipoſſibilis ſeq̄bat poſſibilis affirmationē. et de cōtingēti eodē modo. Affirmatio nāq; impoſſibilis dicens/ impoſſibile eſſe: ſeq̄batur negationē poſſibilis/ dicētē nō poſſibile ē eſſe. Rurſus cū impoſſibile negaret/ per id qđ dicebatur nō impoſſibile eſſe: hęc affirmationē poſſibilis ſubſequebatur/ eā ſcilicet q̄ dicit poſſibile eſſe. atq; hoc idē de cōtingēti. Affirmatio nāq; impoſſibilis ea q̄ eſt/ impoſſibile eſſe: ſequebatur cōtingētis negationē/ eā q̄ eſt non contigit eſſe. Negatio vero impoſſibilis/ ea quę dicit non impoſſibile eſt eſſe: affirmationē contingētis ſeq̄batur/ eā q̄ dicit cōtingit eſſe. quare hæ propoſitiones inuicē ſe ſequūtur: ſed cōuerſe. Nāq; affirmatio ipoſſibilis: contigētis negationē & poſſibilis ſeqtur. Negatio vero ipoſſibilis: affirmationē poſſibilis & cōtigētis/ vt ſubiecta deſcriptio docet.

Affirmatio	Impoſſibile eſt eſſe	Contradictorie	Non impoſſibile eſt eſſe	Nega.
Negatio	Nō poſſibile eſt eſſe	Contradictorie	Poſſibile eſt eſſe	Affirma.
Negatio	Non contingit eſſe	Cōtradictorie	Contingit eſſe	Affirma.

¶Iccirco nāq; ait/ ſequuntur quidem contradictorie/ ſed conuerſim: q̄ omnes in contrariam locatę contradictiones ſunt. Cōtradictio namq; eſt: impoſſibile eſſe & non impoſſibile eſſe/ et contingere eſſe et non contingere eſſe/ & poſſibile eſſe/ et non poſſibile eſſe. Conuerſe autē ſe ſequūtur: quoniā affirmatio nō ſequitur affirmationē/ et negatio negationē: ſed affirmationē negationes/ negationē vero affirmationes. qđ ad ſupradictā deſcriptionem reuertētibus planius liquet. Senſus ergo hic eſt: ordo autē ſerieſq; ſermonū ſeſe ſic habet. Ergo inquit cōtradictionē quæ eſt impoſſibile et non impoſſibile: illud qđ eſt contingēs & poſſibile q̄ duæ affirmationes ſunt/ ac ſe ſequūtur/ et non cōtingēs et nō poſſibile/ quę duę ſunt negationes/ ſequūtur quidē cōtradictorie/ vt contradictiones ſint in cōtrariū ductę; ſed conuerſim. vt affirmatio negationē: negatio ſequatur affirmationē. huius talis ratio redditur. Illud enim qđ eſt poſſibile eſſe ſcilicet qđ affirmatio eſt: negationē impoſſibilis ſequitur. eſt autē negatio impoſſibilis/ nō impoſſibile eſſe. qđ eſt ergo poſſibile eſſe: ſequitur nō impoſſibile eſſe. negatio vero poſſibilis: affirmationē impoſſibilis ſequitur. illud nāq; qđ eſt non poſſibile eſſe: ſequitur affirmationē q̄ eſt impoſſibile eſſe. etenī affirmatio eſt impoſſibile eſſe/ et non impoſſibile eſſe negatio. et in cōtingentibus eodē modo. Atq; hoc quidē de poſſibiliū et impoſſibiliū cōſequētia dictū eſt: nūc de neceſſarii et impoſſibilis cōſequētia tractat. ¶Neceſſariū vero quēadmodum ſe habet: conſiderandū eſt. Manifeſtū eſt enim quoniā non eodē modo/ ſed cōtrarię ſequūtur. contradictoriæ autē ſunt extra. non enim eſt negatio eius quę eſt neceſſe non eſſe: ea quę eſt non neceſſe eſſe. contingit enim veras eſſe vtraſq; in eodē. qđ enim eſt neceſſariū non eſſe/ non eſt neceſſariū eſſe. ¶Quod dicit/ huiuſmodi eſt. In iis propoſitionibus q̄ erāt impoſſibilis et nō poſſibilis: cōueniebat non poſſibile ei qđ eſt impoſſibile/ et poſſibile cōſentiebat ei qđ eſt nō impoſſibile/ cōtradictionē ſcilicet impoſſibilis/ contradictio nō poſſibilis ſequebaſ ordine cōuerſo. I iis autē quę neceſſariū p̄dicāt vel affirmatiue vel negatiue/ q̄ & ſequūtur poſſibilē propoſitionē: eius quæ poſſibili conſentit cōtradictio / non ſeq̄ contradictionē poſſibilis ſed potius cōtraria. Neceſſarias vero nūc ꝓpoſitiones dico/ q̄ tāetſi nō ſignificent neceſſitatem: tamen ſiue affirmatiue/ ſiue negatiue neceſſariū p̄dicāt. Si qua enim ex iis quę neceſſariū p̄dicant/ conſentit poſſibili propoſitioni: eius quę neceſſarium p̄dicant/ contradictio/ non ſequitur poſſibilis contradictionem. ſed eius quę neceſſarium p̄dicat con-

Quid cōtradictorie ſeq

Quid cōuerſim

quod eſt inconueniẽs. ¶Diximus ei quod eſt neceſſarium eſſe/conſentire illam propoſitionem quę dicit poſſibile eſſe: ſed rurſus hoc falſum videtur cogitantibus aſpicientibuſq; quoniam ei quod eſt poſſibile eſſe: conſentit & conuenit illa propoſitio quę dicit non ipoſſibile eſſe. hoc vero quod dicitur nõ impoſſibile: ſequitur id quod proponimus nõ neceſſe ẽ eſſe. ſed poſſibile eſſe: conſentire propoſuimus ei quę dicit neceſſe eſt eſſe/eamq; cõſequi. ſequitur ergo eã quę eſt non neceſſe eſſe: illa quę dicit neceſſe eſt eſſe/etq; conſentit. quod ipoſſibile eſt. Quia igitur de his dubitationibus eſt ſtatuendũ: nõ poteſt quidem cõſentire poſſibile eſſe/ei qđ eſt neceſſe eſſe, alioqui propoſitionem neceſſe eſt eſſe / id qđ eſt impoſſibile eſſe conſequetur. ſi vero conueniret ei q̃ eſt neceſſarium eſſe/illa quę eſt poſſibile eſſe: rurſus fit/ vt id quod eſt neceſſarium/nõ neceſſariũ ſit. ſed hoc falſum eſt. Sed hoc quemadmodum ſeſe habeat paulo poſt explicabitur: nunc vero priorum ſententiam permutãtes/hoc dicimus, quoniam qđ eſt poſſibile eſſe/non poteſt cõſequi id quod eſt neceſſe eſſe: nec hę ſibi propoſitiones conſentiunt poſſibile eſſe/& neceſſe eſſe. qđ Ariſtoteles hoc modo proponit. ¶At vero neq; neceſſarium eſſe/ſequitur eam quę ẽ poſſibile eſſe: neq; ea quę eſt neceſſarium nõ eſſe. Illi enim vtraq; cõtingit accidere. harum autẽ vtralibet vera fuerit: nõ erunt illa vera. ſimul enim poſſibile eſt eſſe/& nõ eſſe. ſi vero neceſſe eſt eſſe/vel nõ eſſe: nõ erit vtrũq; poſſibile. relinquitur ergo non neceſſariũ non eſſe: ſequi eam quę eſt poſſibile eſſe. ¶Hęc enim vera eſt & de neceſſe eſſe. hęc enim fit contradictio eius quę ſequitur illã quę ẽ non poſſibile eſſe. illam enim ſequitur ea quę eſt impoſſibile eſſe/& neceſſe eſt nõ eſſe: cuius negatio eſt non neceſſe non eſſe. ¶Sequũtur igitur & hę contradictiones ſecundũ prædictũ modum. & nichil impoſſibile cõtingit ſic poſitis.

I	III
Poſſibile eſſe	Non poſſibile eſſe
Contingens eſſe	Non contingens eſſe
Non impoſſibile eſſe	Impoſſibile eſſe
Non neceſſarium nõ eſſe	Neceſſarium non eſſe

II	IIII
Poſſibile non eſſe	Non poſſibile non eſſe
Contingens non eſſe	Non contingens nõ eſſe
Non ipoſſibile nõ eſſe	Impoſſibile non eſſe
Non neceſſarium eſſe	Neceſſarium eſſe

¶Docet id quod eſt poſſibile: nõ cõſentire ei qđ eſt neceſſarium eſſe/nec rurſus ei quę ẽ neceſſarium eſt non eſſe. Nã quod neceſſe eſt eſſe: non poteſt nõ eſſe. quod autẽ neceſſe eſt non eſſe: nõ poteſt eſſe. Quod autem dicimus poſſibile eſſe: ita dicimus/tanq; ſi eẽ & nõ eſſe poſſibile ſit. Vtrãq; igitur habet naturam id qđ dicimus poſſibile eſſe: vt ſit eſſe poſſibile/& ſit poſſibile nõ eſſe. Qui vero dicit neceſſe eſſe: aufert non eſſe. & qui dicit neceſſe eſt non eẽ: aufert eſſe. itaq; ſi hę verę ſunt/ideſt neceſſe eſſe/aut rurſus neceſſe non eſſe: vtreq; illę falſæ ſunt/ quę dicunt & poteſt eſſe/& poteſt non eſſe. Illa enim quę proponit neceſſe eſſe: poſſe non eſſe/ſubruit. illa vero quæ dicit neceſſe eſt non eſſe: poſſe eſſe ſubuertit. neutra igitur cõſequetur eam propoſitionem quæ dicit poſſibile eſt eſſe: nec ea q̃ dicit ex neceſſitate eſſe/ nec illa quę dicit ex neceſſitate non eſſe. & ſenſus quidem huiuſmodi eſt/ſermonum aũt ratio talis eſt. At vero (inquit) neq; id qđ eſt neceſſarium eſſe: ſequitur propoſitionẽ illã quę proponit poſſibile eſſe/nec rurſus illa quę dicit neceſſariũ non eſſe. Illi enim/ideſt poſſibili vtraq; contingit accidere: ideſt poſſe eſſe/& poſſe non eſſe. Nam quod poteſt eſſe: idem poteſt nõ eſſe. harum aũt/ideſt vel quę dicit/ neceſſarium ẽ eſſe/vel quę dicit neceſſarium eſt non eſſe: vtrũlibet verum fuerit/non erunt illa vera/ideſt poſſe eſſe & poſſe non eſſe. quod enim poſſibile eſt eſſe: idem poſſibile eſt non eſſe. q; ſi neq; neceſſe eſt eſſe/nec neceſſe non eſſe propoſitio/eam quę eſt poſſibile eſſe conſequitur: relinquitur/vt illa ei conſentiat quę dicit non neceſſarium eſt non eſſe, hęc enim ſequitur eam quę proponit poſſibile ẽ eſſe. quicquid enim poſſibile eſt eſſe: nõ neceſſe eſt non eſſe. Vt quoniam hominem poſſibile eſt ambulare: non eſt neceſſe non ambulare. hoc enim verum eſt (inquit) & de eo quod eſt neceſſe non eſſe: ideſt hęc enim propoſitio q̃ dicit nõ neceſſe eſt non eſſe/verum eſt vt contra eã opponatur contradictorie/quę dicit neceſſe eſt non eſſe. Vnde & ſubiunxit. hęc enim fit contradictio eius quę ſequitur non poſſibile eſſe. vnde huiuſmodi facienda deſcriptio eſt.

Affirmatio.	Impoſſibile eſt eſſe.	Contradictio	Non ipoſſibile ẽ eſſe.	Neg.
Negatio.	Non poſſibile ẽ eſſe	Contradictio	Poſſibile eſt eſſe	Affir.
Affirmatio.	Neceſſe eſt non eſſe	Contradictio	Nõ neceſſe eſt nõ eẽ.	Neg.

¶Hęc enim quę dicit/ non neceſſe eſt non eſſe: contradictio eſt eius quę proponit/ neceſſe ẽ nõ eſſe/quę eſt ſequens & conſentiens ei quę eſt non poſſibile eſt eſſe/quę conſentit ei quę dicit impoſſibile eſt eſſe. quę rurſus ſequitur eam quę eſt vltima/ideſt neceſſe eſt non eſſe: cuius contradictio eſt/ non neceſſe eſt non eſſe. affirmatio enim eſt/neceſſe eſt non eſſe: negatio/non neceſſe

» ¶Cauſa autem huius eſt/ cur nõ ſequitur ſimiliter cęteris: quoniam contrarie/impoſſibile eſſe/
» neceſſario redditur idem valens.nam qđ impoſſibile eſt eſſe:neceſſe eſt hoc/ nõ quidem eſſe/ſed
» potius non eſſe.quod vero impoſſibile eſt nõ eſſe:hoc neceſſarium eſt eſſe. quare ſi illa ſimiliter
» ſequũtur poſſibile & nõ poſſibile:hęc econtrario/ quoniã nõ ſignificãt idem neceſſarium & im-
» poſſibile/ſed (quẽadmodũ dictum eſt)cõuerſim. ¶Ratio eſt cur nõ ſimili modo conſequẽtia ſe-
» cundum contradictionem propoſitionis eueniat:ſicut in iis quę ſunt impoſſibilia & non ipoſſi-
bilia/huiuſmodi.Omne neceſſariũ/contrario modo impoſſibile eſt.Nam qđ eſt impoſſibile eſſe:
hoc eſt neceſſarium nõ eſſe.nõ enim eſt neceſſarium eſſe:qđ eſt impoſſibile eſſe.nullus enim di-
xerit/neceſſe eſt eſſe:qđ impoſſibile eſt eſſe.nõ ergo neceſſe eſt eſſe:ſed potius neceſſe eſt nõ eſſe/
qđ impoſſibile eſt eſſe. ergo cõuerſe/ idem poteſt impoſſibile qđ neceſſariũ. Qđ enim impoſſibi
le iũctum cũ eſſe efficit: hoc efficit neceſſarium iunctũ ad id qđ eſt nõ eſſe.igitur quod ipoſſibile
eſt eſſe:hoc neceſſe eſt nõ eſſe.Rurſus qđ impoſſibile eſt nõ eſſe:hoc neceſſe eſt eſſe.vt igni ipoſ-
ſibile eſt nõ ineſſe calorem:neceſſe eſt igitur ineſſe.quare hic quoq; idem cõuertitur/vt quod im
poſſibile ſecundũ nõ eſſe efficit:idem valeat neceſſarium ſecundum eſſe poſitum.quare contra-
rio modo:neceſſarium idem/& impoſſibile idem poteſt. Q; ſi cõtrario modo impoſſibile et ne-
ceſſarium idem valẽt:manifeſtum eſt/cur nõ ſimiliter conſequitur neceſſarium poſſibile & non
poſſibile propoſitiones/ſicut eaſdem ipſas/ideſt poſſibile& nõ poſſibile propoſitiones/impoſſibi
le & nõ impoſſibile ſequebatur.Nam ſi conuerſo ordine neceſſariũ/ atq; impoſſibile idem valet
ſecundum contrarietatem:nõ ſimilis cõſequentia eſt neceſſarij & poſſibilis/ei quę fuit poſſibilis
et impoſſibilis.Nam quoniam nõ impoſſibile eſſe/ſequitur poſſibile eſſe: et hoc rurſus/ideſt poſ
ſibile eſſe/nõ neceſſe eſſe comitatur.Rurſus id qđ eſt/impoſſibile eſt eſſe/quoniã ſequitur nõ poſ
ſibile eẽ/ neceſſarium autẽ impoſſibili cõuerſo ordine idem valet:ſequitur id qđ eſt ipoſſibile eſt
eſſe/neceſſe eſt nõ eſſe.ac per hoc etiam id qđ eſt/nõ poſſibile eſſe:ſequitur id qđ ẽ/neceſſe eſt nõ
eſſe.Rurſus quoniã ei qđ eſt nõ impoſſibile nõ eſſe/ cõſentit id qđ eſt poſſibile eſt nõ eſſe/ & huic
conuenit non neceſſe eſt nõ eſſe(quoniam id quod dicitur impoſſibile eſt nõ eſſe:ſocium eſt ei qđ
eſt non poſſibile eſt non eſſe) ei autem qđ eſt impoſſibile non eſſe/ cõuerſo modo redditum ne-
ceſſarium idem valet:ſequitur id quod eſt impoſſibile eſt nõ eſſe/id quod dicimus neceſſe ẽ eſſe.
& quod neceſſe eſt eſſe:ſequitur id quod proponimus/ non poſſibile eſt non eſſe. Id vero deſcri-
ptione monſtratur.

Conſequentes.	Conſequentes.
Non impoſſibile eſt eſſe.	Impoſſibile eſt eſſe.
Poſſibile eſt eſſe.	Non poſſibile eſt eſſe.
Non neceſſe eſt eſſe.	Neceſſe eſt non eſſe.

ANTIQVORVM SERIES.

Nõ impoſſibile eſt nõ eſſe.	Impoſſibile eſt nõ eſſe
» Poſſibile eſt non eſſe.	Nõ poſſibile eſt nõ eſſe
» Non neceſſe eſt nõ eſſe.	Neceſſe eſt eſſe.
» Conſequentes	Conſequentes

¶Cauſa igitur diuerſę conſequẽ
tiæ:eſt in cõtrarium propoſitio-
num impoſſibilis & neceſſarij fa-
cta conuerſio,ſed de his hoc mo
do ſpeculat9:ſeſe quodam modo
ipſe repræhendit/ & ad aliã pro-
prietatis conſequentiam/ diſpu-
tationẽ deflectit. ¶At certe im-
poſſibile eſt ſic poni contradicti-
» ones neceſſarij.Nam quod eſt neceſſarium eſſe/poſſibile eſt eſſe.nã ſi non:negatio cõſequetur.
» neceſſe enim eſt aut affirmare aut negare.quare ſi non eſt poſſibile eſſe/ impoſſibile eſt eſſe.igi-
tur impoſſibile eſt eſſe:qđ neceſſe eſt eſſe. quod eſt inconueniens. ¶Forte(inquit) errauimus
ita conſequentias collocãtes.Tunc enim diſpoſuimus/ vt id qđ eſſet poſſibile: ſubſequeretur il-
lud quod eſt non neceſſarium/vt ſecundum præceſſionem poſſibilis/ſequentẽ negationem ne-
ceſſarij poneremus.Nunc autem dicit hoc permutari oportere/ & non a poſſibili inchoandum
& huic ſubijciẽdum neceſſarij negationem: ſed potius primo ponendũ eſſe neceſſarium/ſecũ-
do loco poſſibile.nãq; illa propoſitio quę neceſſarium continet: continere videtur etiam poſſibi
litatem.Nam qđ neceſſarium eſt:idem poſſibile eſt.quod enim neceſſe eſt eſſe: idem eſſe poſſibi
le eſt.Nam ſi quis hoc neget/ & id qđ eſt neceſſarium dicat/non ſequi poſſibilitatẽ:negatio poſ-
ſibilitatis/id quod eſt neceſſarium comitabitur.Nam ſi id qđ neceſſarium eſt eſſe/falſum eſt di-
cere poſſibile eſt eſſe:verum eſt dicere quoniam non poſſibile eſt eſſe. In omnibus enim:aut dic-
tio eſt/ideſt affirmatio/aut negatio.vt ſi illa vera eſt/illa ſit falſa:ſi illa non eſt/illa mox eſſe ne-
ceſſe ſit.ſed non poſſibile eſſe ſequi diximus id quod eſt impoſſibile eſſe: igitur id quod dicitur
neceſſe eſſe/impoſſibile eſt eſſe.ſed hoc quidem inconueniens eſt, non igitur verum eſt quoniã
ei quod eſt neceſſarium eſſe:id qđ eſt non poſſibile eſſe conuenit.quare ſequitur id quod eſt ne-
» ceſſarium/poſſibilitas. ¶At vero illam quę eſt poſſibile eſſe:non impoſſibile eſſe/ſequitur.hanc
» vero:ea quę eſt non neceſſarium eſſe. quare contigit qđ eſt neceſſarium eſſe:nõ neceſſariũ eſſe.

Præter rationē: præter ꝓpositū & arbitriū.

eſt. namq; ignis prætēr rationem aliquam calidus eſt. non eſt enim reddere rationem cur ignis ſit calidus. natura enim eſt calidus. & cum poſſit eſſe calidus: nō tamen poteſt id qđ eſt oppoſitum/ ideſt non poteſt non calere/ quod eſt oppoſitum ei ſcilicet qđ eſt calere. ergo ſecundum rationem poteſtates ipſę: eędem plurimorum etiam contrariorum ſunt. Poteſtates (inquit) quæ ſunt ſecundum rationem/ ideſt in quibus eſt aliqua ratio: non vnius poſſibilitatis/ ſed plurimorum ſunt atq; oppoſitorum. vt poſſibilitas medicinę eſt curare. quę quoniam ſecundū rationem ſit/ vt curet medicus/ & eſt rationabilis poteſtas medico curandi: non ſolum poteſt curare/ ſed etiam non curare. & poteſt aliquid pluſq̄ vnū: & ipſum quod poteſt oppoſitum eſt/ ideſt non curare. Oppoſitum namq; eſt ei qđ eſt curare: id quod dicitur non curare/ q̄ oppoſita contraria vocātur. Affirmatio namq; & negatio/ cōtrarietatibus diſcernūtur. Irrationabilis vero nō omnis: ſed quēadmodū dictū eſt/ ignē non eſt poſſibile nō calefacere. & hoc ē qđ ait. Ois (inqt) ſecūdū rationē poteſtas: oppoſita quoq; valet. Irrationabilium vero non omnis huiuſmodi poteſtas ē: vt oppoſita non valeat. nam cum ferrum ſine ratione calere potens ſit (non enim ex ratione calet: quoniam rationem nō habet) poteſt nō etiam calere. igni autem cū irrationabilis poteſtas ſit calefacere: non poteſt non calefacere. Quare dictum eſt irrationabiles poteſtates non omnes nō poſſe contraria: ſed quaſdam. vt ignem qui cum ſit calefactibilis: non calefactibilis non eſt. Quę autem ſint irrationabilia/ quę vnam tantū habeant poteſtatem non etiam oppoſitā: ſic demonſtrat dicens. nec quęcūq; alia ſemper agunt. ignis enim oppoſita nō poteſt: ſed non ſolū ignis/ ſed illa quoq; omnia vnum poſſunt & nō multa/ nec oppoſita/ quęcūq; agunt ſemper. vt ſol ſemper actu eſt lucidus: iccirco nō poteſt nō lucere. & nix ſemper actu frigida eſt: & ideo nūq̄ eſſe poteſt nō frigida. ergo quęcūq; ſemper agunt/ ideſt in eo qđ ſunt ſemper in actu ſunt: manifeſtum eſt quoniam ſicut ignis nō capit frigus/ ita nec illa quoq; oppoſita poſſunt. Iccirco enī ignis quoq; oppoſita nō poteſt: quia ſemper in actu habet propriam poteſtatem. ſemper enim eſt calidus. Sed non omnia irrationabilia (vt dictum eſt) vnam tantū habent poteſtatē/ vt oppoſita nō poſſint: ſed ſunt quędam irrationabiles poteſtates/ quę vtrūq; poſſunt. vt in eo qđ eſt ſecari pellē/ vel nō ſecari pellem. Poteſt namq; ſecari pellis: poteſt etiam non ſecari. ſed hęc ſūt oppoſita. ſecundum igitur irrationabiles quoq; poteſtates/ poſſunt quędam oppoſita. Sed iccir co ſuperiora ſunt dicta (inquit) quibus mōſtrauimus/ quoniā ignis & quęcūq; ſemper ſūt actu/ non poſſunt oppoſita: vt doceremus nō omnem poteſtatem oppoſitorum eſſe potentiā/ ſed aliquas eſſe huiuſmodi poteſtates quę actu eſſent/ & vnam rem ſolam poſſent/ ab oppoſitorum vero poteſtate diſcederent. hoc autem non ſolum in iſs quę ſecundum rationem poteſtates dicūtur: ſed etiā ſecūdum eā ſpeciē ſcđm quā irrationabiles dicūtur. Sunt enim quędam eorum quę irrationabiles poteſtates eſſe dicuntur/ quę nō ſolum id quod ſunt/ verum etiā oppoſita poſſūt: alia vero vnum tātum poſſunt. pellis enim poteſt ſecari/ & non ſecari: & iccirco oppoſita poteſt. ignis vero cum ſit calidus/ frigidus eſſe nō poteſt: & iccirco nulla illi eſt oppoſitorum poteſtas.

» ¶ Quędam vero poteſtates ęquiuocę ſunt. poſſibile enim non ſimpliciter dicitur: ſed hoc quidē
» quoniam verum eſt quod in actu eſt. vt poſſibile eſt ambulare: quoniam ambulat iam. & omni-
» no poſſibile eſt eſſe: quoniam iam eſt in actu quod dicitur eſſe poſſibile. illud vero quoniam erit
» actu. vt poſſibile eſt ambulare: quoniam ambulabit. & hęc quidem in ſolis mobilibus eſt pote-
» ſtas: illa vero & in immobilibus. vtrūq; vero verū eſt dicere poſſibile ambulare vel eſſe: et quod
» ambulat & agit/ & ambulabile eſt. ¶ Sic igitur poſſibile non eſt verum de neceſſario ſimpliciter
» dicere: alterum autem verum eſt. quare/ quoniam partem vniuerſale ſequitur: illud quod ex ne-
» ceſſitate/ conſequetur poſſe eſſe/ ſed nō omne. ¶ Poſſibilitatis breuis diuiſio facienda eſt. poſſibi
le enim duobus dicitur modis. Eſt enim vnum poſſibile qđ cum non ſit: eſſe poſſit. vt homo cū ſedet: nō quidem ambulat/ ſed ambulare poteſt. Aliud eſt poſſibile: qđ cum ſit/ eſſe poſſibile eſt. vt quoniā ignis calet: poteſt eſſe calidus. & quoniā homo ſedet: poteſt ſedere. Huius aūt poſſibilis duę ſunt ſpecies. Vna cum eſt quidem: poteſt tamen nō eſſe. vt ſi quis ſedeat: ita quidem poteſt ſedere/ vt poſſit etiam nō ſedere. Alia vero vt cū ſit/ nō eſſe nō poſſit. vt ignis calidus eſt: ſed non poteſt eſſe non calidus. atq; hoc eſt quod ait/ quędam vero poteſtates æquiuocę ſunt. Poſſibile enim nō ſimpliciter dicitur: ſed hoc quidem quoniam verum eſt/ vt in actu/ ideſt quoniam eſt & fit quod dicitur poſſibile eſſe. vt in actu omnino poſſibile eſt ambulare: quoniam iam ambulat/ & ē in actu. omnino enī poſſibile eſt eſſe/ quicqđ in actu eſt. Illud vero ꝙ forſitā aget: ideſt quod non ē quidem/ ſed eſſe poterit. vt poſſibile eſt ambulare: nō quoniam nunc quidem ambulat/ ſed quoniam ambulaturus eſt aliquis. hęc autem ſunt quęcūq; non ſecundum actum dicuntur/ ſed ſecūdum poteſtatem tantum: quę nondum quidem in actu ſit/ eſſe tamen poſſit. hęc quidem in ſolis mobilibus eſt poſſibilitas: illa vero & in immobilibus. Mobilia vocat: quęcunq; ſunt naturalia & in generatione & in corruptione. quęcunq; enim generata ſunt/ & corrumpi

eſt non eſſe. quocirca ſecundum contradictionem fit hęc quoq; conſequentia. Nam impoſſibile eſſe/ & non impoſſibile eſſe cõtradictio eſt, ſed affirmationem/ ideſt impoſſibile eſſe/ ſequitur negatio/ non poſſibile eſſe: negationem vero/ ideſt non impoſſibile eſſe/ ſequitur affirmatio poſſibile eſt eſſe. at non poſſibile eſt eſſe/ & poſſibile eſt eſſe contradictio eſt. ſed negationem poſſibilis ideſt non poſſibile eſſe: conſequetur neceſſe eſt nõ eſſe affirmatio. ſed affirmationem poſſibilis/ ideſt poſſibile eſſe: ſequetur non neceſſe eſt nõ eſſe negatio. Quare ita poſitis nichil euenit impoſſibile: ſed omnia cõſentiunt/ & ſecũdum ſuperiorem poſſibilis & impoſſibilis modum/ affirmationis & negationis conuerſo ordine contradictorie ſequuntur. Et ſenſus quidem totius huiuſmodi eſt: eſt autem ordo ſic verborum. Quoniam (inquit) ei quod eſt poſſibile eſſe/ nec illud/ qđ eſt neceſſe eſſe/ nec illud quod eſt neceſſe nõ eſſe conſentit: relinquitur vt id qđ eſt non neceſſarium non eſſe/ ſequatur poſſibile eſſe. Hoc enim quod dicitur non neceſſarium non eſſe: verũ eſt dicere de neceſſe eſt non eſſe/ & ſubaudimus/ quoniam eſt eius contradictio. hęc enim quę dicit non neceſſe eſt non eſſe: contradictio fit eius quę ſequitur negationẽ poſſibilis/ ideſt nõ poſſibile eſſe. hęc eſt autem ea quę dicit/ neceſſe eſt non eſſe. illud enim quod eſt non poſſibile eſſe: vtrumq; horum ſequitur/ & quod eſt impoſſibile eſſe/ & qđ eſt/ neceſſe ẽ non eſſe. Cuius affirmationis ideſt neceſſe eſt non eſſe: negatio eſt non neceſſe eſt non eſſe. ſed hęc/ ſequitur non impoſſibile eſſe & poſſibile eſſe. igitur hę contradictiones ſecundum prædictum modum ſe ſequũtur/ ſcilicet contradictorie/ ſed conuerſim: & his poſitis atq; ita ordinatis nichil contingit ipoſſibile.

» ¶ Dubitabit autem aliquis ſi illam quę eſt neceſſarium eſſe/ ea quę eſt poſſibile eſſe ſequitur. nã
» ſi non ſequitur: contradictio ſequetur/ quę eſt non poſſibile eſſe. Et ſi quis/ hãc non eſſe dicat cõ-
» tradictionem: neceſſe eſt dicere poſſibile nõ eſſe. ſed vtręq; falſę ſunt de neceſſe eſſe. At vero rur-
» ſus idem videtur eſſe poſſibile incidi & non incidi: & eſſe & non eſſe. quare erit neceſſe eſſe/ con-
» tingens non eſſe. hoc autem falſum eſt. ¶ Ad ſuperiorem poſſibilis & neceſſarij conſequẽtię re-
uerſus eſt queſtionem. dicit enim dubitari poſſe/ ſi id qđ eſt poſſibile eſſe: conſentiat ei propoſitioni quę eſt neceſſarium eſſe. ſiue enim conſentire dicatur/ ſiue non conſentire: aliquid impoſſibile & inconueniens vtroq; modo contingit. nam ſi quis dicat id quod dicitur poſſibile eſſe/ nõ conſentire ei quod eſt neceſſarium eſſe: conſentiet negatio poſſibilis ea quę eſt non poſſibile eẽ. ſed ſi iſta conſentiet: erit idem neceſſarium eſſe/ quod eſt nõ poſſibile eſſe. q; ſi hoc rurſus aliquis neget/ & dicat non eſſe negationem eius propoſitionis quę eſt poſſibile eſſe/ eam quæ dicit non poſſibile eſſe/ ſed illam potius quę proponit poſſibile eſt non eſſe: quãq; falſum ẽ/ tamẽ ne hęc quidem ei quod eſt neceſſarium eſſe cõuentre poteſt. Si enim eſt negatio eius quę eſt poſſibile eſſe/ ea quę dicit poſſibile eſt non eſſe/ ſi affirmatio poſſibile eſſe non ſequitur affirmationem quę dicit neceſſe eſt eſſe: ſequitur negatio quę eſt poſſibile eſt non eſſe. ſed quod neceſſe eſt eſſe: falſũ eſt dicere quoniam poſſibile eſt non eſſe. Quod enim neceſſe eſt eſſe: dici non poteſt/ fieri poſſe vt nõ ſit. Qz ſi quis dicat rurſus ſequi id quod dicitur neceſſe eſſe & conſentire ei/ quę dicit poſſibile eſſe: hic quoq; aliquid incõueniens reperitur. Qđ enim poſſibile eſt eſſe: id eſt poſſibile non eſſe. erit igitur quod neceſſe eſt eſſe: poſſibile non eſſe. & erit contingens: quod neceſſarium eſt. poſſibile enim & contingens: in vtramq; partem facile vertitur/ & ad id qđ eſt eſſe & ad nõ eſſe. quod autem neceſſe eſt: intercluſum habet euentum ad contrariam dictionem. vt ſi neceſſe eſt eſſe/ vt non ſit fieri non poteſt: & ſi neceſſe eſt non eſſe/ vt ſit impoſſibile eſt. quare qui dicit poſſibile eſſe/ conſentire ei quod eſt neceſſe eẽ (quoniã id quod eſt poſſibile eſſe: poteſt etiam nõ eẽ/ & hoc eſt contingens) dicit id quod eſſe neceſſe eſt/ poſſe non eſſe/ & eſſe contingens. qđ eſt in-
» conueniens. Hanc igitur dubitationem ſoluẽs: ita ſequitur. ¶ Manifeſtum eſt autem quoniam
» non omne poſſibile vel eſſe/ vel ambulare: etiam oppoſita poſſe. ſed eſt in quibus nõ ſit verum/
» & primum quidem in ijs quę non ſecundum rationem poſſunt. vt ignis calefactiuus eſt: & ha-
» bet vim irrationalem. quę igitur ſecundum rationem poteſtates ſunt: eędem plurium etiam cõ-
» trariorum ſunt. irrationales vero non omnes ſed (quẽadmodum dictum eſt) ignem nõ eſt poſ-
» ſibile calefacere/ & non: neq; quęcũq; alia ſemper agunt. alia vero poſſunt & ſecundum irrati-
» onales poteſtates ſimul oppoſita ſuſcipere. ſed hoc huius gratia dictum eſt: quoniam nõ omnis
» poteſtas oppoſitorum ſuſceptiua eſt/ neq; quęcunq; ſecũdum eãdem ſpeciem dicuntur. ¶ Mul-
ta (inquit) ſunt: quę vnum eſſe poſſunt id quod ſunt/ non etiam aliud aliquid qđ non ſunt. Plura enim ſunt quę ab eo quod ſunt: non mutantur. alia vero ſunt quę mutari poſſunt. Vt cęlum vnam rem ſolam poteſt/ ideſt moueri. huic vero oppoſitum/ ideſt non moueri: non poteſt. ergo nõ omne quod eſt poſſibile vel eſſe vel ãbulare/ ideſt nõ omne de quo quelibet poſſibilitas prędicatur: etiam oppoſita valet vt vtrũq; poſſit fieri/ & facere qđ facit/ & huic oppoſitum/ ideſt nõ facere quod facit. Sed ſunt quędam in quibus ita poteſtates prædicẽtur: vt nõ ſit verum de his dici/ quoniam & oppoſita poſſunt. vt etiam in ijs quę præter rationem aliqua poſſunt: vt ignis

(inquit) ac liquet omnia quęcunq; ſecundum neceſſitatem ſunt: ſemper eſſe ſecundum actum. Quoniam enim ignis ex neceſſitate calidus eſt: actu quoq; ſemper eſt. quocirca ſi quę ſempiterna ſunt/ omnibus quę non ſunt ſempiterna/ priora ſunt: etiam ea quę ſemper actu ſunt/ iſs quæ ſunt poteſtate/ priora ſunt. horum autem omnium diuiſionem facit. Sunt enim (inquit) alia quidem præter poteſtatem actu tantum, vt ſol non poteſtate mouetur/ ſed actu. & illam mouendi poteſtatem non habet/ quę non eſt quidem/ ſed eſſe poteſt: ſed actu habet ſolũ/ a poteſtate vero quę præter actum ſolet eſſe/ relinquitur. Primę etiam ſubſtantię actu quidem ſunt: nũq̃ vero poteſtate. primas autem ſubſtantias dicit diuinas/ ſcilicet & ſempiternas: non eas quas in prædicamentis primas eſſe monſtrauit/ ideſt indiuiduas. Tunc enim de iſs loquebatur primis/ quę nobis primę ſunt: nũc de iſs quę natura ſunt primę/ quę diuinę ſunt ſcilicet & ſempiternę. Alia vero ſunt/ quę actu ſunt cum poteſtate: ideſt quę & actum habent/ & aliquando habuerũt poteſtatem. vt fabricata iam domus aliquando potuit fabricari/ & prius habuit poteſtatem ſecundum tempus: poſtea vero actum. ſed natura actus prior eſt poteſtate. Ars enī ipſa actum cogitatione percipit/ formamq; domus prius ſibi ipſa deſignat & efficit. quare natura actus/ prior eſt poteſtate: poteſtas/ actu prior eſt tempore. Alia vero ſunt (inquit) quę actu quidem nũq̃ ſunt: ſemper autem ſunt poteſtate. vt numerus infinitus quidem eſt/ q; eum ſemper ī infinitum poſſis augere: ſed actu infinitus non eſt. quēcunq; enim numerũ ſumpſeris: actu finitus eſt. quēlibet enī dicas numerum: finita illum numeroſitas neceſſe eſt complectatur/ vt decem vel centum. Infinitus vero iccirco eſt poteſtate: q; eum poſſis facere in infinitum concreſcere/ non tamē vt quilibet actu ſit numerus infinitus.

¶QVAE MAGIS APTE/ENVNCIATIONES CONTRARIAE DICANTVR. Cap. IIII.

» Vtrum autē contraria eſt affirmatio negationi/ an affirmatio affirmationi: & oratio orationi quę dicit quoniam omnis homo iuſtus eſt/ ei quę ē nullus homo iuſtus eſt. aut omnis homo iuſtus eſt: ei quę eſt omnis homo iniuſtus eſt. vt eſt Callias iuſtus/ non eſt Callias iuſtus/ Callias iniuſtus eſt: quę harum contraria eſt?

» ¶Nam ſi ea quę ſunt in voce/ ſequũtur ea quę ſunt in anima/ illic autem cõtraria eſt opinio contrarij (vt quoniam omnis homo iuſtus eſt: ei quę eſt omnis homo iniuſtus eſt) etiam in iſs quę ſunt i voce affirmationibus/ neceſſe eſt ſimiliter ſeſe habere. q; ſi neq; illic contrarij opinio/ contraria eſt: nec affirmatio affirmationi erit contraria/ ſed ea quę dicta eſt negatio. quare conſiderandum eſt quę opinio falſa opinioni verę contraria eſt. vtrum negationis: an certe ea quę contrarium opinatur. Dico autem hoc modo. eſt quędam opinio vera boni/ quoniam bonum eſt/ alia autem quoniam non bonum eſt falſa/ alia vero quoniam malũ/ ſimiliter falſa: quę harum contraria verę? & ſi eſt vna: ſecũdum quã cõtraria? ¶Propoſitio quidem quęſtionis talis eſt. Quęrit enim quoniam huic propoſitioni/ q̃ dicit omnis homo iuſtus eſt/ ea quę proponit nullus homo iuſtus eſt/ & rurſus ea quę dicit/ omnis homo iniuſtus eſt/ videntur oppoſitę: quę harum magis ſuperiori affirmationi/ quę dicit omnis homo iuſtus eſt/ an affirmatio vniuerſalis cõtraria eſt/ ea per quã proponimus omnis homo iniuſtus eſt/ an certe negatio vniuerſalis/ ea q̃ eſt nullus homo iuſtus eſt. Similiter etiã huic propoſitioni quę eſt Callias iuſtus ē: an propoſitio quę proponit Callias iniuſtus ē/ an ea quę dicit Callias iuſtus non eſt/ contraria eſt. de qua re hanc viam diſputationis ingreditur. Nam ſi ea (inquit) quę ſunt in voce/ illis quę ſunt in anima famulantur/ hiſq; in ſignificatione conſentiũt: neceſſe eſt/ vt qđ in opinionibus animę reperitur/ hoc idem euenire videatur in voce. q; ſi illic ei opinioni quę arbitratur omnem hominem iuſtum eſſe/ illa opinio oppoſita ē/ & illa eſt maxime contraria quę putat omnem hominem iniuſtũ eſſe: & in vocibus quoq; affirmatio ea quę ē omnis homo iuſtus eſt/ ei affirmationi magis contraria eſt quę dicit omnis homo iniuſtus eſt. Qz ſi in opinionibus non hęc magis opponitur/ potiuſq̃ illa quę dicit nullus homo iuſtus eſt/ & in vocibus quoq; affirmatio vniuerſalis videatur eſſe contraria: vtræq; ergo & affirmatio quę dicit/ omnis homo iniuſtus eſt/ & negatio quę dicit/ nullus homo iuſtus eſt/ erunt contrariæ ei quę dicit/ omnis homo iuſtus eſt. Qđ autem dixit/ q; ſi neq; illic contrarij opinio contraria eſt: tale eſt. iuſtum enim eſſe & iniuſtum eſſe/ quãq̃ ſunt ſecundum habitum & priuationem: prædicatio tamen hęc nunc/ ideſt iniuſtum eſſe/ pro cõtrario ſumitur. ergo ſi in opinionibus cõtrarij/ ideſt iniuſti/ affirmatio contraria non eſt: non erit in vocibus contraria affirmatio/ ſed potius negatio quę eſt nullus homo iuſtus ē. quare (inquit) conſiderandum eſt cui opinioni falſæ: opinio vera contraria eſt. Nam ſi qua res bona ſit: verum eſt de ea dicere/ quoniam bonum eſt. contra/ quã propoſitionem falſum eſt dicere/ quia malum eſt: falſum etiam/ quia non bonum eſt. Sed videndum quę harum ſit magis contraria veræ affirmationi/ quę dicit bonum eſſe qđ bonum ē. vtrũ

poſſunt:ea ſemper in motu ſunt.ipſa etenim generatio/ motus quidam eſt:atq; ipſa corruptio. ergo in huiuſmodi rebus quęcunq; generata ſunt atq; mortalia:in ijs vera eſt illa poteſtas/quæ non ſecundum actum dicitur/ſed ſecundum id quod nō eſt quidem/ſed eſſe poteſt. Nuſq̄ enim euenit huiuſmodi poteſtas:niſi in ijs quę naſcuntur/& mortem appetūt. illa vero quę ſunt immobilia/ideſt quę in ſua natura fixa ſunt & conſtituta/vt mutari moueriq; non poſſint/ideſt diuina:ſolam illam habent potentiam quę ſecundum actum dicitur.vt ſol immobilis quidem ad ſubſtantiam:quāq̄ eſt mobilis ſecundum locum.quoniā ergo eſt immobilis ſecūdum ſubſtantiā/ & ab ea non permutatur/neq; mouetur:habet in ſe lumen/quod ita habere poteſt/ vt non habere nō poſſit. Sed in vtriſq; his vel mobilibus vel immobilibus illud verum eſt: q̄ de his dicitur non impoſſibile eſt eſſe.Nam & qđ actu quidem nō eſt/eſſe tamen poterit/vt homo cum nō ambulat/ ambulandi tamē retinet poteſtatē:non eſt eum impoſſibile ambulare.& ſolē non eſt impoſſibile habere lucem/quā actu retinet ſempiterno.In vtriſq; igitur & mobilibus & immobilibus:verum illud eſt qđ dicitur nō impoſſibile eſſe.Nam & de eo quod agit/& de eo qđ agere poteſt:de vtriſq; idem vere dicitur/ quoniam nō eſt impoſſibile eſſe. nam & quod ambulat: nō eſt impoſſibile ambulare.& qđ eſt ambulabile/ ideſt quod ambulare poteſt:non illi eſt impoſſibile ambulare.Sed quoniam diximus eam quę ſecundum actum eſt poteſtatem duas habere ſpecies/vnam quidem cum in actu ſit quidē/& nunq̄ poſſit nō eſſe(vt igni eſt actu calere: & nunq̄ eē non poteſt calidus)aliam vero ſecundum id qđ dicimus eſſe quidem actu/ poſſe tamen nō eſſe (vt aliquis cū ſedet/poteſt quidem ſedere:ſed poteſt etiam nō ſedere) huiuſmodi quidem ſecūdum actum poſſibile/de neceſſario nullo modo prædicatur.quod enim in actu eſt/ & neceſſariū eſt eſſe:eſt quidem/ſed ita eſt vt non eſſe nō poſſit.hoc enim eſt qđ ait. Sic igitur poſſibile/ideſt quod cum actu ſit/poſſit tamen non eſſe:non eſt verum de neceſſario ſimpliciter dicere. alterū autem verum eſt. Nam qđ ita eſt actu/vt non eſſe non poſſit/& ſemper actu eſt: hoc iuſte de neceſſario prædicatur.quod enim neceſſe eſt eſſe:eſt quidem/ſed non eſſe nō poteſt.Quare quoniā partem/id quod eſt vniuerſale ſequitur:illius qđ ex neceſſitate eſt/conſequēs eſt id quod eſt poſſe eſſe/ſed non omnino.Quoniam ſemper(inquit)ſpeciem ſequitur genus:& partem ſuā ſequitur vniuerſalitas. ſi enim homo eſt:animal eſt.ideſt ſi pars/& ſpecies eſt:vniuerſalitatem & genus eſſe neceſſe eſt. Q; ſi ita eſt:ſequitur ſcilicet eam propoſitionem quæ dicit neceſſe eſſe/illa propoſitio quę dicit poſſibile eſſe/eiq; cōſentit.ſed non omnis ſignificatio poſſibilitatis ſequitur neceſſarium.Illa enim quę ita poſſunt/vt non ſint quidem/eſſe tamen poſſint: nulla ratione de neceſſario prædicātur.neceſſariū nāq; nō modo eē neceſſe eſt:ſed etiā eſt. hoc eſt enī qđ ait:ſed non omnino. Etenim de neceſſario quod iam eſt:non poteſt illud poſſibile prędicari/ qđ nō eſt adhuc quidem/ſed eſſe poterit. ¶Et eſt quidem fortaſſe principium qđ neceſſarium eſt/& quod non neceſſarium eſt omnium vel eſſe/vel non eſſe:& alia quēadmodum horum conſequētia/cō ſiderare oportet.

Tertia deſcriptio.

I	III
Neceſſarium eſſe	Non neceſſarium eſſe
Non poſſibile non eſſe	Poſſibile non eſſe
Non contingens non eſſe	Contingens non eſſe
Impoſſibile non eſſe	Non impoſſibile nō eſſe
Neceſſarium non eſſe	Non neceſſarium nō eſſe
Non poſſibile eſſe	Poſſibile eſſe
Non contingens eſſe	Contingens eſſe
Impoſſibile eſſe	Non impoſſibile eſſe
II	IIII

¶Principium (inquit) eſt fortaſſe/ harū propoſitionum conſequentias inueniēdi:ſi quis primo loco neceſſarium ponat & non neceſſarium/ ſecundo vero loco poſſibile eſſe &c. Naturaliter enim id qđ neceſſarium eſt:prius eſt. Nam ſi neceſſaria ſunt ea quę ſemper actu ſunt/ quæ autem ſemper actu ſunt/ſempiterna ſūt/ ſempiterna vero rerum omnium principia ſunt:recte initium quoq; ſpeculādi/ quę harum propoſitionum conſequētia ſit/ ex ijs ſumemus quæ ſunt neceſſarij/ & propter has ex neceſſarij negationib9 ideſt ex non neceſſario.conſtat igitur a neceſſario & non neceſſario:harum conſequentia inueniendi ſumenda eſſe principia. Illa enim ideſt poſſibile eſſe & contingens eſſe: & eſſe neceſſariū & non neceſſarium/velut in natura ipſa præcedens ſubſequūtur.atq; ideo ait. Et alia/ideſt poſſibile eſſe/& cōtingēs eſſe:quēadmodū horum conſequentia/conſiderare oportet.hoc eſt ita hęc conſiderari debent/tanq̄ ſi quod eſt neceſſarium/& non neceſſariū præcedant:conſequātur vero poſſibile & contingens.&c. ¶Manifeſtū eſt autem ex ijs quę dicta ſunt:quoniā qđ ex neceſſitate eſt/ſecundum actum eſt. quare ſi priora ſunt ſempiterna:& quę actu ſunt/poteſtate priora ſunt.& hęc quidem ſine poteſtate actus ſunt.vt primę ſubſtantiæ.alia vero cum poteſtate: quæ natura priora ſunt/tēpore poſteriora.alia vero nunq̄ actus ſunt/ ſed poteſtates ſolum. ¶Patet

bono/quoniam eſt id qđ bonum ipſum non eſt. et ea quę opinamur non eſſe bonum qđ eſt: ea quoq; ſunt infinita. quare nec ea quę putat opinio/ bonum eſſe qđ non eſt/ nec ea quæ putat nō eſſe qđ eſt: ei opinioni ponenda eſt eſſe contraria/ quę putat bonum eſſe qđ bonum eſt. Hoc eſt enim quod ait. Aliarum quidem nulla ponenda eſt/ neq; quęcunq; eſſe qđ non eſt/ opinātur: vt dicamus de bono quoniam malum eſt/ vel inutile/ vel turpe. neq; quæcūq; non eſſe qđ eſt: vt ſi de eodem bono dicamus/ bonum expetendum non eſt/ bonum honeſtum non eſt. Infinitæ enī vtræq; ſunt: & quę eſſe opinantur qđ non eſt/ & quę non eſſe qđ eſt. Hę igitur reijciendę ſunt/ & ad nullam contrarij oppoſitionem ſumendę/ quoniam infinitę ſunt: cum ſemper contrariorum oppoſitio ſit finita. quę autem contrarię ponēdę ſint opiniones: ꝓſequitur dicēs. Sed in quibus fallacia eſt. hę autē ſunt ex ijs ex quibus ſūt & generationes. ex oppoſitis vero generationes/ quare etiam fallaciæ. opinioni (inquit) de bono/ quoniam bonum eſt: contraria illa ſola ponenda eſt/ in qua primum fallacia reperitur. in qua autem fallacia primum reperiatur: oſtendit. Per id enī qđ dixit/ ex quibus ſūt generationes: fallacia facillime reperitur. generatio enim ſemper ex oppoſitis eſt. quoties enim aliquid fit album: non fit ex dulci/ nec ex duro/ nec ex liquido/ ſed ex non albo. & qđ dulce fit: nō fit ex calido/ neq; frigido/ nec nigro/ nec ex vlla alia qualitate/ niſi ex ſibi oppoſito/ ideſt ex nō dulci. eodēq; modo in alijs ſeſe habet. ois nāq; generatio ex eo fit qđ non fuit: vt dulce ex non dulci/ album ex non albo/ calidum ex nō calido. Quare ſi generationes quidē ex oppoſitis ſunt/ in ijs aūt eſt prima fallacia/ in qbus ſunt generationes: erit i oppoſitis prima fallacia. Prima namq; fallacia eſt: non putare aliquid eſſe qđ eſt. Secunda putare eſſe qđ non eſt. Vt in eo qđ eſt bonum/ prima fallacia eſt putare illud non eſſe bonum. Secūda: malum eſſe arbitrari/ qđ bonum eſt. Quocirca illic maxime ponenda eſt cōtrarietas: vbi prima eſt fallacia. in ijs autem eſt prima fallacia: ex quibus generationes oriuntur. generationes vero dico eſſe quę fiunt ex ijs/ quæ id qđ fiunt/ non fuerunt. generationes autem ex oppoſitis. in oppoſitis eſt igitur prima fallacia. ſed in quibus eſt prima fallacia: maxime contraria illa ponenda ſunt. oppoſita igitur maxime contraria ſunt. ſed bonum eſſe/ & bonum nō eſſe oppoſita ſunt. bonum igitur non eſſe/ ei qđ eſt bonum eſſe/ contrarium eſt: non illud qđ eſt malum eſſe. qđ maiore argumentatione confirmat. ¶ Si ergo quod bonū eſt/ & bonum & non malū eſt/ & hoc quidem ſecundum ſe/ illud vero ſecundū accidēs (accidit enim ei nō malū eſſe) magis aūt in vnoquoq; vera eſt quę ſecundum ſe eſt: etiam falſa/ ſiquidem et vera. ergo ea quę eſt/ quoniam non eſt bonum quod bonū eſt/ eius quę ſecundū ſe eſt/ falſa eſt: illa vero quę eſt quoniam malū eſt/ eius quę ſecundum accidens. quare magis erit falſa de bono: ea quę eſt negationis opinio/ q̄ ea quę eſt contrarij. ¶ Perſubtilis argumentatio tali ratione formata eſt. bonum (inquit) & bonū eſt/ & non malum. quorum vnum ſecundum ſe & proxime/ & naturaliter eſt/ hoc ſcilicet qđ bonum eſt: alterum vero eſt accidenter/ ideſt quod malū non eſt. accidit enim ei qđ bonum eſt/ vt malū nō ſit. ergo qđ bonū eſt: naturalius habet bonum eſſe/ q̄ non eſſe malum. illud enim ſecūdum ſe ineſt: illud (vt dictum eſt) ſecundum accidēs. Q̄z ſi hoc eſt: verior eſt illa propoſitio quæ affirmat qđ ſecundum ſe eſt/ q̄ illa quæ affirmat qđ accidens eſt. eſt autem ſecūdum ſe bonum eſſe/ quod bonum eſt: ſecundū accidens vero malū non eſſe/ qđ bonum eſt. verius igitur & propinquius eſt dicere de bono/ quoniam bonū eſt: q̄ dicere de bono/ quoniam malum nō eſt. qđ ſi hoc eſt: etiam ea opinio quę ſecūdum ſe falſa eſt/ mēdacior iuſte videbitur ab ea quę ſecundum accidens mentitur. Nam ſi illa vera eſt propiquius/ quę ſecūdum ſe eſt: illa erit falſa propinquius quę ſecundum ſe eſt. hoc eſt enim qđ ait. magis autem in vnoquoq; eſt vera/ quę ſecundū ſe eſt: etiam falſa/ ſiquidem & vera. Si eni illa magis vera eſt quę ſcđm ſe eſt: recte illa magis falſa dicitur/ quę ſecundum ſe falſa eſt/ ideſt quę id negat qđ ſecundum ſe verum eſt. Ergo ea quę eſt quoniā non eſt bonū qđ bonum eſt: ſecundum ſe cōſiſtentis rei falſa eſt. Ad quid tēdat tota ſuperior argumentatio continua diſputatione ſubnectit. Superius enim dictum eſt opinionē eā quę putat bonum eſſe quod bonum eſt: ſecūdum ſe eſſe. quare illa opinio quę dicit nō eſſe bonū qđ bonum eſt: falſa eſt/ & de ea re falſa eſt/ quę ſecundum ſe vera eſt. Secundum ſe enim vera ē opinio/ quę putat bonum eſſe qđ bonum eſt: quæ vero arbitratur non eſſe bonum/ quod bonū ē/ eius quę ſecundum ſe eſt/ veritatem opinionis intercipit. Nam bonum eſſe qđ bonum eſt: quiſquis opinatur/ ac ſecundū ipſius boni naturam habet opinionem/ atq; ideo ſecundū ſe opiniones huiuſmodi nominantur. quare erit hęc quoq; ſecundum ſe falſa: quoniam ſecundum ſe veritatis videtur auferre propoſitionem. Idem autem bonum/ ſecundū accidens eſt non malum. & hoc de bono verum eſt dicere: quoniam non eſt malum/ ſed accidēter. bono enim accidit nō eſſe malum. illa vero quę putat malum eſſe/ qđ bonum eſt: aufert nō malum ab eo qđ bonum ē/ & interimit rem ſecundum accidens veram. vera namq; eſt opinio/ quę dicit non eſſe malū qđ bonum eſt: ſed ſecundum accidens. quare ſecundum accidēs falſa erit ea quę dicit malū eſſe/ qđ

Ab ea: q̄ ea modus antiquior loquendi.

falſa illa cõtraria eſt/ quę id quod bonum eſt/ dicit eſſe malum: an ea quę id quod bonum eſt/ dicit eſſe non bonum. Atq; hoc eſt quod ait. Dico autem hoc modo. eſt quędam opinatio vera boni quoniam bonum eſt/ alia vero falſa quoniam nõ bonum eſt/ alia vero quoniam malum eſt: quę nam ergo harum contraria eſt verę/ ideſt vtrum ea quę negat id qđ eſt/ an ea quę ponit id qđ non eſt/ Quę ergo magis harũ ei quę dicit eſſe id quod eſt/ videatur eſſe contraria: requiritur dũ eſt. Sed qđ his adiecit/ & ſi eſt vna/ ſecundũ quã cõtraria: tale eſt. Contrariorum alia ſunt habẽtia medium: alia vero ſunt non habentia. Et illorum quę habent/ ſi quis vnum contrarium neget: non neceſſe eſt per illam negationem illud aliud cõtrarium intelligere. Nam quoniã inter album & nigrum eſt aliquid/ ſi quis dicat non eſt album: non iccirco nigrum eſſe monſtrauit. poteſt enim eſſe & rubrum: et quicquid aliud in talium contrariorum medietate locatum eſt. In illis vero contrarijs quę medio carent: nichil differt negare rem propoſitam/ an affirmare contrariam. Nichil enim differt dicere diem nõ eſſe: q̃ dicere noctem eſſe. hoc eſt enim diẽ non eſſe: quod eſſe noctem. nichil enim eſt inter noctem atq; diem. Ergo in his affirmatio cõtrarij: idem valet/ quod propoſitę rei negatio. ergo nunc hoc dicit. Etiam ſi in aliquibus (inquit) tales propoſitiones inueniuntur/ vt & negatio rei propoſitæ/ & affirmatio contrarij idem valeãt/ & ſint vnę ſignificatione: quęrendum eſt ſecundũ quã enunciationem propoſitio magis eſt cõtraria. an ſecundũ eam quę dicit non eſſe diem/ an ſecundum eã quę proponit eſſe noctem. Inueſtigãdum igitur eſt: quę harum (quãq̃ vnum vtraq; ſignificet) magis eſt contraria ei quę dicit eſſe diem. hoc eſt enim qđ ait. et ſi eſt vna: ſecũdum quã contraria. ideſt & ſi vnum ſignificabunt aliquando rei negatio et contrarij affirmatio: ſecundum quã harum magis eſt contraria propoſi-
» tio/ ſuperiori propoſitę enunciationi. ¶Nã arbitrari contrarias opiniones diffiniri/ eo q̃ cõtra-
» riorum ſunt: falſum eſt. Boni enim quoniam bonũ eſt/ & mali quoniam malum eſt: eadem for-
» taſſe opinio eſt etiam vera/ ſiue plures/ ſiue vna ſit. ſunt autem iſta contraria: ſed nõ eo q̃ cõtra-
» riorum ſint/ contraria ſunt/ ſed magis q̃ contrarie. ¶Contrariorum prius naturam recte determinat: q̃ de contrarijs propoſitionibus tractet. Quidam enim putant cõtrarias eſſe opiniones quę ſint cõtrariarum rerum/ qđ Ariſtoteles negat. dicit enim falſam eſſe diffinitionem/ quę determinat eas eſſe contrarias opiniones/ quę ſunt contrariarum rerum. Nam cum ſit contrariũ bonum/ malo: poſſumus habere opinionem de bono/ quoniam bonum eſt. & hęc vera eſt. poſſumus rurſus id quod malum eſt/ putare malum: & hęc rurſus vera eſt. & opiniones quidem boni quoniam bonum eſt/ & mali quoniam malũ eſt: contrariarum rerum ſunt/ tamen vtręq; ſunt verę. ſed contrariæ vtręq; verę eſſe non poſſunt. Falſo igitur definitum eſt eas eſſe cõtrarias opiniones: quę contrariarum ſint rerum. Qđ autem ait/ boni enim quoniam bonũ eſt/ & mali quoniam malum eſt eadem fortaſſe opinio ẽ etiã vera: aut quod dixit eadem/ ad id retulit qđ poſt/ ſecutus eſt (vera namq; verę: in eo qđ verę ſunt / eadem eſt) aut certe q̃ eiuſdem eſſet opinionis/ qđ bonum eſſet/ bonum putare: quod malũ eſſet/ malum. Siue autem eadem ſint/ ſiue plures: contrariæ eſſe non poterũt/ iccirco quoniam ſimul verę ſunt. ſũt autem iſta cõtraria: ſed nõ eo q̃ contrariorum ſint/ contraria ſunt/ ſed magis eo q̃ contrarie. Sunt (inquit) iſta ſcilicet quę ſunt in opinionibus/ contraria: non tamẽ contraria quãdo contrariorum ſunt/ ſed potius quoniã de vno eodemq; diuerſo modo & contrarie ſuſpicantur. hoc eſt enim qđ ait. Sunt autẽ iſta contraria: ea ſcilicet quę in animę opinionibus oppoſita ſunt. quorum propoſitiones ſunt cõtrariæ: non eo q̃ ſunt contrariorum/ ſed potius eo q̃ de vno eodemq; ſubiecto contrarie ſuſpicantur. vt ſi quis de bono ſuſpicetur q̃ bonum eſt / & rurſus alius de eodem bono / quoniam malum eſt: hęc ſunt contraria/ quę verę ſimul eſſe non poſſunt. at de eodem/ ideſt bono: nũc bene/
» nunc vero male/ ideſt contrarie ſuſpicantur. ¶Si ergo eſt boni quidem quoniam eſt bonũ opi-
» nio/ alia autem quoniam nõ bonũ eſt: eſt vero quoniam aliquid aliud eſt quod nõ eſt/ neq; eſſe
» poteſt. aliarũ quidẽ nulla ponenda eſt: neq; quęcunq; eſſe quod nõ eſt opinantur/ neq; quęcũq;
» non eſſe quod eſt. infinitæ enim vtręq; ſunt: & quę eſſe opinantur quod nõ eſt/ & quę nõ eſſe qđ
» eſt. ¶Sed in quibus fallacia eſt. hę autẽ ſunt ex ijs ex quibus ſunt generationes. ex oppoſitis vero generationes/ quare etiam fallaciæ. ¶Huius argumenti principium eſt/ quo pro cõfeſſo vti-
» tur/ & probato: q̃ vnius rei plura atq; infinita non poſſint eſſe contraria. quare vnius rei vnum erit contrarium. Eſt ergo opinio boni quoniam bonum eſt: & hęc vera eſt. ẽ rurſus boni quoniã bonum non eſt: & hęc falſa eſt. Poteſt eſſe etiam quę putet eſſe bonum: id qđ non eſt. vt ſiquis dicat id quod eſt bonum: quoniam malum eſt/ vel quoniam quantitas ẽ/ vel quoniam ẽ aliquid qđ non eſt. Sed hęc quę de bono dici poſſũt/ quæ ipſum bonum nõ eſt: infinita ſunt. Rurſus poſſumus de bono arbitrari multa non eſſe/ quę eſt. Bonum enim qđ honeſtum eſt poſſumus dicere: quoniam honeſtum non eſt. poſſumus dicere: quoniam vtile non eſt. poſſumus quoq; dicere: quoniam expetendum non eſt/ & alia plura. Infinita ergo ſunt & ea quæ poſſumus arbitrari de

rem nichil ledat: neq; malū neq; bonū ē. quare verę ſimul poſſūt eē & hę quoq; q̄ opinant̄ id qđ eſt nō bonū quoniā nō bonū ē: & id qđ nō ē bonū/ quoniā malū nō ē. quare nec hę cōtrarię ſūt. reſtat igit̄ vt ei⁹ opinionis q̄ ē nō boni/ quoniā nō bonū ē: ea ſit cōtraria q̄ eſt nō boni quoniā bonū eſt. Qz ſi i ijs q̄ttuor ꝓpoſitionibus/ q̄s ſupra deſcripſim⁹/ ſimilitudo ſeruat̄/ & ſicut ē opinio nō boni quoniā nō bonū ē/ ad eā q̄ eſt nō boni quoniā bonū ē: ſic opinio boni quoniā bonū eſt/ ad opinionē boni quoniā bonū nō ē. cōtraria aūt ē opinio nō boni quoniā non bonū ē/ opinioni nō boni quoniā bonū ē: cōtraria igit̄ erit opinioni boni quoniā bonū ē/ opinio boni quoniā bonū nō eſt. ¶ Manifeſtū ergo eſt quoniā nichil iter eſt/ nec ſi vniuerſaliter ponam⁹ affirmationē, vniuerſalis eni negatio cōtraria erit. vt opinioni q̄ opinat̄/ quoniā oē qđ ē bonū/ bonū ē: ea q̄ eſt quoniā nichil eorū q̄ bona ſūt/ bonū eſt. nā ea q̄ ē boni quoniā bonū/ ſi vniuerſaliť ſit bonū: eadē eſt ei q̄ opinat̄ quoniā quicqd bonū eſt/ q; bonū ē. hoc autem nichil differt ab eo qđ ē: quoniam omne qđ eſt bonum/ bonum eſt. ſimiliter autem & in non bono. quare ſi in opinione ſic ſe habet/ & ſunt hę q̄ ſunt in voce affirmationes & negationes/ notę earū q̄ ſūt in anima: manifeſtū eſt quoniā affirmationi cōtraria qdē negatio ē/ q̄ de eodē vniuerſaliter. vt ei q̄ ē quoniā omne bonū/ bonū ē/ vel quoniā oīs hō bon⁹: ea q̄ ē quoniā nullū/ vel null⁹. cōtradictorie aūt q̄ ē quoniā nō oē aut nō oīs. ¶ Illud quoq; recte cōmemorat/ q; nichil differt i opinionib⁹ hęc eē cōtraria nō vniuerſaliter cōſtitutis: & i ijs q̄ ſibi vniuerſaliter opponūt. Similiter eni in ea quoq; opinione q̄ arbitrat̄ oē bonū/ bonū eſſe: illa cōtraria ē q̄ putat nullū bonū/ bonū eē. Nā qđ dicimus bonū eē id qđ bonū ē: id ſi i opinione vniuerſaliť affirmet̄/ ita putādū ē/ qcqd bonū ē/ bonū eſſe. Hoc aūt nichil differt tā q̄ ſi dicam⁹: oē bonū bonū ē. q̄ opinio cū ſit vera: illa ei cōtrarie oppōit̄/ q̄ dicit quicqd bonū ē/ bonū nō eſt. hoc aūt nichil differt tā q̄ ſi opinemur nullū bonū bonū eſſe. Et in nō bono quoq; eodē modo. vt ſi ita dicam⁹ oē qđ nō bonū ē/ nō ē bonū/ & rurſus oē qđ nō bonū ē/ bonū ē: eodē modo ſibi ſūt iſtę cōtrariæ/ vt vna vera ſit/ altera falſa. qđ i cōtrarijs maxime reperitur. q̄re tota diſputatio q̄ſtioq; ita cōcludit̄. Nā ſi ea q̄ ſunt i aīa/ principia q̄dā ſunt eorū q̄ ſignificātur in voce/ vox aūt nota q̄dā eſt aię paſſionū: quicqd cōtingit in aīa/ idē quoq; in voce redire neceſſe ē. Qz ſi vniuerſalis affirmatio & vniuerſalis negatio ſunt in opinione cōtrarię: eędē quoq; in vocib⁹ erūt/ ideſt nō erit ea cōtraria q̄ cōtrariū affirmat/ ſed ea q̄ id qđ ante ꝓpoſitū eſt/ p vniuerſalitatis cōtrarietatē negat. vt eſt oē bonū bonū ē/ vel oīs hō bon⁹ eſt: his cōtraria ē nullū bonū bonū ē/ vel nullus hō bon⁹ ē. hoc ē eni qđ ait: quoniā nullū/ vel null⁹. nullū ad illā referēs ꝓpoſitionē/ q̄ dicit oē bonū bonū ē: null⁹ illi ſcilicet opponit q̄ dicit oīs hō bon⁹ ē. vt ſint hoc modo oē bonū bonū ē: huic cōtraria/ nullū bonū bonū ē. rurſus oīs hō bon⁹ ē: huic cōtraria/ nullus hō bon⁹ ē. cōtradictorias aūt dicit eas eē q̄s ſupra ꝓpoſuit: dū de vniuerſalibus ac particularib⁹ loqret̄ eas ſcilicet q̄ ſūt angulares. Vniuerſalis eni affirmatio/ pticulari negatio ni: & pticularis affirmatio/ vniuerſali negationi p cōtradictionē opponi mōſtrata eſt. ¶ Manifeſtum eſt aūt quoniā & verā/ verę nō cōtingit eſſe cōtrariā: neq; opinionē/ neq; cōtradictionē. cōtrarię eni circa idē oppoſita ſunt. Circa eadē aūt cōtingit verū dicere eūdē: ſimul aūt nō cōtigit eidem ineſſe contraria. ¶ Ex ijs quę ſupra ſunt dicta/ illud quoq; colligit: q; nec ea quę ſunt cōtraria/ vera ſimul eē poſſint/ nec ea q̄ vera ſūt/ ſibi poſſint eē cōtraria. & hoc nō ſolū i opinionibus eē/ vt vera opinio verę opinioni cōtraria nō ſit: ſed i ꝓpoſitionib⁹ quoq;. nec eni fieri poteſt vt duas cōtrarias ſimul veras eē cōtingat. & hoc p ſyllogiſmū colligit huiuſmodi. Oīa cōtraria ſunt oppoſita. q̄ aūt oppoſita ſunt: ſimul eidē ineſſe nō poſſūt. cōtraria igit̄ in vno eodēq; eē vera nō patitur. q̄re ſi duo de eodē prędicari poſſunt/ duo aūt cōtraria eidē ineſſe nō poſſūt: q̄ contraria ſunt/ vera eē nulla nature ratione ꝑmittit. Hoc ē eni qđ ait. cōtrarię eni circa idem oppoſita ſūt: ideſt oē cōtrariū oppoſitū ē. nec fieri poteſt/ vt nō q̄ ſūt cōtraria in oppoſitis cōtineātur. ſicut eni in p̄dicamētis edocuit: cōtrariorū gen⁹ qđdā eſt oppoſitio. circa eadē aūt cōtingit verum dicere eūdem/ ideſt duo vera poſſūt ſimul eſſe/ & de eodē modo ſimul vere prædicari. vt cū dicimus aliquid bonū nō eſſe/ & malū eſſe: vtraq; ſimul vere dici poſſunt. poſſunt enim quędam quę cum bona non ſint: tamen mala eſſe. vt turpitudo/ bona quidem nō eſt: malum tamen eſt. Ergo ea quæ vera ſunt/ ſimul vt prædicentur vere fieri poteſt/ & vt in eodem ſint: ſimul autem eidem non contingit ineſſe contraria. Quocirca ſi vera quidem poſſunt eidem ineſſe/ contraria autem eidem ineſſe nō poſſunt: ea quę contraria ſunt/ vera ſimul eſſe non poſſunt. quare conuertitur: nec quę vera ſimul ſunt/ contraria eſſe poſſunt. nō igitur fieri poteſt: vt vel in opinionibus vel in propoſitionibus ea quę vera ſunt/ poſſit aliquis recte contraria ſuſpicari. Hęc autem q̄tū breuitas expoſitionis permittebat expreſſimus. quis autem altior huius libri tractatus erat: ſecundæ ęditionis ſeries explicabit.

AEDITIONIS.I.BOE.IN LIBROS PERI HERMENIAS ARISTOTELIS
FINIS.

bonum eſt. Illã enī propoſitionē tollit: quę ſecūdū accidēs vera ē. quare quoniã prior ē/ ea q̄ ſecundū ſe eſt/ q̄ ea quę ſecūdū accidēs: falſitas q̄ ſecūdū ſe eſt/ fallacior erit ea falſitate/ quę ſecūdū accidēs eſt. ſed ea quę putat bonū nō eſſe qđ bonū eſt: ſecundū ſe veritatis perēptoria eſt. ea vero q̄ dicit malū eſſe qđ bonū eſt: eius qđ eſt nō eſſe malū qđ bonū eſt/ ſecūdū accidēs rei veręperemptoria ē. quare falſior ē ea quę dicit nō eſſe bonū/ qđ bonū eſt: q̄ ea quę dicit eſſe malū/ id qđ ē bonū. ¶ Falſus aūt eſt maxime/ q circa ſingula habet cōtrariã opinionē. cōtraria enī/ eſt eorū q̄ plurimū circa idē differūt. ſi igitur harū cōtraria eſt altera/ magis vero negationis eſt cōtraria: manifeſtū eſt quoniã hęc erit cōtraria. ¶ Quęrebatur vtrū affirmatio cōtrariȷ/ an negatio propoſitę rei: eiuſdē ꝓpoſitę rei affirmationi magis poſſit eſſe cōtraria. Sed nūc hoc dicit/ quoniam quę falſa ſūt magis: ea ſūt magis cōtraria. cōtraria enī ſūt q̄cūq; circa eādē rē plurimū differunt: vt circa colorē/ albū & nigrū. ergo q̄ maxime falſa ſunt/ & maxime vera: ea plurimū a ſe diſtant. maxime aūt vera ē ſecundū ſe cōſiſtētis rei enūciatio: maxime aūt falſa ſecūdū ſe cōſiſtētis rei perēptoria. Neceſſe eſt inter affirmationē cōtrariȷ/ & negationē ꝓpoſitę rei: vnã magis eē cōtrariã. falſior autē & magis cōtraria eſt opinio illa q̄ cōtradictionē cogitat/ vt ea q̄ eſt nō eſſe bonū qđ bonū eſt: q̄ ea opinio quę habet/ malū eē qđ bonū eſt/ quoniã ea quę ſunt in vocibus/ opiniones ſequūtur. ſimili modo negatio eius q̄ eſt omne bonū/ bonū eſt: ea ideſt q̄ dicit nullū bonū bonū eſt/ magis ē cōtraria/ q̄ ea q̄ ꝓponit omne bonū malū eſt. quocirca & in alijs quoq;. vt in ea q̄ eſt omnis homo iuſtus eſt: magis eſt cōtraria illa q̄ dicit nullus homo iuſtus eſt/ q̄ ea quę dicit omnis homo iuſtus ē. ¶ Illa vero q̄ eſt quoniã malū eſt qđ bonū eſt: īplicita eſt. Etenī quoniã nō bonū eſt/ neceſſe eſt forte ipſū eūdē opinari. ¶ Addit ad demōſtrationē ſuperiorē argumētū qđ demōſtret magis eſſe cōtrariã eā quę negat/ q̄ eā q̄ cōtrariū affirmat. īplicita eſt (īqt) affirmatio cōtrariȷ. Quiſquis enī putat id qđ bonum eſt/ malū eſſe: fieri aliter nō poteſt/ niſi illud quoq; putet nō eſſe bonū. quare duplex quodā modo ꝓpoſitio eſt ea q̄ dicit/ malū eſſe qđ bonū eſt. nã etiã illud in ſe cōtinet: qđ bonū nō eſt. Simplex aūt eſt ꝓpoſitio bonū eſſe qđ bonū eſt/ & ſimplici ſimplex poteſt magis eē cōtraria/ ſimplexq; ē negatio/ qđ bonū eſt nō eſſe bonū: hęc igitur magis cōtraria eſt. ¶ Amplius. Si etiã in alijs ſimiliter oportet ſe habere: & hoc modo videbitur bene eē dictū. Aut enī vbiq; ea q̄ eſt cōtradictionis/ aut nuſq̄. qbus vero nō ſūt cōtraria: de illis quidē falſa ea q̄ eſt vere oppoſita. vt q hominē nō putat eſſe hominē: falſus ē. ſi igitur hę cōtrarię ſunt: etiã & alię q̄ ſunt cōtradictiōis. ¶ Aut in oībus (inqt) vere dicitur cōtradictione magis eſſe cōtrariã/ q̄ cōtrariȷ affirmationē/ aut nuſq̄. Aut enī & in alijs quoq; idē euenire oportet: aut ne hic quidē verū ē/ qđ dicit cōtrariã eſſe eā q̄ cōtradictionis ē ideſt negationis/ potiuſq̄ contrariȷ affirmationē. hoc aūt ſpeculemur (īqt) in ijs q̄ cōtrariū nō habēt: vt in hoie. ſiquis enī putet hoiem/ hoiem eē: vera ē. ſiqs vero hoiem putet nō eſſe hoiem: falſa eſt. ſiqs aūt putet hoiem equū eſſe: nullus dixerit hāc magis eſſe cōtrariã q̄ putat hoiem equū eē/ q̄ q̄ hoiem nō eē hoiem arbitratur. q̄re ſi in ijs q̄ cōtraria nō habēt/ illa cōtraria ē q̄ cōtradictione formāt: i ijs quoq; quę habēt cōtraria/ nō cōtrariȷ affirmatio/ ſed negatiōis ꝓpoſitio magis cōtraria ē. ¶ Amplius. Similiter ſe habet opinio boni quoniã bonū ē: & nō boni quoniã nō bonū eſt. & præter has boni quoniã nō bonū ē: & nō boni quoniã bonū ē. illi ergo q̄ nō boni quoniã nō bonū verę opinioni q̄ eſt cōtraria/ Nō enī ea q̄ dicit quoniã malū ē: ſimul enī aliquādo erit vera. nūq̄ aūt vera verę cōtraria ē. eſt enī qđā nō bonū/ malū. q̄re cōtigit ſimul eē veras. At vero nec illa q̄ ē quoniã nō malū. vera enī & hęc. ſimul enī & hęc erūt. relinq̄t igit ei q̄ ē nō boni quoniã nō bonū ē: cōtraria ea q̄ eſt nō boni/ quoniã bonū ē. falſa enī hęc. q̄re & ea q̄ ē boni/ quoniã nō bonū ē: ei q̄ eſt boni/ quoniã bonū ē. ¶ Ex ſimilitudine & ꝓportione cōtrarietatis vī ꝓpoſitionū veſtigare conatur. ſed has prius diſponam⁹: poſt aūt quātū poſſum⁹ breuit vī Ariſtotelicę argumētatiōis exeq̄mur.

Vera boni quoniã bonū eſt.	Falſa boni quoniã bonū nō eſt.
Vera nō boni quoniã nō bonū ē.	Falſa nō boni quoniã bonū eſt.

¶ Harū quattuor opinionū duę verę ſunt/ duę falſę. illa quidē/ q̄ ē boni quoniã bonū ē: vera ē. illa vero q̄ ē boni quoniã bonū nō eſt: falſa ē. Rurſus illa q̄ eſt nō boni/ qm̄ nō bonū ē: vera ē. illa vero q̄ ē nō boni quoniã bonū ē: falſa ē. Ergo hęc ē ſimilitudo & proportio harū q̄ttuor ꝓpoſitionū. Nã quēadmodū ſe habet opinio boni quoniã bonū eſt/ ad eã opinionē q̄ eſt boni quoniã bonū nō ē: eodē modo ſeſe habet & opinio q̄ ē nō boni/ qm̄ nō bonū ē: ad eã q̄ ē nō boni quoniã bonū ē. Nã ſicut illic vera vna eſt/ altera falſa: ita quoq; hic vna vera ē/ altera falſa. Capit igit exēplū prius ab ea q̄ ē nō boni quoniã nō bonū eſt. hęc enim (inqt) cū vera ſit/ quã huic ponem⁹ eē cōtrariã/ eā ne/ q̄ dicit malū eſt/ ſed nō eſt cōtraria. poteſt enī ſimul eſſe vera/ & ea q̄ dicit nō eē bonū/ qđ nō bonū ē: & ea q̄ dicit malū eē/ qđ nō bonū eſt. ſunt enī q̄dā nō bona q̄ mala ſūt. quocirca cōtrarię nō ſūt: i quib⁹ ponit qđ nō bonū ē/ nō bonū eſſe/ & qđ nō eſt bonū malū eſſe. contrarię enī verę ſimul neq̄unt inueniri: & vera verę cōtraria nunq̄ eſt. ſed nec illa poterit huic eſſe cōtraria/ quę dicit nō malū eē qđ bonū nō ē. poſſunt enim q̄dā nō qdē eē bona: nō eē tñ mala. vt ex arbore nulli⁹ vtilitatis cauſa ramū defringere/ ſi arbo


enim animalium cęterorum vocēs: quę interpretationis vocabulo non tenentur. nec omnis locutio/ interpretatio est. iccirco q̄ (vt dictū est) sunt locutiones quędam quę significatione carēt. & cum per se quędam nō significent: iuncta tamen cū alijs significant/ vt coniūctiones. Interpretatio autem: in solis per se significatiuis & articulatis vocibus permanet. Quare cōuertitur/ vt quicquid sit interpręta tio: illud significet. & quicquid significat: interpręta tionis vocabulo nuncupetur. Vnde etiam ipse quoq; Aristoteles in libris quos de arte poetica scripsit: locutionis esse partes/ syllabas & coniūctiones tradidit. Quare syllabę in eo q̄ sunt syllabę: nichil omnino significant. coniūctiones vero consignificare quidē possunt: per se vero nichil designāt. Interpretationis vero partes hoc libro constituit nomen & verbum: quę scilicet per seipsa significāt. nichilominus quoq; orationem/ interpręta tionem esse constat: quę & ipsa cum vox sit & significatiuis partibus iuncta/ significatione non caret. quare quoniam nō de oratione sola sed etiam de nomine & verbo/ nec vero de sola locutione/ sed etiam de significatiua locutione quę est interpretatio/ in hoc libro ab Aristotele tractatur: iccirco quoniā verbis atq; nominibus & significatiuis locutionibus nomen interpretationis aptatur/ a cōmuni nomine eorum de quibus in hoc libro tractatur/ ideſt ab interpretatione/ ipse quoq; liber de interpretatione inscriptus est. cuius expositionē nos scilicet q̄ maxime a Porphyrio/ quāq̄ etiam a cęteris transferentes: latina oratione digessimus. hic enim nobis expositor: & intellectus acumine/ & sententiarū dispositione videtur excellere. Erunt ergo interpręta tionis duę primę partes: nomen & verbum. his enī/ quicquid est in animi intellectibus designatur. his nāq; totus ordo orationis efficitur. & inquātum vox ipsa quidem intellectum significat: in has duas (vt dictum est) secatur partes nomen & verbum. inquātum vero vox per intellectuū medietatem subiecta s intellectui res demōstrat: significantium vocū Aristoteles numerū/ in decē prædicamenta partitus est. atq; hoc distat libri huius intentio a prędicamentorum in denariā multitudinem numerositate collecta: q̄ hic quidem tantū de numero significantiū vocum quęratur quantū ad ipsas attinet voces/ quibus significatiuis vocibus intellectus animi designētur/ quę sunt simplicia quidē nomina & verba/ ex his vero cōpositę orationes. Prædicamentorū vero hęc intentio est: de significatiuis rerū vocibus dicere intātum/ quātū eas animi medius significat intellectus. vocis enim quędam qualitas est nomen & verbū: quę nimirū illa ipsa decē prædicamēta significant. Decem nāq; prædicamenta: nunq̄ sine aliqua verbi qualitate vel nominis proferūtur. Quare erit libri huius intētio: de significatiuis rerum vocibus intantū quātum conceptiones animi intellectusq; significent. de decem autem prædicamentis libri intētio: in eius commētario dicta est/ quoniam sit de significatiuis rerum vocibus/ quot partibus distribui possit earum significatio intantū quātum per sensuum atq; intellectuū medietatē/ res subiectas intellectibus voces ipsę valeāt designare. In opere vero de arte poetica non eodē modo diuidit locutionē: sed omnes omnino locutionis partes apposuit/ confirmans esse locutionis partes elementa/ syllabas/ cōiunctiones/ articulos/ nomina/ casus/ verba/ orationes. locutio nāq; non in solis significatiuis vocibus constat: sed supergrediens significationes vocum ad articulatos sonos vsq; cōsistit. quęlibet enim syllaba vel quęlibet alia vox/ quę scribi litteris potest: locutionis nomine cōtinetur/ quę greece dicitur lexis. Sed non eodem modo interpretatio. huic namq; non est satis/ vt sit huiusmodi vox/ quę litteris valeat annotari: sed adhuc vt aliquid quoq; significet. Prædicamentorum vero in hoc ratio constituta est: in quo hę duæ partes interpretationis res intellectibus subiectas designant. Nā quoniam decem res omnino in omni natura reperiuntur: decem quoq; intellectus erunt. quos intellectus quoniam nomina & verba significant: decē omnino erunt prædicamenta/ quę verbis atq; nominibus designentur. Duo vero quædam sunt/ ideſt nomen & verbum: quę ipsos significant intellectus. sunt igitur elementa interpretationis/ verba & nomina: proprię vero partes quibus ipsa constat interpretatio/ sunt orationis. ¶ Orationum vero: alię sunt perfectę/ alię imperfectę. Perfectæ sunt: ex quibus plene id quod dicitur valet intelligi. Imperfectę vero: in q̄bus aliquid adhuc animus plenius expectat audire. vt est/ Socrates cum Platone. Nullo enim addito: adhuc orationis intellectus pendet ac titubat/ & auditor aliquid vltra expectat audire. ¶ Perfectarum vero orationum partes quinq; sunt. Depręcatiua. vt Iuppiter omnipotens pręcibus si flecteris vllis: da deinde auxilium pater/ atq; hęc omnia firma. Imperatiua. vt vade age nate voca zephyros & labere pennis. Interrogatiua. vt dic michi Damęta cuiū pecus: an Meliboei/ Vocatiua. vt o pater o hominum rerumq; eterna potestas. Enunciatiua postremo: in qua veritas vel falsitas inuenitur. vt principio arboribus varia est natura creandis. ¶ Huius autem duæ partes sunt. est namq; & simplex oratio enunciatiua/ & composita. Simplex: vt dies est/ lux est. Composita: vt si dies est/ lux est. In hoc igitur libro Aristoteles de enunciatiua/ simplici oratione disputat: & de eius elementis nomine scilicet atq; verbo. Quæ quoni-

Intēntio.

Orationū diuisio.

¶EIVSDEM BOETII LIBRI ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ ARISTOTELIS EADEM TRADVCTIO: ET IN EAM COMMENTARIORVM AEDITIONIS SECVNDAE LIBER PRIMVS.

PRAEFATIO.



LEXANDER in cõmentatijs ſuis hac ſe impulſum cauſa/ pronunciat ſumpſiſſe longiſſimum expoſitionis laborem: q̃ in multis ille a priorũ ſententijs ſcriptorum diſſideret. Michi vero maior perſequendi operis cauſa eſt: q̃ non facile quiſq̃ vel tranſferendi vel etiam cõmẽtandi continuam ſumpſerit ſeriem. niſi q̃ Vegetius prętextatus: priores/ poſtremoſq; analyticos/ non vertendo Ariſtotelem latino ſermoni tradidit/ ſed tranſferendo Themiſtium. quod i qui vtroſq; legit: facile intelligit. Albinus quoq; de eiſdem rebus ſcripſiſſe perhibetur. cuius ego geometricos quidem libros ędditos ſcio: de dialectica vero diu multumq; quęſitos reperire non valui. Siue igitur ille omnino tacuit/ nos prætermiſſa dicemus: ſiue aliquid ſcripſit/ nos quoq; docti viri imitati ſtudium/ in eadem laude verſabimur. Sed quã q̃ multa ſunt Ariſtotelis quę ſubtiliſſima philoſophiæ arte celata ſũt: Vegetius. Themiſtius. Albinus.

hic tamen ante omnia liber nimis & acumine ſententiarum/ & verborum breuitate cõſtrictus eſt. quocirca plus hic/ q̃ in decẽ prędicamentorũ expoſitione ſudabitur. Prius ergo quid vox ſit/ diffiniendum eſt. hoc enim perſpicuo & manifeſto: omnis libri huius patefiet intentio.

¶ISAGOGE AD HVNC LIBRVM.

VOx eſt aeris per linguam percuſſio: quę per quaſdam gutturis partes/ quę arterię vocantur/ ab animali profertur. Sunt enim quidam alij ſoni/ qui eodem perficiuntur flatu: quos lingua non percutit/ vt eſt tuſſis. hęc enim flatu fit quodã per arterias egrediente: ſed nulla linguę impreſſione formatur/ atq; ideo nullis ſubiacet elementis. ſcribi enim nullo modo poteſt. quocirca hęc vox nõ dicitur/ ſed tantum ſonus. Illa quoq; poteſt eſſe diffinitio vocis: vt eam dicamus ſonum eſſe cum quadã imaginatione ſignificãdi. vox namq; cum emittitur: ſignificationis alicuius cauſa profertur. tuſſis vero cum ſonus ſit: nullius ſignificationis cauſa/ ſurrepit/ potius q̃ profertur. Quare quoniam flatus noſter ita ſe habet/ vt ſi ita percutiatur atq; formetur vt ſolum eum lingua percutiat: vox fit. ſi eum lingua ita percutiat/ vt terminato & circumſcripto quodam ſono vox exeat: locutio fit/ quę græce dicitur lexis. Locutio enim eſt articulata vox. neq; enim hũc ſermonem/ ideſt lexin dictionem dicemus: iccirco q̃ phaſin/ dictionem interpretantur/ lexin vero locutionem. Cuius locutionis partes ſunt litteræ: quę cum cõiunctę fuerint/ vnam efficiunt vocem coniunctam compoſitamq; quę locutio prædicatur. Siue autem aliquid quęcunq; vox ſignificet/ vt eſt hic ſermo homo: ſiue omnino nichil/ ſiue poſitum alicui nomen ſignificare poſſit vt eſt blictiri (hęc enim vox cum per ſe nichil ſignificet: poſita tamen vt alicui nomen ſit/ ſignificabit) ſiue per ſe quidem nichil ſignificet/ cum alijs vero iuncta deſignet/ vt ſunt coniunctiones: hęc omnia locutiones vocantur/ vt ſit propria locutionis forma/ vox compoſita quę litteris deſcribitur. Vt igitur ſit locutio: voce opus eſt/ ideſt eo ſono quem percutit lingua. & vt vox ipſa ſit per linguam determinata in eum ſonum qui inſcribi litteris poſſit: ſimiliter opus eſt eo ſono quem percutit lingua. ſed vt hęc locutio ſignificatiua ſit: illud quoq; addi oportet vt ſit aliqua ſignificandi imaginatio/ per quam id quod in voce vel in locutione eſt/ proferatur. Aut certe ita dicendum ſit. ſi in hoc flatu quem per arterias emittimus/ ſit liguę ſola percuſſio: vox eſt. ſi vero talis percuſſio ſit/ vt in litteras redigat ſonum: locutio ẽ. q̃ ſi vis quoq; q̃dã imaginationis addatur: illa ſignificatiua vox redditur. Cõcurrẽtib9 his tribus liguę pcuſſione/ articulato vocis ſonitu/ imaginatione aliqua pferẽdi: fit interptatio. Interptatio nãq; eſt vox articulata per ſeipſã ſignificãs. quocirca nõ omnis vox interptatio ẽ. ſunt

λεξις
φασις

quocirca quę ex aliqua vtilitate veniunt: ex paſſione quoq; venire neceſſe eſt. Nam vt diuina ſine vlla ſunt paſſione: ita nulla illis extrinſecus vtilitas valet adiungi. quę vero ſunt paſſibilia: ſemper aliquã cauſam atq; vtilitatem quibus ſubſtentẽtur/ inueniũt. quocirca huiuſmodi intellectus qui ad alterum oratione proferendi ſunt/ quoniam ex aliqua cauſa atq; vtilitate videtur eſſe collecti: recte paſſiones animi nominati ſunt. Et de intentione quidem/ & de libri inſcriptione/ & de eo q; hic maxime Ariſtotelis liber eſſe putandus eſt: hęc dicta ſufficiãt. Quid vero vtilitatis habeat: non ignorabit/ qui ſciet qua in oratione veritas conſtet & falſitas. in ſola enim enunciatiua oratione: hęc conſiſtunt. Iam vero quę diuidant verum falſumq;/ quęue definite vel quę varie & mutabiliter veritatem falſitatemq; partiantur/ quęue iuncta dici poſſint cũ ſeparata valeant prædicari/ quę ſeparata dicantur cum iũcta nõ ſint prædicata/ quę ſint negationes cum modo propoſitionum/ quę earum conſequentię/ aliaq; plura in ipſo opere cõſiderator poterit agnoſcere: quorũ magnã experietur vtilitatem/ qui animũ cura alicuius inueſtigationis aduerterit. ſed nunc ad ipſius Ariſtotelis verba veniamus.

Vtilitas.

¶DE SIGNIS. Cap. I.

» PRimum oportet conſtituere quid ſit nomẽ/ & quid verbum/ poſtea quid eſt ne»gatio & affirmatio/ & enunciatio/ & oratio. ¶Librum inchoans de quibus in libri omni ſerie tractaturus ſit: ante propoſuit. ait enim oportere prius de quibus diſputaturus eſt definire. hic enim cõſtituere/ definire intelligendũ eſt. determinandum nãq; eſt quid hęc omnia ſint: ideſt quid nomen ſit/ quid verbum &c. quę elementa interprætationis eſſe prædiximus. ſed affirmatio atq; negatio ſub interprætatione ſunt. quare nomen & verbum: affirmationis & negationis elementa eſſe manifeſtũ eſt. his eni compoſitis: affirmatio & negatio coniungũtur. ¶Exiſtit hic quędam queſtio/ cur duo tantũ ſe nomẽ & verbum determinare promittat: cũ plures partes orationis eſſe videãtur? ¶Quibus hoc dicendum eſt/ tantũ Ariſtotelẽ hoc libro definiſſe/ q̃tum illi ad id qđ inſtituerat tractare ſuffecerit. tractat namq; de ſimplici enunciatiua oratione quę ſcilicet huiuſmodi eſt: vt iũctis tãtũ verbis & nominibus cõponatur. ſi quis eni nomẽ iũgat & verbum/ et dicat Socrates ambulat: ſimplicẽ enũciatiuã fecit orationẽ. Enũciatiua namq; oratio eſt (vt ſupra memoraui) quę habet in ſe veri falſiue deſignationẽ. ſed in hoc qđ dicimus Socrates ambulat: aut veritas neceſſe eſt vt cõtineatur aut falſitas. hoc eni ſi ambulãte Socrate dicitur: verũ eſt. ſi nõ ambulãte: falſũ eſt. perficitur ergo enunciatiua oratio ſimplex: ex ſolis nominibus atq; verbis. Quare ſuperfluũ eſt quęrere/ cur alias quoq; quę videtur orationis partes/ nõ propoſuerit: qui non totius ſimpliciter orationis/ ſed tantũ ſimplicis enũciationis inſtituit elementa partiri/ quãq; hę duę proprie partes orationis dicẽdę ſũt/ nomẽ ſcilicet & verbum. hęc eni per ſeſe vtraq; ſignificãt. Cõiunctiones aũt vel præpoſitiones/ nichil omnino niſi cum alijs iũctę deſignãt. Participia vero verbo cognata ſunt: vel q; a gerũdiuo modo veniant/ vel q; tẽpus propria ſignificatione cõtineãt. Interiectiones vero atq; pronomina necnõ aduerbia: i nominis loco ponẽda ſunt/ iccirco q; aliquid definitũ ſignificãt/ vbi nulla eſt vel paſſionis ſignificatio vel actionis. q; ſi caſibus horũ quędã flecti nõ poſſunt: nichil ipedit. ſunt eni quędã nomina quę monoptota vocantur. Q; ſi quis longius iſta & nõ proxime petita eſſe arbitretur: illud tamẽ cõcedat qđ ſupra iã diximus/ nõ eſſe equũ calũniari ei/ qui nõ de omni oratione/ ſed tãtum de ſimplici enũciatione/ proponat: q; tantũ ſibi ad diffinitionẽ ſũpſerit q̃tum arbitratus ſit operi inſtituto ſufficere. quare dicẽdũ eſt Ariſtotelẽ nõ oĩs orationis partes/ opere hoc velle diffinire: ſed tantũ ſolius ſimplicis orationis enũciatiuę/ quę ſũt ſcilicet nomẽ & verbũ. Argumẽtum autẽ huius rei hoc eſt. poſtq̃ enim propoſuit dicẽs/ primũ oportet cõſtituere qđ ſit nomẽ/ & quid verbũ: nõ ſtatim (inqt) quid ſit oratio/ ſed mox addidit quid negatio & qđ affirmatio/ & qđ enunciatio/ poſtremo vero quid oratio. q; ſi de omni oratione loqueretur: poſt nomen & verbũ nõ de affirmatione & negatione/ & poſt hãc de enũciatione/ ſed mox de oratione diciſſet. Nunc vero quoniã poſt nominis & verbi ꝓpoſitionẽ/ affirmationẽ/ & negationẽ/ & enũciationẽ & poſt orationẽ propoſuit: cõfitendũ eſt id qđ ante diximus/ nõ orationis vniuerſalis/ ſed ſimplicis enũciatiuę orationis/ quę diuiditur in affirmationẽ atq; negationẽ/ diuiſionẽ partiũ facere voluiſſe/ q̃ ſũt nomina & verba. hęc eni per ſeipſa intellectũ ſimplicẽ ſeruãt: quę eędẽ dictiones vocãtur. ſed nõ ſolę dicuntur. Sunt namq; dictiones & alię quoq;/ vt orationes vel imperfectę/ vel perfectę. cuius plures eſſe partes ſupra iã docui: inter quas perfectę orationis ſpecies eſt enũciatio. Et huiꝰ quoq; alia ſimplex: alia cõpoſita ẽ. ¶De ſimplicis vero enũciatiõis ſpẽbꝰ iter philoſophos cõmẽtatoreſq; certat. Aiũt eni qdã affirmationẽ atq; negationẽ enũciatiõi vt ſpẽs ſuppõi oportere: i qbꝰ & Por. ẽ. Quidã vero nulla rõne cõlẽtiũt: ſed cõtẽdũt affirmationẽ & negationẽ ęquoca eẽ/ & vno qdẽ enũciatiõis vocabulo nũcupari. ꝑdicari aũt enũciationẽ ad vtraq; vt nomẽ ęqui-

Queſtio. Dilutio.

An affirmatio & negatio ſpecies ſit enunciationis.

nia m ſignificatiua ſunt/& ſignificatiua vox & articulata interpretationis nomine cõtinetur: de communi (vt dictũ eſt) vocabulo librum de interpretatione appellauit. Et Theophraſtus quidem in eo libro quẽ de affirmatione & negatione cõpoſuit: de enũciatiua oratione tractauit. & Stoici quoq; in his libris quos περὶ ἀξιωμάτων appellant: de eiſdem nichilominus diſputãt. ſed illi quidem & de ſimplici & de non ſimplici oratione enũciatiua ſpeculãtur: Ariſtoteles vero in hoc libro nichil niſi de ſola ſimplici enũciatiua oratione cõſiderat. Aſpaſius quoq; & Alexander ſicut in alijs Ariſtotelis libris: in hoc quoq; cõmentarios ẽdidere. ſed vterq; Ariſtotelem de oratione tractaſſe pronũciat. Nam ſi proferre aliquid oratione (vt aiunt ipſi) interpretari ẽ: de interpretatione nimirũ liber veluti de oratione perſcriptus eſt/quaſi vero ſola oratio/ & non verba quoq; & nomina interpretationis vocabulo cõcludãtur. æque namq; & oratio & verba ac nomina/que ſunt interpretationis elementa: nomine interpretationis vocãtur. Sed Alexãder addidit imperfecte ſeſe habere libri titulũ. neq; enim deſignare de qua oratione perſcripſerit. multę namq; (vt dictũ eſt) ſunt orationes. ſed adiſciendũ vel ſubintelligendũ putat: de oratione illum ſcribere philoſophica vel dialectica/ideſt qua verũ falſumq; valeat expediri. Sed q ſemel ſolam orationem interpretationis nomine vocari recipit: in intellectu quoq; ipſius inſcriptionis errauit. cur enim putaret imperfectũ eſſe titulũ: quoniã nichil de qua oratione diſputaret/adiecerit/vt ſi quis interrogans quid eſt homo/alio reſpondẽte animal: culpet ac dicat imperfecte illum dixiſſe quid ſit/quoniam nõ ſit omnes differentias perſecutus? q; ſi huic/ideſt homini ſunt quędam alia cõmunia ad nomẽ animalis: nichil tamen ipedit perfecte demonſtraſſe quid homo eſſet/eum qui animal dixerit. ſiue enim differẽtias addat quis/ſiue nõ: hominẽ animal neceſſe eſt eſſe. Eodem quoq; modo & de oratione/ſi quis hoc concedat primũ nichil aliud interpretationem dici niſi orationẽ: cur qui de interpretatione inſcripſerit & de qua interpretatione dicat nõ addiderit/culpetur? Nũ enĩ eſt ſatis eum libri titulũ etiam de aliqua cõtinenti cõmunione feciſſe (vt nos eum & de nominibus & verbis & orationibus/cum hęc omnia vno interpretationis nomine cõtinerẽtur/ ſupra feciſſe docuimus) cũ hic liber ab eo de interpretatione nominatur? Sed q addidit illam interpretationẽ ſolã dici/qua ĩ oratione poſſit veritas & falſitas inueniri/vt eſt enũciatiua oratio: fingentis eſt (vt ait Porphyrius) potius ſignificationem nominis q̃ docẽtis. atq; ille quidẽ & in intẽtione libri/& in titulo falſus eſt. ¶ Sed non eodẽ modo de iudicio quoq; libri huius erat. Andronicus enim librũ hũc Ariſtotelis eſſe non putat: quẽ Alexãder vere fortiterq; redarguit. quia cum acutũ diligẽtemq; Ariſtotelẽ librorũ & iudicẽ & repertorẽ iudicauerit antiquitas: cur in huius libri iudicio ſit falſus/prorſus eſt magna admiratione digniſſimum. Nõ eſſe namq; proprium Ariſtotelis hinc conatur oſtendere. quoniã quędã Ariſtoteles in principio libri huius de intellectibus animi tractat: quos intellectus animę paſſiones vocauit/& de his ſe plenius in libris de anima diſputaſſe cõmemorat. & quoniã paſſiones animę vocabat vel triſtitiã vel gaudium vel cupiditatem vel alias huiuſmodi affectiones: dicit Andronicus ex hoc probari hunc librum Ariſtotelis non eſſe/q; de huiuſmodi affectionibus nichil in libris de anima tractauiſſet/non intelligens in hoc libro Ariſtotelem paſſiones animę nõ pro affectionibus/ſed pro intellectibus poſuiſſe. His Alexãder multa alia addit argumẽta: cur hoc opus maxime Ariſtotelis eſſe videatur. Ea namq; dicũtur hic/ quę ſententijs Ariſtotelis q̃ ſunt de enunciatiua oratione cõſentiant. Illud quoq; q; ſtilus ipſe propter breuitatem pręſſior/ ab Ariſtotelis obſcuritate nõ diſcrepat. vel q; Theophraſtus vt in alijs ſolet/cum de ſimilibus rebus tractat quę ſcilicet ab Ariſtotele ante tractata ſunt: in libro quoq; de affirmatione & negatione ijſdem aliquibus verbis vtitur/quibus ĩ hoc libro Ariſtoteles vſus eſt. Idẽ quoq; Theophraſtus dat ſignum hũc Ariſtotelis librum eſſe. in omnibus enim de quibus ipſe diſputat poſt magiſtrum/leuiter ea tangit quę ab Ariſtotele dicta ante cognouit: alias vero diligentius res non ab Ariſtotele tractatas/exequitur. hic quoq; idem faciat. Nam quę Ariſtoteles hoc libro de enunciatione tractauit: leuiter ab illo tranſcurſa ſunt. quę vero magiſter eius tacuit: ipſe ſubtiliori modo conſiderationis adiecit. Addidit quoq; hãc cauſam: quoniam Ariſtoteles quidem de ſyllogiſmis ſcribere animatus/nunq; id recte facere potuiſſet/niſi quędã de propoſitionibus annotaret. Michi quoq; videtur hoc ſubtiliter perpendentibus liquere: hũc librum ad analyticos eſſe prępparatum. Nam ſicut hic de ſimplici propoſitione diſputat: ita quoq; in analyticis de ſimplicibus tantum conſiderat ſyllogiſmis/vt ipſa ſyllogiſmorum propoſitionumq; ſimplicitas/nõ ad aliud niſi ad continens opus Ariſtotelis pertinere videatur. Quare non eſt audiẽdus Andronicus: qui propter paſſionum nomen/ hunc librum ab Ariſtotelis operibus ſeparat. Ariſtoteles enĩ iccirco paſſiones animæ intellectus vocauit: q; intellectus quos ſermone dicere/& oratione proferre cõſueuimus: ex aliqua cauſa atq; vtilitate profecti ſunt. vt enim diſperſi homines colligerentur/ & legibus vellent eſſe ſubiecti/ ciuitateſq; condere: vtilitas quædam fuit & cauſa.

De inſcriptione huius libri.

Cuius ſit liber perihermenias.

additum q̄ non eſſet inutile enũciationem genus affirmationis & negationis accipi oportere: q̄ quãq̄ (vt dictũ eſt) ad prolationem prior eſt affirmatio/ tamẽ ad ipſam enũciationẽ/ ideſt veri falſiq; rim/ vtraſq; ęqualiter ſub enũciatione Ariſtoteles cõſtituit. Id etiam Ariſtotelem probare dicit. præmiſſit enim primam negationem: ſecundã poſuit affirmationẽ. quę res nichil habet vicij/ ſi ad ipſam enũciationẽ affirmatio & negatio ponãtur ęquales. quę enĩ natura æquales ſũt: nichil retinent contrarij indifferenter acceptę. Eſt igitur ordo: q̄ propoſuit primũ totius orationis elemẽtũ ſcilicet nomen & verbũ/ poſt hęc negationem & affirmationẽ/ quę ſpecies enũciationis ſunt. quorũ genus/ ideſt enunciationẽ tertiã nominauit: quartã vero orationẽ poſuit/ quę ipſius enũciationis genus eſt. & horũ ſe diffinitiones omniũ daturũ eſſe promiſit. quas interim relinquens atq; pręteriẽs & in poſteriorẽ tractatũ differẽs: illud nũc addit/ quę ſunt verba & nomina/ aut quid ipſa ſignificent. ¶ Quare anteq̄ ad verba Ariſtotelis ipſa veniamus: pauca communiter de nominibus atq; verbis/ & de ijs quę ſignificantur a verbis ac nominibus/ diſputemus. Siue enim quęlibet perpetua interrogatio ſit atq; reſponſio/ ſiue perpetua cuiuſlibet orationis cõtinuatio/ atq; alterius auditus & intelligentia/ ſiue hic quidem doceat/ ille vero diſcat: tribus his totus orandi ordo perficitur/ rebus/ intellectibus/ atq; vocibus. Res enim ab intellectu concipitur. Vox vero cõceptiones animi/ intellectuſq; ſignificat. Ipſi vero intellectus: & cõcipiunt ſubiectas res/ & ſignificantur a vocibus. Cum igitur tria ſint hęc per quę omnis oratio collocutioq; perficitur/ res quę ſubiectæ ſunt/ intellectus qui res concipiunt/ & rurſus a vocibus ſignificantur/ voces vero quę intellectus deſignant: quartũ quoq; quiddã eſt/ quo voces ipſę valeant deſignari. id autem ſunt litterę. ſcriptę namq; litteræ: ipſas ſignificant voces. Quare quatuor iſta ſunt: vt litterę quidem ſignificent voces/ voces vero intellectus/ intellectus autẽ res cõcipiant/ quę ſcilicet habẽt quãdam nõ confuſam neq; fortuitam conſequẽtiã/ ſed terminato naturæ ſuę ordine conſtãt. res enim ſemper comitantur eum/ qui ab ipſis cõcipitur/ intellectũ: ipſum vero intellectum vox ſequitur/ ſed voces elementa/ ideſt litterę. rebus enim ante propoſitis & in propria ſubſtantia conſtitutis: intellectus oriuntur. Rerum enim ſemper intellectus ſunt: quibus iterum cõſtitutis mox ſignificatio vocis exoritur. præter intellectum nãq; vox penitus nichil deſignat. Sed quoniam voces ſunt: iccirco litterę quas vocamus elemẽta/ repertę ſunt/ quibus vocum qualitas deſignetur. ad cognitionem vero/ cõuerſim ſeſe res habet. nãq; apud quos eędem ſunt litterę/ & qui eiſdem elementis vtũtur: eiſdem quoq; nominibus eos ac verbis/ ideſt vocibus vti neceſſe eſt. & qui vocibus eiſdem vtuntur: ijdẽ quoq; apud eos intellectus in animi conceptione verſantur. Sed apud quos ijdem intellectus ſunt: eaſdẽ res eorũ intellectibus ſubiectas eſſe manifeſtum eſt. ſed hoc nulla ratione conuertitur. Nãq; apud quos eędem res ſunt/ ijdemq; intellectus: nõ ſtatim eędem voces/ eędẽq; ſunt litteræ. nã cum rhomanus/ gręcus/ ac barbarus ſimul videant equũ: habent quoq; de eo eundem intellectũ/ q̄ equus ſit/ & apud eos eadẽ res ſubiecta eſt/ idẽq; a re ipſa cõcipitur intellectus. ſed gręcus aliter equũ vocat: alia quoq; vox in equi ſignificatione rhomana eſt. & barbarus ab vtroq; in equi deſignatione diſſentit. quocirca diuerſis quoq; voces proprias/ elemẽtis inſcribũt. Recte igitur dictum eſt apud quos eędem res/ ijdẽq; intellectus ſunt: nõ ſtatim apud eos/ vel eaſdẽ voces/ vel eadẽ elemẽta cõſiſtere. prędedit autẽ res intellectũ/ intellectus vero vocẽ/ vox litteras. ſed cõuerti hoc nõ poteſt. neq; ſi litterę ſunt: mox aliqua ex his ſignificatio vocis exiſtit. hominibus nãq; qui litteras ignorant: nullum nomẽ quęlibet elemẽta ſignificãt/ quippe q̄ neſciũt. Neq; ſi voces ſunt: mox intellectus eſſe neceſſe eſt. plures enĩ voces inueniũtur: quę nichil omnino ſignificẽt. nec intellectui quoq; ſubiecta eſt res ſemper. ſunt enĩ intellectus ſine re vlla ſibi ſubiecta: vt quos cẽtauros vel chimeras poetę finxerũt. horũ enĩ intellectus ſunt: quibus ſubiecta ẽ nulla ſubſtãtia. Sed ſi quis ad naturã redeat/ eamq; cõſideret diligẽter: agnoſcet cũ res eſt/ eius quoq; intellectũ eſſe. q̄ ſi nõ apud homines: certe apud deũ/ qui propria diuinitatis ſubſtãtia in propria natura ipſius rei nichil ignorat. et ſi eſt intellectus: & vox eſt. q̄ ſi fuerit vox: eius quoq; ſunt litteræ. quę ſi ignorantur: nichil ad ipſam vocis naturã. Neq; enim quaſi cauſa quędã eſt vocũ intellectus aut vox cauſa litterarum: vt cũ eędem ſint apud aliquos litterę/ neceſſe ſit eadem quoq; eſſe nomina & verba. Ita quoq; cum eędẽ ſint res vel intellectus apud aliquos: nõ mox neceſſe eſt intellectuũ ipſorũ vel rerum eadẽ eſſe vocabula. Namq; cũ eadẽ ſit & res & intellectus hominis: apud diuerſos tamẽ homines huiuſmodi ſubſtãtia aliter & diuerſo nomine nũcupatur. quare voces quoq; cũ eędem ſint: poſſunt litterę eſſe diuerſę. vt in hoc nomine qđ eſt homo: cũ vnũ ſit nomẽ/ diuerſis litteris ſcribi poteſt. nã q̄ latinis ſcribi poteſt: poteſt etiã gręcis/ põt aliis nũc primũ iuẽtis litterarũ figuris. Quare quoniã apud quos eędẽ res ſũt/ eoſdẽ intellect⁹ eſſe neceſſe ẽ/ apud quos ijdẽ itellect⁹ ſunt/ voces eędẽ nõ ſunt/ & apud quos eędẽ voces ſũt/ nõ neceſſe ẽ eadẽ elemẽta cõſtitui: dicẽdũ eſt res/ & intellectus/ quoniam apud oẽs ijdem ſunt/ eſſe naturaliter cõſtitutos. voces vero atq;

Intellect⁹q; accuſatiu⁹ pluralis. & ij intellectus ſunt qui res cõcipiũt/ id eſt qui ſunt cõceptiões rerũ inſtrumẽtaq; cõcipiendi.

uocum/ non vt genus vniuocū:quorum princeps Alexander eſt/ quorū contētiones apponere non videtur inutile.Ac prius quibus modis affirmationē atq; negationē nō eſſe ſpecies enūciationis Alexander putet:dicendū eſt.poſt vero addā qua Porphyrius hęc/argumētatione diſſoluerit. ¶Alexāder nāq; iccirco dicit nō eē ſpecies enūciationis affirmationē & negationē:quoniam affirmatio prior ſit.priorē vero affirmationē iccirco conatur oſtendere: q̄ omnis negatio affirmationem tollat ac deſtruat.q̄ ſi ita eſt:prior ē affirmatio/ quę ſubruatur/ q̄ negatio q̄ ſubruat.in quibus autē prius aliquid & poſterius eſt:illa ſub eodē genere poni nō poſſunt. vt in eo titulo prædicamētorū dictū eſt:qui de eis quę ſunt ſimul/ inſcribitur. ¶Amplius,negatio(inqt) diuiſio eſt:affirmatio cōpoſitio atq; cōiūctio eſt.Cum enim dico Socrates viuit:vitā cū Socrate coniūxi.cū dico Socrates nō viuit:vitam a Socrate diſiunxi. diuiſio igitur quędā negatio ē: & coniūctio affirmatio. cōpoſiti autē eſt coniunctiq;/ diuiſio. igitur affirmatio/ quędā eſt coniūctio:negatio vero/ cōpoſiti coniūctiq; eſt diuiſio.prior igitur eſt coniūctio/ qđ eſt affirmatio: poſterior vero diuiſio/ qđ eſt negatio. ¶Illud quoq; adiecit/ q̄ omnis per affirmationē facta enunciatio:ſimplicior ſit per negationē facta enunciatione.Ex negatione eni/ particula negatiua ſi ſublata ſit:affirmatio ſola reliquitur.De eo eni qđ eſt Socrates nō viuit:ſi nō particula quę ē ad verbum auferatur/remanet Socrates viuit. ſimplicior igitur affirmatio eſt q̄ negatio. prius vero ſit neceſſe eſt qđ ſimplicius eſt. ¶In quātitate etiam/ qđ ad quantitatē minus eſt:prius eſt eo qđ ad quātitatē plus eſt.omnis vero oratio quantitas eſt.ſed cū dico Socrates ambulat:minor oratio eſt/ q̄ cū dico Socrates nō ambulat.quare quoniā ſecūdū quātitatē affirmatio minor eſt: eam priorē quoq; eſſe neceſſe eſt. ¶Illud quoq; adiūxit affirmationē quendā eſſe habitū/ negationem vero priuationē:ſed prior eſt habitus priuatione.affirmatio igitur / negatione prior eſt. Et ne ſingula perſequi laborē:cū his alijſq; modis demonſtret affirmationem negatione priorē eſſe/a cōmuni eas genere ſeparauit.Nullus enim ſpecies arbitratur ſub eodē genere eſſe poſſe: in quibus prius vel poſterius aliquid conſideratur. ¶Sed Porphyrius ait ſeſe docuiſſe ſpecies enūciationis eſſe affirmationē & negationem in ijs cōmentarijs quos in Theophraſtū edidit. hic vero Alexādri argumētationē tali ratione diſſoluit. Aut eni nō oporteret arbitrari quęcūq; quolibet modo priora eſſent alijs/ea ſub eodem genere nō poſſe poni:ſed quęcunq; ſecundum eſſe ſuum atq; ſubſtātiā priora vel poſteriora ſunt/ ea ſola ſub eodem genere nō ponūtur.& recte dicitur.Si enim quicquid quolibet modo prius eſt/ cū eo qđ poſterius eſt ſub vno genere eſſe non poteſt:nec primis ſubſtantijs & ſecūdis cōmune genus poterit eſſe ſubſtantia.qđ qui dicit: a recto ordine rationis exorbitat.Sed quemadmodū/ quāq; ſūt primę & ſecūdę ſubſtātiæ: tamē vtręq; ęqualiter in ſubiecto nō ſunt.& iccirco eſſe ipſorum ex eo pendet/ q̄ in ſubiecto non ſunt. atq; ideo ſub vno ſubſtantię genere collocātur. ita quoq; quāq; affirmationes negationibus in orationis prolatione priores ſūt/ tamē ad eſſe atq; ad naturam propriam ęqualiter enūciatione participant.Enūciatio vero eſt in qua veritas & falſitas inueniri poteſt. qua in re: & affirmatio & negatio ęquales ſunt. æqualiter enim affirmatio & negatio veritate & falſitate participant. Quocirca/ quoniam id qđ ſunt affirmatio & negatio/ ęqualiter ab enunciatione partícipāt: a cōmuni eas enunciationis genere diuidi non oportet.michi quoq; videtur q̄ Porphyrij ſit ſequēda ſententia:vt affirmatio & negatio cōmuni enūciationis generi ſupponantur. Longa nāq; illa & multiplicia argumenta Alexandri ſoluta ſunt: cum demonſtrauit Porphyrius non modis omnibus ea quę priora ſunt/ ſub cōmuni genere conſtitui atq; poni non poſſe. ſed quæcūq; ad eſſe proprium/ atq; ſubſtantiā priora ſunt:illa ſola ſub communi genere conſtitui atq; poni non poſſe. ¶Syrianus vero cui Philoxenus cognomen eſt/ hoc loco q̄rit:cur proponēs prius de negatione/ poſt de affirmatione pronunciauerit/ dicens.primum oportet cōſtituere quid ſit nomē/ & quid verbū/ poſtea quid negatio & affirmatio.& primo quidem nichil ipropriū dixit.quoniam in quibus affirmatio poteſt & negatio prouenire: prius eſſe negatio/ poſtea vero affirmatio poteſt.vt de Socrate ſi ſanus ē:poteſt ei talis affirmatio aptari vt de eo dicatur Socrates ſanus eſt.& huiuſmodi poteſt aptari negatio vt de eo dicatur:Socrates ſanus nō eſt. quoniā ergo in eo affirmatio & negatio poterit prouenire : prius euenit vt ſit negatio/ q̄ affirmatio.ante enim q̄ natus eſſet:potuit de eo dici Socrates ſanus nō eſt.qui eni natus non erat:nec eſſe poterat ſanus. Huic illud adiecit ſeruare Ariſtotelē conuerſā propoſitionis et executionis diſtributionē. hic eni prius poſt nomē & verbū/ de negatione ꝓpoſuit:poſt de affirmatiōe/ & hic de enūciatione/ tertio de affirmatione/ poſtremo vero de oratione. ſed ꝓpoſita diffinitione nomis & verbi: priꝰ orationē/poſtea enūciationē & affirmationē/ vltimo vero loco negationē determinauit/ quā hic poſt ꝓpoſitionē verbi/ & noīs primā locauerat. Vt igit ordo ſeruareť cōuerſus:iccirco negationē priꝰ ait eē ꝓpoſitā.q̄ i expoſitiōe ab Alexādri quoq; ſētētia nō diſcedit. Illud quoq; ē

Alexandri ſententia.

Prima ratio

2

3

4

5

Porphyrij

Queſtionis reſolutio.

Alia q̄ſtio.

antiſquorum philoſophorum ſentẽtias cõſtitiſſe: quid eſſet propriẽ q; vocibus ſignificaretur. putabant namq; alij res vocibus deſignari: earũq; vocabula eſſe ea quæ ſonuerint in vocibus arbitrabantur. Alij vero incorporeas quaſdã naturas meditabantur/ quarum eſſent ſignificatiões quęcũq; vocibus deſignarentur/ Platonis aliquo modo ſpecies incorporeas emulati/ dicẽtis hoc ipſum homo & hoc ipſum equus/ non hãc cuiuſlibet ſubiectã ſubſtantiam: ſed ipſum illũ hominem ſpecialẽ et illum ipſum equũ vniuerſaliter et incorporaliter cogitantes/ incorporales quaſdam naturas conſtituebant/ quas ad ſignificandum primas venire putabant/ et cum alijs item rebus in ſignificationibus poſſe coniungi/ vt ex his aliqua enũciatio vel oratio conficeretur. Alij vero ſenſus/ alij imaginationes ſignificari vocibus arbitrabantur. Cũ igitur iſta eſſet contentio apud ſuperiores et hoc vſq; ad Ariſtotelis peruenĩſſet etatem: neceſſe fuit vt qui nomẽ et verbũ ſignificatiua eſſe dicturus erat/ prædiceret quorũ iſta deſignatiua ſint. Ariſtoteles enim nominibus et verbis res ſubiectas ſignificari non putat: nec vero ſenſus vel etiam imaginatio. ſenſuũ quidẽ nõ eſſe ſignificatiuas voces/ nomina et verba: in opere de iuſtitia ſic declarat dicens φυσει γαρ διηρεχθησαν τα ρηματα και τα αισθηματα. quę ĩterpręari latine poteſt hoc modo. Natura eni ſunt diuerſa intellectus et ſenſus. differre igitur aliquid arbitratur ſenſus atq; intellectus. ſed qui paſſiones animę a vocibus ſignificari dicit: is nõ de ſenſibus loquitur. ſenſus enim paſſiones corporis ſunt. ſi igitur ita dixiſſet paſſiõcs corporis a vocibus ſignificari: tũc merito ſenſus intelligeremus. Sed quoniam paſſiones animę nomina et verba ſignificare propoſuit: non ſenſus/ ſed intellectus eum dicere putãdum eſt. Sed quoniã imaginatio quoq; res animæ eſt: dubitauerit aliquis ne forte paſſiones animę imaginationes/ quas greci phãtaſias vocãt/ dicat. ſed hęc in libris de anima veriſſime diligentiſſimeq; ſeparauit dicens. εστι δε φαντασια ετερον καταφασεως και αποφασεως. συμπλοκη γαρ ρηματων εστι το αληθες η ψευδος. τα δε πρωτα ρηματα τι διοισει του μη φαντασματα ειναι η ουδε τα αλλα φαντασματα αλλου χαριν φαντασματων. Quod ſic interpręatũ. Eſt aũt imaginatio diuerſa ab affirmatione et negatione. complexio namq; intellectuũ eſt veritas vel falſitas. primi vero intellectus/ quid diſcrepabunt vt nõ ſint imaginationes? an certe neq; hæc ſunt imaginationes/ ſed ſine imaginationibus non ſunt? q; ſentẽtia demõſtrat aliud quidem eſſe imaginationes aliud intellectus: ex intellectuum quidem complexione affirmatiões fieri et negationes. Quocirca illud quoq; dubitauit: vtrum primi intellectus imaginatiões quędã eſſent. primos autem intellectus dicimus: qui ſimplicẽ rem concipiunt. vt ſi quis dicat Socrates ſolum/ dubitetq; vtrum huiuſmodi intellectus/ qui in ſe nichil neq; veri continet neq; falſi: intellectus ſit/ an ipſius Socratis imaginatio. Sed de hoc quoq; aperte quidem videtur oſtendere. ait enim an certe neq; hæc ſunt imaginatiões: ſed nõ ſine imaginationibus ſunt? Id enim qđ hic ſermo ſignificat qui eſt Socrates/ vel alius ſimplex: non eſt quidẽ imaginatio/ ſed intellectus/ qui intellectus prętter imaginationẽ fieri non poteſt. Senſus enim atq; imaginatio quædã primę figurę ſunt: ſupra quas velut fundamento quodã/ ſuperueniens intelligentia vtatur. Nam ſicut pictores ſolẽt deſignare lineati corpus atq; ſubſternere/ vbi coloribus cuiuſlibet exprimant vultũ: ſic ſenſus atq; imaginatio naturaliter in anima pceptiõe ſubſternitur. Nã cũ res aliqua ſub ſenſum vel cogitationem cadit: prius eius neceſſe eſt vt quędã imaginatio naſcatur/ poſt vero plenior ſuperueniat intellectus/ cunctas eius explicans partes/ q̃ confuſę fuerant i imaginatione prędũptę. quocirca imperfectum quiddã eſt imaginatio. nomina vero et verba non curta quędã: ſed perfecta ſignificant. quare recta Ariſtotelis ſententia eſt quęcũq; in verbis nominibuſq; verſantur: ea neq; ſenſus neq; imaginationes/ ſed ſolã ſignificare intellectuum qualitatẽ. Vnde illud quoq;/ ab Ariſtotele fluentes Peripatetici rectiſſime poſuere tres eſſe orationes: vnã quę ſcribi poſſit elementis/ alteram quæ voce proferri/ tertiã quę cogitatione connectit. vnãq; intellectibus/ alteram voce/ tertiam litteris cõtineri. quocirca quoniã id quod ſignificaretur a vocibus/ intellectus eſſe putabat/ nomina vero et verba ſignificatiua eſſe in eorũ erat diffinitionibus poſiturus: recte quorum eſſent ſignificatiua prædixit/ errorẽq; lectoris ex multiplici veterum lite venientem/ ſententię ſuæ manifeſtatione cõpeſcuit. atq; hoc modo nichil in eo deprehenditur eſſe ſuperfluũ/ nichilq; ab ordinis continuatione ſeiunctum. ¶ Quęrit vero Porphyrius: cur ita dixerit/ ſunt ergo ea quæ ſunt in voce et non ſic/ ſunt ergo voces. & rurſus cur ita/ et ea quæ ſcribuntur: et non dixerit/ & litterę. quod reſoluit hoc modo. Dictũ eſt tres eſſe apud Peripateticos orationes: vnam quæ litteris ſcribitur/ aliã quę profertur in voce/ tertiam quę conſtituitur in animo. Qz ſi tres orationes ſunt: partes quoq; orationis triplices eſſe nulla dubitatio eſt. Quare quoniam verbũ & nomen principaliter partes orationis ſunt: erũt alia verba & nomina quæ ſcribãtur/ alia quę dicantur/ alia quæ tacita mente tractentur. Ergo quoniã propoſuit dicens/ primum oportet cõſtituere qđ ſit nomẽ et qđ ſit verbũ/ triplex aũt nominũ natura eſt atq; verborũ: de qbus potiſſimũ

Significari/ principaliter et ſignificatiõe primaria.

Quæſtio

litteras/quoniã diuersis hominum positionibus permutantur:non esse naturaliter sed positiõe. Concludendũ est igitur quoniã apud quos elementa sunt eadem:apud quoq; eos eædem voces sunt.et apud quos eędem voces sunt:ĳdem sunt intellectus. apud quos autem ĳdem sunt intellectus:apud eos quoq; res eędem subiectæ sunt.Rursus apud quos eædẽ res sũt:ĳdem quoq; sũt intellectus.apud quos ĳdẽ intellectus:nõ eędẽ voces sunt.nec apud quos eędẽ voces sunt: eisdẽ semper litteris verba ipsa vel nomina designãtur.Sed nos in supradictis sentẽtijs: elemẽto atq; littera promiscue vsi sumus.quę aũt sit horũ distãtia/paucis absoluã. Littera inscriptio est atq; fi gura partis minimę vocis articulatæ.Elemẽtum vero sonus ipsius inscriptionis.vt cũ scribo litteram quæ est a:a/ formula ipsa q atramento vel graphio scribitur/littera nominatur.ipse vero sonus/quo ipsam litterã voce proferimus:dicitur elemẽtum. quocirca hoc cognito illud dicẽdũ est:q; is qui docet/vel qui cõtinua oratione loquitur/vel qui interrogat/cõtrarie se habet ijs vel discunt/vel qui audiũt/vel respondẽt in his tribus voce scilicet/intellectu/et re.ꝑtermittãtur litterę propter eos/ qui earũ sunt expertes.Nam qui docet/et qui dicit et qui interrogat:a rebus ad intellectũ profectus per nomina et verba vim proprię actiõis exercet atq; officium. Rebus enim subiectis ab his capiũt intellectus:et per nomina et verba pronũciant.qui vero discit/vel qui audit/vel qui respõdet:a nominibus ad intellectus progressus / ad res vsq; peruenit.Accipiens enĩ is qui discit/vel qui audit/vel qui respondet docentis/vel dicentis/vel interrogantis sermonem: quid vnusquisq; illorum dicat intelligit/et intelligens rerũ quoq; scientiam capit/et in ea consistit. Recte igitur dictũ est in voce/intellectu atq; re contrarie se se habere eos qui docẽt/dicũt/interrogant:atq; eos qui discunt/audiunt/et respondent.Cum igitur hæc sint quattuor litterę/voces/intellectus/et res:proxime quidẽ et pricipaliter litterę verba et nomina significant/hæc vero principaliter quidẽ intellectus/secundo vero loco res quoq; designãt. Intellectus vero ipsi nichil alterius nisi rerũ significatiui sũt. Antiquiores vero quorũ est Plato/Aristoteles/siue Chrysippus/et Xenocrates:hi inter res et significationes intellectuũ/medios sensus ponũt in sẽsibilibus rebus vel imaginatiões quasdã/in qbus intellect?/ipsius origo cõsistat.Et nũc qdẽ qd de hac re Stoici dicũt/ prętermittendũ est.hoc autẽ ex his omnibus solu cognosci oportet.q; ea quę sũt in litteris eam significẽt orationẽ quę in voce consistit/et q; ea quę est vocis oratio/animi atq; intellectus orationem designet quę tacita cogitatione conficitur/et q; hęc intellectus oratio/subiectas principaliter sibi res concipiat ac designet.Ex quibus quattuor/duas quidem Aristoteles esse naturaliter dicit res/et animi cõceptiones idest eam quæ sit in intellectibus orationẽ/iccirco q; apud omnes eędẽ atq; immutabiles sint:duas vero nõ naturaliter sed positione cõstituit quæ sunt scilicet verba et nomina et litterę/quas iccirco naturaliter fixas esse nõ dicit/q; vt supra demonstratum est)non eisdẽ vocibus omnes:aut eisdem vtantur elementis/atq; hoc est quod ait,

» ¶Sũt ergo ea quę sunt in voce earũ quę sunt in anima passionũ notę:& ea q̃ scribunt/eorũ quæ
» sũt in voce. ¶Et quẽadmodũ nec litterę omnibus eędẽ.sic nec eędẽ voces.Quarũ aũt hę primũ no-
» tę sunt/eędem omnibus passiones animę sunt:et quarũ hę similitudines/res etiã eędem . De his
» vero dictum est in ijs qui sũt de anima.alterius enim est negocij. ¶Cũ igitur prius prępositsset nomen et verbum/et quęcunq; secutus est/postea se diffinire promisisset: hęc interim prætermittens/de passionibus animę deq; earum notis/quę sũt scilicet voces/pauca pręmittit.Sed cur hoc ita interposuerit:plurimi commentatores causas reddere neglexerunt.sed a tribus tantum quãtum adhuc sciam:ratio huius interpositiõis explicata est.quorũ Hermynij quidem a rerũ veritate longe disiũcta est.ait enim iccirco Aristotelem de notis animę passionũ interposuisse sermonem.vt vtilitatem propositi operis inculcaret.Disputaturus enim de vocibus quę sunt notę animę passionũ: recte de his quædã ante præmittit.Nam cũ sue nullus animę passiones ignoret:notas quoq; cũ animę passionibus non nescire vtilissimum est.neq; enim illę cognosci possunt/ nisi per voces quę sunt earũ scilicet notę. Alexãder vero aliã huiusmodi interpositionis reddit causam.quoniam inquit nomina et verba interpretatione simplici continentur: oratio vero ex verbis nominibusq; coniuncta est et in ea iam veritas aut falsitas inuenitur. siue autem quilibet sermo sit simplex / siue iam oratio cõiũcta atq; cõposita:ex ijs quę significãtur momentum sumũt. In illis enim prĩ est eorũ ordo et cõmentia:post redundat in voces.quocirca quoniã significãtium momentũ ex ijs quę significantur oritur:iccirco prius nos de ijs quę voces ipsę significant/docere proponit.Sed Hermynjus hoc libro repudiãdꝰ est.nichil enim tale quod ad causas propositę sententiæ ptineret/explicauit.Alexãder vero strictĩ proxima intelligentia ꝑtigit quidẽ causam/non tamẽ principalem rationem Aristotelicę propositionis exoluit.Sed Porphyrius hic ipsam plenius causam originẽq; sermonis huius ante oculos collocauit:qui omnem apud priscos philosophos de significationibus cõtentionẽ litẽq; retexuit. Ait nanq; dubie apud

Quid littera.

Quid elementum.

Hermynius

Alexander

Porphyrius

ſunt in anima paſſionum notę. Nã cum ea quę ſunt in voce res intellectuſq; ſignificent: principa liter quidem intellectus/res vero quas ipſa intelligentia compræhendit / ſecundaria ſignificatione per intellectuũ medietatẽ. Intellectus nãq; ipſi: nõ ſine quibuſdã paſſiõibus ſunt quę in animam ex ſubiectis veniunt rebus. Paſſus enim quilibet eius rei proprietatem/quã intellectu complectitur: ad eius enunciationem deſignationemq; cõtendit, cum enim quis aliquã rem intelligit: prius imaginatione formã neceſſe eſt intellectę rei proprietatemq; ſuſcipiat/& fiat vel paſſio vel cum paſſione quędam intellectus perceptio. hac vero poſita ac in mẽtis ſedibus collocata: fit indicã dę ad alterũ paſſionis volũtas/cui actus quidẽ cõtinuandę intelligentię protinus ex intimę rationis proprietate ſuperuenit/quẽ explicat ſcilicet et effũdit oratio nitẽs / ea quæ primitus in mẽte fundata eſt paſſiõe/ſiue quod eſt verius/quẽ ſignificatiõe progreſſa oratio explicat progrediente ſimul & paſſiõe ſignificãte/ac ſe oratiõis motibus adęquãte. fit vero hæc paſſio vel vt figurę alicuius impræſſio: ſed ita vt in animo fieri cõſueuit. Aliter nãq; naturaliter eſt in re qualibet propria figura: aliter vero eius ad animũ forma tranſfertur. vel vt non eodem modo cerę vel marmori vel chartis litterę/ideſt vocũ ſigna mandãtur: et imaginationem Stoici a rebus in animam tranſlatam loquuntur/ſed cũ adiectione ſemper dicentes/vt in anima fieri conſueuit. Quocirca cum omnis animæ paſſio quędã rei videatur eſſe proprietas: porro autem cũ deſignatiuę voces intellectuũ principaliter/rerum dehinc a quibus intellectus profecti ſunt ſignificatione nitantur/quicquid eſt in vocibus ſignificatiuum/id animæ paſſiões deſignat. ſed hæ paſſiones animorũ/ex rerum ſimilitudine procreãtur. Videns nãq; aliquis ſpheram/vel quadratũ/vel quamlibet rerũ aliã figuram: eam i animi intelligentia quadam vi ac ſimilitudine capit. nã qui ſpheram viderit: eius ſimilitudinẽ in animo perpendit & cogitat. atq; eius animo quandam paſſus imaginem: id cuius imaginẽ patitur agnoſcit. Omnis vero imago/rei cuius imago eſt: ſimilitudinem tenet. mens igitur cũ intelligit: rerũ ſimilitudinẽ depræhendit. Vnde fit vt cum duorum corporum maius vnũ/minus alterum contuemur: a ſenſu poſtea remotis corporibus / illa ipſa corpora cogitãtes/illud quoq; memoria ſeruante noſcemus ſciemuſq; qđ minus / qđ vero maius corpus fuiſſe cõp hẽdimus. qđ nullatenus eueniret: niſi q̃s mẽs ſemel paſſa eſt rerũ ſimilitudines obtineret. Quare quoniam paſſiones animæ/quas intellectus vocant/rerum quædam ſimilitudines ſunt: iccirco Ariſtoteles cũ paulopoſt de paſſionibus loqueretur animæ/continenti ordine ad ſimilitudinẽ tranſitũ fecit, quoniam nichil differt: vtrum paſſiões animę diceret/an ſimilitudines. Eadẽ namq; res: animę quidem paſſio eſt/rei vero ſimilitudo. ¶Et Alexãder hũc locum (ſunt ergo ea quæ ſunt in voce/earum quæ ſunt in anima paſſionũ notæ. & ea que ſcribũtur/eorum quę ſunt in voce. & quẽadmodum nec litterę omnibus eædem: ſic nec eędem voces) hoc modo conatur exponere. propoſuit (inquit) ea q̃ ſunt in voce: intellectus animi deſignare. & hoc probat exemplo. Eodẽ enim modo ea quę ſunt in voce paſſiones animæ ſignificant: quẽadmodum ea quę ſcribuntur voces deſignant. et id quod ait/et ea quę ſcribũtur: ita intelligam9/tanq̃ ſi diceret. quemadmodũ etiã ea quę ſcribuntur/eorum quę ſunt in voce. ea vero quę ſcribũ

Alexander tur/inquit Alexãder/notas eſſe vocũ ideſt nominũ ac verborum/ex hoc mõſtrauit quod dixit: & quẽadmodũ nec litterę oũibus eędẽ/ſic nec eędẽ voces. Signũ nãq; eſt vocũ ipſarũ ſignificationem litteris cõtineri: q; vbi varię ſunt litterę et non eędem quę ſcribuntur/varias quoq; voces

Porphyrio eſſe neceſſe eſt. hęc Alexander. ¶Porphyrius vero quoniam tres poſuit orationes/vnã quę litteris cõtineretur/ſecundã quę verbis ac nominibus perſonaret/tertiam quam mẽtis euolueret intellectus: id Ariſtotelẽ ſignificare pronunciat cum dicit / ſunt ergo ea quę ſunt in voce earum q̃ ſunt in anima paſſionũ notę/quod oſtẽderet ac ſi ita dixiſſet. ſunt ergo ea quę ſunt in voce et verba & nomina: animę paſſionũ notę. & quoniam monſtrauit quorum voces eſſent ſignificatiuæ: illud quoq; docuiſſe quibus ſignis verba & nomina panderentur. ideo addidiſſe et ea quę ſcribũtur eorũ quę ſunt in voce/tanq ſi diceret. ea quę ſcribuntur nomina et verba: eorum quę ſunt in voce nominum et verborum notę ſunt. nec diſiũctã eẽ ſentẽtiam. nec (vt Alexander putat) id qđ ait et ea quę ſcribuntur/ita eſt intelligendũ tanq̃ ſi diceret. ſicut ea quę ſcribuntur ideſt litterę illa quę ſunt in voce ſignificant: ita ea quę ſunt in voce/notas eſſe animę paſſionum. Primo quidẽ q; ad ſimplicem ſenſum nichil addi oportet. deinde q; tã breuis ordo/tamq; neceſſaria orationis non eſt intercidẽda partitio. tertio vero quoniam ſi ſimilis eſt ſignificatio litterarum vocumq;/q̃ eſt vocũ et animę paſſionũ: oporteret ſicut voces diuerſis litteris permutantur/ita quoq; paſſiones animę diuerſis vocibus permutari. quod non fit. idem namq; intellectus poteſt variatis vocibus ſignificari. Sed Alexander id qđ eum ſenſiſſe ſuperius memoraut: hoc probare nititur argumento. ait enim etiam in hoc quoq; ſimilẽ eſſe ſignificationem litterarũ ac vocum/quoniam ſicut litterę non naturaliter voces ſed poſitione ſignificant: ita quoq; voces non naturaliter animi intellectus/ſed aliqua poſitione deſignant. Sed qui prius recipit vt id qđ Ariſtoteles ait/& ea

propoſuerit / & quæ diffinire velit oſtendit, & quoniã de iſs nominibus loquitur ac verbis / quæ voce proferuntur: id ipſum planius explicans ait. Sunt ergo ea quæ ſunt in voce earum quę ſũt in anima paſſionum notę: et ea quæ ſcribuntur / eorũ quæ ſunt in voce. velut ſi diceret. Ea verba et ea nomina quæ in vocali oratione proferuntur: animę paſſiones denunciant. Illa autẽ rurſus verba & nomina quę ſcribũtur: eorũ verborũ nominumq; ſignificationi pſunt q̃ voce proferuntur. Nã ſicut vocalis orationis verba et nomina / conceptiones animi intellectuſq; ſignificãt: ita quoq; verba et nomina illa quæ in ſolis formulis litterarum iacent / illorum verborum & nominũ ſignificatiua ſunt quę loquimur / ideſt quę per vocẽ ſonamus. Nã cũ ait / ſunt ergo ea quę ſunt in voce / ſubaudiendũ eſt nomina et verba. et rurſus cum dicit / et ea quæ ſcribuntur: idem ſubnectendũ rurſus eſt / verba ſcilicet et nomina. & q̃ rurſus adiecit / eorũ quæ ſunt in voce: addendũ eſt eorum nominum atq; verborum / quæ profert atq; explicat vocalis oratio. q̃ ſi nichil deeſſet omnino: ita foret totius plenitudo ſententiæ. Sunt ergo ea nomina et verba quę in voce ſunt: earum quę ſunt in anima paſſionum notę. et ea verba et nomina quę ſcribuntur: eorũ verborum et nominum quę ſunt in voce. qđ communiter ſubintelligendum eſt / licet ea quę ſubiũximus deeſſe videantur. quare non eſt diſiuncta ſententia: ſed primę propoſitioni cõtinua. Nam cum quid ſit verbum / et quid nomẽ diffinire cõſtituit / cũ nominis et verbi natura ſit multiplex: de quo nomine et verbo tractare vellet / clara ſignificatione diſtinxit. Incipiens igitur ab iſs nominibus et verbis quæ in voce ſunt: quorum eſſent ſignificatiua diſſeruit. Ait enim hæc / paſſiones animę deſignare. Illud quoq; adiecit: quibus ipſa nomina et verba / quæ in voce ſunt / deſignentur de iſs ſcilicet quę litterarum formulis exprimũtur. Sed quoniam nõ omnis vox ſignificatiua eſt / verba autem et nomina nunq̃ ſignificationibus carent / quoniamq; non omnis vox quę ſignificat / quadã poſitione deſignat / ſed quędã naturaliter (vt lachrymę / gemitus / atq; mœror / animalium quoq; cæterorum quędã voces naturaliter aliquid oſtendunt / vt ex canũ latratibus / iracũdia / eorũ quoq; alia quadã voce blãdimẽta mõſtrãtur) verba autẽ et nomina poſitiõe ſignificant: nec ſolũ ſunt verba et noia voces / ſed voces ſignificatiuę / nec ſolum voces ſignificatiuę / ſed quæ poſitiõe deſignent aliqd / non natura. Non eni dixit. ſunt igitur voces earũ quæ ſunt in anima paſſionum notę. Nam neq; omnis vox ſignificatiua eſt: et ſunt quędam ſignificatiuę / quę naturaliter / non poſitione ſignificãt. qđ ſi ita dixiſſet: nichil ad proprietatẽ verborum & nominum pertineret. Quocirca non voluit communiter dicere voces: ſed dixit tantum quæ ſũt in voce. vox enim vniuerſale quoddã eſt: nomina vero et verba partes. pars autem omnis in toto eſt. verba ergo et nomina quoniam ſunt intra vocem: recte dictum eſt ea quę ſunt in voce. velut ſi diceret: quæ intra vocem cõtinẽtur / intellectuum ſignificatiua ſunt. ſed hoc ſimile eſt ac ſi ita dixiſſet: vox certo modo ſe habens ſignificat intellectus. non enim (vt dictum eſt) nomen et verbum voces tantum ſunt. Sicut nummus quoq; non ſolum æs impreſſum quadam figura eſt / vt numnius vocetur / ſed etiam vt alterius ſit rei preciũ: eodẽ quoq; modo verba et nomina non ſolum voces ſunt / ſed poſita ad quãdã intellectuũ ſignificationem. vox enim quę nichil deſignat / vt eſt gargulus: licet eam grãmatici figuram vocis intuentes nomen eſſe contendant / tamẽ eam nomẽ philoſophia non putauit / niſi ſit poſita vt deſignaret aliquã animi cõceptionem / eoq; modo ſignificare aliquid rerũ poſſit. etenim nomen alicuius nomen eſſe neceſſe erit: ſed ſi vox aliqua nichil deſignat / nullius nomẽ eſt. quare ſi nullius nomẽ eſt: nec nomẽ quidem eſſe dicetur. Atq; ideo huiuſmodi vox ideſt ſignificatiua: nõ vox tãtum / ſed verbum vocatur aut nomẽ. quemadmodum nummus non æs: ſed proprio nomine nummus / quo ab alio ęre diſcrepet / nũcupatur. Ergo Ariſtotelis hæc ſentẽtia qua ait / ea quæ ſũt in voce: nichil aliud deſignat niſi eã vocẽ q̃ nõ ſolũ vox ſit / ſed q̃cũq; vox ſit / habeat tamẽ aliquã ꝓprietatẽ et aliquã quodam modo figuram poſitę ſignificationis impreſſam. Horum vero ideſt verborum et nominum q̃ ſũt in voce aliquo modo ſeſe habẽte: ea ſũt ſcilicet ſignificatiua q̃ ſcribũt. et hoc qđ dictũ ẽ / q̃ ſcribũt: de verbis et nominib9 dictũ / q̃ ſunt i litteris ītelligat. Poteſt vero hęc quoq; eſſe ratio cur dixerit et ea quæ ſcribuntur: quoniam litteras et ſcriptas figuras et voces quę eiſdem ſignificãtur formulis nuncupamus. vt a / et ipſe ſonus / litterę nomẽ capit: et illa quę in ſubiecto cerę vocẽ ſignificans forma deſcribitur. Deſignare ergo volens quibus verbis atq; nominibus ea q̃ in voce ſunt apparerẽt: nõ dixit litteras / q̃ etiã ad ſonũ referri poterat litterarum. ſed ait q̃ ſcribuntur vt oſtenderet de iſs litteris dicere quę inſcriptione cõſiſterent / ideſt quarum figura & in cera ſtilo & in membrana calamo poſſet effingi. Alioqui illa etiam quę in ſonis ſunt ad ea nomina referuntur quæ in voce ſunt: quoniam ſonis illis nomina et verba iunguntur. Sed Porphyrius de vtraq; expoſitione iudicauit dicens. Id qđ ait et quę ſcribuntur: nõ potius ad litteras / ſed ad verba et nomina quæ poſita ſunt in litterarum inſcriptione / referẽdum. Reſtat igitur vt illud quoq; addam: cur nonita dixerit / ſunt ergo ea quæ ſunt in voce intellectuum notę / ſed ita / earum quæ

Analogia

teles/ quarum autem hę primum notę sunt / eædem omnibus passiones animę sunt:quærit Alexander si rerum nomina sunt/ quid causæ est vt primorum intellectuum notas esse voces dixerit Aristoteles:rei enī ponitur nomē. vt cum dicimus homo:significamus quidē intellectū/ rei tamē nomen est/ scilicet animal rationale mortale.Cur ergo non primarum rerum magis notę sunt voces quibus ponūtur:potiusq̄ intellectuum? Sed fortasse quidem ob hoc dictū est, inqt) q; licet voces rerum nomina sint : tamen non iccirco vtimur vocibus vt res significemus / sed vt eas quę nobis ex rebus innatę sunt/ animę passiones.Quocirca propter quoru significatiā voces ipsę proferuntur:recte eorum primorum dixit esse notas.In hoc vero Aspasius permolestus est.Ait enim qui fieri potest :vt eędem apud omnes animę passiones sint/ cum tam diuersa sentētia de iusto ac bono sit? Arbitratur enim Aspasius passiones animę non de rebus incorporalib9: sed de ijs tantū quę ensibus capi possunt/ Aristotelem passiones animę dixisse/ quod perfalsum est.Neq; enim vnq̄ intellexisse dicetur/ qui fallitur.et fortasse quidem passionem animi habuisse dicetur/ quicunq; id quod bonum est/ non eodē modo quo est/ sed aliter arbitratur : intellexisse vero non dicitur. Aristoteles autem cū de similitudine loquitur: de intellectu pronunciat .Neq; enim fieri potest/ vt qui quod bonū est/ malum esse arbitretur: boni similitudinem mente cōceperit .neq; enim intellexit rem subiectam.Sed quoniam quę sunt iusta ac bona ad positionē omnia naturaue referuntur/ et si de iusto ac bono ita loquitur/ vt de eo ciuile ius / aut ciuilis iniuria dicitur:recte nō eædē sunt passiones animę:quoniā ciuile ius.ciuile bonū positione est/ non natura. naturale vero bonū atq; iustum:apud omnes gētes idem est.Et de deo quoq; idem est/ cuius q̄is cultura diuersa sit:idē tamen cuiusdam eminentissimę naturę est intellectus.quare repetendum breuiter a principio est. Partibus enim ad orationem vsq; perueuit.nam q; se prius quid esset nomen/ quid verbum constituere dixit:hę minimę partes orationis sunt.q; vero affirmationem et negationē:iam de composita ex verbis et nominib9 oratione loquitur/ quæ eędē rursus partes sunt enunciationis,et post enunciationis propositionem:de oratione loqui proposuit/ cuius ipsa quoq; enūciatio pars est. Et quoniam(vt dictum est)triplex est oratio/ quę in litteris / quę in voce/ quę in intellectibus est:qui verbū et nomē diffinituru esset eaq; significatiua posituru/ dicit prius quorum significatiua sint ipsa verba et nomina.et inchoat quide ab ijs nominibus & verbis quę sunt in voce dicēs.sunt ergo ea quę sunt in voce . et demonstrat quorum sint significatiua adijciens.earum quę sunt in anima passionū notę. Rursus nominū ipsorū verborūq; q in voce sunt:ea verba et noīa quę essent in litteris cōstituta/ significatiua esse declarat dicēs.et ea q̄ scribūtur:eorū quę sunt in voce.& quoniā ista quattuor quędā sunt:litterę/ voces/ intellectus/ & res/ quorū litterę et voces positione sunt/ natura vero res atq; intellectus:demōstrauit voces nō esse naturaliter sed positione / per hoc qđ ait nō casdē esse apud omnes/ sed varias/ vt est.& quēadmodum nec litterę omnibus eędem:sic nec eędē voces. Vt vero demonstraret intellectus / & res esse naturaliter:ait apud omnes eosdem esse intellectus/ quorum voces essent significatiuę.et rursus apud omnes easdem esse res:quarum similitudines essent animę passiones/ vt est . quarū autem hę primum notę/ scilicet quę sunt in voce:eędē omnibus passiones animę sunt.& quarum hę similitudines.res etiā eędem. Passiones autem animę dixit:quoniā alias diligenter ostensum est omnem vocē animalis/ aut ex passione animę aut propter passionem proferri.Similitudinem vero passionem animę vocauit:q; secundum Aristotelem nichil aliud est intelligere/ nisi cuilibet subiectę rei proprietatem atq; imaginationem in animę ipsius reputatione suscipere.de quibus animę passionibus/ in libris se de anima cōmemorat diligentius disputasse. Sed quoniā demonstratum est quoniam verba/ & nomina/ et oratio intellectuū pricipaliter significatiua sunt: quicquid est in voce significationis ab intellectibus venit.quare prius paululū de intellectibus perspiciendum ei erat:qui aliquid recte de vocibus disputaret. Ergo qđ supra passiones animæ
» et similitudines vocauit:idem nūc apertius intellectū vocat dicens. ¶ Est autem quemadmodū
» in anima aliquando quidem intellectus sine vero vel falso/ aliquādo autem cui iam necesse est.
» horum alterum inesse:sic etiam in voce.Circa compositionem enim & diuisionem:est verum &
» falsum. ¶ Nomina igitur ipsa et verba consimilia sunt:ei(qui sine compositione & diuisione est)
» intellectui,vt homo vel album:quando non aliquid additur. neq; enim falsum/ neq; verum adhuc est.signum autem huius est.hircoceruus enim aliquid significat:sed nondum verū aliquid
» vel falsum si non vel esse vel non esse addatur/ vel simpliciter/ vel secundum tempus. ¶ Quoniam nomē/ et verbū atq; omnis oratio significatiua/ sunt animę passionum:ex ipsis sine dubio quę designant in eisdē vocibus proprietas significationis innascitur.hic vero est totus atq; cōtinuus Aristotelicę ordo sententię.Quoniā inquit ea primū vocibus significantur/ quę in animo et cogitatione versantur:intellectuū vero alios quidem simplices et sine veri vel falsi enunciatione perpendimus / vt cum nobis hominis proprietas tacita imaginatiōe suggeritur,nulla nāq;

quę ſcribuntur/ita dictum eſſe tanq̃ ſi diceret ſicut ea quę ſcribuntur: quicquid ad hanc ſententiam videtur adiungere/æqualiter non dubitatur errare. Quocirca noſtro iudicio qui rectius tenere volent: ſententijs Porphyrij ſe applicabunt. Aſpaſius quoq; ſententię Alexãdri (quã ſupra ꝓpoſuimus) valde conſentit qui a nobis i eodẽ quo & Alexander culpabitur errore. Ariſtoteles vero duobus modis has notas eſſe putat litterarum/vocum/paſſionumq; animę cõſtitutas: vno quidem poſitione/alio vero naturaliter. Atq; hoc eſt quod ait/& quemadmodũ nec litteræ oĩb⁹ eędem ſunt: nec eędẽ voces. Nam ſi litterę voces/ipſę vero voces ĩtellectus animi naturaliter deſignarent: omnes homines/eiſdẽ litteris/eiſdẽ vocibus etiã vterentur. quod quoniam apud omnes nec eędẽ litterę/neq; eędem voces ſunt: conſtat eas non eſſe naturales. ¶ Sed hic duplex lectio eſt. Alexander enim hoc modo putat legí oportere. quarum autẽ hæ primum notę: eędem omnibus paſſiones animę ſunt. & quarum hę ſimilitudines: res etiam eędẽ. Volẽs enim Ariſtoteles ea q̃ poſitione ſignificant/ab ijs quę aliquid deſignant naturaliter ſegregare: hoc interpoſuit/ea quę poſitione ſignificant/varia eſſe. ea vero quę naturaliter: apud omnes eadẽ/et inchoans qdẽ a vocibus ad litteras venit: eaſq; primo non eſſe naturaliter ſignificatiuas eſſe demonſtrat/dicens. et quemadmodũ nec litterę omnibus eędem: ſic nec eędem voces. nã ſi ĩccirco litteræ probantur non eſſe naturaliter ſignificantes/q̃ apud alios aliæ ſint ac diuerſę: eodẽ quoq; modo probabile erit voces quoq; non naturaliter ſignificare/quoniam ſingulę hominum gentes/nõ eiſdẽ inter ſe vocibus colloquũtur. Volens vero ſimilitudinem intellectuum/rerũq; ſubiectarum docere naturaliter cõſtitutã/ait. quarũ autem hę primũ notę ſunt: eędem omnib⁹ paſſiones animę ſunt. quarũ inquit voces/quę apud diuerſas gentes ipſæ quoq; diuerſę ſunt/ſignificationẽ retinet/quæ ſunt ſcilicet animę paſſiones: illę apud omnes eędem ſunt. Neq; enim fieri poteſt/vt quod apud rhomanos homo intelligit: lapis apud barbaros intelligatur. eodẽ quoq; modo de cęteris rebus. Ergo huiuſmodi ſentẽtia eſt quę dicit/ea quę voces ſignificent apud omnes homines non mutari: vt ipſæ quidem voces (ſicut ſupra mõſtrauit/cũ dixit quemadmodum nec litterę omnibus eędem: ſic nec eędem voces) apud plures diuerſę ſint: illud vero quod voces ipſę ſignificãt apud omnes homines idem ſit/nec vlla ratione valeat permutarí/quí ſunt ſcilicet intellectus rerum. qui quoniam naturaliter ſunt. permutari non poſſunt. atq; hoc eſt quod ait. quarum autem hæ primum notæ/ideſt voces: eædem omnibus paſſiones animæ ſunt. vt demonſtraret quidem voces eſſe diuerſas: quarũ autem ipſę voces ſignificatiuę eſſent/quę ſunt ſcilicet animæ paſſiones/eaſdẽ apud omnes eſſe/nec vlla ratione (quoniam ſunt conſtitutę naturaliter) permutari. Nec vero in hoc conſtituit: vt de ſolis vocibus atq; intellectibus loqueretur. ſed quoniam voces atq; litteras non naturaliter conſtitutas per id ſignificauit: q̃ eas nõ apud omnes eaſdẽ eſſe propoſuit. Rurſus intellectus quos animæ paſſiões vocat: per hoc eſſe naturales oſtendit/q̃ apud omnes ijdẽ ſint/a quibus ideſt intellectibus ad res tranſitum fecit. Ait enĩ/quarum hæ ſimilitudines: res etiam eędem. hoc ſcilicet ſentiens: q̃ res quoq; naturaliter apud omnes eſſent eędem. ſicut enim ipſæ animæ paſſiones quæ ex rebus ſumũtur/apud omnes homines eædẽ ſunt: ita quoq; ipſę res quarũ ſimilitudines ſunt animæ paſſiones/eædem apud omnes ſunt. quocirca quoq; res naturales ſunt: ſicut ſunt etiam ſimilitudines rerũ quæ ſunt paſſiones animæ. ¶ Hermynius vero huic eſt expoſitioni contrarius. Dicit enĩ non eſſe verum eoſdẽ apud omnes homines eſſe intellectus quorũ voces ſignificatiuæ ſunt. quid enim in æquiuocatione dicetur: vbi vnus idẽq; vocis modus plura ſignificat. ſed magis hanc lectionẽ verã putat: vt ita ſit. quarũ autem hę primum notæ: hæ omnes paſſiones animæ ſunt. et quarum hę ſimilitudines/res iam eędem: vt demõſtraſſe videatur/quorũ voces ſignificatiuę ſint/vel quorũ paſſiones animę/ſimilitudines. Et hoc ſimpliciter accipiendum eſt ſecundum Hermynium: vt ita dicamus. quorum voces ſignificatiuę ſunt: illę ſunt animę paſſiones/tanq̃ ſi diceret. animę paſſiones ſunt: quas ſignificant voces. et rurſus quorũ ſimilitudines ſunt/ea quæ intellectibus continentur: illæ ſunt res. tanq̃ ſi dixiſſet. res ſunt: quas ſignificant intellectus. ¶ Sed Porphyrius de vtriſq; acute ſubtiliterq; iudicat: & Alexãdri ſentẽtiã magis probat/hoc qđ dicit nõ debere diſſimulari de multiplici æquocatiõis ſignificatiõe. Nã et q dicit: ad vnã quãlibet rẽ accõmodat animum ſcilicet quam intelligens voce declarat/& vnum rurſus intellectũ quẽlibet is qui audit/expectat. Q̃z ſi cũ vterq; ex vno nomine res diuerſas intelligit/ille qui nomẽ æquiuocum dixit deſignet clarius/quid illo nomine ſignificare voluerit: accipit mox qui audit/& ad vnũ intellectũ vtriq; conueniunt. qui rurſus fit vnus apud eoſdẽ illos: apud quos primo diuerſę fuerant animæ paſſiones propter æquiuocationẽ nominis. Neq; enĩ fieri poteſt/vt q voces poſitione ſignificantes a natura/eo diſtinxit q̃ eaſdem apud omnes eſſe nõ diceret: eas res quas naturaliter eſſe proponebat/non eo tales eſſe monſtraret/q̃ apud omnes eaſdem eſſe contenderet. Quocirca Alexander vel propria ſentẽtia: vel Porphyrij authoritate probãdus eſt. Sed quoniã ita dixit Ariſto-

retur.ſed quoniam dixit ſimpliciter / veritas falſitaſq; circa compoſitionem diuiſionemq; eſt:ve riſſime ſubtiliſſimeq; dixiſſe putandum eſt. Illa etiam nomina quæ ita dicuntur ſimplicia vt ve ritatem aut falſitatẽ quodam modo valeãt deſignare:huiuſmodi ſunt vt intra ſe atq; intra ſigni ficationẽ ſuã quãdã retineãt cõpoſitionẽ.vt ſi qs dicat lego.hoc ẽ eni dicere lego : tanq̃ ſi diceret ego lego.hęc aut cõpoſitio eſt. Sed vel quoties interrogãte alio/reſpondet alius vno tamen ſer mone:videtur quoq; tunc ſimplex ſermo veritatem mendaciumq; perficere, qđ perfalſum eſt. Audientis namq; reſponſio:ad totũ ordinem ſuperioris enunciationis adiungitur , vt ſi quis in terroganti mũdus ne animal ſit/reſpõdeat eſt:videtur hęc vna particula veritatem vel menda cium continere/ ſed falſo.non enim vna eſt:ſed ad vim ipſius reſponſionis intuenti tale eſt/ac ſi diceretur mundus animal eſt.Quod vero ait nomina ipſa et verba cõſimilia eſſe ſine cõpoſitiõe vel diuiſione intellectui:illud deſignat quod ſupra iam dixit/ ea quę ſunt in voce notas eſſe ani mę paſſionum. q; ſi notę ſunt: ſicut litterę vocũ in ſe ſimilitudinem gerunt/ita voces intellectu um. Et quoniam dictũ eſt cur de ſimilitudine verborũ & nominum atq; animæ paſſionum dixe rit:cur circa compoſitionem et diuiſionem falſum verumq; eſſe propoſuerit/ dicendũ eſt/ & quid ſit ipſa compoſitio vel diuiſio in qua aut veritas/ aut falſitãs inuenitur.Nam quoniam de ſimpli ci enunciatiua oratione perpendit(vt poſterius ipſe in diuiſione declarat dicens. Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio/ deinde negatio)illã nunc compoſitionem deſignare vult/ quę alicuius vel ſubſtãtiam cõſtituit/ vel aliquid ſecundũ eſſe cõiungit . nam cum dico Socrates eſt:hoc ipſum eſſe Socrati applico & ſubſtantiam eius eſſe conſtituo.ſi vero dixero Socrates phi loſophus eſt:philoſophiam & Socratem ſecũdũ eſſe compoſui. vel ſi dicã Socrates ambulat:hu iuſmodi eſt tãq̃ ſi dicã Socrates ambulans eſt.igitur quoties huiuſmodi fuerit cõpoſitio/ quę ſe cundũ eſſe verbum vel ſubſtantiam conſtituat/ vel res coniungat:affirmatio dicitur/et in ea ve ri falſiq; natura perſpicitur.& quoniã omnis negatio ad prędicationem conſtituitur (huius eni affirmationis quę eſt Socrates eſt/ negatio non ea quę dicit non Socrates eſt:ſed ea quę pronun

Nõ Socra tes/nomen infinitum

ciat Socrates non eſt.& ad id qđ eſſe Socrates dictus eſt/ non negatio/apponitur:vt cum id dica mus non eſſe(quod ante dictũ eſt eſſe)ergo quoniam id qđ in affirmatione ſecundũ eſſe vel cõ ſtitutũ vel coniunctum fuerit / ad id addita negatio ſeparat/vel iſtam ſubſtantię cõſtitutionẽ/ vel etiam factã per id qđ dictum eſt eſſe aliquid coniunctionem:diuiſio vocatur . Quando enĩ dico Socrates non eſt:eſſe a Socrate ſeiunxi . & cum dico Socrates philoſophus non eſt:Socratẽ ab eo q; eſt philoſophũ eſſe/ ſeparaui/ quã ſeparationem quę ad negationem pertinet / diuiſionem vocauit. Ergo manifeſtum eſt / ſi ſimplex in animæ paſſionibus intellectus fuerit/ cum ipſe in tellectus nullam adhuc veri falſiq; retineat naturã:eorũ quoq; prolationem ab vtriſq; eſſe ſepa ratam . Sed cum compoſitio ſecundum eſſe facta vel etiam diuiſio/ intellectibus in quibus prin cipaliter veritas et falſitas procreatur euenerit:quoniã ex intellectibus voces capiunt ſignifica tionem/ eas quoq; ſecundum intellectuum qualitatẽ veras et falſas eẽ neceſſe eſt. Maximã vero habet vim hircoceruí exempli nouitas/ et exquiſita ſubtilitas.ad demonſtrandum enim q; vnũ ſolum nomen neq; verum ſit neq; falſum:poſuit huiuſmodi nomen/ quod compoſitum quidem eſſet/ nulla tamen ei9 ſubſtantia reperiretur.Si qã ergo vnq̃ nomen vnũ veritatem poſſet falſita temue retinere:poſuit huiuſmodi nomen/ qđ eſt hircoceruus. ſed quoniã omnino in rebus nul la illi ſubſtãtia eſt : falſum aliquid deſignare videtur/ſed non deſignat aliquam falſitatem . Niſi enim dicatur hircoceruus vel eſſe vel non eſſe/ quãq̃ ipſum per ſe non ſit:ſolum tamen dictum/ nil falſi in eo ſermone veriue perpenditur.Ergo ad demonſtrandam vim ſimplicis nominis/ q; omni veritate atq; mendacio careat:tale in exemplo poſuit nomen/ cui res nulla ſubiecta ſit.Qz ſi quidem verum vel falſum vnũ nomen ſignificare poſſet:nomẽ qđ eam rem eſſe deſignat/quæ in rebus non ſit omnino/ falſum eſſet.ſed non eſt.nõ igitur vlla veritas falſitaſq;:in ſimplici vnq̃ noie reperiet. Nec illđ paruę curę fuit nomẽ nõ ponere/ qđ omnino nichil ſignificaret:ſed qđ cũ ſignificaret qddã / tamẽ aut verũ aut falſũ eẽ nõ poſſet / vt nõ videat veritatis falſitatiſq; cauſa eẽ in eo/quoniã nichil ſignificaret.Sed quoniam eſſet ſimpliciter dictum / quanq̃ in eodem illud quoq; conficit vt oſtenderet non ſolum ſimplex nomẽ veritate atq; mẽdacio eſſe alieniſſimum: ſed etiam cõpoſita quoq; nomina /ſi non habeant aliquam ſecundum eſſe vel non eſſe(ſicut ſu perius dictum eſt)compoſitionem/ verum vel falſum ſignificare non poſſe.tanq̃ ſi diceret : nõ ſo lum ſimplex nomen præter aliquam compoſitionem/ nichil verum falſumue ſignificat: ſed etiã compoſita vtroq; carent(ſicut iã ipſe dixit) niſi illi aut eẽ aut nõ eſſe addat/ et vel ſimpliciter vel ſecundum tempus.hoc vero ideirco addidit: q; in quibuſdam ita enunciationes fiũt vt quod de ipſis dicitur/ſecundum ſubſtantiam proponatur.in quibuſdam vero hoc ipſum eſſe quod addit: non ſubſtantiam ſed preſentiam quandã ſignificat.Cum enim dicimus deus eſt / non eum dici mus nunc eſſe: ſed tantum in ſubſtantia eſſe / vt hoc ad immutabilitatem potius ſubſtantię q̃

ex hac intelligentię ſimplicitate: vel veritatis naſcitur vel falſitatis agnitio. Sunt vero intellectꝰ quidam compoſiti atq; coniūcti: in quibus ineſt iā q̄dā vel veritatis vel falſitatis ſpectio. vt cum ad quamlibet ſimplicem perceptionem mentis: adiungit̄ aliud qđ vel eſſe aliquid / vel non eſſe conſtituat. vt ſi ad hominis intellectū: eſſe vel non eſſe / vel album eſſe vel non eſſe album copuletur. fient enim cogitabiles oratiões: veritatis vel falſitatis participes / hoc modo. homo eſt. homo non eſt. homo albus eſt. homo albus non eſt. quarū quidem homo eſt / vel homo albus eſt: cōpoſitio dicitur. Nam prior / eſſe atq; hominem: poſterior / hominem albo compoſita intellectus p̄dicatione connectit. Si vero ad hominis intellectū adiiciam quiddam vt ita ſit / homo eſt / vel nō eſt / vel albus eſt / aut aliquid tale: tūc in ipſa cogitatione veritas aut falſitas innaſcitur. Ergo (inquit) quemadmodum aliquoties quidam ſimplices intellectus ſunt qui vero falſoq; careāt / quidam vero in quibus alterum horum reperiatur: ſic etiam in voce. Nam quæ voces denunciant ſimplices intellectus: ipſę quoq; a falſitate & veritate ſeiunctę ſunt. Quę vero huiuſmodi ſignificāt intellectus / in quibus iā veritas vel falſitas cōſtituta eſt: in ipſis quoq; horum alterū inueniri neceſſe eſt. Nam ſi quis hoc ſolum dicit / homo vel album / vel etiam hircoceruus / quāq̄ iſta quidem ſignificēt: quoniam tamen ſignificāt ſimplices intellectus / manifeſtū eſt omni veritatis vel falſitatis proprietate carere. et tota quidem ſententia hoc modo ſe habet. ¶ Diligētius tamē eſt attendēdū quid eſt qđ ait: circa compoſitionem enim et diuiſionē eſt veritas falſitaſq;. quid etiā qđ dictum eſt: nomina igitur ipſa et verba conſimilia ſunt ſine compoſitione vel diuiſione intellectui. Illud quoq; cur cōpoſito nomine / vel cur etiam vſus eſt rei non exiſtentis exemplo: vt diceret. hircoceruus enim ſignificat aliquid. Nec illud prętereūdū eſt / quid ſit qđ dictū eſt: vel ſimpliciter vel ſecundum tēpus. Primum quidem de eo dicendum eſt qđ ait: circa compoſitionem enim et diuiſionem eſt veritas falſitaſq;. ¶ Queritur namq; vtrum ne omnis veritas circa compoſitionem et diuiſionem ſit: an quędā eſt / quędam vero minime. Illud quoq; an in omni cōpoſitione vel diuiſione veritas falſitaſq; conſtituta ſit: an hoc nō generaliter / ſed in quadam compoſitionis vel diuiſiōis parte veritas falſitaſq; verſetur. In opinionibus nāq; veritas eſt: quoties ex ſubiecta re capitur imaginatio / vel etiam quoties ita vt ſeſe res habet / imaginationē accipit intellectus. Falſitas vero eſt quoties aut non ex ſubiecto / aut ita vt ſeſe res non habet imaginatio ſubiicitur itellectui. Sed adhuc in veritate atq; falſitate nichil equidē aliud reperiꝛ / niſi quędā opinionis habitudo ad ſubiectā rem. quadā enim habitudine & quo modo ſe habet imaginatio ad rem ſubiectā: hoc ſolū in hac veritate vel falſitate conſpicitur / quā quidē habitudinē nullus dixerit compoſitionem. In hoc vero / diuiſionis nullus nec fictus quidem modus intelligi poteſt. Illud quoq; conſiderandū eſt nonne aliqua ſit in iſs compoſitio vel diuiſio / quę ſecundū ſubſtantiam ſuam vera dicuntur / aut falſa: vt eſt vera voluptas bene viuendi / vt eſt falſa voluptas bellandi. Etiā illud quoq; reſpiciendum eſt / q̄ in omniū maximo deo quicquid intelligitur: non in eo accidentaliter / ſed ſubſtantialiter intelligitur. etenim quę bona ſūt: ſubſtātialiter de eo / nō accidentaliter credimus. Q̄ ſi ſubſtantialiter credimus deū / deum vero nullus dixerit falſum / nichilq; in eo accidentaliter poterit euenire: ipſa veritas deus dicendus eſt. non eſt igitur compoſitio vel diuiſio in iſs quę ſimplicia naturaliter ſunt / nec vlla cuiuſlibet rei collatione iunguntur. Quare non omnis veritas neq; falſitas circa compoſitionem diuiſionemq; conſiſtit: ſed ſola tantum / quę in intellectuum multitudine fit / & in prolatione dicendi. Nam in ipſa quidem habitudine imaginationis / et rei nulla compoſitio eſt: in coniunctione vero intellectuum compoſitio fit. Nam cum dico Socrates ambulat: hoc ipſum quidem q̄ eum ambulare concepi / nulla compoſitio eſt. q̄ vero intellectus progreſſione ambulationem cum Socrate coniungo: quędam iam facta eſt compoſitio. q̄ ſi hoc oratione protulero: rurſus eadem compoſitio eſt / & circa eam vis veritatis & falſitatis apparet. Quocirca in iſs ſolis cōpoſitionibus inuenitur veritas atq; mendacium / de quibus tota nunc quęſtio eſt: in nomine ſcilicet & in verbo / in negatione & affirmatione / in enunciatione / & oratione. Quā ſcilicet compoſitione veritatis & falſitatis naturam ab intellectibus accipientes / in vocis prolatione conſeruant. De diuiſione autem quæ ad negationem pertinet / deq; compoſitione quæ ad affirmationem: paulopoſt enucleatiius dicam. Nunc illud eſt videndum: vtrum verum ſit circa omnem compoſitionem circaq; omnem diuiſionem veritatem vel mendacium prouenire. quod falſum eſt. quis enim dixerit huiuſmodi nominum coniunctionem / et Socrates / & Plato vel ſi a ſe hæc nomina diuidātur / nec Socrates / nec Plato: veri aliquam falſiue tenere ſignificantiam. Quare confitendum eſt / nec circa omnem diuiſionem neq; circa omnem compoſitionem eam ſcilicet quę in oratione verſat mendacium veritatemq; ſubſiſtere. ſed illud veriſſimum eſt: q̄ omnis quæ in oratione eſt veritas falſitaſq; / in compoſitione & diuiſione naſcitur / non tamen omnis orationis compoſitio vel diuiſio iterum retinet aut verū aut falſum. Ergo ſi ſic dixiſſet / circa oēm cōpoſitionē vel diuiſionē veritas falſitaſq; ē: mūti-

Queſtio

a non ſignificantibus vocibus ſegregaret.itaq; ait nomen eſſe vocē ſignificatiuā:vt voce quidē ab alijs ſonis/ſignificatiōe vero addita/ ab ijs quę ſub voce ſunt nichil deſignantia/ſegregaret, ſed hoc nondum ad totam diffinitionem valet.Neq; enim ſolum nomen vox ſignificatiua eſt; ſed ſunt quędam voces quæ ſignificant quidem/ſed nomina non ſunt, vt ea quæ a nobis in aliquibus affectibus proferuntur:vt cum quis gemitum edit/vel cum dolore concitus emittit clamorem.Illud enim doloris animi:iſtud corporis ſignum eſt.& cum ſint voces& ſignificent quādam vel animi vel corporis paſſionem:nullus tamen gemitum clamoremq; dixerit nomē.Mutorum quoq; animalium/ſunt voces quędam quę ſignificant.vt canum latratus /iras ſignificat canū:alia vero mollior quędā blādimenta deſignat.quare adiecta differentia ſeparandum erat nomē ab ijs omnibus quę voces quidem eſſent/& ſignificarent:ſed nominis vocabulo non tenerentur.igitur adiecit nomen vocem eſſe ſignificatiuā non ſimpliciter/ſed ſecūdum placitum. Secundum placitum vero eſt:qđ ſecundum quandam poſitionem placitumq; ponētis aptatur. nullum enim nomen naturaliter cōſtitutū eſt.neq; vnq̄ ſicut ſubiecta res a natura eſt:ita quoq; a natura veniente vocabulo/nuncupatur.Sed hominum genus qđ & ratione & oratione vigeret/nomina poſuit:eaq; quibus libuit litteris ſyllabiſq; coniungens/ſingulis ſubiectarum rerum ſubſtantijs dedit.hoc autem illo probatur:q; ſi natura eſſent nomina/eadem apud omnes gentes eſſent.vt ſenſus/quoniam naturaliter ſunt:ijdem apud omnes ſunt.Omnes enim gentes nō alijs niſi ſolis oculis intuentur/audiunt auribus/naribus odorantur/ore accipiunt guſtus/tactu calidum vel frigidum/lene vel aſperum iudicant: atq; hæc huiuſmodi ſunt vt apud omnes (vt dictum eſt)gentes eadem videantur.ipſa quoq; quę ſentiuntur:quoniam conſtituta naturaliter ſunt/non mutantur.Dulcedo enim et amaritudo/albū & nigrū/& quę alia/ſenſibus quinq; ſentiūtur:eadem apud omnes ſunt.Neq; enim qđ Italis dulce eſt in ſenſu: idē Perſis videtur amarum.nec qđ apud nos oculis apparet album: apud Indos nigrū eſt.niſi forte aliqua ſenſus egritudine permutetur:ſed hoc nichil attinet ad naturam. Igitur quoniā iſta ſunt naturaliter:apud omnes gentes eadem manent.Sic & nomina ſi naturaliter eſſe videantur:eadem eſſent apud omnes gentes/nec vllam ſuſciperent mutationem.Nunc autem ipſum hominem alio vocabulo latini/alio greci/diuerſis quoq; vocabulis barbarę gentes appellant: quę in ponendis nominibus diſſenſio / ſignum eſt nō naturaliter/ſed ad ponentium placitum voluntatemq; rebus nomina fuiſſe compoſita.idem quoq; monſtrat:q; ſępe ſingulorum hominum ſunt permutata vocabula.Quem enim nunc vocamus Platonem/Ariſtoteles antea vocabatur:& qui Theophraſtus nunc dicitur/ante Ariſtotelem a ſuis parentibus Tirtamus appellabatur.in eadem quoq; līgua quando plura vocabula vni adduntur rei:monſtratur rem illam non naturalibus ſed appoſitis nominibus nuncupari.ſi enim naturalibus nominibus res quoq; vocarentur:vnam rē vno tantum nomine ſignaremus.Quid enim attinet ſi naturalia ſunt vocabula:vnius rei plures nominum eſſe voces/quę ad vnam deſignationem demonſtrationemq; concurrent?Dicimus enī gladius/enſis/mucro:& hęc tria ad vnam ſubiectam ſubſtantiam concurrunt.Ergo monſtratū eſt noīa eſſe ſcđm placitū/ideſt ſcđm ponētiū placitū:ac ſi diceret nomē eſſe vocē quidē & ſignificatiuā/ſed non naturaliter / ſed ſecūdū placitū volūtatēq; ponētis.hoc ſcilicet / vt diuideret ab ijs vocibus quę naturaliter deſignarēt:vt ſunt hę quas nos in paſſionibus affectibuſq; proloquimur/vel quas animalia muta conantur.Sed nondum ſupradicta differentia: plenam nominis formam diffinitionēq; conſtituit.Eſt namq; verbo cōmune cū nomine/q; vox deſignatiua eſt & ſecundum placitum:ſed addita differentia quę eſt/ſine tempore/nomen à verbo diſtinxit. neq; enim nomen vllum cōſignificat tempus.verbi namq; eſt/cū aut paſſio ſignificatur aut actio:aliquam quoq; ſecum trahere vī temporis/ q̄ illud cum vel facere vel pati dicitur/proferatur.Cum enim dico Socrates:nullius eſt temporis.cū lego vel legi vel legam: tempore nō carent. Addito ergo nomini q; ſine tēpore eſſe dicatur:nomen a verbo diſiūgitur. ¶Sane nos nemo arbitretur opinari:q; nullum nomē ſignificet tempus.Sunt enim nomina quę tempus ſignificatiōe demonſtrent:velut cum dico hodie vel cras/temporis nomina ſunt.ſed illud dicimus /q; cum eodem nomine tempus quoq; nō conſignificatur.Aliud eſt enī ſignificare tempus/aliud cōſignificare.Verbum enim cum aliquo proprio modo tempus ſignificat:vt cum agentis vel patientis modū demonſtrat.Nam ſine tempore:ipſa paſſio vel actio non profertur. vnde non dicimus q; nomen non ſignificet tempus:ſed q; nomen ſignificatio tēporis non ſequatur. ¶Reſtat autem vna ſola differētia:q̄ ſi ſuperioribus adiungatur/pleniſſima fere nomē diffinitione formabit.hęc aūt eſt qua nomen ab oratione ſeparat.Inueniunt enī quędā ſine dubio oīones quę cum voces ſint/& ſignificatiuę & ſcđm placitū/quippe q̄ ſūt nominibus colligatę:tamē ſunt ſine tēpore.vt cum dico Socrates & Plato.hæc namq; oratio: cum ex nominibus iuncta ſit / nomen quidem

Obiectiōis tacitę ſolutio

ad tempus aliquod referatur. Si autem dicimus dies est: ad nullã diei substantiã pertinet nisi tantum ad temporis constitutionem, hoc enim qđ est/ tale est: tanq̃ si dicamus nunc est. quare cũ ita dicimus esse vt substãtiam designemus: simpliciter est addimus. cum vero ita vt aliquid præsens significetur: secũdum tempus. Hęc est vna quam diximus expositio. ¶ Alia vero huiusmodi est. esse aliqd duobus modis dicit: aut simplicit/ aut secđm tẽpus. simplicit qđẽ secđm p̃sens tẽpus: vt si qs dicat hircoceruꝰ est. prędens autem qđ dicitur: tempus nõ est sed confinũ tẽporũ, finis nãq; p̃teriti est futuriq; principiũ. Quocirca quisquis secũdum prędens/ hoc sermone qđ est esse vtitur: simpliciter vtitur. qui vero aut præteritum iungit aut futurum: ille nõ simpliciter/ sed iam in ipsum tempus incurrit. Tempora namq; (vt dictum est) duo ponuntur/ prędteritũ atq; futurum. Qz si quis cum prędens nominat/ simpliciter dicit: cũ vtrũlibet præteritum vel futurum dixerit/ secũdũ tempus vtitur enũciatiõe. ¶ Est quoq; tertia huiusmodi expositio: qꝑ aliquoties ita tẽpore vtimur/ vt indefinite dicamꝰ. vt si quis dicat est hircoceruus/ fuit hircoceruus/ erit hircoceruus: hoc indefinite & simplicit dictũ ẽ. Sin vero aliqs addat nũc est/ vel heri fuit/ vel cras erit: ad hoc ipsum esse qđ simpliciter dicitur addit tempus. quare secđm vnã trium harum expositionum intelligendum est qđ ait/ si non vel esse vel nõ esse addatur/ vel simpliciter vel secundum tempus. Sed ei qđ ante proposuit/ quemadmodum aliquoties quidem in anima intellectus sine vero vel falso: post quasi consequens reddidit nomina ipsa per se verbaq; esse simplicibus intellectibus cõ similia/ vt homo vel album. ei vero quod ait/ cui iam necesse sit alterum horum inesse: nichil interim reddidit/ sed hoc eo ipso suppleuisse putabitur qꝑ ait/ sed nondum verum vel falsum est si non esse vel non esse addatur. hoc est enim intellectuum quędam compositio: cui iam necesse est alterum horum inesse/ qua in oratione vel esse vel non esse additur. Quocirca quoniam de nomine verboq; proposuit/ & q̃ potuit breuiter/ vocum/ litterarum/ intellectuum/ rerumq; consequentias altissima ratione monstrauit: ad id qđ primum proposuit dicens. Primum oportet constituere: qđ sit nomen/ & quid verbũ. ad hoc inquam quod ꝓmiserat diffinire reuertitur, nomẽ enim diffiniens ita subiecit.

Secũdũ tẽpꝰ/ idest designatiuũ tẽporis addimus

¶ DE NOMINE. Cap. II.

» Nomen igitur est vox significatiua secundum placitum sine tempore: cuius nulla pars significatiua est separata. ¶ In nomine enim quod est equiferꝰ: ferus nichil per se significat/ quemadmodũ in oratiõe quę est equus ferus. ¶ Omnis diffinitio generis constitutione conformatur: differentiarum vero compositione perficitur. Nam si ad propositum genus differentias colligamꝰ/ easq; ad vnam quã diffinire volumus speciẽ aptemꝰ/ vsq; dũ vni tantũ speciei illa collectio cõueniat: nichil est qđ vltra ad faciẽdam diffinitionem desideretur. vt ipsum hominem si quis diffiniat: generi eius qđ est animal/ duas necesse est differentias iungat rationale scilicet atq; mortale/ faciatq; huiusmodi ordinem/ animal rationale mortale. quę diffinitio si ad hominem referatur: plena est rationis substantiæq; descriptio. volens ergo Aristoteles diffinire quid esset nomen: prius eius genus sumpsit dicens vocem esse/ iccirco scilicet vt hoc quod dicimus nomen ab aliis quę non voces/ sed tantũ soni sunt/ separaret. distat enī sonꝰ a voce. sonus enī est percussio aeris sensibilis: vox vero flatus/ qui per gutturis partes egrediens/ quę arterię vocantur/ aliqua linguę impressione formatur. Et vox quidem nisi animantium non est: sonus vero aliquoties inanimatorum quoq; corporum cõflictatione perficitur. quare quoniam nomen vocem esse monstrauit: ab aliis quę voces non sunt/ sed tantum soni/ hanc oratiõis partẽ separauit atq; distribuit/ & vocem quidẽ nominis velut genꝰ sumpsit. Habet nãq; aliud quiddam speciei loco differens a nomine/ qđ est verbum. habet quoq; quasdam locutiões quę nichil vlla ratione significent: vt sunt inarticulatæ voces quarum ipsa significatio non potest inueniri/ vt sindapsus. huic ergo generi alias differẽtias rursus apponit: quę nomẽ sicut vox a sonis aliis segregauit/ ita quoq; hę differẽtię nomẽ ab aliis speciebꝰ sub voce positis/ diuidant atq; discernãt. qđ enī addidit nomẽ vocẽ esse significatiuã: ab iis inquã vocibꝰ nomẽ segregauit q̃ nichil omnino significãt/ vt sũt syllabę. Syllabę enī cũ ex his totũ nomẽ cõstet: adhuc ipę omni no nichil significãt. Sũt quoq; q̃dã voces syllabis litterisq; cõpositę: q̃ nullã habẽt significatio nẽ/ vt ẽ blithiri. Ergo quoniam videbãtur quædã voces esse/ q̃ significatiõe carerent: nomen qđ vox est & alicuius designationis sẽper causa profertur/ non aliter diffiniendũ erat nisi illud ante

Mortale ad diffinitionẽ adiũgit Platonicorum placita secutus

nichil tale eſt vt nomẽ eſſe poſſit/ ideſt vt ſecundum ea velut nominibus vtentes/ fere ſibi inuicem colloquãtur. habẽt enĩ ſignificationẽ ſed (vt dictũ eſt) naturalẽ: nomẽ aũt ſcdm placitũ eſt.

» ¶Non homo vero nõ eſt nomen. at vero nec poſitum nomen eſt: quo illud oportet appellare:
» neq; enim oratio/ neq; negatio eſt: ſed ſit nomen infinitum/ quoniam ſimiliter in quolibet eſt &
» quod eſt & qđ non eſt. ¶Catonis autem et Catoni & quęcunq; talia ſunt: nõ ſunt nomina/ ſed
» caſus nominis/ ratio autem eius eſt. alia tamen ſunt ſecũdum ſeipſa: quoniam cum eſt/ vel fuit/ vel erit/ neq; verum/ neq; falſum eſt. nomen vero ſemper. vt Catonis eſt/ vel non eſt. non» dum enim aliquis neq; verum dicit: neq; falſum. ¶Superius omnia quæcunq; extra nomen eſſent/ prædictis adiectionibus a nomine ſeparauit. nunc vero quoniam ſunt quædam quæ ſub diffinitione quidem nominis cadunt/ videntur tamen a nomine diſcrepare: de iis differit/ vt qđ eſſe nomen integre videatur/ expediat. Quod enim dicimus nõ homo vel non equus: oratio quidem nõ eſt. Omnis enim oratio: aut nominibus conſtat & verbis/ aut ſolis duobus/ vel pluribus verbis/ vel ſolis nominibus. In eo autem qđ eſt non homo: vnũ tantum nomen eſt/ quod dicitur homo. id autem qđ eſt non: neq; nomẽ eſt neq; verbum. Quare neq; ex duobus verbis cõſtat/ aut ex verbo & nomine. verbum enim in eo nullum eſt. quare id qđ dicimus non homo: oratio non eſt. Iã vero nec verbũ eſſe monſtrare ſuperfluum eſt: cum in verbis ſemper tempora reperiantur/ in hoc vero nullum quiſq; omnino tempus inueniat. ſed nec negatio eſt. Omnis enĩ negatio oratio eſt. non homo vero cum oratio non ſit: nec negatio eſſe poteſt. Illud quoq; q̃ omnis negatio aut vera aut falſa eſt: non homo vero neq; verum neq; falſum eſt. ſenſus enim plenus nõ eſt. quare negatio eſſe propter hoc quoq; non dicitur. Nomen vero eſſe quis dicat: cum omne nomen ſiue propriũ ſiue appellatiuum ſit/ definite deſignet/ Cum enim dico Cicero: vnã perſonam vnamq; ſubſtantiam nominaui. & cum dico homo/ qđ eſt nomen appellatiuũ: definitam ſubſtantiam ſignificaui. Cum vero dico non homo; ſignifico quidem quiddã quod homo non eſt/ ſed hoc infinitum eſt. Poteſt enim & canis ſignificari/ & equus & lapis/ & quodcũq; homo non fuerit: & ęqualiter dicitur & in eo qđ eſt & in eo qđ non eſt. Si quis enim de Scylla qui non eſt/ dicat non homo: ſignificat quiddam/ qđ in ſubſtãtia atq; in rerum natura nõ permanet. Si quis autem vel de lapide/ vel de ligno/ vel de aliis quæ ſunt rebus/ dicat non homo: idem tamen aliqd ſignificat/ & ſemper præter id qđ nominat/ huiuſmodi vocabuli ſignificatio eſt. Sublato enim homine quicquid pręter hominem eſt: hoc ſignificat non homo/ qđ a nomine pluriſmum differt. omne enim nomen (vt dictum eſt) definite id ſignificat qđ nominatur: & non ſimiliter & de eo qđ eſt & de eo quod nõ eſt dicitur. Sed hęc huiuſmodi vox: et deſignatiua eſt/ & ad placitum/ & ſine tempore/ & (vt dictũ eſt) partes eius nichil extra deſignant. Quare dubia apud antiquos ſententia fuit/ vtrum nomen hoc non dicerent: an hoc aliqua adiectiõe/ diffinitioni nominis ſubiicerent. Et qui hoc a nomine ſeparabant: ita nomen diffinitione claudebant/ dicentes nomen eſſe vocem deſignatiuam ſecundum placitum/ ſine tempore/ circunſcriptæ ſignificationis/ cuius partes nichil extra deſignarent. vt quoniam nõ homo rem circũſcriptam nõ deſignaret: a nomine ſeparetur. Alii vero non eodẽ modo: ſed dicebãt qđẽ id eſſe nomen/ ſed non ſimpliciter. Quadã namq; adiectione ſub nomine poni poſſe illud putabant hoc modo. vt ſicut homo mortuus non dicitur ſimpliciter homo/ ſed homo mortuus: ita quoq; & nomen hoc quod nichil definite ſignificaret/ non diceretur nomen ſimpliciter/ ſed nomen infinitum. cuius ſententię Ariſtoteles eſt author: q ſe hoc vocabulum ei autumat inueniſſe. Ait enim/ at vero nec nomẽ eſt poſitum: quo illud oportet appellare. dicens id qđ dicimus non homo/ quo vocabulo debeat appellari: non nouit antiquitas/ & vſq; ad Ariſtotelem nullus nouerat quid eſſet id qđ non homo diceretur. ſed hic huic vocabulum ſermoni poſuit dicẽs: ſed ſit nomen infinitum. non ſimpliciter nomen: quoniã nulla circunſcriptiõe ſignificat. ſed ifinitũ nomẽ/ quoniã plura & ea infinite ſignificat. ¶Sed hoc nõ ſolũ huiuſmodi vocibus cõtingit/ vt ſimpliciter ſub noĩe poni nõ poſſint: ſed ſunt quędam alię quæ omnia quidem nominis habent/ & definite ſignificant/ ſed quadã alia diſcrepantia nomina ſimpliciter dici non poſſunt. vt ſunt obliqui caſus/ vt cum dicimus Cãtonis Catoni Catonem & cæteros. horum enim diſcrepantia eſt a nomine: q̃ nomen rectum iũctum cum eſt vel non eſt/ enunciationẽ facit. vt ſi quis dicat Socrates eſt: hoc verum vel falſum eſt. Si enim viuẽte Socrate diceretur: verum eſſet. ſi vero mortuo/ falſum eſſet. quare affirmatio eſt. Si quis autem dicat Socrates non eſt: rurſus facit negationem/ & in ea quoq; veritas vel falſitas inuenitur. Ergo omne nomen rectum iunctum cum eſt vel non eſt: enunciationem facit. hi vero obliqui caſus iuncti cum eſt vel non eſt: enunciationem nulla ratione perficiũt. Enũciatio namq; perfectus oratiõis intellectus eſt: in quem veritas vel falſitas cadit. Si qs ergo dicat Catonis eſt: nondũ eſt plena ſentẽtia. quid enĩ Catonis eſt/ nõ dixit: atq; eodẽ modo Catoni ẽ/ vel Ca-

De ſinitis nominibus

De caſibus nominum

non eſt/vox vero eſt ſignificatiua ſecundum placitum & tempore vacat. vt igitur nomen ab huiuſmodi oratione diuideret: addidit hanc differentiam/quæ eſt cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata. Oratio enim quoniam verbis nominibuſq; coniũgitur/verba vero vel nomina ſignificatiua eſſe palam eſt: partes quoq; orationis ſignificare aliquid dubium non eſt. Nominis vero pars quoniam ſimplex eſt: nichil omnino ſignificat. Sed cum omnis oratio omneq; nomen & verbum ex ſubiectis intellectibus vim ſignificandi ſumat: eſt autem aliquoties vt vnum nomen multos ſignificet intellectus. quocirca erit quoq; vt non ſimplex nomẽ ſit/qđ non vnam tantum animi paſſionem intellectũq; deſignet. Nam cum dico ſuburbanum/vrbanum imaginationem ſignificandi tenet: ſed ita vt a toto nomine ſeparatum/cum ad ipſum refertur nomẽ ſignificet nichil. & vt in eo qđ dicim⁹ equiferus/ferꝰ quidem aliquid ſignificare vult: ſed ſi a tota compoſitione ſeparatur/nichil omnino deſignat in eo ſcilicet nomine in quo cum equi particula iunctum/equiferum conſignificabat. Omnis namq; huiuſmodi compoſitio: vnius intellectus deſignatiua eſt. quare in oratione quidem ferus ſignificat. etenim equus ferus oratio/dum os retinet intellectus. in nomine vero nichil: quoniam hoc qđ dicimus equiferus/vnius intellectus deſignatiuum eſt. ſed fortaſſe ferus cum ea parte qua iunctum eſt/ſimul quidem conſignificat: ſeparatũ vero nichil. hoc eſt ergo qđ ait. ¶ At vero nõ quemadmodũ in ſimplicib⁹ nominibus: ſic ſe habet in compoſitis. In illis enim nullo modo pars ſignificatiua eſt: in his autem vult quidem/ſed nullius eſt/ſeparata. vt in eo quod eſt equiferus/hoc quod eſt ferus. Secundum placitum vero: quoniam natura/nominum nullum eſt/ſed quando fit nota. quoniam deſignant & illitterati ſoni/vt ferarum: quorum nichil nomẽ eſt. ¶ Simplex enim nomẽ nec imaginationem aliquam partium ſignificationis habet: compoſita vero tales habet partes/vt quaſi conentur quidem aliquid ſignificare/ſed conſignificent potius q̃ quicq̃ extra ſignificent. addito igitur nomini ꝙ eius partes nichil ſeparatę ſignificant: nomẽ ab oratiõe diſiunctũ eſt. ¶ Poſtq̃ adiectionem quæ eſt/cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata/ꝙ in nominis diſtinctiõe valeret explicuit/hoc ſcilicet quo nomen ab oratione ſeiungeret: illud quoq; diſſerit cur ſit additum quod dictum eſt ſecũdum placitum. Nam quoniam nulla naturaliter nominum ſignificatio eſt/ſed omne nomen poſitionem deſignat: iccirco dictum eſt ſecundum placitum. qđ enim placuit ei qui primus nomina ididit rebus: hoc illis vocabulis deſignatur. age enim quis naturaliter nomina eſſe confirmet: quorum apud omnes gentes eſt tam diuerſa varietas? Nec vero dicitur ꝙ nulla vox naturaliter aliquid deſignet: ſed ꝙ nomina non naturaliter/ſed poſitione ſignificent. Alioqui habent hoc ferarum mutorumq; animalium ſoni: quorum vox quidem ſignificat aliquid. vt hinnitus equi/cõſueti equi inquiſitionem: latratus canum latrantium iracundiam monſtrat/et alia huiuſmodi. Sed cum voces mutorum animaliũ propria natura ſignificent: nullis tamen elementorum formulis conſcribuntur. Nomen vero quãq̃ ſubiacet elementis: prius tamen q̃ ad aliquam ſubiectę rei ſignificationem ponatur/per ſe nichil deſignat. vt cum dicimus ſindapſus vel herecelein. hæc per ſe nichil quidem ſignificant. ſed ſi ad ſubiectę rei alicuius ſignificationẽ ponantur/vt dicatur vel homo ſindapſus/vel lapis herecelein: tunc hæc quę per ſe nichil ſignificabant/poſitione & ſecundum ponentis quoddam placitum/deſignant. Ego tunc nomen ſignificatiuum eſt: quando (vt ipſe ait) fit nota. tunc autem fit nota: cum ſecundum ponentis placitum/vocabulum qđ naturaliter nichil deſignabat/ad ſubiectæ rei ſignificationem datur. hoc eſt enim quod ait/fit. ſi enim naturaliter nomina ſignificarent: nunq̃ de his Ariſtoteles diceret/fit nota. tunc enim non fieret nota: ſed eſſet. Ergo quoniam nomina ſecundum placitum ſignificatiua ſunt/ferarum vero illitterati ſoni ſecundum naturam: iccirco horum voces eſſe nomina non dicũtur. Vniuerſaliter autem dicimus/omnium vocum: alię ſunt quę inſcribi litteris poſſũt/alię quę non poſſunt. Et rurſus earum quę inſcribuntur vel minimę: alię quidem ſignificant/alię vero nichil. Amplius quoq; omnium vocum: alię ſecundum placitum deſignant/alię vero naturaliter. Nomen ergo ſecundum placitum eſt. poſitiõe enim/factum eſt ſubiectæ rei nota. Nichil enim nominum eſt: qđ naturaliter ſignificet. non enim nomen informat ſignificatio ſecundũ naturam: ſed ſecundum placitum ſignificatio. Nam & illitterati ſoni ſignificant: vt ſunt ferarũ quos ideo ſonos vocauit/quoniam ſunt muta quædam animalia/quę vocem omnino non habent/ſed tantum ſonitu quodam concrepant. Quidam enim piſces nõ voce: ſed branciis ſonãt & (vt Porphyrius autumat) cicada per pectus ſonitum mittit/quorum omnium nichil eſt nomẽ. Cicada
hoc autem dictum eſt non ꝙ nullum nomen ſit harum vocum/quas animalia proferunt: ſed ꝙ his nõ velut nominibus vtant. Nã q̃is illitterata eſt vox & natura ſignificat/vt latratus canũ: dicitur tamẽ latratus/& leonis fremitus/& tauri mugitus/quæ ſunt nomina ipſarũ vocum/q̃ a mutis aialib⁹ proferũtur. ſed non hoc dicim⁹/quoniã eorũ nichil eſt nomẽ: ſed quoniã horũ ſonorũ

nichil extra deſignat. ¶Dicit autem eſſe verbum ſemper eorum quę de altero prædicantur notam: qđ huiuſmodi eſt ac ſi diceret nichil aliud niſi accidentia verba ſignificare. Omne enī verbum aliquod accidens deſignat. cum enim dico curſus ipſum quidē eſt accidens. ſed non ita dicitur: vt ipſum quidē alicui ineſſe vel non ineſſe dicatur. Si autem dixero currit: tunc ipſum accidens in alicuius actione proponens alicui ineſſe ſignifico. & quoniā quod dicimus currit pręter aliquid ſubiectum eſſe non poteſt (neq; enim dici poteſt pręter eum qui currit) iccirco dictum eſt omne verbū eorum eſſe quæ de altero prędicantur ſignificatiuum. vt verbum qđ eſt currit: tale ſignificat quiddam qđ de altero prędicetur ideſt de currēte. Iſ igitur expeditis: qđ ait verbū conſignificare tempus exemplis aperuit. Ait enī dico aūt quoniā conſignificat tēpus. vt curſus quidē eſt nomen: currit vero verbum. conſignificat enim nunc eſſe. expeditiſſime quid verbum diſtaret a nomine: verbi et nominis interpoſitione monſtrauit. etenim quoniam curſus accidēs eſt & nominatum eſt ita vt ſit nomen: non conſignificat tempus. Currit vero ideſt accidens in verbo poſitum: p̄ſens tempus deſignat. & hoc verbū diſtare videtur a nomine q̄ illud cōſignificat tempus: iſtud vero pręter omnem conſignificationem temporis prędicatur. ¶Sed poſtq̄ verbū conſignificare tēpus oſtendit: id qđ ſupra iā dixerat verbū ſemper de altero prędicari idē nunc memoriter q̄ēadmodum prędicetur oſtendit. Ait enim & ſemper eorum quę de altero dicuntur nota eſt: v eorum quę de ſubiecto vel in ſubiecto. Hoc ſcilicet dicens ita verbum ſignificat aliquid: vt id quod ſignificat de altero prędicetur ſed ita vt accidens. omne namq; accidens & in ſubiecto eſt & de ſubiecta ſubſtantia ſibi prędicatur. Nam cum dico currit: id de homine ſi ita contingit prędico ſcilicet de ſubiecto & ipſę curſus in homine eſt. vnde verbum currit inflexum eſt. ergo qđ dicit ſemper eorum eſſe notam verbum quę de altero prędicētur: hoc monſtrat verbum accidentia ſemper ſignificare. quoniā ait eas res verbi ſignificatione monſtrari: q̄ vel in ſubiecto eſſent vel de ſubiecto dicerētur. vel certe vt ſit alius ītellectus: quoniam ſolet indifferēter vti de ſubiecto aliquid prędicari tanq̄ ſi dicat in ſubiecto eſſe. & ſępe cum dicit de ſubiecto aliquid prędicari in ſubiecto eſſe ſignificat. cum enī vellet oſtendere accidētiū ſignificationem contineri verbis: ait ea ſemper ſignificari verbis quę de ſubiecto eſſent. Sed quoniam hoc videbatur obſcurius: patefecit addito vel in ſubiecto. vt quid eſſet de quo ſupra dixerat de ſubiecto: exponeret cum addidit vel in ſubiecto tanq̄ enim ſi ita dixiſſet. Verbū quidem ſemper eorū nota eſt quę de altero prędicantur ſubiecto. ſed ne hoc fortaſſe cuipiam videatur obſcurius: hoc dico eſſe de ſubiecto qđ eſt eſſe in ſubiecto. Vel melior hec expoſitio eſt ſi ſimiliter dixiſſe eū arbitremur: tanq̄ ſi diceret. omne verbum ſignificat quidem accidens: ſed ita vt id qđ ſignificat aut particulare ſit aut vniuerſale. vt id quod ait de ſubiecto ad vniuerſalitatem referamus: quod in ſubiecto ad ſolā particularitatem. Cum enim dico mouetur: verbum quidem eſt & accidens ſed vniuerſale. Motus enim plures ſpecies habet: vt curſus ſub motu ponitur. ergo curſus ſi diffiniendus eſt: motū de curſu prędicamus. Quocirca motus genus quiddam eſt curſus: atq; ideo motus de curſu vt de ſubiecto prędicabitur. curſus vero ipſe quoniam ſpecies alias non habet: in ſubiecto tantum eſt ideſt in currente. motus autem & ipſe quanq̄ eſt in ſubiecto: tamē de ſubiecto prędicatur. Ideo dicit eorum eſſe notam verbum quę de altero prędicantur: atq; addit vt eorum quę de ſubiecto vel in ſubiecto. Hoc dicit q̄ accidentium vim verba ſignificant: ſed talium q̄ aut vniuerſalia ſint aut particularia. vt cū dico moueor: vniuerſale qddā eſt & de ſubiecto dicitur vt de curſu. Cū vero dico curro: particulare eſt. & quoniam de ſubiecto non dicitur: in ſubiecto ſolum eſt. ¶Non ſanatur vero non egrotat: non verbum dico. Cōſignificat enim tempus & ſemper de aliquo eſt. Differentię autem huic nomen poſitum non eſt ſed infinitum verbum ſit: quoniam ſimiliter in quolibet eſt & qđ eſt & quod non eſt. ¶Similiter autem & ſanabitur & ſanabatur non verbum eſt ſed caſus verbi. Differunt autem a verbo: q̄ hoc quidem pręſens cōſignificat tempus illa vero id quod circūcirca eſt. ¶Quemadmodū dixit in nomine non homo non eſſe nomen iccirco q̄ multis aliis cōueniret quę homines non eſſent quoniamq; de homine id qđ diceret auferret nichilq; definitum in eadem prędicatione relinqueret (qđ enim nō hō eſt: poteſt eſſe & cētaurus poteſt eſſe et equus et alia quę vel ſūt vel non ſunt) atq; ideo infinitū nomen vocatum eſt: ita quoq; in verbo qđ eſt non currit vel non laborat infinitum quoq; ipſū eſt quoniam non ſolum de eo quod eſt verū eſt ſed etiam de eo qđ non eſt prędicari poteſt. Poſſum namq; dicere homo non currit: & id quod dico non currit vel non laborat de ea re quæ eſt prędico ideſt de homine. Poſſum rurſus dicere Scylla nō currit ſed Scylla non eſt: ergo hoc qđ dico non currit & de ea re quæ eſt valet & de ea quæ nichil eſt p̄dicari. ¶Sed forte aliquis hoc quoq; in verbis eē finitis cōtēdat. Poſſū nāq; dicere equus currit hippocētaur⁹ currit: & de ea re ſcilicet q ē & de ea q̄ nō eſt. ¶Et de p̄terito dixit: q̄ futurū qđē āte p̄ſens tēp⁹ eſt p̄teritū vero retro relinqtur. & nouo admirabiliq; ſermone vſus eſt q̄ ait circūcirca eſt, ſed nos id quātum la-

Sed forte obiectioni non reſpondet: q̄ ſtati non cōcludere deprehendatur. de eo enim qđ non eſt finitū verbū nō vere dicitur.

tonem eſt. In his ergo quoniam cum eſt vel nō eſt iūcti / enūciationē non perficiunt: eſt quędā a nomine diſcrepātia quāq̄ ſunt nomini omni diffinitione coniuncti. Magna enim eſt diſcrepātia: q̄ rectum nomē cum eſt iunctum / perfectam orationem facit / obliqui caſus imperfectam. Quod autem dictum eſt obliquos caſus cum eſt verbo iunctos / orationem perfectam non facere: non dicimus quoniam cum nullo verbo obliqui caſus iungūtur / ita vt nichil indigentem perficiant orationem. Cum enim dico Socratem penitet: enunciatio eſt. ſed non cum omni verbo / ſed tā tum cum eſt vel non eſt / hi caſus iuncti: perfectam orationē nulla ratione conſtituunt. Atq; hoc eſt quod ait. Catonis autem vel Catoni & quęcunq; talia ſunt: non ſunt nomina / ſed caſus nominis. vnde etiā diſcrepare videntur. hæc enim nomina non vocātur. Illa enim rectius dicūtur nomina quę prima poſita ſunt / ideſt quæ aliquid monſtrant. genitiuus enim caſus non aliquid: ſed alicuius / & datiuus alicui / & ceteri eodem modo. Rectus vero qui eſt primus / rem monſtrat. vt ſi quis dicat Socrates, atq; ideo hic nominatiuꝰ dicitur: q̄ nominis quodā modo ſolus teneat vim nomenq; ſit. & veriſimile eſt eū q primus nomina rebus impoſuit: ita dixiſſe / vocetur hiq; homo / & rurſus vocetur hic lapis. poſteriore vero vſu factum eſt / vt in alios caſus primitus poſitum nomen / deriuaretur. Illud quoq; maius eſt: q̄ omnis caſus / nominis caſus eſt alicuius. Ergo niſi ſit nomen cuius caſus ſit: caſus dici nominis recte non poteſt. Caſus autem omnis: inflexio eſt. ſed genitiuus & datiuus & cęteri: nominatiui inflexiones ſunt. quare nominatiui / caſus erūt. ſed omnis caſus qui ſecundum nomen eſt: nominis caſus eſt. nomen igitur nominatiuus eſt. Aliud vero eſt caſus alicuius / q̄ eſt idipſum cuius caſus eſt. caſus igitur nominis / nomen non eſt. Quod vero adiecit / ratio vero eius eſt in aliis quidem eadem: hoc inquit. Ratio et diffinitio obliqui caſus & nominis: eadem in omnibus aliis eſt. nam & voces ſunt / & ſignificatiuæ & ſecundum placitum: & ſine tempore & circunſcriptę deſignant. ſed (vt ipſe ait) differt / quoniam cum eſt vel fuit vel erit adiunctum: neq; verum neq; falſum eſt. Qđ a recto nomine ſine vlla dubitatione perficitur: vt cum eſt vel fuit vel erit adiunctū / verum vel falſum conficiat. quod deſignauit per hoc quod ait. Nomē vero ſemper / ſubaudiendum eſt ſcilicet facit verum vel falſum: cum eſt vel fuit vel erit adiunctum. eorūq; ponit exempla / Catonis eſt vel non eſt. in iis enim (vt ipſe ait) neq; verum aliqd dicitur neq; falſum. quare integra nominis diffinitio / eſt huiuſmodi. ¶Nomen eſt vox deſignatiua ſecundum placitum / ſine tempore / circūſcriptę ſignificationis: cuius partes extra nichil deſignant / & cum eſt vel erit vel fuit adiunctum / nullius indigentis orationis perficiens intellectum / enunciationemq; conſtituens. quoniam igitur de nomine expeditum eſt: ad diffinitionem verbi veniamus. Integra nominis deſinitio.

¶DE VERBO. Cap. III.

VErbum autem eſt quod conſignificat tempus / cuius nulla pars ſignificat extra: & eſt ſemper eorum quę de altero prædicātur nota. ¶Dico autem quoniam conſignificat tempus. vt ſanitas quidē nomen eſt: ſanatur vero verbum. cōſignificat enim nunc eſſe: & ſemper eorum quę de altero dicuntur nota eſt / vt eorum quæ de ſubiecto vel in ſubiecto ſunt. ¶Verbi quidem integra diffinitio eſt huiuſmodi. Verbum eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum / q̄ cōſignificat tempus / & cuius nulla pars extra ſignificatiua eſt. Sed quoniam commune eſt illi cum nomine eſſe vocem / & ſignificatiuam / & ſecūdum placitum: iccirco illa reticuit. Ab iis autem quæ propria ſunt verbi: inchoauit. verbi autem proprium eſt / quo a diffinitione nominis ſegregatur: q̄ conſignificat tempus. Omne enim verbum: conſignificationem temporis retinet / ſignificationem non. Nomen enim ſignificat tempus: verbum autem cum principaliter actus paſſioneſq; ſignificet / cum ipſis actibus & paſſionibus / temporis quoq; vim trahit. vt in eo qđ dico lego: actionem quidem quandam principaliter mōſtrat hoc verbum / ſed cū ea ipſa agēdi ſignificatione / preſēs quoq; tempus adducit. atq; ideo non ait verbum ſignificare tēpus: ſed conſignificare. Neq; enim principaliter verbum ſignificat tempus (hoc enim nominis eſt) ſed cū aliis quæ principaliter ſignat / vim quoq; temporis inducit & inſerit. Ergo cum nomen & verbum voces ſignificatiuę ſint & ſecundum placitum: addito verbo quod cōſignificat tempus / a nomine ſegregatur. vt enim ſępe dictum eſt / nomen ſignificare tempus poterit: verbū vero conſignificare. Et ſicut in diffinitione nominis addidit / nichil omnino partes ſeparatas a tota compoſitione nominis deſignare / propter orationes quę nominibus eſſent compoſitę / vt eſt Plato et Socrates: ita quoq; in verbo addidit / nichil extra verbi partes ſignificare / propter eas orationes quas verba componunt / vt eſt ambulare et currere. hæc enim oratio ex verbis compoſita eſt / et ſingula verba et in ipſa oratione & præter eam per ſe ipſa ſignificant: in verbo vero nullo modo. Et ſicut in nomine pars nominis nichil ſignificat ſeparata: ita & in verbo pars verbi

Solutio

dit quieſcit. ¶ Sed ad hoc Ariſtotelem retuliſſe putandum eſt: quoniam quilibet audiens cum ſignificatiuam vocem cęperit animo / eius intelligentia nititur. vt cum quis audit homo: quid ſit hoc ipſum quod accipit / mẽte compræhendit / conſtituitq; animo audiſſe ſe animal rationale mortale. Si quis vero huiuſcemodi vocem cęperit / que nichil omnino deſignet: animus eius nulla deſignatiõe neq; intelligẽtia roboratus errat / ac vertit / nec vllis deſignationis finibus cõquieſcit. quare Ariſtotelis recta ſententia eſt: & verba ſecundum ſe dicta eſſe nomina / et dicentẽ cõſtituere intellectum / audientẽq; quieſcere. Sed huiuſmodi quęſtio ab Aſpaſio propoſita eſt / & ab eodem reſoluta. ¶ Poſtq̃ igitur Ariſtoteles ſecũdũ ſe dicta verba / nomina eſſe conſtituit: inquit / ſed ſi eſt vel nõ eſt nondũ ſignificãt / qđ huiuſmodi eſt ac ſi diceret. Significãt qdẽ quiddã a verbis velut a nominibus: ſed nulla tamen inde negatio / affirmatioue perficitur. Cum enim dico ſapit: eſt quidem quędam ſignificatio / ſed nichil aut eſſe aut non eſſe demõſtrat. ideſt neq; affirmatiuum aliquid / neq; negatiuum eſt. nam ſi affirmatio aut negatio in intellectuũ cõpoſitionibus inuenitur / vt ſupra iã docuit: neq; ſola nomina dicta neq; verba aut affirmationem / aut vllã facient negationem. Pluribus enim modis docuit Ariſtoteles alias / non in rebus ſed in intellectibus veritatem falſitatemq; eſſe conſtitutam. quoniam ſi in rebus veritas falſitasue eſſet: vna res ſola aut affirmatio eſſet / aut quę ei contraria eſt negatio. Nũc vero quoniam in intellectibus iunctis veritas et falſitas ponitur: oratio vero opinionis atq; intellectus paſſionumq; animæ interpres eſt. quare ſine compoſitione intellectuum verborumq; veritas et falſitas non videtur exiſtere. quocirca præter aliquã compoſitionem: nulla affirmatio vel negatio eſt. Verba igitur per ſe dicta ſignificãt quidẽ quiddã / & ſunt rei nomina: ſed nondũ ita ſignificant / vt vel eſſe vel non eſſe aliquid conſtituant / ideſt vt affirmationem faciant aut negationem. Nam ſicut in nominis partibus aut verbi / ptes ipſę nichil ſignificãt / oẽs vero deſignãt ſimul: ita quoq; in affirmationibus aut negationibus partes quiddam ſignificant / totę vero coniunctæ / verum falſumue deſignant. vt cũ dico Socrates philoſophus eſt / Socrates philoſophus non eſt: ſigillatim poſitę partes propria ſignificatiõe nituntũ / ſed nichil verum falſumue ſignificãt. omnes vero ſimul iunctę / vt cũ dico Socrates philoſophus eſt: veritatem faciũt / vel qđ eſt huic contrariũ / falſitatem. Quare cum verba ſecundum ſe dicta nomina ſint / et ſignificent aliquid / & partes quędam eius cõpoſitionis ſint / quæ verũ falſumue faciant: non tamen ipſa in propria ſignificatione vel eſſe qđ eſt affirmationis / vel nõ eſſe quod eſt negationis / deſignant. niſi enim cui inſit verbum / illud fuerit additum: non fit enunciatio. vt cũ dico ſapit: niſi quis ſapiat dicã / propoſitio non eſt. ¶ Quod autem addit / neq; enim ſignũ eſt rei / eſſe vel nõ eſſe: tale quiddã eſt. eſſe quod verbum eſt / vel nõ eſſe quod infinitum verbum eſt: non eſt ſignum rei / ideſt per ſe nichil ſignificat. eſſe enim / niſi in aliqua compoſitione non ponitur. Vel certe omne verbum dictũ per ſe ſignificat quidem aliquid: ſed ſi eſt vel non eſt nondum ſignificat. Non enim cum aliquid dictum fuerit: iccirco aut eſſe aut non eſſe ſignificãt. Atq; hoc eſt quod ait. neq; enim ſignũ eſt rei / eſſe vel non eſſe. etenĩ quam rẽ verbũ deſignat: eſſe eius vel non eſſe / non eſt ſignum ipſum verbum quod de illa re dicitur. ac ſi diceret. neq; enim ſignum eſt verbum quod dicitur: rei eſſe vel nõ eſſe / hoc eſt de qua dicitur re. vt id qđ dico rei eſſe vel non eſſe: tale ſit / tanq̃ ſi dicã remi ipſam ſignificare eſſe vel nõ eſſe. atq; hic eſt melior intellectus: vt non ſit ſignũ verbũ eius rei de qua dicit eſſe vel nõ eſſe / ſubſiſtẽdi ſcilicet vel nõ ſubſiſtẽdi / q; illud qdẽ affirmatiõis eſt. iſtud vero negatiõis. vt ſit talis ſenſus. neq; enĩ qđ dicitur verbum: ſignũ eſt ſubſiſtẽdi rẽ vel non ſubſiſtendi. ¶ Sed quod addidit /

Alexander

nec ſi hoc ipſum eſt purum dixeris / vel ſi ita dicamus / nec ſi hoc ipſum ens purum dixeris: Alexander quidem dicit eſt vel ens æquiuocum eſſe. Omnia enim prędicamenta quę nullo communi genere ſubduntur: æquiuoca ſunt / et de omnibus eſſe prædicatur. ſubſtantia enim eſt / et qualitas eſt / et cętera. Ergo nũc hic dicere videtur. ipſũ ens vel eſt / vnde eſſe traductum eſt: per ſe nichil deſignat. omne enim æquiuocum verbum per ſe poſitum: nichil deſignat. niſi enim adres quas pro volũtate ſignificat / aptetur: ipſum per ſe eo nullorum deſignatiuum eſt q; multa ſignificat. ¶ Porphyrius vero aliquam protulit expoſitionem: quę huiuſmodi eſt. Sermo hic quem

Porphyrio

dicimus / eſt: nullam per ſe ſubſtantiam mõſtrat / ſed ſemper aliquam coniunctionem vel earum rerum quę ſunt / ſi ſimpliciter opponatur / vel alterius ſecundum participationem. Nam cum dico Socrates eſt: hoc quod dico Socrates / aliquid eorum eſt quę ſunt / & in rebus iſs quę ſunt / Socratem iungo. ſin vero dicam Socrates philoſophus eſt: hic inquam Socrates / philoſophia participat / rurſus hic quoq; Socratem philoſophiamq; coniungo. ergo hoc quod dico eſt / vim cõiunctionis cuiuſdam obtinet non rei. q; ſi propoſitionem aliquam copulationemq; promittit: ſolum dictum / nichil omnino ſignificat. atq; hoc eſt quod ait / nec ſi hoc ipſum eſt purum dixeris / ideſt ſolum: non modo neq; veritatem neq; falſitatem deſignat / ſed omnino nichil eſt. & quod ſequutus eſt planum fecit. ſignificat (inquit) quãdã compoſitionem: quam ſine compoſi-

tinitas passa est/transferre diu multumq; laborantes hoc solū potuimus: greca vero oratione luculentius dictum est. Ita enī habet τα λεγομενα περιξ quod q grecę linguę peritus est/ quantū
» melius græca oratione sonet/ agnoscit. ¶ Ipsa igitur secundum se dicta verba/ nomina sunt/ &
» significāt aliquid. constituit enim qui dicit intellectum/ & qui audit quiescit. sed si est vel non est:
» nondum significat. neq; enim signū est rei/ esse vel non esse/ nec si hoc ipsū est purū dixeris. ipsū
» enim nichil est/ cōsignificat autē cōpositionē quandā: quam sine compositis non est intelligere.
» ¶ Hoc in loco Porphyrius de Stoicorum dialectica/ aliarūq; scholarū multa permiscet/ & in aliis quoq; huius libri partibus idest in expositionibus idem facit. quod iterdum nobis est negligēdum. Sæpe enim superflua expositione magis obscuritas comparatur. Nunc autem Aristotelis sententia huiusmodi est. verba autem (inquit) ipsa dicta secundū se nomina sunt/ non secundū id q; omnis pars orationis communiter nomen vocatur/ vt dicimus nomina rerum: sed q; omne verbum per se dictum neq; addito de quo illud prædicetur tale est vt nomini sit affine. Nam si dicam Socrates ambulat: id qđ dixi ambulat/ totum pertinet ad Socratem. nulla enim ipsius intelligentia propria est. At vero cum dico solum ambulat: ita quidē dixi tanq̄ si alicui insit/ ideſt tanq̄ si qlibet ābulet/ sed tñ p se est ꝓpriāq; retinens sentētiā huius verbi significatio. vnde fit vt apud grecos quoq; cum articularibus prepositiuis sola verba dicta proferantur/ vt est. το περιπατειν του περιπατειν τω περιπατειν. Q; si verba cum nominibus coniungantur in oratiōe greca: articularia ꝓpositiua addi nō possunt nisi sola dicta sint. Qñ vero significāt rē. & ita vt q̄is ea significant que alicui insint: tamen q; secūdum se et per suam essentiam dicātur iccirco sunt nomina. & qđ Aristoteles ait/ ipsa quidē secundum se dicta verba nomina sunt: tale est ac si diceret. ipsa quidem sola neq; cum alijs iuncta verba/ nomina sunt. Cuius rei hoc argumentum reddit. Constituit enim (inquit) qui dicit intellectum: & qui audit quiescit. hoc autē tale est. Omne nomē auditum/ quoniā per syllabas progrediens vox aliquantulum temporis spacium decerpit: in ipsa progressione temporis qua dicitur nomen/ audientis quoq; animus progreditur. vt cum dico imperterritus/ sicut per syllabas im/ & per/ & ter/ & cęteras progreditur nomen: ita quoq; animus audientis per easdē syllabas vadit. Sed vbi quis expleuerit nomē et dixerit imperterritus: sicut nomen a syllabarum progressione finitum consistit/ ita quoq; audientis animus conquiescit. Nam cum nomen audit totum: totam significationem capit. & animus audientis/ qui dicentis syllabas sequębatur/ volens qđ ille diceret intelligere: cum significationem ceperit/ consistit/ & eius animus perfecto demū nomine constituitur. hoc est enim q̄d ait. cōstituit enim qui dicit intellectum/ et qui audit quiescit. Etenim is qui loquitur: postq̄ totū sermonē dixerit/ audientis animum constituit (nō ē enī quo progrediatur intelligentia) ipsoq; nomine terminato animus auditoris qui progrediebatur: explicatione nominis constituitur & quiescit/ & vltra ad intelligentiam quippe expedita significatione nominis non procedit. at hoc verbo nominiq; commune est: sed si verbum solum dicatur. Nam si cū nomine coniungatur: nondum audientis constituitur intellectus. est enim quo vltra progredi animus audiētis possit. q; cum dico Socrates ambulat: hic ambulat non per se intelligitur/ sed ad Socratē refertur/ & in tota oratione consistit intellectus non in solo sermone. at vero si solum dictū sit: ita in significatione cōsistit quemadmodū in nomine. Recte igitur dictū est: ipsa secundum se dicta verba/ nomina esse. quoniam constituit is qui dicit intellectum: & qui audit quiescit. ¶ Vel certe erit melior expositio/ si ita dicamus verba ipsa secundum se dicta nomina esse: iccirco quoniam cuiusdam rei habent significationem. neq; enim si talis rei significationem retinent verba que semper aut in altero sit/ aut de altero prędicetur: iccirco iam nichil omnino significant. nec quia significāt aliquid qđ prēter subiectum esse non possit: iccirco iam etiam illud significant/ quod subiectum est. vt cum dico sapit: non iccirco nichil significo/ quoniam hoc ipsum sapit sine eo qui sapere potest esse non possit. nec rursus cum dico sapit: illū ipsum qui sapiens est significo. sed illud quod dico sapit: nomen est cuiusdam rei/ quæ semper sit in altero & de altero prędicetur, vnde fit vt intellectus quoq; sit. Nam qui audit sapit: licet per se constantem rem nō audiat (in altero nāq; semper est) & in quo sit dictum non est/ tamē intelligit quiddam & ipsius verbi significatione nititur/ & in ea constituit intellectum & quiescit/ vt ad intelligentiam nichil vltra quęrat omnino sicut fit in nomine. Quemadmodum enim nomē cuiusdam rei significatio propria est per se constantis: ita quoq; verbum significatio rei est non per se subsistentis/ sed alterius subiecto & quodam modo fundamento nitentis. ¶ Est hic quęstio. non enim verū videri potest/ qđ ait. cōstituit enī qui dicit itellectū/ & q audit qescit. nā neq; q dicit cōstituit itellectū: neq; q audit/ qescit. deest enim qđdā sermoni vel nomini. vt si quis dicat Socrates: mox audientis animꝰ requirit qd Socrates/ faciat ne aliqd/ an patiat. & nondū audiētis itellectꝰ ē qetꝰ: cū horū aliqd requirit. et in verbo idē. vt cū dico legit: qs legat animꝰ audiētis requirit. Nōdū ergo q dicit cōstituit itellectū: nec q au

Obiectio.

minibus verbiſq; conſtent/ quanq̃ ſunt imperfectę ſententię/ tamẽ orationes eſſe videantur/ cũ preſertim orationẽ ipſe ita diffiniat. Oratio ẽ vox ſignificatiua: cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum. In iſs ergo vocibus quę verbis & nominibus componuntur: partes extra ſignificant/ & non cõſignificãt. Nam ſi nomen & verbum ſignificatiuũ eſt ſeparatũ/ in ijs vero vocibus quę verbis & nominibus cõponũtur/ partes extra ſignificant/ non cõſignificant: etiam voces imperfectę nominibus & verbis cõpoſitæ/ orationes ſunt. Nam ſi nomen omne & verbũ ſignificatiuum eſt/ hę autem voces ideſt orationes nominibus cõponũtur & verbis: dubiũ non eſt in ijs vocibus quę ex nominibus & verbis coniunctę ſunt/ partes per ſe ſignificare. q̃ ſi hoc eſt: & vox cuius partium aliquid ſeparatum & per ſe ſignificat/ licet ſit imperfectę ſententiæ/ tamen orationem eſſe manifeſtum eſt. ¶ Sed quod addit orationis partes ſignificare/ vt dictionẽ/ non vt affirmationem vel negationẽ: Alexander ita dictum eſſe arbitratur. Sunt enim (inquit) alię quidem ſimplices orationes/ quę ſolis verbis & nominibus coniũguntur: alię vero compoſitę/ quarum partes in vnũ corpus iunctę/ iã faciũt orationes. & ſimplices quidẽ orationes: partes habent eas/ ex quibus componũtur/ verba & nomina. vt eſt Socrates ambulat. Compoſitæ autem aliquoties quidem tantum orationes: aliquoties vero etiam affirmationes. vt cum dico Socrates ambulat/ & Plato loquitur: vtreq; ſũt affirmationes. vel cum dico/ Aio te Eacida rhomanos vincere poſſe: ex orationibus/ non ex affirmationibus componitur talis oratio. Prior autem/ ſimplicitas eſt: poſterior vero/ compoſitio. In quibus eſt autem prius vel poſterius aliquid: illud ſine dubio diffiniendũ eſt priori loco/ qđ natura quoq; pręcedit. Ita ergo quoniã prior ſimplex oratio eſt/ poſterior vero cõpoſita: prius ſimplicem orationẽ diffinitione conſtituit/ dicens cuius partes ſignificant vt dictio/ non vt affirmatio/ dictionem ſimplicis nominis aut verbi nũcupationem ponens. In ſimplicibus enim orationibus/ huiuſmodi partes ſunt: in cõpoſitis vero aliquoties quidẽ orationes tantum/ aliquoties vero affirmationes/ vt ſupra monſtrauimus. addit quoq; illud. Omnem (inquit) diffinitionẽ: vel cõtractiorẽ eſſe diffinita ſpecie/ vel excedere non oportet. q̃ ſi Ariſtoteles ita conſtituiſſet diffinitionẽ/ vt ſignificare partes orationis diceret vt orationes/ ac nõ vt dictiones: ſimplices orationes ab hac diffinitione ſecluderet. Orationum namq; ſimplicium partes: non vt orationes/ ſed vt ſimplicia verba nominaq; ſignificant. Nam ſi omnis oratio/ orationes habebit in partibus: rurſus ipſę partes quę ſunt orationes/ alijs orationibus coniũgentur/ & rurſus partium partes/ quę eędem quoq; orationes ſunt/ alias orationes habebunt in partibus. at ſi quis hoc intelligentia ſumpſerit: ad infinitum procedet. nec vlla erit prima oratio/ quę ſimplices habeat partes. Neq; enĩ fieri poteſt: vt prima dicatur oratio/ quę alias orationes habet in partibus. partes enim/ priores ſunt propria cõpoſitione. q̃ ſi in infinitum ducatur intelligentia: nulla prima oratio reperitur. & cum nulla ſit oratio prima: nec vlla poſtrema eſt. Quocirca interempta prima/ atq; poſtrema: omnis quoq; interimitur/ & nulla omnino erit oratio. quare nõ recta fuiſſet diffinitio: ſi ita dixiſſet. Oratio eſt vox ſignificatiua: cuius partes aliquid extra ſignificant vt orationes. At vero (inquit Alexander) nec ſi quędam/ orationes in partibus continent: iccirco iam neceſſe eſt ipſarum orationũ partes affirmationes eſſe. vt cum dico/ Deſine meq; tuis incendere teq; quęrelis. Eſt ergo huius orationis pars vna/ Deſine meq; tuis incendere: teq; querelis alia. neutra aũt harũ affirmatio eſt/ quãq̃ videtur eſſe oratio. quocirca nec illa fuiſſet recta diffinitio: ſi ita dixiſſet. Oratio eſt vox ſignificatiua: cuius partes extra aliquid ſignificant/ vt affirmatio. huiuſmodi enim orationis cũ ſint eius partes ex orationibus iunctę: non tãtum affirmationibus totũ ipſius corpus orationis efficitur. Sed quoniam in omni oratione verba ſunt & nomina/ quę ſimplices ſunt dictiones/ nõ autem in omnibus orationibus aut affirmationes aut orationes partes ſunt: qđ cõmune erat/ id in diffinitione conſtituit/ tanq̃ ſi ita diceret. Oratio eſt vox ſignificatiua ſecũdũ placitum: cuius partes aliquid extra ſignificant/ ex neceſſitate quidem vt dictio/ non tamen ſemper/ vt affirmatio aut oratio. Neq; enim poteſt fieri/ vt inueniatur oratio: cuius partes nõ ita aliquid extra ſignificẽt ex neceſſitate vt nomen aut verbum/ cum inueniri poſſit vt ita extra ſignificent orationis partes/ vt tantum orationes aut affirmationes non ſint. Quare ſi ita dixiſſet/ oratio eſt vox ſignificatiua/ cuius partes aliquid extra ſignificant/ vt affirmatio: illas orationes hac diffinitione nõ circumſcripſiſſet/ quarum partes quidem orationes ſunt/ ſed non affirmationes. vt ille verſus eſt: quem ſupra iam poſui. Sin vero ſic dixiſſet. Oratio eſt vox ſignificatiua/ cuius partes extra ſignificant aliquid vt oratio: illas orationes in diffinitione reliquiſſet/ quarum partes ſimplices ſunt. vt eſt Socrates ambulat. Sed cum dicit orationis partes ita ſignificare vt dictiones/ non omnino vt affirmationes: & ſimplices & compoſitas hac diffinitione cõcluſit. Simplices quidem iccirco q̃ quęlibet ſimplex/ paruiſſimaq; oratio: nomine & verbo coniungitur/ quę ſunt ſimplices dictiones. compoſitas vero: quę cum habent orationes in partibus/ partes ipſę habent ſimplices di-

Alexander

tis non est intelligere. Nã si est verbum cõpositionis coniunctionisq; cuiusdã vim/ & proprium obtinet locum: purum & sine coniũctione prædicatum/ nichil significat. sed eã ipsã cõpositionẽ quã designat/ cum fuerit coniũctum ijs q̃ cõponuntur: significare potest. sine cõpositis vero qd significet/ non est intelligere. ¶Vel certe ita intelligendũ est qđ ait/ ipsum quidẽ nichil est: non quoniam nichil significet/ sed quoniam nichil verũ falsumue demonstret/ si purũ dictum sit. cũ enim coniũgitur: tunc fit enũciatio. Simpliciter enim dicto verbo: nulla veri vel falsi significatio est. ¶Et sensus quidem totus huiusmodi ẽ. ipsa verba quidẽ per se dicta: nomina sunt. nam & qui dicit/ intellectũ cõstituit: & qui audit quiescit. sed quãq; significant aliquid verba: nondum tamen affirmationem negationẽue significant. Nam quãuis rem designant: nondũ tamẽ subsistendi eius rei signũ est. nec si hoc ipsum est vel ens dixerimus: aliquid ex eo verum vel falsum potest euenire. Ipsum enim quãq; significat aliquid: nõdum tamen verum vel falsum est. sed in cõpositione fit enũciatio/ & in ea veritas vel falsitas nascitur: quã veritatẽ falsitatemq; sine ijs q̃ componũtur cõiũgũturq; intelligere impossibile est. Et de verbo quidem & nomine sufficiẽter dictum est: secundo vero volumine de oratione est considerandum. Verior expositio.

¶LIBER PRIMVS EXPLICITVS EST.

¶INCIPIT COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

PROOEMIVM.

Vber/mãma.

INquantum labor humanũ genus excolit/ & beatissimis ingenij fructibus cõplet: si intantũ cura exercendæ mentis insisteret/ non tam raris homines virtutibus vterentur. sed vbi desidia demittit animos: cõtinuo feralibus seminarijs animi vber horrescit. Nec hoc cognitione laboris euenire concesserim: sed potius ignorantia. quis enim laborandi peritus: vnq̃ a labore discessit/ quare intendenda vis mentis est: verũq; est amitti animũ/ si remittatur. Michi autem si potentior diuinitatis annuerit fauor: hęc fixa sententia est/ vt quãq̃ fuerũt prędara ingenia/ quorũ labor ac studium multa de ijs q̃ nunc quoq; tractamus/ latinę linguæ contulerint/ non tamen quendam quodã modo ordinem stilumq; disponẽdo/ disciplinarũ gradus ędiderũt. Ego omne Aristotelis opus quodcũq; in manus venerit/ in rhomanũ stilũ vertens: eorum omnium cõmẽta/ latina oratione perscribã. vt si quid ex logicę artis subtilitate/ & ex moralis grauitate peritię/ & ex naturalis acumine veritatis ab Aristotele cõscriptum est: id omne ordinatum transferam/ atq; id quodã lumine cõmẽtationis illustrem. omnesq; Platonis dialogos vertendo/ vel etiam cõmentãdo: in latinam redigam formam. His peractis/ nõ equidem cõtempserim Aristotelis Platonisq; sentẽtias in vnam quodam modo reuocare concordiã/ eosq; non vt plerique dissentire in omnibus: sed in plerisq; ex his in philosophia maxime consentire demõstrem. & hęc si vita ociumq; supererit cum multa operis huius vtilitate/ necnõ etiam labore contẽderim: qua in re faueãt oportet/ quos nulla coquit inuidia. Sed nunc ad proposita reuertamur. ¶Aristoteles nãq; inchoans librum prius nomen diffiniẽdum esse proposuit/ post verbũ/ hinc negationẽ/ post hanc affirmationẽ/ inde cõsequẽter enunciationem: orationẽ vero postremã. Sed nunc cum de nomine & verbo dixerit: conuerso ordine qđ vltimum proposuit/ nunc exequitur. primũ de oratione namq; disputat: quã postremam in operis dispositione proposuit. ait enim. Concordia Aristotelis et Platonis

¶DE ORATIONE. Cap. IIII.

» » » » » »

ORatio autem est vox significatiua/ cuius partium aliquid significatiuum est separatum/ vt dictio sed nõ vt affirmatio vel negatio. ¶Dico autem: vt homo aliquid significat/ sed non quoniam est aut nõ est. sed erit affirmatio vel negatio: si quid addatur. Sed non hominis syllaba vna. neq; enim in eo qđ est sorex: rex significat/ sed vox nũc est solum. In duplicibus vero significat quidem aliquid: sed non secundũ se/ quẽadmodum dictũ est. ¶Videtur Aristoteles illas quoq; voces orationes putare: quęcunq; vel ex nominibus vel ex verbis constent/ non tantum quę integrum colligant intellectum. vt sunt Socrates & Plato. & ambulare & dicere. hęc enim quãq̃ pleni intellectus nõ sunt: verbis tamẽ & nominibus cõponuntur. ait enim orationem esse vocem significatiuã: cuius partes significarent aliquid separatim. significarent (inquit) non consignificarent/ vt in nomine & verbo. Docet autem illa quoq; res: cum etiam imperfectas/ compositas tamẽ ex nominibus ac verbis voces/ orationes dicere. qđ ait/ cum de nomine loqueretur: in eo q̃ est equiferus nichil significare fetus/ quẽadmodum in oratione/ quę est equus ferus. Nam quę est equus ferus: vox composita ex nominibus est/ sed sententiam nõ habet plenam. & ille ait: quemadmodum in oratione quæ ẽst equus ferus. Nam si secundum Aristotelem equus ferus est oratio: cur nõ alię quo q̃ quę no-

partes/eas tamen ſigillatim apponi neceſſe ſit/anteq̃ ad decimam veniamus partẽ: nichilo tamen minus erunt/quas ſibimet ad componendã totius corporis ſummã ſigillatim ſupponimus etiam ſi ad illud qđ componẽdũ fuit/minime peruẽtũ eſt. quocirca ſi anteq̃ perueniatur ad decimam partem prioris effecti compoſitiq; partes ſunt:nulla ratio ẽ imperfectę rei partes dici nõ poſſe.Neq; enim dicuntur totius cõpoſiti partes eſſe:quę ſunt imperfecti. vt ſi ſit integrũ nomẽ/ habẽs partes quattuor/ideſt ſyllabas/vt Mezentius:ſi vnam ſyllabam demã/dicãq; Mezenti/ vel ſi vnam rurſus duaſq; ponam/vt ſunt Mezen:huius tamen vtraq; ſyllaba me ſcilicet & zen partes ſunt.& cum ſit compoſitio ipſa ſenſu vacua/ac ſit imperfecta:tamen partibus cõtinetur. Syrianus igitur minime audiendus eſt:ſed Porphyrius potius/qui ita Ariſtotelis mentem ſententiamq; perſequitur/vt eius diffinitionem quę vera eſt/ labare & in aliquibus aliis diſcrepare non faciat. De his quidem hactenus. ¶ Porphyrius autem ita dicit. Volens (inquit) Ariſtoteles oſtendere non omnem orationẽ/aut ſimplices tantũ habere partes aut compoſitas:a ſimplicibus ſumpſit exemplũ/vt diceret ſignificare partes orationis vt dictionẽ/ nõ vt affirmationẽ.vt cum eſt oratio Plato diſputat:dictiones quidem ſunt/ ſed nõ vt affirmationes. Si vero ſic eſſet oratio/ſi Plato diſputat/verum dicit: Plato diſputat/& verum dicit/cum ſint dictiones/nõ ſunt tantũ vt ſimplices/ſed etiã vt affirmationes.neq; enĩ ſimplex dictio: affirmatio eſt aut negatio. ſed tunc fit:cum additur aliquid/qđ aut affirmationis vim teneat aut negationis.atq; hoc ẽ qđ ait.Dico autem vt homo:ſignificat autẽ aliquid/ſed non quoniã eſt/aut nõ eſt.ſed erit affirmatio vel negatio:ſi quid addatur. Huiuſmodi hoc eſt/ tanq̃ ſi diceret.nomen quidem ſimplex/affirmationẽ/aut negationem nõ facit:niſi aut eſt verbum addatur/quę eſt affirmatio/aut non eſt quę eſt negatio.Qđ autẽ addit/ſed nõ vna hominis ſyllaba.neq; enĩ in eo qđ ẽ ſorex: rex ſignificat/ſed vox nunc eſt ſolũ. In duplicibus vero ſignificat quidẽ aliqd:ſed nõ ſecundum ſe/quemadmodum dictum eſt. huius loci duplex eſt expoſitio.Qđ enim dixerat prius/ ſed erit affirmatio vel negatio ſi quid addatur ei dictioni/quã ſupra ſimplicem eſſe propoſuit/cum de ſignificatiua orationis parte loqueretur:nunc id adimplet & explicat dicens/nõ ſi quidlibet addatur ſimplici dictioni/ſtatim fieri affirmationẽ vel negationem/nec vero orationem.neq; enim ſi quid non per ſe ſignificatiuum dictioni ſimplici copuletur:iccirco iam vel oratio vel affirmatio vel etiam negatio procreabitur. neq; enim ſi vna ſyllaba hominis quę ſignificatiua per ſe nõ eſt/ copuletur eidem ipſi dictioni:iam vlla inde procreatur oratio. q; ſi oratio non ſit: nec affirmatio nec propoſitio eſt.hę enim orationes quędam ſunt. Vt ſi quis ex eo qđ ẽ homo/tollat vnam ſyllabã/ eamq; toti dictioni ſimplici aptet/dicatq; ho homo/vel alio quolibet modo decidẽs partem/toti corpori dictionis adiſciat: non faciet orationẽ. q; ſi hoc eſt: nec affirmationẽ nec negationẽ/ quę quędam ſunt orationes. Ita ergo accipiendum eſt:tanq̃ ſi hoc modo dixiſſet. dico autem vt homo ſignificat aliquid:ſed non quoniam eſt aut nõ eſt.ſed erit affirmatio vel negatio:ſi quid addatur.ſed non vt vna hominis ſyllaba addatur:nec cuiuſlibet alterius dictionis/ ſi quid non per ſe ſignificat.vt in eo qđ eſt ſorex:rex non ſignificat/ſed vox eſt nũc ſola. Atq; ideo ſi quis velut partem tollat id quod eſt rex/apponatq; ei qđ eſt ſorex/ dicatq; ſorex rex/vt rex tanq̃ pars ſit eius qđ eſt ſorex:oratio nulla eſt/atq; ideo neq; affirmatio nec negatio.hę enim:ex vocibus per ſe ſignificatiuis cõſtant.Rex vero in eo quod eſt ſorex:quoniam pars eſt nominis/nichil ipſa ſignificat. Vel certe erit melior intellectus ſi hoc qđ ait/ſed non vna hominis ſyllaba: non aptemus ad orationis perfectionem/ſed potius ad dictionis ſignificationem. vt quoniam dixit ſuperius orationis partes ſignificare ita vt dictionem/non vt affirmationem: quę eſſet dictio manifeſte monſtret. Dictionem nãq; conſtituit/vocem per ſe ſignificantem.ergo cum dicit/ ſed nõ vna hominis ſyllaba:tale eſt ac ſi diceret.ſignificat quidem pars orationis vt dictio.ſed hę ipſæ dictiones perfectæ:nomina ſunt & verba/non partes nominum verborumq;. In eo enim quod eſt equiferus currit:equiferus quidem dictio eſt totius orationis.ſignificat enim vt pars orationis.ſed ferus conſignificat vt pars nominis/atq; ideo ferus dictio non eſt. Quocirca ſi quę aliæ ſyllabę in parte orationis ſunt/ideſt in nomine vel verbo: nichil p ſe ſignificãt.quãq̃ enĩ ſunt in parte nominis/qđ nomen pars orationis eſt:nichil tamen ipſæ ſignificãt in tota oratione.quare nec dictiões erũt. Audiẽdũ ergo eſt ita:tanq̃ ſi ſic diceret.Oratio autem eſt vox ſignificatiua/ cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum/ vt dictio nõ vt affirmatio. dico autem vt homo ſignificat aliquid:& eſt quędam dictio ſimplex.Nam neq; oratio eſt/quoniam ſimplex ẽ: nec affirmatio neq; negatio/quoniã nõ ſignificat aut eẽ aut nõ eſſe.ſed erit tũc affirmatio:quãdo aliquid additur/quod affirmationem negationemue cõſtituat.Sed quoad dictionem eſſe:id quod dicimus homo/iccirco dictio eſt/quoniam per ſe ſignificat.ſyllaba vero eius nominis qđ eſt homo:quoniã nichil deſignat/nõ eſt dictio.Hoc eſt enĩ qđ ait/ſed nõ vna hominis ſyllaba. vel ſi videatur quidem ſignificare/ pars tamen ſit nominis/ & conſignificet in nomine: in tota

ctiones/ quę ipſę ſimplices dictiones totius corporis partes ſunt. vt cum dico ſi dies eſt/ lux eſt: dies eſt/ & lux eſt/ partes ſunt totius orationis. ſed rurſus harum partiū partes ſunt dies/ & eſt: & rurſus lux/ & eſt. quę rurſus totius orationis per quam dico ſi dies eſt/ lux eſt: partes ſunt. ſed dies & eſt/ & rurſus lux & eſt: ſunt ſimplices dictiones. Quocirca etiam cōpoſitarum orationum partes: indubitanter ita ſemper ſignificant vt dictiones/ non vt affirmationes/ aut quędam orationes. quare hanc diffinitionem Ariſtoteles recte conſtituit. ¶Ad hanc ergo ſententiā: locum hunc Alexander expedit. Illud quoq; addens ſępe Ariſtotelem de affirmationibus dicere dictiones. qđ diſtinguere volens/ cum diceret ita ſignificare partes orationis tanq̄ dictionem: ne forte dictionem hanc aliquis in affirmationem ſuſciperet/ addidit vt dictio non vt affirmatio. tanq̄ ſi diceret/ duplex quidē eſt dictio: vna ſimplex/ alia vero affirmatio. Sed ita partes orationis aliquid extra ſignificant: vt ea dictio q̄ eſt ſimplex/ non vt ea q̄ eſt affirmatio. & huiuſcemodi quodam modo intellectum: tota Alexandri ſententia tenet. Alexāder. ¶Porphyrius quoq; in eadem ſententia eſt: ſed in vno diſcrepat/ cuius expoſitio talis eſt. Dictio (inquit) eſt ſimplex nomen/ & ſimplex etiam verbum/ et ex duob9 compoſitū. vt cū dico Socrates/ vel rurſus ambulat/ vel equiferus. procedit etiam nomen dictionis ad orationes quidem/ ſed ſimplicibus verbis & nominibus coniūctas/ vt cum dico Socrates & Plato. & ſi ſit ex compoſito nomine: vt eſt equiferus & homo. hę enī orationes quāq̄ coniūctæ ſunt/ atq; iperfectæ: tamen dictionis nomine nuncupātur. necnon etiam tranſit nomen hoc dictionis vſq; ad perfectas orationes: quas enūciationes nuncupari poſterius eſt dicendum. Eſt autē enunciatio ſimplex: vt ſi quis dicat Socrates ambulat. & hęc dicitur affirmatio. huius negatio eſt/ Socrates nō ambulat. Simplices ergo enunciationes: ſunt affirmationes vel negationes/ quę ſingulis verbis ac nominibus cōponūtur. Itaq; cum dico/ cum dies eſt/ lux eſt: tota quidem huiuſmodi oratio/ dictio eſſe nō dicitur. Compoſita namq; coniūctaq; eſt ex orationibus/ quę ſunt dies eſt/ & lux eſt. hę autem ſunt affirmationes & dicutur dictiones. Ipſę vero affirmationes/ q̄ dictiones ſunt: habēt rurſus alias dictiones ſimplices. vt eſt dies/ & eſt/ & rurſus & lux/ & eſt. ergo cum dico Socrates ambulat: hęc oratio partes habet dictiones/ nomen ſcilicet & verbum/ quę dictiones quidem ſunt/ nō tamē affirmationes. Sin vero dicam Socrates in lycio cū Platone/ & cęteris diſcipulis diſputauit: hęc pars orationis quę eſt Socrates in lycio/ ipſa quoq; eſt dictio/ ſed non vt ſimplex nomen vel verbum/ q̄ dictiones quidem ſunt nō tamen affirmationes/ neq; vt affirmatio/ ſed tantū vt imperfecta oratio/ quę verbis tamē nominibuſq; compoſita eſt. q; ſi ſic dicam/ ſi homo eſt/ animal eſt: hęc rurſus oratio habet dictiones in partibus/ ſed neq; vt ſimplices dictiones/ neq; vt imperfectas orationes/ ſed vt perfectas ſimpliceſq; affirmationes. & vna eſt affirmatio animal eſt: alia vero homo eſt. tota vero iſta oratio/ dictio non eſt. q; ſi dicam ſi animal non eſt/ homo nō eſt: rurſus hęc oratio ex duabus ſimplicibus dictionibus negatiuis videtur eſſe compoſita/ quę nichilominus tota/ dictio nō eſt. Ita ergo dictio inchoans a ſimplicibus nominibus atq; verbis vſq; ad orationes/ quāuis ad imperfectas/ prouehitur. nec in his tantū modo conſiſtit: ſed vltra etiam ad ſimplices affirmationes negationeſq; trāſit/ etſi in eo progreſſionis terminum facit. ergo quoniā nō omnis oratio partes habet affirmationes/ & negationes quæ ſunt ſimplicium dictionū perfectę enunciationes/ quoniamq; nō omnis oratio imperfectas orationes habet in partibus/ omnis tamē oratio ſimplices dictiones retinet/ quippe cum omnis oratio: ex verbis nominibuſq; iungatur) hoc ait/ orationis partes ſignificare ſemper quidem vt dictiones: non tamē ſemper vt affirmationes conſentiente Alexandro/ cuius expoſitionem ſupra iam docui. atq; ita diligentior lector: differentias eorum recte perſpiciet: & cōſentientes/ qui cōmunicant intellectus. ¶Hoc loco Aſpaſius incōuenienter interſtrepit. ait enim Ariſtotelem nō in omnes orationes diffinitionem conſtituere voluiſſe: ſed tārum ī ſimplices quæ ex duobus conſtant verbo ſcilicet & nomine. ſed ille perfalſus eſt. Neq; enim ſi ſimplex oratio ſimplicibus verbis nominibuſq; conſiſtit: iccirco compoſita quoq; oratio verba & nomina ſimiliter in partibus non habet. Qz ſi hoc cōmune eſt ſimplicibus orationibus atq; cōpoſitis/ vt habeant in partibus quidem dictiones ſimplices/ non etiam affirmationes: vt etiam orationes quę affirmationes habent/ hę tamen habeant in partibus ſimplices dictiones. Cur autem hanc quęſtionem in Ariſtotelem iaciat: ratione relinquitur. Aſpaſius. ¶Syrianus vero qui Philoxenus cognominatur: non putat orationes eſſe/ quoniā intellectus ſit imperfectus/ atq; ideo nec eas aliquas habere partes. Nam cū dicit Plato i Academia diſputans: hęc quoniam perfecta non eſt/ partes (inquit) non habet/ arbitrans omne qđ imperfectum eſt/ nullis partibus contineri. atq; ideo cum dicit Ariſtoteles/ oratio eſt vox ſignificatiua/ cuius partes aliquid extra ſignificant: illam orationem conſtitui putat quæ perfectum retinet ſenſum. ipſius enim partes eſſe verba & nomina. Sed hoc ridiculum eſt. neq; enim aliqđ compoſitum fieri poteſt: niſi propriis partibus. Qz ſi quęlibet res vt componatur habeat decem Syrianus.

aut poetis/ ſola enunciatiua philoſophis. ergo hoc dicit/ non omnis oratio enunciatiua eſt. Sũt enim plurimę quę enũciatiuę non ſunt: vt hę quas ſupra poſui. hęc autem ſola eſt: in qua verum falſumue inueniri queat. Quocirca quoniam iſtam in qua veritas vel falſitas inuenitur/ dialecticis philoſophiſq; eſt requirere/ cęteræ autē oratoribus atq; poetis accōmodatę ſunt: iure de hac ſola tractabitur/ ideſt de enũciatiua oratione. Hucuſq; ergo de partibus interprætationis/ & de cōmuni oratione locutus eſt: nunc autem aſtringit modum diſputationis in ſpeciem/ & de vna ſpecie orationis tractat/ deq; vna interprætatione quę eſt enunciatiua. Species nāq; eſt enũciatio/ interprætationis: negatio vero & affirmatio/ enunciationis. quare de enunciatiua oratione conſiderandi/ hinc cum ipſo Ariſtotele cōmodiſſimũ ſumamus initium. ¶ Eſt autem vna prima oratio enunciatiua/ affirmatio/ deinde negatio: alię vero omnes cōiunctione vnę. ¶ Neceſſe eſt autem omnē enunciatiuā orationem: ex verbo eſſe/ vel ex caſu verbi. Etenim hominis ratio (ſi non addatur aut eſt/ aut fuit/ aut erit/ aut aliquid huiuſmodi) nondum oratio enunciatiua eſt. Quare autem vnũ quiddā eſt/ & nō multa animal greſſibile bipes (nō enī eo q; propinquę partes dicuntur: vna erit) eſt certe alterius hoc tractare negocij. ¶ Vna oratio duplici modo tractatur: vel cum per ſe vna eſt/ vel cum per aliquā coniunctionē iungitur. vel certe ita dicēdum eſt. Alię orationes naturaliter vnę ſunt: alię vero poſitione. Et naturaliter vnę quidē ſunt orationes quę non diſſoluuntur in alias orationes: vt eſt ſol oritur. quę autem poſitione ſunt vnæ: in alias orationes diſſoluuntur. vt eſt/ ſi homo eſt/ animal eſt. hęc enim in orationes alias ſeparat. & quemadmodũ lignũ vel lapis ſigillatim in propria natura conſiſtunt/ & ſunt vna/ ex ijs autē facta nauis vel domus quę cum pluribus quidem conſtent/ vnę tamen arte ſunt/ non natura: ita quoq; in orationibus/ ſimplices eas & per ſe naturaliter vnas orationes dicimus/ quę verbo tātum et nomine iunguntur/ cōpoſitas autem quę in alias (vt dictum eſt) orationes diuiduntur. multas enim orationes in huiuſmodi orationibus cōiunctio iungit. vt ſi dicam Plato eſt/ & Socrates eſt: hęc coniunctio & vtraſq; cōiunxit/ atq; ideo vna videtur poſitione/ quę naturaliter & per ſe vna nō fuerat. naturaliter autem vnius orationis: duę partes ſunt/ affirmatio & negatio. Sed quoniam nō ita dixit/ eſt autem vna prima oratio enũciatiua affirmatio vel negatio/ deide cōiunctione vnæ/ ſed ait/ eſt aūt vna prima oratio enunciatiua affirmatio/ deinde negatio: huiuſmodi oritur quęſtio. ¶ Vtrum id qđ ait prima/ ad affirmationem referatur/ vt ſit poſterior negatio: an id qđ ait prima ad ſimplicem retulerit orationē/ vt ſecunda ſit quę ex orationibus iūgitur/ quā dubietatem ipſe diſſoluit. ſic enim inquit. Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio. & vt quā ſecundā diceret/ demonſtraret: ait. deinde negatio. vt primam affirmationem poneret/ ſecundam negationem. Q; ſi ita dixiſſet/ eſt autem vna prima enũciatiua oratio affirmatio/ vel negatio/ deinde cōiunctione vnę: ita oporteret intelligi tanq; ſi diceret illam eſſe primam orationē quę ſimplex eſſet/ cuius partes affirmatio eſſent atq; negatio/ ſecundam vero illam quę coniunctione quadā vna fieret/ cum ex orationibus iungeretur. Sed quoniā id quod ait prima ad affirmationem iunxit dicens/ eſt autē vna prima oratio enunciatiua affirmatio/ ad negationem vero deinde ſubiunxit dicens/ deinde negatio: dicendum eſt primā eum orationē eſſe arbitrari affirmationem/ ſecundā vero negationem/ cui deinde cōtinenter appoſuit. ¶ Sed rurſus incurrimus Alexandri quęſtionem. per hoc enim negat affirmationem negationēq; ſub vno genere poni oportere/ ideſt ſub enunciatione: q; in ijs quę priora vel poſteriora ſunt/ commune genus nō poteſt inueniri. Sed hoc ſupra iam dictū eſt/ non oportere omnia quęcūq; quolibet modo priora vel poſteriora ſunt: a genere cōmuni ſecernere. alioqui ſic primæ & ſecundæ ſubſtantiæ: ſub vno genere ſubſtantiæ nō ponentur. ſic etiam ſimplices / & cōpoſitę orationes quarum ſimplices propoſitiones primę ſunt/ poſteriores cōpoſitę: vno genere nō continebūtur. Sed illa ſola putāda ſunt ſub eodem genere poni nō poſſe: quę ad ſubſtantiam priora vel poſteriora eſſe cognoſcimus. quę vero ad ſuum eſſe ęqualia ſunt: nichil prohibet ſub eodem genere vtraq; cōſtitui. Ergo quoniam affirmationi & negationi hoc eſt eſſe/ q; in his veritas & falſitas reperitur (hęc autem eſt enunciatio: in qua ſcilicet veritatis & falſitatis conſtituta ſit ratio) quoniāq; ad id quod veri falſiue ſignificatiuæ ſunt neq; affirmatio prior/ neq; negatio poſterior ē: nullus dubitat ex quo ęqualiter participant affirmatio & negatio/ eidē generi poſſe ſupponi. ſed affirmatio & negatio: ęqualiter participāt enũciatione. ſiquidem enũciatio veri falſiq; vtitur ſignificatione: & affirmatio & negatio veritatem atq; mendacium ęqualiter monſtrant. enũciatio igitur: affirmationis & negationis genus eſſe ponenda eſt. Qđ ergo ait/ eſt autem vna prima oratio enũciatiua affirmatio/ deinde negatio/ alię vero coniunctione vnę: ita intelligendum eſt q; affirmationem primam/ ſecundam vero negationem cui addidit deinde/ in prolatione poſuerit. prior enim eſt affirmatio/ poſterior negatio in prolatione dumtaxat: non ſecundū veri falſiq; deſignationem. quocirca nichil prohibet & priorem putari affirmationem negatione: & tamen

Quęſtio.
Solutio.

oratione nichil ſignificat. neq; enim eſt pars orationis. qđ per hoc dixit qđ ait. neq; enī in eo qđ eſt ſorex: rex ſignificat/ ſed vox nunc eſt ſolū nichil ſignificans. vnde probatur huiuſmodi particulas/ non eſſe dictiones. vox enim ſola/ non eſt dictio: ſed vox per ſe ſignificans. Si qua autē ſunt (inquit) nomina/ quę ſint cōpoſita ex alijs/ vt eſt equiferus: emittūt quidem quandā imaginem ſignificandi/ ſed per ſe nichil ſignificant/ cōſignificant autē. In ſimplicibus vero nominibus: nec imaginatio vlla ſignificandi eſt. vt in eo qđ eſt Cicero/ partes eius/ cum ſimplices ſono/ tum etiam intellectu: præter cuiuſlibet imaginationis ſimilitudinem ſignificationēue ſunt. In duplicibus vero vult qđ eſt pars ſignificare: ſed nullius ſeparatim ſignificatio ē/ iccirco quoniam ſolum conſignificat id qđ totum cōpoſiti nominis corpus deſignat. ipſum vero ſeparatū (vt ſepius dictū eſt) nichil extra ſignificat. ¶ Eſt autē oratio omnis quidē ſignificatiua/ nō ſicut inſtrumentum: ſed quēadmodum dictū eſt ſecundum placitum. ¶ Secundū placitum eſſe orationes illa res approbat: q̄ earum partes ſunt ad placitum/ ideſt nomen & verbum. q̄ ſi omne compoſitum ab ijs ex quibus eſt compoſitū/ ſumit naturā: vox quę poſitione conſtitutis vocib⁹ iungitur/ ipſa quoq; ſecundum placitū poſitionēq; formatur. quare manifeſtum eſt orationē ſecundum placitum eſſe. ¶ Plato vero in eo libro/ qui ſcribitur Cratylus: aliter eſſe cōſtituit/ eāq; dicit ſuppellectilem quandā atq; inſtrumentū eſſe ſignificādi res eas quę naturaliter intellectibus concipiuntur/ earūq; intellectū vocabulis diſcernendi. Q̄z ſi omne inſtrumentū naturaliū rerū ſcđm naturā ē/ vt vidēdi ocul⁹: noīa quoq; ſcđm naturā eſſe arbitratur. Sed hoc Ariſtoteles negat/ & Alexāder multis i eo nititur argumētis/ mōſtrās orationēnō eſſe inſtrumētū naturale. ¶ Ariſtoteles vero ita vtitur dicēs. Eſt aūt oratio omnis qdē ſignificatiua: nō ſicut inſtrumētū/ tanq̄ ſi diceret. eſt quidem omnis oratio ſignificatiua: non tamen naturaliter. inſtrumētū enim hoc demonſtrat: tanq̄ ſi diceret naturaliter ſignificare. q̄ qui inſtrumētū orationem eſſe negāt: non eam naturaliter ſignificare dicunt/ ſed ad placitum. naturalium enim rerū: naturalia ſunt inſtrumenta. Iccirco autem inſtrumentum pro natura poſuit: q̄ (vt dictum eſt) Plato omnium artium inſtrumenta ſecundū naturā ipſarum artiū conſiſtere proponebat. ¶ Et Alexāder quidem non eſſe inſtrumentū orationem/ ſic ingreditur approbare. Omnis (inquit) naturalium rerum ſuppellex: ipſa quoq; naturalis eſt. vt viſus quoniam natura datur: eius quoq; ſuppellex eſt naturalis/ vt oculus. Eodem quoq; modo auditus cum naturalis ſit: aures nobis quę ſunt audiēdi inſtrumenta/ naturaliter eſſe datas cognoſcimus. Quare quoniam oratio ad placitum nō naturaliter eſt. partes enim manifeſtum eſt orationis ad placitum poſitas/ quę ſunt ſcilicet nomina & verba: ſicut monſtrat apud omnes gētes diuerſitas vocabulorum. quoniam ergo per hęc ſecundum placitum omnis oratio eſſe monſtratur/ qđ autem ſecundū placitum eſt/ non eſt ſecūdum naturam: non eſt ergo oratio ſuppellex. Significandi enim ratio atq; poteſtas: naturaliter non eſt. q̄ ſi oratio naturaliter non eſt: nō eſt ſuppellex. his aliiſq; ſimilibus rationibus: mōſtrat nō eſſe ſuppellectilem orationem. Quocirca dicēdum nobis eſt/ naturaliter quidem eſſe voces/ poteſtateſq; naturaliter vocabula rebus imprimendi: non tamen naturaliter ſignificatiuas/ ſed poſitione. Sicut ergo naturaliter ſingulariū artium ſumus ſuſceptibiles/ ſed eas nō naturaliter habemus/ ſed doctrina concipimus: ita vox quidem naturaliter eſt/ ſed per vocem ſignificatio non naturaliter. Neq; enim vox ſola/ nomen eſt aut verbum: ſed vox quędam/ addita ſignificatione. & ſicut naturaliter eſt moueri/ ſaltare vero cuiuſdam iam artificij & poſitionis/ & quēadmodum æs quidem naturaliter eſt/ ſtatua vero poſitione vel arte: ita quoq; poſſibilitas ipa ſignificandi & vox/ naturalis eſt/ ſignificatio vero per vocem/ poſitionis eſt/ non naturæ. Hactenus quidem de communi oratione locutus eſt: nunc autem tranſit ad ſpecies eius. ait enim. ¶ Enunciatiua vero non omnis: ſed in qua verū vel falſum eſt. nō aūt in omnibus ineſt. vt deprecatio/ oratio quidem eſt: ſed neq; vera/ neq; falſa. Cæterę igitur relinquātur. rhetoricę enim vel poeticę cōuenientior eſt cōſideratio. enūciatiua vero pręſentis eſt ſpeculationis. ¶ Species quidem orationis multę ſunt: ſed eas varie partiūtur. At vero Peripatetici: quinq; partibus omnes ſpecies orationis ac membra diſtribuunt. Orationis autem ſpecies dicimus perfectę/ nō eiq; eſt imperfecta. perfectas autem voco eas: quę cōplent expediuntq; ſententiam. Et ſit nobis hoc modo diuiſio. ſit genus/ oratio. ¶ Orationis aliud eſt imperfectum: qđ ſententiam non expedit. vt ſi dicam Plato in lycio. aliud vero perfectum. ¶ Perfectæ autē orationis: alia eſt depræcatiua/ vt adſit leticię Bacchus dator. Alia imperatiua: vt accipe daq; fidem. Alia interrogatiua: vt quo te Meri pedes/ an quo via ducit in vrbem? Alia vocatiua: vt o qui rex hominumq; deumq; æternis regis imperijs. Alia enunciatiua: vt dies eſt/ dies nō eſt. In hac ſola quę eſt enūciatiua: veri falſiue natura perſpicitur. In cęteris enim: neq; veritas neq; falſitas iuenitur. ¶ Et multi quidem plures ſpecies eſſe dicunt perfectę orationis: alij autem innumeras eorum differētias produnt/ ſed nichil ad nos. Cunctę enī ſpecies orationis: aut oratoribus accōmodatę ſunt/

Plato.

Alexāder.

Ariſtoteles

Analogia.

Orationis diuiſio.

& quia continue dicitur/ & quia vnius rei ſubſtantiam monſtrat. Sin vero quis diuidat/ & orationem vnam rem ſignificantem proferendi intermiſſione diſtribuat: multiplex fit oratio. vt ſi dicat animal greſſibile bipes: vnã rem michi tota monſtrat oratio/ & continue dicta eſt. ſin vero dicat animal/ & rurſus greſſibile/ & ſub intermiſſione repetat bipes: multiplex erit diſtributa intermiſſione oratio. ¶ Et rurſum aduerſum id quęſtio. & quis hoc non iure culpet/ poſſe eã quę vna eſt orationem intermiſſione proferendi fieri multiplicem: cũ continuatio proferendi nõ faceret vnam/ quę eſſet multiplex per naturam? Sicut enim i illis quę multiplices ſunt/ naturaliter non poteſt continuatio proferendi vnam facere orationẽ: ſic quoq; non debet quę eſt vna naturaliter oratio/ iccirco q̃ de vno ſubiecto dicatur/ fieri multiplex per intermiſſionẽ. ¶ Sed hoc ita ſoluitur. Nam cum animal dicimus/ & ſub intermiſſione rurſus greſſibile/ eodemq; modo iterũ bipes: non hęc ita dicimus/ tanq̃ ſi in vnum cuncta cõiuncta ſint. quocirca quoniam eſt quidem animal/ rurſus greſſibile eſt/ rurſus bipes/ quoniã plura ſunt/ & pluraliter dicta/ ideſt diſtributa: non vidẽtur ad vnum ſubiectum diſtributa poſſe prędicari, ſicut cũ dico Socrates philoſophus ſimus/ caluus/ ſenex. hęc omnia non eſt ſimplex oratio/ nec ſi continue proferatur: q̃ ad vnam ſubſtantiam non tendunt. accidentia enim ſunt: et extrinſecus veniunt. Probatur autem neq; eas orationes/ quę per diuiſionem dicuntur/ neq; eas quę non ad vnã ſubſtantiã tendunt: vnas eſſe hoc modo. ſi dicat quis animal/ & rurſus greſſibile/ & iterum bipes: non vnum eſt animal/ nec vnum greſſibile/ nec vnũ bipes. Sin vero dixero animal greſſibile bipes cõtinue/ & propinque: vnũ eſt qđ tria iſta iuncta ſignificant/ ideſt homo. Conuertamus nũc animũ ad eas/ q̃ plura quidem ſignificant/ ſed continue proferuntur. vt cum dico Socrates philoſophus/ caluus/ ſenex: videtur quaſi quędã Socratis eſſe diffinitio philoſophus/ caluus/ ſenex. ſed non eſt. Neceſſe eſt enim ſi huiuſmodi ratio Socratis fuit: omnem quicunq; philoſophus eſt ſenex caluus/ etiam Socratem eſſe. In multis ergo continuatio iſta valet accidere. Quocirca non vnum ſignificat: quãq̃ continue profertur. Ergo ſi ex omnibus vnum quidẽ ſignificetur/ & cõtinue proferatur: vna eſt oratio/ vt partes quędam rei definitę ſint ea quę in diffinitione ponũtur/ nõ accidentia. & proficit quidem aliquid continua prolatio ad perficiẽdam vnam orationem: ſed ipſa ſola nõ ſufficit/ niſi vnũquodq; ſubiectum ſit. atq; ideo dixit Ariſtoteles animal greſſibile bipes: nõ iccirco eſſe vnam orationẽ/ q̃ propinque dicatur. nam neq; ſufficit ad cõſtituendam vnã orationem propinquitas proferendi/ nichilq; prohiberet quę naturaliter eſſent multiplices: eas continue & propinque prolatas/ vnas videri. ſed huius rei rationem Ariſtoteles ponere diſtulit. Senſus ergo huiuſmodi eſt. Neceſſe eſt inquit: omnem enunciatiuam orationem ex verbo eſſe vel caſu. Eteni hominis ratio/ quę & ipſa quoq; oratio eſt/ ſi nõ eſt/ aut erit/ aut fuit/ aut aliquid huiuſmodi illi addatur: nõdum eſt enũciatio. hoc vero in ſolis ſimplicibus enunciationibus venit. In iis autem quę coniũctione vnę ſunt (vt ſupra iam ait) nõ omnino eſt. Cum enim dico dies eſt: vis tota in verbo eſt. ſi autem cum cõiunctione proferã/ ſi dies eſt/ lux eſt: tota vis in coniũctione cõſiſtit. veritatis enim aut falſitatis rationem ſola coniũctio tenet: quę conditionem proponit/ cũ dicit/ ſi dies eſt/ lux eſt. ſi enim illud eſt: aliud euenit. igitur in cõiunctione omnis vis huiuſmodi propoſitionis eſt. omnis autẽ ſimplex propoſitio: totam vim in verbo habet poſitam. Et quẽadmodũ in iis/ quę hypotheticę vel cõditionales dicuntur/ cõiunctiones vim propoſitionis tenẽt: ſic in ſimplicibus ꝓpoſitionibus prædicatio vim obtinet. vnde & gręce quoq; tales propoſitiones categoricę/ ideſt prædicatiuę dicũtur/ ſcilicet quę ſunt ſimplices: q̃ in his totam propoſitionem obtineat prædicatio. atq; ideo Ariſtoteles ait: ex verbo vel caſu fieri ſimplicem enunciationem. Nam pręter id qđ cõtinet totam propoſitionem prędicatiuã/ ſcilicet pręter prædicationem: enunciatio non fit. Non eſt/ vt negatio quoq; non ad ſubiectum ſed ad prædicatũ ſemper aptetur. Nam cum dico ſol oritur: non eſt huius negatio/ nõ ſol oritur/ ſed illa quę eſt ſol nõ oritur. atq; ideo negatio ad ſubiectum poſita/ nõ facit contrariam propoſitionem: ad prædicatum vero reddit contrariam. Recte igitur Ariſtoteles de ſubiecto nichil locutus eſt. non enim prędicatiuam propoſitionem ſubiectus terminus tenet: ſed tantum prædicatus/ qui totam enunciationem propria virtute confirmat. ¶ Eſt autem vna oratio enũciatiua: quę vnum ſignificat/ vel coniũctione vna. ¶ Plures autẽ: quę plura/ & nõ vnum/ vel incõiuncte. ¶ Nomen igitur & verbum: dictio ſit ſolum. quoniã nõ eſt dicere ſic aliquid ſignificãtem: voce enũciare/ vel aliquo interrogante vel nõ/ verum ipſo proferente. ¶ Hinc mõſtratur quoniam tunc cum dixit/ eſt autẽ vna prima oratio enũciatiua affirmatio/ deinde negatio: primam eum nõ de ea oratione dixiſſe putandum eſt/ quę naturaliter vna eſt/ ſed de affirmatione. alioqui hic quoq; repetens ita dixiſſet. Eſt autem oratio vna prima enũciatiua/ quę vnum ſignificat. ſed quoniam non ita dixit: manifeſtum eſt qđ dudum ait primam/ nõ ad orationem/ quę prętet cõiunctionem vna eſt/ retuliſſe/ ſed ad affirmationem quã negatione priorem eſſe conſtaret, ſed hoc iam ſuperius dictũ

Obiectio.

Solutio.

Nõ ſol oritur. id intelligit quãdo negationis nota nõ/ ſolũ fertur i ſubiectum. tũc eni infinitũ nomẽ facit nõ negatio nẽ/ ideſt negatiuã orationem.

vtraſq; ſub vno genere/ ideſt enunciatione conſtitui. Sed qđ ſecutus eſt/ neceſſe eſt autem omnem orationem enũciatiuam ex verbo eſſe vel caſu: huiuſmodi eſt. volẽs Ariſtoteles diſtribuere dictionem/ affirmationem/ negationẽ/ enũciationem/ cõtradictionẽ: ſenſum cõfuſa breuitate permiſcuit/ & nebulis obſcuritatis implicuit. oportuit namq; prius quid eſſet dictio/ poſt autem quid affirmatio/ & negatio/ & rurſus quid eſſet enunciatio & cõtradictio: cõſtituere. ſed hoc interim prætermittit: nũc vero quemadmodũ conſtituatur enũciatio docet/ dicens q̃ omnis enũciatio conſtet verbo/ quoniam ſimplex dictio eſt nomen aut verbum. Omnis enũciatio ſimplex huiuſmodi eſt: vt ſemper quidem vel verbum vel aliquid qđ idem valeat/ tanq̃ ſi diceretur verbum/ vel caſum verbi in prædicatione retineat. ſed non ſemper ſubiectus terminus fit ex nomine: ſemper tamen prędicatus ex verbo. Sit enim huiuſmodi propoſitio: quę eſt ſol oritur. in hac ergo propoſitione qđ dico ſol oritur/ ſubiectũ eſt ſol: qđ vero dico oritur/ prædicatum. & vtraſq; has dictiones: terminos voco. ſed quodcunq; prius dicitur in ſimplici enũciatione: illud ſubiectum eſt/ vt in hac ſol. qđ vero poſterius: illud prędicatum/ vt in eadẽ oritur. Ergo neceſſe eſt omnem enũciatiuam orationẽ ſi ſimplex ſit: verbum in prædicatione retinere. vt in eadem ipſa cũ dico ſol oritur: oritur verbum eſt. vel qđ idem valeat: vt eſt Socrates nõ ambulat. non ambulat enim infinitum verbum eſt: & verbum quidem nõ eſt/ ſed eandẽ vim retinet quã verbũ. Caſus etiam verbi ponitur ſępe/ vt Socrates fuit. Subiectus vero terminus nõ ſemper cõſiſtit in nomine. poteſt enim infinitum nomẽ habere vt cum dico/ non homo ambulat. poteſt & verbum: vt cum dico/ ambulare/ moueri eſt. ergo (vt arbitror) plene mõſtratum eſt nõ ſemper ſubiectum nomẽ eſſe: ſed ſemper prædicatum in ſolo verbo cõſiſtere. Approbans ergo verba ſemper in p̃dicationibus poni: hoc addidit. niſi enim aut eſt/ aut fuit/ aut aliquid huiuſmodi ſit additũ/ aut qđ idem valeat apponatur: enunciatio nõ fit. cum enim dico homo eſt: eſt verbum/ in prædicatione propoſui. ſin vero dixero/ homo viuit: idem valet tanq̃ ſi dicam homo viuus eſt. Ergo nõ poſſe ſine verbo affirmationem negationẽue conſtitui: docuit per id qđ ait. etenim hominis ratio ſi nõ aut eſt/ aut erit/ aut fuit/ aut aliquid huiuſmodi addatur: nondum eſt oratio enunciatiua. hoc enim dicere videtur. Diffinitio hominis eſt verbi gratia/ animal greſſibile bipes: & hæc ratio eſt humanę ſubſtãtiæ. ergo hęc ratio niſi ei eſt/ aut erit/ aut fuit/ aut quodlibet verbũ (ſicut ſupra dictum eſt) apponatur: enunciatio nõ fit. neq; enim verũ neq; falſum eſt. Si enim dicam tantum animal greſſibile bipes: nulla mẽ veritas/ mendaciumue cõſequitur. Sin autem dixero animal greſſibile bipes eſt vel nõ eſt: affirmatio mox negatioq; cõficitur/ quas enũciationes eſſe quis dubitet? Sed cum de ſimplicibus enũciationibus loqueretur: ait hominis rationem/ ideſt diffinitionem nõ eſſe enunciationem niſi ei aut eſt/ aut erit/ aut huiuſmodi aliquid apponatur. approbans ſcilicet vnam eſſe & nõ multiplicem orationem diffinitionis humanę: cui ſi eſt/ aut erit/ aut fuit adderetur/ enunciationẽ ſimplicem faceret. ¶Cur vero vna ſit talis oratio: cauſa quęritur. neq; enim ex ſolis duobus terminis cõſtat/ id quod dicimus animal greſſibile bipes: & quę nominat/ plura ſunt. quare ipſe ſibi inſtitit/ & de ſua propoſitione rationẽ quęſiuit: quã nũc dicere ſuperſedit. ait enim. Quare autẽ vnũ quiddã eſt/ & nõ multa animal greſſibile bipes (nõ enim eo q̃ propiquę partes dicuntur: vna erit) eſt certe alterius hoc tractare negocij. Hoc ſcilicet quętens/ tanq̃ ſi ita ipſe ex perſona ſua diceret. de ſimplicibus enũciationibus omnibus ipſe loquebar: dęq; his propoſui/ eas præter verbum eſſe nõ poſſe. & ad hanc rem probãdam exemplum ſumpſi diffinitionẽ hominis/ cui niſi eſt/ aut erit/ aut fuit apponatur: enũciationẽ nõ fieri dixi/ quaſi vna & nõ multiplex eſſet oratio ea per quã dicitur animal greſſibile bipes/ de qua fieri poſſit ſimplex enũciatio. Cur autem eſſet vna oratio animal greſſibile bipes: alterius (inquit) eſt hoc tractare negocij/ cum de rebus/ non de propoſitionibus perſpiciendum eſt. Nam nõ iccirco vna oratio eſt: quia continue dicitur/ & coniũcte ſibimet/ animal greſſibile bipes. hoc enĩ ſi ita eſſet: poſſemus & hanc orationem quę tam multa ſignificat/ vnam dicere ſi cõtinue proferatur/ vt eſt Socrates philoſophus ſimus caluus ſenex. ergo quemadmodum huiuſmodi oratio ſit multiplex/ & nõ vna: poſterius dicemus. ergo nũc manifeſtũ ſit hãc orationẽ quę dicit Socrates philoſophus ſimus caluus ſenex: nõ eſſe vnam ſed multiplicem. ſi ergo propinquitas proferendi ipſa cõtinuatione vnam faceret orationẽ: poſſet hęc quoq; vna eſſe oratio/ quę manifeſte non vna eſſe docebitur. Quare nõ iccirco erit vna oratio ea quę dicit animal greſſibile bipes: q̃ continue & propinque profertur. Quę autem cauſa ſit vt vna ſit: ipſe dicere ſuſtulit. ſed in libris eius operis qđ μετα τα φυσικα inſcribitur/ expediuit. Theophraſtus autem in libro de affirmatione & negatione: ſic docuit diffinitionem vnam ſemper eſſe orationẽ/ cãq; oportere continuatim proferri. illa enim vna oratio eſſe dicitur: quę vnius ſubſtantiæ deſignatiua eſt. Diffinitio autem/ vt verbi gratia hominis animal greſſibile bipes: vna ẽ oratio per hoc/ quoniam vnũ ſubiectum ideſt hominem/ monſtrat. Si ergo continue proferatur & non diuiſe: vna eſt oratio.

Quęſtio/ cur diffinitio ſit vna oratio.

Theophraſtus.

dictum eſt)non plures ſignificat res/ſed vnam conſequẽtiam.Compoſitarum igitur & vnam rẽ ſignificãtiũ propoſitionum:duplex modus eſt.Aut enim ex terminis incõiũctis vnam rem ſignificãs cõpoſita oratio eſt/vt animal rationale mortale eſt: aut ex propoſitionibus cõpoſita & coniunctione copulata/imaginem quidem emittens plura ſignificandi/vnã vero rem ſignificans oratio.vt ſi dicamus:ſi dies eſt/lux eſt.Cum ergo hęc ſit diſtributio cõpoſitarum & ſimpliciũ orationũ:duplici modo vnę orationes ſũt/& duplici multę.ſimplici autem icõpoſitę/& ſimplici compoſitę. ¶Et vno quidem modo vna oratio dicitur/cum ſine coniunctione non eſt:alio vero/cum vnam rem ſignificat.Rurſus vno dicitur modo oratio multiplex:cum/aliqua coniũctione non copulatur.alio vero/cum plura ſignificat.atq; hoc eſt qđ aiſt. Eſt aũt vna oratio enũciatiua quę vnum ſignificat:vel coniunctione vna.plures autem quę plura & non vnũ: vel inconiuncte.Eſt enim(vt dictum eſt)dupliciter vna oratio:vel quando cum coniunctione eſt/vel cum vnam rem ſignificat.Multiplex autem oratio eſt:vel quę multa ſignificat/vel quę ſine coniunctione coniungitur.multas enim orationes vocauit eas: quę ſint multiplices/vel ſignificationis pluralitatem teneãt/vel pręter coniunctiones ſint.Q; autem aiſt/vel inconiũcte: totũ complexus eſt.multiplex eſt enim propoſitio:vel ſi fuerit incompoſita/quemadmodũ eſt Cato philoſophus eſt. multiplex etiam vel ſi fuerit compoſita ex terminis pręter cõiunctionem/quẽadmodum dictum eſt:vt Plato Atheniẽſis in lycio diſputat.vel ſi cõpoſita ſit ex propoſitionibus prętter coniunctionem:quẽadmodum eſt/homo eſt/animal eſt.vel ſi compoſita ſit ex terminis coniunctione copulatis:vt & Iupiter & Appollo dij ſunt.vel ſi compoſita ſit ex propoſitionibus per coniunctionem:quemadmodum eſt/& Appollo vates eſt/& Iupiter tonat.Cur autem dixit plures autem quę plura/& non vnum addit:hoc eſt q; ſunt quędam quę plura ſignificẽt in ſermonibus/vnum tamen in tota compoſitione demonſtrent.vt eſt animal rationale mortale.hęc enĩ omnia:multa ſignificant.aliud eſt enim animal/aliud rationale/aliud mortale:ſed totum ſimul vnum eſt/qđ eſt homo.Cum autẽ dico Socrates/ Atheniẽſis/philoſophus:& ſingula/plura ſũt/& omnia ſimul plura nichilominus ſunt.hęc enim accidentia ſunt:& nullam ſubſtantiam informant.atq; hoc quidem dixit de orationibus:quę vel coniunctione vnę ſunt/vel ſignificatione. & rurſus de multis quę vel prętter coniunctionem multę eſſent:vel ſignificatiõe multiplici. Quæ vero ĩ ſimplicibus atq; compoſitis/poſteri9 dixit:cum ad id loci expoſitio venerit/explicabitur. nunc autem reuertamur ad ordinem.Igitur quoniam ſupra dixerat ſimplicem propoſitionem quam categoricam græci dicunt/nos prędicatiuam interprætari poſſumus:ſemper verbi prędicatione conſtitui/non autem ſemper nomine ſubiecto/q; aliquoties quidem vel infinitum nomen vel caſus nominis/vel verba ſubiecta ſunt.Cum ergo dictionibus ſimplicibus cõſtitui diceret ſimplicem orationem/& affirmationem negationemq; orationes eſſe conſtaret: manifeſtum fecit affirmationem & negationem dictione conſtitui & formari/ita quidem vt affirmationem & negationem ſemper ſola verbi dictio/prędicata/non autẽ ſemper dictio nominis/ſubiecta perficeret.Cum igitur hęc ita propoſuiſſet:nunc quid ſit dictio quę prędicatiuas ideſt ſimplices propoſitiones format/exponit dicẽs.Nomẽ ergo et verbum dictio ſit ſola.qđ ideo aiſt dictio ſit ſola:quia ſunt quędã dictiones ſimul etiã affirmationes vel imperfectæ orationes. qđ iam ſupra dictum eſt.Cur autem nomen & verbum ſolę ſint dictiones monſtrat.quoniã non eſt dicere ſic aliquid ſignificãtẽ/voce enũciare:vel aliquo interrogãte vel nõ/ſed ipſo proferente. ¶Senſus aũt huiuſmodi eſt.Enũciatiua propoſitio his maxime duobus formatur:per propriã naturã atq; ſubſtantiam/& per eius vſum atq; tractatũ.& natura quidem ipſius eſt:vt in ea veritas inueniatur aut falſitas.vſus autẽ cum aliquid aut interrogando proponitur & reſpõdetur vt vtrũ anima immortalis eſt/aut certe cũ aliquis per ſuam ſentẽtiam enunciat atq; profert.vt ſi quis dicat hoc ipſum ex propria voluntate/anima immortalis eſt.vnde definitio quoq; enunciationis vnius quidẽ naturę atq; ſubſtantię talis redditur.Enunciatio eſt oratio:in qua verũ falſumue ẽ. ¶Ex vſu vero eius atq; tractatu/enunciatiua oratio eſt quã interrogantes proponimus vt verũ vel falſum aliquid audiamus: ex noſtra vero prolatione/quam proponentes aliquid verum falſumue monſtramus. Ergo cum omnis enunciatiua oratio aut in interrogatione poſita ſit/aut in ſpontanea prolatione/& in vtraq; enunciationum natura & ſubſtantia illa verſetur/vt ſiue in interrogatione ſit poſita cum reſpõſione coniuncta/verũ habeat vel falſum/ſiue per ſe plata vtrũlibet retineat:dictiones inqt vel alio interrogãte vel quolibet proferẽte & ſpõte dicẽte/verum falſũue nõ cõtinẽt. Si enĩ quis dicat interrogans Socrates ne diſputat/alius reſpondeat/diſputat:hoc quod reſpondit diſputat/ſi cum tota interrogatione iungatur/poteſt habere intellectum verum falſumue ſignificãtis orationis.Sin vero per ſe intelligatur diſputat/quãq; alio interrogãte reſponderit:ſine vero tamen falſoq; relinquitur.Similiter etiam ſi quis dicat Socrates vel ambulat/nullo interrogãte ſed ipſe proferẽs:nec verũ aliqd nec falſũ deſignat.ergo ver

Natura enũciatiõis

Vſus eiuſdẽ

eſt.Quid autē ſibi velit hęc enūciatio:paucis exponā.multas enī cōfuſiones/multoſq; in oratio-nibus errores:hīc loc⁹ optime intellectus/veraciterq; percept⁹/ ſuſtulit.& hæc eſt expoſitio:quā nullus ante Porphyrium expoſitorū vidit.Nō eſt idem namq; vnā eſſe orationē & multiplicem/ qđ ſimplicē & cōpoſitā:& diſtat vna a ſimplici/diſtat etiā multiplex a cōpoſita.Eſt ergo vna ora-tio quę vnū ſignificat:multiplex aūt quę nō vnū ſed plura.fit aūt hoc in huiuſmodi orationib⁹. vt cū dico Cato philoſophus eſt:hæc oratio non eſt vna.non enim vnū ſignificat. poteſt enim monſtrare & Catonem Vticenſem eſſe philoſophum:poteſt etiam oſtendere & Catonem Cen-ſorinū oratorē/eſſe philoſophū.qua in re non vna eſt oratio.atq; iccirco in Vticenſi quidem Ca-tone eſt vera:in oratore vero falſa.huiuſmodi ergo orationes/multas vocamus.Sin vero vnum ſignificat/vt cū dicimus in charta ſcribi:illā dicimus vnam.ergo vna quę ſit/ vel multiplex ora-tio:ex iįs intelligitur q̄ ſignificantur.ſi enī vnā ſignificat rē:vna eſt.ſi multas:multiplex.Simpli-ces aūtē & cōpoſitę orationes nō ad ſignificationem:ſed ad terminos ipſos dictioneſq; quę i ꝓ-poſitionibus ſumūtur/referendę ſunt.Et eſt quidē ſimplex oratio enūciatiua : q̄ ex ſolis duobus terminis cōſtat/ vt eſt homo viuit.Siue aūt his propoſitionibus omnis addatur/vt eſt omnis ho-mo viuit/ſiue nullus vt nullus lapis viuit/ſiue aliquis vt aliquis homo viuit/ vel aliquis homo non viuit:quoniam termini ipſi duo ſunt/ſimplex vocatur propoſitio.cōpoſita vero:ſi vltra ter-minos duos enunciat.vt eſt/ Plato philoſophus/in lycio ambulat.hīc enim quattuor ſunt termi ni.vel ſi tres ſint:vt Plato philoſoph⁹ ambulat.hęquoq;/ſi eis omnis aut nullus aut aliquis ad-datur:eodem modo compoſitę ſunt.Ergo vna vel multiplex oratio intelligitur; ſi vnū vel mul-ta ſignificat/& de propria ſignificatione ſemper iudicantur.Simplex autem et cōpoſita:non ex ſignificatiōe/ſed ex verborū & nominū pluralitate cognoſcitur.ſi eteni vltra duos terminos ha bet propoſitio:compoſita eſt.ſi duos tantū:ſimplex.ſi ergo ſemper oratio quę ſimplex eſt/ ideſt quę duobus terminis conſtat/vnā tantū ſignificātiā retineret:indifferenter dici poſſet vna ora-tio/& ſimplex .eadem enī vna eſſet:quę etiam ſimplex.ſed quoniam non omnis ſimplex vnum ſignificat:non omnis ſimplex vna eſt.Poteſt ergo fierī/vt ſimplex quidem ſit propoſitio:multæ tamen orationes ſint.ſimplex quidē ad compoſitionem dictionū:multæ vero ad ſignificationē ſententiarum. quare erit in hoc gemina differentia:vt vnam/dicamus ſimplicem vnamq; ora-tionem/alteram/ſimplicē & plures oratiōes.Rurſus ſi omnes cōpoſitę orationes plures etiā res ſignificarent:indifferēter diceremus multiplicē & cōpoſitā.ſed quoniā fieri poteſt vt propoſitio aliquoties quidē cōſtet ex numeroſis pluribuſq; terminis q̄ ſint duo / vnā tamē ſententiā mon-ſtret:poteſt quidem fieri vt compoſita ſit/ vna tamen oratio ſit ſignificatione/ cōpoſita dictione. vt eſt animal rationale mortale mentis & diſcipline capax.hęc quidem plura ſunt: ſed his vna ſubſtantia ſubiecta eſt ideſt homo.quare vna quoq; ſententia eſt. Sin vero quis dicat/Socrates et ambulat & loquitur et cogitat:multa ſūt.diuerſa ſunt enim & qđ ambulat / & qđ loqtur/ & qđ cogitat.Quare erit aliquādo cōpoſita qđē oratio:vna tamē.ſed quoniā cōpoſita oratio aliquoti-es quidē cōtinue ſine coniūctiōe dicit/aliquoties cōiunctione copulat:fiunt hinc quattuor diffe rētię.eſt enī vna oratio cōpoſita ex terminis cōtinuati dictis/& ſine cōiūctiōe vnā ſentētiā mon-ſtrās: vt eſt animal ratiōale mortale mentis & diſcipline ꝓceptibile.hęc enī oratio cōpoſita qui-dē eſt ex multis terminis/ ſed coniūctionem nō habet.Nā qđ dictū eſt mētis & diſcipline ꝓcepti-bile:hęc coniunctio q̄ eſt &/nullā in tota propoſitione vim obtinet.neq; enim coniungit ꝓpoſi-tionē:ſed artē vel rē addit/ cui⁹ ſuſceptibilis homo eſſe videatur/ & habet vnā ſubſtantiam ſubie ctā/quę eſt homo.Alia vero eſt compoſita ex terminis nulla cōiūctione copulatis multiplex/& non vnā ſignificās ꝓpoſitionem.vt eſt Plato/Athenienſis/philoſophus/diſputat. Aliud enī eſt eſſe Platonē/aliud eē philoſophū/aliud eſſe Athenienſē/aliud diſputarē:& hęc cōiūcta vnū aliqd nō faciūt/ quaſi ſubſtātiā.quare hęc multiplex eſt:ſed eā manifeſtum eſt nulla cōiūctione copu lari.Alia vero eſt cōpoſita ex propoſitionibus incōiunctis multiplex:vt eſt Iupiter optimus/ma-ximus eſt. Iuno regina eſt/ Minerua dea ſapiētię ē.q̄s ſi qs ſub vnū cōtinueq; ꝓferat : plures qdē ꝓpoſitiōes ſūt & oratio multiplex/ſed cōiūctiōe carēt. Alia vero ē cōpoſita/ vel ex terminis vel ex ꝓpoſitiōib⁹ cōiūctiōe copulatis multiplex & multa ſignificās.& ex terminis qdē cōpoſita: vt ſi qs dicat Iupiter & Apollo ſunt diſ. ex ꝓpoſitionibus aūt coniūcta multa ſignificans eſt:vt ſi qs dicat & Apollo vates eſt/ & Iupiter tonat. Eſt autem præter has alia cōpoſita oratio ex ꝓpoſi-tionib⁹ cōiūctiōe cōiunctis vnā ſignificās orationē:vt cū dico ſi dies eſt/lux eſt.duę enī ꝓpoſiti-ones q̄ ſūt iſtę/dies ē/lux eſt:ſi coniūctiōe/copulant.ſed hęc oratio nō ſignificat multa. neq; enī diē eē/& lucē ꝓponit eē:ſed ſi dies eſt/ lucē eē.quocirca ſignificat cōſequētiā quādā: nō exiſtētiā ꝓpoſitiōis.nō enī dicit vtraſq; eē: ſed ſi vna ē aliā eē cōſeq / q̄ vtrūq; in vnā quodā modo intelli-gentiā congruit. ¶Sed hanc Porphyrius propoſitionem extrinſecus ponit / iccirco q̄ plura ſi-gnificare videbatur.ipſa enī propoſitionū pluralitas(multitudinē ſimilat ſignificationū:ſed(vt

Vt ē Plato/ Athenienſis/ philoſoph⁹ diſputat. di ſputēt Pla to/ Socra-tes/ Ariſto-teles.& de his itellīga tur oratio il la cōpoſita ex terminis illis nulla cōiūctione copulatis: tunc ſane multiplex erit & non vnā ſignifi cans propo ſitionem

Porphyrij

coniunctione non iungitur. Harum autem ſimplex eſt quę duobus terminis conſtat: vt aliquid de aliquo / vel aliquid ab aliquo. alia vero compoſita: quæ ex ſimplicibus affirmationibus iungitur. Quod autem dicit aliquid de aliquo / vel aliquid ab aliquo; tale eſt. aliquid enim de aliquo affirmationē ſignificat. vt cum dico Socrates diſputat: de aliquo Socrate aliquid ideſt diſputat prędicaui / & fit affirmatio. Si autem dico Socrates non diſputat: a Socrate diſputationē ſeiunxi / & ab eo abſtuli / & hęc negatio eſt. Affirmatio enim aliā rē de alia prędicat / eiq; coniūgit. Negatio vero a qualibet re / quamlibet rem prędicando tollit. Ergo hoc qđ ait aliquid de aliquo: affirmationē ſimplicem ſignificauit. quod autē dixit aliquid ab aliquo: negationē ſimplicē.

» ¶ Eſt autem ſimplex enunciatio: vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid / vel non eſt / quemad-
» modum tempora diuiſa ſunt. ¶ Affirmatio vero: eſt enunciatio alicuius de aliquo. ¶ Negatio
» vero: enunciatio alicuius ab aliquo. ¶ Poſtq̄ de multis atq; vnis necnon ſimplicibus cōpoſitiſq;
enunciationibus expediuit: enunciationem ſimplicem tractat / & eam diffinitione cōcludit / di-
cens vocem eam eſſe ſignificantem aliquid eſſe vel non eſſe. Q; ergo ait vocē eam eſſe / ad genus
retulit: q; ſignificatiuam / ad ipſius differentiam vocis. q; de eo quod eſſet aut nō eſſet aliquid:
ad ſignificatarum rerum rurſus differentiam retulit. habet enim ſecum ipſam vocem: qua pro-
fertur vt ſignificet quiddam. quid autem ſignificet / aut circa quid deſignationem enunciatio
retineat: ad differentiam ſignificatiuarum pertinet vocū. ita enim dictum eſt tanq̄ ſi diceretur:
non omnia enunciatio ſignificat / ſed eſſe aliquid aut non eſſe. Ergo eſt enunciatio ſimplex: vox
ſignificatiua de eo quod eſt eſſe aliquid vel non eſſe. ideſt omnis enunciatio / aut affirmatio aut
negatio eſt. eſſe enim ponit affirmatio: non eſſe negatio. ¶ Sed quanta diffinitionem breuitate
conſtrixit: quidam non videntes in errorem ſtolidum falſitatis abducti ſunt. contendunt igi-
tur affirmationis et negationis: non eſſe enūciationem genus. Nam ſi hęc (inquiunt) diffinitio ē
enunciationis / omnis autem generis diffinitio propriis ſpeciebus accommodari poteſt (omne
enim genus vniuoce de ſpeciebus propriis prędicatur) dubium non eſt quin hęc quoq; diffini
tio enunciationis / ſi eis enunciatio genus eſt / affirmationi negationiq; conueniat / ſi tamen ei⁹
ſpecies hę ſunt. ſed quis vnq̄ dixerit affirmationi conuenire hāc diffinitionem quę eſt: vox enun
ciatiua de eo qđ eſt aliquid eſſe vel nō eſſe? Neq; enim fieri poteſt vt affirmatio vox ſit ſignifica-
tiua de eo quod ē eſſe & non eſſe: ſed tantū de eo qđ eſt eſſe. negatio rurſus non de eo qđ eſt eē
et de eo qđ eſt non eſſe: ſed tantum de non eſſe / nunq̄ etiam de eſſe. Interimit enim ſemper nega-
tio: iungit atq; conſtituit affirmatio. Quare ſi hęc diffinitio enunciationis ad affirmationem ne-
gationemq; non poteſt prędicari: affirmatio & negatio enunciationis ſpecies non ſunt. ¶ Qui
michi nimium videntur errare: quaſi vero quicq̄ vetet vtraſq; affirmationem et negationem ſi-
mul eadem diffinitione cōcludere. Poſſum enim dicere: affirmatio & negatio / eſt vox ſignifica-
tiua de eo qđ eſt eſſe aliquid vel nō eſſe. vt vox ſignificatiua vtriſq; cōmunis ſit. de eo qđ eſt eſſe
aliquid / affirmationis ſolius: de eo quod eſt non eſſe / ſolius ſit negationis. Sed nichil potuit
fieri breuius / niſi vt in eadem diffinitione: & enunciationis naturam conſtitueret / & ipſius face-
ret diuiſionem. tanq̄ enim ſi ita dixiſſet. enunciatio vox eſt ſignificatiua: in qua verum falſumq;
deſignatur. huius vna aūt ſpecies affirmatiua eſt: alia negatiua. ita eni ait. Enunciatio eſt vox
ſignificatiua de eo qđ eſt aliquid vel nō eſt. Nam q; dixit / de eo qđ eſt aliquid vel non eſt: tale eſt
ac ſi diceret / quę verum falſumq; demonſtrat. omne enim qđ eſſe ponit aliquid / vt ſi dicam dies
eſt / vel non eſſe / vt ſi dicam dies non eſt: verū falſumq; demonſtrat. Si ergo aliquid ponatur eē
vel nō eſſe: in eo veritas & falſitas inuenitur. Eſt igitur in hoc q; ait vocem ſignificatiuam eſſe /
de eo quod eſt aliquid vel non eſt: tanq̄ ſi diceret / eſt enunciatio vox ſignificatiua verum falſūq;
ſignificans. Significatio namq; de eo quod eſt eſſe aliquid / vel non eſſe; veri falſiq; demonſtra-
tio eſt. ſed in eadem diffinitione ſpecies admirabili breuitate partitus eſt. tanq̄ eni ſi diceret / vox
enim ſignificatiua eſt enunciatio in qua verum falſumq; demonſtratur / ſed vna eius pars affir-
matiua eſt / alia negatiua: ita ait / de eo quod eſt aliqd vel nō eſt. Significatio enim de eo qđ eſt
aliquid / affirmatio eſt: de eo vero qđ non eſt / negatio. itaq; id quod ait deſignatiuā eſſe vocē enū
ciationē de eo qđ eſt aliquid aut non eſt: vtrūq; vna colligit intelligentia. hoc eniqđ dixit de eo
qđ eſt aliquid aut non eſt: vtrumq; ſignificat & veri falſiq; demonſtrationem / & affirmationis
Alexander negationiſq; diuiſionem. ¶ Sed Alexander a propria ſententia non deſiſtit: nec alio q̄ cęteri te-
netur errore. ait enim hic quoq; apparere non eſſe genus affirmationis et negationis enun-
ciationē: qūm ita in diffinitione enūciationis affirmatioe et negatione vt partib⁹ vſus eſt. Oē aūt
cōpoſitū atq; oē æquocū: vel ſuis partibus vel ſuis ſignificatis definiri poteſt. vt ſi qs ternariū nu
merū definire volens dicat: ternarius numerus eſt q; ex vno duobuſq; coniunctus eſt. vel ſi quis
hominem definire volēs dicat homo eſt / aut animal rationale mortale: aut huiuſmodi colorib⁹

ba & nomina dictiones ſolũ ſunt: quoniam & ſimplices ſunt. Erant enim alię quędam dictiones in oratiõibus/ nominibus verbiſq; cõpoſitis: ſed nõdũ pfectę ſentẽtię/ quoniã neq; verũ neq; falſum/ vel alio interrogante/ vel quolibet ſponte proferente ſignificant. Erant etiam alię quędã dictiones quę alio interrogante & quolibet ſponte proferente verũ falſumue retinerent/ in ijs ſcilicet quę erant affirmationes aut negationes. Quocirca ſenſus huiuſmodi eſt: ordo autẽ verborum ſic ſe habet, nomen ergo & verbum dictio ſit ſola: quoniam non poſſumus dicere ſignificantẽ aliquid ſic/ voce ideſt verbo vel nomine/ enũciare. Non enim poſſumus dicere/ quoniã quiſquis verbo vel nomine ſignificat aliquid: ille enunciat/ vel aliquo interrogante/ vel nõ/ ſed ipſo proferẽte/ tanq; ſi ſic diceret. verba ipſa & nomina dictiones ſolę ſunt/ quoniam verbis & nominibus ſignificãtem hominẽ aliquid/ non poſſumus dicere quoniam enunciat quicq;/ ſiue cum aliquis interroget/ ſiue ipſe ſponte proferat ſimplicem dictionẽ. Enunciare autem: eſt orationẽ dicere/ quę verum falſumue deſignat. ¶ Harũ autem/ hęc quidem ſimplex eſt enunciatio. ¶ Vt aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo. hęc autem ex his coniuncta/ velut oratio quędam iam compoſita. ¶ Quoniam ſuperius de vnis orationibus atq; pluribus dixit/ & vnam quidem poſuit quę aut coniunctione vna eſſet ſecundum Platonem/ aut ſignificatione ſecundũ propriã naturam/ plures vero quę aut coniunctione carerent/ aut multa/ ſignificatione ſua complecterẽt/ quoniamq; aliud erat vna oratio/ aliud ſimplex/ aliud cõpoſita/ aliud plures: poſt illa ad ſimplicẽ compoſitãq; reuertitur/ dicẽs ſimplicẽ eẽ orationẽ enunciatiuam/ quę duobus terminis connetur quorum vnum ſubiectũ eſt/ alterũ prędicatũ. Qz vero ait harũ aũt: enunciatiuarũ ſcilicet orationũ dixit/ quarũ hæc quidẽ ſimplex eſt enũciatio. & q̃ ſiplex ẽ enũciatio: ſpẽ ꝓpoſuit/ dicẽs vt aliqd de aliquo ſubaudiendũ eſt p̃dicemus/ vt ſit hic ſenſus. Harũ aũt enũciatiuarũ orationũ eſt ſimplex enũciatio/ ſi aliqd vnũ de vno aliquo p̃dicem⁹. vt ſi dicã Plato diſputat: de aliquo Platone aliquid ideſt diſputat prędicaui. & hęc ſimplex eſt enunciatio/ iccirco quoniam duobus terminis partibuſq; cõiungitur. Siqua vero plures habeat terminos/ & eius partes duorũ terminorum multitudinem egrediantur: illę compoſitę orationes dicuntur. etenim enunciatio compoſita huiuſmodi eſt: ſi dies eſt/ lux eſt. dies enim eſt/ & lux eſt: duę ſunt ſimplices enunciatiões/ quæ coniunctæ vnam compoſitam perfecerunt. atq; hoc eſt qđ ait. hæc autem ideſt alia oratio ex his coniũcta ideſt ex ſimplicibus enunciationibus: velut oratio quędam iam compoſita eſt. hęc enim non ſimplex eſt oratio. Simplex enim oratio/ ſolas dictiones habet duas in partibus: cõpoſita vero/ etiã orationes/ ſicut hęc quã ſupra poſui. ¶ Eſt ergo hic ordo quem ipſe cõfudit. prius enim de affirmatione & negatione quę prima eſſet/ & q̃ poſterior expediuit: dehic de vnis oratiõibus & de pluribus dixit/ poſtremo de ſimplicibus atq; compoſitis. Sed quoniam quędam in medio permiſcuit: ea paululum differentes directã ſententię ſeriem continuauimus longum Ariſtotelis hyperbaton partiũ cõiunctione recidẽtes. Neq; enim ſimile videtur quod ait/ eſt aũt vna prima oratio enunciatiua affirmatio deide negatio/ alię vero coniunctione vnę: & rurſus cum dixit/ eſt vna oratio enunciatiua quę vnum ſignificat vel coniunctione vna: plures aũt quę plura/ & non vnum/ vel icõiuncte. vel cum rurſus addit. harum autem hæc ſimplex quidem eſt enunciatio: vt aliquid de aliquo/ vel aliquid ab aliquo. hęc aũt ex his cõiuncta velut oratio q̃dã iam compoſita. Sed illud quidem qđ prius dixit/ eſt autem vna prima oratio enũciatiua affirmatio/ deinde negatio: ad hoc retulit vt priorem affirmationem eſſe monſtraret/ poſteriorẽ vero negationem. ait enĩ deide negatio. vnde qđ ait prima/ ad affirmationẽ ponẽdũ eſt. Quod vero ſecutus eſt paulopoſt/ eſt autem oratio vna enunciatiua: quę vnũ ſignificat vel coniunctione vna. plures autẽ quę plura & non vnũ vel inconiũcte: ad hoc retulit vt doceret quas vnas eſſe orationes putari oportet/ expediens/ aut quę vnum ſignificarent aut quas cõiunctio vnas faceret/ vel quas plures/ aut quę multa in ſignificatione retinerent/ aut quarũ corpus nulla eſſet coniunctione compoſitum. Qz vero poſtremo addidit/ harum autem hæc quidem ſimplex eſt enũciatio vt aliquid de aliquo/ vel aliquid ab aliquo/ hęc autem ex his cõiuncta velut oratio quędã iam compoſita: ad ſimplices oratiões retulit atq; compoſitas. Simplices dicens duobus ſolis terminis functas: cõpoſitas quę ex ſimplicibus orationibus enunciatiuis cõfũgerẽtur/ vt ſit totus ordo hoc modo. Eſt autem vna prima oratio enũciatiua affirmatio: deide negatio. & rurſus intermiſſis quę ſequũtur/ hoc ſubijciatur. Eſt autẽ vna oratio enũciatiua quę vnũ ſignificat: vel cõiũctione vna. Plures autẽ quę plurima/ & nõ vnũ vel icõiuncte. & poſt hoc intermiſſis quoq; ſequẽtib⁹/ hoc ſequatur. harum aũt hęc quidẽ eſt ſimplex enunciatio: vt aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo. hęc autem ex his coniuncta: velut oratio q̃dã iã cõpoſita/ tãq; ſi ſic diceret. prima quidẽ inter enunciationes oratio affirmatiua eſt: ſecunda vero negatio. affirmationum autem & negationum vna oratio eſt/ quę vnum ſignificat vel quę coniunctione vna eſt. multiplex autem/ vel cuius partes coniunctione copulantur quę multa ſignificat: vel que

matio/& negatio verbis & nominibus cõiunguntur: his omnibus nomina & verba priora ſunt. Nomine autem res/aut perſe ſubſiſtens/aut tanq̃ per ſe ſubſiſtens ſignificat: verbo vero accidens deſignatur/& velut alij accidens. quod ex ſupradictis planum eſt. qđ autem per ſe conſiſtit/prius eſt. ergo id qđ nomen ſignificat: prius eſt/q̃ id qđ verbum. quare prius verbo eſt nomẽ. ergo quoniam nomen & verbum oratione/enunciatione/affirmatione & negatione priora ſunt (partes enim priores ſunt ijs quę componuntur) iure ante hęc omnia/definita ſunt. Quoniam vero nomen prius eſt verbo: prius nomen/poſtea vero diffinitum eſt verbum. Sed quia omne genus ſpeciebus ſuis prius eſt: poſt hæc ideſt nomen & verbum/orationem diffinitione deſcripſit/quę et proximum enunciatiõis genus eſſet/& ſuperius affirmatiõis et negatiõis. poſt orationem vero: enunciationem. q̃ cum ſit ſpecies orationis/affirmationis tamen & negationis eſſet genus. poſt enunciationem vero: affirmationem. quę quãq̃ negationi æqueua ſpecies eſſet ſecundum genus proprium ideſt enunciationem: in prolatione tamen prior eſt vt ipſe ſupra iã docuit/dicens. Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio. Sed quoniam a nobis ſuperius dictum eſt has eum quinq̃ res diffinire velle/quid ſit dictio/quid enunciatio/quid affirmatio/quid negatio/quid contradictio: dictionem quid ſit oſtẽdit per id qđ ait. nomen ergo & verbum dictio ſit ſola. enunciationem autẽ per id qđ ait. eſt autem ſimplex enunciatio vox ſignificatiua de eo qđ eſt aliquid vel nõ eſt/quemadmodum tempora diuiſa ſunt. affirmationem vero per id quod ait. eſt autem affirmatio enunciatio alicuius de aliquo. negationẽ quoq̃ diffiniuit dicens. negatio vero alicuius enunciatio ab aliquo. Reſtat ergo de cõtradictione diſſerere. quid ſit ergo contradictio/ipſe proſequitur dicens. ¶ Quoniã aũt enũciare eſt/& qđ eſt: non eſſe. & quod non eſt: eſſe. & quod eſt: eſſe. & quod non eſt: non eſſe. et circa ea quę extra pręſens tempus ſunt: ſimiliter. omne vtiq̃ contingit quod quis affirmauerit/negare: et quod qs negauerit affirmare. Quare manifeſtum eſt quoniam omni affirmationi: oppoſita eſt negatio. & omni negationi: affirmatio. ¶ Et ſit hoc cõtradictio: affirmatio & negatio oppoſitę. ¶ Expeditis omnibus quę ſeſe explicaturum eſſe promiſerat: nunc ad reliquam ſcilicet cõtradictionem/ordine venit/eamq̃ ab affirmationibus negationibuſq̃ reperit/dicens omnibus affirmationib9 poſſe proprias negationes opponi/& omnibus negationibus proprias rurſus ex aduerſo affirmationes poſſe conſtitui. hoc autem hinc ſumitur. Quoniam nouimus alias res eſſe/alias non eſſe/& quoniam noſipſi dicere poſſumus & ſentire alias res eſſe/alias non eſſe: ex his quattuor enunciationibus fiunt geminę contradictiones. Si quis enim id qđ eſt dicat non eſſe/vt ſi viuente Socrate dicat/Socrates non viuit: quod eſt negat & erit negatio falſa. Rurſus ſi quis id quod non eſt/eſſe confirmet/vt ſi non viuente Socrate dicat/Socrates viuit: hęc rurſus affirmatio falſa eſt. Si quis etiam id qđ eſt/eſſe enunciatione conſtituat/vt ſi viuente Socrate dicat/viuit Socrates: vera erit affirmatio. Sin vero quod nõ eſt/eſſe negauerit: eſt negatio vera. vt ſi quis non viuente Socrate dicat/Socrates non viuit. Ex his igitur ideſt ex affirmatione vera & negatione falſa/& rurſus ex negatione vera et affirmatione falſa: q̃ttuor quidem ſunt enunciationes/ſed in duabus affirmatio/in duabus negatio continetur. contradictiones vero duæ. Per hoc enim quod ait/quoniam autem enunciare eſt & quod eſt non eſſe: falſam enunciationem negatiõis oſtendit. q̃q̃ addidit & quod nõ eſt eſſe: falſam affirmationem in enunciatione propoſuit. illud quoq̃ qđ dixit et qđ eſt/eſſe: enunciationem veram deſignat. quia id quod eſt/eſſe: vera affirmatione profertur. amplius q̃ ait/& quod non eſt/non eſſe: verę negationis ſpeciem dedit. Quare et ſi quod eſt/vere poteſt dici eſſe/& id quod eſt falſo poteſt prędicari non eſſe/et id qđ non eſt/vere poteſt enunciari non eſſe/& id qđ non eſt/falſo eſſe poterit affirmari; manifeſtum eſt omnẽ affirmationem habere aliquam contradictionem negationis oppoſitam. et omnem rurſus negationem: affirmationis oppoſitione facere contradictionem. etenim ſi omne qđ quis affirmauerit/negari poterit/& quod qs negauerit/poterit affirmari: quis dubitauerit nec affirmationẽ poſſe cõſtitui cui nõ negatio cõtradicat/nec negationẽ cui9 nulla affirmatio oppoſita valeat inueniri? Omnis igitur affirmatio negationem: & negatio habet oppoſitam affirmationem. eſt igitur contradictio affirmatio et negatio oppoſitę. quid autem ſit oppoſitio: poſterius dicendũ eſt. aut quid ſit contradictio: poſt/diligentiſſima ratione mõſtrabo. Qđ autem ait/& circa ea quę ſunt extra pręſens tempora: tale eſt tanq̃ ſi diceret. Sicut affirmatio & negatio/in præſenti tempore fieri poteſt: ita etiam vel in pręterito vel in futuro. Nam ſicut poteſt id quod eſt/eſſe cõſtitui: ita poteſt id quod fuit/fuiſſe proponi/& id quod futurum eſt/in ſpecie futuri temporis affirmari. vt cũ dicimus Socrates fuit/fol eſtate in cãcro futurus eſt. Eodẽ modo ergo & de futuro & de prætęrito: affirmatio & negatio conſtituũtur quẽadmodũ de p̃ſenti. futurum aũt & p̃teritũ extrinſecus eſt/& pręter pręſens tẽpus eſt. Illud eni veniet: iſtud receſſit. Recte igitur et circa ea quę ſunt extra pręſens tẽpora: huiuſmodi poſſe affirmatiões negationeſq̃ dixit euenire. circa eni p̃teritũ

Primꝰ enũciandi modus
2
3
4

vel metallo facta ſimulatio.ita nomen æquiuocũ ex iſs q̃ ipſum nomen ꝯquocũ deſignabãt:oſtẽ ſum eſt.hic ergo eodem modo / enunciatio inquit eſt vox ſignificatiua de eo qđ eſt aliquid vel non eſt:tanq̃ ſi diceret , enunciatio eſt vox aut affirmatiua aut negatiua:in eundem ſcilicet erro rem labens nec videns quẽadmodum vna diffinitione/ & diuiſionem fecerit/ & naturam enun ciationis oſtenderit.ſed hanc expoſitionẽ(qđ adhuc ſciam)neq; Porphyrij/neq; vllus alius cõ mentatorum vidit. ¶ Aſpaſius etiam conſentit Alexandro.dicit enim Alexander eodem mo Aſpaſius do hic diffiniſſe Ariſtotelẽ enunciationem: ſicut alibi quoq; ideſt in reſolutorijs.illic enim ita p poſitionem quę eſt enunciatio/ diffinitione concluſit dicens.propoſitio ergo eſt oratio affirmati ua vel negatiua:alicuius de aliquo/ vel alicuius ab aliquo. Idem quoq; Aſpaſius / ſequitur eum. ¶ Porphyrius autem ſic dicit/ admirabilem eſſe ſubtilitatem diffinitiõis.ex ſua enim vi affirma Porphyrij tionis & negationis enunciatio diffinita eſt.ex terminis vero/ ipſa affirmatio atq; negatio. Affir matio namq; in duobus terminis cõſtans:aliquid alicui ineſſe ſignificat.tota autẽ vis ipſius eſt aliquid annuere. Negatio quoq; aliquid alicui nõ ineſſe ſignificat:ſed tota vis ipſius eſt aliquid abnuere atq; diſiungere . Vel rurſus affitmatio aliquid alicui ineſſe deſignat:ſed vis ipſius tota ponere aliquid eſt.cũ enim aliquid alicui ineſſe demõſtrat : ponit aliquid . Rurſus negatio ali quid alicui non ineſſe declarat:ſed tota vis eius auferre eſt. Ergo inquit enunciationem ex tota vi affirmationis negationiſq; diffiniuit dicens:enunciatio eſt vox ſignificatiua/ de eo quod ali quid eſt vel non eſt.Hoc autem ad negationis pertinet affirmationiſq; vim:tanq̃ ſi diceret .enũ ciatio eſt vox ſignificatiua quę ponit aliquid aut tollit/quę propriæ virtutes ſunt affirmationis & negationis .Si enim ita dixiſſet / enunciatio eſt de eo quod eſt aliquid alicui vel non eſt:tunc ex terminis affirmationis vel negationis enunciationem diffiniſſe videretur .Cum autem dicit de eo qđ eſt aliquid vel non eſt:de tota vtrorumq; vi determinat.in hac enim affirmatione quę di cit dies eſt:aliquid alicui ſecundum terminos adeſſe monſtrauit.eſt enim / diei applicuit . ſed to ta huius propoſitionis vis eſt aliquid eſſe declarare.rurſus cum dico dies non eſt :aliquid ali cui non eſſe pronuncio.ſed tota vis eſt huius non eſſe dicere.quare manifeſtũ eſt ſecundum Por phyrium ex tota vi affirmationis & negationis enũciationem eſſe deſcriptam : ex ſuis vero ter minis/ ipſam affirmationem & negationem.ait enim/ affirmatio vero eſt enunciatio alicuius de aliquo:in affirmationis diffinitione genus ſumens.enunciatio enim (vt dictum eſt)genus eſt af firmationis & negationis . qđ ipſe Ariſtoteles plenius demonſtrat/ qui in vtrorumq; diffinitio ne enunciationis nomen aſcripſit dicens:affirmatio vero eſt enunciatio.hoc enim retulit ad ge nus . quod vero addidit alicuius de aliquo:reduxit ad terminos.in ſimplici enim affirmatione aliquid de aliquo enunciando prędicatur.vt in eo quod eſt/ dies eſt:eſſe diem.Negatio quoq; ita diffinita eſt.negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo.quantum ad enunciationem/ rurſus a ge A gñe ad nere :quantum alicuius ab aliquo/ rurſus ad terminos. In hac enim negatione quę eſt dies non terminos: eſt:eẽ a die enunciando tollimus.ſed vt nõ ſolũ prędentis tẽporis enunciationẽ diffiniſſe videre a gñe addif tur:addidit enunciationis diffinitionem de alijs quoq; temporibus intelligi . ait enim enũciatio ferentias eſt vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid vel non eſt: adiecitq; quemadmodũ tempora diuiſa ſunt.diuiſa enim ſunt tempora in tribus .omne enim tempus:aut futurũ eſt/ aut prędens / aut prę teritum / aut ex his mixtum . Enunciatio autem eſt vox ſignificatiua:ſignificans aut eſſe ali quid/ aut non eſſe.Sed quoniam hoc tempus prędens deſignat:non ſolum de prędenti inquit lo quimur /ſed etiam de ijs tẽporibus quę diuiduntur/ vt hic eſſe & non eſſe / & in futurum veniat & in prędteritum vt aliquoties ſic eſſe & non eſſe ſignificet/ ideſt ſic ponat atq; auferat enunciatio vt et p̃ſens tẽpus ponat & auferat.vt eſt Socrates ẽ/ Socrates nõ eſt.& p̃teritũ ponat et auferat. vt Socrates fuit/ Socrates nõ fuit.eodem quoq; modo futurũ: vt Socrates erit/ Socrates nõ erit. ergo in his omnibus temporibus ſecundũ eſſe aliquid vel non eſſe aliqđ/ ideſt ſecundum pone re & auferre : tota enunciationis vis eſt.hoc ergo eſt qđ ait.de eo quod eſt aliquid/ vel non eſt/ quemadmodum tempora diuiſa ſunt : tanq̃ ſi diceret . de eo quod eſt aliquid vel non eſt: vox enunciatiua ſignificat vel in prędens vel in prędteritum vel in futurum quemadmodum ipſa tẽ pora diuiduntur.Cur aũt talis ordo diffinitionis fuerit paucis abſoluam. Prius enim de nomine poſt de verbo/ hinc de oratione/ rurſus de enunciatione/ dehinc de affirmatiõe:poſtremo de ne gatiõe diſſeruit.Omne compoſitum:ſuis partibus poſterius eſt.oẽ aũt genus ſuis partibus prius. ergo in compoſitis toto partes priores ſunt:in generibus et ſpeciebus partes toro poſteriores. Rurſus in compoſitis totum partibus poſterius:in ſpeciebus & generibus totum partibus prius eſt.ergo quoniã verba & noia neq; affirmatiõis neq; negatiõis neq; enũciatiõis neq; oratiõis ſpe cies erant/ ſed quędam horum omnium partes quibus hęc omnia iũgerenti oratio aũt genꝰ enũ ciationis/ enunciatio affirmationis et negationis:affirmatio prior negatione ſcilicet ſecundum prolationem /ſicut ipſe teſtatus eſt.Ergo quoniam hæc omnia/ & oratio/ & enunciatio/ et affir

nauerit ad cõſtituendam oppoſitionis contradictionem quantum breuitas patitur: non grauabimur opponere. ¶Non enim ſolum ſi æquiuocatio in propoſitionibus collocetur / nulla fit contradictio: verum etiam ſi vniuocatio in negatione ponitur / illa oppoſitio contradictionem penitus non habebit. eſt enim oppoſitio habens contradictionem: in qua affirmatio ſi vera eſt / negatio falſa ſit. ſi negatio vera eſt: fallax affirmatio videatur. Poſitis ergo ſecundũ vniuocationẽ terminis: vtraſq; ſimul et affirmationem et negationem veras eſſe cõtingit, vt ſi quis dicat homo ambulat / homo nõ ambulat: affirmatio de quodã homine vera eſt / negatio de ſpeciali vera. ſed ſpecialis homo / & particularis vniuoca ſunt. quocirca ſumptis vniuocis: cõtradictio nõ fit. ¶At vero nec ſi ad aliam & aliam partem affirmatio negatioq; ponatur: fit in ipſis vlla verifalſiq; diuiſio / ſed vtraſq; veras eſſe contingit. vt cum dico oculus albus eſt. oculus albus non eſt. In alia enim parte albus eſt: in alia albus non eſt. atq; ita negatio vera eſt / & affirmatio. ¶Nec ſi ad aliud / atq; aliud referens dicat: nulla inde contradictio procreatur. vt cum dico / decem dupli ſunt. decem dupli nõ ſũt. nã ſi ad quinariũ referã: vera eſt affirmatio. ſi ad ſenariũ: vera negatio ¶Nec ſi diuerſũ tẽpus / i affirmatiõe ac negatiõe ſumaſ. vt cum dico Socrates ſedet. Socrates nõ ſedet. alio enĩ tẽpore ſũptũ ſedere / verã facit affirmationẽ: alio tẽpore nõ ſedere / verã facit negationẽ. ¶Amplius quoq; ſi diuerſo modo qs dicat in negatiõe qđ iam in affirmatiõe ꝓpoſuit: vi cõtradictiõis intercipit. Si quis enĩ dicat affirmationẽ poteſtate / negationẽ vero actu: poſſunt affirmatio & negatio vno tẽpore cõgruente veritate conſtitui. vt ſi quis dicat catulus videt: catulus nõ videt. poteſtate enim videt: actu vero non videt. Quocirca oportet fieri / ſi facienda eſt contradictio: eiuſdem (vt ipſe ait) prędicati de eodem ſubiecto non ęquiuoce ſed vniuoce / ad eandem partem / ad idem relatum / ad idem tempus / eodẽq; modo conſtitui / quæ omnia in ſophiſticis elenchis diligentiſſime proſecutus eſt. nunc pauca cõmemorans diſtulit in illis libris integrã diſputationẽ. ¶Eſt autem enũciatio de eo quod eſt aliquid eſſe / vel non eſſe. Affirmatio quidẽ: de eo qđ eſt / eſſe. vt Plato philoſophus eſt. Negatio vero: de eo quod eſt / nõ eſſe. vt Plato philoſophus nõ eſt. hæc vtraq; enunciatio / Plato philoſophus eſt / Plato philoſophus non eſt: ſeſe perimentia / & in contrariũ quaſi quodam locata litigio / faciunt contradictionẽ. Contradictio vero eſt oppoſitio affirmationis & negationis: in qua neq; ambas falſas / neq; ambas veras eſſe cõtingit / ſed vnam ſemper veram / alteram vero falſam. ſi qua autẽ ſunt huiuſmodi / in quibus verũ falſumq; affirmatio negatioq; non diuidãt: in illis aliquid diuerſum & non ad oppoſitionẽ integram repe
Porphyri? ritur. ¶Dicit autẽ Porphyrius argumẽtũ eſſe ad id qđ dicimus affirmationẽ negationi ita oportere opponi / vt vna vera oppoſita / in alteram mox fallitas veniat: cõmunem inter nos conſuetudinem colloquendi. Quando enim quis aliquid eſſe dixerit / idem alius negauerit: vnum ipſorum verũ dicere / mẽtiri alium ſuſpicamur. ¶Amplius quoq; ſi aliquid aut eſt aut non eſt / mediũq; inter eſſe & nõ eſſe nichil poterit inuenirĩ / affirmatio autem ponit aliquid eſſe / idẽq; aufert negatio / & eſt contradictio / affirmatio etiam negatio oppoſitæ: talis oppoſitio integram facit contradictionẽ / in qua affirmatio & negatio vtręq; verę ſimul eſſe non poſſunt. Affirmationis autem negationiſq; natura: ad qualitatem quãdam refertur. qualitas enim quędam eſt affirmatio atq; negatio. pręter hanc vero qualitatẽ eſt etiã quantitas propoſitionum / de qua poſterius paulo dicendũ eſt. Sed volens Ariſtoteles quid eſſet contradictio nos docere: prius vbi eſſet oſtẽdit. in oppoſitiõe enim contradictionẽ omnem neceſſe eſt eſſe. Quare quoniam contradictio in oppoſitione eſt; qualis autem oppoſitio hanc cõtradictionẽ faciat / adhuc ignota eſt. Eſtq; hęc oppoſitio: aut in qualitate propoſitionum / aut in quantitate / aut in vtroq;. & de qualitate propoſitionum quę in affirmatione & negatione conſiſtit / dictũ eſt: nunc de quãtitate dicetur / vt ea quoq; cognita perſpiciatur an in qualitate / an in quantitate / an in vtroq; propoſitionum contradictio ſit.

¶DE SVBIECTIS ET PRAEDICATIS ENVNCIATIONVM. Cap. V.

» Quoniam autem ſunt hęc quidẽ rerũ vniuerſalia: illa vero ſingularia. ¶Dico
» autem vniuerſale / quod in pluribꝰ prędicari natũ eſt. Singulare vero / qđ nõ.
» vt hõ quidẽ vniuerſale eſt: Callias vero eorũ quæ ſunt ſingularia. neceſſe eſt
» autem enunciare cum ineſt aliquid aut non: aliquando quidem alicui eorũ
» quę vniuerſalia ſunt / aliquando autem quę ſingularia ſunt. ¶Omnis propoſitio ſignificationis ſuę proprietatem ex ſubiectis itellectibus capit. Sed quoniam neceſſe eſt intellectus rerũ eſſe ſimilitudines: vis propoſitionũ ꝑ intellectus ad res quoq; cõtinuat. atq; ideo cum aliqd vel affirmare cupimꝰ vel negare: hoc ad itellectꝰ & cõceptiõis animi q̃litatẽ refert. Qđ enĩ imaginatione intellectuq; cõcipimus: id in affirmatiõe aut in negatione ponẽtes / affirmamꝰ ſcilicet & negamꝰ & principalit qdẽ ab intelligẽtia / ꝓpoſitiões vi capiunt / & proprietatẽ. Scdo vero loco ex rebus ſumũt: ex quibus

& futurū/qđ ē extriſecus a preſenti tēpore: ſimiliter oñe cōtīgit/ vt ipſe ait) qđ qs affirmauerit negare/ & qđ quis negauerit affirmare. vnde fit vt ī oibus tēporibus illud cōſtet oi affirmatiōi poſſe opponi negationem: omniq; negationi oppoſitam affirmationē poſſe conſtitui. Nunc autem q̄lis debeat ſumi oppoſitio in affirmatione & negatione/ demōſtrat. hoc eni eſt cōtradictio: affirmatio & negatio oppoſitę. Q̄z ſi hæ oppoſitæ cōſtituunt contradictionem: qualis in his debeat
» eſſe oppoſitio/ quę contradictionem conſtituit/ recte proſequitur. ¶ Dico autem opponi eiuſdem
» de eodem/ non autē æquiuoce: & quęcunq; cętera talium contra ſophiſticas determinauimus
» importunitates. ¶ Cū duobus terminis ſimplex propoſitio conſtet/ & vnus ſubiect⁹ ſit & alius p̄dicet/ ſubiectus autē ſit qui primus dicitur/ prędicatus vero qui poſterius: dicit illa oppoſitione affirmationē & negationē integram conſtituere contradictionem quę idem ſubiectū habent/ idē etiā prædicatum/ vt neq; ſubiectū neq; prędicatū plura ſignificet. alioqui nō erit contradictio/ neq; aliqua oppoſitio. Vt cū dico Socrates alb⁹ eſt/ & alius dicit ethiops alb⁹ nō eſt: hę/ affirmatio atq; negatio nō ſunt oppoſitę/ iccirco qa ē aliud ſubiectū & idē p̄dicatū. In affirmatiōe eni Socrates ſubiectus fuit: in negatione ethiops. Rurſus cum dico Socrates albus eſt/ & alius dicit Socrates philoſophus non eſt: nec hæc rurſus negatio contra affirmationem retinet oppoſitionē/ ideo qa aliud prędicatū in vtriſq; proponitur. in affirmatione eni albū prædicatur ad Socratē: in negatione philoſophus. Q̄z ſi vtraq; ſunt diuerſa: multomagis nulla fit oppoſitio. vt cū dico Socrates philoſophus eſt/ ſi reſpondeat alius/ Plato rhomanus non eſt: hic neq; idē ſubiectum eſt/ neq; idem prędicatum. & plus iſtę diuerſę ſunt: & nulla contra ſe oppoſitione cōpoſitę. atq; ideo poſſunt vtręq; ſimul eſſe verę. & ſi ita cōtingit/ vtręq; ſimul eſſe falſę: necnon etiam vna vera/ altera falſa. Quę enim ſe non perimunt: nichil eas impedit aut vtraſq; falſas/ aut vtraſq; veras/ aut vnam veram/ falſam alteram reperiri. quare quorum vel aliud ſubiectum eſt/ vel aliud prędicatum: illa oppoſita eſſe non dicimus. vnde fit vt nec illa quoq; quę plura ſignificāt/ ſi ſubiecta aut prędicata ſint: contradictoriam negationem valeant cuſtodire. ſi quis enim nomen æquiuocum ſubijciat & aliud prędicet/ & ſi quis contra huiuſmodi affirmationē conſtituat negationem: non faciet oppoſitionem. vt cum dico Cato ſe Vticę occidit: nomen hoc qđ dicitur Cato/ æquiuocum eſt. poteſt enim & orator itelligi/ & hic qui exercitū duxit in Aphricā. Si quis igitur dicat Cato ſe Vticę occidit: poteſt fortaſſe itelligi de Catone Martię. ſi qs reſpōdeat Cato ſe Vticę non occidit: poteſt de Catone cenſorino conſtituiſſe negationē. Sed quoniā diuerſus eſt Cato cēſorinus a Catone Martię/ & nomen ipſum Catonis diuerſa ſignificat: diuerſę erunt a ſe affirmatio & negatio & id non omnino perimit negatio/ qđ conſtituit affirmatio. Affirmatio enim conſtituit Martiæ Catonem ſe Vticæ peremiſſe: negatio vero dicit Catonem ſi ita contigit/ oratorem non ſe Vticę peremiſſe. quare non cōſtituūt verum inter ſe falſumq; iccirco q̄ a ſe diuerſę ſunt. nā vtrūq; verū eſt & q̄ ſe Cato vticę occidit/ ſcilicet Martię: & q̄ ſe Cato Vticę nō occidit ſcilicet orator. atq; hic/ æquiuocum ſubiectum fecit: vt hæc affirmatio & negatio oppoſitionem nullo modo conſtituerent. Q̄z ſi prędicatum fuerit æquiuocum: eodem modo contradictio non fit. dicat enim q̄ſq̄ Cato fortis eſt/ & de Catone prædicet fortitudinem mentis/ aliuſq; reſpondeat Cato fortis non eſt/ ad imbecillitatem corporis ſpectans: ita igitur æquiuocatio fortitudinis ambiguitatem fēcit/ quę oppoſitionem nulla ratione cōponeret. & ſi vterq; terminus ſubiectus & prędicatus æquiuoci fuerint: multomagis diuerſę a ſe erunt propoſitiones/ & non oppoſitę nec inter ſe verū falſumq; diuidentes/ ſed vtraſq; veras/ interdum vtraſq; falſas eſſe contingit. Quare vnum oportet eſſe ſubiectum vnumq; prędicatum: vt id quod affirmatio p̄dicauit & iunxit/ idem negatio diuidat & abiungat. et id quod de ſubiecto affirmatio prędicauit: de eodem negatio neget. Nam ſi ſit vterq; æquiuocus terminus/ aut quilibet vnus eorum: fieri poteſt vt aliud tollat negatio q̄ affirmatio poſuerat/ ita q̄ nulla ſit oppoſitio. quare non ita faciendū eſt: ſed idem ſubiectū & prędicatū in affirmatiōe eſſe debet/ idē in negatiōe. atq; hoc eſt qđ ait/ dico aūt opponi eiuſdē de eodē: nō aūt æquoce. Qđ eni ait eiuſdē/ ad p̄dicatū retulit: qđ de eodem/ ad ſubiectū. & ſubaudiēdū eſt. dico autem opponi negationem eiuſdem prędicati de eodem ſubiecto/ ſed vt non ſint æquiuoca/ neq; ſubiectum neq; prędicatum/ & multominus vtraq;: ſed vnum aliquid ſignificēt. quod per hoc dixit: qđ ait. non autem æquiuoce. nec ſola ſi non ſit æquiuocatio: ratio firma eſt ad conſtituendam oppoſitionem. Multa eni ſunt q̄ in ſophiſticis elenchis cōtra eos qui argumētis fallacibus verę rationis viam conantur euertere: determinauit quemadmodum faciendæ eſſent propoſitiones/ & quēadmodum inuenienda eſſet argumentorum fallacia. quod hic ait. & quæcunq; cętera taliū contra ſophiſticas determinauimus importunitates/ tanq̄ ſi diceret. dico quidem opponi affirmationem negationi eiuſdem prędicati de eodē ſubiecto: hoc & quęcunq; alia ſunt q̄ in ſophiſticis elēchis determinata ſunt cōtra argumētorū iportunitates. & hic qđē quoniā aliud negociū erat/ commodiſſime breuiterq; pſtrinxit, nos aūt qđ in ſophiſticis elēchis determi

numerum tantũ releci/ & ad vnitatem/ propoſitionem redęgi. dę quo aũt dicam: hęc particularitas michi non ſubdidit. quidã enim homo poteſt eſſe: & Socrates/ & Plato/ & Cicero/ & vnuſquiſq; ſingulorum/ quorũ proprietates a ſe i ſingularitatis ratione/ & natura diuerſę ſunt. vnde commodiſſime Theophraſtus huiuſmodi particulares propoſitiones/ qualis eſt quidam homo iuſtus: particulares indefinitas vocauit. Partem nãq; tollit ex homine qd eſt vniuerſale vel vocabulo/ vel natura. q̃ tamẽ ipſa ſit pars/ & qua proprietate deſcripta: nõ determinat nec definit. vnde vniuerſale vocauit/ quod de pluribus naturaliter prædicatur/ vt homo: non qđ poſitione quemadmodũ nomẽ Alexandri/ de Troiano & de Macedone Philippi filio/ de pluribus dicitur. hoc enim poſitione de pluribus dicitur: illud natura. & perſubtiliter ait/ qđ in pluribus p̃dicari natũ eſt. eſt enim hęc vniuerſalitas naturalis. Illam vero nominis reiq; proprietatẽ quę particularis eſt: ſingularem vocauit/ dicẽs. Callias vero eorũ quę ſunt ſingularia. Quod autem ſecutus eſt dicens/ neceſſe eſt autem enunciare cum ineſt aliquid aut non: aliquãdo quidem alicui eorum quæ vniuerſalia ſunt/ aliquando autem quæ ſingularia ſunt: huiuſmodi eſt/ tanq̃ ſi diceret. omnis quidem affirmatio & negatio: ineſſe aut nõ ineſſe demõſtrat. & quicquid enũciatur: aut de eo qđ eſt eſſe proponitur. vt Plato philoſophꝰ. hęc enim propoſitio Platoni philoſophiã ineſſe conſtituit. aut de eo qđ eſt nõ ineſſe: vt Plato philoſophus nõ eſt. hęc enim a Platone philoſophiam diuidens: eidem philoſophiã non ineſſe proponit. ergo quoniam neceſſe eſt/ aut aliquid alicui ineſſe dicere/ aut aliquid alicui nõ ineſſe: illud quoq; neceſſe eſt vt intelligamus cui ineſſe aliquid dicimus/ aut vniuerſale eſſe (vt cum dicimus homo albus eſt/ albedinẽ vniuerſali rei ineſſe monſtramus/ ideſt homini) aut certe particulare ac ſingulare. vt ſi quis dicat Socrates albus eſt. albedinem enim Socrati ſingulari ſubſtãtię/ & proprietati incõmunicabili ineſſe ſignificauit. ſed in ſingularibus ſiue affirmetur aliquid ſiue negetur: vnus oppoſitionis modus eſt/ q vim cõtradictionis obtineat. nã quoniã ſingulare atq; indiuiduum nulla ſectione diuiditur: ſecundũ ipſum quoq; facta cõtradictio/ ſimplex erit. In ijs autẽ quę in vniuerſalibus fiunt: nõ eſt vnus modus contradictionis. Nam cũ dico Socrates homo eſt/ Socrates homo nõ eſt: ſola huiuſmodi oppoſitio ſi omnia illa cõueniant/ quę cõtra argumentorum importunitates ſupra iam dicta ſunt/ ad faciendã contradictionẽ idonea reperitur. Sin vero tale aliquid ſubiectum ſit/ de quo aliquid prędicetur qđ ſit vniuerſale/ & in pluribus (vt ipſe ait) natũ ſit prędicari: nõ eſt ſimplex oppoſitio cõtradictionis. ¶ Sunt enim earum propoſitionum quę de vniuerſalibus rebus fiunt: tres differentiæ. Vna quę omnia cõplectitur: vt cum dico omnis homo animal eſt. Alia q̃ ex indefinita multitudine & innumera pluralitate/ ad vnam propoſitionis vim colligit atq; cõſtringit. hęc huiuſmodi eſt tanq̃ ſi quis dicat/ quidam homo animal eſt. Alia vero eſt quę neq; in pluralitatem/ propoſitionẽ tendit: neq; in particularitatem redigit. vt ea quę ſine vlla determinatione proponitur/ vt eſt homo animal eſt/ homo animal nõ eſt. huic enim nec quidam quod particularitatis: nec omnis qđ eſt vniuerſalitatis/ adiunximus. vnde fit vt ſingularitas ſimpliciter prædicetur: vniuerſalitas vero aliquoties vniuerſaliter/ vt omnis homo animal ẽ. homo res vniuerſalis vniuerſaliter: prędicata eſt. nã cũ ſit homo vniuerſalis/ q̃ ei adiectũ eſt omnis/ vniuerſalitatem vniuerſaliter appellari facit. Rurſus eſt/ vt vniuerſalitas particulariter predicetur. vt cum dico quidam homo animal eſt: quidam particulare determinat. ſed iunctum ad hominem vniuerſalem ſubſtantiam: particulariter prædicari fęcit. Eſt quoq; vniuerſale nõ vniuerſaliter prædicare: quoties ſine adiectiõe vniuerſalitatis vel particularitatis ſimpliciter nomẽ vniuerſale ponitur/ vt eſt/ homo animal eſt. Determinationes autẽ dicũtur/ quę rem vniuerſalem: vel in totum fundunt/ vt omnis/ vel in parte contrahũt/ vt quidã. omnis vero vel quidã quãtitatem propoſitionis determinãt. quę quãtitas iuncta cũ qualitate propoſitionũ: quattuor variatur modis. Qualitas aũt propoſitionũ in affirmatione & negatione eſt. Aut enim vniuerſalem rem vniuerſaliter prædicat affirmatiue: vt omnis homo/ animal eſt. aut vniuerſalẽ rem particulariter affirmatiue: vt quidã hõ/ animal eſt. aut vniuerſalem rẽ vniuerſaliter negatiue: vt nullus homo/ lapis eſt. aut vniuerſalem rẽ particulariter negatiue: vt quidam homo/ lapis non eſt. Oportet autẽ in ijs quę vniuerſali determinatione proponũtur: in ipſis determinationibus fieri negationem. vt quoniam determinatio vniuerſalis rei eſt vniuerſaliter/ cum dicimus omnis homo iuſtus eſt: ſi vniuerſaliter negabimus/ dicamus nullus homo iuſtus eſt. & qđ aio nullus: eã vniuerſalitatem quę eſt omnis/ intercipit/ nõ eam quę ẽ homo. Rurſus ſi idem ipſum omnis homo iuſtus eſt/ negare particulariter velim: dicam non omnis homo iuſtus eſt/ per particularem negationem vniuerſalitatis vim interimens. in particularibus vero nõ idem. Si enim eam quæ eſt particularis determinatio vniuerſalis rei/ vt eſt quidam homo iuſtus eſt/ negare velim particulariter: dicam quidam homo iuſtus nõ eſt. hoc autem iccirco fit/ quoniam habet quandã ſimilitudinem atq; ambiguitatẽ: vtrum vniuerſaliter an ſit particulariter dictum/ ſi in vniuerſa-

Nomẽ Alexandri. Paris troian⁹/ Alexander vocatus ẽ.

Vniuerſalis vniuerſaliter p̃dicata eſt. refer vniuerſalit in p̃cedens vniuerſalis, nõ i ſequẽs p̃dicata eſt. q̃ ſi vis i p̃dicata referri: idẽ intelige p̃dicata qđ enunciata. p̃dicatiuũ enim enũciatiuũ ẽ/ ſiue affirmatiuũ ſiue negatiuum.

ipſos intellectus conſtare neceſſe eſt. vnde fit vt & quãtitate propoſitio/ & qualitate participet. Qualitate quidem in ipſa affirmationis & negationis prolatione: quã ex proprio quis iudicio emittit ac profert. Quãtitate vero/ ex ſubiectis reb⁹ quas capiũt intellectus. Videmus nãq; alias eſſe in rebus huiuſmodi qualitates: quę in aliam conuenire nõ poſſunt/ niſi in vnamquãq; particularem ſingularemq; ſubſtantiã. alia eſt enim qualitas ſingularis/ vt Platonis/ vel Socratis: alia eſt quę cõmunicata cum pluribus/ totam ſe ſingulis & omnibus prębet/ & eſt ipſa humanitas. Eſt enim quędã huiuſmodi qualitas: quę & in ſingulis tota ſit/ & in omnibus tota. Quotieſcunq; enim aliquid tale animo ſpeculamur: nõ in quãlibet vnam perſonam per nomẽ hoc/ mẽtis cogitatione deducimur/ ſed in omnes eos quicũq; humanitatis diffinitione participãt. vnde fit vt hęc quidem ſit cõmunis omnibus: illa vero prior incõmunicabilis quidem cunctis/ vni tamen propria. Nam ſi nomẽ fingere liceret: illam ſingularem quãdã qualitatem & incõmunicabilem alicui alij ſubſtantię/ ſuo ficto nomine nuncuparẽ/ vt clarior fieret forma propoſiti. Age enim incõmunicabilis Platonis illa proprietas/ Platonitas appelletur. eo enim modo qualitatẽ hanc Platonitatem ficto vocabulo nũcupare poſſumus: quomodo hominis qualitatem/ dicim⁹ humanitatem. Hęc ergo platonitas ſolius vnius eſt hominis: & hoc non cuiuſlibet/ ſed ſolius Platonis. humanitas vero & Platonis & cęterorum quicunq; hoc vocabulo continentur. vnde fit/ vt quoniam Platonitas in vnũ cõuenit Platonem: audientis animus Platonis vocabulũ ad vnam perſonam/ vnãq; particularem ſubſtantiam referat. Cum autẽ audit hominẽ: ad plures quoſq; intellectum referat/ quoſcũq; humanitatem cõtinere nouit. atq; ideo quoniam humanitas/ & omnibus hominibus cõmunis eſt & in ſingulis tota eſt: ęqualiter cũcti homines retinẽt humanitatem/ ſicut vn⁹ homo. Si enim id ita nõ eſſet: nunq; ſpecialis hominis diffinitio/ particularis hominis ſubſtantiæ conueniret. Quoniam igitur hęc ita ſunt: iccirco homo quidem dicitur vniuerſale quiddã/ ipſa vero Platonitas & Plato particulare. His ergo ita poſitis/ quoniã vniuerſalis illa qualitas & in omnibus poteſt & in ſingulis prędicari/ cum dicimus homo: ambiguum eſt & dubitari poteſt/ vtrum de ſpeciali dictũ ſit/ an de aliquo particulari. iccirco q; nomẽ hominis & de omnibus dici poteſt & de ſingulis quibuſq;/ qui ſub humanitatis ſpecie continẽtur. Quare indefinitũ eſt vtrũ de omnibus dictum ſit id qđ diximus homo: an de vnaquaq; indiuidua hominis & particulari ſubſtãtia. Hanc igitur qualitatem humanitatis/ ſi ambiguitate intellectus ſeparare nitamur/ determinãda eſt: aut in pluralitate diſtendẽda/ aut in vnitate numeri colligenda. nam cũ dicimus homo: indefinitum eſt/ vtrũ omnes dicamus vnũ. ſin vero additũ fuerit oĩs vel qdã/ vt ſit prædicatio omnis homo vel quidã: tũc fit diſtributio & determinatio vniuerſalitatis. & nomen quidem qđ vniuerſale eſt/ ideſt homo vniuerſaliter proferimus/ dicentes omnis homo: aut particulariter dicẽtes quidam homo. omnis enim: nomen vniuerſalitatis ſignificatiuũ eſt. Quocirca ſi omnis qđ vniuerſale ſignificat/ ad hominẽ qđ idem ipſum vniuerſale eſt/ adiungatur: res vniuerſalis quę eſt homo/ vniuerſaliter prædicatur ſecũdũ id qđ diffinitio ei adijcitur quãtitatis. Sin vero dictum fuerit quidam homo: tunc vniuerſale qđ eſt homo/ addita particularitate per id qđ adiectum ẽ quidam/ particulariter profertur/ & dicitur res vniuerſalis prolata particulariter. Sed quoniam particularis eſt prędicatio quidam homo/ particularis rurſus prædicatio Platonis (de vno enĩ dicitur quidam homo/ & de vno dicitur Plato) nõ eodem modo particulares vtrąq; eſſe dicũtur. Plato enim vnam ac definitã ſubſtantiã proprietatemq; demonſtrat/ quę cõuenire in alium nõ poteſt: quidam homo vero/ quod dicitur particulariter/ ipſum nomen vniuerſale determinat. ſed ſi deeſſet quidam/ id qđ dicimus homo vniuerſale eſſet ac per hoc ambiguũ permaneret: qđ vero dicimus Plato nunq; eſſe poterit vniuerſale. Nam etſi quando nomen hoc Plato pluribus imponatur: nõ tamen hoc nomẽ iccirco erit vniuerſale. Namq; humanitas ex ſingulorum hominũ collecta naturis/ in vnam quodã modo redigitur intelligentiam atq; naturã. nomen vero hoc qđ dicimus Plato: multis ſecundũ vocabulum fortaſſe cõmune eſſe videretur/ nulli tamen illa proprietas Platonis cõueniret/ quę erat proprietatis aut naturæ eius Platonis qui fuit Socratis auditor/ licet eodem vocabulo nũcupare tur. hoc vero ideo quoniam humanitas/ naturalis eſt: nomen vero propriũ/ poſitionis. Nec hoc nunc dicitur/ q; nomen Platonis de pluribus non poteſt prædicari: ſed proprietas Platonis. Illa enim proprietas naturaliter de pluribus non dicitur/ ſicut hominis. & ideo incõmunicabilis (vt dictum eſt) qualitas eſt ipſa Platonitas: cõmunicabilis vero qualitas vniuerſalis/ quę & in pluribus/ & in ſingulis eſt. vnde fit/ vt cũ dico omnis homo: in numerum propoſitionem tendã. cũ vero dico Socrates aut Plato: nõ in numerũ emittam/ ſed qualitatem proprietatẽq; vnius ĩ ſua indiuidua ſingulariq; ſubſtantia cõſtringam ac prædicem. Quare in hoc quoq; maxime hę duę particularitates quidam homo & Plato diſtant: q; cum dico Plato/ quem hominẽ dixerim vocabulo deſignaui/ proprietatemq; vniuſcuiuſq; quem nomino. cum vero dico quidam homo:

Qualitas.

Quantitas.

Definitio/ determinatio.

Platonis nomen/ de pluribꝰ pdicaripoteſt ſed equoce niſi vocis placitũ mutetur.

ordinemq; permiſcuit: iccirco nos quoq; pauca quędam priꝰ ordinata expoſitione prędicimꝰ/ ne lector confuſionis caligine atq; obſcuritate turbetur. Omnium propoſitionū quę ſunt ſimplices quas categoricas greci vocāt/ nos prędicatiuas dicere poſſumus: quattuor ſunt diuerſitates. Aut enim affirmatio eſt & negatio vniuerſalis: vt eſt omnis homo iuſtus ē/ nullus homo iuſtus eſt. Aut affirmatio & negatio particularis: vt eſt quidam homo iuſtus eſt/ quidam homo iuſtus non eſt. Aut affirmatio & negatio indefinita: vt homo iuſtus eſt/ homo iuſtus nō eſt. Aut de ſingulari ſubiecto affirmatio & negatio: vt Cato iuſtus eſt/ Cato iuſtus non eſt. harum vero inter ſe veritas falſitaſq; nō ſe habet ſimiliter/ ſed diuerſe. Et priꝰ de vniuerſalibus atq; particularibus/ ideſt de iꝭ quę determinatę ſunt/ dicendum eſt: poſt de reliquis diſputabitur. Diſponatur ergo affirmatio vniuerſalis quę eſt omnis homo iuſtus eſt/ & cōtra hanc negatio vniuerſalis quę eſt nullus homo iuſtus eſt. ſub his autem: ſub affirmatione quidem vniuerſali/ particularis affirmatio quę eſt quidam homo iuſtus eſt. ſub vniuerſali negatione: particularis negatio/ quę eſt quidam homo iuſtus nō eſt. hoc autem demonſtrat deſcriptio ſubiecta.

Subalternæ.

Vłis affir.		Vłis neg.
Oīs hō iuſtus eſt.		Nullꝰ hō iuſtus eſt.
Quidā hō iuſtus eſt.		Quidā hō iuſtꝰ nō ē.
Par. affir.		Par. neg.

¶Hę igitur duæ vniuerſalis affirmatio/ & particularis affirmatio: dicuntur ſubalternę. Rurſus vniuerſalis negatio & particularis negatio: dicūtur ſubalternę/ iccirco quoniam particularis ſemper ſub vniuerſalitate concluditur. in quibus illud eſt conſiderādum/ qꝫ vbi eſt affirmatio vniuerſalis vera: affirmatio quoq; particularis vera eſt. & vbi negatio vniuerſalis vera eſt: particularis quoq; negatio vera eſt. Nam ſi vera eſt omnis homo/ animal eſt: vera eſt/ quidam homo animal eſt. & ſi vera eſt quoniam nullus homo lapis eſt: vera eſt quoniam quidam homo lapis non eſt. At ſi falſa ſit particularis affirmatio/ vt ea quę eſt quidam homo lapis eſt: falſa eſt vniuerſalis affirmatio omnis homo lapis eſt. Idem in negatione. ſi enī negatio particularis falſa eſt/ vt quidā homo animal nō eſt: falſa ē vniuerſalis/ nullus homo animal eſt. Et vt præcedunt vniuerſales

Contrariæ.

in vero: eodem modo præcedunt particulares in falſo. ¶Dicuntur vero affirmatio vniuerſalis & negatio vniuerſalis: contrarię. hoc autem iccirco: quoniam contrariorum huiuſmodi natura eſt/ vt longiſſime a ſe diſtent. & ſi aliquā inter ſe habeant medietatem: vt nō ſemper alterum ipſorum ſubiecto inſit/ vt album & nigrū. nō enī poſſumus dicere quoniam omne corpus aut album aut nigrum eſt. poteſt enim nec album nec nigrum eſſe: & vtrumq; falſum eſſe qđ dicitur/ iccirco quoniam medius eſt color. qꝫ ſi non habent medietatem: alterum ipſorū neceſſe eſt inhęrere ſubiectis. vt cum dicimus omne corpus aut quietum eſt/ aut mouetur: horum nichil ē medium. & neceſſe eſt omne corpus: vel conſiſtere vel moueri. vt aūt in eodem ſimul poſſint eſſe contraria: fieri non poteſt. Neq; enim poſſibile eſt vt idem album nigrumq; ſit: qđ in affirmationibus & negationibus vniuerſalibus apparet. negatiua enim & affirmatiua vniuerſales: plurimum quidem diſtant a ſe. nam qđ iſta ponit omnibus: illa tollit omnibus/ & totum negat. nam quę dicit omnis homo iuſtus eſt: omnem hominem ponit. quę dicit nullus homo iuſtus eſt: nichil eorum quę in humanitatis ſunt diffinitione/ iuſtum eſſe concedit. Ita ergo a ſe longiſſime diſcrepant/ & adhuc ſi ea quę ſignificant habeāt inter ſe aliquā medietatem: vnam veram & vnā falſam eſſe non eſt neceſſe. vt in eo qđ eſt omnis homo iuſtus eſt/ nullus homo iuſtus eſt: quoniam poteſt quędam eſſe medietas/ vt nec nullus homo iuſtus ſit cum ſit quidam/ nec omnis homo iuſtus ſit cum nō ſit quidam. Et poſſūt vtręq; falſę & affirmatio & negatio reperiri. Neq; enī verum eſt: aut omnem hominem iuſtū eſſe/ aut nullum hominē iuſtū eſſe. Quocirca poteſt fieri/ vt in iꝭ in quibus aliqua medietas inuenitur: vniuerſalis affirmatio & vniuerſalis negatio veritatem falſitatemq; non diuidant/ ſed vtręq; ſint falſę ad exemplum ſcilicet contrariorum/ quę aliquā inter ſe continent medietatem. Poteſt enim in illis fieri vt vtraq; contraria poſſint non ineſſe ſubiecto: ſicut ſupra docuimus. In iꝭ vero quę medietate carēt: neceſſe eſt vt vna vera ſit ſemper/ altera ſemper falſa, vt in eo qđ eſt omnis homo animal eſt/ nullus homo animal eſt: hę propoſitiones huiuſmodi ſunt/ vt vna vera ſit/ & vna falſa. iccirco quoniam inter animal eſſe & non eſſe nichil intereſt ad eorum ſcilicet contrariorum ſimilitudinem quę medietate carent. In illis enim: neceſſe erat alterum eorum ineſſe ſubiecto. Sic ergo vniuerſalis affirmatio & vniuerſalis negatio: vtræq; falſę eſſe poſſunt. Vt vero vna vera ſit/ altera falſa: id quoq; conceditur. vt aūt vtręq; ſint verę/ fieri nō poteſt: ſicut illud quoq; verū eſt cōtraria ſimul eſſe non poſſe. rectiſſime igitur vniuerſalis affirmatio vniuerſaliſq; negatio cōtrarię nominantur. ¶Particularis aūt affirmatio quę eſt quidam homo iuſtus eſt/ & particularis negatio quæ eſt quidam homo iuſtus non eſt: vniuerſalibus contrariꝭ contrarias proprietates habent. Illę enim ſimul verę eſſe non

Cum nō ſit quidā. hoc perinde ſonat ac ſi dixeris cū qdā nō ſit iuſtus.

Subcōtrariarū ꝓprietates.

libus propoſitionibus/ negatiuę particulę ad prędicationes potius q̃ ad determinationes ponã-
tur. Si enim contra hanc affirmationẽ quę eſt omnis homo iuſtus eſt/ ponã hanc quę dicit om-
nis homo iuſtus nõ eſt: hęc duas res ſignificare videbitur. & ꝙ nullus iuſtus ſit. omnem enĩ iu-
ſtum nõ eſſe propoſuit. & ꝙ ſint quidam homines nõ iuſti. omnem enĩ hominẽ negauit iuſtum
eſſe. hoc autem nichil impedit: vt aliquis ſit iniuſtus/ aliquis iuſtus. nam ſi aliquis eſt iuſtus: nõ
repugnat ne vera ſit propoſitio quę dicit omnis homo iuſtus nõ eſt. non enim eſt iuſtus omnis
homo: ſi alij iuſti ſint/ alij vero iniuſti. quare quoniam duplicis ſignificationis ẽ: iccirco vniuer-
ſalis negationis definitio quę eſt nullus/ vniuerſalis affirmationis rollit determinationem quæ
eſt omnis. atq; ideo in particularibus negationibus ad ipſam vniuerſalitatem affirmationum/
negatio neceſſe eſt apponatur. vt in eo qđ eſt omnis homo iuſtus eſt: illa eſt ei oppoſita negatio
quę eſt/ nõ omnis homo iuſtus eſt/ non illa quę eſt omnis homo iuſtus nõ eſt/ ne ſit ambiguum
vtrum vniuerſaliter an particulariter neget. Dictum eſt enim hãc negationẽ/ quę eſt omnis ho-
mo iuſtus nõ eſt: & vniuerſalitatis interpretationẽ deſignare/ & particularitatis propoſitionẽ.
Quoties vero particulare aliquid tollitur: in iis non iam ad determinationẽ/ ſed ad prædicatũ
particula negationis apponitur. vt in eo qđ eſt quidam homo iuſtus eſt: nullus dicit/ non quidã
homo iuſtus eſt. Neq; enim hic ad determinationem particularem/ q̃ eſt quidã/ negatio poniť:
ſed dicimus quidam homo iuſtus nõ eſt/ ſcilicet ad prędicatũ qđ eſt iuſtus. Vnde etiam ad inde-
terminatas propoſitiones quę ſunt ſine omnis aut nullus/ aut alicuius determinatione: ad prę-
dicatum ſemper apponitur particula negatiua/ vt eſt homo iuſtus eſt. nemo enim dicit non ho-
mo iuſtus eſt: ſed homo iuſtus nõ eſt. In ſingularibus quoq; nõ dico/ nõ Socrates iuſtus eſt: ſed
Socrates iuſtus nõ eſt. & niſi aliquoties ambiguitas impediret: ad prædicatum ſemper negatio
poneretur. Sed omnia quęcũq; in determinatione ponuntur: talia ſunt quę aut totum colligant
in affirmatiuo/ vt eſt omnis/ aut totum perimant in negatiuo/ vt eſt nullus/ aut colligãt in affir-
matiuo partem vt eſt quidam/ aut interimant in negatiuo partem vt quidam nõ/ aut in negati-
uo perimãt totum particulariter/ vt eſt nõ omnis. ſed quidam nõ/ & nõ omnis: particulares ne-
gationes ſunt. Siue enim quis partem ex toto ſurripiat: particulare eſt qđ reliquit/ quia a totius
perfectione diſceſſit. ſiue quis totum eſſe neget/ ſiue partem relinquat: rurſus particulare eſt qđ
reliquum fit. Nã cum dico quidam homo iuſtus nõ eſt: abſtuli partem. & rurſus cũ dico nõ om-
nis homo iuſtus eſt: cum negaui omnem/ aliquem ꝙ iuſtus nõ eſſet oſtendi. hę ergo nõ omnis
& quidã nõ/ determinatiões planiſſimę ſunt: & cõmuni intelligẽtię ſubiectę. has enĩ duæ ptcu-
lares recipiunt negationes. vt ea quę eſt quidam nõ/ determinationem particularem negat: ea
vero quę eſt nõ omnis/ vniuerſalem negat determinationem. ſed vtręq; negationem (vt dictũ
eſt) in particularitatem cõſtringunt. Qđ autem dicimus nullus: proprium qđdã videtur eſſe vo
cabulum. nõ omnis vero qđ dicitur: omne per aduerbiũ negatiuũ qđ eſt nõ/ admit. Rurſus cũ
dicimus quidã nõ/ in eo qđ eſt quidam/ aduerbium quod ẽ nõ/ additũ: a ſubiecto termino parti-
culare teparat. Nullus vero in vocabulo ipõ/ qđ ſeparet nõ mõſtrat: & videtur quodã modo nõ
potius eſſe negatio q̃ affirmatio. neq; enim aduerbium eſt/ nec coniũctio. aduerbiũ nãq; atq; cõ
iunctio: declinationibus carent. nullus vero qđ dicimus: & generibus ſubiacet/ & inflectitur ca
ſibus. quid igitur eſt? an erit nomen? ſed nulla negatio nomẽ eſſe monſtratur. quid ſit ergo tali
inueſtigatione quęrẽdũ eſt. Videtur enim qđ dicitur nullus/ tale eſſe tanq̃ ſi dicamus nec vnus.
nam qui dicit nullus homo animal eſt: tantũdem valet quantũ nec vnus homo/ animal eſt. qđ
vero dicimus vllus: hoc ab eo diminutiuũ eſt quod ẽ vnus. Diminutiuũ namq; vnius vllus eſt:
tanq̃ ſi dicerem vnullus. ergo plus negat: quiſquis etiam negat diminutionem. vt ſi quis dicat
non modo nõ habet gemmã/ qđ maius eſt: verum etiam nec gẽmulam/ qđ eſt minus. Sic ergo
qui negare vult etiam vnũ: plus negat ſi dicat nec ipſum vnius diminutiuũ/ illud eſſe qđ dicit.
vt ſi quis velit dicere nec vnum eſſe hominem in theatro: ita dicat/ non modo illic vnus homo
non eſt/ verum nec vllus. Cum ergo dicimus nullus: ita proponimus tãq̃ ſi dicamus nec vllus.
tenet igitur hęc in ſe determinatio/ quę eſt nullus: vicem negationis & nominis. negationis q-
dem in eo qđ eſt nec: nominis vero in eo qđ eſt vllus/ qđ eſt diminutiuum vnius. Ita igitur ma-
xima fit negatio rei paruiſſimę q̃ eſt vnus: ſi ipſius diminutiuum quoq; ſubtrahat qđ eſt vllus.
quare & omnem & quendam ſtatim tollit negatio: quę vnius quoq; ipſius/ diminutiuum prędi-
catione ſubducit. vt ea quę eſt nullus homo iuſtus eſt. hoc enim tantum eſt/ tanq̃ ſi dicat: nõ vl-
lus homo iuſtus eſt. hoc aũt idẽ valet tanq̃ ſi dicatur/ nõ vnus homo iuſtus eſt. Quare quoniam
de his quoq; ſufficienter dictum eſt: ad Ariſtotelis verba conſequenti ordine veniamus. ¶Si
ergo in vniuerſali vniuerſaliter enũciet quis quoniam eſt aut non eſt: contrarię enunciationes
erunt. Dico autem in vniuerſali enũciare vniuerſaliter. vt omnis homo albus eſt/ nullus homo
albus eſt. ¶Demonſtrare oppoſitionem cõtradictionis intendit/ ſed quoniam viam reperiendi

Non homo iuſtus ẽ. vt negatio ne gans nõ/ ſo lum cadat i ſubiectum. nã nõ negatiua ſed infinitiua eſſet.


NVLLVS

Et ſi cõtra eam quę eſt nullus homo iuſtus eſt/ indefinita propoſitio quę eſt homo iuſtus eſt opponatur/ verum inter ſe propoſitiones falſumq; diſtribuunt: ſicut definitę quoq; vniuerſaliũ propoſitiones ſecundum particulares atq; vniuerſales oppoſitę quãtitates/ contradictorias faciunt oppoſitiones. Quare conſtat eas quę vniuerſale non vniuerſaliter proferunt/ & ſunt indefinitę neq; particulare/ neq; vniuerſale proferentes: ipſas quidem non ſemper inter ſe verum falſũq; diuidere/ particularibus tamen definitis eſſe conſimiles. ¶ Singulares vero quę ſunt: vnum oppoſitionis modum inter ſe tenẽt. has nãq; ſi ad idem ſubiectũ/ ad idẽ prædicatum/ ad eandem partem/ ad idem tempus/ ad eandem relationem/ eodẽq; modo propoſueris: inter ſe verum falſumue diſtribuunt. vt eſt Socrates iuſtus eſt: Socrates iuſtus nõ eſt. Sunt igitur duę cõtradictiones/ vna quę fit in vniuerſalibus angulariter particularibus cõtrapoſitis: altera quę fit in ſingularibus cum omnibus iſs/ quas in ſophiſticis elẽchis expoſuit/ determinationibus expoſitis. quare quoniam quẽadmodum ſe habeant propoſitiones/ quoue modo faciant contradictorias oppoſitiones oſtendimus: ad ipſa Ariſtotelis verba veniamus/ in quibus per hęc ante cognita facilis poterit euenire cognitio. Superioris deſcriptionis intelligentiam plenius notat. ait enim quando res vniuerſalis vniuerſaliter deſignatur/ & eam quis vniuerſaliter affirmat: ſi eandem alius vniuerſaliter neget/ ita ſibimet comparatas propoſitiones eſſe contrarias. atq; in hoc ſuam ſententiam manifeſtius oſtendit. Ait enim/ dico autem vniuerſalem enũciationem in vniuerſali: vt omnis homo albus eſt. nam cum vniuerſalis ſit homo: in vniuerſali homine vniuerſalis eſt enunciatio per quã dicitur/ omnis homo. Res ergo vniuerſalis/ ideſt homo: per omnis quę eſt determinatio/ vniuerſaliter/ prædicata eſt/ & hoc affirmatiue. negatiue vero vniuerſaliter ita dicetur: nullus homo albus eſt. nullus enim vniuerſalitas: vniuerſalitati quę eſt homo/ adiecta eſt. hoc modo igitur vniuerſale vniuerſaliter enunciantes/ affirmatio & negatio cõtrariæ ſunt: ſicut & ipſe teſtatur/ & nos in ſuperiori expoſitione digeſſimus. ¶ Quando aũt in vniuerſalibus nõ vniuerſaliter: non ſunt contrariæ. quę autem ſignificantur: eſt eſſe aliquando cõtraria. Dico autem nõ vniuerſaliter enũciare in iſs quę vniuerſalia ſunt: vt eſt albus homo/ nõ eſt albus homo. cum enim vniuerſale ſit homo: nõ vniuerſaliter vtitur enũciatione. omnis nãq; non vniuerſale ſignificat: ſed quoniam vniuerſaliter. ¶ Volenti indefinitam propoſitionẽ qualis eſſet oſtendere: nõ modo auferẽda fuit ab vniuerſali termino vniuerſalis determinatio/ verum etiam particularis/ & oportuit dici hoc modo. Quando autẽ in vniuerſalibus non vniuerſaliter neq; particulariter: non ſunt contrarię. Nunc autem quoniam non addidit neq; particulariter: videtur non de indefinitis/ in quibus neq; vniuerſalitas neq; particularitas adeſt/ ſed tãtum de particularib⁹ loqui/ a quibus ſolum vniuerſale nõ etiam particulare ſubtraxit. ſed quid velit oſtendere/ ipẽ conuenientibus exemplis edocuit. nõ enim propoſuit exempla particularis propoſitionis/ ſed indefinitę. Ait enim/ dico autem non vniuerſaliter enunciare in iſs quę vniuerſalia ſunt: vt eſt albus homo/ nõ eſt albus homo. q⁹ ſi particularem mõſtrare voluiſſet: ita diceret/ vt eſt quidam homo albus/ nõ eſt quidam homo albus. ſed quoniam per exemplum quid vellet/ oſtendit: nos quoq; ſuperiori propoſitioni quę eſt/ quando autem in vniuerſalibus non vniuerſaliter/ deeſſe putemus aut particulariter/ vt & particularitatem & vniuerſalitatẽ ex tota auferat dictione. vt poſt exempla docuerunt nõ eũ loqui de particularibus/ ſed de indefinita. Quare hoc dicit/ vt ſi neq; vniuerſales ſint propoſitiones/ neq; particulares/ qđ ſubaudiendum eſt: illę non ſunt contrarię. ſunt enim contrariæ: quę vniuerſaliter vniuerſalem terminũ proponunt. Indefinitę vero: ad vniuerſalem terminũ/ vniuerſalẽ determinationem non habẽt. Iccirco autem ab indefinitis/ vniuerſalitatem ſolam & non particularitatem quoq; ſeiunxit: q⁹ indefinitas propoſitiones a contrarijs ſolum/ non etiam a particularibus ſegregabat. Qđ autem dico tale eſt/ ſi vellet oſtendere indefinitas propoſitiones: proprie diceret indefinitas/ neq; particulares eſſe neq; vniuerſales. quę autem in vniuerſali neq; vniuerſaliter neq; particulariter ponũtur/ ideſt quę neq; vniuerſales ſunt neq; particulares: indefinitę ſunt. Nam q̃ neq; vniuerſales ſunt neq; particulares: hę neq; contrariæ ſunt/ neq; ſubcontrariæ. Subcontrariæ quidem iccirco non ſunt: quia non habent additam particularem determinationem. iccirco vero contrariæ non ſunt: quia determinatio vniuerſalis in his non eſt. Nunc autem cum tantum vellet oſtendere eas contrarias non eſſe/ de ſubcõtrarijs vero in præſenti vellet omittere: has eſſe indefinitas dixit/ quę vniuerſale determinatum vniuerſaliter nõ habẽt/ vt ſcilicet has non eſſe cõtrarias intelligeremus. Iccirco vero non adiecit particularitatem eas nõ habere: quoniam a ſolis contrarijs ſeparare indefinitas volebat/ nõ etiam a ſubcõtrarijs. Ergo ſi indefinitas a cõtrarijs/ & ſubcontrarijs ſeparare voluiſſet: ita diceret. Quando autem in vniuerſalibus nõ vniuerſaliter/ nec particulariter: non ſunt contrariæ neq; ſubcontrariæ. ſed quoniam non eas volebat nunc nõ eſſe ſubcontrarias demonſtrare/ ſed tantum non eſſe contrarias: iccirco ei dicto qđ eſt

De ſingularibus.

Res/ terminus.

poterant: vt vero eſſent ſimul falſę/ ſępe aliqua ratione concedebaꝫ. Particulares vero vt vtręq; verę ſint/ euenire poteſt: vt vtręq; falſę ſint/ fieri nō poteſt. vt in eo qđ eſt/ quidam homo iuſtus eſt/ verum eſt: quidam homo iuſtus nō eſt/ id quoq; verū eſt. vt aūt vtręq; falſę ſint: inueniri nō poteſt. & in hoc quidem ſunt diſſimiles contrarijs. Similes autem eis videntur/ q; ſicut cōtrariæ aliquoties verū falſumq; diuidunt/ vt vna vera ſit/ altera falſa: ita quoq; & particularis vna vera poteſt eſſe/ altera falſa. vt quidā homo animal eſt: quidā homo animal nō eſt. Seruāt aūt ſtabilem incōmutabilēq; ordinem & ſimilitudinis & cōtrarietatis. Contrarię enim quoniam poſſūt eſſe vtręq; falſę: in quibuſcūq; vtręq; falſę contrarię reperiuntur/ in ijs ſubcontrarię vtręq; verę ſunt. Sed quoniam vtręq; contrarię verę inueniri nō poſſunt: ideo vtręq; ſubcontrarię falſę nequeunt reperiri. vt in eo qđ eſt omnis homo iuſtus eſt/ nullus homo iuſtus eſt: quoniam hę falſę ſunt/ hę quas ſub ſe continent particulares/ verę ſunt. vt eſt quidam homo iuſtus eſt/ quidam homo iuſtus nō eſt. ſed ſi vniuerſales inter ſe verum falſumq; diuidūt/ & vna vera eſt & altera falſa: particulares quoq; idem faciūt. vt in eo quod eſt omnis homo animal eſt/ nullus homo animal eſt: vniuerſalis affirmatio vera eſt/ falſa negatio. ſed cum dico quidam homo animal eſt/ quidam homo animal non eſt: particularis affirmatio vera eſt/ falſa negatio particularis. hę igitur dicuntur ſubcontrariæ: vel q; ſub contrarijs poſitæ ſunt/ vel q; ipſæ ſuperioribus ſub quibus ſunt (vt dictum eſt) contrarias proprietates habent. In hac igitur recta oppoſitione contrariarum & ſubcōtrariarum: in ſuperioribus vtriſq; falſitas eſſe poteſt/ nūq; veritas, in inferioribus vero: vtriſq; quidē veritas ineſſe poteſt/ nunq; falſitas. ¶Sin vero quis reſpiciat angulares/ & vniuerſalem affirmationem particulari opponat negationi/ vniuerſalēq; negationem particulari comparet affirmationi: vna vera ſemper/ altera falſa reperietur. Nec vnq; fieri poteſt vt affirmatione vniuerſali vera/ particularis negatio non falſa ſit: vel hac vera/ nō illā continuo falſitas ſubſequatur. Rurſus ſi negatio vniuerſalis vera eſt: falſa particularis affirmatio. ſi particularis affirmatio vera eſt: falſa vniuerſalis negatio eſt. licet autem hoc & in ſubiecta deſcriptione metiri: & in alijs quoq; terminis quoſcūq; ſibi mens cōſiderātis affixerit/ idem videbitur. nā in eo qđ eſt omnis hō iuſtus ē/ quoniā hęc falſa eſt: vera eſt quidam homo iuſtus nō eſt. Et rurſus in eo qđ eſt/ nullus homo iuſtus eſt: quoniam falſa negatio eſt/ vera eſt affirmatio quidam homo iuſtus eſt. Hęc autem vniuerſalis affirmatio & particularis negatio quę ſunt angulares/ & vniuerſalis negatio & particularis affirmatio/ quę ipſę quoq; ſunt angulares: cōtradictorię nominantur. Et hęc illa eſt/ quā quęrit/ contradictio: in qua vna ſemper vera/ altera ſēper falſa ſit. Superioris autem diſputationis integrum deſcriptionis ſubdidimus exēplar: quatenus qđ animo cogitationeq; conceptū eſt/ oculis expoſitum/ memorię tenacius infigatur. De contradictorijs,



¶His ergo ita ſeſe habentibus indefinitas propoſitiones ſingulareſq; videam⁹ & primū de indefinitis diſputādum eſt. ¶Indefinitę igitur: per ſe veritatem falſitatemq; nō diuidunt. etenim cum dico homo iuſtus eſt/ homo iuſtus nō eſt: vtraſq; veras cōtingit eſſe indefinitas. quocirca eas a cōtradictione ſeparamus. cōtradictio namq; conſtituitur (vt ſępe dictum eſt) eo q; nunq; vtręq; verę/ aut vtręq; falſę reperiri queant: ſed vna ſemper veritatis/ altera falſitatis capax eſt. Sed q; vniuerſalitatem proferūt indefinitam: illę definitarū particularium vim tenēt. tale enim eſt qđ dico/ homo iuſtus eſt: tanq; ſi dicam quidā homo iuſtus eſt. & rurſus tale eſt qđ dico/ homo iuſtus nō eſt: tāq; ſi dicam/ quidam homo iuſtus nō eſt. hoc illa res approbat/ q; quemadmodum definitę & particulares in aliquibus verę eſſe poſſunt/ in aliquibus verum falſumq; diuidunt/ nūq; vero vtraſq; falſas eſſe contingit: ita quoq; in indefinitis vniuerſale ſignificantibus vtraſq; ſimul veras eſſe contingit/ vt in eo qđ dicimus homo iuſtus eſt/ hō iuſtus nō eſt. vtraſq; aūt falſas proferre impoſſibile eſt: ſed vnā veram/ alteram falſam in his facillime reperimus/ in ijs ſcilicet terminis qui naturaliter & neceſſario ſubiectis ſubſtantijs inhęreſcunt/ & in ijs qui ineſſe nō poſſunt. vt quoniam animal homini ex neceſſitate ineſt/ ſi quis dicat homo animal eſt/ idq; negetur homo animal non eſt/ vel homo lapis eſt/ homo lapis nō eſt: vna vera ſtatim/ falſa altera reperitur. atq; ideo hę contra vniuerſales vniuerſaliter prædicatas/ faciunt contradictionem. Nam ſi contra illam quę eſt omnis homo iuſtus eſt/ homo iuſtus non eſt in oppoſitione cōſtituatur: vna ſemper vera eſt/ altera falſa. De indefinitis.

non eſt:quoniam in natura hominis animal eſt/iccirco hęc affirmans/illa negans videntur eſſe
» cõtraria/quã q̃ illic nulla determinatio neq; particularitatis neq; vniuerſalitatis additur. ¶In
» eo vero q̃ vniuerſale prædicatur:id qđ eſt vniuerſaliter prędicari/nõ eſt verum. Nulla enim af
» firmatio vera erit:in qua cum vniuerſale ſit prędicatum/vniuerſaliter prædicatur.vt eſt omnis
» homo omne animal. ¶Qđ dicit/ huiuſmodi eſt.omnis propoſitio ſimplex:duobus terminis cõ
ſtat.his ſępe additur aut vniuerſalitatis aut particularitatis determinatio:ſed ad quã partẽ hæ
determinationes addantur/exponit. Videtur enim Ariſtoteli prędicato termino determinatio-
nem nõ oportere coniũgi.in hac enim propoſitione quę eſt homo animal eſt: quęritur ſubiectũ
ne debeat cum determinatione dici/vt ſit omnis homo animal eſt:/an prædicatum/vt ſit homo
omne animal eſt:/an vtrũq;/vt ſit omnis homo omne animal eſt:/ſed neutrũ eorum quę poſte-
rius dicta ſunt:fieri oportet.Namq; ad prædicatum nunq̃ determinatio iungitur:ſed ad ſubie-
ctum tãtum.neq; enim verũ eſt dicere omne animal omnis homo eſt: iccirco quoniam omnis
prædicatio/aut maior ẽ ſubiecto/aut ęqualis.vt in eo qđ dicimus omnis homo animal eſt:plus
eſt animal q̃ homo.& rurſus in eo quod dicimus homo riſibilis eſt: riſibile æquatur homini.vt
autem ſit minus prædicatum atq; anguſtius ſubiecto:fieri nõ poteſt. Ergo in ijs prędicatis quæ
ſubiecto maiora ſunt/vt in eo qđ eſt animal:perſpicue falſa eſt propoſitio/ ſi determinatio vni-
uerſalitatis ad prędicatum terminũ ponitur. Nam ſi dicamus/ homo eſt omne animal: animal
Cõtrahim9 qđ maius eſt homine/per hanc determinationẽ ad ſubiectũ hominem vſq; cõtrahimus/cũ nõ
deſignam9 ſolũ ad hominẽ ſed ad alia quoq; nomen animalis poſſit aptari.Rurſus in ijs quę æqualia ſunt:
cõtrahi. qđ idem euenit.Nam ſi dicam omnis homo omne riſibile eſt:primũ ſi ad humanitatem ipſam/ refe
falſũ eſt.qđ ram/ſuperfluum eſt adijcere determinationem. Qz ſi ad ſingulos quoſq; hominũ: falſa eſt pro-
eſt enĩ ho- poſitio.nam cũ dico omnis homo omne riſibile eſt: hoc videor ſignificare/ſinguli homines om
mo oẽ aĩal ne riſibile ſunt/qđ fieri nõ poteſt.Nõ igitur ad prædicatum:ſed ad ſubiectum ponẽda determi-
eſt q̃ qđ nõ natio eſt.verba autem Ariſtotelis hoc modo ſunt/& ad hanc ſententiam ducuntur. In ijs præ-
eſt aĩal qđ dicatis quę ſunt vniuerſalia:his adijcere vniuerſale aliquid/vt vniuerſale prædicatum vniuer-
nõ ſit hõ/ ſaliter prædicetur/nõ eſt verum.hoc enim eſt/qđ ait.In eo vero qđ prędicatur vniuerſale/ idest
quod habet prædicatũ vniuerſale:ipſũ vniuerſale prędicatũ/vniuerſaliter p̃dicari nõ eſt verũ.
In prędicato enĩ vniuerſaliter/ideſt qđ vniuerſale eſt/& prædicatur ipſum prędicatũ qđ vniuer
ſale eſt:vniuerſaliter prędicari/ideſt adiecta determinatione vniuerſalitatis/nõ eſt verum.neq;
enim poteſt fieri vt vlla ſit affirmatio:in qua de vniuerſaliter prędicato/vniuerſalis determina-
tio prædicetur.eiuſq; rei notionem exemplo aperit dicens/ vt omnis homo omne animal eſt.
» hoc autem q̃ ſit inconueniens:ſupra iam diximus. ¶Opponi autem affirmationẽ negationi di
» co contradictorie: quę vniuerſaliter ſignificat eidem quoniam nõ vniuerſaliter. vt omnis ho-
» mo albus eſt:non omnis homo albus eſt.nullus homo albus eſt:aliquis homo albus eſt. Con-
» trariæ vero vniuerſalem affirmationẽ & vniuerſalem negationẽ.vt omnis homo iuſtus eſt:nul
» lus homo iuſtus eſt. ¶Quę ſit integra contradictio:his verbis oſtendit. ait enim illã eſſe oppo-
ſitionem contradictoriam quęcunq; dicit non eſſe vniuerſaliter rem vniuerſalem/ contra eam
quę rem vniuerſalem vniuerſaliter proponit. atq; hoc eſt qđ ait.Opponi autem affirmationem
negationi dico contradictorie:quę vniuerſaliter ſignificat eidem quoniam non vniuerſaliter.
vt eiq̃ eſt/omnis homo iuſtus eſt:opponitur ea quę vniuerſale ſignificat non tamen vniuerſa-
liter.vt ea quę eſt/quidam homo iuſtus nõ eſt.hominem enim vniuerſalem/ſignificat non vni-
uerſaliter:vt cum dicit nõ omnis hõ iuſtus eſt.hęc nãq; eſt cõtradictoria oppoſitio/ vt ſi ſit vni-
uerſalis affirmatio/ſit particularis negatio:ſi ſit vniuerſalis negatio/ ſit particularis affirmatio.
Angulares enim(vt dictum eſt)ſolę faciunt contradictionem.vt verba igitur ſe obſcure habẽt:
ſic ſentẽtia manifeſta eſt. dicit enim eam opponi contradictorie affirmationem negationi/ vel
negationẽ affirmationi quęcũq; id qđ res altera vniuerſale vniuerſaliter ſignificaret/ idem ſi-
gnificaret non vniuerſaliter qđ eſſet vniuerſale/vt in ijs quas ſupra diximus.& vt hęc q̃ eſt om-
nis homo iuſtus eſt/rem vniuerſalem vniuerſaliter ſignificauit:illa quę eſt nõ omnis homo iu-
ſtus eſt eidem affirmationi oppoſita/de vniuerſali homine nõ vniuerſaliter negauit dicens/ nõ
omnis homo iuſtus eſt. Rurſus ea quę dicit nullus homo iuſtus eſt/ rẽ vniuerſalem vniuerſali-
ter negauit dicens nullus: ea vero quę dicit/ quidam homo iuſtus eſt/rem vniuerſalem particu
lariter affirmauit & non vniuerſaliter.hominem enim quẽdam iuſtum eſſe propoſuit:ſed homi
nem nõ vniuerſaliter enũciauit rem vniuerſalem.Proſequitur ergo omnes proprietates propo
ſitionum.ait enim/ contrariæ vero vniuerſalem affirmationem/& vniuerſalem negationem.ſi-
cut enim ſupra dixit eas q̃ vniuerſaliter vniuerſale ſignificarẽt/vel in affirmatione vel in nega-
tione eſſe contrarias:ita nũc quoq; idem repetit cõtrarias eſſe dicens vniuerſalem affirmationẽ/
vniuerſalemq; negationem.earũq; ponit exempla/quę vniuerſales vtraſq; eſſe monſtrarent:vt
omnis homo iuſtus eſt.nullus homo iuſtus eſt.

quando autem in vniuerſalibus non vniuerſaliter/ non addidit vel particulariter. hoc enim ſi addidiſſet: ad ſubcõtrarias tenderet/ de quibus nichil eſt additum.quare hoc dicit/ eę quæ indefinitę ſunt/ quoniam non habent vniuerſalitatem: contrarię nõ ſunt. ¶ Sed cum per ſe quidẽ cõtrarię non ſint: poſſunt tamen quædam ſignificare contraria.hoc quid ſit: multipliciter expoſitorum ſententijs expeditur. Hermynius namq; dicit iccirco indefinitas poſſe aliquando ſignificare contraria / cum ipſę careant contrarietate: quippe quę vniuerſalium rerũ ſunt/ additũ tamen vniuerſale nõ habẽt. In ſolis enĩ ijs quibus ea quę affirmãtur aut negantur ſubiecto naturaliter inſunt (vt cum dicimus homo rationalis eſt/ homo rationalis nõ eſt: quoniam rationalitas huiuſmodi eſt/ quę in natura ſit hominis)et affirmatio & negatio inter ſe verum falſumq; diuidunt/ & quędam quodam modo ab his contraria ſignificantur. ſed nichil hoc attinet ad cõtraria ſignificanda: in ijs quę ſunt indefinitæ. Nam etiam particulares ipſę quoq; in talibus verum falſumq; diuidunt. vt eſt quidam homo rationalis eſt/ quidam homo rationalis nõ eſt. has igitur ſecundũ Hermynium videmus poſſe ſignificare contraria.quare ergo dixit in his quoq; quoniam quidem contrariæ nõ ſunt: quę autẽ ſignificantur eſt eſſe contraria. Alexãder autem hoc dicit/ quoniã indefinitę ſunt hę: nichil eas(inquit) prohibet ſicut ad particulares/ ita quoq; ad vniuerſales reducere/ quę videntur eſſe cõtrarię. vt in eo qđ eſt homo animal eſt/ homo animal nõ eſt: quoniam hę propoſitiones indefinitę ſunt/ poſſunt accipi quaſi contrarię. Nam ſi dicimus homo animal eſt/ poteſt ita accipi tanq̃ ſi dicatur omnis homo animal eſt. & rurſus homo animal nõ eſt: ita audiri poteſt/ tanq̃ ſi dicatur nullus homo animal eſt. Cum autem dicitur homo ambulat/ homo nõ ambulat: non ad contrarias/ ſed ad ſubcontrarias mens ducitur auditoris. Quocirca poſſunt indefinitę aliquando ſignificare cõtraria: quoniam eo ipſo quo ſunt indefinitę/ nichil eas prohibet ad contrariorum ſignificationẽ/ vniuerſaliũq; reduci. & hęc quidem ſententia habet aliquid rationis: nõ tamen integre id qđ ab Ariſtotele dicitur oſtendit/ & meliorem ſentẽtiam ſpõte reiecit/ quã Porphyrius approbauit. Sũt enim quędã negationes: q̃ intra ſe affirmationis eius quã negant/ retineãt contrarietatem. vt in eo qđ eſt ſanus eſt/ & non eſt ſanus: id qđ dicitur nõ eſt ſanus/ ſignificat eger eſt/ qđ eſt contrariũ ſano eſſe. Rurſus cum dicimus homo albus eſt/ ſi cõtra hanc negemus per eam quę dicit homo albus nõ eſt: ſignificare poterit/ quoniam homo niger eſt. nam qui niger eſt: albus nõ eſt. ſed nigrum eſſe/ & album contrarium eſt. Quare ſignificãt quędam negationes affirmationeſq; cõtraria: ſed hoc nõ ſemper. nam in eo qđ eſt homo ambulat/ homo nõ ambulat: nullum contrariũ cõtinetur. ambulationi enim nichil eſt contrarium. Atq; ideo dicit/ conſtat duas has quidem cõtrarias non eſſe: iccirco q; cũ ſint vniuerſales/ nõ vniuerſaliter enũciantur. poſſe autem aliquoties cõtraria ſignificare: cum intra negationem cõtrariũ affirmationis includitur. Aſpaſius vero & Alexander hanc poſteriorem non probãt: nos vero dicimus nõ quidem Alexãdri ſentẽtiam abhorrere ratione/ ſed hanc Porphyrij eſſe meliorẽ. Nã q; ait/ quando autẽ in vniuerſalibus nõ vniuerſaliter: nõ ſunt contrariæ. quę autem ſignificãtur/ eſt eſſe cõtraria: ab Alexandro nõ eſt expoſitũ/ ſed tãtum dictum quoniam poſſunt eſſe propoſitiones ipſę cõtrarię. a Porphyrio vero expoſitum diligenter eſt: quãdo ea quę ſignificantur/ poſſunt eſſe contraria. qđ ipſe Ariſtotelis textus expreſſit. quãq̃ Alexander quoq; eandẽ/ quã Porphyrius expoſuit/ viderit expoſitionem: eã tamẽ (vt dictũ eſt) ſponte reiecit/ & ſibi huiuſmodi expoſitionis confirmauit ſententiam diſplicere. Michi vero aut vtręq; recipiendæ expoſitiones vidẽtur: aut melior iudicãda poſterior. hoc enim ipſe quoq; Ariſtoteles quodã modo ſubter oſtendit/ cum dicit. Simul enim verũ eſt dicere/ quoniam eſt homo albus/ nõ eſt homo albus. & eſt homo probus & nõ eſt homo probus. ſi enim turpis eſt/ non eſt probus: & ſi fit aliquid/ nõ eſt. cuius quidem loci quę ſit expoſitio: cum ad id venerimus/ demõſtrabimus. Cognoſcendum autẽ eſt/ & memoria retinendũ: q; quęcũq; propoſitiones vniuerſales vniuerſaliter fuerint prædicatę ſi hę affirmatiuę/ illæ vero ſint negatiuæ/ ſemper vtraſq; eſſe contrarias/ ſi nichil ęquiuocationis/ aut tẽporis/ aut aliquorũ quę ſupra determinata ſunt/ ad faciendam oppoſitionẽ cõtrarietatis impediat. Non tamẽ omnes quęcũq; cõtrarię ſunt: hę aut in vniuerſalibus vniuerſaliter ponũt enũciationem/ aut vna affirmatiua eſt/ altera negatiua. vt in eo qđ eſt/ Socrates ſanus eſt/ Socrates eger eſt. hic enim neq; in vniuerſali vniuerſalitas poſita eſt/ neq; rurſus vna eſt affirmatio/ altera vero negatio: ſed ſunt contrariæ propoſitiones. cõtraria enim ſunt quę ſignificãt. Quocirca rectiſſime dictum eſt: q; quęcũq; in vniuerſalibus vniuerſaliter enũciarent/ ſi vna earum eſſet affirmatiua altera negatiua/ ſtatim naturaliter eſſent contrariæ. Quę autẽ cõtrarię eſſent: nõ neceſſe eſt eas vel vniuerſale vniuerſaliter enũciare/ vel vnã eſſe affirmatiuam/ alterã negatiuam. ſed aliquoties quidem poſſe has eſſe cõtrarias/ quę vniuerſale in vniuerſalibus nõ ſignificarent: ſed hoc in ijs tãtum quę eſſent in ſubiecto/ de quo fit affirmatio naturalis/ vt in eo qđ eſt aĩal & homo. Cũ enĩ dicimus homo animal eſt/ homo animal

Hermynius. Alexãder. Porphyrius. Aſpaſius.

niger eſt/ vtrꝙ; vno tẽpore verę ſint: verum eſt quoq; affirmationem indefinitam / & indefinitã negationẽ/ vtraſq; veras aliquoties iueniri. Nã ſi verũ eſt quoniã eſt homo albus: verum itidem eſt quoniã eſt homo niger. nã cũ gallus ſit cãdidus: ethiops nigerrimus inuenitur. ſimul ergo verum eſt dicere: quoniã eſt homo albus/ & nõ eſt homo albus, idẽ quoq; de probo & turpi. nã ſi verum eſt dicere quoniã eſt homo ꝓbus ſi quis hoc de philoſopho dicat/ & rurſus quoniam eſt homo turpis verũ eſt ſi quis hoc de Sylla diceret: verum eſſet vtrũq; & quoniã eſt homo prob⁹. & eſt homo turpis. ſed qui turpis eſt/ probus nõ eſt. ſimul igitur verum eſt dicere: quoniã eſt homo probus/ & non eſt homo probus. Sed videbitur fortaſſe aliquid ſibi dixiſſe contrarium: & difficilior procedit oſtenſio/ quę per huiuſmodi exẽpla proponitur/ quę cõtraria eſſe videantur. Albus enim et niger/ & probus & turpis contraria ſunt: & fortaſſe dubitet quidã: vtrum vno tẽpore contraria hęc/ in aliquibus valeant reperiri. Sed adiecit exẽplum aliud quod cũ cõtrarium nõ ſit: tamen ex eo ſicut in cõtrarijs quoq; negatio procreaꝫ. vt ſi quis dicat eſt homo probus: & alius dicat fit homo probus ſi quis vel alio docẽte vel ſeipſo corrigente aliqua diſciplina rationis eniteat. nichil ergo contrariũ habet eſſe probũ/ & fieri probum. neq; enim ita cõtrariũ eſt: vt eſſe hominem probum/ & eſſe hominem turpẽ. Quare ſi nichil contrariũ habet: dubiũ non eſt quin ſimul eſſe poſſint. ſed qđ fit: nondum eſt adhuc cum fit. quare nondũ eſt probus/ qui fit probus. ſed verum ẽ dicere cum eo qđ eſt/ eſt homo probus: quoniã fit homo probus. ſed qui fit probus homo: non eſt probus homo. verũ eſt igitur dicere ſimul quoniã eſt homo probus & non eſt homo probus: licet non inualida exempla ſint poſita de contrarijs. Nichil enim prohibet vno tempore contraria alijs atq; alijs ineſſe ſubiectis. quocirca cõſtat indefinitas per id qđ in exemplis ſupra poſuit: ſimul aliquoties veras videri/ & non ſemper inter ſe verũ falſumq; partiri. Qđ vero ait/ videbitur autem ſubito inconueniens eſſe iccirco quoniã videtur ſignificare non eſt albus homo/ ſimul etiã quoniam nemo homo albus eſt: huiuſmodi eſt. Dixit enim propoſitionem affirmationis eam quæ dicit eſt homo albus: veram poſſe eſſe cũ ea quę dicit/ nõ ẽ homo albus. nunc hoc notat. videtur inquit aliquoties inconueniens eſſe/ & incõgruum dicere eam quę dicit eſt homo albus & eam quę eſt/ nõ eſt homo albus ſimul veras eſſe poſſe: iccirco ꝙ ea quę eſt/ non eſt homo albus/ emittit imaginationem quandã ꝙ ſignificet quoniã nullus homo albus eſt. Videtur enim negatio huiuſmodi quę eſt non eſt homo albus: illud quoq; ſignificare ſimul/ quoniam nullus homo albus eſt. vt ſi quis dixerit non eſt homo albus: hoc eum dixiſſe putandum ſit/ quoniam nullus homo albus eſt. Hoc autẽ inquit/ ideſt non eſt homo albus/ & rurſus nullus homo albus eſt: neq; idẽ ſignificãt/ neq; ſemper ſimul ſunt. Nã qui dicit nullus homo albus eſt: vniuerſalitatẽ determinans/ negationem de vniuerſalitate proponit. Qui vero dicit non eſt homo albus: nõ omnino de tota vniuerſalitate negat/ ſed ei tãtũ ſufficit de particularitate negaſſe. atq; ea quę eſt nullus homo albus eſt/ ſi vnus homo albus fuerit: falſa eſt. ea vero quę dicit/ nõ eſt homo albus/ ſi vnus hõ albus non fuerit: vera eſt. quare non ſignificat idem. Dico autem quoniam nec omnino quotieſcũq; dictũ fuerit quoniã non eſt hõ albus: mox ſignificat quoniã nullus eſt homo albus. Nã cũ dico nullus hõ albus eſt: hęc eadẽ ſignificat/ quoniã nõ eſt hõ albus. vniuerſalis enim intra ſe cõtinet idefinitã. Cũ autẽ dicimus/ nõ eſt hõ albus: nõ omnino ſignificat/ quoniã nullus hõ albus eſt. indefinita enim nõ intra ſe cõtinet vniuerſalẽ. Superius nãq; mõſtrauim⁹ ꝙ indefinitę vim particularium obtineret. quare ſi cũ eſt vniuerſalis negatio/ eſt indefinita negatio/ cũ vero eſt indefinita negatio/ non omnino eſt vniuerſalis negatio: nõ cõuertũtur ſecũdum ſubſiſtendi conſequentiã. quare non ſunt ſimul. Quæ enim non cõuertuntur: ſimul nõ ſunt/ vt nos prędicamẽtorũ liber edocuit. quare neq; idẽ ſignificãt negatiões nõ eſt hõ albus/ & nullꝰ hõ albus eſt. neq; ſimul ſunt/ quoniã nõ cõuertunt ad cõſequẽtiã ſubſiſtẽdi. Syrianus tamẽ nitit indefinitã negationẽ vi definitę obtinere negationis oſtẽdere. & hoc multis ꝓbare nititur argumẽtis/ Ariſtotele maxĩe reclamãte. neq; hoc tantũ ſuis/ ſed Platonicis quoq; Ariſtoteliciſq; rationibus probare cõtendit eã quę dicit nõ eſt hõ iuſt⁹: huiuſmodi eẽ/ q̃lis eſt ea q̃ dicit nullus hõ iuſt⁹ eſt. Sed nos Ariſtotelicę authoritati ſeruientes: id qđ ab illo veraciter dicit/ approbamus. Nã ꝙ Syrianus dicit indefinitã quidẽ affirmationẽ ꝑticularis obtinere vi/ indefinitã vero negationem vniuerſalis/ q̃ mẽdaciter diceretur/ q̃q; vtrę; in particularibus rectiſſime proponerentur: & ſupra monſtrauimus & in ijs libris quos de categoricis ſyllogiſmis cõpoſuim⁹/ in libro primo diligenter expreſſimus. Nunc nobis ipſe quoq; Ariſtoteles teſtis eſt: & Syrianus facillima ratione cõuincit. ꝙ in analyticis quoq; ex duabus idefinitis dicit nõ poſſe colligi ſyllogiſmũ: cũ ex affirmatiua ꝑticulari & negatiua vniuerſali/ ꝑticularis negatiua poſſit eẽ collectio. Q̃z ſi indefinite affirmatio & negatio/ negationis vniuerſalis & particularis affirmationis vim obtinerent: nunq̃ Ariſtoteles diceret has propoſitiones non colligere ſyllogiſmum. Sed illud verius eſt/ quoniam ex duabus particulatib⁹ nichil in qualibet propoſitionũ complexioe colligitur: ꝙ in iſs propoſitio-

Syrianus

» » Vocirca has qdē impoſſibile eſt ſimul eē veras. ¶ His vero oppoſitas: cōtigit aliqñ in eodē ſimul eſſe veras. vt nō oīs hō albꝰ ē: et aliqs hō albus ē. ¶ Horū aūt q̄ ꝓprietas eēt ꝓpoſuit dicēs: huiuſmodi ꝓpoſitiōes ipoſſibile eē vtraſq; ſibi in veritate iuicē cōſētire. q̄ aūt his eſſēt oppoſitę: cōtigere vtraſq; veras eē, ſunt aūt oppoſitę his vtręq; ꝑticulares. vniuerſali enī affirmatiōi ꝑticularis negatio opponit: & vniuerſali negatiōi ꝑticularis affirmatio oppoſita ē. Quocirca eę duę ꝑticularis negatio & affirmatio/ q̄ oppoſitę ſunt affirmatiōi & negatiōi vniuerſalibus ā gulariter: hę poſſūt aliqñ eē verę & in eodē. vt in eo qđ ē/ qdā hō iuſtꝰ ē: qdā hō iuſtꝰ nō eſt. ſed qdā homo iuſtꝰ ē/ oppoſita ē ei q̄ ē nullꝰ hō iuſtꝰ ē: illa vero q̄ ē/ qdā hō iuſtꝰ non ē/ oppoſita ē ei q̄ ē oīs hō iuſtꝰ ē. ſed vtręq; int' ſe qdē qdā hō iuſtꝰ ē/ & qdā hō iuſtꝰ nō ē: ī veritate cōſentiūt. hoc eſt ergo qđ ait. His vero oppoſitas cōtigit aliqñ ī eodē: eaſq; deſignat exēplis. vt nō oīs hō albꝰ eſt/ ē qdā hō albus. poſitis igit duabꝰ ꝓpoſitiōibꝰ affirmatiōe vniuerſali/ & vniuerſali negatiōe: ars dāda eſt q̄tenus earū iueniātur oppoſita. Oppoſita autem dico cōtradictorie nō cōtrarie: neq; vllo modo alio. Sit enī hęc affirmatio oīs homo iuſtus eſt & hęc negatio nullus homo iuſtus eſt. cōtra affirmationē quę eſt oīs hō iuſtus eſt/ videntur ergo eſſe negationes hę: vna nullus homo iuſtus eſt/ altera quidā homo iuſtus non eſt/ altera non omnis hō iuſtus eſt/ & poſtrema indefinita hō iuſtꝰ non eſt. q̄ harū igit cōtra eā quę eſt omnis homo iuſtus eſt: cōtradictione conſtituitur? Contradictorie aūt voco oppoſitionē/ in q̄ affirmatio & negatio/ neq; vtręq; verę ſint/ neq; falſę vtręq;: ſed vna ſemper vera/ altera falſa. Si ergo opponatur cōtra eā q̄ eſt omnis hō iuſtus eſt/ ea q̄ eſt nullus homo iuſtus eſt vniuerſalis ſcilicet negatio: non eſt oppoſitio cōtradictoria. vtręq; enim falſę ſunt. ſi vero opponatur ea quę eſt homo iuſtus nō eſt/ idefinita: nec ipſa quoq; facit oppoſitionē. quoniā enī indefinita eſt: poteſt aliquoties pro vniuerſali negatiōe ꝓ expectatiōe auditoris intelligi. quocirca nec ipſa facit oppoſitionē. ſi enī hoc modo audita ſit/ cū ita accipitur vt cōtraria: ſimul eas falſas inueniri contingit. Reſtat ergo vt aut ea ſit quæ eſt non omnis homo iuſtus eſt: aut ea quę ē quidā hō iuſtus non eſt. ſed hę ſibi conſentiunt. Idem enim dicit qui proponit/ qdam hō iuſtus nō eſt: & idē qui dicit/ nō omnis homo iuſtus eſt. Nā ſi quidā homo iuſtus nō eſt: nō omnis homo iuſtus ē. & ſi non oīs hō iuſtus eſt: quidā hō iuſtus non eſt. quare vtræq; particulares negationes: cōtradictorie opponunt cōtra vniuerſalē affirmationē. In his enī neq; verę vtręq; ſunt/ neq; vtręq; falſę: ſed vna vera/ altera falſa. Rurſus ſit negatio vniuerſalis ea quę eſt nullus hō iuſtus eſt: cōtra hāc vident oppoſitę affirmatiōes hę/ oīs hō iuſtus eſt/ homo iuſtus eſt/ quidam homo iuſtus eſt. ſed cōtra hanc q̄ eſt nullus hō iuſtꝰ eſt: ſi opponatur ea q̄ eſt omnis homo iuſtus eſt/ poſſunt vtręq; eſſe falſę. q̄re non opponuntur cōtradictorie. At vero etiā ea q̄ dicit homo iuſtus eſt/ quoniā indefinita eſt: poteſt ita in aliqbus intelligi tā q̄ ſi dicat oīs homo iuſtus eſt. qđ ſi ſic eſt: poterit aliquādo cū ea negatiōe q̄ eſt nullus hō iuſtus ē/ ſimul eſſe falſa/ quare non eſt oppoſita. Relinquitur ergo vt ea quę eſt quidam homo iuſtus eſt: contra eam quę eſt nullus homo iuſtus eſt/ contradictorie videatur oppoſita. angulariter igitur requirendę ſunt: vt cōtra vniuerſalē affirmationē/ illa opponatur quę ſub vniuerſali negatione eſt. cōtra vniuerſalē negationē/ illa contradictorie conſtituatur/ quæ eſt ſub vniuerſali affirmatione. qđ ſcilicet volēs
» » Ariſtoteles oſtendere: ſic ait. ¶ Quęcūq; igitur cōtradictiones vniuerſaliū ſunt vniuerſaliter: neceſſe ē alterā eē verā vel falſam/ & quęcūq; in ſingularibꝰ ſūt. vt eſt Socrates albus. nō eſt Socrates albus. ¶ In illis enī q̄ cōtradictorię ſunt vniuerſalibꝰ vniuerſaliter p̄dicatis: i his verū ſēp falſumq; diuidit. cōtradictorię autē ſūt: vniuerſali affirmationi ꝑticularis negatio/ & vniuerſali negatiōi ꝑticularis affirmatio. In his igit vna ſēp vera: altera ſēp falſa. atq; hoc ē qđ ait. Quæcūq; igit cōtradictiōes ſūt vniuerſaliū vniuerſaliter. & hic diſtiguēdū ē: vt itellígat ſic. q̄cūq; igit contradictiōes ſūt vniuerſaliū ꝓpositionū vniuerſaliter ꝓpositarū: neceſſe ē alterā verā eē/ alterā falſā. Et ī his primū diuidit veritas falſitaſq;: q̄ ſibi & quātitate & q̄litate oppoſitę ſūt. q̄litate: q; illa negatio ē/ illa affirmatio. quātitate: q; illa vniuerſalis/ illa ꝑticularis ē. ſcđo aūt mō i ijs q̄ ſūt ſingularia: ſi nullę argumētorū nebulę ſit veritas falſitaſq; diuidit. vt i eo qđ ē Socrates albꝰ ē Socrates albꝰ nō ē. vna enī vera ē: altera falſa ē/ ſi (vt dictū ē) nulla ābiguitas æquocationis impediat.
» » ¶ Quęcūq; aūt in vniuerſalibꝰ nō vniuerſalit: nō ſēp hęc qdē vera ē/ illa vero falſa ē. Simul enim
» » verū ē dicere qñ eſt hō albꝰ: & qñ nō ē hō albꝰ. & ē hō pulcher: & nō ē hō pulcher. ſi enī turpis
» » eſt: non eſt pulcher. & ſi fit aliqd/ nō eſt. Videbit aūt ſubito incōueniēs eē: iccirco quoniā videt
» » ſignificare hęc nō eſt hō albꝰ/ ſimul & hęc nullꝰ hō ē albꝰ. ¶ Hęc aūt neq; idē ſignificat: neq; ſimul neceſſario. ¶ Propoſitiōes eas q̄ ī vniuerſalibꝰ nō vniuerſalit ꝓferunt: nō ſēp veras eſſe vel falſas conat oſtēdere. hoc aūt per cōtraria mōſtrat. Ea enim propoſitio quę eſt/ homo albus eſt & huius negatio quę eſt homo albus non eſt: hoc modo oſtenduntur verum & falſum inter ſe interdum non poſſe diuidere. Nam ſi verum eſt vt hę duę affirmatiōes homo albus eſt/ homo

Cōtradictione/ cōtra dicendo cō tradictorie.

per inter ſe verum falſumq; diuidebant: vt vna ſęper eſſet vera/alia falſa. poterat enim fieri: vt contrarię ſimul inuenirentur falſæ/ſubcontrariæ ſimul veræ. De ijs autē quæ propriē contradictoriæ ſunt: ſequitur/& ſe iam expoſuiſſe commemorat. & quare vna vera/altera falſa eſt/& quando. Iccirco enim vniuerſalis affirmatio particulari negationi vi cōtradictionis opponitur: q; in omnibus a ſe ipſę diuerſę ſunt & qualitate & quātitate. illa enī eſt affirmatio/iſta negatio: illa vniuerſalis/iſta pticularis. Ideo ergo aut vtręq; falſę/aut vtręq; verę: inueniri nō poſſūt. quādo aūt ita fuerit: cōſtat vnam verā eſſe/alterā falſam. atq; hoc eſt quod ait/& quare & quādo vera vel falſa: dictū eſt ſcilicet. memoratur enī quare oppoſitio/& quādo ſemp vna ſit vera/altera falſa: tunc vtiq; quando angulariter conſtituuntur/iccirco quoniam quantitate a ſe propoſitiones/& qualitate diuerſę ſunt. Nobis autem dicendum eſt quando oppoſitiones contrariæ vel ſubcōtrarię: aut vtręq; illę ſimul falſę ſint/aut vtręq; illę ſimul verę/aut vna falſa/alia vera rurſus inueniatur. In contrarijs enim ſi ea quę non ſunt naturaliter/prędicentur: vtræq; ſunt falſæ. vt albedo quoniam naturaliter homini non ineſt: vtręq; falſę ſunt quę albedinem prędicant. falſa eſt enim/ omnis homo albus eſt: & falſa eſt nullus homo albus eſt. ſed quando illę ambę falſę ſunt: verę ſunt ſubcontrarię/vt eſt quidam homo albus eſt/quidā homo albus non eſt. Q; ſi qđ naturale prędicetur in contrarijs: affirmatio vera eſt/falſa negatio. vt quoniam naturale eſt homini eſſe animal: vera eſt ea q̄ dicit omnis homo animal eſt/falſa quę dicit nullus homo animal eſt. Eodem quoq; modo in ſubcontrarijs vera eſt affirmatio: falſa negatio. ſin vero aliquid ipoſſibile prędicetur: falſa eſt affirmatio/vera negatio. vt quoniā impoſſibile eſt hominem lapidem eſſe/ſi dicam⁹ omnis homo lapis eſt/falſum eſt/nullus homo lapis eſt verū eſt. eādē vi quoq; retinet ſubcontrarij natura. affirmatio enim hic falſa eſt: vera negatio.

¶DE AFFIRMATIONE ET NEGATIONE VNA Cap. VII.

»
»
»
»

VNa autem affirmatio & negatio eſt: quę vnum de vno ſignificat/vel cum ſit vniuerſale vniuerſaliter/vel non ſimiliter. vt ois hō albus eſt/non omnis homo alb⁹ eſt. eſt homo albus/non eſt homo albus. nullus homo albus eſt/aliquis homo albus eſt/ſi albū vnū ſignificat. ¶Ea q̄ ſunt a nobis diligēter ſuperius expoſita: nūc ipſe clarius monſtrat. diximus namq; vnam propoſitionem eſſe quę vnā quālibet rem ſignificaret & non plurimas: ita vt nec æquiuocum ſubiectum haberet/nec æquiuocū p̄dicatū. vna enī ꝓpoſitio ſic fit. nūc hoc dicit. Vna propoſitio eſt quę vnam rē ſignificat: ideſt quę neq; æquiuocū habet ſubiectū/neq; prędicatū. ſiue autem vniuerſalis ſit affirmatio/ſiue vniuerſalis negatio/ſiue particularis negatio/ſiue particularis affirmatio/ſiue indefinitę vtręq;/ſiue contra ſe angulariter ponantur: vna illa propoſitio eſt/quę vnā rē in affirmatiōe vel negatione ſignificat. ¶Sed hic quęſtio eſt quēadmodū vniuerſalis affirmatio vnā rem ſignificare poſſit: cum vniuerſalitas ipſa nō de vno/ſed de pluribus prędicetur. Nā cū dico omnis hō albus eſt: ſingulos homines qui plures ſunt ſignificās/multa in ipſa affirmationis prędicatione deſigno. quocirca nulla erit affirmatio vel negatio vniuerſalis q̄ vnā rē ſignificare poſſit: iccirco q; ipſa vniuerſalitas de plurib⁹ (vt dictū eſt) indiuiduis p̄dicatur. ¶Sed ad hoc reſpōdemus cum vniuerſale quiddā dicitur: ad vnam quodā modo collectionē totius propoſitionis ordo ducitur/& eius non ad particularitatem ſed ad vniuerſalitatem/q̄ eſt vna q̄litas applicatur. vt cum dicimus omnis hō iuſtus eſt: nō tunc ſingulos intelligimus/ſed ad vnā humanitatē quicqd de homine dictū eſt/dicitur. Quare ſiue ſit vniuerſalis affirmatio/ſiue vniuerſalis negatio/vel in ſingularibus: poteſt fieri vt hę vnę ſint/ſi vna ſignificatione teneantur. atq; hoc eſt qđ ait propoſitiones quas ſupra poſuit/quæ ſunt omnis homo albus eſt/non omnis homo albus eſt/homo albus eſt/homo albus non eſt/nullus homo alb⁹ eſt/eſt quidam homo albus: vnas videri ſi album inquit vnum ſignificat. ſi enim albū qđ prędicatur/multa ſignificet/vel ſi homo qui ſubiectus eſt/nō vnū: non eſt vna affirmatio/nec vna negatio. Hoc autem in ſequentibus clarius monſtrat dicēs. ¶Sin vero duobus vnū nomē poſitū eſt/ex quibus non eſt vnū: nō eſt vna affirmatio/neq; vna negatio. ¶Senſus huiuſmodi eſt: ſi vna res plura ſignificet/ex quibus multis vnū effici non poſſit: illa affirmatio in qua illud nomē vel prędicatur/vel ſubijcitur/multa ſignificat. vt in eo qđ eſt homo/qđ dicimus homo ſignificat animal/ſignificat rationale/ſignificat mortale: ſed ex ijs quę multa ſignificat/vnū poteſt effici/qđ eſt animal rationale mortale. Quare hoc nomē hō/licet plura ſint quę ſignificet: tamen quoniā cōiuncta in vnum quodā modo veniunt corpus/& vnum quiddam ex ſe iūcta perficiunt/cum id dictum ita fuerit quaſi ex ijs quæ ſignificet/vnum aliquid fiat: vnum quod tota illa iuncta perficiunt/nomen illud ſignificare manifeſtum eſt. atq; hoc eſt quod ait. ſin vero duobus vnum nomen poſitum eſt/ex quibus non eſt vnū: non eſt vna affirmatio/nec vna negatio. Si enī talia quilibet ſermo plura ſignificet/ex quibus iūctis vnum nequeat fieri corpus/nec poſſint ea quę ſignificantur

Quęſtio

Reſponſio

nibus quę indefinite ſunt/nichil colligi dixit/quia particularium vim propoſitiones indefinitas arbitratus eſt obtinere. Quare multis modis Syriani argumenta franguntur. Sed nos expoſitionis curſum ad ſequentia conuertamus. ¶Manifeſtum eſt autem quoniam vna negatio vni affirmationis eſt. hoc enim idem oportet negare/negationem: quod affirmatio affirmauit/ & de eodem/ vel de aliquo ſingularium/vel de aliquo vniuerſalium vt vniuerſaliter/vel vt non vniuerſaliter. dico autem vt eſt Socrates albus: non eſt Socrates albus. ſi autē aliud aliquid de eodem vel de alio idem: non eſt oppoſita/ſed erit ab ea diuerſa. huic vero quę eſt omnis homo albus eſt: contradictio eſt/illa quę eſt non omnis homo albus eſt. illi vero quę eſt/aliquis homo albus eſt: illa quę eſt/nullus homo albus eſt. illi autem quę eſt/eſt homo albus: illa quę eſt/ non eſt hō albus. ¶Hinc quoq; apparet affirmationē indefinitā & idefinitā negationē: nō ſēper vnā in veritate/aliam in falſitate conſiſtere. atq; hinc docetur indefinitam negationem/ non idem valere qđ vniuerſalis negatio poteſt: & eſt alia vniuerſalis/ alia indefinita negatio. Nam ſi vnicuiq; affirmationi vna negatio videtur opponi/ cūq; diuerſę ſint ea affirmatio quę dicit/ eſt homo albus/& ea quę dicit/ eſt quidam homo albus: diuerſas quoq; habebunt in negationibus enunciationes. & illa quę indefinita eſt affirmatio: habebit indefinitam negationē. vt ea quę dicit eſt homo albus: huic opponitur/ nō eſt homo albus. ea vero quę dicit eſt quidam homo albus: negationem habebit oppoſitā eā quę dicit/ nullꝰ homo albus eſt. Quare ſi particularis affirmatio definita/& rurſus affirmatio indefinita a ſe ipſę diuerſę ſunt: illud verum eſt oppoſitas quoq; cōtradictorie negatiōes/habere diſſimiles. quare ea q̄ eſt nullus homo iuſtus eſt: diuerſa eſt ab ea quę dicit/ homo iuſtus non eſt. & hoc nunc Ariſtoteles exequitur. Ait enim vnā ſempet negationem cōtra vnā affirmationem poſſe cōſtitui. & eius cauſam conatur oſtendere: q̄ omnis negatio eoſdem terminos habet in enunciatione/ſed in enunciādi modo diuerſa eſt. Nā qđ ponit affirmatio: id aufert negatio. & qđ illa prędicatum ſubiecto iungit: hoc illa diuidit atq; diſiungit. Quare ſi idem ſubiectum/idemq; prędicatum in negatione ſit/ quod affirmatio ante poſuerat: non eſt dubium quin vnius affirmatiōis vna negatio eſſe videatur. nā ſi duę ſint: aut ſubiectū altera mutatura eſt/aut prędicatum. ſed quęcunq; ſunt huiuſmodi: non ſunt oppoſitę. hoc enim eſt qđ ait. Si autem aliud aliquid de eodē/ vel de alio idē: nō ē oppoſita/ſed erit ab ea diuerſa. ſēſus enī huiuſmodi eſt. Si negatio aliud aliquid prædicando neget/q̄ in affirmatione fuit/vt ſi ſit affirmatio eſt homo albus/negatio dicat non eſt homo iuſtus: aliud prędicauit in negatione q̄ in affirmatione fuerat cōſtitutū. vel ſi de alio ſubiecto q̄ in affirmatiōe fuerat: idē qđ in affirmatiōe fuerit/dixerit prędicatum. vt ſi affirmatio ſit eſt homo iuſtus/negatio reſpondeat non eſt leo iuſtus: idē prędicatū eſt/ſubiecta aūt ſunt diuerſa. Si ergo vel aliud aliquid prędicet in enunciatione ꝓpoſitio/vel de alio ſubiecto p̄dicet idē qđ affirmatio ante poſuerat: non erūt illa/affirmatio negatioq; oppoſitę/ſed tantum a ſe diuerſę. neq; enī ſe perimunt. & hanc rem demōſtratiuā addit/& quę eſſet argumentum vnius affirmationis prꝑter vnam negationem eſſe nō poſſe/ſiue in ſingularibus (vt in eo qđ ipſe dicit exemplo/eſt Socrates albus/ non eſt Socrates albus) ſiue in vniuerſalibus vniuerſaliter prędicatis: cū his particulares in oppoſitione contradictorie conſtituantur. vt in vniuerſali vniuerſaliter affirmatiua/omnis homo eſt albus: in vniuerſali particulariter negatiua prędicatur non omnis homo albus eſt. Illi vero quę eſt in vniuerſali particulariter affirmatiua/quidam homo albus eſt: opponitur in vniuerſali vniuerſaliter/ propoſitio negatiua/nullus homo albus eſt. Illi vero quę in vniuerſali non vniuerſaliter affirmatio eſt/eſt homo albus: illa q̄ in vniuerſali non vniuerſaliter negatiua eſt/non eſt hō albus. et qđ ait vel de aliquo ſingulariū ad hæc ꝑtinet exēpla: eſt Socrates albus/non eſt Socrates albꝰ. qđ aūt ſecutꝰ eſt vel de aliquo vniuerſaliū vniuerſaliter: ad illa exēpla dictū eſſe videatur/q̄ ſunt omnis homo albus eſt/non omnis homo albus eſt/aliquis homo albus eſt/nullus homo albus eſt. qđ vero addit vel non vniuerſaliter ſcilicet in vniuerſalibus: ad illa exempla retulit quæ ſunt/homo albus eſt/homo albus non eſt. ¶Quoniam igitur vna affirmatio vni negationi opponitur contradictorie: & quę ſunt hę dictum eſt. & quoniam contrarię alię: & quę ſunt illę dictū eſt. & quoniā non omnis vera vel falſa contradictio: & quare & quando vera vel falſa. ¶Hic ergo rurſus oia breuiſſime repetit dicēs/iam ſe dixiſſe quoniam vni negationi vna affirmatio eſſet oppoſita: & hoc non quomodolibet ſed cōtradictorie in quibus ſcilicet verum falſumue diuideretur. dixiſſe etiā commemorat/quę eſſent hę quas cōtradictorias nominaret. dixit autem eſſe angulares affirmatiuā vniuerſalē/& negatiuā particularē. rurſus affirmatiuā particularē & negatiuā vniuerſalē. Differui quoq; (iquit) qm̄ alię ſūt cōtrarię/alię cōtradictorię. non enī eędē ſunt cōtrarię q̄ ſūt contradictorię. Cōtrarię enī ſunt/vniuerſalis affirmatio vniuerſaliſq; negatio. Expoſui illud quoq; inquit/quoniam nō oīs vera vel falſa eſt cōtradictio. nunc aūt cōtradictionem nō illā ꝓprie/ſed cōmuniter: de ijs dixit quę ſunt oppoſitæ/ ſiue cōtrario modo/ſiue ſubcōtrario. hę nāq; nō ſem-

to in propoſitione iudicium: ſiccirco quia iam/ vel cum fuit/ vel cum eſt/ definita veritas & falſitas in propoſitionibus inuenitur. vt cum dico Brutus conſulatū primus inſtituit ſub rege Tarquinio/ dicat alius Brutus conſulatum non primus inſtituit ſub rege Tarquinio: hic vna vera/ altera falſa eſt. et iam affirmatio/ definite vera eſt: definite falſa negatio. Rurſus in præſenti cum dicimus vernum tempus eſt/ vernum tempus nō eſt: ſi hoc verno tempore dictum ſit/ affirmatio vera eſt & definite vera/ negatio falſa et definite falſa eſt. q; ſi haud verno tempore dictū ſit: definite falſa affirmatio/ & definite vera eſt negatio. iccirco/ q; ſiue in preſenti/ ſiue in pręteri to: veritas affirmationis negationiſue iam contingit. In futuro vero non eodem modo ſe habet. vt cum dicimus Franci Gothos ſuperabunt: ſi quis negat Franci Gothos non ſuperabunt/ vna quidē vera eſt/ altera falſa. ſed quę vera/ quęue falſa ſit: nullus ante exitum agnoſcit. atq; hoc eſt quod ait. In iſs ergo quę ſunt & quę facta ſunt: neceſſe eſt affirmationē vel negationem verā vel falſam eſſe. in vniuerſalibus quidem vniuerſaliter: ſemper hanc quidem veram/ illam vero falſam. Et in iſs quę ſunt ſingularia (vt dictum eſt) vt non modo vna ſemper vera ſit/ altera falſa in tota contradictione: ſed illud quoq; habeat/ vt in vna qualibet definite veritas aut falſitas reperiat/ ita vt in his ſingularib9/ veritas & falſitas ī ꝓpoſitiōib9 diuidat. in vniuerſalib9 aūt: ſi his particularitates opponant (quemadmodum dictū eſt) vnā neceſſe eſt veram eſſe/ alteram falſā/ ſed definita propoſitionum veritate vel falſitate ſicut ſupra diſſerui. Quare in ſequentibus quædam de futuris tractanda ſunt. & quoniam maius opus eſt q̄ hic breuiter dici poſſe viderimus/ & nos ſecundi voluminis ſeriem longius extraximus: hoc loco faſtidioſam longitudinem terminemus.

¶ S E C V N D I L I
BRI. II. EDI. BOETII
FINIS.

¶ INCIPIT COMMENTARIORVM LIBER TERTIVS.

PROOEMIVM

EA quę huius libri ſeries continebit/ exponere: altioris pene tractatus eſt/ q̄ vt in logica diſciplina conueniat diſputari. ſed quoniam (vt ſępe dictum eſt) orationibus ſenſa proferuntur quibus ſubiectas eſſe res manifeſtum eſt: non eſt dubium quin quod in rebus ſit/ id ſępe tranſferatur ad voces. quare michi recte conſilium fuit: ſubtiliſſimas Ariſtotelis ſententias gemino ordine commentationis aperire. Nā quod prior tenet ęditio: ingredientibus ad hæc altiora & ſubtiliora/ quandā quodam modo faciliorem ſemitam parat. Qđ autem ſecunda ęditio in patefaciendis ſubtilibus ſententijs elaborat: hoc ſtudio doctrinaq; ꝓuectis legendum diſcēdūq; proponitur. quare prius quędā pauca dicenda ſunt: quatenus ea de quibus poſtea tractaturi ſumus/ hęc ipſa legentibus non videantur ignota.

¶ INTRODVCTIO AD SEQVENTIA.

CAtegoricas propoſitiones gręci vocant: quę ſine aliqua conditione propoſitionis promuntur. vt eſt/ dies eſt/ ſol eſt/ homo eſt/ ſol calet & cętera quę ſine alicuius cōditionis nodo atq; ligamine proponunt. ¶ Sunt autem conditionales propoſitiōes huiuſmodi/ ſi dies eſt lux eſt: quas gręci hypotheticas vocant. Conditionales autem dicuntur: q; talis quędam proponitur conditio/ vt dicatur ſi hoc eſt/ illud eſt. & illas quidem quas categoricas gręci nominant: latine prędicatiuas dicere poſſumus. Nam ſi categoria p̄dicamētū eſt: quare non quoq; categoricę propoſitiōes prędicatiuę dicantur? Harum autem quędam ſunt quę cum ſempiterna ſignificent: ſicut eę res quas ſignificant ſemper ſunt/ & nunq̄ a propria natura diſcedunt/ ita quoq; ipſę propoſitiones immutabili ſignificatione ſunt. vt ſi quis dicat deus eſt/ deus immortalis eſt. hę namq; propoſitiōes ſicut de immortalibus dicuntur: ita quoq; ſempiternam habēt et neceſſariam ſignificationem. neq; hoc in vnius tēporis natura perſpicitur: ſed in omnium. Nam cum dicimus deus immortalis eſt/ vel immortalis fuit/ vel immortalis erit: a propria ſignificationis neceſſitate non diſcrepant. neceſſarias autem propoſitiones vocamus: in quibus id quod dicitur aut fuiſſe/ aut eſſe/ aut fore/ neceſſe eſt euenire: & hæc quidē quę ſempiterna ſignificant: ſempiternæ neceſſitatis ſunt. Nā etiam ſi in his non ſit manifeſta veritatis natura: nichil tamē prohibet fixā eſſe neceſſitatis i natura cōſtantiā. vt ſi nobis ignotū eſt vtrū paria ſint aſtra an iparia: nō tñ iccirco poterit euenire/ vt nec paria nec imparia videātur/ ſed ſine vlla dubitatiōe aut paria ſunt aut iparia. Omnis enī multitudo: horum alterū retinet in natura. quocirca & in his ſi quis dicat aſtra paria ſunt/ aliuſq; reſpōdeat aſtra paria non ſunt/ vel ſi quis dicat aſtra īparia ſunt/ aliuſq; reſpōdeat aſtra iparia non ſunt: vnus horum verum ex neceſſitate proponit. & quāq; id qđ quilibet horū verum dixerit/ nobis ignotū eſt: neceſſe eſt tamen immutabiliter eſſe qđ dicitur/ atq; hæ quidē ſunt immutabiliter ne-

Quid ꝓpoſitiones neceſſarię

vno illo nomine in vnã ſpeciem ſubſtãtiæ conuenire: nõ eſt illa vna affirmatio. Quale aũt nomẽ ſit quod poſitum vnam affirmationem non faciat/ iccirco q̃ plura ſignificet ex quibus vnum fieri nõ poſſit: exempli ſolertiſſima virtute monſtrauit dicens. ¶ Vt ſi quis ponat hoc nomen tunica/ homini et equo: q̃ tunica alba eſt/ hæc non eſt vna affirmatio/ nec vna negatio. Nichil enim differt hoc q̃ dicere quoniam eſt homo equus/ albus. hoc autẽ nichil differt q dicere eſt homo albus: et eſt equus albus. ¶ Si quis ponat homini et equo nomẽ tunica (inquit) & in ꝓpoſitione nomẽ hoc ponat: illa propoſitio nõ vna ſed multiplex eſt. nam ſi verbi gratia/ tunica homo atq; equus dicatur/ vt cum dicit aliquis tunica/ aut hominẽ aut equũ deſignet: ſi quis dicat i propoſitione tunica alba eſt non eſt vna affirmatio. qđ enim dicit tunica alba eſt: huiuſmodi ẽ/ q̃ſi dicat hõ & equus alb9 eſt. tunica eni hominẽ atq; equũ ſignificatiõe mõſtrauit. Qđ vero dicit homo & equus albus eſt: nichil differt/ tãq̃ ſi dicat equus albus eſt & homo albus eſt. ſed hę duæ ſunt propoſitiones & nõ ſimiles. in his enim ſubiecta diuerſa ſunt. quocirca ſi hę duę affirmationes ſunt: duplex quoq; illa eſt affirmatio quę dicit hõ atq; equus albus eſt. Qz ſi hęc rurſus eſt duplex quoniam hominem atq; equum tunicam ſignificare poſitum eſt: cum dicimus tunica alba eſt/ nõ vnum ſed plura ſignificat. Quocirca ſi ea affirmatio quę multa deſignat/ non eſt vna: hęc quoq; affirmatio vna nõ erit/ cuius aut prędicatio æquiuoca fuerit/ aut ſubiectũ. atq; hoc eſt quod ait. ¶ Si ergo hę multa ſignificãt & ſunt plures: manifeſtũ eſt quoniam & prima vel multa vel nichil ſignificat. neq; enim eſt aliquis/ homo equus. ¶ Quare nec in his neceſſe eſt hanc contradictionem veram/ illam vero falſam eſſe. ¶ Qz ſi (inquit) eſt equus albus/ & eſt homo alb9 multa ſignificant: illa quoq; prima propoſitio quę eſt tunica alba eſt/ vnde hę fluxerunt/ multa ſignificat. aut ſi quis dicat non eam multa ſignificare: concedit profecto nichil omnino propoſitionis ipſius ſignificatione monſtrari. Tunc enim multa vnum nomen ſignificans in vnam ſignificationem poterat conuenire: quoties ex ijs quę ſignificat/ vna poſſet coniungi conſtituiq; ſubſtantia. vt in eo quod ſupra poſui: cũ homo animal ratiõale & mortale ſignificet/ quę in vnũ poſſunt coniuncta congruere. Nunc autem ſi tunica/ hominem equumq; ſignificet: multa deſignat/ ſed ea ipſa in vnum corpus non veniunt. neq; enim fieri poteſt: vt aliquis homo equus ſit. quare aut multa ſignificat qđ verum eſt/ aut ſi contendat/ nõ eam multa ſignificare/ ſed quiddam ex ijs quę ſignificat iunctũ (quoniam nichil eſt/ qđ ex equo & homine coniungatur) nichil omnino ſignificat. hoc enim eſt quod dixit. neq; enim eſt aliquis/ homo equus. & hoc quidẽ ſub vno accentu legendũ eſt/ & nõ diſcrete ꝓnunciandũ hõ & rurſus equus/ ſed hõ equ9: vt ex his iunctis nichil appareat omnino poſſe conſtitui. cur autem hoc dixit: ſequens monſtrat oratio.

Si enim ita facienda cõtradictio eſt vt cõtra affirmationem huiuſmodi opponatur negatio quę in oppoſitione verum falſumq; diuidat/ vt vna vera/ altera falſa ſit: vnam oportet eſſe affirmationem & vnam negationem. qđ contingit: ſi neq; ſubiectum/ neq; ꝑdicatum multa ſignificet. q̃ ſi plura deſignet/ & æquiuocum ſit: non erit in huiuſmodi propoſitionibus vna ſemper vera/ altera falſa. ¶ Hermynius vero ſic ſentit: qđ ait Ariſtoteles. ſin vero duobus vnũ nomẽ eſt poſitum/ ex quibus non eſt vnum: non eſt vna affirmatio nec vna negatio. vt in eo inquit qđ eſt homo greſſibilis eſt/ quoniam quod dicimus greſſibile/ poteſt & bipes eſſe/ & quadrupes / & multipes animal demonſtrari & ex his inquit omnibus vnum fit quod eſt pedes habẽs: iſta inquit huiuſmodi affirmatio non multa ſignificat. ¶ Sed ſententiam Ariſtotelis: omnino non ſequitur. neq; enim ex his omnibus vnum fit, nec quadrupes/ bipes/ & multipes: pedes habere faciunt. hic enim numerus pedum eſt: non pedum conſtitutio. quare Hermynius prætermittendus eſt. Huic autem expoſitioni quam ſupra diſſerui Aſpaſius/ & Porphyrius/ & Alexãder: in ijs quos i hunc librum ędidere/ commentarijs/ conſenſere. ſed ne diutius nobis Ariſtotelis exemplum caliginis obſcuritatẽ ferat: hoc in aliquo noto exẽplo vocabuloq; videdũ eſt. Cum enim dicimus Aiax ſe peremit: & Thelamonis Aiacem filiũ/ & Oileum demonſtrat/ ex quibus duobus vnum fieri aliquid non poteſt. ex duobus enim indiuiduis nichil omnino iungitur. quare huiuſmodi propoſitio multa ſignificat. ſed hęc hactenus.

Hermyniꝰ

Refellit Hermynij ſententiã

¶ DE FVTVRIS CONTINGENTIBVS. Cap. VIII.

IN ijs ergo quę ſunt & quę facta ſunt/ neceſſe eſt affirmationem vel negationem veram eſſe vel falſam. In vniuerſalibus quidem vniuerſaliter/ ſemper hanc quidem veram: illam vero falſã eſſe. & in ijs quę ſingularia ſunt (quẽadmodum dictum eſt) in ijs vero quę vniuerſalibus non vniuerſaliter dicũtur/ non neceſſe eſt. dictum eſt autem & de his. ¶ Nunc autem determinat hęc quę de propoſitionibus ſupra iam dixerat: non de omni tempore/ ſed de ſolis tantum prętcrito & prętſenti/ quemadmodum ſe in veritate & falſitate habent diſſeruiſſe. In futuris vero non idem eſt/ quale de prętſenti & prętcri-

gatio/ſicut etiam in ijs quę ſunt prętęrita vel pręſentia: in illo diuerſę ſūt/ q̄ in his quidem ideſt prętęritis & pręſentibus/rerū definitus euentus eſt. in futuris vero & contingentibus: indefinitus eſt & incertus. Videntur tamen quędā pręſentia vel prętęrita: incerta & indefinita/ſed ſolum nobis ignorantibus non naturę. nam licet ignoremus nos/vtrū aſtra paria ſint an imparia: vnū tamen quodlibet definite in natura ſtellarū manifeſtū eſt eſſe. & hoc nobis quidē ignotum eſt: naturę vero notiſſimū. Sed non ita hodie mę viſurum eſſe amicū/aut non viſurum: nobis quidē quid eueniat ignotum eſt/notū vero naturę. non enim hoc naturaliter/ſed caſu euenit. quare huiuſmodi propoſitiones: non modo ad noſtram/ſed ad naturę ipſius noticiam ſecūdum incertum euentū & inconſtantem veritatem atq; mendaciū deriuabuntur. talis enim eſt contingentis natura: vt vel in vtraq; parte æqualiter ſeſe habeat. vt hodie me eſſe lauandum/vel hodie me nō eſſe lauādum. vel in vna plus/minus in altera. vt hominē canescere ī ſenectute: vel hominem non canescere in ſenectute. illud enim plus fit: illud minus. Sed nichil prohibet id qđ rarius fit: tamen fieri. de his ergo Ariſtotelica ſubtilitas diſputatura: primū a ſingulatibus inchoās/ad vniuerſalia tractatui viam pandit. duobus enim modis contradictiōes fiebant: aut in ſingularibus/aut in vniuerſalibus vniuerſaliter prędicatis/& his oppoſitis. Ingredīt autē ex ijs tribus quę ſupra iā dicta ſunt: ex caſu/ex libero arbitrio/ex poſſibilitate/quę omnia vno nomine vtrūlibet vocauit/fingens ſcilicet nomē ad hoc/ q̄ non vnius & certi euētus ſunt iſta/ſed vtriuſlibet & quomodo contingit ea fieri vel non fieri, hoc autem monſtratiuum eſt naturę inſtabilis/& ad vtramq; partem ſine vllius rei obluctatione vergentis. Non autem oportet arbitrari illa eſſe vtrumlibet & contingentium naturæ: quæcunq; nobis ignota ſunt. Neq; enim ſi nobis ignotū eſt a Perſis ad Greęcos miſſos legatos: iccirco miſſos eſſe incerti euentus eſt. nec ſi letale ſignum in egrotantis facie medicina deprehēdit/ vt aliud eſſe non poſſit/niſi ille moriatur/nobis autem ignotum ſit propter artis imperitiam: iccirco illum egrum eſſe moriturum vtrumlibet & contingētis naturę eſſe iudicandū eſt. ſed illa ſola talia ſine dubio eſſe putanda ſunt: quęcunq; iccirco nobis ignota ſunt/ q̄ per propriam naturam qualem habeant euentum ſciri non poſſunt/iccirco quoniā propria inſtabilitate naturę ad vtraq; vergūt/ideſt ad affirmationis et negationis euētum propria inſtabilitate atq; inconſtantia permutantur. ¶ Eſt autē inter philoſophos diſputatio rerum quę fiunt cauſis; neceſſitate ne omnia fiāt/an quędā caſu. & in hoc Epicureis & Stoicis & Peripateticis noſtris magna contentio eſt: quorum pauliſper ſententias explicemus. Peripatetici enim/quorum Ariſtoteles princeps eſt: & caſum/& liberi arbitrium iudicij/& neceſſitatē in rebus quę fiunt quęq; agūtur/tum grauiſſima authoritate/tum apertiſſima ratione cōfirmāt. Et caſum quidem eſſe in phyſicis probāt/quoties aliquid agitur & non id euenit propter quod illa res cœpta eſt quę agebatur: id quod euenit ex caſu euenire putandum eſt/ et caſus quidē nō ſine aliqua actione fit. quoties aūt aliud quiddam euenit per actionē quæ geritur q̄ ſperatur: illud euenire caſu/ Peripatetica probat authoritas. Si quis enim in terram fodiens vel ſcrobē demittens agri cultus cauſa/theſaurum reperiat: caſu ille theſaurus inuentus eſt/non ſine aliqua quidem actione. terra eni foſſa eſt: cum theſaurus eſt inuentus. ſed nō illa erat agētis intētio: vt theſaurus iueniretur. ergo aliquid agenti homini: propter aliud tamen agenti/res diuerſa ſucceſſit. Hoc igitur ex caſu euenire dicitur: quodcunq; per quamlibet actionem euenit/non propter eam rem cœptā quę aliquid agenti ſucceſſerit. Et hoc/ q̄ in ipſa rerū natura eſt/et non hoc ex noſtra conſtaret ignorantia: vt non iccirco quędā eſſe caſu viderentur/ q̄ nobis ignota eſſent. ſed potius iccirco a nobis ignorarentur: q̄ hęc in natura quęcunq; caſu fiūt nullam neceſſitatis conſtantiā aut prudentiā modo tenerēt. ¶ Stoici quidem oia ex neceſſitate & prouidētia fieri putantes: id quod ex caſu fit/non ſecundum ipſius naturam fortunę/ſed ſecundum noſtram ignorantiam metiuntur. id enim caſu fieri putant: quod cū neceſſitate ſit/tamen ab hominibus ignoretur. ¶ Et de libero quidem arbitrio: eadem nobis pene illiſq; contētio eſt. Nos eni liberū arbitrium ponimus nullo extrinſecus cogente/in id qđ nobis faciendū vel non faciendū iudicantibus perpendentibuſq; videatur: ad quam rem pręſumpta prius cogitatione perficiendam & agendam venimus/vt id quod fit ex nobis & ex noſtro principium iudicio ſumat nullo extrinſecus aut violenter cogente/aut violenter impediente. ¶ Stoici autem omnia neceſſitatib⁹ dantes: cōuerſo quodā ordine liberū voluntatis arbitriū cuſtodire conantur. dicunt eni naturaliter quidē animā habere quandā volūtatē/ ad quā ꝓpria natura ipſi⁹ volūtatis ipellit. & ſicut i corporibus ianimatis q̄dā naturaliter grauia ferūt ad terrā/leuia ſurſū meāt/& hęc natura fieri null⁹ dubitat: ita quoq; i nobis & in cęteris aialibus volūtatē quidem naturalē eſſe cūctis/& quicqd fit a nobis/ſecundū volūtatē q̄ naturalis nobis ē putāt fieri. illud tñ addūt q̄ ea volum⁹ q̄ prouidentię illius neceſſitas īperauit: vt ſit qdē nobis voluntas cōceſſa naturaliter/& i hoc qđ facimus voluntate faciamus/ quæ ſcilicet in nobis eſt/ipſam tamē voluntatem illius prouidentiæ

Peripatetici

Stoici

De libero arbitrio

ceſſarię propoſitiones. Alię vero ſunt quę nō ſempiterna ſignificantes ſunt/tamen & ipſę neceſſarię/quouſq; illa ſubiecta ſunt de quibus propoſitio aliquid affirmat aut negat. vt cū dico homo mortalis eſt. q̄diu enī homo eſt: tandiu hominē eē mortalem neceſſe eſt. nam ſi quis dicat ignis calidus eſt: quandiu eſt ignis/tandiu ex neceſſitate vera eſt propoſitio. Alię vero ſunt quę a natura neceſſitatis recedunt/& quædam tantum contingentia ſignificant: ſed hæc aut æqualiter ſe ad affirmationem negationemq; habentia ſunt/aut ad vnum vergentia frequentius. æqualiter ſe quidem habent: vt ſi quis dicat me hodie eſſe lauandū/hodie me non eſſe lauandū. Nichil enī negatio vel affirmatio fiet magis. vtręq; enī æq̄liter neceſſarię nō ſunt. Illę vero q̄ plus ad alteram partē vergūt: huiuſmodi ſunt. vt ſi quis dicat hominem in ſenectute caneſcere/hominem in ſenectute non caneſcere: fit quidē frequentius vt caneſcat/nō tamen interclusū eſt vt nō caneſcat. ¶ Prędicatiuarum autē propoſitionum natura ex rerum veritate & falſitate colligitur. quēadmodū enī ſeſe res habent: ita ſeſe propoſitiōes habebūt quæ res ſignificant. Nam ſi in ſe res vllam retinēt neceſſitatē: propoſitiōes quoq; neceſſarię ſunt. ſin vero tantū ineſſe ſignificent (vt ſi quis dicat homo ambulat: homini ineſſe ambulationē mōſtrauit) pręter aliquā neceſſitatē ſunt/tantū ineſſe ſignificātes/omni vacuę neceſſitate. Q; ſi res impoſſibiles ſunt: propoſitiones quę illas demonſtrant/impoſſibiles nominantur. ſi vero res contingenter ſunt venientes atq; abeuntes: quę illas res produnt/contingentes propoſitiones nuncupātur. ¶ Quoniam autem temporum alia ſunt futura/alia pręſentia/alia vero pręterita: res quoq; ſubiectę temporibus/hīs quoq; temporum diuerſitatibus varię ſunt. alię enim præſentis temporis ſunt/alię futuri/alię p̄teriti. Eodem quoq; modo: propoſitiones alię pręteriti temporis ſignificationem tenēt. vt cū dico/Greci Troiam euertere. Alię pręſētis. vt Francorum Gothorūq; pugna committitur. Alię futuri. vt Perſę & Greci bello morituri ſunt. ¶ Et de pręteritis quidē/& de p̄ſentibus: vt res ipſę ſtabiles ſunt & definitę/ſic & propoſitiones. Nā qđ factū eſt: non eſt nō factum. & qđ eſt non factū: nondū factum eſt. iccirco de eo qđ factū eſt: verum eſt dicere definite/quoniam factum eſt/& falſum eſt dicere quoniā factum nō eſt. rurſus de eo qđ factum non eſt: verum eſt dicere quoniam factū nō eſt/falſum aūt eſt quoniā factū eſt. Et de pręſenti quoq; qđ fit/definitam habet naturā i eo quod fit: definitam quoq; in propoſitionibus veritatem falſitatemq; habere neceſſe eſt. Nā qđ fit: definite verū eſt dicere quoniam fit/falſum quoniam non fit. quod non fit: verū eſt dicere non fieri/fieri autem falſum. ¶ De definitione ergo propoſitionū pręteriti vel pręſentis ſupra iam dictū eſt: nunc vero ad illarum propoſitionum veritatem falſitatemq; diſputationis ordinē conuertīt/quę in futuro dicuntur/quęq; ſunt contingentia. ſolet autem futura vocare: quę eadē contingentia dicere conſueuit. Contingens ſecundum Ariſtotelicam ſententiam eſt: quodcūq; aut caſus fert/aut ex libero cuiuſlibet arbitrio & propria volūtate venit/aut facilitate naturę in vtrāq; partem redire poſſibile eſt/vt fiat ſcilicet & non fiat. hęc ergo in pręterito quidem & pręſenti/definitum & conſtitutum habent euentum. quę enim euenerunt: non eueniſſe non poſſunt. & quę nunc fiunt: vt nunc non fiant cum fiunt/fieri non poteſt. in ijs autem quæ in futuro ſunt/& contingentia ſunt: & fieri poteſt aliquid & non fieri. Sed quoniā tres modos ſupra poſuimus contingentis/de quibus melius in phyſicis tractauimus: ſingulorum ſubdamus exempla. ſi heſterno die egreſſus domo inueni amicū/quē in animo habebā quęrere/non tamen tūc quęrebā: vt non inuenirē quē inueni anteq̄ inuenirē/fieri poterat. cum autem iuenī/vel poſtq̄ iuenī: vt non inueniſſem fieri nō poterat. Rurſus ſi ipſe ſponte pręterita nocte profectus ſum in agrū: anteq̄ hoc fieret vt nō proficiſcerer fieri poterat. poſtq̄ profectus ſum vel cum profectus ſum: vt non hoc fieret qđ fiebat/aut non factū eſſet qđ erat factū/fieri nō valebat. Amplius poſſibile eſt ſcindi hanc/quam veſtior/tunicam: ſi heſterno die ſciſſa eſt/cum ſcindebatur aut poſtq̄ ſciſſa eſt/vt non ſcinderetur/aut nō eſſet ſciſſa fieri nequibat. ante vero q̄ ſcinderetur: fieri poterat vt nō ſcinderetur. perſpicuū ergo eſt in pręſentibus/& pręteritis earundē rerū quę ſunt contingentes: definitum conſtitutūq; eſſe euētum. In futuris autē vnū quodlibet duorum fieri poſſe: vnum vero definitum nō eſſe/ſed in vtrāq; partē vergere/& aut hoc quidem aut illud ex neceſſitate euenire/vt autem hoc quodlibet definite/vel quodlibet aliud/definite fieri non poſſe. quę enī cōtingētia ſunt: in vtraq; parte contingūt. Qđ aūt dico tale eſt. egrediente me hodie domo amicum inuenire/aut nō inuenire neceſſe eſt. In omnibus enī aut affirmatio eſt/aut negatio. ſed inuenire ſine dubio definite aut certe/ſi hoc non eſt rurſus definite nō inuenire: nō eſt neceſſe. quēadmodum heſterno die quo amicū egrediens domo/inueni: definitū eſt. definitū eſt aūt q̄ non eſt verū me nō iueniſſe. Nō enī eodē modo in ijs quę ſunt cōtingētia & futura: ſed tātū aut hoc qđē aut illud eſt/& hoc ex neceſſitate. Q; aūt vna res/vel qlibet vnus euētus definit̄/& iā quaſi certus ſit: ī futuris fieri nō poteſt. & in hac re diſſimiles ſunt propoſitiones contingentiū/& futurorum: ijs q̄ ſunt p̄teritorū vel pręſentiū. nā cū ſimiles ſint in eo q̄ in his aut affirmatio eſt aut ne-

Cōtingētis diffinitio.

licet ſecundum tempus futurũ dicantur: neceſſe eſt tamen nõ modo vnam veram eſſe/ alteram falſam/ ſed etiã vnam definite veram/ alterã falſam definite. Vt cum dico/ ſol hoc anno verno tempore in arietem venturus eſt/ ſi hoc alius neget: nõ ſolum vna vera eſt/ altera falſa/ ſed etiã in hoc vera eſt affirmatio definite/ falſa negatio. ſed Ariſtoteles nõ ſolet illa futura vocare quæ ſunt neceſſaria: ſed potius quę ſunt cõtingentia. Contingentia autem ſunt (vt ſupra diximus) quęcũq; vel ad eſſe vel nõ ad eſſe/ æqualiter ſeſe habent. & ſicut ipſa indefinitũ habẽt & eſſe & non eſſe: ita quoq; de his affirmationes & negationes indefinitam habent veritatem vel falſitatem/ cum vna ſemper vera ſit/ altera falſa. ſed quę vera ſit & quę falſa: nondum in contingentibus notum eſt. Nam ſicut quę ſunt neceſſaria eſſe/ in his eſſe definitum eſt/ quę aũt ſunt impoſſibilia eſſe/ in his definitum nõ eſſe: ita quoq; quę poſſunt eſſe/ & poſſunt nõ eſſe/ in his neq; eſſe neq; nõ eſſe eſt definitum. ſed veritas & falſitas ex eo qđ eſt eſſe rei & ex eo qđ nõ eſt eſſe rei ſumuntur. nã ſi ſit qđ dicitur/ verum eſt: ſi nõ ſit qđ dicitur/ falſum eſt. Igitur in contingẽtib⁹ & futuris ſicut ipſum eſſe inſtabile eſt & nõ eſſe/ eſſe tamẽ aut nõ eſſe neceſſe eſt: ita quoq; in affirmationibus contingẽtia ipſa prodentibus/ veritas quidem & falſitas in incerto eſt. Quę enim vera ſit/ quęue falſa: ſecundũ ipſarum propoſitionum naturam ignoratur/ neceſſe eſt tamen vnã veram eſſe/ alteram falſam. Porphyrius tamen quędam de Stoica dialectica permiſcet: quę cũ latinis auribus nota nõ ſint/ nec hoc ipſum qđ in quęſtione venit agnoſcitur/ atq; ideo illa ſtudio

» prætermittemus. ¶ In ſingularibus vero & futuris: nõ ſimiliter. Nam ſi omnis affirmatio & ne-
» gatio vera vel falſa eſt: & omne neceſſe eſt eſſe vel nõ eſſe. quare ſi hic dicat futurũ eſſe aliquid/
» ille vero non futurum dicat hoc ipſum: manifeſtum eſt quoniã neceſſe eſt verum dicere alterũ
» ipſorum/ ſi omnis affirmatio vel negatio vera vel falſa eſt. vtraq; enim nõ erũt ſimul in talibus.
» nam ſi verum eſt dicere quoniam album vel nõ album: neceſſe eſt eſſe albũ vel nõ album. Et ſi
» eſt album vel nõ albũ: verũ erat affirmare vel negare. & ſi nõ eſt/ falſum dicit: & ſi falſum dicit/
» non eſt. quare neceſſe eſt aut affirmationem aut negationẽ veram eſſe vel falſam. Nichil igitur
» neq; eſt/ neq; fit/ nec a fortuna/ nec vtrũlibet/ neq; erit neq; non erit: ſed ex neceſſitate omnia/ &
» nõ vtrũlibet. aut enim qui dicit verus eſt: aut qui negat. Similiter enim vel fieret/ vel nõ fieret.

¶ Geminas eſſe contradictiones in propoſitionibus ſupra iam dictum eſt/ & nunc quoq; cõmorat in quibus neceſſe eſt vnã verã eſſe & alterã falſam: ſed ea quę dicẽtur de futuris & cõtingentibus melius intelligentur ſi de ijs contingẽtibus loquatur quę in ſingulari contradictione prouenunt. eſt enim vniuerſalium angularis contradictio in contingentibus huiuſmodi. Cras omnes Athenienſes bello nauali pugnaturi ſunt/ cras nõ omnes Athenienſes bello nauali pugnaturi ſunt. In ſingularibus autem talis eſt. Cras Socrates in paleſtra pugnaturus ẽ/ cras Socrates in paleſtra pugnaturus nõ eſt. Non autem oportet ignorare non eſſe ſimiliter cõtingentes has quę dicunt Socrates morietur/ & Socrates nõ morietur: & illas quę dicũt Socrates morietur cras/ Socrates nõ morietur cras. Illę enim ſuperiores omnino cõtingentes non ſunt: ſed ſunt neceſſariæ. morietur enim Socrates ex neceſſitate. hę vero quę tempus definiunt: nec ipſę in numero cõtingẽtium recipiuntur/ iccirco q̃ nobis quidem cras moriturum eſſe Socratem incertum eſt. naturę autem incertum nõ eſt: atq; ideo nec deo quoq; incertum eſt/ qui ipſam naturam optime nouit. Sed illę proprie contingẽtes ſunt: quę neq; in natura ſunt/ neq; in neceſſitate/ ſed aut in caſu/ aut in libero arbitrio/ aut in poſſibilitate naturę. Ex caſu quidem: vt cũ egredior domo vt amicum videam/ nõ ob hoc egrediens. Ex libero arbitrio: vt q̃ poſſum & velle & non velle/ an velim hoc anteq̃ fiat/ incertum eſt. Ex poſſibilitate: q̃ cum fieri poſſit & non fieri poſſit/ & anteq̃ fiat q̃ vtroq; modo poteſt fieri: incertum ſit. Ideoq; cras Socrates pugnaturus eſt in paleſtra cõtingens eſt: q̃ hoc ex libero venit arbitrio. Ergo in huiuſmodi contingentibus ſi in futuro vna ſemper vera eſt altera falſa/ & vna definite vera altera falſa definite/ & res verbis cõgruãt: omnia neceſſe eſt eſſe vel nõ eſſe. & quicquid fit: ex neceſſitate fit/ & nichil neq; poſſibile eſt eſſe qđ poſſibile ſit nõ eſſe/ neq; liberum erit arbitrium/ neq; in rebus vllus caſus erit/ in omnibus neceſſitate dominante. In his namq; ideſt in ſingularibus cõtradictionibus verũ dicere vterq; nõ poteſt. contradictorię enim erant quę ſimul eſſe nõ poterant. ſed nec vtreq; negationes atq; affirmationes falſę eſſe in cõtradictorijs poſſunt. illę enim cõtradictoriæ erãt: quę ſimul eſſe nõ poterant. quare vnus verum dicturus eſt: vnus falſum. q̃ ſi nichil datur in huiuſmodi rebus/ ideſt cõtingentibus inſtabili euentus ordine/ & valde incerta veritatis & falſitatis enunciatione prouenire: quicquid verum dicitur in affirmatione definite/ hoc definite eſſe neceſſe eſt. quicquid falſum dicitur in negatione: hoc nõ eſſe neceſſe eſt. Omnia igitur: ex neceſſitate aut erunt/ aut ex neceſſitate nõ erunt. Nichil ergo nec caſus/ nec liberum arbitriũ/ nec poſſibilitas vlla in rebus eſt. ſiquidem tenet cuncta neceſſitas. Ariſtoteles vero ſumens iſtam hypotheticam propoſitionem/ ſi omne qđ in futuro dicitur aut definite verum/ aut falſum eſt de-

Aduerte.

neceſſitatē cōſtringi.itaq; fieri quidem omnia ex neceſſitate: q voluntas ipſa naturalis neceſſitatem ſequatur.fieri etiam qđ facimus ex nobis:q ipſa voluntas ex nobis eſt/ & ſecundū animalis naturā. ¶Nos autem liberum voluntatis arbitriū non id dicimus/ qđ quiſq; voluerit:ſed qđ quiſq; iudicio & examinatione collegit.alioqui muta quoq; animalia: habebunt liberū voluntatis arbitrium. Illa enim videmus ſponte quędam refugere:quibuſdam ſpōte cōcurrere.q ſi velle aliquid/ vel nolle/ recte liberi arbitrij vocabulo teneretur:non ſolū hoc eſſet hominum/ ſed cęterorum quoq; animalium/ quibus hāc liberi arbitrij poteſtatem abeſſe quis dubitet/ ſed eſt liberum arbitriū/ qđ ipſa quoq; vocabula produnt:liberū nobis de voluntate iudiciū. Quotieſcunq; enī imaginationes quędam concurrunt animo/ & voluntatem irritant: eas ratio perpendit/ & de his iudicat/ & qđ ei melius videtur/ cum arbitrio perpenderit & iudicatione collegerit/ facit.atq; ideo quędam dulcia & ſpeciem vtilitatis mōſtrantia ſpernimus:quędam amara vel ardua licet nolentes/ fortiter ſuſtinemus. Ideo nō in voluntate/ ſed in iudicatione volūtatis liberum conſtat arbitriū:& nō in imaginatione/ ſed in ipſius imaginationis perpenſione conſiſtit.atq; ideo quarundā actionum nos ipſi principia/ nō ſequaces ſumus.hoc eſt enim vti ratione:vti iudicatione. Eſſe enim cōmune nobis eſt cū cęteris animantibus: ſola ratione diſiungimur.Q; ſi ſola etiā iudicatione inter nos & cętera animalia eſt diſtātia:cur dubitemus ratione vti/ hoc eſſe qđ vti iudicatione/ quā ſi quis ex rebus tollat:rationē hominis ſuſtulit.hominis ratione ſublata:nec ipſa quoq; humanitas permanebit.Melius igitur Peripatetici noſtri & caſum in rebus ipſis fortuitum dantes & pręter vllam neceſſitatem/ & liberū quoq; arbitrium neq; in neceſſitate neq; in eo qđ ex neceſſitate quidem nō eſt/ nō tamen in nobis eſt vt caſus:ſed in electione iudicationis & in voluntatis examinatione poſuere. ¶In eo autem qđ poſſibile eſſe dicitur:eſt quędam inter Peripateticos & Stoicos diſſenſio/ quā hoc modo paucis abſoluimus.Illi enim diffiniunt poſſibile eſſe:qđ poſſit fieri/ & qđ fieri nō prohibetur vt nō ſit/ hoc ad noſtram poſſibilitatem ſcilicet referētes/ vt qđ nos poſſumus id poſſibile dicerēt.quod vero nobis impoſſibile eſſet:id poſſibile negarēt. Peripatetici autem nō in nobis hoc/ ſed in ipſa natura poſuere: vt quędam ita poſſibilia eſſent fieri/ vt eſſent poſſibilia nō fieri. vt hunc calamū frangi quidem poſſibile eſt/ & etiam nō frangi:& hoc nō ad noſtram poſſibilitatē referunt/ ſed ad ipſius rei naturam.Cui ſententiæ contraria eſt illa quę dicit omnia fato fieri: cuius Stoici authores ſunt.qđ enim fato fit:ex principalibus cauſis euenit.ſed ſi ita eſt: hoc/ q nō fiat/ non poteſt permutari. Nos aūt dicimus ita quędam eſſe poſſibilia fieri/ vt eadem ſint poſſibilia nō fieri:hoc nec ex neceſſitate vel ex poſſibilitate noſtra metientes. ¶His ergo expeditis/illud addere ſufficiat hoc Ariſtoteli fixum in ſententia & diſciplina retinenti:facile fuiſſe contingētium propoſitionū modum de futuris oſtendere/ ideſt æqualiter ſe habere in affirmatione & negatione/ & in vtraq; parte facere/ atq; ideo determinatā euentus conſtantiā nō habere.qđ niſi ita eſſet: omnia ex neceſſitate fieri crederentur.qđ melius liquebit cum ad ipſa Ariſtotelis verba venerimus. Nō autem incōmode neq; incongrue Ariſtoteles de rebus altioribus & fortaſſe nō pertinentibus ad artem logicam diſputationem tranſtulit:cū de propoſitionibus loqueretur. Neq; enim eſſet firmā rectitudinem & ſignificantiā propoſitionū cōſtituere:niſi hanc ex rebus ita eſſe probauiſſet. Prędicatiuę enim propoſitiones (vt dictum eſt) nō in ſermonibus neq; in complexione prędicationum:ſed in rerum ſignificatione cōſiſtunt.quare omnibus quę prædicenda erant explicitis:ad ipſius Ariſtotelis ſentētias aperiēdas enodādaſq; ꝓueniamus. ¶Categoricas propoſitiones q̄ prædicatiuę latine poſſunt nominari (vt ſupra iam diximus) ex rebus quas ipſę propoſitiones ſignificant integra ratiocinandi norma dijudicat. Illę nāq; quas hypotheticas vel conditionales vocamus:ex ipſa cōditione viam propriā trahunt/ nō ex ijs quę ſignificāt. Cum enim dico ſi homo eſt animal eſt/ & ſi lapis eſt animal nō eſt:illud eſt cōſequens/ iſtud repugnās. quare ex repugnantia/ & conſequentia propoſitionum:tota in propoſitione vis vertitur. vnde fit vt non ſignificatio/ ſed cōditio poſita/ hypotheticarum enūciationū vim naturāq; cōſtituat. prędicatiuę vero propoſitiones (vt dictū eſt) ex rebus principaliter ſubſtantiam ſumūt.atq; ideo quoniā quędam res ſunt præſentis temporis/ quędam pręteriti:ſicut euentus ipſarum rerū pręſentis tēporis vel pręteriti certus eſt/ ita quoq; prędicatiuarum propoſitionū de pręteritis & de pręſentibus certa veritas falſitaſq; eſt. Erat autē contradictionis modus duplex. aut enim vniuerſales particularibus angulariter opponebātur:aut ſingularis ſignificatio affirmatiua/ ſingularē negationem cōtradictoria oppoſitione perimebat.& in his vna vera ſemper: altera falſa reperiebatur.In ijs autem quę eſſent indefinitę:nō neceſſe erat vnam veram eſſe/ alterā falſam. ſed in ijs in quibus veritas & falſitas diuidebatur:in his nō ſolum vna vera ſemper eſt/ altera falſa in prætcrito ſcilicet & in pręſenti/ ſed etiam vna certā & definitam veritatē retinet/ certam & definitam altera falſitatem. In ijs autem quę ſunt in futuro/ ſi neceſſarię quidem propoſitiones ſūt

De poſſibili

habere q̃ ad non eſſe:hoc putauerunt tanq̃ nichil eas intereſſet falſas an veras putari.neq; veras enim neq; falſas eſſe arbitrati ſunt:ſed falſum eſt. non enim Ariſtoteles hoc dicit q̃ vtræq; nec verę nec falſę ſint:ſed q̃ vna quidem ipſarũ quęlibet aut vera/aut falſa eſt/non tamen quẽadmodum in præteritis definite/nec quemadmodum in preſentibus. ſed enũciatiuarum vocũ duplicem quodã modo eſſe naturam:quarum quędam eſſent/ in quibus nõ modo verum & falſum inueniretur/ ſed in quibus etiam vnã eſſe definite veram/alteram definite falſam. in alijs vero vna quidem vera/altera falſa:ſed indefinite & cõmutabiliter & hoc per ſuam naturã/non ad noſtram ignorantiam atq; noticiã.Quocirca recte dictum eſt/ ſi omnis affirmatio vel negatio vera definite eſſet:nichil fieri neq; eſſe vel caſu/vel a cõmuni nomine vtrũlibet/ nec eſſe aut non eſſe cõtingenter/ſed aut eſſe aut nõ eſſe definite/ſed magis ex neceſſitate omnia.hoc enim cõſequitur eũ qui dicit/aut eum qui affirmat verum eſſe:aut eũ qui negat.q̃ ſi hoc verum eſſet: ſimiliter cum veritate fieret/vel cum falſitate nõ fieret & qđ vere falſeue ab enunciationib9 dicebatur.Qz ſi hoc impoſſibile eſt/& ſunt quędam res/quę neceſſitate nõ ſunt (videmus autem quaſdam eſſe caſu/quaſdam ex volũtate/quaſdã ex propria poſſibilitate naturę)fruſtra putatur ſicut in præteritis/ita quoq; in futuris enũciationibus vnam eſſe verã/alteram falſam definite. Quare hęc vna fuit eius argumẽtatio:aliam vero quaſi ipſe ſibi opponens quãdam quęſtionẽ/
» ingreditur validiore tractatu. ¶Amplius autem/ſi eſt album nũc:verũ erat dicere prius quo-
» niam erit album.quare ſemper fuit verum dicere quodlibet eorũ quę facta ſunt quoniã eſt vel
» erit.ſi autem ſemper verum fuit dicere quoniam eſt vel erit:non poteſt hoc nõ eſſe/vel nõ futu-
» rum eſſe.quod autem nõ poteſt non fieri:impoſſibile eſt nõ fieri.& quod impoſſibile eſt nõ fieri:
» neceſſe eſt fieri.omnia igitur quę futura ſunt:neceſſe eſt fieri. Nichil igitur vtrũlibet neq; a for-
» tuna erit.nam ſi a fortuna/non ex neceſſitate. ¶Ad deſtruendum nõ eſſe omnes enũciationes veras definite in futuro vel falſas:ex eadem argumentationis virtute/& ex eodem poſſibilitatis euentu/diuerſam tamẽ ingreditur rationis viam.Dudũ enim ex ijs quę nondũ erant facta/ ſi vera futura eſſe prędicerentur/ in rebus neceſſitatem ſolam eſſe poſſe collegit.nunc autem ex rebus quę factę ſunt/argumentationem capit/ ſi verę anteq̃ fierent prædicerentur: neceſſitatis nexu euentus rerum omnium contineri.arbitrantur enim ij qui dicunt contigentiũ quoq; propoſitionum ſtabilem eſſe in enunciationibus modum ſecundum veritatẽ ſcilicet atq; mendacium:q̃ omnia quęcũq; facta ſunt inquiunt/ potuere prædici quoniam fient.hoc enim in natura fuit ante:ſed nobis hoc rei ipſius patefecit euentus.Quare ſi omnia quęcunq; euenerũt ſunt/ & ea quę ſunt futura/eſſe prædici potuerunt:neceſſe eſt omnia quę dicuntur/aut definite vera eſſe aut definite falſa/quoniam definitus eorum euentus ſecundũ præſens tẽpus eſt.Quare in omnibus in quibus aliquid euenit:verum erat dicere quoniam euenturũ eſt/ etſi nõdum adhuc factum eſt.hoc autem illa res probat verum fuiſſe tũc dici: quoniam euenit id qđ prædici potuerat.qđ ſi prædictum eſſet:res euenturæ definita veritate prædicerẽtur. hoc Ariſtoteles ſumens ad idem impoſſibile validiſſima ratione perducit:& præſentis temporis naturam cũ futuri enũciatione cõiungit.Ait enim ſimile eſſe de præſentibus enũciare ſecundum veritatis neceſſitatẽ/ & de futuris.Nam ſi verum eſt dicere quoniam eſt aliquid:eſſe neceſſe eſt.& ſi verum eſt dicere quoniam erit: futurũ eſſe ſine dubio neceſſe eſt.omnia igitur ex neceſſitate futura ſunt:ad idẽ impoſſibile ſcilicet argumentationem trahẽs. Sumit autem huius impoſſibilitatis ordinem ex ijs propoſitionibus quę faciliores quidem ad intellectum ſunt:idem tamen valent hoc modo. ſi ſemper (inquit) verum eſt dicere quoniam eſt vel erit:quicquid tunc fuit verum prædicere/ illud nõ poteſt non eſſe/necnon futurum eſſe.quemadmodum enim id quod in preſenti vere dicitur eſſe/hoc non poteſt nõ eſſe/& vera de ea propoſitio fuit/ quę dicebat eſſe:ita quoq; in futuro quę dicit aliquid futurum eſſe/illa ſi vera eſt/nõ poteſt non futurum eſſe qđ prędicit.Qz ſi nõ poteſt nõ fieri qđ a vera propoſitione prædicitur:impoſſibile eſt non fieri. idem enim eſt dicere non poteſt nõ fieri:qđ dicere impoſſibile eſt nõ fieri.qđ autẽ impoſſibile eſt non fieri:neceſſe eſt fieri.Impoſſibile enim eſſe:idem neceſſitati valet contrarie prædicàtum/vt ipſe poſt docuit. Nã qđ impoſſibile eſt eſſe/neceſſe eſt nõ eſſe.qđ enim vt ſit poſſibile nõ eſt:non eſſe neceſſe eſt.Qz ſi hoc eſt/& contraria ſe eodem modo habebunt:qđ eſt impoſſibile non eſſe/hoc eſſe neceſſe eſt. Sed dictum eſt ea quę vere prædicuntur impoſſibile eſſe non eſſe:hoc autem eſt ex neceſſitate eſſe. Ea igitur quę prædicuntur:ex neceſſitate futura ſunt. Nichil igitur vtrumlibet/ neq; caſu/ nec omnino ſecũdum liberum arbitrium: qđ vtrũlibet clauſit totum ſignificatio.nam qđ dicit vtrumlibet:poſſibilitatem/& caſum/& liberum arbitrium tenet in ſignificatione.ergo nichil fit caſu.Nam ſi quędam fieri caſu dicat:ille rurſus in ea re perimit neceſſitatem. qđ enim caſu eſt: non eſt ex neceſſitate.nichil autem fit caſu/quoniam omnia ex neceſſitate proueniũt: quęcũq; enunciatio vera prædixerit,euenit autem huiuſmodi impoſſibilitas ex eo qđ cõceſſum eſt prius

finite: omnia ex neceſſitate fieri/& nichil caſu/nichil iudicio/nichil poſſibilitate ex conueniẽti ordine monſtrat.& hoc poſito/vnam ſcilicet veram/alterã falſam definite eſſe: omnia ex neceſſitate contingere. Ex conſenſu rerum propoſitionũq; omnia fieri ex neceſſitate mõſtrat hoc modo. proponit enim hanc cõditionem:& hanc veram eſſe ex rerum ipſarũ neceſſitate cõfirmat. Eſt autem conditio/ſi omnis affirmatio vel negatio in futurum ducta vera vel falſa ẽ definite:& omne quicquid fit ex neceſſitate fieri/& nichil neq; caſu neq; propria & libera voluntate atq; iudicio/ nec vero aliqua poſſibilitate: quę omnia vtrumlibet vocabulo/nuncupauit. Ponit enim hanc conditionem dicens. Nam ſi omnis affirmatio vel negatio vera vel falſa eſt/ ſubaudiendum definite:& omne neceſſe eſt eſſe vel nõ eſſe. Quare ſi hic quidem dicat futurum aliquid/ille vero nõ dicat hoc idem ipſum:manifeſtũ eſt quoniam neceſſe eſt dicere verũ alterũ ipſorum/ſi omnis affirmatio vel negatio vera vel falſa eſt.vtrę enim non erunt ſimul in talibus. Ergo ſenſus huiuſmodi eſt.ſi omnis (inquit) affirmatio vel negatio vera vel falſa eſt definite:& oẽ neceſſe eſt aut eſſe aut nõ eſſe/qđ vel affirmatio ponit/vel negatio perimit. Nã ſi quilibet dixerit eſſe aliquid/& alius dixerit/idem ipſum non eſſe:vnus quidem affirmat/ alius vero negat. ſed in affirmatione & negatione quę in contradictione ponuntur: vna ſemper vera eſt/ altera falſa. neq; enim fieri poteſt vt vtrę q; ſint verę. nõ enim nũc ſermo eſt:aut de ſubcõtrariis/ aut de indefinitis. nam & ſubcõtrariæ/ideſt particularis negatio & affirmatio particularis:& indefinitę vtrę q;/ verę in eodem eſſe poterant. contradictorię aut minime. Neq; enim fieri poteſt: vt eę quę vel in ſingularibus cõtradictiones ſunt/ vel in vniuerſalibus angulariter opponũtur/ ſimul vnã verę ſint. hoc enim eſt qđ ait. vtraq; enim nõ erunt ſimul in talibus/ ideſt vtrę q; enũciationes nõ erunt verę in enũciationibus contradictorijs. Poſita ergo hac cõditione/ſi omnis affirmatio definite vera vel falſa ſit/ omnia ex neceſſitate euenire: hanc ipſam rerum ipſarũ & propoſitionum cõſequentiã & ſimilitudinẽ/monſtrare contẽdit dicens. Nam ſi verũ eſt dicere quoniam eſt album vel nõ albũ: neceſſe eſt albũ eſſe vel nõ album. & ſi eſt album vel nõ albũ: verum eſt affirmare vel negare. & ſi nõ eſt/ mentitur: & ſi mentitur/ nõ eſt. quare neceſſe eſt: affirmationẽ vel negationem veram eſſe vel falſam. Omnis (inquit) affirmatio omniſq; negatio: cum rebus ipſis vel vera vel falſa eſt. huius autem rei ex præſentib⁹ exempla ſumit. Nam ſicut ſe habent ſecundum neceſſitatem in pręſenti tempore enũciationes: ita ſe habent & in futuro. ſpeculemur igitur: & in pręſenti quę ſit rerũ propoſitionũq; neceſſitas. Si qua enim propoſitio de qualibet re dicta vera eſt: illam rem quã dixit eſſe neceſſe eſt. ſi enim dixerit quoniam nix alba eſt/& hoc verum eſt: veritatem propoſitionis ſequitur neceſſitas rei. Neceſſe eſt enim niuem eſſe albam: ſi propoſitio quę de eadem re prædicata eſt/ vera eſt. q; ſi dixerit quis nõ eſſe albam picem/& hęc vera eſt: manifeſtũ quoq; rem/ propoſitionis conſequi veritatem. Amplius quoq; & propoſitiones/rerum neceſſitatem ſequũtur. ſi enim eſt aliqua res: verũ eſt de ea dicere quoniam eſt. & ſi non eſt aliqua res: verum eſt de ea dicere quoniam nõ eſt. Itaq; ſecũdum veritatẽ affirmationis vel negationis/ neceſſitas rei ſubſtantiam ſequitur: & rerum neceſſitas propoſitionum comitatur neceſſitatem/ atq; hoc quidem in veris. In falſis quoq; idem eſt contrario. Nã ſi falſa eſt affirmatio: rem de qua loquitur non eſſe neceſſe eſt. vt ſi falſa eſt affirmatio/ quę dicit picem eſſe albam: nõ eſſe albam picem neceſſe eſt. Rurſus ſi falſa eſt negatio quę dicit niuem nõ eſſe albam: niuẽ eſſe albam neceſſe eſt. Rurſus ſi nõ eſt res: affirmatio quoq; de eadem re neceſſario falſa eſt. q; ſi rurſus res nõ ſit id quod poteſt dicere falſa negatio: ſine vlla dubitatione illa negatio falſa eſt/& hoc eſſe neceſſe eſt. vt quoniam de niue poteſt dicere falſa negatio quoniam alba nõ eſt: hoc ipſum qđ falſa negatio dicit/ideſt albam nõ eſſe/nõ eſt. Nix enim: nõ alba nõ eſt. quare rer mu neceſſitati: falſitas quoq; conuertitur. Nam ſi eſt aliquid: vere de eodem dicitur quoniam eſt. & ſi vere dicitur: illam rem de qua vere dicitur aliquid/ eſſe neceſſe ẽ. q; ſi nõ eſt id qđ dicitur: falſa enũciatio eſt. & ſi enunciationes falſę ſunt: res nõ eſſe neceſſe eſt. Q; ſi hęc ita ſunt/ propoſitũ eſt autẽ omnẽ affirmationẽ & negationẽ verã vel falſã eſſe definite/ quoniã ꝓpoſitionum veritatem vel falſitatẽ rerũ neceſſitas ſecundũ eſſe vel nõ eſſe cõſequitur/ eſſe quidem ſecundum veritatem vt dictum eſt nõ eſſe ſecundum falſitatem: nichil fit caſu/ neq; libera voluntate/ neq; aliqua poſſibilitate. Hęc enim quę vtrũlibet vocamus talia ſunt: quę cũ nõdum ſunt facta & fieri poſſunt & nõ fieri. ſi enim facta ſunt: nõ fieri potuerũt. vt hodie me librũ Virgilij legere: q; nõdum feci/ poteſt quidem non fieri/ poteſt etiam fieri. q; ſi fecero: potui nõ facere. hęc igitur huiuſmodi ſunt quęcũq; vtrũlibet dicũtur. Vtrũlibet autem quid ſit ipſe plaꝛꝛnius demonſtrat dicens. ¶ Vtrumlibet enim nichil magis ſic vel non ſic ſe habet vel habebit. ¶ Eſt enim vtrumlibet: qđ ad eſſe vel non ad eſſe æqualiter ſe habet ideſt neq; illud eſſe neceſſe ſit/ neq; non eſſe neceſſe ſit. ¶ Putauerunt autẽ quidam/ quorum Stoici quoq; ſunt: Ariſtotelẽ dicere in futuro cõtingentes/ nec veras eſſe nec falſas. quod enim dixit nichil ſe magis ad eſſe *Stoicorum error.*

finite/aut quęlibet ipſarum definite ſit falſa.ſed hęc quidem vera/illa vero falſa:nõ tamen vna ipſarum definite/ſed quęlibet illarum contingenter.His autem adiecit aliud quiddam dicens. ſi propoſitionum veritas ex rerum ſubſtantia pẽdet:et quicquid verum eſt in propoſitionibus dicere/hoc eſſe neceſſe eſt.q; ſi verum eſt dicere quoniam erit album aliquid:veritatem propoſitionis ſequitur rei neceſſarius euentus.Q; ſi quis dicat quãlibet illã rem cras albam futurã:ſi hoc vere dixerit/cras ex neceſſitate alba futura eſt.Sic igitur ſi quis verũ dicit neutram veram eſſe propoſitionum earũ/quę in futuro dicuntur: neceſſe eſt id qđ dicitur/& qđ ſignificatur ab illis propoſitionibus nec eſſe nec nõ eſſe.falſa enim & affirmatio et negatio eſt:nec qđ affirmatio dicit fieri poteſt/nec qđ negatio.ergo ex neceſſitate neutrũ fit:vel qđ affirmatio dicit/vel qđ negatio.Ergo ſi dicat affirmatio cras bellum nauale futurũ/quoniam falſa eſt:nõ erit cras bellum nauale.Rurſus ſi idem neget negatio dicẽs/ nõ erit cras nauale bellum: quoniã hęc quoq; falſa eſt/erit cras nauale bellũ.quare neq; erit bellũ nauale/quia affirmatio falſa eſt: nec nõ erit bellum nauale/quia negatio falſa eſt.Sed hanc ineptiã/nec animus ſibi fingere poteſt.quis enĩ vnq̃ dixerit aliquã rẽ ex neceſſitate nec eſſe nec nõ eſſe/qđ ille ſcilicet dicit q vtraſq; propoſitiones dicit i futuro falſas exiſtere. ¶Quę ergo cõtingũt incõueniẽtia hęc ſunt/& huiuſmodi alia: ſi omnis affirmationis & negationis vel in ijs quę in vniuerſalibus dicũtur vt vniuerſaliter/vel in ijs quę ſunt ſingularia neceſſe eſt oppoſitarum hãc quidem veram eſſe/illam vero falſam.nichil autem vtrũlibet eſſe in ijs quę fiunt:ſed omnia eſſe & fieri ex neceſſitate. Quare neq; cõſultare oportebit/neq; negociari.quoniam ſi hoc quidem facimus:erit hoc. ſi vero nõ hoc:nõ erit hoc.Nichil enim prohibet/& in annum decies milleſimũ/hunc quidem dicere hoc futurũ eſſe: illum vero non dicere.quare ex neceſſitate erit:quodlibet eorum verũ erat dicere tunc. ¶Omnia in futuro vel vera vel falſa definite eſſe in propoſitionibus arbitrãtes/ impoſſibilitas iſta cõ ſequitur.nichil enim neq; ex libero volũtatis arbitrio/ neq; ex aliqua poſſibilitate/ neq; ex caſu quicq̃ fieri poteſt:ſed omnia neceſſitati ſubiecta ſunt. quãq̃ quidã nõ dubitauerũt dicere omnia ex neceſſitate eſſe:& quibuſdam artibus conati ſunt id quod in nobis eſt/cum rerum neceſſitate coniũgere.Dicunt enim quidam quorũ ſunt Stoici omnia quęcunq; fiunt/fati prouenire neceſſitate: & omnia q̃ fatalis agit ratio/ſine dubio ex neceſſitate cõtingere. ſed illa eſſe ſola ĩ nobis & ex voluntate noſtra:quęcunq; per voluntatem noſtrã & per noſipſos vis fati cõplet ac pficit.neq; enim (inquiũt)volũtas noſtra in nobis eſt:ſed idem volumus idẽq; nolumus/quicqđ fati neceſſitas imperauit.& vt volũtas noſtra quoq; ex fato pendere videtur:ita quoniã p volũtatem noſtrã/ quędã ex nobis fiunt/& ea quę fiunt/in nobis fiunt/quoniãq; volũtas ipa ex neceſſitate fati eſt:etiam quę nos noſtra facimus voluntate/eo q; neceſſitas imperauit/ea ipſa impulſi facimus neceſſitate.Quare hoc modo ſignificationem liberi arbitrij permutantes neceſſitate:& id qđ in nobis eſt cõiungere impoſſibiliter & copulare cõtendunt. Illud enim in nobis ẽ liberum arbitrium: qđ ſit omni neceſſitate vacuum/& ingenuũ/& ſuę poteſtatis/quorũ nos domini quodã modo ſumus vel faciendi vel nõ faciendi. q; ſi voluntates quoq; noſtri fati nobis neceſſitas imperet:in nobis voluntas ipſa nõ erit/ſed in fato.nec erit liberum arbitrium/ſed potius ſeruiens neceſſitati.vnde fit/vt qui omnes actus euentuũ neceſſitate cõſtringũt:dicãt per hoc poplitem quoq; nos nõ flectere niſi fatalis quoq; neceſſitas iuſſerit.caput quoq; nõ ſcalpere:quare nec lauare/nec agere aliquid.His etiam adijciam vel aliquid fęliciter/ vel aliquid infęliciter facere vel pati. Vnde fit vt neq; caſum/neq; liberum arbitriũ/nec poſſibile ĩ rebus vllũ eſſe cõtendant:q̃uis liberum deſtruere metuẽtes arbitrium aliã ei fingãt ſignificationẽ per quã nichilominus libera hominis voluntas euertitur.Ariſtotelica vero authoritas:ita hęc in rebus poſita & cõſtituta eſſe cõfirmat/vt nõ exponat nunc quid ſit caſus/ quidue poſſibile/ quidue in nobis/nec ea eſſe in rebus probat atq; demonſtrat. ſed in tantum apud illum hoc in rebus eſſe manifeſtum eſt:vt opinionem qua quis arbitratur enunciationes in futuro omnes veras eſſe/p hoc impoſſibilem eſſe dicat/q; caſum/& poſſibilitatem/liberũq; arbitrium euertat.Hęc enim in rebus ita conſtituta putat/vt nõ de his vlla opus ſit demõſtratione: ſed impoſſibilis ratio iudicetur/quęcunq; vel poſſibile/vel caſum/vel id qđ in nobis eſt conatur euertere.& caſum quidẽ/ quemadmodũ definita in propoſitionibus futuris deſtruat veritas/ſupra monſtrauit.Nũc autẽ quemadmodũ eadem ipſa veritas definita futurarum & cõtingentiũ propoſitionũ/tollat liberi arbitrij facultatem:maxima vi argumentationis exequitur/dicens huiuſmodi cuncta contingere impoſſibilia/ ſi quis vnã enunciationis partem definite veram vel falſam eſſe confingat.

Porphyrij. Sed nos ſecuti Porphyrium cum huius diſputationis expoſitionem cępimus:id quod prius dixit in ſingularibus & futuris/ob hoc dixiſſe prędiximus q; facilior ſit intellectus diſputationis/ ſi hęc prius in ſingularibus perſpicerentur.de quibus ſingularibus diligentiſſime prælocutus: nunc de vniuerſalibus vniuerſaliter prædicatis/ & de ijs quę fiunt contradictiones loquitur.

omnia ſcilicet quęcũq; facta ſunt/ definite vere p̃dici potuiſſe. nã ſi ex neceſſitate cõtingit id qđ euenit: verum fuit dicere quoniam erit. q; ſi ex neceſſitate hoc nõ contingit ſed cõtingenter: nõ potius verum fuit dicere quoniã erit/ ſed magis quoniã cõtingit eſſe. nam qui dicit erit: ille quãdam neceſſitatem in ipſa prædicatione ponit. hoc inde intelligitur/ q; ſi vere dicat futurum eſſe id qđ prædicitur: impoſſibile ſit nõ fieri. hoc autem/ ex neceſſitate ſit fieri. ergo qui dicit quoniã erit aliquid eorum quę cõtingenter eueniunt: in eo q; futurũ eſſe dicit id qđ contingenter euenit/ fortaſſe mentitur. vel ſi contigerit res illa/ quã prædixit: ille tamẽ mentitus eſt. nõ enim euẽtus falſus eſt. ſed modus prędicationis. Namq; ita dicere/ cras bellum nauale cõtingenter eueniet: hoc eſt dicere/ ita eueniet ſi euenerit vt potuerit non euenire. Hoc ergo qui dicit: verum dicit. euentum enim contingenter prędicit. qui autem ita dicit/ cras erit bellum nauale: quaſi neceſſe eſſe ſit/ ita pronunciat. q; ſi euenerit: nõ iam iccirco quia prędixit/ verum dixerit. quoniam id quod contingenter euenturum erat: neceſſarie futurum eſſe prędixit. Non ergo in euentu eſt falſitas: ſed in prædicationis modo. Quemadmodũ enim ſi quis Socrate ambulante dicat Socrates ex neceſſitate ambulat: ille mentitus eſt/ non in eo q; Socrates ambulat/ ſed in eo q; ille ex neceſſitate eum ambulare prędicauit: ita quoq; in hoc q; dicit quoniam erit aliquid/ etiam ſi hoc fiat/ ille tamen falſus eſt non in eo q; factum eſt/ ſed in eo q; ita factum non eſt vt ille prędixit futurum. Q; ſi verum eſſet definite: ex neceſſitate eſſet futurum. Igitur ex neceſſitate futurum eſſe prędixit: quodcunq; ſine vllo alio modo euenturum enunciauit. quare non in euentu rei: ſed in prædicationis enunciatione falſitas inuenitur. Oportet enim in contingentibus ita aliquid prædicere ſi vera erit enunciatio: vt dicat quidem futurum eſſe aliquid/ ſed ita vt rurſus relinquat eſſe poſſibile vt futurum nõ ſit. hęc autem eſt contingẽtis natura/ contingenter in enunciatione prædicare. Q; ſi quis ſimpliciter id qđ fortaſſe cõtingenter eueniet/ futurum eſſe prędixit: ille rem cõtingentem neceſſarie futuram prędicit. ideo etiam ſi euenerit id qđ dicitur: tamen ille mẽtitur in eo q; hoc quidẽ contingẽter euenit/ ille autem ex neceſſitate futurum eſſe prædixerat. Cum ergo ſint quattuor enunciationis & veritatis & falſitatis modi de iſs ſcilicet propoſitionibus quę in fururo prædicantur/ aut quoniam erit & non erit id quod dicitur/ ideſt vt affirmatio & negatio vera ſit/ aut quoniam nec erit nec non erit/ vt affirmatio & negatio falſæ ſint/ aut quoniam erit aut non erit/ vt vna definite vera altera falſa/ aut rurſus quoniam erit aut non erit vtriſq; ſecundum veritatem aut falſitatem indefinitis/ & æqualiter ad veritatem mendaciumq; vergentibus: docuit quidem ſupra & eſſe & non eſſe fieri non poſſe/ cum dixit. vtręq; enim ſimul non erunt in talibus. Docuit etiam aliquantiſper: aut eſſe aut non eſſe definite/ in cõtingentibus & futuris propoſitionibus eſſe nõ poſſe. Nunc illud addidit: q; neq; eſſe neq; nõ eſſe/ ideſt q; nec illud vere dici poſſit/ poſſe ſcilicet vtraſq; inuenire falſas q̃ dicũtur in futuro ꝓpoſitiones. Q; ſi neq; vtręq; verę ſunt/ neq; vtręq; falſę/ neq; vna definite vera altera falſa definite: reſtat vt vna vera ſit/ altera falſa/ nõ tamẽ definite/ ſed vtrumlibet & inſtabili modo. vt hoc quidem aut hoc euenire neceſſe ſit: vt tamen vna res quęlibet quaſi neceſſarie & definite proueniat aut nõ proueniat/ fieri nõ poſſit. Quemadmodum aũt vtraſq; falſas nõ
» eſſe demonſtraret: hic inchoat. ¶ At vero nec quoniam neutrum verum eſt: dicere cõtingit. vt
» quoniam neq; erit: neq; nõ erit. Primũ enim cũ ſit affirmatio falſa: negatio nõ vera erit. Et cum
» hęc falſa ſit: contingit affirmationem nõ veram eſſe. Adhęc ſi verum ſit dicere quoniam album
» eſt & magnum: oportet eſſe vtrũq;. ſi vero erit cras: oportet fore cras. Si autem neq; erit/ neq;
» nõ erit cras: nõ erit vtrũlibet. vt eſt nauale bellũ. oporteret enĩ neq; fieri nauale bellũ: neq; nõ
» fieri. ¶ Senſus huiuſmodi argumentationis eſt/ nec illud (inquit) dici poterit: q; contingentiũ propoſitionum neutra vera eſt in futuro. hoc autem nichil differt dicere: q̃ ſi quis dicat vtraſq; eſſe falſas. hoc enim impoſſibile eſt in contradictionibus. nam vtręq; falſę inueniri nõ poſſunt. hoc enim proprium contradictionũ eſt/ vt proprietatem ſubcõtrariarum fugiãt in eo q; ſimul verę eſſe nõ poſſunt: ita quoq; contrariarum proprietatem vitent/ vt in eo q; falſę ſimul nõ reperiuntur. habent ergo propriam naturam/ vt neq; falſę ſint ſimul/ neq; verę. quare vna ipſarũ ſemper vera: ſemper altera falſa. impoſſibile eſt igitur cum ſit falſa negatio: non veram eſſe affirmationem. rurſus cum ſit falſa affirmatio: negationem eſſe nõ veram. Igitur nec hoc eſt dicere: q; vtręq; non verę ſint. qđ per hoc dixit qđ ait. at vero nec quoniam neutrum verũ eſt: dicere contingit. ideſt nõ nobis cõtingit dicere: hoc eſt impoſſibile dicere: quoniã neutrũ verum eſt ſcilicet qđ in affirmationibus negationibuſq; proponitur contingentibus ſcilicet & futuris. Qui autem Ariſtotelem arbitrati ſunt vtraſq; propoſitiones ĩ futuro falſas arbitrari: ſi hęc quæ nunc dicit diligentiſſime perlegiſſent: nũq; tantis laberentur erroribus. Neq; enim idem eſt dicere neutra vera eſt/ qđ dicere neutra vera eſt definite. Futurum enim eſſe cras nauale bellum/ & non futurum/ nõ dicitur quoniam vtręq; omnino falſę ſint: ſed quoniam neutra vera ſit de-

mus eat. in sublimibus mare necessitatis est: in inferioribꝰ cõtingẽtię. sed neqꝫ necessitas contingẽtiã impedit: neqꝫ cõtingẽtia necessitatẽ tollit. peperit enĩ necessitas cõtingentiã.

ro esse arbitrio manifestum est: sed horum omnium & causę mixtę sunt/ & euentus. Sunt enim quędam ex casu/ sunt aliqua ex necessitate/ quędam etiã videmus libero teneri iudicio: & actuũ quidem nostrorũ voluntas in nobis est. Nostra enim volũtas domina quodã modo est nostrorũ actuum/ & totius vitę rationis: sed non eodem modo euẽtus quoqꝫ in nostra sunt potestate. pro alia nãqꝫ re aliquid ex libero arbitrio facientibus: ex eisdem veniẽs causis/ casus interstrepit. vt cũ Scrobem deponẽs quis vt fodiat vitẽ: si thesaurũ inueniat/ scrobẽ quidem deponere ex libero venit arbitrio. vt aũt tũc inueniret thesaurũ: solus attulit casus/ eã tamẽ causam habens casus/ quã voluntas attulit. nisi enim foderetur scrobs: thesaurus nõ esset inuentus. Quidam aũt euẽtus nostris voluntatibus suppetũt: quosdã vero impedit quędam violenta necessitas. Prandere enim & legere/ & alia huiusmodi/ sicut ex nostra voluntate sunt: ita quoqꝫ eorum pendet euentus ex nostra voluntate. ꝙ si nũc imperare Persis velit Rhomanus: arbitriũ quidẽ voluntatis in ipso est/ sed hunc euentũ durior necessitas retinet/ & ad perfectionẽ vetat adduci. Ita quoqꝫ omnium rerum/ & casus/ & voluntas/ & necessitas dominãtur. Nec vna harum res in omnibus ponenda est: sed trium mixta potentia. vnde fit vt peccantiũ magis animus consideretur potiusq̃ euentus/ & puniatur animus nõ perfectio: iccirco ꝙ voluntas quidem nobis libera est/ sed aliquoties perfectionis ordo retinetur. Qz si omnia vel casu/ vel necessitate fierent: nec laus digna bene facientibus/ nec vltio delinquẽtibus/ nec leges vllę essent iustæ/ quę aut bonis prędmia/ aut malis restituerent penas.

Quęstio.

¶ Venio nũc ad illud qđ multis quęritur modis. an diuinatio maneat: si nõ in rebus omnia ex necessitate cõtingãt/ nã qđ in vera prędicatione est: idem est in sciẽtia. & sicut cũ quis verum prædicit/ qđ vere prędicitur esse necesse est: ita qđ quis futurũ nouit/ illud futurum esse necesse est. Sed diuinatio non nouit sic omnia/ vt ex necessitate futura pronũciet: atqꝫ iccirco frequenter ita diuinatur/ qđ facillime in vtrũlibet agnoscitur/ hoc quidem futurum est. Sed si hoc sit: non eueniet/ quasi interdici possit & alio modo euenire. ꝙ si ita est: necessitate non euenit.

Alia q̃stio.

¶ Vtrũ autẽ si omnia futura sciat deus: omnia esse necesse est/ ita quęramus. Si quis dicat dei scientiam de futuris/ euentũ rerũ subsequi ex necessitate: is profecto cõuersurus est/ si omnia ex necessitate nõ contingũt/ omnia deum scire nõ posse. Nam sciẽtiam dei: sequitur euẽtuum necessitas. si necessitas euentuũ non sit: diuina scientiã perimitur. Et quis tam impia ratione animũ torqueat: vt hoc de deo dicere audeat? Sed fortasse quis dicat/ quoniã euenire nõ potest/ vt deus omnia futura nõ nouerit: hinc euenire/ vt omnia ex necessitate sint/ quoniã deo noticiam rerum futurarum tollere nefas est. Sed si quis hoc dicat: illi vidẽdum est/ ꝙ deum dũ omnia scire conatur efficere/ omnia nescire contendit. Binarium enim numerũ esse imparem si quis se scire proponat: non ille nouerit/ sed potius nescit. Ita quoqꝫ nõ est id potẽtię nosse: sed id arbitrari nosse/ potius impotẽtię est. quisquis ergo dicat deũ cũcta nosse/ & ob hoc cũcta ex necessitate esse futura: is deum dicit ex necessitate cũcta ventura credere/ quęcunqꝫ ex necessitate non eueniunt. Nam si omnia ex necessitate vẽtura nouit deus: in noticia sua fallitur. nõ enĩ omnia ex necessitate eueniunt: sed aliqua contingenter. Ergo si quę cõtingenter euentura sunt/ ex necessitate euentura nouerit: in propria prouidẽtia falsus est. Nouit enim futura deus nõ vt ex necessitate euenientia/ sed vt contingẽter: ita vt aliud posse fieri nõ ignoret/ qđ tamen fiet ex ipsorum hominũ & actuum ratione/ perscisca. quare si quis omnia ex necessitate fieri dicat: deo quoqꝫ benuolentiam surripiat necesse est. nichil enim illius benignitas parit: quando quidem cuncta necessitas administrat/ vt ipsum dei benefacere ex necessitate quodã modo sit/ nõ ex ipsius voluntate. nam si ex ipsius volũtate quędam fiunt/ vt ipse nulla necessitate claudatur: non omnia ex necessitate cõtingũt. Quis igitur tam impie sapiens: deum quoqꝫ necessitate cõstringat? ꝙ si qs omnia ex necessitate fieri dicat: ista quoqꝫ vis ipossibilitatis eueniet. quare ponẽdũ in rebus est casu quędam posse/ & voluntate effici/ & necessitate constrĩgi. Et ratio quę vtrũuis horum subruit: impossibilis iudicãda est. Non igitur immerito Aristoteles ad impossibilẽ rationem perduxit dicens & possibilitatem/ & casum/ & liberum arbitriũ deperire/ qđ fieri nequit: si omniũ futurarũ enũciationũ vna semper vera ẽ definite/ falsa semper altera definite. harũ enĩ definitã veritatẽ & falsitatẽ necessitas cõsequitur: quę & casum de rebus/ & liberũ subducat arbitrium. vnde nunc quoqꝫ idem repetit dicens nichil impedire/ vtrum aliquis ante mille annos aliquid futurũ esse dicat: an alius neget. Non enĩ qcq̃ facit dicere vel negare cuncta quę facienda sunt/ vel non facienda: sed si necesse est dicentem vel negantem res quoqꝫ affirmatas vel negatas subsequi/ etiã si illi nõ dicãt/ quę illis dicẽtibus euenire necesse erãt/ etiã nõ dicẽtibus euenire necesse est. dicit aũt hoc modo. ¶ At vero nec hoc differt si aliqui dixerint cõtradictionem vel non dixerint. manifestũ enĩ ꝙ sic se habẽt res: etiã si nõ hic quidẽ affirmauerit quid/ ille veto negauerit. nõ enĩ propter negare vel affirmare: erit/ vel nõ erit/ nec ĩ decies millesimũ annũ/ magis q̃ in quãtolibet tempore. Quare si ĩ omni tẽpore sic se habebat vt alterũ vere diceretur:

Ita enim dicit. Si omnis affirmationis & negationis vel in ijs quę in vniuerſalibus dicũtur vniuerſaliter/ vel in ijs quę ſunt ſingularia: neceſſe eſt oppoſitarum hanc quidem eſſe veram/ illam vero falſam. Alexander autem in ſingularibus/ & futuris dixiſſe eum arbitratur: tanq̃ ſi diceretur in ijs futuris quę in generatione & corruptione ſunt. Sunt enim quędã futura quę in generatione & corruptione nõ ſunt: vt qđ de ſole/ & luna/ & de cęteris cęleſtibus pronunciatur. hęc vero quę ſunt in rebus ijs quarũ eſt naſci & corrumpi natura: vnam ſemper nõ neceſſe eſt verã eſſe/ alteram falſam. Sed neutram ego improbo expoſitionem. vtręq; enim: verißima ratione firmantur. Omnis aũt ſenſus talis eſt illi⁹/ quo neceſſitatẽ ſolam in rebus imperare deſtruit Ariſtoteles. Omne enim qđ natura eſt: nõ fruſtra eſt. cõſiliari autem homines/ naturaliter habẽt. q⁹ ſi neceſſitas in rebus ſola dominabitur: ſine cauſa eſt conſiliatio. ſed cõſiliatio fruſtra nõ eſt. natura enim eſt. nõ igitur in rebus poteſt cuncta neceſſitas. Ordo autem ſe ſic habet. Quę ergo (inquit) cõtingunt incõueniẽtia hęc ſunt & huiuſmodi: alia ſcilicet quoniã qui eſt in rebus caſus/ euertitur. Alia vero quoniã poſſibilitas/ & liberi arbitrij volũtas amittitur. & hęc quomodo contingũt: ipſe ſecutus eſt dicens. Si omnis affirmationis & negationis vel in ijs quę in vniuerſalibus dicũtur vniuerſaliter/ vel in ijs quę ſunt ſingularia: neceſſe eſt oppoſitarum hanc quidẽ veram eſſe illam vero falſam. nichil autem vtrũlibet eſſe in ijs quę fiunt: ſed omnia eſſe & fieri ex neceſſitate. tunc enim incõueniẽtia illa cõtingunt: ſi omnis affirmatio vel negatio definite vera vel falſa eſt/ ſiue in ijs cõtradictionibus quę in vniuerſalibus angulariter fiunt/ ſiue in ſingularibus. Tunc enim nichil eſt vtrũlibet: ſed ex neceſſitate omnia/ quoniam veritatẽ & falſitatẽ propoſitionũ rerũ euentus ex neceſſitate cõſequitur. Quare (vt ipſe ait) nõ oportebit neq; conſiliari/ neq; negociari. quoniam ſi hoc facimus: erit hoc. ſi vero nõ hoc: nõ erit hoc. Euertit enim conſiliatio/ ſi fruſtra eſt. fruſtra autẽ eam dicit eſſe/ quiſquis in rebus ſolam ponit fati neceſſitatem. Cur enim quis conſilium habeat: ſi nichil ex eo qđ cõſiliatur efficiet/ cũ adminiſtret cuncta neceſſitas? quare nõ oportebit conſiliari: vel ſi quis conſiliatur/ negociari nõ debet. Negociari autẽ eſt actu aliquid/ & negocio agere/ non lucrũ: ſed aliquã cauſam vel actum. Nichil enim ipſe per actũ ſuum conſiliũ q⁹ expediet: niſi fati neceſſitas iubeat. Docuit autem quid eſſet conſiliatio per id qđ ait quoniam ſi hoc quidẽ facimus: erit hoc. ſi vero nõ hoc: nõ erit hoc. Ita enim ſemper fit conſiliatio. vt ſi ſit Scipio/ ita cõſiliabitur. Si in Aphricã exercitũ ducam: cladẽ Hannibalis ab Italia remouebo. ſin vero non ducã: nõ eripietur Italia. hoc eſt enim dicere. Si hoc faciam/ vt ſi in Aphricã exercitũ ducam: erit hoc/ ideſt eripietur Italia. ſi vero nõ hoc/ ideſt ſi hic manſero: nõ erit hoc/ ideſt nõ etipietur Italia. & in alijs omnibus rebus eodẽ modo. ſimul autem mõſtrauit i cõſilijs nõ eſſe neceſſitatem. Si enĩ hoc (inquit) faciam/ hoc erit: & ſi nõ hoc/ nõ erit hoc. q⁹ ſi neceſſitas eſſet i rebus: ſiue hoc qs faceret/ ſiue nõ faceret/ qđ neceſſe eſſet/ eueniret. quare qđ cõſilij ratione fit: non fit violentia neceſſitatis. adiunxit autẽ ei qđ eſt conſiliari negociari/ & eſt ordo hoc modo. Quare nõ oportebit neq; conſiliari/ quoniã ſi hoc facimus: erit hoc. ſi vero nõ hoc: nõ erit hoc. nichil enim prohibet in milleſimũ annũ hunc quidẽ dicere hoc futurum eſſe: hũc vero nõ dicere. Quare ex neceſſitate erit/ quodlibet eorũ verũ erat dicere tũc. neq; negociari/ ideſt actũ incipere atq; negociũ gerere. prior ẽ enĩ cõſiliatio/ poſterius negociũ. ſed negociũ poſt cõſiliationem poſuit: & cũcta quę ad cõſiliationis naturã addi oportebat/ poſt negationis ſubdidit interpoſitionẽ. Eſt autẽ ordo hoc modo. Si omnia (inquit) neceſſitas agit: non oportet cõſiliari/ quoniã ſi hoc facimus: proueniet hoc nobis. ſi vero hoc nõ facimus: non proueniet. Nichil enim prohibet fruſtra vnũ dicere: alterũ negare/ dicentẽ ſi hoc facimus/ hoc erit aut nõ erit. qđ enim venturũ eſt/ fiet: ſiue ille per conſiliũ cõiectet hoc poſſe fieri/ etiam ſi qđ aliud fecerit/ ſiue ille per conſiliũ neget hoc poſſe fieri etiam ſi hoc qđ dixit/ faciat. Ex neceſſitate enim futurũ eſt: quicquid vnus eorũ verũ dixerit. Q⁹ ſi conſiliari nõ oportet omnino: nec negociari oportebit/ ideſt nullũ incipere negociũ. Siue enim quis incipiat/ ſiue nõ incipiat: quicquid ex neceſſitate eſt/ ſine vlla dubitatione proueniet. quare nichil alter homo diſtabit ab altero homine. Eo enim meliores homines iudicamus: q⁹ meliores ſunt in cõſilio. ſed vbi conſiliatio fruſtra eſt cuncta neceſſitate faciente: homines quoq; inter ſe nichil differunt. ipſa enim conſiliatio nichil differt: vtrum bona an mala ſit/ cũ prouentus neceſſitas in fati adminiſtratione conſiſtat. quare ſi boni cõſilij homines/ laude digni ſunt/ mali cõſilij/ vituperatione: nõ aliter hoc erit iuſte/ niſi vt malus actus malũq; conſilium/ & ecõtra bonũ in noſtra ſit poteſtate & nõ in fato. Cum enim nulla ex neceſſitate cõſtringatur euentus rei: tũc & liberum arbitrium voluntatis eſt/ vt nõ ſit fatali ſeruiens neceſſitati. Ergo neq; qui in hoc mũdo ſimplices rerum ordines poſuere: recipiẽdi ſunt. & ij qui in permixta hac mũdana mole nõ permixtas quoq; actorum cauſas accipiunt: repudiandi. Nam neq; qui caſu omnia euenire dicunt/ recte arbitrantur: neq; qui omnia neceſſitatis violentia fingunt/ ſana opinione tenentur. neq; enim omnia ex libe

Alexãder.

Quid negociari.

In hac materia diſputat Boetius more eorũ q⁹ poſt Ariſtotelem diſputationis callẽ igreſſi ſunt. mare noſtrũ impuiã ad centrũ habet pfũditatẽ. hoc aũt ad circũferẽtiã vaſtitatem habet infinitã. videat q⁹ i hac materia diſputat: vt medio tutiſſi-

quod nobis videtur ratione iudicante profilimus. Nec omnia neceſſitatibus ſurripienda ſunt. Omnium namq; animalium genus in eo qđ animalia ſunt: ſubiectum eſt aliud naturę/ aliud cęleſtibus ſiderum curſibus/ aliud rationi quoq; mentis & animi cogitatiõi. Arbores namq; & animalia non rationabilia/ illa quidem tantum naturę ſubiecta ſunt. Pecora vero/ quia liberum arbitrium non habẽt: cęleſtium etiam decretis. Homines autem: & naturę/ & ſideribus/ & propriæ voluntati ſubiecti ſunt. Multa enim natura dominante: vel facimus/ vel patimur. vt mortem/ vel huiuſmodi habitudinem corporis. multa etiam ſecum rerum ipſarum neceſſitas trahit: vt ea quę cum facere volumus/ non tamen facere valeamus. multa autem dat voluntatis liberum arbitrium: quę nobis volentibus fiunt/ quę non fierent niſi vellemus. Vnde fit vt natura quę moꝫ eſt principium: & liberi arbitrij facultate/ & animi quoq; ratione participet. anima vero velut illigata corporibus/ quibus natura dominatur: imaginationibus & cupiditatibus & iracundię aroribus cęteriſq; quę afferunt corpora/ ex ipſa cui illigata eſt natura/ participat. Cuncti autem diuinę prouidentię ſubiecti/ ex illa quoq; diuinorum voluntate pẽdemus. itaq; nec cęleſtium neceſſitas tota ſubruitur/ nec caſum diſputatio hęc de reb⁹ eliminat: & liberum firmat arbitrium. ſed hęc maiora ſunt/ q̃ vt nunc digne pertractari queant. Sumus igitur & nos quoq; rerum principia: & ex noſtris conſilijs/ atq; actibus in rebus plura conſiſtunt. Qꝫ ſi ea quę per hanc rationẽ afferuntur/ perſpicua ſunt/ quod vero ponitur/ ideſt affirmationes & negationes omnes in futuro veras eſſe/ nõ æque perſpicuum eſt: cur dubitamus mendacem ſubterfugere rationis viam/ & tenere ea quę cum vera ſint/ tum manifeſta ſunt/ repudiatis ijs quę nec veritate vlla firma ſunt/ nec perſpicue clareſcunt. Et quoniam iam ſupra dixerat/ quare neq; conſultare oportebit/ neq; negociari: nunc hoc teddidit ad id qđ ait conſultare/ dicẽs nos eſſe principium futurorum/ & ab eo quod cõſultam⁹. ad id vero qđ ait neq; negociari: reddidit id quod ſubiecit/ ab eo qđ agimus.

Cęleſtium etiã decretis. hæc nõ ſunt decreta Aſtrologorum: ſed q̃ deus vni cuiq; naturę fixit/ ſeu moderãti⁹ ſideri⁹/ ſeu ãgeli⁹/ ſeu q̃buſuis alijs ita diſponente deo rebus.

» quare tanta breuitate oratio conſtricta eſt: vt in ea teneatur orationis ordiniſq; neceſſitas. ¶ Et
» quoniam eſt omnino in ijs quę non ſemper actu ſunt/ eſſe poſſibile/ & non eſſe ſimiliter: in quib⁹
» vtrumq; contingit & eſſe et non eſſe. quare & fieri/ et non fieri. & multa nobis manifeſta ſunt ſic
» ſe habentia. vt quoniam hanc veſtem poſſibile eſt incidi: & non incidetur/ ſed prius exteretur.
» ſimiliter autem & non incidi poſſibile eſt. non enim eſſet eam prius exteri: niſi poſſibile eſſet non
» incidi. quare & in alijs generationibus: quę ſecundum huiuſmodi potentiam dicuntur. manife-
» ſtum igitur eſt: quoniã non omnia ex neceſſitate vel ſunt/ vel fiunt. ¶ Sed alia quidẽ vtrũlibet:
» & nichil magis vel affirmatio vel negatio vera. Alia vero magis quidem in pluribus alterũ: ſed
» contingit fieri & alterum/ alterum vero minime. ¶ Cõtinuus quidem ſenſus eſt ex ſuperioribus hoc modo. ſupra enĩ ait/ ſiqdẽ hęc non ſunt poſſibilia/ ideſt vt omnia neceſſitas adminiſtret. videmus enim a nobis quoddam eſſe principium futurorum/ & a noſtris actibus atq; conſilijs. his illud addit/ quoniam ſunt aliqua quę poſſibilia ſunt eſſe cum non ſint/ & non eſſe cum ſint. hæc etiam ſimul auferentur: ſi neceſſitas in omnibus dominetur. & ſenſus quidem cum ſuperioribus ita coniunctus eſt. Quid autem habet argumentationis tota ſententia: hoc modo perſpiciendum eſt. poſſibile eſſe dicitur qđ in vtramq; partem facile naturę ſuę ratiõe vertatur: vt cum non ſit/ poſſibile ſit eſſe/ nec cum ſit vt non ſit/ res vlla prohibeat. ita ergo & qđ poſſibile dicimus: a neceſſitate ſeiungimus. Aliter enim dicitur poſſibile me eſſe ambulare/ cum ſedeam: aliter ſolẽ nũc eſſe in ſagittario & poſt paucos dies in aquarium tranſgredi. ita enĩ poſſibile iſtud eſt: vt etiã eſſe neceſſe ſit. poſſibile autem dicere ſolemus qđ & cum non ſit/ eſſe poſſit: & cum ſit/ non eſſe iterum poſſit. Si quis ergo omnia neceſſitati ſubtecerit: ille naturam poſſibilitatis intercipit. Tres ergo ſunt ſententię de poſſibilitate. ¶ Philo enim dicit poſſibile eſſe quod natura propria enunciationis ſuſcipiat veritatem. vt cum dico me hodie eſſe Theocriti bucolica lecturum: hoc ſi nichil extra prohibeat/ qãtum in ſe eſt/ poteſt veraciter prędicari. Eodem autem modo idem ipſe Philo neceſſarium eſſe definit: qđ cum verum ſit/ q̃tum in ſe eſt nunq̃ poſſit ſuſceptiuũ eſſe mẽdacij. Non neceſſarium autem eſſe determinat: quod q̃tum in ſe eſt/ poſſit ſuſcipere falſitatem. Impoſſibile vero: qđ ſecundũ propriam naturã nunq̃ poſſit ſuſcipere veritatem. Idem tamen ipſe/ & contingens & poſſibile vnum eſſe cõfirmat. ¶ Diodorus poſſibile eſſe determinat quod aut eſt aut erit. Impoſſibile quod cum falſum ſit: non erit verum. Neceſſarium quod cum ſit verum: non erit falſum. Nõ neceſſarium: quod aut iam eſt/ aut erit falſum. ¶ Stoici vero poſſibile quidẽ poſuerũt qđ ſuſceptibile eſſet verę prędicatiõis nichil ꝓhibentibus alijs/ q cũ extra ſint cũ ipſo tñ fieri cõtigũt. Impoſſibile aũt: qđ nullã vnq̃ ſuſcipiat veritatẽ/ alijs extra euẽtũ ipſius ꝓhibẽtibus. Neceſſariũ aũt: qđ cũ verũ ſit/ falſam ꝓdicationẽ nulla ratiõe ſuſcipiat. ¶ Sed ſi oia ex neceſſita-

Tres de poſſibilitate ſentẽtię. Philo

Diodorus

Stoici

» neceſſe erat hoc fieri. Et vnũquodq; eorum quę fiunt ſic ſe habebat/ vt ex neceſſitate fieret.
» ſi enim vere dixit quis quoniam erit: non poteſt non fieri. & quod factum eſt: verum erat di-
» cere ſemper/quoniam erit. ſiquidem hęc impoſſibilia ſunt. videmus enim eſſe futurorum prin-
» cipium/ & ab eo quod conſultamus: atq; aliquid agimus. ¶ Euentus neceſſariarum rerum
» Ariſtoteles non ex prædicentium veritate/ſed ex ipſarum rerum natura conſiderans/ ait q; li-
» cet neceſſe ſit quiſquis de re aliqua vere prædixerit/ rem quam ante pronunciauerit/ eue-
» nire: non tamen iccirco rerum neceſſitas ex prędicationis veritate pendet/ ſed diuinandi ve-
» ritas ex rerum potius neceſſitate perpẽditur. Non enim iccirco neceſſe eſt illud eſſe/ quoniã ve-
» rum aliquid prędictum eſt: ſed quoniam neceſſario erat futurum/ iccirco de ea re potuit ali-
» quid vere prędici. quod ſi ita eſt: eueniendi rei vel non eueniendi non eſt cauſa is qui prędicit
» rem futuram eſſe vel negat. Nõ enim propter affirmationem vel negationem eſſe neceſſe eſt:
» ſed iccirco ea eſſe neceſſe eſt/ quæ futura ſunt/ quoniam in natura propria habent neceſſita-
» tem quandam/ in quam ſi quis incurrerit/ verum prædixit. Ergo ſi quæcunq; nunc facta
» ſunt/ verum prius de his fuiſſet dicere quoniam erunt/ ſiue ille dixiſſet futura ea eſſe/ ſiue
» eadem rurſus futura eſſe minime protuliſſet: hæc quæ facta ſunt/ erunt ex neceſſitate futu-
» ra. non enim propter dicentem vel negantem in rebus neceſſitas eſt: ſed propter rerum ne-
» ceſſitatem/ veritas in pronunciatione vel falſitas inuenitur. quare ſi etiam ea quæ nunc
» facta ſunt/ vere potuiſſent prædici quoniam erunt: his ita poſitis/ rem neceſſe eſſet eueni-
» re/ ſiue illi prædicerent ſiue nõ. neceſſe eſt igitur id quod fit: ex neceſſitate eſſe futurũ/ & nichil
» omnino vtrumlibet in rebus eſt. nam q; ſi nichil neceſſitatem rerum adiuuat diuinatio/
» & nichil intereſt vtrum quis prædicet futurum eſſe aliquid an neget/ an nullus omnino ali-
» quid/ nec in affirmatione nec in negatione prædicet: manifeſtum eſt & quoniam de eo nul
» la diſtantia eſt/ ſiue quis ante quodlibet multum tempus aliquid euenturum vere eſſe præ-
» dixit/ ſiue ante quoſlibet paucos dies vel horas vel momenta. Nichil enim id intereſt ſiue
» quis ante mille annos prædiceret: q; ex neceſſitate rei euenturæ nichil moueret. qđ enim
» nichil intereſſet vtrum prædiceretur/ an non prædiceretur: nichil quoq; intereſt an iuxta prę-
» dicatur an longe. Quod ſi hæc ita ſunt/ & omnia quæcũq; euenerunt futura fuiſſe neceſſe eſt:
» totum liberum arbitrium perit/ totus caſus abſumitur/ rerum poſſibilitas propter neceſſi-
» tatem/ omnis excluditur. Simul autem Ariſtoteles prænunciationem euentumq; contin-
» gens/ rerum neceſſitatem ex ipſa propoſitionum veritate confirmat dicens. Si hæc ita
» ſunt/ vt in omni tempore ſe ſic habeat vnumquodq; quod factum eſt/ vt hoc ipſum vere prę-
» diceretur: neceſſe eſſet hoc fieri/ ideſt neceſſe eſſet quod prædictum eſt vere/ euenire. vnum-
» quodq; enim eorum quæ fiunt/ & vere prædicuntur ſic ſeſe habet: vt ex neceſſitate fiat.
» hoc autem cur fiat: hæc ratio eſt. Quod enim vere quis dicit: fieri neceſſe eſt. Illa enim ve-
» ritas: ex neceſſitate rerum procreatur. q; ſi etiam id quod factum eſt veraciter pronuncia-
» retur futurum: nulla eſſet dubitatio omnia ex neceſſitate prouenire. Qz ſi hoc inquit impoſ
» ſibile eſt (videmus enim quaſdam res ex principio liberi arbitrij/ & ex noſtrorum actuum
» fonte deſcendere) quid dubitam⁹/ friuolã rationem omniũ rerũ neceſſitatis excludere/ & de-
» lectum humanę vitæ interpoſitione neceſſitatis non abſumere? quæ enim erit vlla diſcretio
» inter homines: ſi liberi arbitrij iudicium perit? cur poſtremum leges conditæ? Cur rei publi-
» cę iura? Cur reſpõſa ſunt? Cur iſtituta? Cur mores publici/ & priuati actꝰ cõſtitutiõibus prin-
» cipũ/ & iudiciorũ nexibus continentur: ſi certũ eſt nichil humanis licere ꝓpoſitis? fruſtra
» enim cuncta ſunt: ſi liberum arbitrium non eſt. leges enim & cætera ad continendos ani-
» mos hominum condita ſcimus. Qz ſi ſe/ ipſi animi non regunt/ & eos aliqua quædam vi-
» olentia neceſſitatis impellit: dubium non eſt/ quin vacuæ iſtæ leges ſint quæ nichil ſpon-
» te facientibus proponuntur. Sed hæc q̃ ſint impoſſibilia ipſe Ariſtoteles probat: cuius re-
» cta ſententia neq; caſum neq; neceſſitatem/ neq; poſſibilitatem in vtra q; parte naturæ neq;
» liberum tollit arbitrium: ſed cuncta permiſcẽs rebus plurimis/ arbitratur mundũ compoſitũ
» non ſimplici vel caſu/ vel neceſſitate/ vel liberę volũtatis iudicio contineri. Qz ſi hęc non ſunt
» poſſibilia (videmus enim nos eſſe principiũ futurorum & ab eo quod conſiliamur atq; agim⁹
» aliquid) ipoſſibilia (inquit) iſta ſunt vt oia ex neceſſitate prouenianꝫ. Sumus eni quorũdã nos
» ipi quoq; pricipia: & anim⁹ noſter ratiõe format⁹/ actioneſq; noſtrę ea ratiõe directę/ q̃rũdã re-
» rũ pricipiũ tenẽt. Sic eni id qđ ī nobis ẽ habere dicimur: cũ nullo extra ipediẽte vel cogẽte/ ad

quib⁹ carere poſſunt. Et illa quidē neceſſaria qualitas informat vniuſcuiuſq; ſubſtātiā. illa enī eſt qualitas: cū ipſa materia ex natura cōiūcta eſt. Iſtę vero alię qualitates extra ſunt: q̄ admitti poſſunt & nō admitti. atq; hinc eſt generatio & corruptio. Ex natura ergo & ex materia iſta: i rebus non neceſſaria poſſibilitas venit. qua in re caſus quoq; aliquando ſubrepit: quę ē indeterminata cauſa & ſine vlla ratione cadens. Neq; enim caſus natura eſt quę fruſtra nichil efficit/ nec liberū eſt caſus arbitrium/ quod in iudicio & ratione conſiſtit: ſed extra eſt caſus/ qui propter aliam rem quibuſdam factis ipſe ſubitus & impulſus exoritur. Et ex hac autem quę eſt vtrumlibet poſſibilitate: etiam illa liberi arbitrij ratio venit. ſi enim non eſſet fieri aliquid poſſibile/ ſed omnia aut ex neceſſitate eſſent/ aut ex neceſſitate non eſſent: liberum arbitrium non maneret. recte igitur nec omnia caſu vt Epicurus/ nec omnia neceſſitate vt Stoicus: nec rurſus omnia libero arbitrio fieri propoſuit. ſed cuncta pmiſcens in permixto mundo/ permixtas quoq; rerum cauſas eſſe propoſuit: vt aliq; quidem ex neceſſitate/ aliq; vero caſu/ vel libero arbitrio/ vel poſtremo poſſibilitate contingerent. quorum omnium vnū nomen eſt vtrumlibet vel in caſu/ vel i voluntate/ vel i poſſibilitate. ſed horum diuiſionem fecit. Nam eorum quæ ſunt vtrumlibet: alia ſunt quę æqualiter ad affirmationem & negationem ſe habent. vt eſt lecturū me eſſe hodie Virgilium/ & nō lecturū. Vtroq; enī modo vtrūq; eſt. hoc eſt enim qđ ait/ & nichil magis vel affirmatio vel negatio vera. æqualiter enim & poſſum legere Virgiliū nunc: & poſſum non legere. Alia vero ſunt quæ non ſe æqualiter habent: ſed quā q̄ in vna re frequentius eueniunt/ non tamen prohibitum eſt in altera prouenire. vt in eo quod eſt hominem in ſenecta caneſcere. In pluribus quidē hoc cōtingit/ ſed contingit fieri & alterum ideſt vt non caneſcat/ alterum vero minime ideſt vt caneſcat. Ita ergo ex poſſibilitate/ & caſu/ & libero arbitrio: contradictionem in vna parte de futuro definite non eſſe veram vel falſam per firmiſſimam & validiſſimam argumentationem conſtituit. His autem adiecit hoc. ¶ Igitur eſſe quod eſt: quādo eſt/ & non eſſe quod non eſt: quādo non eſt/ neceſſe eſt. ſed non omne quod eſt: neceſſe eſt eſſe/ nec quod nō eſt: neceſſe eſt non eſſe. non enim idem eſt/ omne quod eſt/ neceſſario eſſe quando eſt: & ſimpliciter ex neceſſitate eſſe. ſimiliter autem et in eo quod nō eſt. ¶ Duplex modus neceſſitatis oſtenditur. vnus/ qui cum alicuius accidentis neceſſitate proponitur: alter qui ſimplici prædicatione profertur. vt cum dicimus ſolem moueri neceſſe eſt. non enim ſolem quia nunc mouetur: ſed quia nunq̄ non mouebitur/ iccirco in ſolis motu neceſſitas venit. Alter vero qui cum conditione dicitur: talis eſt. vt cū dicimus Socratem ſedere neceſſe eſt cum ſedet: & non ſedere neceſſe eſt/ cum non ſedet. Nam cum idem in eo dē tempore ſedere & non ſedere non poſſit: quicunq; ſedet non poteſt nō ſedere tunc cum ſedet. Igitur tunc quando quis ſedet/ eum ſedere neceſſe eſt. fieri enim nō poteſt vt cum ſedet non ſedeat. Rurſus quando quis non ſedet: tunc cum non ſedet/ non ſedere eum manifeſtum eſt. Non enim poteſt idem ſedere & non ſedere. & poteſt iſta eſſe cum cōditione neceſſitas: vt cum ſedet aliquis tunc cum ſedet ex neceſſitate ſedeat/ & cū nō ſedet/ tunc cum nō ſedet/ ex neceſſitate non ſedeat. ſed iſta cum conditione quæ proponitur neceſſitas: nō illam ſimplicem ſecum trahit. Non enim quicunq; ſedet ſimpliciter: eum ſedere neceſſe eſt/ ſed cum adiectione ea q̄ ē/ tunc cum ſedet. At ſolem dicimus neceſſe eſt moueri/ nec hoc addimus/ vt ſolē moueri neceſſe ſit cum mouetur: ſed tantum ſimpliciter dicimus ſolem moueri neceſſe eſt. & hęc neceſſitas ſimpliciter de ſole dicta/ veritatē in oratione perficiet. At vero illa quę cū cōditione dicitur/ vt cum dicimus Socratem ſedere neceſſe eſt tunc cum ſedet: id qđ proponimus tunc cum ſedet/ & hanc conditionem temporis ſi a propoſitione diuidimus/ de tota propoſitiōe veritas perit. Nō enim poſſumus dicere quoniam ex neceſſitate Socrates ſedet. poteſt enim & non ſedere habet enim quandam conuenientiam & cognationem poteſtas Socratis: ſicut ad ſedēdum/ ſic etiam ad non ſedēdum. Ergo id quod dicimus ex neceſſitate Socratem ſedere tūc cum ſedet: ad accidens reſpicientes proponimus. Nam quando accidit Socrati ſedere/ & eo tempore quo accidit: ei non accidiſſe non poteſt. ſic enim fiet vt eadem res/ & accidat vno eodēq; tempore & nō accidat: quod impoſſibile eſt. Iccirco accidens eius inſpicientes/ dicimus neceſſe eſt Socratem ſedere: ſed non ſimpliciter/ ſed tunc cum ſedet. Et ſicut ſimpliciter ethiopem dicere eſſe candidū falſum eſt: verum tamen eſt in aliquo eſſe candidum (in oculis enim & dentibus illi candor ineſt) ita quoq; falſum eſt Socratem ex neceſſitate ſedere ſimpliciter: verū autem eſt hanc neceſſitatem in aliquo quodam ponere/ & non ſimpliciter prædicari/ vt dicamus tunc cum ſedet. quēadmodum enim in ſole dicimus quoniam ſolem moueri neceſſe eſt ſimpliciter: ſi ita dicamus Socratem ſedere neceſſe eſt/ falſum eſt. ſin vero marmoreum Socratem dicamus/ quoniam marmoreum Socratem ſedere neceſſe eſt/ ſi fortaſſe ſedens formatus ſit: verum eſt & ſimpliciter de tali Socrate neceſſitas poterit prædicari. de ipſo autē Socrate ſimpliciter talis neceſſitas nō dicī. Neq; enī fieri poteſt: vt Socrates ex neceſſitate ſedeat/ niſi fortaſſe cū ſedet. tūc enī cum

te fiunt: in Diodori ſententiam non rectam ſine vlla dubitatione veniendum eſt. Ille enim arbitratus eſt ſi quis in mari moreretur: eum in terra mortem non potuiſſe ſuſcipere. qđ neq; Philo/ neq; Stoici dicũt. ſed quãq̃ iſta non dicũt: tamen ſi vnam partem contradictionis euentu neceſſitatis metiuntur/ idem cum Diodoro ſentire coguntur. Nam ſi quis in mari mortuus eſt: illũ neceſſe fuit ī mari necari. impoſſibile enim eum fuit in terra mortem ſuſcipere: quod falſum eſt. atq; hæc omnia impoſſibilia ſubire cogũtur. quicunq; enim definite alteram cõtradictionis partem in futuro veram eſſe contendunt: ſolam neceſſitatem in rebus inducunt. Neq; enim ſi quis naufragio periſt in pelago: iccirco ſi nunq̃ nauigaſſet immortalis in terra futurus fuiſſet. At vero non ex euentu rerum: ſed ex natura euentus ipſos ſuſcipientium propoſitionum cõtradictiones iudicandę ſunt. Si enim michi omnia ſuppetunt nunc/ vt Athenas eam: etiam ſi non vadã/ poſſe tamen me ire manifeſtũ eſt. & cum iuero: potuiſſe non ire. Id quoq; apud eos qui euentus ex rerum natura recta ratione diiudicant/ indubitatũ eſt. non ergo idem e poſſibile: vt ſit neceſſarium. Sed quãq̃ qđ neceſſarium eſt poſſibile eſt: eſt tamen alia quędam extrinſecus poſſibilitatis natura/ quæ & ab impoſſibili/ & a neceſſitate ſeiuncta eſt. Ariſtoteles enim hanc habens opinionem de his: quę ſemper neceſſe eſt eſſe/ ea putat nullam habere ad contraria cognationẽ. vt nix quoniam ſemper eſt frigida: nunq̃ calori coniuncta eſt. Ignis quoq;/ nunq̃ frigori cognatus eſt: iccirco quoniam ſemper in frigoris contrarietate verſatur/ ideſt in calore. Ergo omnia quęcunq; ſunt neceſſaria: nullam ad contrariorum qualitatem/ quam ipſa retinet/ habent cognationẽ. Qz ſi aliquã cognationem haberet ignis ad frigus: fruſtra eſſet illa cognatio. nunq̃ enim ignis ſe in frigoris qualitatem verteret. ſed nouim⁹ nichil proprium natum fruſtra/ naturam ſolere perficere. Ergo illa ſunt poſita neceſſaria: quęcunq; ad contraria nullam habent cognationem. quæcunq; autem habent: illa ſunt non neceſſaria. Sed quoniam ad vtramq; partem contrarietatis naturali quadam cognatione videntur eſſe coniuncta: iccirco ad vtramq; partem eorum euentus poſſibilis eſt. vt lignũ hoc. poteſt eni ſecari: ſed nichilominus tamẽ habet ad cõtraria cognationem. poteſt enim non ſecari. & aqua quidem poteſt caleſcere: ſed nichil eam prohibet & frigori quoq; eſſe coniunctam. Et vniuerſaliter dicere eſt/ quæcunq; neq; ſemper ſunt/ neq; ſemper non ſunt/ ſed aliquoties ſunt/ aliquoties non ſunt: ea per hoc ipſum quod ſunt & nõ ſunt habent aliquam ad contraria cognationẽ. Hæc autem impoſſibilium & neceſſariorũ media ſunt. Impoſſibile enim nunq̃ eſſe poteſt: neceſſarium nunq̃ non eſſe. inter hæc propria quorũdam natura eſt: quæ horum vtrorumq; ſit media/ quæ & eſſe ſcilicet poſſit & non eſſe. ergo hoc nunc dicit. videmus (inquit) in iſs quæ nõ ſemper actu ſunt. Illa vero non ſemper ſunt actu: quæ vtraq; contraria habent cognationem. ignis ſemper actu calidus eſt: aqua vero non ſemper. Quocirca videmus in iſs quæ non ſemper ſunt actu: eſſe quędam poſſibilia eſſe & nõ eſſe/ ideſt vt & ſint & non ſint. qđ in iſs euenit in quibus vtrumq; contingit/ ideſt eſſe & non eſſe. vt aquam & eſſe calidam & non eſſe/ fieri quoq; & non fieri calidam. Multaq; nobis perſpicua ſunt ita ſe ſe habẽtia: vt in vtramq; partem euentus ſine vllo alicuius rei impedimento vertatur. vt veſtem poſſibile ẽ quidẽ ſecari: ſed fortaſſe ita contingit/ vt non ante ferro diuidatur/ q̃ eam exterat vetuſtas. & hoc fieri poteſt: vt quęlibet veſtis non ferro potius minutatim pereat/ q̃ vſu ipſo exteratur. Similiter autem non ſolum eam ſecari poſſibile eſt: ſed eam prius exteri q̃ ſecari. non enim eſſet poſſibile nõ ſecari/ niſi prius eſſet poſſibile exteri. Cũ eni exteritur: nõ ſecat. hoc aũt in qbus euenit: vniuerſaliter mõſtrat. Euenit hoc nãq; in facturis. facturę autẽ ſunt: in qbuſcũq; generatio eſt atq; corruptio. Siue eni qđ natura fiat ſiue arte: in his a facięndo factura dicit. In his ergo facturis: alia poteſtate quidẽ ſũt/ alia actu. vt aqua quidẽ eſt calida poſſibilitate. poteſt eni fieri calida. frigida autem actu eſt. eſt enim frigida a natura. hoc autẽ actu & poteſtate fieri: ex materia venit. Nam cum ſit materia cõtrarietatis ſuſceptrix/ & ipſa in ſe vtriuſq; cõtrarietatis habeat cognationem: ſi ipſa per ſe cogitetur/ nichil eorum habet quę in ſe ſuſcipit/ & ipſa quidem nichil actu eſt/ omnia tamen poteſtate. Suſcipiens autem contraria quãq̃ vnam habet contrarietatem: habet tamen & alteram ſimul/ ſed non actu. vt in eadem aqua. huius enim materia: & caloris ſuſceptrix eſt & frigoris. ſed cum vtrumlibet eorum ſuſceperit vel calorem vel frigus: eſt quidem ſi ita contingit calida/ eſt etiam ſimul & frigida/ & non eodem modo. Nam fortaſſe actu calida eſt: frigida poteſtate. ergo qđ poteſtate eſt in rebus: ex materia venit. Propterea diuinis corporib⁹ nichil omnino eſt poteſtate: ſed oẽ actu. vt i ſole nũq̃ eſt lumẽ poteſtate: ſed actu. nec poteſtate qdẽ vlla obſcuritas/ vel toto celo nulla ges. ita ergo ſcie habẽt ex materia vt oĩa ipa eſſẽt poteſtate: nichil aũt actu introducta. ſed natura quę i ipſa materia eſt/ ſingulos pro ratiõe diſtribuit motus/ & ſingulas qualitatũ ꝓprietates ſingulis materiæ partibus ponit: vt alias quidẽ natura ipſa neceſſarias res ordinauerit/ ita vt q̃diu res illa eſſet eius in ipſa proprietas ꝑmaneret/ vt igni calor. Nam q̃diu ignis eſt: tandiu ignem calidum eſſe neceſſe eſt, aliis vero rebus tales qualitates appoſuit:

& indefinito ꝓuentu ſit.quę autem eſſent huiuſmodi res/quarū euentus vari9 indefinituſq; cō-
ſtaret:planiſſime demōſtrauit dicens/qđ contingit in ijs quę non ſemper ſunt/ & non ſemper nō
ſunt.Ea enim ſunt in quibus contingit vtrumlibet/quæ neq; ſemper ſunt(poſſunt enim corrum
pi)neq; ſemper non ſunt.poſſunt enim generari & fieri. hæc enim ſunt quæ habent ad oppoſita
cognationem / ſicut in ipſa propria ſubſtantia rerum ipſarum euētus docet.Nam eſſe ad nō eſſe
oppoſitum eſt.qđ autem non fuit/ & generatur/ & fit:ex eo quod non fuit/eſt.habuit igitur i hoc
ad eſſe & non eſſe ideſt ad oppoſita cognationem. Si vero idem ipſum qđ eſt/ corrumpatur:ex
eo qđ fuit/non erit.habebit igitur rurſus ad oppoſita cognationem.Quare & ſicut harum quæ
ſunt in generatione & corruptione / rerū prouentus indefinitus eſt:ita quoq; & cōtradictionum
partes/ quāq; in tota contradictione vna vera eſt/ altera falſa.Indefinitum enim & indiſcretū eſt:
» quę vna harū vera ſit/ quę altera falſa. ¶ Horū eni neceſſe eſt alterā partē contradictionis verā
» eſſe vel falſam:non tamen hanc vel illam/ ſed vtrumlibet.& magis quidem veram alteram: nō
» tamen iam veram vel falſam.Quare manifeſtum eſt quoniam non eſt neceſſe omnis affitmatio-
» nis vel negationis oppoſitarum:hanc quidem veram/illam autem falſam eſſe. ¶ Docuit ſupra
nos/in ijs quę vtrumlibet ſunt rebus/ contradictionis vnā partem non eſſe definite veram/ falſā
vero eſſe alteram definite:nunc a frequentiori & a rariori argumētum trahit.Supra namq; mō-
ſtrauit eſſe quaſdā res quę frequētius quidem contingunt:non tamen intercluſum ſit/ vt et oppo
ſita nō aliquando cōtigant. Contingūt enim etſi rarius infrequentiuſq; contingant. Ergo in ijs
quæcunq; in pluribus eueniunt/ non neceſſe eſt vnam veram eſſe/ alteram falſam : iccirco quo-
niam quicunq; dixerit hominem in ſenecta caneſcere/ & hoc ex neceſſitate eſſe protulerit/ men-
tietur. poteſt enim et non caneſcere . Si in iis ergo non eſt definite vna vera /altera falſa/in qui
bus vna res frequentius venit /rarius altera:multo minus in ijs in quib9 oppoſitorum euentus
equalis eſt.& verum eſt quidem dicere quoniam hoc contingit frequentius : nō tamen omnino
quoniā cōtingit/iccirco q; licet rarius/ tamē cōtingit oppoſitum.Q; ſi neq; in ijs quę in pluribus
prędicantur vna definite vera eſt/ altera falſa/ & multo minus in ijs quorum æqualiter indiſcre-
tus euentus eſt : manifeſtum eſt in futuris & contingentibus propoſitionibus non eſſe veram
vnā/alteram falſam. hoc enim in principio vt monſtraret/ validiſſima argumentatione conten
» dit. ¶ Non enim quemadmodum in ijs quę ſunt:ſic ſe habent & in ijs quę nō ſunt quidem/ poſ-
» ſibilibus tamen eſſe vel non eſſe/ſed quemadmodum dictum eſt. ¶ Ad diuiſionem temporum i
principio factam totam reuocat quęſtionem.Ait enim prius propoſitiones eas quę fierēt : aut in
præſenti/aut in futuro/aut in pręterito prædicari/ & eas quidem quæ de pręterito / vel præſenti
dicerentur/ definitam veritatem vel falſitatem habere/ ſiue in ſempiternis & diuinis rebus dice-
rentur/ ſiue in naſcentibus & moriētibus/ in quibus vtrumlibet contingeret/ vt haberent ad op
poſita cognationem.in futuris vero ſi de diuinis quidem rebus aliquis & imutabilibus loquere-
tur:eodem modo vnam veram definite/ alteram falſam eſſe definite. Non enim habent huiuſ-
modi/ naturę ad oppoſita cognationem.In ijs autem quę in generatiōe & corruptione eſſent de
futuro prędicatis vel affirmatiue vel negatiue :non eundem eſſe modū veritatis definitę/ ſed to-
tius quidem cōtradictionis vnam partem veram eſſe/ alteram falſam/ definite autem vnam ve-
rā/ & definite alteram falſam minime.Nunc autem non vtraq; tempora poſuit preſens ſcilicet &
præteritum:ſed tantum præſens.dixit nanq; / nō enim quemadmodum in ijs quę ſunt / ideſt q̄
præſentia ſunt.Quod vero ait i ijs quæ nō ſunt quidem poſſibilibus tamen eſſe:de futuris loquit
quę cum non ſint/ tamen eſſe poſſunt. Non enim ſic ſe habet in preſenti prędicta propoſitio:quē
admodū in futuro/in ijs ſcilicet quę vtrumlibet ſunt/ & in generatione & corruptione cōſiſtunt.
in illis enim ideſt preſentibus & preteritis:definite vna vera eſt/ altera falſa.in ijs vero ideſt futu
ris & contingentibus:veritas & falſitas propoſitionum nulla definitione conſtringitur.ſed quo-
niam de futuris propoſitionibus Ariſtotelicam ſentētiam quantum facultas fuit/ diligenter ex-
preſſimus:prolixitatem voluminis terminemus.

¶ TERTII LIBRI COMMENTA-
RIORVM.II.EDI.BOE.
FINIS.

ſedet/quoniam ſedet & nō poteſt non ſedere: ex neceſſitate ſedet. alioqui ex neceſſitate nō ſedet ſimpliciter: ſed contingenter. poteſt eni ſurgere. Qđ autē ex neceſſitate ſimpliciter/ ē: illā pmutare nō poteſt neceſſitatē. vt qñ ſimpliciter ſolem moueri neceſſe ē: ſol ſtare nulla ratiōe poteſt. hoc igit Ariſtoteles dicit. oē qđ eſt qñ eſt/ & oē qđ nō eſt quādo nō eſt: eſſe cū cōditiōe & nō eſſe neceſſe eſt. ſed non ſine cōditione aut eſſe aut nō eſſe ſimpliciter. hęc enim ſolis illis neceſſitatibus attributa ſunt: quęcūq; nullius potentię aut cognationis ad oppoſita ſunt. vt ſol ad quietem/ vel ignis ad frigus. Neq; eni idē ē inqt Ariſtoteles ex neceſſitate eſſe aliqd cū quādo eſt conditione/ vel nō eſſe cū quādo non eſt: & ſimpliciter dicere oīa ex neceſſitate eē/ vel non eſſe. illud eni conditione verum fit: in hac ſimplicitatis natura efficit veritatem. Similiter autē (inquit) & in eo qđ non eſt/ idem eſt. Non enim omne qđ non eſt/ non eſſe neceſſe eſt: ſed tunc cum non eſt/ tunc nō eſſe neceſſe eſt. & hoc in conditione rurſus/ nō ſimpliciter. Duabus igitur neceſſitatibus demonſtratis vna ſcilicet conditionali/ altera ſimplici: rurſus ad contradictionem de futuro/ contingentiq; reuertitur. ¶ Et in contradictione eadem ratio eſt. eſſe quidem vel non eſſe omne neceſſe eſt: & futurū eſſe vel non. nō tamē diuidētem: dicere alterum neceſſarium. dico autem vt neceſſe eſt futurum eſſe bellum nauale cras/ vel non futurum eſſe. ſed non futurum eſſe cras bellū nauale/ neceſſe eſt: vel non futurum eſſe. futurum autem eſſe vel non eſſe: neceſſe eſt. ¶ Planiſſime quę ſententia haberetur de contingentibus propoſitionibus & futuris expoſuit/ dicens in his totam quidem cōtradictionem dictam/ vnam quālibet partem veram habere/ alteram falſam: ſed non vt aliquis diuidat atq; reſpondeat hanc quidem ex neceſſitate eſſe veram/ illam vero ex neceſſitate eſſe falſam/ vel in eo quod dicimus ſol hodie occidet/ ſol hodie non occidet. facillime eni in his aliquis diuidens dicit/ quoniā ſolem hodie occidere ex neceſſitate eſt verū: nō occidere ex neceſſitate falſum. Ita & ſeſe habet diuinorū corporū ratio & natura: vt in his nulla cognatio ſit ad oppoſita. atq; ideo vel qđ ſunt/ ex neceſſitate ſunt: vel qđ nō ſunt/ ex neceſſitate nō ſūt. Ea vero q̄ in generatione & corruptiōe ſunt: nō ſunt ita. eteni habēt hoc ipſo q̄ gignunt & corrumpuntur/ ad oppoſita cognationem. atq; ideo in his non eſt vnam partem cōtradictionis aſſumere/ & eam neceſſario eē prędicare: & rurſus aliam neceſſario non eſſe proponere. q̄ is totius contradictionis vna quęlibet pars vera ſit/ altera falſa: ſed incognite & indefinite/ & non nobis/ verum natura ipſarum rerum quę proponūtur dubitabilis. vt in ea ꝓpoſitione quę eſt Socrates hodie lecturus eſt/ Socrates hodie lecturus non eſt: totius quidē contradictionis vna vera eſt/ altera falſa. aut enim lecturus eſt/ aut non lecturus: & hoc confuſe & in tota oratione imperſpectum. ſed nullus poteſt diuidere & reſpōdere quoniam vera eſt lecturum eum eſſe: vel certe quoniam eſt vera non eum eſſe lecturum. Hoc autem nō q̄ audientes/ de futuro neſciamus: ſed q̄ eadē res & eſſe poſſit & non eſſe. alioqui ſi ex noſtra ſcientia hoc eueniret/ & non ex ipſarum rerum variabili & indefinito prouentu: illa rurſus impoſſibilitas contingeret/ vt omnia neceſſitas adminiſtraret. Non enim propter ſcientiam noſtram quod ex neceſſitate eſt: euenturum eſt. ſed etiam ſi nos neſciamus: erit tamen alicuius rei euētus conſtitutus/ & indubitanter illam rem futuram eſſe neceſſe eſt. Ergo quoniam hoc fieri non poteſt/ et ſunt quędam quę non ex neceſſitate proueniant/ ſed contingenter: in his quāq̄ totius contradictionis in qualibet eius parte veritas inuenitur aut falſitas/ non tamen vt aliquis diuidat & dicat hanc quidem veram eſſe/ illam vero falſam. quod huiuſmodi monſtrauit exemplo. Cras enim bellum nauale fieri/ aut nō fieri neceſſe eſt: nō tamē ex neceſſitate fiet cras/ aut ex neceſſitate nō fiet cras. at vt poſſit aliquis diuidere & prędicare dicens cras fiet/ vt hoc vere dicat & ita ex definito cōtingat/ vel rurſus cras non fiet/ & hoc eodem modo proueniat: hoc fieri non poteſt/ ſed tamen indefinite quęcūq; vna pars contradictionis vera eſt/ altera falſa/ ſed quę euenerit. Euentus autem ipſorum indiſcretus eſt. & illud enim & iſtud poterit euenire. hoc autem iccirco eſt quoniam non eſt ex antiquioribꝰ quibuſdā cauſis pendens rerum euētus/ vt quędam quodā modo neceſſitatis catena ſit: ſed potius hęc ex noſtro arbitrio & libera volūtate fūt/ i qbus ē nulla neceſſitas. q̄ ſi (inqt) ſimiliter oratiōes verę ſūt/ quēadmodū & res. hoc ſūpſit a Platone q̄ dixit ſimiliter ſe habere oratiōes rebꝰ/ & cognatas quodam modo eſſe in ipſa ſignificatiōe) ſi ſint res impermutabiles & ratione ſtabili permanentes/ oratio quoq; de his vera eſſet et neceſſaria. ſin vero eſſēt res quę varietate naturę nūq̄ perpetuo permanerent: in orationibus quoq; fixa veritas non eſſet/ & nulla per huiuſmodi orationes demonſtratio proueniret. hoc ergo ſumens Ariſtoteles vt optime dictum/ ait. ¶ Quare cū ſimiliter orationes verę ſint/ quemadmodum & res: manifeſtum eſt quoniam quęcunq; ſic ſe habent vt vtrumlibet ſint/ & contraria contigāt/ neceſſe eſt ſimiliter ſe habere & contradictionem. quod contingit in ijs: quę non ſemper ſunt vel non ſemp non ſunt. ¶ Neceſſe eſt ita contradictionem ſe habere/ quę de illius naturę inſtabilibꝰ atq; indefinitis rebus eſt: q̄ ſi res ſint dubitabiles/ & indefinito variabiliq; puētu/ cōtradictio quoq; quę de his rebus fit/ variabili

ambulat.non autem verum eſt dicere quoniam homo ambulat/niſi ipſe homo ambulet.& ſecundum definitionem ergo potius & proprietatem videntur diſcrepare:q̄ ſecundum aliquā totam quantitatē/vel partem quantitatis.vel rurſum ſecundum aliquā qualitatē.Nam ſicut poſterius demōſtrabitur/ea quę dicit nō homo ambulat:affirmatio potius q̄ negatio eſt,atq; hæc hactenus prędixiſſe ſufficiat.

¶LIBER SECVNDVS PERIHERMENIAS ARISTOTELIS.

¶DE ENVNCIATIONIBVS INFINITIS. Cap.I.

Hic nō nouī libri incęptio apud Ariſtotelē eſt: ſed (vt & prius ī p̄cedenti ædītione notauimus)ī duos libros cōmunem ſcholę ſecuti conſuetudinem/ptitiſumus

QVoniam autem eſt aliquid de aliquo affirmatio ſignificans:hoc autem vel nomen eſt vel innominatum/vnū autē oportet eſſe & de vno id quod ēin affirmatione(nomen autem dictum eſt & innominatum prius. non homo enim nomen quidem non dico:ſed nomē infinitum.vnum enim ſignificat aliquo modo infinitum nomen. quemadmodum & non ſanatur non verbum ſed infinitum verbum)erit omnis affirmatio & negatio: vel ex nomine & verbo/vel ex infinito nomine & verbo.Prēter verbum autē nulla affirmatio vel negatio eſt.eſt enim vel fuit/vel erit/vel fit/vel quecunq; alia huiuſmodi verba:ex ijs ſunt quę poſita ſunt.conſignificant enim tēpus. ¶Quare prima eſt affirmatio & negatio.eſt homo.non eſt homo.deinde eſt non homo.non eſt non homo.Rurſus eſt omnis homo.non eſt omnis homo.eſt omnis non homo.non eſt omnis nō homo. Et in ijs (quę extriſecus ſunt)tēporibus eadem ratio eſt. ¶In ſecundo (vt arbitror) libro p̄diximus omnem enunciationem ſimplicem/ideſt prędicatiuam ex ſubiecto & prędicato conſiſtere. quorū ſemper prædicatū aut verbum eſſet/aut qđ idem poſſet tanq̄ ſi verbi dictio poneretur.vt cum dicimus/homo ambulat:verbum ponitur.cum vero dicim⁹ homo rationalis:ſubaudiatur hic verbum eſt/vt totus intellectus ſit homo rationalis eſt.quocirca neceſſe eſt: aut verbum ſemper eſſe qđ prędicatur/aut qđ ſit verbo conſimile/idemq; in enūciationibus poſſit.qđ vero ſubiectum eſſet:aut omnino nomē eſſet/aut qđ vice nominis fungeretur. Quocirca illud maxime colligendum eſt:omne in categorica propoſitione ſubiectum eſſe nomen/omne vero prędicatum verbum.Sed quoniam cum de nomine loqueretur/aliud quoddam nomē introduxit qđ vt ſimpliciter quidem & per ſe nomen non eſſet, infinitum tamen nomen vocaretur:id cū negatiua particula proferretur.omnis autem propoſitio:ex nominis ſubiectione conſiſtit. Eſt aūt categorica propoſitio:quę aliquid de aliquo prędicat vel negat/& de quo prędicat quidem nomen eſt.Quādoqdē in nomine/ infinitū etiā nomē dicitur: neceſſe eſt vero ſemper categoricā propoſitionem aut nomen habere ſubiectū/aut illud qđ infinitum dicitur.Infinitum vero nomē eſt/qđ ipſe nūc innominatum vocat.Omnis ergo propoſitio prędicatiua:in duas diuiditur ſpecies.aut enim ex infinito nomine/ſubiectum eſt:aut ex ſimplici & finito.Ex ifinito quidem: quemadmodum cum dico/nō homo ambulat,ex finito autem & ſimplici: vt homo ambulat. Huius autem quę ex finito & ſimplici eſt: ſpecies ſunt duę.quę/aut vniuerſale nomen ſubijcit vt homo ambulat:aut ſingulare/vt Socrates ambulat.quare ita fit diuiſio. ¶Omniū enūciationū ſimplicium/quę duob⁹ terminis conſtant:alię ſunt ex infinito nomine ſubiecto/alię vero ex finito & ſimplici.Earū quę ſimplex habent ſubiectum:alię ſunt quę vniuerſale ſimplex ſubijciunt/alię quę ſingulare.Supra vero docuit quę ſint differētię propoſitionum ſimplex nomē in ſubiecto ponentium:q; alię ſunt vniuerſales/alię ſunt particulares/alię ſunt indefinitę.& ſecundum quantitatem quidem hoc modo differunt.Secūdum qualitatem vero q; alię affirmatiue ſunt:alię negatiue.Idē quoq; in ijs propoſitiōibus quę ex ifinito nomine ſubiecto enūciātur.Alię namq; earum indefinitę ſunt/alię definitę.Definitarum alię ſunt vniuerſales/alię particulares.hic quoq; ſecundum quātitatem/nec minus ſecundum qualitatem:eędem infinitorū quoq; nominū in propoſitiōibus differētię ſunt.Dicimus enī alias eē affirmatiuas/ alias negatiuas.ſubiecta vero deſcriptio docet q̄ ſint affirmatiuę ſiplices & q̄ ſint negatiuæ.& rurſus q̄ ſit negatiuę ex infinito nomine/& q̄ affirmatiuę:eaſq; oēs in ꝓprijs determinatiōibus adiūxim⁹, nec minus etiam idefinitas in vtraq; ſpecie propoſitionū poſuimus :ſingulare habētibus ſubiectum/ſimplicibus propoſitionibus reiectis.Sunt enim indefinitę propoſitiones ſimplices hę: homo ambulat/homo nō ambulat.contra eas vero diuiſę ſecundum nomen infinitum hę:nō homo ambulat/non homo non ābulat. Vniuerſales ex ſimplici ſubiecto nomine ſunt hę: omnis homo ambulat/nullus homo ambulat.Contra has diuiſę ex infinito nomine vniuerſales: omnis non homo ambulat/nullus non homo ambulat.Rurſus particulares ex ſimplici nomine ſubiecto ſunt hę: quidā hō ambulat/quidā hō non ambulat.Rurſus particulares cōtra has diuiſę ex infinito nomine ſubiecto ſunt hæ:quidam non homo ambulat/quidam non homo non ambulat.Hoc autem ſubiecta deſcriptione declaratur.

¶INCIPIT COMMENTARIORVM.II.EDI.BOE.IN PERI HERMENIAS ARISTOTELIS LIBER QVARTVS.

EST quidē libri huius/qui de interpretatione apud latinos/apud grecos vero περι ερμηνειας inscribitur:obscura orationis series obscurissimis adiecta sententijs.atq; ideo non hoc magnis expedissem voluminibus: nisi etiam nichil labori concedens/q̄ possem planissime quod in prima æditiōe altitudinis & subtilitatis omisserā/secūda cōmentatione complerem.Sed dāda est prolixitati venia:& operis longitudo libri obscuritate pēsanda est.sunt tamen gradus apud nos satisfaciētes lectoris & diligentię & studio cupiētis facillime magna cognoscere. Huius enī libri post has geminas cōmētatiōes quoddam breuiarium faciemus:ita vt in qbusdā & fere in oībus Aristotelis ipsius verbis vtamur. tamē qđ ille breuitate dixit obscure:nos aliquibus additis dulciorē sertē adiectione faciemus/vt quasi inter textus breuitatē commentationisq; diffusionē/ medius ingrediatur stilus diffuse dicta colligēs/& angustissime dicta diffundēs/atq; hoc posterius. ¶Nūc vero quoniā ab Aristotele supra mōstratū est/in futuro contingētium propositionum veritatem & falsitatem non stabili neq; definita ratione esse diuisam/& quicquid supra latissima disputatio complexa est: nūc hęc eius intentio est/vt categoricarū propositionū nūerū tradat/ quęcūq; cū finito vel infinito nomine simpliciter fiunt. Primo enim volumine dictū est nomen esse vt hō:infinitū nomē vero vt non homo. Prædicatiuæ autem & categoricę propositiones sunt: quæ duobus tantum simplicibus terminis constant.hę autem sunt siue cum finito nomine vt est homo ambulat: siue cum nomine infinito/vt est hæc non homo ambulat. Harum igitur propositionum categoricarum atq; simplicium tradere numerum contendit: quęcunq; fiunt adiectione nominis infiniti. Sed quoniam propositiones omnes: aut secundum qualitatem differunt/ aut secundum quantitatem(secundum qualitatem:q̄ hęc quidem affirmatiua/illa vero negatiua.secundum quātitatē vero:q̄ hęc quidem plura cōplectitur/illa vero pauca) secūdum quam differētiam hę propositiones quæ dicunt homo ambulat/& rursus non homo ambulat:a se differunt/an secundum quātitatē/aut secundū qualitatē videamus.Nam qđ dico homo ambulat:qualitatē quidē quādā substantię/idest hominem ambulare designat/& rem definitam atq; subsistantiam/ quæ vnam speciem ambulabilem esse pronunciat.Cū autem dico non homo ambulat: hominem quidem rem definitā tollo/innumerabilia vero significo.quare illa quidē quę dicit homo ambulat: videbitur secundum quantitatem potius discrepare ab ea quæ dicit no homo ambulat. An certe illud magis est verū:vt qđ dico homo ambulat/ homo simplex nomē quasi affirmationi est proximum/qđ vero non homo ambulat/ non homo infinitum nomen negationi videbitur esse consimile/Sed affirmatio & negatio secundum qualitatem differunt. hæc autem affirmationi sunt negationiq; consimilia.qualitate igitur potius:q̄ vlla discrepant quantitate. An magis illud est verius/q̄ quemadmodum se habet propositio quę dicit Socrates ambulat ad eam quę dicit quidam homo ambulat:ita sese habet homo ambulat/ad eam quæ dicit non homo ambulat/Propositio namq; quæ est quidam homo ambulat:si plures ambulēt/ necesse est vt vera sit.si autem plures ambulent:vt Socrates ambulet non est necesse.possunt enim plures ambulare:& Socrates non ambulare.sed cum plures ambulant: quidam homo ambulat. hoc autem ideo euenit. Quia cū dicimus quidam homo ambulat:particularitatem iungimus vniuersalitati idest homini. et si qui sub ipsa vniuersalitate sunt/idest sub homine/ambulantes sunt:eam quę dicit quidam homo ambulat veram esse necesse est. At vero cū dicitur Socrates ambulat:quoniā Socrates circa vnius cuiusdā proprietatē est/nisi ipse Socrates ambulauerit/quan̄ omnes homines ambulant/non est verum dicere Socrates ambulat.Sic ergo quidam homo ambulat: definite verum est/ si plures ambulant. Non autem Socrates ambulat/quamuis plures ambulāt :nisi ipse Socrates ambulet.sic etiam in eo quod est homo & non homo. Qui enī dicit hō ābulat/dicit quoniā quoddā animal ābulat.& hoc nomine & qualitate determinat dicēs hō ambulat.Qui vero dicit nō hō ābulat:nō qđē oīa subruit/sed hoiem tātū: cętera vero animalia ambulabilia esse ꝓnunciat. Ergo siue equus/siue bos/siue leo ambulat: verum est non homo ambulat.sed non est verum homo ambulat/si non homo ipse ambulet. quare quemadmodum se habet quidā homo ambulat/ad Socrates ambulat/q̄ illic si plures homines ambularent/verum erat quidam homo ambulat/non etiam Socrates ambulat/ nisi ipse Socrates ambularet: ita quoq; in eo qđ est homo ābulat & non homo ambulat/dici potest. Nam si plura quæ sunt non homines ambulent: verum est dicere quoniam non homo

verbum enim: affirmatio & negatio nulla poteſt vnq̃ ratione conſtitui. In hoc illud quoq; notauerat: q̃ verbum infinitũ & negationem ſignificaret & infinitũ verbum. Id enim qđ dicimus nõ ambulat: & infinitum verbũ eſt/ & negatio. ſed per ſe quidem ſi dicatur/ ſimplex ſine aliquibus alijs adiectionibus: infinitum verbũ eſt. ſin vero cum nomine/ aut cum infinito nomine proferatur: nõ iam verbum infinitũ/ ſed negatio accipitur. ſed ita vt nõ negatiua particula iuncta cum ambulat/ infinitũ verbũ efficiat nõ ambulat: ſed in propoſitione quę eſt homo non ambulat/ hominem nõ ambulare deſignet. atq; ideo ait ſubiecta quidem ī propoſitionibus poſſe eſſe vel nomina vel infinita nomina: prædicata vero præter verba eſſe nõ poſſe. Nã ſiue in affirmationibus quis ponat: id verbum ſine dubio prædicauit. ſiue in negationibus: eſt non infinitum verbum/ ſed tantũ verbũ/ cui addita nõ particula totam qualitatẽ propoſitionis ex affirmatiua in negatiuam cõmutat. quare recte nullã differẽtiam propoſitionũ de infinitis verbis fecit. Infinita enī verba: tunc ſunt infinita/ cum ſola ſunt. ſi vero cum infinito nomine iungãtur aut nomine: nõ infinita verba iam ſunt/ ſed finita/ cum negatione tamen in tota propoſitione intelliguntur. Si ergo quemadmodũ Stoici volunt ad nomina negationes ponãtur/ vt eſſet nõ homo ambulat negatio: ambiguũ eſſe poſſet cum dicimus nõ homo/ an infinitum nomen eſſet/ an vero finitum cũ negatione coniũctum. Sed quoniam Ariſtoteli placet verbis negationes oportere coniũgi: infinita magis verba ambigui intellectus ſunt/ an infinita videãtur/ an cũ negatione finita. atq; ideo ita diſcernitur. Sumptũ cũ nomine infinitũ verbum: negatio fit & negatiua propoſitio/ vt ẽ homo nõ ambulat. per ſe vero dictum: infinitum verbũ eſt/ vt nõ ambulat. atq; ideo hic ſolam differentiam/ nominũ & infinitorum nominũ in propoſitionibus dedit/ nõ etiam infinitorũ verborum: iccirco q̃ de coniũctis loquebatur/ ideſt de nominibus vel infinitis nominibus atq; verbis. In qua coniunctione/ id qđ per ſe infinitũ verbũ dicitur: negatio eſt. Neq; enī oportet ſi omnis propoſitio aut ex finito nomine aut ex infinito conſtat: ſic quoq; aut ex finito aut infinito verbo cõſtare. Infinitum enim verbũ in propoſitionibus nõ eſt: ſed quoties aliquid (vt dictum eſt) tale per ſe ponitur. finitum quidẽ verbum eſt: ſed illi cõiuncta negatio/ totã propoſitionem priuat ac deſtruit/ & verbum quidem infinitũ iunctũ nominibus negationem vt faciat/ neceſſe eſt. nomẽ vero infinitũ iunctũ verbo: nõ neceſſe eſt vt faciat negationẽ. qđ enim dicimus/ nõ homo ambulat: affirmatio/ nõ negatio eſt. Ergo quoniam affirmationẽ oportet aliquid de aliquo ſignificare/ nomẽ aũt infinitũ eſt aliqd: quoties dicim⁹ nõ hõ ãbulat/ ãbulationẽ ideſt aliqd/ de nõ homine ideſt de aliquo/ p̃dicam⁹. ſed ſi dicam⁹ nõ ãbulat: nõ poti⁹ de aliquo p̃dicam⁹ aliqd/ ſed ab aliquo tollim⁹. q enī dicit hõ nõ ãbulat: ãbulationẽ ab hoīe tollit/ nõ de hoīe prędicat. quare negatio potius q̃ affirmatio ẽ. Si enī affirmatio eſſet/ ideſt ſi verbũ eſſet infinitum: aliquid de aliquo prędicaret. nunc autem aliquid ab aliquo tollit. Non eſt igitur verbũ infinitum: ſed potius negatio/ quoties ī tota ſumitur propoſitione. Numerũ vero propoſitionũ/ quas nos ſupra quidẽ deſcripſimus: ipſe ſubiecit. & infinitas quidem prius/ poſt vero cõtraiacẽtes. q̃ ſi quis ad illa reuertitur vel huc intendit animũ: in quo vel noſtra vel Ariſtotelica diſputatio diſcrepet/ diligẽter agnoſcit. Nos enim & cõtrarias propoſuimus/ & ſubcõtrarias: Ariſtoteles vero ſolum cõtradictorie ſibimet contraiacẽtes oppoſitaſq; propoſuit. ſed Ariſtoteles non ſolum in prętenti tẽpore eaſdem propoſitionũ dicit eſſe differẽtias quas propoſuit: ſed etiam in alijs quoq; duobus temporibus/ quę extrinſecus ſunt. extrinſecus autẽ tempora vocat: quę pręter præſentis ſignificationes ſunt/ præteritum ſcilicet & futurum. ¶ Quando autem eſt tertium adiacẽs/ prædicatur: dupliciter dicũtur oppoſitiones. Dico autem: vt eſt iuſtus homo. eſt tertiũ/ dico adiacere nomen/ vel verbũ in affirmatione. quare ob id ipſum quattuor erunt illę. quarũ duę quidem ad affirmationẽ & negationẽ ſe habebũt ſecũdum cõſequentiã vt priuationes: duę vero minime. Dico autem quoniã eſt: aut iuſto adiacebit/ aut iniuſto. quare etiã negatio. quattuor igitur erunt. Intelligimus vero quod dicitur ex ijs quę ſubſcripta ſunt.

A Homo iuſtus eſt	C Homo iuſtus non eſt.	Simplices
C Homo iniuſtus non eſt	A Homo iniuſtus eſt.	Priuatoriæ
C Homo nõ iuſtus nõ eſt	A Homo non iuſtus eſt.	Infinitę.

VNIVERSALES ET PARTICVLARES/ AFFIRMATIONES/ ET NEGATIONES.

A Omnis homo eſt iuſtus	C Non omnis homo eſt iuſtus.	Simplices
C Non oīs homo eſt nõ iuſtus	A Omnis homo eſt nõ iuſtus.	Infinitę

Eſt iuſtus homo: huius negatio eſt/ non eſt iuſtus homo. eſt non iuſtus homo: huius negatio ẽ/ non eſt nõ iuſtus homo. eſt enim hoc in loco & nõ eſt: iuſto et non iuſto adiacet. hęc igitur quẽadmodum in reſolutiuis dictum eſt: ſic ſunt diſpoſita. ¶ Qđ autem dicitur perobſcurũ eſt/ & expoſitum a pluribus incurate: quorum cum iudicio cõpetenti enumerabo ſententias. Poſtq̃ de

Et negatio. ſi i ꝑpoſitione ponat: negationẽ aſſerit. idẽ enī qđ ꝑ ſe dictũ & extra orationẽ verbum infinitũ ẽ: in enũciatione poſitũ/ verbũ negatũ ẽ. hęc enī ipſius ſententia ẽ.

Ex infinito verbo conſtare. quia in enũciatione poſitũ/ ꝑdit verbi infiniti nomen.

	INDEFINITAE EX SIMPLICI NOMINE SVBIECTO.		
Affir.	Homo ambulat	Homo non ambulat.	Neg.
	INDEFINITAE EX INFINITO NOMINE SVBIECTO.		
Affir.	Non homo ambulat	Non homo nō ambulat.	Neg.
	VNIVERSALES EX SIMPLICI NOMINE SVBIECTO		
Affir.	Omnis homo ambulat	Nullus homo ambulat.	Neg.
	VNIVERSALES EX INFINITO NOMINE SVBIECTO		
Affir.	Omnis nō homo ambulat	Nullus nō homo ambulat.	Neg.
	PARTICVLARES EX SIMPLICI NOMINE SVBIECTO.		
Affir.	Quidam homo ambulat	Quidam homo nō ambulat.	Neg.
	PARTICVLARES EX INFINITO NOMINE SVBIECTO.		
Affir.	Quidam nō homo ambulat	Quidā nō homo nō ambulat.	Neg.

¶ Hęc ergo partiens/ & de propoſitionibus ex duobus terminis conſtitutis faciens propoſitionem: inquit omnes ex ſubiecto fieri nomine propoſitiones. & eas tantū ad diuiſionem ſumit q̄ ex infinito nomine & finito nomine fiunt: faciens huiuſmodi diuiſionem principalem/ vt ſit. Propoſitionū: aliæ ſunt ex finito nomine/ alię ex infinito. Oportuerat quidem volentē cuncta partiri: ad differentias propoſitionum nō ſolum infinita ſumere nomina/ ſed etiam verba. Sed quoniam nouerat nomē quidem infinitū cōſeruare propoſitionem quā inueniſſet(vt ſi in affirmatiua diceretur/ affirmatiuā ſeruaret enūciationē/ vt eſt nō homo ambulat. ſi in negatiua: negatiuam ſeruaret enūciationem. negatiua aūt eſt/ vt eſt nō homo nō ambulat) verba vero quę ſunt infinita tūcta in propoſitione nō affirmationē/ ſed perficere negationē: iccirco de his reticuit q̄ hę magis quę ex verbo infinito ſunt/ ad vnā qualitatē pertinent propoſitionis/ ideſt ad negatiuam. ſemper enim fit ex infinito verbo: negatio. hęc igitur colligens ait. Quoniā autē eſt aliquid de aliquo ſubiecto affirmatio ſignificans/ ideſt prædicans: hoc eſt quoniam omnis propoſitio eſt ex ſubiecto & prædicato. qđ aūt ſubiectū eſt: vel nomen eſt vel innominatū. Innominatum autē eſt: qđ propoſitum ſubruit/ vt eſt nō homo. Nomen enim qđ eſt homo: differt a nominis fiuti priuatione qđ eſt non homo / atq̄ ideo & innominatū vocauit. Qualis aūt debeat eſſe propoſitio de qua tractat/ oſtēdit dicens. vnum autē oportet eſſe/ & de vno hoc qđ eſt in affirmatione: ideſt ex duobus terminis propoſitionem oportet cōſiſtere. Cōmemorat quoq; quid ſit innominatum ſe ſupra dixiſſe: quoniam qđ dicimus nō homo/ nomen quidē Ariſtoteles non diceret. ſed qđ nomē ſimpliciter nō vocaret: hoc addito infinito/ nomen diceret infinitum. iccirco q̄ vnum quidē ſignificat/ ſed infinitum. nomen enī qđ ipſam ſignificationē eius qđ dicimus homo tollit/ ideſt nō homo: vnum eſt/ & vnā per ſe ſignificationē ſurripiēs/ multa aūt ſunt quæ intelligentium ſenſibus relinquūtur. cōmemorat etiā quoniam nō currit verbū ſuperius infinitum vocauit/ & non ſimpliciter verbum. Quoniam ergo aliquid de aliquo affirmatio eſt. hoc autem qđ ſubiectum eſt/ aut nomen eſſe oportet/ aut innominatū/ ideſt infinitum nomē: duplex propoſitionis ſpecies inuenitur. Omnis enim affirmatio: vel ex finito nomine eſt & verbo/ vel ex infinito nomine & verbo. eodem quoq; modo & negatio. Neq; enim reperietur vnq̄ vlla affirmatio: cuius negatio inueniri nō poſſit. q̄ ſi duplex eſt ſpecies affirmationū: duplex quoq; eſt ſpecies negationū. Illud quoq; cōmemorat qđ ſupra iam dixit. Nam licet ex nomine & verbo & rurſus ex eo qđ nō eſt nomen/ ſed infinitum nomen & verbo ſit affirmatio & negatio prędicatiua/ ideſt categorica: vt autem fiat pręter verbum vlla affirmatio atq̄ negatio/ aut præter id quod idem ſignificet verbum vel in ſubauditione vel aliquo alio modo/ fieri non poteſt. Ponit quoq; verba quę pene in omnibus propoſitionibus aut ipſa cadant: aut quę idem valeant. eſt enim (inquit) vel erit/ vel fuit/ vel quęcūq; alia cōſignificant tempus: verba ſunt ſicut doceri ex iis poſſumus quę antea poſita ſunt atq; conceſſa/ cum diffinitio verborum daretur/ verba eſſe q̄ conſignificarent tēpus. quare ſi hęc conſignificēt tempus: non eſt dubium quin verba ſint. ſed præter hęc aut idem valentia: nulla propoſitio eſt. recte igitur dictum eſt: pręter verba prædicatiuam propoſitionem nō poſſe conſtitui. Iuſte tamē aliquis quęſtionem videatur opponere. cur cum iam dixerit præter verbum enūciationes nulla ratione poſſe conſtitui: nunc idem repetit/ quaſi nichil de hoc antea prædixiſſet/ ſed ſuperfluum videri nō debet. Quoniam enim finitum nomen cum negatiua particula nomen eſt infinitum: iccirco putaretur fortaſſe negatio eſſe qđ dicimus non homo. q̄ ſi hęc eſt negatio: homo eſt affirmatio. Ne in hūc ergo quiſq̄ laberetur errorem: hoc dixit/ & congrue repetiuit/ quoniam præter verbum enūciatio eſſe nō poteſt/ tāq̄ ſi diceret. nemo arbitretur infinitū nomen eſſe negationē/ nec nomē finitū affirmationē. prętер

ad pauciora reductę ſunt. Si enim ſimplices & ex duobus terminis fuiſſent: hoc modo eſſent/ homo eſt/ homo nō eſt/ iuſtus eſt/ iuſtus nō eſt/ non iuſtus eſt/ nō iuſtus nō eſt. & eſſent hę ſex propoſitiones. poſſet quidem adijci hoc etiam: vt de infinito nomine ſubiecto fierēt propoſitiones. vt eſt/ nō homo eſt. nō homo nō eſt. ſed de his poſterius dicit. Nūc aūt ſex illę ſimplices in quatuor reductę ſunt/ iccirco q̄ res ſimplices iunctę/ naturaliter redeūt pauciores. coniūctio enī ipſa numerū minuit. vt ſi ſint decē res/ & ſingulę ſingulis iungātur/ vt binę fiāt: quinarius numerus coniūctionis redit. Ita enim hoc modo ſex erant propoſitiones (vt ſupra docui) quę & ſimpliciter dicerentur: ſed hę aſtrictę ſunt/ & coniunctione diminutæ. Namq̄ propoſitæ illæ quatuor homo eſt/ homo non eſt/ iuſtus eſt/ iuſtus non eſt: hę coniunctione/ in duas reductę ſunt. iunctus enim homo cum iuſto: duas propoſitiones fecit/ homo iuſtus eſt/ homo iuſtus non eſt. Rurſus ad eūdem ipſum hominē/ infinitū cum prędicatur: alię duę propoſitiones ex infinito p̄dicato rationabiliter oriuntur/ homo nō iuſtus eſt/ homo nō iuſtus nō eſt. quarū duę oppoſitiones ſunt: propoſitiones vero quattuor. Ita igitur ex ſex propoſitionibus/ ideſt eſt homo/ non eſt eſt homo/ eſt iuſtus/ nō eſt iuſtus/ eſt nō iuſtus/ nō eſt nō iuſtus/ quę cū ſint ſex ꝓpoſitiones/ tres tantum habent oppoſitiones: homo iuſto/ & homo nō iuſto ſubiectus/ quattuor ſolas propoſitiones fecit/ duplicē vero oppoſitionem. qui vero dixerint numeroſiores fieri propoſitiones ex iſs/ in quibus eſt adiacens prædicatur/ q̄ ex iſs quę duobus terminis cōſtarent: illos nō intelexiſſe rerum naturam manifeſtū eſt/ quę ita fert/ vt ſemper ex pluribus ſimplicibus rariores rede antres paucioreſq̄ cōiunctę. Ait igitur in iſs in quibus eſt tertiū adiacens prędicatur: vt hoc qđ ait tertium/ nō ad prædicationē referatur/ ſed potius ad ordinē/ vt ipſe diſtinxit dicens. Dico autem vt eſt iuſtus homo: eſt tertium dico adiacere nomē/ vel verbum ī affirmatione. nō aūt inḡt tertium prædicari/ ſed adiacere tertiū. at ad ordinē ſcilicet/ non ad prædicationem refert: vt tertium quidem adiaceret/ adiacens autē prædicaretur/ ideſt nō ſimpliciter prędicaretur. Neq̄ enī ſuperius eſt terminatū: vt in propoſitione ē/ ſit terminus. atq̄ ideo ſi quis reſoluere ꝓpoſitiones velit ī ſuos terminos: ille nō reſoluit in ē. vt ī eo qđ eſt hō ē iuſt⁹: nō in ē reſoluitē ſed ī hō & iuſt⁹/ & erūt duo termini/ ſubiectus qdē hō/ prædicatus vero iuſtus. Eſt aūt qđ adiacēs p̄dicat⁹/ & tertiū adiacēs nō in terminis: ſed in qualitate potius propoſitionis (vt dictū eſt) accipitur. nomen autem vel verbum (ait) eſt propter hāc cauſam. tertium enim nomen adiacere dixit eſt: vt doceret prima duo eſſe homo ſcilicet & iuſtus. iccirco aūt ait nomen vel verbum: quoniam verba quoq̄ nomina ſunt. hoc autē prius dixit dicens: ipſa quidem ſecundum ſe dicta verba/ nomina ſunt. Poſtq̄ igitur dixit quid vellet oſtendere per id qđ ait/ eſt tertium adiacēs prædicatur/ quoniam q̄tum ad ordinem nō ad prædicationem refertur: ſubter expoſuit quot fierēt propoſitiones dicens. quare quattuor iſtę erūt. Dixit aūt ī his quattuor cōmunē accidētiā: quā paulopoſt diligenter exponā. qđ autem accidit: hoc eſt. Cum ſint hę quattuor propoſitiones/ quas poſiturus eſt: duę ipſarum ſeſe ad affirmationem & negationē ita habebūt ſecundum cōſequentiā vt priuationes/ duę vero minime. Sed hanc in his propoſitionibus accidēti.am/ paulopoſt demōſtrabo: nunc autē illud reſpiciamus quēadmodū ipſę quattuor fieri propoſitiones dicat. Ait enim/ dico aūt quoniam eſt/ aut iuſto adiacebit/ aut nō iuſto. Fiet enim duplex propoſitio ſi aut iuſto aut nō iuſto/ eſt adiacet hoc modo: eſt iuſtus homo/ eſt nō iuſtus homo. Quare (inquit) ſi eſt affirmatiuo modo poſitum nūc quidem cū iuſto/ nūc autem cū nō iuſto/ geminas fecit propoſitiones ſcilicet affirmatiuas: idem quoq̄ eſt cū negatione cōiunctū ideſt nō/ geminas quoq̄ facit negationes/ eas ſcilicet quę ſunt/ nō eſt homo iuſtus/ non ē homo nō iuſtus. hoc eſt autem quod ait. Dico autē quoniā eſt: aut iuſto adiacebit/ aut iniuſto. ſi enim adiacet iuſto: facit hanc affirmationem/ eſt iuſtus homo. ſi adiacet nō iuſto: facit hāc affirmationē/ eſt nō iuſtus homo. quare etiam negatio iuncta cū eſt/ idem facit. hęc igitur negatio quę eſt non/ cōpulata iuſto & non iuſto: duas faciet negationes cōtra eas/ quas ſupra diximus/ propoſitiones. Si enim addatur iuſto: talem facit negationem/ non eſt iuſtus homo. ſi nō iuſto: nō eſt non iuſtus homo. hoc autem ideo euenit (quoniā eſt & non eſt iuſto/ & nō iuſto adiacet) eſt cum iuſto & nō iuſto duas faciens propoſitiones/ non eſt iterum negatio cū iuſto & nō iuſto/ alias duas negationes. ex q̄bus quattuor/ duę oppoſitiones ſunt: vt ait ſupra. Quando autē eſt tertiū adiacens/ prædicatur: dupliciter dicuntur oppoſitiones. quare ſenſus ſeſe totus hoc modo habeat. Sed quoniam eſt quoq̄ alia deſcriptio loci quę ſic dicit (Dico aūt quoniā ē aut homini adiacebit/ aut nō homini/ quare & negatio. quattuor ergo propoſitiones erūt. Intelligimus aūt qđ diximus ex iſs quę ſubſcripta ſunt. Eſt iuſtus homo: huius negatio/ nō eſt iuſtus homo. eſt nō iuſtus homo: huius negatio/ non eſt non iuſtus homo. eſt enim hoc loco & non eſt/ homini & nō homini adiacet) turbabat expoſitores/ & dubitabant quid hoc eſſet q̄ cum ſupra dixiſſet/ dico autem quoniā ē aut homini adiacebit aut non homini: in eorum exemplo & diſpoſitione eſt non appoſuit homini/

Accidētia/ cōſequētia.

ijs propoſitionibus expẽdiuit/ quę duobus conſtiterant terminis/ & ſubiectũ habuerant/ aut nomen/ aut (vt ipſe ait) innominatũ/ ideſt infinitum nomen: nunc ad eas tranſit/ in quibus eſt tertium adiacens prædicatur/ vno ſubiecto/ duobus prædicatis. vt in eo qđ dicimus homo iuſtus eſt: homo ſubiectum eſt/ & iuſtus/ & eſt/ vtraq; prędicãtur. Ergo in hoc duo ſunt prędicata: vnũ vero ſubiectum. ¶ Et fortaſſe aliquis inquirat cur ita dixerit: quãdo autem eſt tertiũ adiacẽs/ p̃ Queſtio.
dicatur. nõ enim tertiũ prædicatur: ſed ſecũdum. Duo enim ſunt quę prædicantur: vnum vero ſubiectum eſt. ¶ Sed nõ ita dictũ eſt quaſi eſt/ in propoſitione quę dicit homo iuſtus eſt/ tertium Solutio.
prædicaretur: ſed quoniã adiacet tertium & prędicatur. ergo qđ dicitur tertium/ ad adiacere refertur. etenim in ea ipſa propoſitione quę dicit/ homo iuſtus eſt: eſt tertium adiacet/ prędicatũ autem iam nõ tertiũ/ ſed ſecundũ. ergo tertium numeratũ adiacet: ſecũdum vero numeratum prędicatur. hoc eſt igitur qđ ait/ quando autem eſt tertiũ adiacens/ prędicatur: nõ quoniã tertium prædicatur/ ſed prædicatur tertium adiacens/ ideſt tertio loco. facit igitur nunc in ijs propoſitionibus conſiderationem in quibus eſt tertium adiacens/ eſt ſecundum prędicatum. Et ſicut in ijs in quibus tantum prędicatur eſt/ nõ etiam adiacẽs prędicabatur/ vt homo eſt/ de ſubiecto cõſiderationem fecit/ quot modis ſubiectum ſumptũ differẽtias faceret propoſitionũ (aut enim nomen dicebat eſſe ſubiectum/ aut infinitum nomen) ita hic nũc de prędicato loquitur/ & de prędicati differentijs tractat. In ijs enim propoſitionibus in quibus eſt tertiũ adiacẽs/ prędicatur: ſumptũ prædicatum alias nomen/ alias infinitũ nomẽ/ facit differentias propoſitionũ. Prędicatum autẽ dico in ea propoſitione quę proponit/ homo iuſtus eſt/ iuſtus. hoc enim prędicatum de homine eſt. eſt autẽ/ nõ prædicatur: ſed tertium adiacens prædicatur/ ideſt ſecundo loco/ & adiacẽs iuſto. tertium vero/ in tota propoſitione prædicatur/ nõ quaſi quędam pars totius propoſitionis: ſed potius demõſtratio qualitatis. hoc enim qđ dicimus eſt/ nõ conſtituit propoſitionem totã: ſed qualis ſit/ ideſt quoniã eſt affirmatiua demõſtrat. atq; ideo nõ dixit tertium prędicatur tantum/ ſed tertium adiacens prædicatur. Non enim poſitum eſt tertium prędicatur ſolum: ſed adiacens tertium/ ſecundo loco/ & (quẽadmodũ dictum eſt) accidenter prędicatur. Poteſt autem & ſic intelligi/ iccirco dixiſſe Ariſtotelem eſt in ijs tertiũ adiacens prędicari: quoniã poſſit aliquoties & per ſe prædicari. vt ſi quis dicat Socrates philoſophus eſt: vt propoſitio hæc hoc ſentiat/ Socrates philoſophus viuit. eſt enim pro viuit poſitum ẽ. ſi quis ergo ſic dicat: duo inueniũtur ſubiecta/ eſt vero ſolum prędicatur/ non etiam adiacens. qđ enim dicimus Socrates philoſophus: vtraq; ſubiecta ſunt. eſt enim prædicatur ſolũ. ſi quis aũt dicat ſic/ Socrates philoſophus eſt/ vt nõ iam Socratem philoſophũ eſſe atq; viuere/ ſed Socratem philoſophari & philoſophum eſſe enũciatione ſignificet: tunc inuenitur vnũ ſubiectum & duo prædicata. Socrates enim ſubiectum eſt: philoſophus autem & eſt prædicata. quorum philoſophus quidem principaliter prędicatur: eſt autem adiacens nomini qđ eſt philoſophus/ & ipſum prędicatur/ ſed nõ ſimpliciter prædicatur/ ſed adiacens. Sunt autem alię propoſitiones hoc modo/ Socrates in lycio diſputat: & ſunt hę ex tribus terminis. ſed de hac iterim propoſitionũ natura nichil tractat: ſed de ijs ſolum in quibus eſt tertiũ adiacens prędicatur/ vt eſt homo iuſtus eſt. ſed de his duas qdẽ ponit oppoſitiones. Quocirca recte duę oppoſitiones: quattuor propoſitionũ ſunt. hoc aũt huiuſmodi eſt. Quãdo autẽ eſt tertiũ adiacẽs/ prędicatur: qđ principaliter prędicatur/ aut nomẽ erit/ aut infinitum nomen. & hęc aut affirmatiue prædicãda ſunt: aut negatiue. Quocirca ſimplicis nominis affirmatio/ & ſimplicis nominis negatio vna eſt oppoſitio: & duę propoſitiones. Finitum autẽ & infinitum hic nõ ſubiectum/ ſed ſumitur prędicatũ. vt in eo qđ eſt homo iuſtus eſt: iuſtus prędicatur. hoc autẽ nomen erit aut infinitum nomẽ. Fiunt ergo ex his duę affirmationes & negationes: homo iuſtus eſt/ homo eſt nõ iuſtus/ nõ eſt non iuſtus homo/ nõ eſt iuſtus homo. atq; hoc quidem in indefinitis. Poſterius autem mõſtrabitur hoc etiã in ijs eſſe/ quę determinationem habẽt vniuerſalitatis vel particularitatis. nunc autem horum ordo ſubiectus/ numerum oppoſitionemq; declarat.

AFFIR. SIMPLEX		NEGATIO SIMPLEX.
Homo iuſtus eſt	Oppoſitio vna	Homo iuſtus nõ eſt.
AFFIR. EX INFINITO		NEGATIO EX INFINITO.
Homo nõ iuſtus eſt	Oppoſitio vna	Homo non iuſtus non eſt.

¶ Simplices in ſuprapoſita deſcriptione propoſitiones vocaui: in quibus nomẽ prædicatur/ vt homo iuſtus eſt/ homo iuſtus nõ eſt. Ex infinitis autẽ: in quibus nomẽ infinitũ principaliter p̃dicatur/ vt homo nõ iuſtus ẽ/ homo nõ iuſtus nõ eſt. ſiue aũt eſt/ primo prędicatur/ ſiue poſtea: idem eſt. nec hoc turbet q̃ Ariſtoteles eſt/ primũ dixit/ nos vero poſterius: ſed idem eſt. fiũt igit̃ oppoſitiones duę/ propoſitiones quattuor: & propoſitiones ex ſenario propoſitionum numero

dicit/homo iniuſtus eſt.Nec vero eius quę proponit non homo nō iuſtus ē:& eius quę enūciat/ homo iniuſtus non eſt.Nāq; illę quę infinitum nomen habēt in prædicatione:eę priuatorijs cō ſentiunt.Illę vero propoſitiones quę aut ſubiectum habent infinitū/ aut vtraq; infinita:priua torijs longe diuerſę ſunt.ſed hic Hermynius longe a toto intellectu/ & ratione ſentētiæ diſcre pās:has interpoſuit/ quę aut ex vtriſq; infinitis/ aut ex ſubiecto fierēt infinito. Quid aūt eſſet qđ ait ſecundum cōſequētiam/ vel quę duæ haberent ſe ſecūdum cōſequentiā vt priuationes/ quę vero nō/ exponens:nichil planū fecit/ & ſenſus nichilo magis ante expoſitionem Hermynij: q̄ poſt expoſitionem obſcurus eſt.Nos aūt Porphyrium ſequentes/ eiq; doctiſſimo viro cōſentien tes: dicimus eſſe quattuor propoſitiones/ quarum duę quidem ex finitis nominibus ſunt/ duæ vero ex infinitis nominibus prędicatis.Sunt autē ex finitis nominibus hoc modo: affirmatio/ē iuſtus homo/ negatio non ē iuſtus homo. Ex infinitis vero nominibus prædicatis affirmatio eſt quę dicit/ eſt nō iuſtus homo:negatio quę promit/ non ē nō iuſtus homo.ſed has ex infinitis no minibus prędicatis propoſitiones in reliquo ſermone infinitas vocabimus:vt affirmatio infini ta/ſit in hac expoſitione ea quę dicit/ eſt nō iuſtus homo.negatio infinita ea quę dicit/ nō eſt nō iuſtus homo.vt qđ dicturi eramus propoſitionem ex infinito nomine prædicato:hanc infinitā nominemus.illas autem duas quę nullum nomē habēt infinitū/ nec ſubiectū nec prędicatum: ſimplices vocemus.Sunt ergo ſimplices propoſitiones hę:eſt homo iuſtus/ non ē homo iuſtus. Priuatorias autem propoſitiones voco: quęcunq; habent priuationē. priuatoriæ autē ſunt hoc modo:eſt iniuſtus homo.hęc enim iuſtitia ſubiectum priuat.& rurſus non ē iniuſtus homo:hęc rurſus iniuſtitia ſubiectum priuat.ergo cum ſint duę propoſitiones ſimplices/ vna affirmatiua/ altera negatiua/ & ſint aliæ duę priuatorię/ earum quoq; vna affirmatiua/ altera negatiua/ nec non etiam ſint aliæ duę infinitę/ affirmatiua rurſus & negatiua:dico quoniā quēadmodū ſe pri uatoriæ propoſitiones affirmatio ſcilicet & negatio ad affirmatiōes & negationes ſimplices ha buerint:ſic ſe habebunt/ & quę ſunt infinitę ad eaſdem ipſas ſcilicet ſimplices/ſcilicet ſecundū conſequētiam.qđ autē dico tale eſt.diſponātur prius duę ſimplices/ ideſt affirmatio quę dicit eſt iuſtus homo/ & rurſus negatio quę dicit non eſt iuſtus homo. ſub his autem diſponātur priua torię: ſub affirmatione quidem ſimplici/ priuatoria negatiua.ſub negatiua ſimplici:affirmatiua priuatoria.vt ſub ea quę dicit eſt iuſtus homo:ponatur q̄ dicit nō eſt iniuſtus homo. & ſub ea q̄ dicit non ē iuſtus homo:ponatur ea quę proponit eſt iniuſtus homo. rurſus ſub priuatorijs di ſponantur infinitæ:ſub affirmatione affirmatio/ ſub negatione negatio.ſub affirmatione quidē priuatoria/ quę dicit eſt iniuſtus homo:diſponatur affirmatiua infinita q̄ eſt/ ē nō iuſtus homo. ſub negatiua vero priuatoria q̄ dicit nō ē iniuſtus homo:ponatur negatio infinita quę dicit nō eſt nō iuſtus homo. hoc autem ſubiecta deſcriptio docet.

AFFIR.	Eſt iuſtus homo.	Simplices	Nō eſt iuſtus homo.	NEG.
NEG.	Nō eſt iniuſtus homo	Priuatoriæ	Eſt iniuſtus homo.	AFFIR.
NEG.	Nō eſt nō iuſtus homo	Infinitæ	Eſt nō iuſtus homo.	AFFIR.

¶His igitur ita diſpoſitis dico/ quoniam quēadmodum ſe habent priuatoriæ/ ideſt affirmatio & negatio quę dicunt eſt iniuſtus homo/ nō eſt iniuſtus homo/ ad ſimplices quę proponūt ē iu ſtus homo/ non eſt iuſtus homo/ ſecundū conſequētiam:ſic ſe habebunt etiam infinitę propoſi tiones affirmatio et negatio eę ſcilicet quę ſunt eſt nō iuſtus homo/ non ē non iuſtus homo/ ad eaſdem ſimplices quę ſunt/ eſt iuſtus homo/ nō eſt iuſtus homo. videamus aūt quę ſit ſimplicū & priuatoriarū conſequentia:vt vtrum ſe ſic habeant infinitę ad ſimplices/ quēadmodū ſe ha bent priuatoriæ ad eaſdem ſimplices cognoſcamus. diſpoſitę igitur ſunt in primo quidem ordi ne ſimplices propoſitiones:affirmatio ſimplex quę dicit/ eſt iuſtus homo/ & negatio ſimplex q̄ dicit/ non eſt iuſtus homo. Sub his/ ideſt ſub affirmatione ſimplici:duę negationes/ vna priua toria quę eſt non eſt iniuſtus homo/ & altera infinita quę eſt non eſt non iuſtus homo. Sub ne gatione vero ſimplici quę dicit/ nō eſt iuſtus homo:duę affirmationes/ vna priuatoria quę dicit/ eſt iniuſtus homo/ altera infinita quę dicit/ eſt nō iuſtus homo. Illud quoq; in deſcriptione vidē dum eſt:qđ angulariter ſe affirmationes negationeſq; reſpiciūt. nam affirmatio quę eſt ſimplex eſt iuſtus homo:angulariter contra ſe reſpicit vtraſq; affirmationes/ infinitam ſcilicet & priua toriam quę ſunt/ eſt non iuſtus homo/ eſt iniuſtus homo. Rurſus negatio ſimplex quę ē non eſt iuſtus homo:angulariter reſpicit duas negationes infinitam ſcilicet & priuatoriam.& in verita te ſimplicem affirmationem priuatoria negatio ſequitur.Nā ſi verū eſt dicere quoniam ē iuſtus homo:verum ē dicere quoniā non ē iniuſtus homo.nam qui iuſtus eſt: non ē iniuſtus.& poſſu mus iſtam continuā propoſitionem/ coniūctamq; proponere:ſi iuſtus eſt homo/ non ē iniuſtus homo.ſequitur ergo affirmationem ſimplicē/ priuatoria negatio:vt ſi vera fuerit affirmatio ſim

aut non homini/ſed iuſto & non iuſto dicens. Intelligimus vero qđ dicitur ex ijs quę ſubſcripta ſunt. eſt iuſtus homo: huius negatio/ non eſt iuſtus homo. eſt non iuſtus homo: huius negatio/ non eſt nō iuſtus homo. & poſtq̄ iuſto & nō iuſto/ eſt & nō eſt appoſuit/ qđ ante nō dixit ſed ad hominem & nō hominē eſt adiacere propoſuit: poſtea infert/ eſt enim hoc loco homini adiacet & non homini/ qui poſuerat iuſto & nō iuſto/ eſt/ & nō eſt adiacere. vnde Alexander quoq; dicit Alexāder. ſcripturę eſſe culpam nō philoſophi recte dicētis: & emendādam eſſe ſcripturā. Sed nō eū oportuit confundi/ ſi pro homine & non homine iuſtum & non iuſtū intulit. hęc enim exempla ſunt potius q̄ propoſitionis neceſſitas. qđ enim dixit eſt homini & non homini adiacere: ita ſumpſit tanq̄ ſi homo prædicaretur. vt in eo qđ eſt Socrates homo eſt: vel rurſus Socrates nō homo ē. Ergo volens ſumere quodcūq; prædicatum/ nūc quidem ſimplex/ nunc aūt infinitū: intulit iuſtū & nō iuſtū/ indifferēter habēs an homo & nō homo prędicaretur/ an iuſtus & nō iuſtus/ dū modo ſolū in prędicato alias ſumereē nomen/ alias infinitū nomē. non ergo oportuit Alexadrū conturbari. Alioſq; in hac ſcriptione/ in qua nos philoſophus exercere voluit/ ſicut Porphyriū & Hermyniū non turbabat: qui dicunt exempla hęc eſſe finiti prędicati & infiniti/ in qbus qđlibet prædicatum ſit/ęque accipi oporteret. vel ſic cum dixiſſet homini & nō homini adiacere eſt & non eſt: album & nō album poſtea intuliſſet/ ſufficeret. hoc enim & illud prędicatum alias finitum/ alias infinitum ſumere: in quibuſcūq; nominibus ęque oportet. & qđ homini ait & non homini adiacere eſt/ & poſtea intulit iuſto & nō iuſto/ & ſubiecit hominem: nō ita id putādum eſt tanq̄ de ſubiectis/ ideſt homo/ & non homo loqui voluerit/ et poſtea per errorem intulerit in prædicato iuſtū et nō iuſtū. ſed potius ipſum homini & nō homini ita ſumpſit/ tanq̄ i aliquo p̄dicaretur: vt ſicut dictum eſt/ Socrates homo eſt/ Socrates nō homo eſt. hic ergo homo & non homo prędicatur. rurſus ſi quis dicat homo iuſtus eſt/ homo nō iuſtus eſt: nichil differt. eodē enī modo prędicatum in vna propoſitione ſimplex ſumptū eſt/ in altera infinitum. velut ſi dicā nix alba eſt/ nix nō alba eſt: eodem modo. nō ergo culpanda eſt ſcriptura quę cum prius propoſuiſſet homini & nō homini adiacere eſt: iuſtum & nō iuſtum intulit. Nichil enim intereſt ſiue iuſtū aut nō iuſtum prędicetur/ ſiue homo ſiue nō homo: dūmodo prędicationem alias infinitā/ alias vero ſumat finitā/ tunc cū eſt tertium adiacens prędicatur. Exercere igitur intelligētiam noſtrā acumenq; philoſophus voluit rerum omnium ſolertiſſimus/ nō ſcriptura falſa cōfundere: quādo aūt ea q ſupra dixit/ colligēs ait. Eſt enī hoc loco/ et nō eſt: hoī et nō hoī adiacet. hoc aūt ſentit/ quoniam in hac propoſitione/ quę dicit homo iuſtus eſt/ quā ſupra propoſuerat/ iuſtus de homine prędicatur: eſt autem adiacens iuſto/ adiacebit & homini. et in ea quę dicit/ homo iuſtus non eſt/ quoniā iuſtus prędicatur de hoīe/ non ē aūt iuſto adiacet: nō eſt ergo homini quoq; adiacebit. hoc enim eſt quod ait. eſt enim hoc in loco et non eſt: hoi et nō homini adiacet. Nam ſi iuſtus prædicatur de homine/ eſt autem & non eſt adiacet iuſto: et homini quoq; adiacebit/ vt dictum eſt. Hanc quoq; ſcripturam emēdandā eſſe: faciendūq; eſſe Alexāder opinatur hoc modo/ ſicut prius quoq; expoſuimus/ eſt enim hoc loco & non eſt iuſto et nō iuſto adiacet. Sed ordo quidem totius ſentētiæ diligenter expoſitus eſt/ ſiue iſta ſcriptio ſit/ ſiue illa: neutra enim mutanda eſt. Et vna quidem plus habet exercitij/ altera vero facilitatis: ſed ad vnam intelligentiā vtrąq; proueniunt. ¶ Reſtat igitur vt qđ ait/ quare ob id ipſum quattuor erūt illę. quarū duę quidem ad affirmationem et negationē ſe habebūt ſecundū conſequentiā vt priuationes: duę vero minime: diligētius exponamus. Locus enim magna breuitate conſtrictus eſt/ & nimia ſubtilitate ac obſcuritate difficilis: & hūc quidem in prima ędītione huius operis trāſcurrentes expoſuimus. atq; in eo breuiſſimā/ vt in alijs: dedimus expoſitionē. Nunc aūt quid in ſe ſenſus habeat veri/ quid hac breuitate latitet: q̄tum facultas ſuppetit/ nos ipſi patefaciamus/ & q̄tum valet/ animus lectoris intēdat. cui ſi forte paulo obſcuriora videntur: rerum imputet difficultati. ſi vero planiora q̄ putauerit: ſuo gratiam debebit acumini. Sed prius quid hoc loco Hermynius arbitretur: q̄ poſſibiliter expedīā. ¶ Ait Hermynius tribus modis cū infinito nomine propoſitiones poſſe proferri. aut enim infinitū ſubiectum habēt: vt nō homo iuſtus eſt. aut infinitū prędicatum: vt homo nō iuſtus eſt. aut infinitū ſubiectū & infinitū prædicatū: vt nō homo non iuſtus eſt. Harum igitur (inquit) quęcunq; ad prædicatum terminū habent nomen infinitum: ſimiles ſunt ijs/ quę aliquā denuciant priuationem. Denūciant autē priuationem eę quę dicunt: homo iniuſtus eſt/ homo iniuſtus non ē. ergo iſtiuſmodi quę proponūtur/ homo iniuſtus eſt/ homo iniuſtus nō eſt: illæ (inquit) cōſentiunt quę ſunt ex infinito prædicato/ vt ea quę ē homo nō iuſtus eſt/ homo nō iuſtus non eſt. Idem enim eſt inquit/ eſſe hominem iniuſtum: q̄ hominē nō iuſtum. Illę vero quę habent aut ſubiectum infinitum/ vt eſt nō homo iuſtus eſt/ aut vtraq; infinita/ vt eſt non homo nō iuſtus eſt: non cōſentiunt ad priuatoriam propoſitionem quę ē homo iniuſtus eſt. Nulla enim ſimilitudo eſt eius propoſitionis quę eſt/ non homo iuſtus ē: & eius quę Hermyni9.

affirmatio quę proponit eſt iniuſtus homo/ nõ ſequebatur ſimplicem negationẽ/ quę dicit nõ eſt iuſtus homo: nec eandem quoq; ſimplicem negationem quę proponit nõ eſt iuſtus homo/ ſequitur infinita affirmatio/ quę dicit eſt non iuſtus homo. Sed quãq; hoc ratio cõſequentiæ & neceſſitas mõſtraret: nos tamen id qđ demõſtrauimus ratione/ exemplis quoq; doceamus. dico enim affirmationẽ ſimplicem quę dicit eſt iuſtus homo/ ſequi infinitam negationem/ quę dicit nõ eſt non iuſtus homo: ſicut eãdem quoq; ſimplicẽ affirmationẽ/ ſequebatur priuatoria negatio/ quę proponit nõ eſt iniuſtus homo. nam ſi verũ eſt dicere quoniam eſt iuſtus homo: verũ quoq; de eodem ẽ dicere quoniam nõ ẽ nõ iuſtus homo. nã qui iuſtus eſt/ non ẽ nõ iuſtus: ſicut verũ erat dicere quoniam idẽ qui iuſtus eſt/ nõ eſt iniuſtus. quare ſimplicem affirmationẽ ſequitur infinita negatio: ſicut eãdem quoq; ſimplicẽ/ priuatoria negatio ſequebatur. ſed hoc nõ conuertitur. neq; ſtatim verum ẽ/ quoniam nõ eſt non iuſtus homo: eũdem eſſe iuſtũ. Equus enim: nõ eſt nõ iuſtus homo. neq; enim omnino homo eſt. qđ autẽ omnino homo nõ eſt: nõ poterit eſſe homo non iuſtus. ſed de equo de quo verum eſt dicere quoniam non ẽ nõ iuſtus homo: non eſt de eo verum dicere quoniam eſt iuſtus homo. ſicut de eodem equo verum eſſet dicere priuatoriam negationem/ quæ proponit non eſt iniuſtus homo (hęc enim poterat etiam de equo dici) nec erat verũ quoniam ſequeretur hanc/ ideſt priuatoriã negationẽ: ſimplex affirmatio/ quę dicit ẽ iuſtus homo. Quare nõ ſequitur infinitam negationẽ quę ẽ nõ eſt non iuſtus homo/ ſimplex affirmatio quę proponit eſt iuſtus homo: ſicut nec illã quidem quę conſentit infinitę negationi/ ideſt priuatoriam negationem quę proponit non ẽ iniuſtus homo/ ea quę dicit eſt iuſtus homo/ ſimplex affirmatio/ ſequebatur. Cõcludenti igitur dicendũ eſt: quoniam affirmationẽ quidẽ ſimplicem ſequitur infinita negatio/ ſicut eam priuatoria ſequebatur. infinitam vero negationem nõ ſequitur ſimplex affirmatio: ſicut nec negationem priuatoriam ſequebatur. Rurſus in altera parte idem ecõuerſo euenit. affirmationem enim infinitã ſequitur negatio ſimplex: ſicut priuatoriam quoq; affirmationẽ eadem ſimplex negatio ſequebatur. nã qui eſt non iuſtus homo/ ille ex neceſſitate nõ ẽ iuſtus hõ: ſicut etiã qui eſt iniuſtus homo/ ille ex neceſſitate nõ eſt iuſtus homo. At vero ſi verum eſt dicere quoniã nõ eſt iuſtus homo: nõ omnino neceſſe eſt illum eſſe nõ iuſtũ hominẽ. equus enim non ẽ iuſtus homo. nam qui omnino homo nõ eſt: nec iuſtus homo eſſe poteſt. ſed nullus de eodem dicere poteſt/ quoniam equus eſt nõ iuſtus homo. qđ enim homo nõ eſt: nec nõ iuſtus homo eſſe poteſt. ſicut etiam cũ diceremus nõ eſt iuſtus homo: nõ ſequebatur priuatoria affirmatio/ quę dicit eſt iniuſtus homo. equus nãq; non eſt iuſtus homo: ſed de eodem equo nemo dicit/ quoniam eſt iniuſtus homo. Iterũ igitur cõcludenti dicẽdũ eſt affirmationem infinitã/ ſequi ſimplicem negationẽ: ſicut affirmationẽ quoq; priuatoriã ſequebatur. ſed nõ conuertitur. neq; enim ſequitur ſimplicẽ negationẽ infinita affirmatio: ſicut eam nec priuatoria affirmatio ſequebatur. ſic ergo cũ ſint quattuor propoſitiones: duę ſimplices/ duæ infinitæ ſunt. quarum quattuor duę ſimplices ſunt/ eſt iuſtus homo/ nõ eſt iuſtus homo: duę vero infinitę/ eſt nõ iuſtus homo/ nõ eſt nõ iuſtus homo. & harum quattuor: duę quidẽ/ ideſt negatio infinita & negatio ſimplex ſequũtur duas. ideſt negatio infinita ſimplicẽ affirmationẽ: ea ſcilicet q dicit nõ ẽ nõ iuſtus homo/ eã quę dicit ẽ iuſtus homo. affirmationẽ vero infinitam/ ſequitur negatio ſimplex. affirmationem enim infinitã quę dicit eſt nõ iuſtus homo: ſequitur ea quę proponit non ẽ iuſtus homo negatiua ſimplex. duę vero alię/ ideſt affirmatio ſimplex & affirmatio infinita: nõ ſequũtur negationẽ infinitam & ſimplicem negationẽ. hoc autẽ etiam in priuatorijs euenit/ vt affirmatio priuatoria nõ ſequatur ſimplicem negationem: cũ illam/ ſimplex negatio ſequatur. & rurſus negatio priuatoria ſequatur affirmationẽ ſimplicẽ: cum ſimplex affirmatio nõ ſequatur priuatoriã negationem. Recte igitur dictum eſt/ harum quattuor ideſt duarũ ſimpliciũ propoſitionum/ & duarũ infinitarũ: duas duabus eſſe cõſequentes/ & habere quandã cõſequẽtiam ad alias/ ſicut infinita negatio & ſimplex negatio/ ſequuntur ſimplicem affirmationẽ/ & infinitam affirmationem. ſicut priuationes quoq;. nam & priuatoria negatio ſequebatur ſimplicem affirmationem/ & ſimplex negatio ſequebatur priuatoriam affirmationẽ. ergo duę habent cõſequentiam/ ideſt infinita negatio & ſimplex negatio: ad ſimplicem & infinitam affirmationes/ ſicut priuationes quoq; (nãq; & priuationes ſimiliter ſunt/ vt ſupra ſępe mõſtraui) duę vero minime habent conſequentiam. neq; enim negatiuam infinitam ſimplex ſequitur affirmatiua/ aut infinita affirmatiua ſimplicem negatiuã ſequitur: ſicut in priuationibus quoq; fuit. In priuationibus namq; nec affirmatio ſimplex priuatoriã negationem ſequebatur: nec ſimplicem negationem priuatoria affirmatio conſecuta ẽ. ſenſus ergo huiuſmodi ẽ. quattuor iſtę erũt ideſt quattuor propoſitiones/ ex quibus duplicem fieri oppoſitionem dixerat. quattuor aut iſtę ſunt/ duę ſimplices/ affirmatiua ſcilicet eſt iuſtus homo/ negatiua nõ ẽ iuſtus homo: & duæ infinitę/ affirmatiua eſt nõ iuſtus homo/ negatiua non eſt non iuſtus homo. Quarum (inquit) duæ

plex/ vera quoq; ſit negatio priuatoria/ & affirmatiõis ſimplicis veritatẽ/ negationis priuatoriæ veritas cõſequaꝫ. At vero nõ hęc cõuerſio ẽ. neq; enī affirmatio ſimplex/ negationẽ ſeqtur priuatoriã. Nã ſi verũ eſt dicere quoniã non ẽ iniuſtus hõ: nõ omnino verũ ẽ dicere quoniã eſt iuſtus homo. poteſt enim vere de equo dici quoniam equus nõ eſt iniuſtus homo. neq; enim omnino homo eſt: & ideo nec iniuſtus homo eſt. ſed nõ poteſt dici de equo/ quoniam equus ẽ iuſtus homo. ita ergo veritatem priuatorię negationis/ non ſequitur veritas ſimplicis affirmationis: atq; ideo nec cõtinua propoſitio hinc & coniũcta proponi proferriq; poteſt. Non enim vera propoſitio eſt ſi quis dicat: ſi nõ eſt iniuſtus homo/ eſt iuſtus homo. de equo enim verũ eſt (vt dictũ eſt) quia non eſt iniuſtus homo: nõ tamen verum eſt eſſe iuſtum hominẽ/ equũ. quare negationem priuatoriam ſimplex affirmatio non ſequitur. mõſtratum eſt igitur quoniam affirmationẽ ſimplicem/ negatio priuatoria ſequeretur: negationẽ vero priuatoriã ſimplex affirmatio nõ ſequeretur. Rurſus videamus & in oppoſita parte: qualis ſit cõſequentia. In diuerſa enim parte affirmationem quidem priuatoriã/ ſequitur negatio ſimplex: negationẽ vero ſimplicem/ affirmatio priuatoria non ſequitur. Nam ſi verum eſt dicere/ quoniam eſt iniuſtus homo: verum eſt dicere quoniam non eſt iuſtus homo. qui enim iniuſtus eſt: iuſtus nõ eſt. & affirmatiuę priuatorię/ eius ſcilicet quę dicit eſt iniuſtus homo/ veritatem: ſequitur negatiua ſimplex quę eſt/ nõ eſt iuſt⁹ homo. hoc autem nõ conuertitur. Neq; enim ſimplicẽ negatiuã: ſequitur priuatoria affirmatiua. Nam ſi verum eſt dicere quoniã nõ eſt iuſtus homo: non eſt omnino verũ/ quoniam ẽ iniuſtus homo. de equo enim verum eſt dicere quoniã equus nõ eſt iuſtus homo. nam qui omnino homo nõ eſt: nec iuſtus homo eſt. ſed nõ de eodem equo poteſt dici vere quoniam equus eſt iniuſtus homo. nam qui homo nõ eſt: nec iniuſtus homo eſſe poteſt. quare veritatem negatiuę ſimplicis: nõ ſequitur veritas priuatoriæ affirmationis. veritatem autẽ affirmationis priuatorię: ſequitur ex neceſſitate veritas ſimplicis negatiuę. Quocirca mõſtratum eſt hoc in vtriſq; : quoniã affirmationem quidẽ ſimplicem ſequeretur negatio priuatoria/ negationem vero priuatoriam nõ ſequitur affirmatio ſimplex. Rurſus affirmationẽ priuatoriam ſequitur negatio ſimplex: negationem ſimplicẽ nõ ſequitur affirmatio priuatoria. His ergo ita poſitis: de infinitis priuatoriiſq; tractemus. Priuatorię nãq; & infinitę: affirmationes affirmationibus/ negationes cõſentiunt negationibus hoc modo. Affirmatio enim priuatoria quę dicit eſt iniuſtus homo: conſentit infinitę affirmationi quę dicit/ eſt non iuſtus homo. nã ſi idem in re ſignificãt vtręq; / priuatoria affirmatio & infinita/ & quãq; in aliqua ſermonis prolatione diſcrepant: tamen ſignificatione nil diſcrepãt/ niſi tãtũ ꝙ quẽ illa iuſtũ ponit ideſt priuatoria/ hęc ponit eſſe nõ iuſtũ ideſt iſinita. Et rurſus negatio priuatoria q̃ eſt/ non ẽ iniuſtus homo: cõſentit atq; cõcordat ei negationi quę eſt infinita/ non eſt nõ iuſtus homo. hę quoq; ideſt negationes/ ꝙ ſibi in cõſequentia cõſentiunt: manifeſtum eſt. Sequitur autem ſimplicẽ affirmationẽ eam quę dicit eſt iuſtus homo: priuatoria negatio/ quę dicit nõ eſt iniuſtus homo. ſequitur ergo eandẽ ipſam ſimplicem affirmationem infinita negatio: ideſt eam quę dicit eſt iuſtus homo/ ea quę proponit nõ eſt non iuſtus homo. nam ſi ſibi priuatoria negatio/ & infinita cõſentiunt: ſi eam ſequitur priuatoria negatio/ eandem quoq; infinita negatio conſequitur. ſed affirmationem ſimplicem quę proponit/ eſt iuſtus homo: priuatoria negatio ſequitur/ quę dicit nõ eſt iniuſtus homo. quare ſequitur etiã eãdem ſimplicem affirmationẽ quę enũciat eſt iuſtus homo: infinita negatio q̃ eſt/ non ẽ nõ iuſtus homo. Rurſus e diuerſa parte idem euenit/ quoniam affirmationẽ priuatoriã q̃ dicit eſt iniuſtus homo/ ſequebatur negatiua ſimplex quę proponit non eſt iuſtus homo: ſequitur quoq; infinitam affirmationem quę dicit eſt nõ iuſtus homo/ ſimplex negatio quę proponit non ẽ iuſtus homo. Nam ſi priuatoria affirmatio & infinita cõſentiunt: quę propoſitio ſequitur priuatoriam/ eadem ſequitur infinitam. ſed priuatoriam affirmationẽ/ quę dicit eſt iniuſtus homo: ſequitur ſimplex negatio quę proponit/ non ẽ iuſtus homo. ſed priuatoria affirmatio & infinita affirmatio: idem ſignificant/ ſibiq; conſentiunt. ſequitur ergo ſimplex negatio quę eſt/ nõ eſt iuſtus homo: infinitam affirmationem quę dicit/ eſt nõ iuſtus homo. ſed hoc ecõuerſo non euenit. Nunc enim demonſtratũ eſt ꝙ ſimplicem affirmationem ſequeretur infinita negatio/ & ſimplex negatio veritatem infinitę affirmationis ſequeretur: ſed nõ eſt cõuerſio/ vt rurſus infinitam negationem ſequatur finita affirmatio/ & ſimplicem negationẽ ifinita rurſus affirmatio cõſequatur. nam ſi idem priuatoria negatio quæ eſt/ non eſt iniuſtus homo/ & infinita negatio ſignificant/ quę eſt nõ eſt nõ iuſtus homo: quoniam affirmatio ſimplex quę dicit eſt iuſtus homo/ nõ ſequitur priuatoriam negationẽ quę eſt/ non eſt iniuſtus homo/ vt ſupra mõſtrauimus: eadẽ ipſa ſimplex affirmatio quę proponit eſt iuſtus homo/ non ſequitur infinitam negationẽ quę enunciat/ non ẽ nõ iuſtus homo. Rurſus in parte altera/ ſi affirmatio priuatoria quę proponit eſt iniuſtus homo/ idem ſignificat cũ infinita affirmatione/ quę dicit eſt nõ iuſtus homo/ priuatoria autem

negationem/eodē quoq; modo infinita affirmatio non ſequitur eandem ſimplicē negationem: manifeſtum eſt nullam eſſe in his diſcrepantiam/immo in omnibus ſimillimā cōſequētiam/& illos nichil per hāc rationem quam volunt addere/recte diſſerere/immo potius maioribus obſcurā ſententiam obſcuritatibus implicare. ſed potius ita intelligēdū eſt: vt id qđ ait (quarū duæ qđē ad affirmationē & negationē ſe habebūt ſecūdū conſequētiā/vt priuationes: duę vero minime) ita accipiam⁹ tanq̄ ſi ita dixiſſet/quattuor ꝓpoſitionū/duarū ſimplicium/duarū vero infinitarū: duas ideſt affirmationes ſimplicē & infinitā/ſequuntur duę negationes ſimplex & infinita ſcilicet ſicut priuationes quoq;. In priuationibus enim affirmatiuam ſimplicē ſequebatur priuatoria negatio/& ſimplex negatio priuatoriā affirmationē: reliquę vero duę ideſt ſimplex affirmatio & infinita affirmatio: nullā habent conſequentiam ad negationes ideſt ad ſimplicē & infinitā/ſicut nec priuationes quoq;. nā affirmatio priuatoria nō ſequebatur negationē ſimplicē: nec ſimplex affirmatio priuatoriā negationem vt dicamus hoc modo. quare quattuor iſtę erūt: duę ſimplices/duę ifinitę. quarum ideſt duarū ſimplicium & duarum infinitarum: duę quidem ideſt negationes ſimplex & infinita ad duas affirmationes ſequuntur ideſt ſimplicē & infinitā. hoc eſt enī qđ ait/ad affirmationē & negationē ſe habebūt ſcđm conſequentiā ideſt conſequūt negationes ad eas quę ſunt affirmationes/ſicut in priuationib⁹ quoq; dicebatur. duę vero ideſt affirmationes ſimplex & infinita: non habent ſe ſecūdum conſequentiam ad duas negationes/ideſt ſimplicem & infinitā/ſicut priuationes quoq; ſe ſecundum conſequentiam non habebant. nam priuatoriā negationem/nō ſequebatur affirmatio ſimplex: nec ſimplicē negationē/priuatoria affirmatio. Eſt alia quoq; ſimplicior expoſitio quā Alexander poſt multas alias expoſitiones in quibus animaduertit/ędidit hoc modo. Cū ſint (inquit) quattuor ꝓpoſitiōes/quarū duę ſunt infinitę/duę vero ſimplices: duę (inquit) infinitę æqualiter ſe habent ſecundum affirmationē & negationē ad priuatorias/duę vero ſimplices ad eaſdem priuatorias ſe ſimiliter non habent hoc modo. Affirmatiua enim ifinita cōſentit affirmatiuę priuatorię. ea enī quę dicit infinita affirmatio eſt nō iuſtus homo: ei conſentit affirmatiuę priuatorię quę dicit eſt iniuſt⁹ homo. ea vero infinita negatio q̄ dicit non ē nō iuſtus hō: priuatorię negationi cōſentit q̄ dicit nō eſt iniuſtus hō. atq; hæ quidē duę ideſt infinita affirmatio & infinita negatio: ita ſe habent ad affirmationem & negationē vt priuationes/ideſt eadē affirmant vel negant q̄ priuationes affirmant vel negant. duę vero minime: ideſt duę ſimplices/minime ſe ita habēt ad affirmationē & negationem ſicut priuationes. nā omnino non conſentit ſimplex affirmatio priuatoriæ affirmationi. ea enim quæ dicit eſt iuſtus homo: non cōſentit ei quę dicit eſt iniuſtus homo. nec rurſus negatio ſimplex priuatorię negationi conſentit. ea enim q̄ dicit non eſt iuſtus homo quę eſt ſimplex negatio: pluriſmum diſſidet ab ea q̄ dicit/non eſt iniuſtus homo/quę eſt priuatoria negatio. ergo cum ſint quattuor affirmatio ſimplex/& negatio ſimplex/affirmatio infinita/& negatio infinita: harum duæ ideſt affirmatio infinita & negatio infinita/ita aliquid affirmant vel negant vt priuationes. hoc eſt enim quod ait. quarum duę quidē ad affirmationem & negationem ſeſe habebunt ſecundū cōſequētiā vt priuatiōes: duę vero minime. neq; eni ita affirmāt & negant duę ſimplices: ſicut duę priuatorię. Affirmatio nāq; ſimplex ab affirmatiōe priuatoria diſcrepat: & rurſus negatio ſimplex a negatione priuatoria longe diſſidet atq; diſcordat. ſed hęc (vt diximus) Alexādri expoſitio ē poſt multas alias ſimplicior/nō tñ repudiāda: ſed illa ſuperior verior eē videt/qđ Ariſtoteles ipe teſtat. ait enī paulopoſt: hęc igitur quēadmodum ī reſolutiuis dictū eſt ſic ſūt diſpoſita. hāc enī cōſequētiā quā in ſuperiori expoſitiōe memoraui priuatoriarū & infinitarū ad ſimplices: ī primi libri priorū reſolutiuorū/q̄ analytica gręci vocāt/fine diſpoſuit. Dicit aūt Porphyri⁹ fuiſſe quoſdā ſui tēporis/q hūc exponerēt locū/& qñ ab Hermynio vel Aſpaſio vel Alexandro expoſitiones ſingulas proferentes multa contraria & in expoſitionibus male ab illis æditis & diſſidentia reperierunt: arbitratos fuiſſe hunc librum Ariſtotelis vt dignum eſſet/exponi omnino nō poſſe/multoſq; illo tēpore viros totā hūius libri prętereiſſe doctrinā/ꝙ inexplicabilē putarent eſſe caliginem. Nos aūt breuiſſime hūc locū in prima æditione prętereiuimus. ſed quod illic pro intellectus ſimplicitate breuiter poſuim⁹: hic omni latitudine totā ſententię vi & prolixitatē digeſſim⁹. quare quoniā ſuperiora digne (vt michi videtur) expreſſimus: ſequentis textus ordinem ſententiamq; videamus.

Alexander

» ¶ Similiter autem ſe habebunt & ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio vt omnis eſt homo iuſtus: negatio/non omnis eſt homo iuſtus. omnis eſt homo non iuſtus: non omnis eſt hō non iuſtus. Sed non ſimiliter angulares veras eſſe contingit. contingit aūt aliquādo.

» ¶ De ifinitis q̄dā propoſitiōib⁹ prelocut⁹: nūc de ijs q̄ determinatę ſunt ſcđm vniuerſalitatis & particularitatis adiectionem dicit ꝙ etiam ſimiliter ipſę ſe habent/ſicut illæ quoq; quæ ſine vlla determinatione dicebātur/ſimplex ſcilicet ꝓpoſitio atq; infinita. qđ vero ait/ſimiliter aūt ſe habebūt etſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio: alij ita intellexerunt/vt qđ ait ſimiliter/referatur ad numerum propoſitionū & oppoſitionū. Nā ſicut in ijs q̄ indefinitę ſunt & indeterminatę/duę

negatiua ſcz ifinita/ & negatiua ſiplex ſicſe habebūt ad affirmationē & negationē ſcdm cōſequē
tiā/ideſt ita alias duas affirmatiōes ſiplicē & ifinitā ipſę duę negatiōes ſequūt/ vt eas priuatiōes ſe
q̄bāt:duę vero mīme ideſt ſiplex affirmatio & ifinita affirmatio nō ſeſe habebūt/ſcdm cōſequē
tiā/ipſe duę affirmatiōes ad duas negatiōes infinitā ſcz & ſimplicē:q̄s nō ſequebāt/ſicut nec du
dum has negationes priuatorię quoq; affirmationes ſecutę ſunt. Qđ vero ait ſecundū cōſequē
tiā ad affirmationē & negationē:nō ita intelligēdū ē/ q̄ſi vna ſit affirmatio aut vna negatio. ſed
quoniā in q̄ttuor ꝓpoſitiōib⁹/i q̄b⁹ duę qđē affirmatiōes erūt/duę vero negatiōes, affirmatiōes:
ſimplex qđē eſt iuſtus hō/ifinita aūt ē nō iuſt⁹ hō. negatiōes aūt:ſiplex qđē nō ēiuſt⁹ hō/infinita
aūt/ nō ē nō iuſtus hō)qm̄ affirmatiōes duas ſiplicē quidē eſt iuſtus hō/infinitā aūt eſt nō iuſtus
hō:duę negationes ſeq̄bant/ſimplex ſcz negatio q̄ eſt nō ē iuſtus hō/infinitā affirmationē q̄ di
cit eſt non iuſtus hō/& rurſus infinita negatio ſimplicē affirmationē ſeq̄bat. quoniā ergo (vt di
ctū eſt) duas affirmatiōes & ſimplicē & ifinitā/duę negatiōes ſimplex & ifinita ſeq̄bāt/ hoc aūt
& in priuatiōibus erat:iccirco dictū ē ad affirmationē & negationē ſcdm cōſequētiā ſic ſe habe
re harū q̄ttuor ꝓpoſitionū duas/ſicut etiā ſe priuationes haberēt. Ad affirmationē aūt & nega
tionē dixit:q̄ duas affirmationes duę negatiōes cōſequerent/duę vero minime/ideſt duę affir
mationes negatiōes duas nō ſeq̄rent. neq; eni ſeq̄bat negationē infinitā ſimplex affirmatio/aut
ſimplicē negationē infinita affirmatio:ſicut nec in priuationib⁹ erat/qđ ſępe ſupra mōſtratū eſt.
Neq; aūt nos arbitret de eodē genere ꝓpoſitionū dicere ſeq; negatiōes/affirmatiōes. neq; eni di
cim⁹ negationē ſiplicē:ſeq; affirmationē ſiplicē. hoc eni ipoſſibile ē. nūq; eni ſibi,cōſētiūt ſiplex af
firmatio ſiplex q; negatio:nec rurſ⁹ ifinita negatio/& ifinita affirmatio. neq; eni fieri poteſt/vt
aut negatio q̄ dicit nō ē iuſt⁹ hō/affirmatiōi q̄ ꝓponit ē iuſt⁹ hō cōſentiat:aut affirmatio q̄ dicit
ē nō iuſt⁹ hō/cōſētiat negatiōi q̄ dicit nō ē nō iuſtus hō. eā eni q̄ dicit ē iuſt⁹ hō ſimplicē affirma
tionē:ſequtur priuatoria negatio/q̄ dicit nō eſt iuſtus hō. Sed negatiuā(inquntinfinitā q̄ eſt/ nō
eſt nō iuſtus hō:nō ſequitur affirmatiua ſimplex q̄ dicit ē iuſtus hō. ergo quēadmodū negatiua
priuatoria/q̄ ē/nō ē iuſtus hō/ſequtur affirmatiuā ſimplicē q̄ dicit eſt iuſt⁹ hō: nō eodē modo ea
dē ſimplex affirmatio/q̄ dicit eſt iuſtus hō ſequit infinitā negationē/ q̄ dicit nō eſt non iuſt⁹ hō.
Quibus dicēdū eſt nō eos hanc conſequētiam recte intelligere:necq; cū in hac hutuſmodi ꝓpo
ſitionū conſequentia diſcrepare. Cur eni hoc notauerūt/ q̄ nō ſequit negationē infinitā quę eſt
nō eſt nō iuſtus hō:affirmatio q̄ dicit eſt iuſtus hō ſ nā hoc nichil mirabile debet videri. iccirco
eni ſimplex affirmatio q̄ dicit eſt iuſtus hō/ nō ſeqtur infinitā negationē q̄ dicit nō eſt nō iuſtus
hō:quoniā nec antea priuatoriā ſeq̄bat. neq; eni ſeq̄bat eadē ſimplex affirmatio q̄ dicit eſt iuſt⁹
hō:priuatoriā negationē/q̄ dicit nō eſt iuſtus hō. & ea cauſa eſt:cur ifinitā quoq; nō ſeqtur. infi
nita eni & priuatoria (vt ſupra ſępe dictū ē)ſibi cōſētiūt. quare nulla eſt diſcrepātia. nā ſi ſimplex
affirmatio negationē priuatoriā ſequeret:eodē quoq; modo infinitā negationē ſequeret. nunc
aūt quoniā ſimplex affirmatio negationē priuatoriā nō ſequit:nec infinitā quoq; ſequit negā
tiuā. Illi aūt q ſumpſerūt quoniā ſequeret priuatoria negatio ſimplicē affirmationē/ & in eadem
cōſequētia diſcrepare dixerūt/q̄ ſimplex affirmatio nō ſeq̄ret infinitā negationē: nō ita oportu
it diſcrepātiā ſumere. ſed magis ſi quēadmodū priuatoria negatio ſequeret affirmationē ſimpli
cē/ſic infinita negatio nō ſequeret ſimplicē affirmationē:tunc in cōſequētia diſcrepare. nūc autē
nulla eſt omnino diſcrepātia. atq; in hac quidē pte nichil omnino diſcrepāt/atq; diſcordāt. vide
amus nūc in altera parte:quā illi eſſe diſcrepantiā dicūt infinitarū cōſequētię & priuatoriarū ad
ſimplices/vt ī ea quoq; ſi qđ vere diſcrepet videam⁹. Dicūt eni affirmatiōi qđē priuatorię/q̄ di
cit eſt iniuſtus hō:cōſentiētē eē & cōcordātē ſimplicē negatiuā q̄ dicit nō eſt iuſt⁹ hō. et ſicut ſim
plex negatio priuatoriā ſequit affirmationē/& ſicut negatio priuatoria ſeq̄t ſiplicē affirmationē:
aiūt q̄m nō ita ſeqtur ſimplicē negationē q̄ dicit nō ē iuſt⁹ hō/infinita affirmatio q̄ dicit ē nō iu
ſtus homo. hęc enim illam nō ſequitur. Quibus dicēdū eſt rurſus/ quoniā iccirco ifinita affirma
tio quę dicit eſt non iuſtus homo/non ſequitur ſimplicem negationē quę proponit nō eſt iuſtus
hō:q̄m priuatoria affirmatio/q̄ dicit ē iniuſt⁹ hō/nō ſeq̄t ſiplicē negationē q̄ ꝓponit nō ē iuſtus
hō. q̄ ſi priuatoria affirmatio ſeq̄retur ſimplicē negationē:ſeq̄retur ſine dubio infinita quoq; af
firmatio eandem ſimplicem negationē. Nunc aūt quoniā priuatoria affirmatio ſimplicē nega
tionem nō ſequitur:neq; ifinita affirmatio ſimplicē ſequitur negationē. affirmatio eni priuato
ria & affirmatio infinita/ſibimet conſentiunt. Illi vero qui diſcrepātiā voluerunt oſtēdere ī infi
nitarū & priuatoriarū cōſequētia ad ſimplicē/q̄ cū negatio ſimplex ſequeretur affirmationē pri
uatoriā nō eodē modo affirmatio infinita ſequeretur ſimplicē negationē: non ita oportuit colli
gi diſcrepantiā. ſed potius ſi quēadmodū affirmatio priuatoria/ quę dicit eſt iniuſtus homo/ nō
ita infinita affirmatio quę enūciat eſt non iuſtus homo/ſequeretur ſimplicem negationē quę eſt
non eſt iuſtus homo:tunc oportuerat dicere aliquid diſcrepare conſequētiā priuatoriarū & in
finitarū ad ſimplices. nūc aūt cū eodē modo quo priuatoria affirmatio non ſequitur ſimplicem

iuſtus/angularis ẽ.igiť affirmationes affirmationibus/& negatiões negationib⁹ angulares ſũt/ & in ordine indefinitarũ ꝓpoſitionũ/& in ordine definitarũ . quocirca de earũ conſequẽtia ſpeculãdũ eſt.Dictũ ẽ enĩ prius ꝙ affirmationẽ indefinitã ſimplicẽ ſequeretur priuatoria & infinita negatio:eas vero ſimplex affirmatio non ſequeretur . rurſus infinitã affirmationẽ priuatoriã ꝙ affirmationẽ ſequitur ſimplex negatio:hæ vero ſimplicem negationem non ſequuntur.Rurſus ſi quis ad ordinẽ definitarum reſpiciat:idem inueniet.affirmationem nãꝙ vniuerſalẽ ſimplicẽ ſequitur particularis priuatoria negatio/& particularis infinita negatio.Nam ſi vera eſt vniuerſalis affirmatio ſimplex quę dicit/ois eſt homo iuſt⁹:vera eſt etiã particularis priuatoria negatio q̃ dicit/ nõ omnis eſt hõ iniuſtus.hoc aũt iccirco euenit/ ꝙ ea q̃ dicit nõ ois hõ iiuſtus eſt:idẽ poteſt qđ ſimplex/& ſimilis eſt ei q̃ ꝓponit quidã hõ iuſtus eſt/ particulari ſimplici affirmationi. nam ſi nõ omnis hõ iiuſtus eſt:quidã homo iuſtus eſt.ſed particularis affirmatio ſimplex ſequitur vniuerſalẽ affirmatiuã ſimplicẽ.Quando enim vera eſt vniuerſalis affirmatio q̃ dicit omnis homo eſt iuſtus:vera eſt & particularis affirmatiua q̃ proponit quidã hõ iuſtus eſt. ſed ei q̃ dicit quidã homo iuſtus eſt:cõſentit particularis negatio priuatoria q̃ proponit/ non omnis hõ ẽ iniuſtus.Quocirca etiã particularis negatio priuatoria:vniuerſali ſimplici affirmationi conſentit. ſequitur igitur eam q̃ dicit/ omnis eſt homo iuſtus/ vniuerſalẽ ſcilicet ſimplicẽ affirmationẽ:ea q̃ proponit/ non ois eſt homo iiuſtus/ particularis negatio priuatoria.Sed huic particulari negationi priuatorię/q̃ dicit non omnis eſt homo iniuſtus:cõſentit particularis infinita negatio/quę dicit non ois eſt homo nõ iuſtus.& verum eſt ſi non omnis eſt hõ iniuſtus:quoniã non omnis ẽ homo nõ iuſtus.idem enim eſt eſſe iniuſtũ:qđ non iuſtũ.ſed particularis priuatoria negatio:ſequitť ſimplicẽ vniuerſalẽ affirmationẽ. Infinita igitť negatio particularis: ſeqtur ſimplicẽ affirmationẽ vniuerſalẽ/ eiꝙ cõſentit/ ſi prius affirmatio vniuerſalis vera ſit.quocirca eam quę dicit omnis eſt homo iuſtus/ vniuerſalẽ ſimplicẽ affirmatiuã:ſequunť ſine dubio particularis negatio priuatoria/ non omnis eſt hõ iniuſtus/& particularis negatiua infinita/ nõ omnis eſt homo non iuſtus.Quare hic quoꝙ affirmationẽ negatiões ſequũť:ſed hoc non cõuertitur.quoniã enĩ(vt dictum eſt)negatio particularis priuatoria q̃ dicit/ nõ omnis eſt homo iniuſtus cõſentit particulari affirmationi ſimplici/ei ſcilicet q̃ dicit qdam hõ iuſtus eſt.hanc aũt particularẽ affirmatiuã:nõ ſequitur vniuerſalis affirmatiua.neꝙ eni ſi verũ eſt quẽdã hominẽ eſſe iuſtum:iccirco iam & omnem eſſe hominẽ iuſtũ neceſſe ẽ.quare nõ ſequiť affirmatio vniuerſalis ſimplex/ois eſt hõ iuſt⁹: affirmationem particularem/ quidã homo eſt iuſtus.poteſt enim hac vera ideſt particulari:vniuerſalis eſſe falſa.ſed particularis affirmatio ſimplex:particulari negationi priuatoriæ cõſentit. quare nec priuatoriam particularẽ negationẽ:ſimplex affirmatio ſequitur vniuerſalis.Eã igitur quæ dicit/ non ois eſt hõ iniuſtus:non ſequiť affirmatio vniuerſalis ſimplex q̃ proponit omnis homo iuſtus eſt.ſed particularis priuatoria negatio:conſentit particulari negatioi infinitę. vniuerſalis igitur affirmatio ſimplex:non ſequitur particularẽ negationem infinitã. ea igitur q̃ dicit ois eſt hõ iuſtus/ affirmatio vniuerſalis ſimplex:nõ ſequiť eam q̃ dicit nõ omnis eſt homo nõ iuſtus particularẽ infinitam negationẽ.duę igitur negatiões infinita/& priuatoria particulares: ſequunť vniuerſalem ſimplicẽ affirmatiuã/ ſicut in ijs quoꝙ erat quę ſũt indefinitę. duę enĩ negationes infinita & priuatoria/ indefinitę:ſimplicẽ affirmatiuã ſequebantur indefinitam.ſed nõ econuerſo.affirmatio enim vniuerſalis ſimplex/ non ſequitur negationẽ particularẽ infinitam & priuatoriã:ſicut nec indefinita quoꝙ affirmatio ſimplex/ indefinitas ſequebatur negationes priuatoriã atꝙ infinitã.quare in hoc vno ordine ſimiliter ſe habent definitę:ijs quę ſunt indefinitę.æqualiter enim affirmationibus veris:verę ſunt negationes.negationũ veritatẽ:affirmationum veritas non ſequitur/ nec his cõſentit.Rurſus in altera parte perſpiciamus quẽadmodũ affirmationes vniuerſales priuatoriã ſcilicet & infinitã:particularis negatio ſimplex ſequať.nã affirmationẽ vniuerſalẽ priuatoriã ois eſt hõ iiuſtus:ſequitur particularis negatio ſimplex nõ omnis eſt hõ iuſtus.ea enĩ q̃ dicit ois eſt hõ iniuſtus: conſentit ſimplici vniuerſali negationi q̃ dicit nullus hõ eſt iuſtus.nã ſi omnis eſt homo iniuſtus:nullus eſt homo iuſtus . ſed hãc ideſt vniuerſalẽ ſimplicẽ negatiuã:ſequitur particularis ſimplex negatio. Nã ſi vera eſt quoniã null⁹ homo iuſtus eſt;vera quoniã nõ ois homo iuſtus eſt.ſed vniuerſalis negatio ſimplex:vniuerſali priuatorię affirmationi cõſentit.ſequiť ergo particularis ſimplex negatiua q̃ eſt nõ ois hõ iuſtus:vniuerſalẽ affirmationẽ priuatoriam q̃ proponit omnis eſt homo iiuſtus.ſed hęc vniuerſali affirmationi infinitę conſentit.idem enim ſignificat omnis eſt homo iniuſtus :& oñis eſt hõ non iuſt⁹. quare ſequiť quoꝙ pticularis negatio ſimplex q̃ eſt nõ omnis eſt hõ iuſtus:vniuerſalẽ affirmationẽ infinitã q̃ dicit ois eſt hõ nõ iuſt⁹ .Hic ergo affirmatiões vniuerſales priuatoriã atꝙ ifinitã: ſeqtur pticularis negatio ſimplex q̃ eſt nõ ois ẽ hõ iuſt⁹/ ſed nõ cõuertiť.Eteni qm̃ ſimplicẽ negationem particularẽ q̃ dicit nõ omnis ẽ homo iuſt⁹:nõ ſequitur vniuerſalis negatio quę proponit

ſunt oppoſitiones/ vna ſimplicis negationis & ſimplicis affirmationis/ altera infinitę affirmationis & infinitę negationis/ quattuor autē propoſitiōes/ qđ ſupra iā dictū eſt: ita quoq; in iis q̄ determinationē ſecūdum vniuerſalitatē particularitatēq; habent/ fiunt quattuor ꝓpoſitiones/ & oppoſitio duplex. Oppoſitio enim vna eſt vniuerſalis affirmationis ſimplicis/ & particularis negationis ſimplicis. vt eſt/ omnis hō iuſtus eſt/ non omnis homo iuſtus eſt: hęc eſt quidē vna oppoſitio. Alia vero infinitę vniuerſalis affirmatiōis/ & infinitę particularis negationis. vt eſt/ omis homo nō iuſtus eſt/ non omnis homo non iuſtus eſt. Quare hic quoq; cū duę ſint oppoſitiones: erunt ſine dubio ꝓpoſitiones quattuor/ ſicut in iis de quibus ſupra iā dixerat/ quę ſcilicet determinatiōe carebāt. Alij vero q Ariſtotelis animū penitus inſpexerūt/ nō aiunt ſimiliter ſolū ſe habere determinatas ꝓpoſitiōes ad nūerū oppoſitionū & ꝓpoſitionū: ſed etiāad cōſequētiā. Nā q̄ ē cōſequētia negationū ad affirmatiōes in iis ꝓpoſitionibus ſiplicibus & infinitis/ q ꝓter determinationē dicūt: eadē ſimilitudo habeī in iis quę cū determinatiōe proferunt. ſed quoniā nō in oibus omnia ſimilia habent: iccirco addidit/ id notās/ ſed non ſimiliter angulares cōtingit eſſe veras/ contingit aūt aliqñ. Senſus autē totus huiuſmodi eſt. Similiter (inquit) ſe habent eę ꝓpoſitiones q̄ ſecūdū determinationē dicūtur infinitę ad ſimplices & ſiplices ad infinitas: quēadmodū illę quoq; ſe habebāt quę ſine determinatione indefinitę dicebātur. Sed habēt quādā diſſimilitudinem: q̄ angulares ꝓpoſitiones in iis quę cū determinatione dicūtur/ non eodē modo veręſunt/ quo modo illę veræ ſunt/ q̄ ſine determinatione ꝓferebanī/ vel infinitę vel ſimplices. vi deamus ergo prius an eadē in iis quę determinatę ſunt/ conſequētia ſit: quę in iis eſt q indefinite proferūtur. poſt videamus quę ſit in angularibus diſſimilitudo. Diſponātur ergo non ſolū eę q̄ ſimplices/ vel infinitę ſunt: ſed etiā quæ ſunt priuatorię/ & prius quidem diſponātur hoc modo. Simplex quidem affirmatio/ ſimplexq; negatio: et hęc quidē indefinitę ideſt pręter vniuerſalitatis/ aut particularitatis adiectionē. Sub his/ ideſt ſub affirmatiōe quidem ſimplici ponatur negatio priuatoria: ſub negatione vero ſimplici/ affirmatio priuatoria/ et hę quoq; rurſus indefinitę. Sub his aūt ponaī/ ideſt ſub affirmatione priuatoria & ſub ſimplici negatione/ affirmatio infinita. Sub priuatoria aūt negatiōe & ſimplici affirmatiōe/ ponaī negatiua infinita: & hę quoq; indefinitę & indeterminatę ſine vlla vel vniuerſalitate aut particularitate. Sub his aūt diſponanī eę q̄s determinatas vel vniuerſalitatis quātitate vel particularitatis vocamꝰ. & primo qđē affirmatio vniuerſalis ſimplex/ contra hāc negatio particularis ſimplex. Sub affirmatiōe autem vniuerſali ſiplici ponaī negatio particularis priuatoria. ſub negatiōe aūt particulari ſimplici/ vniuerſalis affirmatio priuatoria. Rurſus ſub negatiōe particulari priuatoria & ſub affirmatiōe vniuerſali ſimplici/ ponatur negatio particularis infinita. Sub affirmatione vero vniuerſali priuatoria & ſub negatione ſimplici particulari: ponatur vniuerſalis affirmatio infinita. erit autem huiuſmodi deſcriptio.

Affirmatio ſimplex	Homo iuſtus eſt
Negatio priuatoria	Homo iniuſtus non eſt
Negatio infinita	Homo non iuſtus non eſt
¶INDEFINITAE PROPOSITIONES	
Homo iuſtus non eſt	Negatio ſimplex
Homo iniuſtus eſt	Affirmatio priuatoria
Homo non iuſtus eſt	Affirmatio infinita
Affirmatio vniuerſalis ſimplex	Omnis homo iuſtus eſt
Negatio particularis priuatoria	Non omnis homo iniuſtus eſt
Negatio particularis infinita	Non omnis homo non iuſtus eſt
¶DEFINITAE PROPOSITIONES	
Non omnis homo iuſtus eſt	Negatio particularis ſimplex
Omnis homo iniuſtus eſt	Affirmatio vniuerſalī priuatoria
Omnis homo non iuſtus eſt	Affirmatio vniuerſalis infinita

¶In hoc ordine propoſitionū quem ſupra deſcripſimus: quæ ſint angulares manifeſtum eſt. Sunt namq; affirmationes quidem affirmationibus/ negationes vero negationibus: & in iis quidem quæ indefinitæ ſunt/ eodem modo āgulares ſunt affirmatiōes. Simplex quidē affirmatio quę dicit eſt homo iuſtus: priuatoriæ affirmationi quę dicit eſt homo iniuſtus/ & infinitę affirmationi q̄ ꝓponit eſt homo nō iuſtus/ angulari s ē. Negatio vero ſimplex q̄ eſt nō eſt hō iuſtus: negationi priuatorię q̄ dicit non eſt hō iniuſtus/ & negatiōi infinitę q̄ eſt non ē hō nō iuſtus angularis eſt. Itē ſi quis ad definitas ꝓpoſitiōes aſpiciat: idē ſine aliqua dubitatione reperiet. Affirmatio eni vniuerſalis ſimplex q̄ eſt oīs homo iuſtus eſt: affirmationi vniuerſali priuatorię q̄ enūciat omnis hō iniuſtus eſt/ & affirmationi vniuerſali infinitę q̄ dicit oīs eſt homo nō iuſtus/ angularis ē. Itē negatio particularis ſimplex quę eſt nō oīs ē hō iuſtus: negationi particulari priuatoriç q̄ dicit nō oīs eſt homo iiuſtus/ & negatiōi particulari infinitę q̄ proponit nō oīs eſt homo nō

ſimilitudo ad infinitas angulares. nã ſicut illic negatiões negationib⁹ indefinitę ãgulares / verę ſimul eſſe poterant in iſs q̃ neq; naturalia ſunt neq; impoſſibilia: ita hic quoq; ideſt in ordine definitarum negationes definitas negatiõibus definitis / angulares angularibus ſimul veras eẽ cõtingit / i iſs quæ neq; ſunt ipoſſibiles nec naturales. negatio enĩ ſimplex particularis quę dicit non omnis eſt hõ iuſtus: poteſt ſimul vera eſſe cũ ea q̃ dicit nõ omnis eſt hõ iniuſtus. poteſt enĩ fieri vt quidã ſint iuſti: quidã autẽ nõ ſint iuſti. et in eo vtręq; verę ſunt / & ea q̃ dicit nõ oĩs eſt hõ iuſtus / quia ſunt quidã iniuſti: & ea q̃ dicit non omnis eſt hõ iniuſtus / quia poterant aliqui eſſe iuſti. ſed hęc cõſentit infinitę negationi particulari / q̃ dicit non omnis eſt homo nõ iuſtus. idẽ enĩ eſt dicere non omnis eſt hõ iniuſtus / qđ nõ omnis eſt hõ non iuſtus. quocirca & hæ ſibi angulares ſimul verę eſſe poſſunt. Nã ſi qdã ſunt iuſti / quidã iniuſti: verũ eſt dicere quoniã nõ omnis eſt homo iuſtus / qa ſunt quidã iniuſti. rurſus verũ eſt dicere nõ oĩs eſt hõ nõ iuſtus: quia ſunt quidã iuſti. negatiõibus igitur negatiões angulares definitę / ſimul verę eẽ poſſunt. & hoc eſt ſimile indefinitis in qb⁹ ſicut affirmatiões affirmatiõibus: ita quoq; i veritate angulares negatiões negationib⁹ cõſentiunt. Senſus ergo totus huiuſmodi eſt. Similiter autẽ (inquit) ſe habeti ideſt ſimilis erit cõſequentia propoſitionũ: quẽadmodum fuit in idefinitis etiã ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio ideſt etiã ſi definitę affirmatiões negationeſq; ponantur. vt per ſubiecta exempla monſtrauit / dicens affirmationi ſimplici vniuerſali / oĩs eſt hõ iuſtus: opponit nõ oĩs eſt hõ iuſt⁹ / particularem ſcilicet ſimplicẽ. & rurſus vniuerſalẽ affirmationẽ infinitã ꝓponens / eam ſcilicet q̃ eſt omnis eſt homo non iuſtus: huic illam oppoſuit q̃ dicit non omnis eſt homo non iuſtus. hæ (inquit) ſimiliter ſe habent ad conſequentiã quemadmodũ indefinitę. quomodo autẽ ſe illę habent ad cõſequẽtiam: ſupra monſtratũ eſt. ſed non (inquit) ſimiliter angulares veras eẽ cõtingit. In iſs enĩ quę erãt indefinitę: affirmationes affirmationibus angulares / ſimul verę eſſe poterãt. In iſs aũt quę definitę ſunt. ſimul verę eſſe non poſſunt. Contingit autẽ aliquãdo / vt ſimiliter angulares verę ſint i iſs quę definitę ſũt / quẽadmodũ & i indefinitis. negatiões enĩ negationibus angulares definitę / ſimul in veritate conſentiũt: vt i iſs quoq; inueniebatur / quas indefinitas ſupra deſcripſimus. Plenus eſt igit̃ huiuſmodi intellectus.

Hermyni⁹

¶ Hermynius autẽ hoc aliter ſic exponit. ſimiliter (inquit) duas facient oppoſitiões q̃ttuor ꝓpoſitiões: ſi fuerint duę ſimplices / duę infinitę determinatione tamen adiecta. hoc autẽ ſic monſtrat / proponẽs prius ſimplicẽ affirmationem vniuerſalem quę dicit omnis eſt iuſtus homo. contra hanc particularẽ ſimplicẽ negationẽ / non omnis eſt iuſtus homo. ſub affirmatione vniuerſali ſimplici: affirmationem vniuerſalẽ infinitã quę dicit omnis eſt non iuſtus homo. contra hanc / ſub negatione particulari ſimplici: particularem negationem infinitã quę proponit non omnis eſt non iuſtus homo.

Omnis eſt iuſtus homo	Simplices	Non omnis eſt iuſtus homo
Omnis eſt non iuſtus homo	Infinitę	Non omnis eſt non iuſtus homo

¶ His ergo ita diſpoſitis duę (inquit) fiunt oppoſitiones. Cõtra enĩ eã q̃ eſt oĩs eſt iuſtus hõ: opponitur illa q̃ ꝓponit nõ oĩs eſt iuſtus hõ. hoc aũt iccirco quoniã ſibi cõtradictorie oppoſitę ſũt vniuerſalis affirmatio ſimplex / & particularis negatio ſimplex. & eſt hęc quidem vna oppoſitio. Rurſus contra eãdẽ affirmationẽ ſimplicẽ q̃ dicit omnis eſt iuſtus hõ: opponitur vniuerſalis affirmatio infinita q̃ dicit omnis eſt nõ iuſtus homo / & hoc cõtrario modo. Ea nãq; q̃ dicit oĩs ẽ nõ iuſtus homo: idem ſignificat eiq; cõſentit q̃ dicit nullus hõ iuſtus eſt. ſed hęc q̃ ꝓponit nullus homo iuſtus eſt: contrario modo oppoſita eſt ei q̃ proponit oĩs eſt iuſtus hõ. quocirca etiã ea q̃ dicit oĩs eſt nõ iuſtus hõ: cõtrarie erit oppoſita ei q̃ dicit omnis eſt iuſtus hõ. Eſt igitur hic quoq; altera oppoſitio. duę ergo ſunt oppoſitiões quẽadmodũ etiã i iſs q̃ ſunt indefinitę. licet enĩ alio modo eſſent oppoſitę: tñ duę erãt oppoſitiones. Scđm diametrũ aũt nõ cõtingit ſimiliter veras eſſe: vt ipſe ait. Illæ enĩ qñ indefinitę erãt: & ſcđm diametrũ q̃ erãt / ſimul veras eſſe cõtigebat / & oĩs oĩbus. qđ ſi qs in idefinitarum deſcriptiones redeat: diligenter agnoſcet. hic aũt (inquit) hoc eſt in iſs q̃ definitę ſunt: nõ idem ẽ. hoc ſic mõſtrat. Ea enĩ ꝓpoſitio q̃ dicit oĩs ẽ iuſt⁹ hõ: nõ cõſentit cõtradictioni ſuę q̃ dicit nõ oĩs eſt iuſtus hõ. Rurſus ea quę dicit omnis eſt nõ iuſt⁹ homo: nõ cõſentit rurſus ei quę dicit non omnis eſt non iuſtus homo. hęc enim cõtrarię ipſius cõſentiebat. quare cum vera eſt vniuerſalis affirmatio ſimplex q̃ dicit oĩs eſt iuſtus hõ: ſine dubio falſa ẽ ea q̃ dicit oĩs ẽ nõ iuſtus hõ. ſed hac falſa: cõtradictio ei⁹ vera erit. vera eſt igit̃ ea q̃ negat dicens nõ omnis eſt non iuſtus homo. Quocirca hę duę ꝓpoſitiões angulares verę aliquoties inueniunt̃ / oĩs eſt iuſtus homo / non omnis eſt non iuſtus homo. contingit ergo aliquando veras eſſe: ſed nõ (inquit) omnino. Nam ſi a particulari negatione infinita cęperis: nõ idem eſt / ideſt nõ eadẽ veritas venit. hoc autem tali probatur modo. Si enim vera eſt / quoniam non omnis eſt nõ iuſtus homo: falſa eſt ea quæ dicit omnis eſt non iuſtus homo. eſt enim ei contradictorie oppoſita. hac autẽ falſa quę dicit omnis eſt nõ iuſtus homo: non omnino veram neceſſe eſt eſſe eam quę pro-

null us hō iuſtus eſt.neq; enim ſi vera ē non omnem hominē eſſe iuſtum:vera eſt nullum homi nem eſſe iuſtum.hęc autem ideſt vniuerſalis ſimplex negatio:cōſentit vnūq; ſignificat/ cū affir matione vniuerſali priuatoria.non ſequitur igit vniuerſalis affirmatiua quę dicit omnis ē homo iniuſtus:ſimplicem particularē negationē q̄ proponit non omnis ē homo iuſtus /ſicut nec eādē particularē negationē vniuerſalis negatio ſequebatur.ſed priuatoria vniuerſalis affirmatio:cō ſentit cum infinita affirmatione vniuerſali.igitur particularē negationem q̄ dicit non omnis eſt homo iuſtus:vniuerſalis affirmatio infinita non ſequit/ quę ꝓponit omnis ē hō nō iuſtus.qua re hic quoq; affirmationes duas vniuerſales/ideſt priuatoriā atq; infinitā/ pticularis ſimplex ne gatio ſequitur:ſicut affirmationes duas quoq; indefinitas / negatiua indefinita ſequebatur. ſed duę affirmatiōes vniuerſales priuatoria & infinita/non ſequūtur particularē ſimplicem negatiōnē:ſicut duę quoq; indefinitę affirmationes priuatoria & infinita/ſimplicem negationē non ſequebantur.ſimiliter igitur ſe habent definitę indefinitis ſcdm conſequentiā:angulares aūt nō eodē modo ſe habent.nā indefinitarū propoſitionū angulares ſimul veras eē contingit.nam ſi verū eſt quoniā eſt homo iuſtus/quę eſt indefinita affirmatio ſimplex:nichil ꝓhibet veram eſſe etiā eā q̄ dicit eſt hō iniuſtus/& rurſus eā quę dicit eſt hō nō iuſtus/q̄ ſunt indefinitę affirmatio nes priuatoria & infinita.rurſus negationes negationibus q̄ ſunt angulares:veras eſſe contigit. vt ea q̄ dicit non eſt hō iuſtus/ſi vera eſt:nichil ꝓhibet verā eſſe etiā eā q̄ dicit nō eſt hō iniuſt⁹/ & eā quę ꝓponit nō eſt homo non iuſtus.angulares ergo ſibi indefinitas in veritate cōſentire ni chil ꝓhibet:ſed in his terminis tantū(vt in ſecūdo huius operis volumine docuimus)q̄ neq; na turalia ſunt ineſſe/ neq; impoſſibilia.Si qs enim ſic dicat eſt hō ratiōalis:huic angulares verę eſ ſe non poſſunt/ hę ſcilicet quę dicunt/eſt hō irrationalis/& rurſus eſt homo nō rationalis.Ratio nalitas enī homini per naturā eſt.ſimiliter autem & de impoſſibilibus dicendū eſt.Qz ſi ſint ta lia quæ neq; impoſſibilia ſint ineſſe/nec naturalia ſint ineſſe/vt in ea propoſitione q̄ dicit eſt hō iuſtus/iuſtitiā neq; naturalē eſſe neceſſe eſt homini/nec impoſſibilē eſſe:manifeſtū eſt quoniam angulares ſibimet ſemper in veritate conſentiūt.atq; hoc idē de negatiuis quoq; angularibus recte dicitur.In iſs igitur terminis q nec naturales ſunt/ nec impoſſibiles:ſemp angulares & ne gationes negationibus/& affirmatio nes affirmationibus ſimul veras eſſe contingit.& hoc qui dem in iſs q̄ indefinitę ſūt.In iſs aūt quę definitę ſunt/& vniuerſalitatis particularitatiſq; parti cipes:nō eodē modo ſunt.In quibuſuis autem terminis/ſiue poſſibilibus/ſiue naturalibus/ ſiue impoſſibilibus:affirmationes affirmationibus ſibimet angularibus in veritate cōſentire nō poſ ſunt.negatiōes autē negationibus/angulares angularibus:in iſs tantū terminis qui neq; natu rales neq; impoſſibiles ſunt/in veritate poterūt cōuenire. Et primum quēadmodū affirmatiōes affirmationibus ſibimet angularibus in veritate cōſentire non poſſunt:in quibuſlibet termīs demonſtrandum eſt.Ea quę dicit omnis eſt homo iuſtus/& ea quę dicit omnis eſt homo iniuſt⁹/ quę eſt ſcilicet angularis:verę ſimul eſſe non poſſunt.Ea namq; quę dicit omnis eſt homo iu ſtus:nichil differt ab ea quę ꝓponit nullus eſt homo iuſtus.ſed omnis eſt homo iuſtus / & nul luseſt hō iuſt⁹:qū cōtrarię ſunt/ſimul verę eſſe nō poſſunt.ſed ea quę dicit nullus eſt hō iuſtus: cōuenit atq; conſentit ei quę ꝓponit omnis homo eſt iniuſtus.quare omnis homo iuſtus eſt/ & omnis homo eſt iniuſtus:ſimul verę eſſe nō poſſunt. ſed eadē quę proponit omnis eſt homo in iuſtus:conſentit(vt ſępe dictū eſt)ei quę dicit omnis eſt hō nō iuſtus.quare nec in his hęc in ve ritate cōſentire poterit ei q̄ dicit quoniā omnis eſt homo iuſtus.affirmatio igitur vniuerſalis ſim plex omnis eſt homo iuſtus/affirmatiōibus vniuerſalibus priuatorię & infinitę q̄ ſunt oīs eſt hō iniuſt⁹/& oīs ē hō nō iuſtus/ſibimet angulārib⁹/ in veritate ſimul nulla ratiōe cōſentit :ſicut i iſs quę indefinitę erant/ & affirmatiōes affirmatiōib⁹ & negatiōes negatiōibus in veritate poterāt cōſentire.in iſs ergo quę ſunt definitę affirmationes:angulares ſimul verę eſſe non poſſunt.Re cte igitur dictum eſt:quoniam in alijs omnibus ſimilis eſt cōſequētia definitarum & indefinita rū . affirmationibus enim conſentiūt in veritate negationes:negationibus autem affirmatio nes non omnino conſentiunt.quę ſimilitudo conſequentię in vtriſq; eſt:ideſt & in iſs q̄ definitę ſunt/& in iſs q̄ indefinitę ſunt.ſed eſt diſtantia / q̄ non ſimiliter angulares cōtingit veras eſſe: & affirmatiōes affirmatiōibus & negatiōes negatiōibus.in idefinitis aūt vera eſſe cōtingit eas ſcilicet quę ſūt angulares:in iſs autem quæ ſunt definitę/affirmationes affirmationibus angula res veras eſſe aliquando/ nulla ratione contingit.hoc aūt manifeſtū erit:ſi qs & ea ſibi ꝓponat exēpla/in quibus ſunt termini naturales atq; impoſſibiles/& ea in qbus ſunt poſſibiles & nō natu rales neq; impoſſibiles.in omnibus enī inueniet affirmatiōes affirmatiōib⁹ definitis/definitas:an gulares ſimul veras eſſe non poſſe.Qđ autem addidit/ contingit autē aliquādo: hui uſmodi eſt. quāq; enim affirmationes affirmationibus angulares definitę/ ſimul verę eſſe nō poſſunt quibuſ cunq; ꝓpoſitis terminis: poteſt tamē fieri vt negationes negationibus verę iueniātur/& ſit hęc

¶Sunt quædam propoſitiones in quibus eſt quidem tertium adiacens/ prædicatum eſt: & hoc ſono ipſo & prolatione dinoſcitur. alię vero ſunt in quibus tale verbū prędicatur/ quod tertium quidem adiacens/ nō prędicetur/ habet tamen coniunctū atq; intra ſe verbū eſt: quę propoſitio ſi ſoluatur in participium atq; verbum eſt/ qđ ante ſolo verbo dictum prędicatum/ ſecūdo prædicabit/ tertio aūt loco prędicabitur eſt/ & fit ſimilis propoſitio tanq̄ ſi prolatione quoq; haberet eſt verbum. ſi quis enim dicat omnis homo currit: in hac propoſitione vnum ſubiectum eſt/ alterum prędicatum. homo enim ſubiectum eſt: prędicatum autē currit. nec; enim poſſumus arbitrari in hac propoſitiōe tres eſſe terminos: iccirco q; omnis / quidam terminus non eſt/ ſed ſubiecti termini determinatio. Significat enim quoniā res vniuerſalis ideſt homo/ vniuerſali ſubiicitur curſui: cū dicitur omnis homo currit. nulla eſt enim hominis exceptio: vbi omnem currere determinatio eſt. ergo nō ponit loco termini id qđ dicim⁹ ois: ſed potius ſubiecti termini determinatio eſt. Quocirca in hac ꝓpoſitione quę dicit ois hō currit: duo ſunt termini/ hō & currit. ergo i hac eadē quāq̄ verbum eſt/ nō prędicet: in prolatione tamen verbi qđ eſt currit/ ſignificatione cōcluditur. Si quis enim hāc propoſitionem quę dicit omnis homo currit/ ſoluat in participium atq; verbum: faciet omnis homo currens eſt. & idem ſignificat participium verbo cōiunctum: quod ſignificat verbum/ quod vtraq; cōplectitur. nā cum dico omnis homo currit: omni homini actionem pręſto eſſe pronuncio. q; ſi idē rurſus dicā/ omnis homo currens eſt: eandem actionem homini rurſus adeſſe pronuncio. idē igitur ſignificat verbum currit quod currens eſt. & in eadem propoſitione quę dicit omnis homo currit/ licet in prolatione eſt non dicatur: tamē tertium poteſtate prędicatur. quod hinc cognoſcitur/ ſi tota propoſitio ſoluatur in participium ſcilicet atq; verbū. Quāobrē ſicut ex nomine infinito ſubiecto/ fit affirmatio: non eodē modo ex infinito verbo affirmatio fieri poteſt/ ſed mox in ea vis negationis agnoſcitur. quoniam enim facimus affirmationem dicentes omnis nō homo currit/ non homo ſcilicet ſubiectum infinitū ponentes: non ita poſſumus dicere affirmationem fieri/ cum proponimus omnis homo nō currit. hęc enim iam negatio eſt. quare vbicunq; fuerit non currit/ vel non laborat/ vel non ambulat/ vel non legit: in omnibus negatio fit/ in quibuſcunq; infinitum verbū prędicabitur. ¶Dubitabit autē aliquis an ſi ex infinito verbo fieri affirmatio nō poteſt/ ſed ſemper negatio ex hoc prædicamēto fit: ita quoq; ſi eadem propoſitio ſoluatur in participium atq; verbum / an ex infinito poſſit affirmatio fieri participio. Quęritur enim/ an ſicut in hac propoſitione quę dicit omnis homo currit/ qui ita ꝓponit dicens omnis homo non currit/ facere affirmationem nō poteſt/ ſed ſine dubio negationē facit: ita quoq; ſi eadem ſoluat i participiū atq; verbū/ vt ſi quis dicat omnis hō currens eſt/ currens eſt/ ſi fiat infinitum non currens eſt/ & dicatur omnis homo non currens eſt: an hęc affirmatio ſit an certe negatio tantūdem valens / tāq̄ ſi aliquis dicat omnis homo nō eſt currēs. ¶Sed fuerunt qui hoc tum ex multis alijs/ tū ex aliquo Platonico ſyllogiſmo colligerēt: vt quid ex ea re definirēt/ doctiſſimorum virorum authoritate cognoſcerēt. ex duab⁹ enim negatiuis ſyllogiſmus fieri non poteſt. In quodam enim dialogo Plato huiuſmodi interrogat ſyllogiſmum. Senſus (inquit) non contingit rationem ſubſtantię. qđ non contingit rationem ſubſtantię: nec ipſius veritatis notionem contingit. ſenſus igitur veritatis nō contingit notionem. videtur enim ex omnibus negatiuis feciſſe ſyllogiſmū: quod fieri nō poteſt. atq; ideo aiunt infinitum verbum quod eſt non contingit: pro participio infinito poſuiſſe/ ideſt non contingens eſt. eſt enim in pluribus alijs inueniendi facultas/ frequenter verbum infinitum poſitum pro nomine infinito. quare verbum quidē dixere ſemper facere negationem/ ſi infinitum apponatur: participia autem vel nomina ſi ſint infinita/ poſſe facere affirmationē. & ideo quotieſcūq; a magnis viris infinitum verbum / & duę negationes in ſyllogiſmo ponuntur: hac ratione defenditur/ quo dicatur verbum infinitū pro participio eſſe poſitū/ qđ participium nominis loco in propoſitione prędicatur. & hoc quidē Alexander Aphrodiſeus arbitrabatur/ cęteriq; q̄ plures. iccirco enim aiunt non poſſe fieri ex infinito verbo affirmationem: quoniā ſic ad verbū eſt/ iuncta particula negatiua mox totam perficiet negationem/ ſic etiam verba quę ſunt infinita vel quę in ſe complectuntur verbum eſt/ non facient infinitam affirmationem ſed potius negationem. Si quis enim ſic dicat homo currens non eſt: nullus hanc dixerit affirmationem: ſi quis vero ſic dicit/ homo non currit: iccirco nec hæc propoſitio affirmatio eſt / quoniam currit/ eſt verbum intra ſe continet. & ſicut ad eſt verbum particula negatiua iuncta/ non facit affirmationē/ ſed ponit negationem: ita quoq; ad illud verbum iūcta negatio/ qđ intra ſe cōtinet eſt verbū/ plenā pficit negationē. ¶Ariſtoteles autē non videtur iſta diſcernere/ ſed ſimiliter arbitrari: ſiue cum participio ponatur eſt verbum/ ſiue ſine participio verbū illud qđ verbū eſt / eſt intra ſe claudat atq; complectatur. dicit enim hoc modo. In quibus vero eſt non conuenit vt in eo quod eſt ſanum eſſe & ambulare: in his idē facit ſic poſitum ac ſi eſt adderetur. & huius ſub-

Dubitatio

Plato

Alexander

ponit omnis eſt iuſtus homo,iccireo quoniam hę duę ſibi contrariorum loco oppoſitę ſunt.cō-
trarias autem propoſitiones ſimul falſas eſſe poſſe ſupra docuimus.ergo non neceſſe eſt/ ſi falſa
eſt omnis eſt non iuſtus homo:veram eſſe eam quæ dicit/omnis eſt iuſtus homo. ꝙ ſi non ne-
ceſſe eſt/ hoc poteſt fieri vt vtręq; ſint falſę.quare euenit aliquando vera hac propoſitione quæ
dicit non omnis eſt non iuſtus homo:falſa ſit illa quę ꝓponit omnis eſt iuſtus homo.quare nō
ſimiliter ſecundū diametrū in veritate ſibi propoſitiones cōſentiunt. atq; hoc quod Hermyni?
non recta expoſitione dicit/ordinē turbat.Si quis autē vel hoc quod Hermynus ait diligenter
agnoſcit/ vel id qđ ſupra nos diximus: cognoſcit multam eſſe differentiam expoſitionis & meli
» orem ſuperiorem iudicans eiq; ſi quis nobis credit/recte conſentiet. ¶Hę igitur duę oppoſitæ
» ſunt. Alię autem duæ ad non homo quaſi ſubiectum aliquod additum. vt eſt iuſtus non ho-
» mo:non eſt iuſtus non homo. eſt non iuſtus non homo:non eſt non iuſtus non homo. plures
» autem his non erunt oppoſitiones.Hę autē extra illas /ipſę ſecundum ſe erunt:vt nomine v tē-
» tes eo quod eſt non homo. ¶Supra iam dixerat omne ſubiectum/aut ex nomine ſimplici & fi-
nito/aut ex nomine rurſus infinito conſiſtere: & eorum oppoſitiones oſtendit ꝙ eſſent duę/ &
quattuor ꝓpoſitiones.duę quidem ſimplex ſubiectum nomē habētes: duę vero infinitū.& poſt
has quando eſt tertium adiacens prędicaretur:illic quoq; dupliciter oppoſitiones fieri dixit/ cū
ſcilicet finitum nomen eſſet/vel infinitum prędicatum.earumq; inter ſe eam conſequentiā de-
monſtrauit:qualem haberent priuatorię ad eaſdem ipſas ſimplices/ quibus ex finito nomine
propoſitiones compararētur.& quoniā omnis harum varietas propoſitionū ita fit cum eſt ter-
tium prędicaretur/ vt aut ſubiectum & prędicatū finita ſint/ aut ſubiectum quidem finitum prę-
dicatumvero infinitum:de quibus ſupra locutus ē/cum earum conſequentiā demōſtrauit.aut
infinitū habēt ſubiectū:finitū vero p̄dicatū.aut ifinitū & ſubiectū & prędicatū. & habēt qđē ꝓ-
poſitiōes vtrūq; finitū:vt eſt/ hō iuſtus eſt/ hō iuſtus nō eſt.finitū vero ſubiectū ifinitū p̄dicatū:
vt eſt hō non iuſtus eſt/hō nō iuſt? nō eſt.& harū quidē cōſequētia ſupra monſtrata eſt. Alię ve-
ro ſunt quę infinitum habent ſubiectū/& quaſi nomine vtantur nomine infinito:vt non homo
iuſtus eſt/ non homo iuſtus non eſt.vtuntur enī hæ propoſitiones ſubiecto/ideſt non homo/vt
nomine:prędicato vero eo quod eſt iuſtus.hoc eſt enim quod ait/alię autem duę ad non homo
quaſi ſubiectum aliquod additum. Si quis enim ponat non homo quidem ſubiectum/& de hoc
aut finitum nomen prędicet vt eſt iuſtus/aut infinitum vt eſt nō iuſtus:vtroq; modo rurſus du-
plicem faciet oppoſitionem.quattuor autem ſunt propoſitiones hę.

Eſt non homo iuſtus.		Non eſt non homo iuſtus.
Eſt non homo non iuſtus		Non eſt non homo non iuſtus

In his igitur quattuor propoſitionibus/oppoſitionibus vero duplicibus:non homo quidē ſub-
iectū eſt.ſed in ſuperiori oppoſitione/ finitum quidē prędicatur nomen qđ eſt iuſtus:in inferiore
vero infinitum/ quod eſt non iuſtus.ſed illę(inquit) quę prędicatum quidē infinitum habēt/ſub-
iectum vero finitum/vel quibus & prędicatum finitum eſt & ſubiectū:habēt aliquam ad ſe cō-
ſequentiam. hę vero quas poſtea memorauimus ideſt quę infinitū habent ſubiectū/& prędica-
tū vel finitū vel infinitum:nullā habēt cōſequentiā ad eas propoſitiones/ quę ſiue finito prędi-
cato/ſiue infinito & finito tamē ſubiecto conſiſterēt.hoc enim eſt qđ ait.hę autem extra illas ip-
ſę ſecundum ſe erunt:ideſt nullam conſequentiam ad ſuperiores quæ ex finito ſubiecto conſta-
rent/ habere ait eas quę infinitum ſubiectum i propoſitionū ordine retinerent. Poſtq̄ igitur enu
merauit & eas quę ex vtriſq; finitis cōſiſterent ideſt & ſubiecto & prędicato/& illas quę ex ſubie
cto quidem finito prædicato vero ifinito eſſent:his etiam illas quę ex ſubiecto infinito eſſent &
ex finito prædicato/ necnon illas addidit quæ ex vtriſq; infinitis conſtare viderentur. Poſtq̄
igitur has enumerauit : ait. plures autem his non erunt oppoſitiones.omnis enim oppoſitio
(quod ſupra iam dictum eſt)aut eſt ex vtriſq; finitis/vt eſt homo iuſtus/nō eſt homo iuſtus.aut
ex finito quidem ſubiecto & infinito prędicato:vt eſt homo non iuſtus eſt homo non iuſtus nō
eſt.aut ex infinito quidē ſubiecto/ finito vero prędicato:vt eſt non hō iuſtus/nō eſt nō homo iu-
ſtus.aut ex infinitis quidem vtriſq;:vt eſt non homo non iuſtus eſt/nō homo nō iuſtus non eſt.
vt aūt quinta oppoſitio reperiri poſſit:nulla rerū ratiōe poſſibile eſt.de iſs ergo hęc dicta ſunt:in
» qbus eſt tertiū adiacēs/prędicatur. ¶In quibus vero eſt nō conuenit vt ineo quod ē ſanuū eſſe &
» ambulare:in iſs idem facit ſic poſitum/ac ſi eſt adderetur.vt eſt:ſanus eſt omnis homo.nō ſan?
» eſt omnis homo.ſanus eſt omnis non hō.non ſanus eſt ois non hō.non enim dicendū ē nō ois
» hō:ſed nō negationē ad id qđ eſt hō addēdū eſt.ois enī nō vniuerſale ſignificat: ſed qñ vniuer
» ſaliter.Manifeſtū eſt aūt ex eo qđ eſt ſanat hō:nō ſanatur hō. ſanatur nō homo: nō ſanatur nō
» hō.hęc enī ab illis differunt:eo ꝙ vniuerſaliter nō ſunt.q̄re ois vel nullus nichil aliud conſigni
» ficat q̄ vniuerſaliter de noie vel affirmationē vel negationē. ergo & reliq̄ eadē oportet apponi.

enim indefinitę ſunt/aut vniuerſales/aut particulares/aut ſingularium atq; indiuiduorũ. Si ergo perſpiciantur quantę ſint indefinitę affirmationes/& has ſi per quaternarium numerũ multiplicauero: colligitur michi numerus affirmationũ, quę ſi duplico: colligitur etiam negationũ hoc modo. Prędicatur enim eſt: aut ipſum ſolum/aut certe tertiũ adiacens cum alio. & ſi ſolum prędicatur: aut ad nomen ſimplex atq; finitũ/ prędicatũ eſt/ aut ad infinitũ ex ijs quę ſunt affirmationes. vt eſt homo/ eſt nõ homo. Quoties aũt eſt tertiũ adiacẽs prædicatur: quattuor erunt affirmationes. aut cum ſubiectum infinitũ eſt ſolum: vt eſt nõ homo iuſtus. aut cum prædicatũ infinitum eſt ſolũ: vt eſt homo eſt nõ iuſtus. aut cũ vtraq; finita ſunt: vt eſt iuſtus homo. aut cũ vtraq; infinita ſunt: vt eſt nõ iuſtus nõ homo. Magis autem plures his nõ erunt oppoſitiones: vt ipſe ait. cũ igitur ſex ſint affirmationes/ duæ in quibus eſt prędicatur/ quattuor vero adiacentes: has ſi per quaternariũ ducam/ 24 fient. quas rurſus ſi binario numero multiplicem: 48 in ſummã ſuccreſcent. tot igitur erũt affirmationes/& negationes quęcunq; vel prędicato eſt verbo/ vel adiacenti ex prędicato fiunt. Quare quoniam tres ſunt alię qualitates propoſitionũ/ quę ſunt neceſſarię/ cõtingentes/& ineſſe tantũ ſignificãtes/ ſecundũ quas qualitates iſtę omnes propoſitiones proferũtur: has 48 propoſitiones ſi in ternarium numerũ duxerimus/ ſcilicet ſecũdum propoſitionũ qualitates/ 144 omnium propoſitionũ prędicatiuarũ/ de quibus hoc libro tractat/ numeroſitas creſcet. Sed nũc pręter has tres qualitates: eas q̃ ſunt 48 propoſitiones cũ negationibus ſuis/ quas ſi per qualitates propoſitionis neceſſariã ſcilicet & cõtingentẽ & ineſſę ſignificantem multiplicauero/ 144 fient/ ſubter aſcripſimus.

AFFIR.	¶Propoſitiones in quibus eſt /ſolum prędicatũ eſt/ ſimplices.			NEGA.
	Eſt homo	Indefinitę	Non eſt homo.	
	Eſt omnis homo	Vniuerſales	Non eſt omnis homo.	
	Eſt quidam homo	Particulares	Non eſt quidam homo	
	Eſt Socrates	Singulares	Non eſt Socrates.	
AFFIR.	¶Propoſitiones in quibus rurſus eſt ſolum prędicatur/ infinitæ.			NEGA.
	Eſt non homo	Indefinitę	Non eſt nõ homo.	
	Eſt omnis nõ homo	Vniuerſales	Non eſt omnis nõ homo.	
	Eſt quidam non homo	Particulares	Non eſt quidam nõ homo.	
	Eſt nõ Socrates	Singulares	Non eſt nõ Socrates.	
AFFIR.	¶Propoſitiones in quibus eſt tertiũ adiacet/ infinitę q̃tum ad ſubiectũ.			NEGA.
	Eſt iuſtus nõ homo	Indefinitæ	Non eſt iuſtus nõ homo.	
	Eſt iuſtus omnis nõ homo	Vniuerſales	Nõ eſt iuſtus omnis nõ homo	
	Eſt iuſtus quidã nõ homo	Particulares	Nõ eſt iuſtus quidã nõ homo.	
	Eſt iuſtus non Socrates	Singulares	Non eſt iuſtus nõ Socrates.	
AFFIR.	¶Propoſitiones in quibus eſt tertiũ adiacet/ infinitę quoad prędicatũ.			NEGA.
	Eſt non iuſtus homo	Indefinitę	Non eſt nõ iuſtus homo.	
	Eſt nõ iuſtus omnis homo	Vniuerſales	Nõ eſt nõ iuſtus ois homo.	
	Eſt nõ iuſtus quidã homo	Particulares	Nõ eſt nõ iuſtus quidã homo.	
	Eſt nõ iuſtus Socrates	Singulares	Non eſt nõ iuſtus Socrates.	
AFFIR.	¶Propoſitiones in quibus eſt tertio adiacet loco/ ſimplices.			NEGA.
	Eſt iuſtus homo	Indefinitæ	Non eſt iuſtus homo.	
	Eſt iuſtus omnis homo	Vniuerſales	Nõ eſt iuſtus omnis homo.	
	Eſt iuſtus quidã homo	Particulares	Non eſt iuſtus quidã homo.	
	Eſt iuſtus Socrates	Singulares	Non eſt iuſtus Socrates.	
AFFIR.	¶Propoſitiones de eſt tertio adiacẽte/ q̃tum ad vtraq; extrema infinitę.			NEGA.
	Eſt nõ iuſtus nõ homo	Indefinitę	Non eſt nõ iuſtus nõ homo.	
	Eſt nõ iuſtus omnis nõ hõ	Vniuerſales	Nõ eſt nõ iuſtus ois nõ homo.	
	Eſt nõ iuſtus quidã nõ homo	Particulares	Nõ eſt nõ iuſt⁹ quidã nõ hõ.	
	Eſt non iuſtus nõ Socrates	Singulares	Nõ eſt nõ iuſtus nõ Socrates.	

¶Has igitur propoſitiones Syriano calculis colligente: nos quoq; nominatim diſpoſuimus. ic circo quoniam facilior fides habebitur numero/ ſi per exempla prodantur. Simul etiam quoniã male doctus de his propoſitionibus peruerſiſſime contẽdebat: & affirmationes quidem nega-

iecit exēplū/vt eſt currit omnis homo. In hac enim propoſitione q̄ dicit currit oīs homo: nō q̄dē cōuenit poni ē verbū. & eodē modo vel ſi quis dicat omnis hō ābulat: hic quoq; ē verbū nō cōuenit poni. ſed hęc talia ſunt tanq̄ ſi eſt adderetur/ qđ exemplo docuit. nā ſicut eſt currēs omnis homo/ affirmatio eſt curſus pręſentiam mōſtrans: ita quoq; currit omnis homo affirmatio idem valens idemq; ſignificās. Has ex ſimplicibus ſubiectis affirmationes in quibus eſt dici nō conuenit: cōſequenter enumerat dicens/ currit omnis homo/ mediam ponens determinationē/ quę eſt omnis inter currit qđ eſt prædicatū/ & ſubiectum quod eſt homo. contra hanc opponit ſimplicem negationem dicēs/ nō currit omnis homo. rurſus facit affirmationem ex infinito nomine/ currit omnis nō homo. huic opponit negationem infiniti nominis ſubiecti/ nō currit omnis non homo. & has iccirco propoſuit: vt monſtraret idem in ijs euenire in quibus eſt nō conuenit prędicari/ qđ in illis quoq; in quibus eſt tertium adiacēs/ prędicabatur. Sed quoniā in negationem infiniti nominis ſubſtituit/ nō currit omnis nō homo: ait. nō enim dicendū eſt nō omnis homo: ſed nō negationē ad id qđ eſt homo addendū eſt. poterat eni quis dicere/ nō recte feciſſe negationem eius affirmationis quę eſt currit omnis nō homo/ hāc quę dicit non currit omnis nō homo: ſed potius ita debuiſſe oppoſitionē cōſtitui/ currit omnis nō homo/ non currit non omnis homo. ex hoc aūt demōſtrat ita faciendā eſſe negationē/ vt eam ipſe diſpoſuit. dicit enī/ non enī dicendū eſt nō omnis homo: ſed nō negationē ad homo addendū eſt. qui ſenſus eſt huiuſmodi. quoties facimus (inquit) negationē cōtra hanc affirmationem quę dicit currit omnis non homo: nō negatiua particula/ nō adiūgenda eſt ei qđ eſt omnis/ ſed potius ſubiecto qđ eſt homo. Cum enim ita dicimus currit omnis nō homo: facienda eſt negatio/ nō currit omnis nō homo. non enim dicendum eſt nō currit non omnis homo: ideſt non negatiua particula nō eſt adijcienda ad omnis/ ſed potius ad homo. huius hęc cauſa eſt/ q̄ omnis determinatio in terminorum numero nō aſcribitur: ſed potius ad vim ſuam/ ideſt ad determinationē. nō enim aliqđ vniuerſale ſignificat ipſū omnis: ſed ſignificat quidē vniuerſale qđ eſt hō vniuerſaliter p̄dicari. omnis autē/ determinatio eſt: quoniam id qđ vniuerſale eſt ideſt homo/ vniuerſaliter prędicat. non ergo aliquid vniuerſale ſignificat determinatio omnis: ſed potius q̄ vniuerſale nomē vniuerſaliter prędicatur. atq; ideo quoties in his negatio fit: ad ſubiectū potius nomē/ trahi oportet negationē/ nō ad determinationem. Sed ne forte quis dubitet: vt etiam in alijs quoq;/ ita fieri oportere oppoſitiones dicat. In ijs enim quę ſubiectum finitū habēt/ cum dicimus omnis homo currit: ſi cōtra hanc cōtradictorie oppoſita negatio ponitur ad determinationem negatiua particula eſt conſtituenda. vt contra eam quę dicit omnis homo currit/ ea ſit quę dicit non omnis homo currit. In iſs autē quę ex infinito nomine ſubiecto fiūt/ ſiue in affirmatione/ ſiue in negatione: a ſubiecto nomine nō ē ſeparāda negatio. hoc autē ita eſſe facillima ratione cognoſcitur: ſi determinationes pauliſper auferantur/ & in ijs propoſitionibus ex infinito nomine ſubiecto quę ſunt indefinitę/ ſpeculatio fiat. Sit enim affirmatio idefinita/ nō homo currit: cōtra hāc erit negatio/ nō homo nō currit. ſi igitur hę propoſitiones factæ ſunt in vniuerſalibus terminis (vniuerſalis enim terminus eſt nō homo) ſed nō haberent additā determinationē ideſt omnis/ quoniā nō vniuerſaliter prædicātur/ & ſeruata eſt & ī affirmatione & negatione ad ſubiectū negatiua particula (ſemper enim fiebat neceſſario infinitū) etiam tunc quādo additur aliquid qđ determinet: non ad determinationem addenda eſt negatio/ ſed potius ad ſubiectum nomē/ qđ cum in affirmatione fuerit infinitū: hoc idem infinitū & in negatione reuertatur/ prouidēdum eſt. Sicut enim finitū terminū & ſimplicem ī his indefinitis propoſitionibus ad affirmationem & negationem cuſtodiri oportet vt dicamus currit homo/ nō currit homo: ita quoq; in ea propoſitione quę eſt ex infinito nomine ſubiecto/ idem ſeruandū eſt/ vt qđ in affirmatione ſubiectū eſt/ idem ſeruetur etiam in negatione. q̄ ſi hoc in ijs quę ſunt indefinitę venit: cur nō etiam in illis idem fieri oportere videatur/ quę definitæ ſunt? hoc ſolum enim definitę ab indefinitis differunt: q̄ cū indefinitę vniuerſalia prædicant pręter vniuerſalitatis determinationē/ determinatę & definitæ idem prędicant vniuerſale cū adiectione & ſignificatione/ quoniam vniuerſaliter prędicatur. Nichil igitur aliud omnis vel nullus ſignificat: niſi quoniā id qđ vniuerſale dicitur/ vniuerſaliter prædicatur. ergo omnia eadem quę in affirmatione & negatione in indefinitis ponebantur: eadem quoq; et in eiſdem determinatis ſeruāda ſunt. omnis enim & nullus nō ſunt termini: ſed vniuerſalis termini determinationes. His igitur ab Ariſtotele decurſis: nos quoq; a Syriano/ cui Philoxeno cognomen eſſe ſupra retulimus/ propoſitionum omniū numerū/ de q̄bus in hac libri diſputatione perpendit/ nimis ad rem pertinentē atq; vtilem tranſferamus. & peſpiciendum eſt in categoricis propoſitionibus quot indefinitę ſint. Quot enim fuerint indefinitæ: tot erunt vniuerſales/ tot particulares/ tot ſingularium atq; indiuiduorum propoſitiones/ & prius quidem affirmationes perſpiciamus hoc modo. Quattuor modi ſunt propoſitionum, aut

Negatiua pticula. negatiuā pticulā appellat hic infinitādi notā

Determinationes: vniuerſales aut pticulares notę.


plis. Dicatur enim omnis eſt homo non quadrupes: vera eſt. rurſus eſt homo nullus quadrupes: hęc quoq; vera eſt. q; ſi vna harum falſa ſit: falſa quoq; erit & altera. nam ſi falſa eſt quoniam omnis eſt homo nõ iuſtus/ ſicut vere quoq; falſa eſt: illa quoq; negatio ſimplex mendaciſſime prædicabit/ quę dicit/ nullus eſt homo iuſtus. quocirca affirmatio vniuerſalis infinita/ & negatio vniuerſalis ſimplex/ ſibimet cõſentiunt: vt vna vera alterã verã eſſe neceſſe ſit/ & alterius falſitatem reliquę quoq; falſitas conſequatur. idem quoq; venit in parte altera. nam ſi vera eſt quoniam quidam homo iuſt9 eſt: vera quoq; eſt quoniam nõ omnis eſt homo nõ iuſtus. eſt enĩ aliquis. Nam ſi qđ dicitur nõ omnis/ tantũdem eſt tanq; ſi quis dicat/ quidam nõ (quod in alio quoq; exemplo manifeſtius apparebit) ſi quis dicat non omnis ẽ homo iuſtus: hoc eſt dicere quidam homo iuſt9 non ẽ. ergo nõ omnis: quidam nõ/ ſignificat. ſi quis ergo ita proponat quidam homo nõ iuſtus non ẽ: quẽ dicit nõ eſſe nõ iuſtum/ iuſtum eſſe confirmat. quare ille de quo dicitur quoniam nõ iuſtus non ẽ: erit iuſtus. Vnde fit vt ea quę dicit nõ omnis ẽ iuſtus homo: conſentiat ei quę dicit quidam homo nõ iuſtus eſt. ſed hęc nõ cõſentit ei quę dicit quidã homo iuſtus ẽ. non igitur cõſentit ei quę proponit non omnis homo eſt nõ iuſtus. Sed quoniam hoc fortaſſe aliquatenus videtur obſcurius: cõſequentiæ ipſarum hoc modo ſumendę ſunt. ſit ꝑ nobis hoc poſitũ affirmationem vniuerſalem infinitã/ & negationẽ vniuerſalem ſimplicem ſibimet conſentire: vt vnius veritatem & falſitatem/ alterius veritas aut falſitas cõſequatur. Si falſa eſt affirmatio infinita vniuerſalis quę dicit omnis ẽ homo nõ iuſtus: vera ẽ huic oppoſita ꝑticularis infinita negatio quę proponit nõ omnis ẽ homo non iuſtus. ſed cum falſa eſt affirmatio vniuerſalis infinita: falſa quoq; vniuerſalis ſimplex negatio quę dicit nullus ẽ homo iuſtus. ſed hac falſa: particularem affirmationem quę huic contradictorie oppoſita ẽ/ verã eſſe neceſſe eſt/ quę ẽ/ quidam homo iuſtus ẽ. Quocirca quando affirmatio vniuerſalis infinita falſa eſt: vera eſt particularis infinita negatio. & quando vniuerſalis negatio ſimplex falſa ẽ: vera eſt ſimplex affirmatio particularis. ſed affirmatio vniuerſalis ĩfinita/ & negatio vniuerſalis ſimplex ſimul falſę ſunt/ & ſibimet in falſitate conſentiũt: ſimul igitur verę erunt/ ſimplex particularis affirmatio & infinita negatio particularis. Rurſus ſi vera ẽ vniuerſalis affirmatio infinita: falſa erit negatio particularis infinita. ei enim cõtradictorie oppoſita eſt. ſi rurſus vera eſt vniuerſalis ſimplex negatio: falſa ẽ particularis ſimplex affirmatio. ſed vniuerſalis affirmatio infinita & vniuerſalis negatio ſimplex/ ſimul verę ſunt. ſimul igitur erunt falſę: particularis affirmatio ſimplex & particularis ĩfinita negatio. quarę hę quoq;/ ideſt particularis affirmatio ſimplex/ & particularis infinita negatio: ſibimet in veritate & falſitate conſentiũt/ & veritatẽ ſuã & mendaciũ inuicẽ conſequuntur. quare affirmatio quidẽ & negatio vtraq; vniuerſalis/ hęc ſimplex/ illa infinita: ſequũtur ſeſe/ ſibiq; conſentiũt. Particulares aũtẽ/ ideſt vniuerſalibus oppoſitę ſimplex affirmatiua & negatiua infinita: ipę quoq; ſibimet cõſentiunt. quare rectus ordo eſt/ vt ſicut affirmationi vniuerſali infinitæ cõſentit ſimplex vniuerſalis negatio: ita particulari affirmationi ſimplici particularis negatio infinita conſentiat. ¶ Manifeſtum ẽ autem etiam quoniã in ſingularibus ſi verum eſt interrogatũ negare: quoniam & affirmare verũ eſt. vt putas ne Socrates ſapiens ẽ/ nõ. Socrates igitur eſt nõ ſapiens. In vniuerſalibus vero non ẽ vera quę ſimiliter dicitur: vera aũt negatio eſt. vt putaſne omnis homo ſapiens eſt/ non. omnis igitur homo nõ ſapiens ẽ. hoc enĩ falſum eſt. ſed non igitur omnis homo ſapiens ẽ: verum eſt. hęc enim oppoſita eſt: illa vero cõtraria. ¶ De cõſequentia propoſitionũ diſputãs/ & ſibi quemadmodũ conſentirẽt: illum tractatum parũper egreſſus/ docere propoſuit quę veniant in reſponſionẽ de ſingularibus/ ſi ad prędicationem eorũ ſit particula negatiua appoſita/ quę rurſus in ijs quę de vniuerſalibus ſunt propoſitionibus/ ſi ad prędicationem addita particula negatiua concurrat. neq; enĩ oportet ſimiliter facere enũciationes. Non enim ſimile ẽ: qđ ex vtraq; prędicatione contigit. hoc autẽ ita manifeſtum ẽ ſi quis de ſingulari aliquo interrogatus neget: ille qui interrogauerit poteſt facere ex infinito nomine prędicato concluſionem illam ſcilicet negationem iũgens quã reſpõdens ante negauerat/ & hoc veraciter prędicabit. De vniuerſalibus autẽ apparebit nõ eandem veritatem poſſe cõtingere: ſi ex his affirmatio componatur. Si quis enim interroget alium putaſne Socrates ſapiens eſt: ſi ille reſpondet nõ/ vere ille concludit dicens. Socrates igitur nõ ſapiens eſt. Sit aũt hoc quoq; in alio clariori exemplo manifeſtũ. Si interrogamus aliquẽ hoc modo/ Socrates ne Rhomanus ẽ/ atq; ille reſpondeat nõ: nos vere cõcludere poſſumus/ Socrates igitur non Rhomanus ẽ/ facientes ex negatione quã ille reſpondebat/ & ex nomine/ qđ in propoſitione nos prędicauimus: affirmationem ex infinito nomine quę dicit/ Socrates nõ ſapiens eſt/ vel Socrates non Rhomanus eſt. has enim affirmationes eſſe ex infinito nomine ſupra mõſtratum eſt. Si igitur eodem modo aliquis in vniuerſalibus ſubiectis interroget dicẽs/ omnis ne homo ſapiens ẽ/ nos vtiq; reſpondebimus nõ. Tum ille eadem ſimilitudine concludit. dicit enĩ

tionum loco ponens/per negationes vero affirmationum totū ordinem cōfundebat.quare ne quem illius oratio a recte rationis veritate traduceret: iccirco hanc ad elatioris memorię subsidium/fecimus dispositionē. ¶Quoniam vero cōtraria est negatio ei quę est omne ē animal iustum/illa quę significat quoniam nullū est animal iustum:hę quidē manifestū est quoniam nūq̄ erunt neq; veræ simul/neq; in eodem.his vero oppositæ: erunt aliquando. vt nō omne animal iustum est/ & est aliquod animal iustum. ¶Hoc quoq; diligentissime supra demōstratū est/ q; contrarię aliquoties verum falsumq; diuiderent/ si aut in rebus naturalibus aut in impossibilibus proponerētur:aliquoties vero simul inueniri posse falsas/si res neq; naturales neq; impossibiles prædicarent. contrarias autē esse dictū est : si quis affirmatiue & negatiue vniuersalem faceret enumerationem.ergo nunc hoc dicit/quę sunt (inquit) cōtrarię:simul verę esse nō possunt.& hoc quidem nō sine rerum determinatione locutus est.ait enim/quoniam vero cōtraria est negatio ei quę est omne est animal iustū scilicet affirmationi:illa quę significat quoniā nullum est animal iustum/scilicet negatio.hę quidem(inquit) quoniam sunt contrarię:simul veræ esse non possunt.manifestū est igit quoniā nūq̄ erunt neq; verę simul/neq; in eodē. sed qđ dixit neq; verę simul/huiusmodi est.Nichil enim prohibet alio & alio tempore: & affirmationē vniuersalem & negationem veraciter posse proponi.vt si quis dicat omnis homo iustus est: hoc si aureo sęculo diceretur/ veriſſime proponeretur. q; si quis rursus dicat/ nullus homo iustus est: hoc si ferreo sęculo enūciaret/erit vera propositio. quare cōtingit affirmationē & negationem vniuersalem veras esse/ quas manifestū est esse contrarias:sed nō simul. Illa enim in aureo sęculo/si ita contingit:illa in ferreo sęculo.sed hęc tēpora diuersa sunt: & nō sunt simul. quare recte hoc quoq; addidit vt diceret:manifestū est quoniam nūq̄ possunt neq; verę simul. qđ autē addidit neq; in eodem:ad aliam eiusdem rei determinationē valet.possunt enim rursus eodem tēpore & simul vniuersalis affirmatio & vniuersalis negatio verę esse:sed si nō de eodem prędicētur.vt si quis dicat omne animal rationale est: hoc si de hominibus prædicetur/vera ē affirmatio.q; si quis dicat nullum animal rationale est: hoc si de equis enūciet/vera erit vno eodemq; tempore contra vniuersalem affirmationem vniuersalis facta negatio/sed nō de eodē. Illa enī affirmatio de hominibus facta est:hęc vero de equis negatio. Quāobrem dictum est nunq̄ esse posse simul contrarias veras/neq; in eodē:ideſt nec vno eodemq; tēpore/ nec de vno subiecto. Sed quoniam his oppositę erāt vniuersali quidem affirmationi particularis negatio/vniuersali autem negationi particularis affirmatio/& has diximus iccirco subcontrarias dici/q; diuersa quodā modo contrariis patiantur: manifestū est quoniam sicut cōtrarię verę simul esse nō possunt/diuidunt tamen aliquoties inter se veritatem & falsitatem/ita quoq; subcōtrarię diuidunt quidem inter se verum falsumq; aliquoties/qđ contrarię quoq; diuiserint.simul autem verę inueniri possunt: quandoquidē vniuersales & cōtrarię simul falsę sunt.vt autem simul falsę sint: nulla rerū ratione cōtingit.Ergo contrarias quidem simul veras esse atq; in eodem: nūq̄ quisq̄ poterit inuenire.Subcontrarię autē quę vniuersalibus & contrariis oppositæ sunt:sibiinuicē cōparatas veras inueniri possibile est.vt in eo ipso exemplo qđ ipse proposuit/ nō omne animal iustum est:vera est.rursus est aliquod animal iustum:hęc quoq; vera est.quare contrarię simul verę esse nō possunt:subcōtrarias simul veras nichil prohibet inueniri. ¶Sequūtur vero & hę/eā quidem quę est omnis est homo nō iustus/hęc nullus homo est iustus:illam vero quę est aliquis est homo iustus/ oppositā/ quoniam non omnis homo est non iustus.necesse enim aliquem esse. ¶De cōsequentia propositionū simplicium atq; infinitarum:supra sufficiēter disseruit. sed nūc hęc est huic intentio nō quę particularis affirmatio quā vniuersalem affirmationē vel negationem sequitur/qđ supra iam monstrauit:sed quę vniuersalis negatio vniuersalem sequatur affirmationem/vel quę particularis negatio particulari scilicet affirmationi consentiat. proponitq; has quattuor/ dicens negationem simplicem vniuersalem: & affirmationem infinitam vniuersalem sequi/& sibimet cōsentire:nec minus his oppositas/ ideſt particularem affirmationē simplicem/& particularem infinitā negationē & in veritate & in falsitate se sequi/& a se nullo modo discrepare. Disponātur enim hę quattuor:prior affirmatio infinita vniuersalis quę dicit omnis est homo nō iustus.sub hac ei consentiens simplex vniuersalis negatio quę proponit nullus est homo iustus.rursus in altera parte contra affirmationem infinitā:particularis simplex affirmatio quę dicit ē aliquis homo iustus.& sub hac particularis infinita negatio quę proponit nō omnis est homo non iustus.

Omnis est homo nō iustus	Est aliquis homo iustus.
Nullus est homo iustus	Nō ois ē homo nō iustus.

¶His ergo ita dispositis si affirmatio vniuersalis infinita vera sit ea quę dicit omnis est homo nō iustus :vera est etiam ea quę proponit/ nullus est homo iustus /quę ē vniuersalis simplex negatio.hoc autem melius in inferioribus cognoscitur exem-

» per enim vel veram vel falſam eſſe neceſſe eſt negationem.qui vero non homo dixit/nichil ma
» gis q̄ qui dicit homo:ſed etiam minus verus vel falſus fuit/ſi nō aliquid addatur. ¶Nouimus
» propoſitiones ex infinitis fieri poſſe nominibus:has ergo diſſoluens Ariſtoteles ſumit per ſe di-
ctionem nominis infiniti/& de ea diſputat/ſi cōtra finitum nomen cōparetur/an quędam enū-
ciatiua oppoſitio videatur. Si quis ſumat id qđ dicitur nō homo/ & opponat contra id qđ dici-
mus homo:videbitur fortaſſe aliquatenus facere oppoſitionem.quoniam enim omnis negati-
ua particula adiecta verbo qđ cōtinet propoſitionem/ negationē facit etiam ſi modus aliquis
propoſitionis non prędicetur/qđ poſterius demonſtrandū eſt:ita etiam nomini videtur cū ad-
iecta fuerit negatiua particula/quādam facere negationem. vt ſi nō particula iūgatur ei qđ eſt
homo/faciet nō homo.hoc eſt enim qđ ait.Illę vero ſecūdum infinita contraiacētes nomina &
verba (vt in eo quod eſt nō homo/ vel non iuſtus) quaſi negationes ſine nomine & verbo eſſe
videbūtur.ſi quis enim dicat non currit:hęc fit ſine nomine negatio, q̄ ſi quis dicat nō homo:
hęc eſt negatio ſine verbo.quę dictiones ſecundum infinitū nomen vel verbum:opponūtur fi-
nito nomini vel verbo/qđ eſt homo/& currit. videbuntur ergo hę negationes/ſecūdū infinitū
nomen vel verbum quę prędicantur:ſed non ſunt. Maxime enim ratio has negationes nō eſſe
conuincit:q̄ omnis negatio vel vera vel falſa eſt.qđ autem dicimus nō homo vel non currit:li
cet ſimplicia quoq̄ & finita homo ſcilicet atq̄ currit/nichil verum falſumue ſignificent/tamen
hęc infinita multo minus aliquid verum aut falſum demonſtrāt. nō aūt q̄ ſimplicia verū aliqđ
falſumue ſignificēt/iccirco dicimus infinitas dictiones ſimplicibus minus verū aut falſum mō-
ſtrare: ſed q̄ quāq̄ nichil verū falſumue deſignat ſimplex nomen aut verbū/ tamen definitum
quiddā proponit.vt in eo qđ eſt hō/finitū quiddā eſt & vna ſpecies. Is vero q̄ dicit nō homo:p̄-
ſentem quidem ſpeciē interimit/infinitas tamē alias dat intelligere ipſarū nichil ponēs. Quocir-
ca quāq̄ finita verba/vel nomina per ſe vera vel falſa eſſe nō poſſunt/niſi cum alijs iuncta ſint:
tamen longe minus veritatis aut falſitatis capacia ſunt nomina infinita vel verba/quę nec hoc
ipſum quidē quod ſignificant ponūt/ſed illud quidem perimūt/nichilq̄ per ſe aliud i ſignifica-
tione conſtituūt.poſtremo propinquius ad finita/ veritatis vel falſitatis ſunt intellectus.minus
» igitur vera vel falſa eſt dictio nominis infiniti:q̄ alicuius ſimplicis & finiti vocabuli. ¶Signifi-
» cat autem eſt omnis non homo iuſtus:nulli illarum idē. nec huic oppoſita quę eſt/ nō eſt omnis
» nō homo iuſtus.ea vero quę eſt/ omnis nō iuſtus nō homo eſt: illi quę eſt nullus eſt iuſtus non
» homo/idem ſignificat.¶Poſtq̄ de propoſitionibus infinitum habētibus prędicatum ſufficienti
diſputatione locutus eſt/earūq̄ oppoſitiones oſtendit/conſequētiaſq̄ demōſtrauit/in medioq̄
de infinitis nominibus q̄ nō eſſent negationes breuiter pernotauit:nunc redit ad eas propoſi-
tiones quę ſubiectum habent infinitū/prędicatū vero vel finitū vel infinitum. & primum quidē
an eędem ſint idēq̄ ſignificent/ habeantq̄ ordine aliquā cōſequētiam: hę propoſitiones quę ex
infinito ſubiecto ſunt/cum iis quę ex infinito prędicato ſunt/ vel ex vtriſq̄ finitis/docet. Ait enī
has duas propoſitiones quę ſunt/eſt omnis nō homo iuſtus/nō omnis eſt iuſtus nō homo:nul-
li illarum idem ſignificare/quę aut ex vtriſq̄ finitis ſunt/aut ex prędicato infinito.& diſponātur
quidem illę/quę aut ex vtriſq̄ finitis ſunt/aut ex prædicato infinito.& primū quidē ponatur ſim
plex affirmatio vniuerſalis.ſub hac negatio vniuerſalis ex prędicato infinito ſuperiori ſimplici
affirmationi cōſentiens.Contra vero ponatur vniuerſalis ſimplex negatio/& ſub hac vniuerſa-
lis ex infinito prædicato affirmatio:quas cōſtat ſibimet conſentire prędicēte affirmatione vni-
uerſali quę eſt ex infinito/ſcilicet prædicato.



¶Cum igitur ita ſint affirmationes & negati-
ones poſitę quę ſimplex quidem ſubiectum ha
bent/infinitum vero vel ſimplex prędicatum:
nūc Ariſtoteles dicit/ quoniā eę propoſitiones
quę ſubiectum habent infinitū/ nulli illarū ſu-
periorum/quas diſpoſuimus/idem ſignificant.
hęc enim quę dicit eſt omnis nō homo iuſtus:
non cōſentit ei quę dicit eſt omnis homo iuſt⁹/.
nec rurſus ei quę dicit eſt omnis homo non iu-
ſtus.nec his rurſus quę ſunt/ nullus ē homo iu-
ſtus/vel nullus eſt homo nō iuſtus. hę enī om-
nes/hominem ſubiectum habēt: illę vero non
hominem.Quocirca nec huius negatio/ideſt vniuerſalis affirmationis ex infinito ſubiecto par-
ticularis ſcilicet negatio:cum nulla earum quę finitum habent ſubiectum/poterit cōſentire.Ex
enim quę dicit non eſt omnis nō homo iuſtus: neq̄ cū ea quę proponit eſt omnis homo iuſtus/

omnis igitur homo non ſapiens eſt. quocirca nullus homo ſapiẽs eſt. ea enim quę dicit/ omnis homo nõ ſapiens eſt: conſentire monſtrata eſt ei quę dicit nullus homo ſapiens eſt. Videbitur igitur quodã modo ex vera reſponſione: falſa illata eſſe cõcluſio. ¶Cui nos dicimus negationem quidem nos reſpondiſſe/ nõ vt ea negatio ad prędicatum iungeretur: ſed ad determinationem. neq; enĩ nos voluiſſe ab omni homine ſapientiã tollere: cũ interrogãte aliquo an omnis homo ſapiens eſſet/ nos negaremus. ſed ab omni potius/ ideſt determinatione voluiſſe nos abſtrahere ſapientiam: illud ſcilicet ſignificantes/ q; alicui eſſet/ & alicui nõ eſſet ſapientia. vt qđ dicimus nõ: tantum valeret quãtum ſi diceremus nõ omnis. igitur ſi illa negatio ad nomen/ ideſt ad ſapiẽs iungatur: vniuerſalis fit affirmatio quę dicit omnis homo nõ ſapiẽs eſt/ cõſentiẽs vniuerſali negationi/ quę proponit nullus homo ſapiens ẽ. ſed hęc cõtraria eſt interrogationi. fuit enim interrogatio: omnis ne homo ſapiens eſt. hęc habet vniuerſalem affirmationẽ: cui cõtraria eſt vniuerſalis negatio/ cui rurſus negationi cõſentit vniuerſalis affirmatio infinita. Quocirca affirmationi quoq; vniuerſali ſimplici/ quę in interrogatione eſt poſita/ ideſt omnis ne homo ſapiens eſt: contraria eſt ea quę dicit concluſio/ quoniam omnis homo nõ ſapiens eſt. q; ſi dicatur non omnis homo ſapiens eſt: & verum eſt/ & ei oppoſita eſt. Contra enim eam quę dicit interrogationem omnis ne homo ſapiens eſt/ cui reſponſum fuit nõ/ & iuncta negatio fuerit ad omnis: particularis negatio fit dicens non omnis homo ſapiens eſt/ quę eſt oppoſita vniuerſali affirmationi ei quę in interrogatione eſt poſita. hoc enim eſt qđ ait. hęc enĩ eſt oppoſita: illa vero contraria. Per verba autem ſenſus iſte ſic cõſtat. Manifeſtum eſt autẽ (inquit) quoniã in ſingularibus vt eſt Socrates/ & quicquid indiuiduũ eſt/ ſi verum eſt interrogatum negare/ ideſt ſi quãdo aliquid quis interrogat vere ille negauerit/ vt cum aliquis interrogat an Rhomanus ſit Socrates/ ille neget: quoniam & affirmare verum eſt vt ille qui interrogat ex negatione & nomine prædicato infinitam faciat affirmationem. & huius eſt exemplũ putaſne Socrates ſapiẽs eſt/ reſponſio nõ. cõcluſio: Socrates ergo nõ ſapiens eſt. ſed hoc nõ ſimiliter in vniuerſalibus ſe habet: qđ per hoc monſtrat qđ ait. In vniuerſalibus vero nõ eſt vera quę ſimiliter dicitur/ ideſt non eſt vera affirmatio infinita facta ex prædicato nomine & reſpondentis negatione: ſed potius vera eſt negatio non affirmatio. huius exemplũ tale eſt. nã interrogatio eſt putaſne homo omnis ſapiens eſt/ reſponſio nõ. falſa concluſio: omnis igitur homo nõ ſapiens eſt. hoc autem falſum eſt/ & nõ ſimile eſt ei qđ ſupra de ſingulari ſubiecto prędiximus: ſed potius illa quę dicit non omnis igitur homo ſapiens eſt/ vt reſpondẽtis negatio adiungatur ad omnis/ & fiat negatio particularis. hęc enim eſt vera: hęc autẽ eſt etiam oppoſita. Nam cum affirmatio vniuerſalis interrogata eſſet ea quę dicit omnis ne homo ſapiens eſt: ex negatiua particula factum eſt non omnis homo ſapiẽs eſt in cõcluſione/ & ſunt oppoſitæ. illa eſt enim affirmatio vniuerſalis: hæc autem particularis negatio. Illa vero contraria. Nã ſi nõ negatio/ ad prædicatum iungatur: fit vniuerſalis affirmatio infinita quę cõſentit vniuerſali negationi finitę. ſed cõtra vniuerſalem affirmationem finitã quę in interrogatione ẽ poſita: cõtraria eſt. Contraria igitur erit etiam illa q̃ vniuerſalis ẽ affirmatio infinita. Quę autem cauſa eſt cur in ſingularibus vel affirmatio ex infinito nomine/ vel negatio finita ſibimet cõſentiãt/ in vniuerſalibus autem vniuerſalis affirmatio ex infinito nomine nõ cõſentiat particulari negationi finitę: quęrendũ eſt. etenim ſi quis dicat Socrates nõ ſapiens eſt/ & Socrates ſapiẽs nõ eſt: idem eſt & hę duæ ſibimet conſentiunt. ſi quis autem dicat omnis homo nõ ſapiens eſt/ & rurſus nõ omnis homo ſapiens eſt: hę duæ nõ ſibimet conſentiũt. Sed hęc ratio eſt/ q; in ſingularibus ſubiectis: nõ ſunt duplices oppoſitiões: ſed vna tãtum/ ideſt quę negationẽ facit. In vniuerſalibus vniuerſaliter prædicatis/ duplex oppoſitio eſt: vna contraria/ vna vero cõtradictoria. Sit ergo huiuſmodi affirmatio quę dicit Socrates ſapiens eſt: cõtra hanc vna oppoſitio eſt quę proponit Socrates ſapiens nõ eſt. ſi ergo dicat aliquis Socrates nõ ſapiens eſt: hęc nullum aliũ habebit intellectum q̃ ea quę dicit Socrates ſapiens nõ eſt. vnam enim tantũ ſolam diximus in ſingularibus oppoſitionem. Quare quęcunq; alię fuerint: eadem ſignificatione cõcurrent. In vniuerſalibus vero vniuerſaliter prædicatis nõ eodem modo eſt. Nam ſi ſit affirmatio vniuerſalis quę dicit omnis homo ſapiens eſt: contra hanc etiã illa q̃ dicit nullus homo ſapiẽs eſt opponit/ & etiã illa q̃ dicit nõ omnis homo ſapiens eſt/ & illa eſt cõtraria/ hęc contradictoria. duplex ergo hęc oppoſitio ſibi nõ poteſt cõſentire. illa enim totum tollit quę eſt vniuerſalis negatio/ illa partem definite quę ẽ particularis negatio. Sed vniuerſalis negatio vniuerſali affirmationi ex infinito nomine cõſentit. diuerſa igitur erit hęc quoq; a particulari finita negatione. & quoniã duplex eſt oppoſitio in vniuerſalibus/ & ſimplex in ſingularibus: recte in eadem ſimilitudine prædicationis nõ eadem veritas falſitaſq; contingit. ¶Illę vero ſecundum infinita cõtraiacẽtes nomina & verba (vt in eo qđ eſt nõ homo/ vel nõ iuſtus) quaſi negationes ſine nomine & verbo eſſe videbuntur: ſed non ſunt. Sem-

Illa vero. illa ſcilicet q̃ eſt vniuerſalis affirmatio infinita.

fortaſſe oratoribus vel poetis nō eodem modo perſpiciendum eſt: quo dialecticis. Etenī quantum ad compoſitionē orationis ſpectat: maxime differt quo verba & nomina prędicationis ſuę ordine proferantur. Multum enim interest in eo qđ ait Cicero/ ad hanc te amentiam natura peperit/ voluntas exercuit/ fortuna ſeruauit/ ita dixiſſe vt dictum ē: an ita/ ad hanc te amentiā peperit natura/ exercuit volūtas/ ſeruauit fortuna. ſic enim minor ē ſentētiæ magnitudo: minuſq; in ea lucet id; qđ ſi ſic cōponatur eminet/ & ſeſe vel nolentibus hominum auribus animiſq; patefacit. Rurſus cum dicit Virgilius/ paciq; imponere morē: potuiſſet ſeruare metrum/ ſi ita dixiſſet/ morēq; imponere paci. ſed eſſet debilior ſonus: nec eo ictu verſus tam pręclare vt nūc/ cōpoſitus diceretur. ergo nō idem valet oratoribus vel poetis verborum nominūq; ordo mutatus. q; enim ad cōpoſitionem ſpectant: multum in ordine ſermonum ornamenti reperient. Dialecticis vero quibus nulla eſt ad orationis leporem cura loquendi/ a quibuſq; ſola veritas perſcrutatur: nichil differt quolibet ordine verba & nomina permutentur/ cum tamē eandem vim quā prius in ſignificatione retineāt. Sed nec apud ipſos modis omnibus permutato ordine: dictionis eadem ſemper vis ſignificatioq; ſeruatur. Hęc enī particula quę negatiua eſt ideſt nō/ multum valet multamq; differentiam perficit variſ adiecta locis. Si quis enim dicat homo albus non eſt: faciet indefinitā ſimplicem negationem. ſi quis vero dicat/ homo nō albus eſt: faciet indefinitam ex infinito prędicato affirmationem. ſi quis autem prędicet nō homo albus eſt: idem quoq; cōſtituit ex infinito ſubiecto indefinitam affirmationē. Rurſus ſi quis dicat omnis homo non iuſtus eſt: hęc conſentit ei quę dicit nullus homo iuſtus eſt. q; ſi idem nō/ ad vniuerſalē determinationem ponatur/ vt dicatur non omnis homo iuſtus eſt: non iam vniuerſalis affirmatio infinitę prędicationis/ conſentiēs vniuerſali ſimplici negationi fit/ ſed potius particularis negatio ſimplex. vides ne igitur q̄ multas faciat differentias: negatiua particula diuerſę nominū prędicationi coniūcta? Sed quāq; hęc ita ſunt: poteſt tamē alio modo eadē diuerſis in locis poſita/ eandem vim ſignificationēq; ſeruare. ſi enim ſit poſita nō particula/ cū vniuerſalitate ſua: cum eadem ipſa ſępius permutetur/ idem ſine dubio in ſignificatione cōſiſtit. Si quis enim dicat nō omnis homo albus eſt: particularis eſt ſimplex negatio. ſi quis vero ſic dicat/ homo non omnis albus eſt: eadem ſignificatio eſt. vel ſi hoc modo/ homo albus non omnis ē: nec hęc a ſuperiore ſignificatione diſcedit. vel ſi quis amplius permutet dicens homo albus eſt nō omnis: a ſuperiore ſignificatione nil diſcrepat. Eodē modo vel ſi quomodolibet aliter permutetur: cum propria tamen vniuerſalitatis determinatione diuerſo modo permutata/ idem ſemper neceſſe ē in ſignificatione ſeruetur. Eodē modo ſi eadem nō particula/ cū alio nomine vel verbo iuncta ſępius tranſferatur/ vt cum dicimus homo iuſtus nō eſt/ rurſus homo nō eſt iuſtus/ rurſus nō ē homo iuſtus: eadem ſignificatio retinetur. Quocirca ſi ſola particula negatiua permutata ſit/ & nō eodem ſemper ordine prędicetur: multas differētias faciet propoſitionū. ſi vero iuncta cū alio nomine ſępius (vt dictum eſt) tranſferatur: eadem in tranſlationibus omnibus ſignificatio permanebit. His igitur ita diſpoſitis videndū eſt quę ſit Ariſtotelis demonſtratio: verba & nomina tranſpoſita eandem ſemper vim ſignificationēq; ſubiſcere. ait enim/ tranſpoſita vero nomina & verba idem ſignificant. vt eſt albus homo: & eſt homo albus. hęc enim trāſpoſitis nominib⁹ atq; verbis/ eādem retinent ſignificationem. In illa enim prius albus eſt: poſterius homo. i hac autem prior homo: poſterior albus. Q̄ ſi hoc falſum eſt/ & nō ſint eędem/ ſed a ſe diuerſę ſint: impoſſibile aliquid incōuenienſq; cōtingit. erunt enim duę negationes vnius affirmationis qđ eſt impoſſibile. Oſtēſum enim eſt quoniā vna vnius eſt affirmationis negatio. Nūc igitur videamus ſi hę affirmationes quę dicunt eſt albus homo/ & eſt homo albus/ nō ſunt eędem/ ſed diuerſę: quēadmodū vnius affirmationis duę ſunt negationes. & primo quidem diſponantur hoc modo: eſt albus homo/ eſt homo albus. huius ergo propoſitionis quę dicit eſt albus homo: erit negatio ea ſcilicet quę proponit non eſt albus homo. alia namq; quę eſſe poſſit rationabiliter non poterit inueniri. diſponantur igitur rurſus eadem/ & ſuperior affirmatio cum propria negatione.

Eſt albus homo.
Non ē albus homo.
Eſt homo albus.

¶ Cum igitur eius quę dicit eſt albus homo/ negatio ſit ea quę proponit non eſt albus homo: ſi ea quę dicit eſt homo albus diuerſa erit ab ea propoſitione quę pronūciat eſt albus homo: alia erit eius negatio. ſit ergo aut ea quę dicit non eſt nō homo albus: aut ea quę dicit non ē homo albus. Rurſus igitur diſponātur duę quidem affirmationes primę alternatim poſitæ: & ecōtrario cōfeſſa prioris negatio. Contra ſecūdū vero: vtręq; hę negationes quas dixim⁹ aſcribātur.

Eſt albus homo		Non eſt albus homo.
Eſt homo albus		Non eſt homo albus.

Non eſt non homo albus.

¶ His igitur ita deſcriptis eius propoſitionis quę dicit eſt homo albus: non poteſt eſſe illa negatio quę dicit nō eſt nō homo albus. Illius eſt enī

nec rurſus cum ea quę proponit eſt omnis homo non iuſtus/nec cum ijs quę enũciant nullus eſt homo iuſtus/vel nullus eſt hõ nõ iuſtus cõſẽtit. Sed nõ hoc dicit quoniã ex infinito ſubiecto propoſitiones/diuerſę ſunt ijs quę ſunt vel ex finito prædicato/vel ex infinito/ſubiecto tamẽ finito. poſſunt enim diuerſę quidem eſſe prędicationes: idem tamen aliquoties ſignificare. vt ea quę dicit omnis eſt homo iniuſtus/cum diuerſa ſit ab ea quę dicit nullus eſt homo iuſtus: idẽ tamen aliquãdo ſignificant/ſi affirmatio priuatoria prędeſſerit. Dictum eſt enim q; affirmationibus prędecedentibus: negationes ſine dubio ſequerẽtur. ergo hoc nõ dicit quoniam diuerſę ſunt propoſitiones ex infinito nomine ſubiecto/ijs quę ſunt ex prędicato/vel finito/vel infinito ſubiecto tamen finito: ſed q; omnino ſibi nõ conſentiant/vel non idem ſignificent/ideſt tota ſint virtute propoſitionis diſſimiles. Atq; quidem hęc dixit de ijs quę infinitum ſubiectum haberent/infinitum vero vel finitum prędicatum. venit autem nũc ad ipſarum cõſequẽtias quę ex infinito nomine ſubiecto cõſtant/& ex vtroq; infinito. & ſicut ſupra cõſequentiam earũ quę ex vtriſq; finitis erant/vel ex infinito prędicato docuit: ita quoq; ecõuerſo quę ex vtriſq; infinitis nominibus conſtant/vel ex infinito nomine ſubiecto/qualẽ ad ſe habeãt cõſequentiam/mõſtrat dicẽs. Ea vero quę eſt omnis nõ iuſtus non homo/illi quę eſt nullus iuſtus nõ homo: idem ſignificat. has tantum duas propoſitiones mõſtrat affirmatiuã ſcilicet vniuerſalem ex vtriſq; infinitis quę dicit/ois nõ iuſtus nõ hõ: ei conſentire quę eſt vniuerſalis negatio ex ſolo infinito ſubiecto/quę dicit nullus iuſtus non homo. In his autem ſubauditur particula eſt: vt ſit tota propoſitio omnis non iuſtus nõ homo eſt/& rurſus nullus iuſtus non homo eſt. nam ſicut in ijs quę finitum habebãt ſubiectum/infinitum vero vel finitum prædicatum/affirmationem ex finito ſubiecto & infinito prędicato/eam ſcilicet quę dicit eſt omnis homo nõ iuſtus/ſequebatur ſimplex vniuerſalis negatio/quę ex vtriſq; finitis cõſtat/nullus homo iuſtus eſt: ita quoq; in his permutatis tãtum ſubiectis idẽ venit. Nam ſicut illic negatio ex vtriſq; finitis vniuerſalis ſequebatur affirmationem ex finito ſubiecto & infinito prædicato: ita quoq; affirmationem ex vtriſq; infinitis vniuerſalem/ſequitur negatio ex infinito tantũ ſubiecto ipſa quoq; vniuerſalis. Et has duas quidẽ propoſitiones aſcripſit ſolam in his cõſequentiã ſpectans. Ceteras autẽ quia putabat intellectu eſſe faciles: perſequi neglexit. Nos autem eas ne quid relictum videatur apponimus. eſt enim conſequentia hoc modo.

¶VNIVERSALIVM PROPOSITIONVM INFINITARVM HABITVDINES.

Eſt omnis nõ homo nõ iuſtus	Cõſentientes	Nullus non homo iuſtus eſt.
Eſt omnis nõ homo iuſtus	Cõſentientes	Nullus nõ homo non iuſtus eſt.

¶PARTICVLARIVM INFINITARVM RVRSVS HABITVDINES.

Quidam no homo iuſtus eſt	Conſentiẽtes	Non omnis eſt non homo nõ iuſtus.
Quidã nõ homo no iuſtus eſt	Conſentiẽtes	Non omnis non homo iuſtus eſt.

¶Has igitur ſi quis diligenter inſpexerit duas comparationes: duabus conuenientiſſimam cõſequentiam conſenſumq; monſtrabunt.

¶QVARTI LIBRI EDI.II.BOE.
IN PERI HERMENIAS
FINIS.

¶LIBER QVINTVS.II.EDI.BOE.IN PERI HERMENIAS.

Maximam operis huius emenſi partem/ea quę ſequuntur licet magnis quęſtionibus impedita: tamen audacius atq; animoſius exequemur/nec defatigari in ſingulis partibus oportet totius dialecticę ꝓdere aggreſſum/atq; expedire doctrinam. itaq; rectam cõmentationis ſeriem teximus. ¶Tranſpoſita vero nomina & verba idem ſignificant. vt eſt albus homo: & eſt homo albus. Nam ſi hoc nõ eſt: eiuſdem multæ erũt negationes. ſed oſtenſum eſt quoniã vna vnius eſt. eius enim quę eſt/eſt albus homo: negatio eſt/non eſt albus homo. eius autem quę eſt/eſt homo albus/ſi non eadem eſt ei quę eſt/eſt albus homo: erit negatio/vel ea quę eſt/non eſt nõ homo albus/vel ea quę ẽ nõ eſt homo albus. Sed altera quidem eſt negatio eius quę eſt/eſt nõ homo albus: altera vero eius quę eſt/eſt albus homo. quare erunt duę vnius. ¶Docet nũc quoniam ſi nomina & verba tranſferantur/& aliud prius/aliud vero poſterius prędicetur: vnam ſine dubio ſignificantiam retinere. Siue enim quis dicat/ẽ homo albus/ſiue eſt albus homo/ſiue homo albus eſt/ſiue albus homo eſt/ſiue quomodolibet aliter ordinem prædicationis permutet: eadem ſine dubio ſignificatio permanebit. & hoc quidẽ

» ¶Quoniam igitur transposito nomine & verbo eadē fit affirmatio & negatio/manifestū est.
¶Superiorem argumentationem hac huius sententię conclusione confirmat. fecit autem hunc syllogismum in secundo modo hypothetico: quem ad impossibile vocat/ hoc modo. si primum est/secundum est.sed secundum non est.primum igitur non est.ideſt si transpositis verbis & nominibus non sunt eædem propositiones:vnius affirmationis duæ sunt negationes.sed hoc impossibile est. Non igitur diuersæ sunt propositiones transpositis verbis & nominibus.

¶DE CONIVNCTIS ET DIVISIS ENVNCIATIONIBVS. Cap.II.

» T vero vnū de pluribus/vel plura de vno affirmare vel negare: nisi sit vnū
» aliquid quod ex pluribus significatur / non est affirmatio vel negatio vna.
» Dico autem vnum:non si vnum nomen positum sit / non sit autem vnum
» aliquid ex illis.vt homo est fortasse & animal/ & bipes/ & mansuetum: sed
» ex his vnum fit.ex albo autem & homine & ambulare: nō est vnum.Quare nec si vnum aliquid de his affirmet aliquis:erit affirmatio vna.sed vox
» quidem vna:affirmationes vero multę. nec si de vno ista:sed similiter plures. ¶Multos talis loci huius caligo confundit:vt digne exequi/ & quod ab Aristotele dicebatur expedire non possent. Nos autem supra iam diximus magnę fuisse curę apud Peripateticę sectę principes diiudicare quę esset vna affirmatio vel negatio/quę plures. Neq; enim vocis sonitu cognoscuntur/ aut numero terminorum. Est enim vt vna quidē res de vna prędicetur:& non sit vna enūciatio. potest etiā fieri:vt vel plures de vna re prędicentur / vel vna de pluribus. vna tamen ex his omnibus enunciatio fiat:quę res maximę apud eos cautelę fuit/ vt vbi incidisset perspecta regula non lateret. Nam si quis dicat canis animal est:non vna est enunciatio. canis enim multa significat. si quis vero dicat homo animal rationale mortale est/ vel animal rationale mortale homo:singulę enūciatiōes sunt/ iccirco quoniam quidem vnum ex omnibus fieri potest. nam de animali ratiōali atq; mortali simul iunctis/ vnus homo perficitur. Item alia sunt/ quę plura prędicantur/ de quibus vnum aliquid effici constituiq; non possit, neq; enim si illa de altero prędicentur/ neq; si de illis aliud: vna affirmatio vel negatio est/ sed tot dicendę sunt affirmationes esse/ quot sint hę res/ q̄ vel de vna prędicantur/ vel de quibus vna dicitur. vt cum dicimus Socrates caluus/ philosophus/ ambulat: ex caluicie & philosophia & ambulatione nichil vnū coniungitur/ vt hæc quasi alicuius speciem formet. Quocirca siue hęc de vno prędicētur/ siue vnum de istis : nō poterit vna esse enunciatio. & communiter quidem totius propositi/ sensus huiusmodi est. Nūc aut ad ipsius Aristotelis verba veniamus. dicit enī. At vero vnū de pluribus / vel plura de vno affirmare vel negare/ nisi sit vnum aliquid quod ex plurib⁹ significat: nō est affirmatio vel negatio vna. si(inqt) plura de vno p̄dices/ vt cū dicis philosoph⁹/ simus/ caluus Socrates est/ vel rursus cum vnum de plurib⁹ prędicas/ cum dicis Socrates simus/ philosoph⁹/ caluus est: si ex ijs pluribus quę vel prędicas vel subijcis/ vnum aliquid non fit quemadmodum vnum fieri potest de ijs quę prædicamus substantia animata sensibilis/ id quod est animal : non fit vna affirmatio nec vna negatio quandoquidē plura vel prędicantur vel subijciuntur/ ex quibus congregatis vna species non existit. q; si vnum de vno aliquis prędicauerit/ quorum nomen vnum plura significat/ ex quibus vnum aliquid non fiat: rursus nō est vna affirmatio nec vna negatio. Si quis enim dicat canis animal est: nomen hoc canis significat/ & latrabilē/ & cęlestē/ & marinū/ ex quibus iūctis nichil vnū efficitur. quare quoniā ex his pluribus vnum aliquid effici non potest : ex illo quoq; canis nomine/ non fit vna affirmatio & vna negatio/ quod prędicatur aut subijcitur/ cum multa significet ex quibus vnum fieri non possit. quod per hoc ostendit quod ait. Dico autē vnū :non si vnū nomen positū sit/ nō sit aūt vnū aliqd ex illis. Potest enī fieri vt vnū nomē de vno p̄dicet. sed si vnū ipsorū plura significat/ ex quib⁹ vnū nō fit: nō est vna negatio vel affirmatio . Neq; enī vox vnā pficit enūciationē: sed ei⁹ qđ significat simplicitas/ vel si plura sint ī vnū collecta/ aliqd vnū faciēdi potētia. hui⁹ aūt rei subiecit exēplū/ qđ plurimos fefellit dicens. vt hō est fortasse & animal & bipes & mansuetum: sed ex his vnum fit. ex albo autē & homine & ambulare: nō ē vnū. Putauerunt alij hunc ita dixisse vt ostenderet exēpli gratia se hāc quasi diffinitionē dedisse : ne forte aliqs arbitret hāc quasi verā hominis diffinitionē posuisse/ q̄ est aīal bipes māsuetū. Ic-

negatio quę habet ſubiectum infinitum: quę dicit/ eſt non homo albus. ſimiliter aũt ſi quãlibet aliam quis poſuerit negationẽ: eius ſine dubio alia reperitur affirmatio. vnde fit vt relinquatur ea eius eſſe negatio/ quę proponit non eſt homo albus. eſt ergo negatio eius quæ dicit eſt homo albus/ ea quę dicit non eſt homo albus. ſed eius affirmationis quę proponit ẽ albus homo/ negatio eſt & iſta quæ dicit non eſt homo albus. quod probat ea res: q̃ inter ſe verum falſumq; diuidunt. nam ſi verum eſt eſſe album hominem: falſum eſt non eſſe hominem album. Q̃ ſi in aliquibus verum inuenitur: hoc ſecundum indefinitionem propoſitionis agnoſcitur/ non ſecundum negationis formam: vt magis ſecundum quantitatem non ſint ſibi oppoſitæ potius q̃ ſecundum qualitatẽ. quod illa res mõſtrat. ſi quis eni ſic dicat: eſt albus omnis homo: ſi contra hanc ponatur non eſt omnis homo albus/ perſpicuum eſt quoniam inter ſe & veritatem diuidunt & falſitatem. vnam enim veram eſſe neceſſe eſt: vnam falſam. quare etiam ſi determinationes auferantur: eadem oppoſitio redit/ licet ſit indefinita. Nam ſicut in ea quæ dicit omnis homo iuſtus eſt/ non omnis homo iuſtus eſt ſublatis omnis & non omnis: homo iuſtus eſt/ homo iuſtus non eſt/ affirmatio & negatio oppoſitæ ſunt: ita quoq; in his ſublato omnis & non omnis/ ea quę dicit eſt albus homo/ ei quæ dicit non eſt homo albus oppoſita eſt. additis enim determinatiõibus vna ſemper vera eſt: altera falſa. ſed diximus quoniam affirmationis eius quę dicit eſt albus homo: negatio eſt non eſt albus homo. Duę igitur negationes non eſt albus homo/ & nõ eſt homo albus: vnius affirmationis ſunt quæ enunciat eſt albus homo. quod euenit/ ſi negatiões eę quæ dicũt non eſt homo albus/ & non eſt albus homo a ſe diuerſę ſunt. quod ex eo contingit q̃ prius propoſitum eſt eam quæ dicit eſt albus homo diuerſam eſſe ab ea quę dicit eſt homo albus. q̃ ſi hoc impoſſibile eſt vt vna affirmatio duas habeat negationes/ & perſpicuum eſt contra eam affirmationem quę dicit eſt albus homo/ vtraſq; has negationes quæ dicunt non eſt albus homo/ & non eſt homo albus opponi: hæ a ſe diuerſę non ſunt ſibiq; conſentiunt/ & tãtum permutatione nominis diſtant/ cęteris autem omnibus eędem ſunt. q̃ ſi hę negatiões eędẽ ſunt: eędẽ quoq; ſũt affirmatiões. Recte igit dictũ eſt quoniã tranſpoſita noia & verba eãdem vim ſignificationẽq; tenent. Senſus ergo totus ita ſe habet: hoc autem modo/ ordo verborum. Tranſpoſita (inquit) nomina & verba idem ſignificãt. & eſt horum exemplum: vt eſt homo albus/ eſt albus homo. In his enim nomina tranſpoſita ſunt. Nam ſi hoc nõ eſt/ ideſt ſi non idem ſignificant nomina & verba tranſpoſita: quiddam impoſſibile & inconueniens contingit. Ait enim eiuſdem multę erunt negationes/ ideſt eiuſdem affirmationis multę negationes erunt. ſed hoc impoſſibile eſt. oſtenſum eſt enim quoniam vna/ vnius eſt. Duę ergo negationes vni opponi affirmationi/ ſi verba & nomina tranſpoſita non idem ſignificant: ſic demonſtrat. Eius eni quę eſt/ eſt albus homo ſcilicet affirmationis: negatio eſt nõ eſt albus homo. contra illam enim affirmationem hæc negatio iuſte opponitur. eius veo quæ eſt/ eſt homo albus/ ideſt alterius affirmationis: ſi non eadem eſt ei quæ eſt/ eſt albus homo ideſt ſi diuerſa eſt a priori propoſitione quę dicit eſt albus homo/ & nõ eſt ei eadem/ ac ſi diceret ſi ei non conſentit: erit negatio vel ea quæ eſt non eſt homo albus/ vel quæcunq; alia. quam ſi quis ponat eſſe negationem: vna ratione refellitur/ quam hic quoq; poſuit. refellitur autem hoc modo/ ait enim. Sed altera quidem eſt negatio eius que eſt/ eſt non homo albus: altera vero eius quę eſt/ eſt albus homo. Inter duas enim negationes quas poſuit/ illam ſcilicet quę dicit non eſt non homo albus/ & eam quę proponit non eſt homo albus: illa quę dicit non eſt non homo albus negatio eſt affirmationis infinitum habentis ſubiectũ quę dicit/ eſt non homo albus. alia vero ſcilicet quę proponit nõ eſt homo albus: eius eſt negatio quę dicit eſt alb9 hõ. cũ ea enim verum diuidit atq; falſum. quare erunt duę negationes vnius affirmationis: ſed hoc ipoſſibile eſt. Qđ vt clari9 pateat: ſubiũgaſ ſequẽs formula.

Diuerſæ affirma. ex hypotheſi	Eſt albus homo	Contradictoriæ	Non eſt albus homo	Diuerſę negationes ex hypotheſi
		Contradictoriæ / Cõtradictoriæ		
	Eſt homo alb9	Contradictoriæ	Non eſt homo albus	
Affir.	Eſt nõ hõ albus	Contradictoriæ	Non eſt nõ hõ albus	Neg.

contradictiõis/aut tota affirmatio/aut tota negatio/vt dicas aut eſt aiaĩ Socrates/aut ſi hoc nõ videtur/reſpõdeas nõ eſt animal Socrates. In iis igitur q̃ multa ſunt/ex quibus vnum fieri neqt ſi fiat vna interrogatio: & ipſa reprehenſibilis eſt/& contra eam vna reſponſio. quiſquis enim ea plura interrogat/ex quibus vnum eſſe non poſſit: multas facit interrogationes. contra quas ſi ſimpliciter reſpondeatur: etiam ſi vera ſit ipſa reſponſio/tamen iure reprehenditur. Contra enim multiplicem interrogationem: multiplex debet eſſe reſponſio. Si quis enim dicat interrogans/Socrates philoſophus ne eſt/& legit/& ambulat: quia poteſt fieri/vt ſit quidem philoſophus/& legat non autem ambulet/vel ambulet ſed non legat/poteſt item fieri/vt & legat & ambulet/contra huiuſmodi propoſitionem non erit vna reſponſio. Nã qui ita interrogauit Socrates philoſophus ne eſt/& legit/& ãbulat: aut imperite/aut captioſe interrogauit. contra quam interrogationem ſi contigerit Socratem philoſophum eſſe/& legere/& ambulare: ſi reſpondeatur ita eſt/hęc quoq; reſponſio reprehenditur. Contra plures enim interrogationes vna reſpõſio non debet adhiberi/etiam ſi per vnam illam vere reſpondeatur: ſicut in hac quoq; ſi & philoſophus eſt/& legit/& ambulat. Quocirca ſi interrogatio dialectica reſpõſionis petitio eſt/per quam reſpõſionem fiat ꝓpoſitio (vt ſi dixerit quis interrogans dies ne eſt/alius reſpõdeat nõ/fiet inde negatio dies non eſt: vel certe altera pars oppoſitionis cum ita interrogatur dies ne eſt an dies non eſt/vt cõgrue reſpondeatur diẽ eſſe/aut diem nõ eſſe ideſt tota propoſitio) eę quę ex his pluribus fiunt atq; interrogantur/cũ vnum ex his fieri non poſſit/non ſunt ſimplices interrogationes. quocirca nec ad eas reddẽda eſt ſimplex reſponſio. de his autem ſe in topicis dixiſſe commemorat. Rurſus quia dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio (vt ſupra dictũ eſt) vel propoſitionis vel alterius partis contradictionis/quod paulopoſt demonſtrabitur: imperite illi interrogant qui dicunt/vel quid eſt animal/vel quid eſt homo. oportet enim qui dialectice interrogat/dare ex interrogatione optionẽ: an ſibi reſpondens affirmationem eligere velit an negationem. Qui vero ſic interrogat/vt quid eſt aliqua res velit dicere reſpõdẽtem: non eſt illa interrogatio dialectica. Interrogat autem quidam hoc modo: putas ne anima ignis eſt? cum reſpondens negauerit: addit nõne tibi videtur aliquid eſſe inter ignem atq; aerem medium corpus/vt ſit anima? cum reſpõdens hoc quoq; abnuerit/ille perſequitur: an fortaſſe magis tibi videtur aquam eſſe animam vel terram? cum ille neq; terram neq; aquã animam eẽ cõſenſerit: tunc defeſſi interrogationibus ita interrogant/quæ res eſt ergo anima? hęc autem non eſt interrogatio dialectica/ſed potius diſcipuli ad magiſtrum aliquid diſcere cupiẽtis. qui enĩ aliquid cupit addiſcere: interrogat eum qui docere poteſt/quid ſit de quo ambigit. Dialecticus autem (vt dictum eſt) ita interrogare debet: vt reſpondẽti ſit copia an affirmationem an negationem velit eligere. Oportet enim ſcire quoniam omnis interrogatio eſt petitio reſpõſionis. Dialectica vero non cuiuſuis reſponſionis: ſed eius quę in vtraq; parte habeat oppoſitionem. ergo hoc ipſum quid eſt: non eſt dialectica interrogatio. Oportet enim interrogare ita vt ex interrogatione reſpondens poſſit eligere alteram contradictionis partem. debet enim determinate & definire is qui interrogat/an hoc ſit quod dicitur an non/vt homo animal eſt an non: vt ille aut affirmationem reſpõdeat aut negationem. quod autem dixit dialecticam interrogationem petitionem eſſe reſponſionis vel propoſitionis/vel alterius partis contradictionis: huiuſmodi eſt. Quiſquis interrogat affirmationem: aut eandem expetit vt auditor ſibi reſpondeat/aut contradictionem. vt ſi quis ſic interrogat/homo animal ne eſt: ſi ille ãnuerit/propoſitionẽ reddidit eã ſcilicet quam propoſuit interrogans. ſi vero interrogãte aliquo an homo animal ſit/reſpondẽs dixerit non eſt: contradictionem reſpondiſſe videbitur. Ille enim affirmationem interrogauit: iſte negationẽ reſpondit/quod eſt contradictio. Rurſus ſi negationem interroget/& ille reſpondeat negationem: eandem propoſitionem reddidit quam is qui interrogauit/ante propoſuit. ſin vero interrogante aliquo negationem/ille affirmationem reſponderit: contradictio reſponſa eſt. hoc eſt igitur quod ait/interrogationem reſponſionis eſſe petitionem. & cuius reſponſionis addidit: vel propoſitionis/ſi idem reſpondeat/quod ille interrogat/vel alterius partis contradictionis ſi cum ille affirmationem interroget/ille reſponderit negationem/vel ſi cum ille negationem in interrogatione poſuerit/ille affirmationem in reſpõſione reddiderit. Interrogatiõis autem ſecũdum Peripateticos duplex ſpecies eſt: aut cũ dialectica interrogatio eſt/aut cũ non dialectica. Nõ dialectice aũt interrogationis duę ſpecies ſunt. vna quidẽ quãdo ſumẽtes accidẽs/interrogamus cui illud accidat. vt cũ videm⁹ domũ Ciceronis/ſi interrogem⁹/qs illic maneat. vel quando ſubiectũ quidẽ ipſum & rem ſumimus: quid aũt illi accidat interrogamus. vt ſi ipſum Ciceronem quis videat/& interroget: quo diuertat. & hęc vna ſpecies eſt eorum quę ſecũdũ accidẽs non dialectice interrogamus. Altera vero quãdo proponẽtes nomẽ/q̃d ſit quęrim⁹/

circo enī (īquiūt) dixit fortaſſe/ & aīal/ & bipes/ & māſuetū: ne q̄s omnino putaret huiuſmodi eē hois diffinitionē/ Ariſtotelē arbitrari. Alij vero hoc nō ita dictū accepere: ſed potiꝰ i hāc ſentētiā dictū Ariſtotelis ſcripturāq; iterpretati ſunt. vt hō eſt quod & animal & bipes & māſuetū. ſed ex his vnum fit. vt ita intelligeretur. homo quidem æqualiter ſe habet ad id qđ eſt homo/ & ad id quod eſt animal bipes manſuetum. Quocirca ſi idem eſt & æquum dicere hominem quod animal/ bipes/ manſuetum: neceſſe eſt quoties de vno plura hęc prędicabis ideſt animal/ bipes/ māſuetum de homine/ quoniam ęquale eſt homini quod vnum eſt/ vnū quiddā prędices q̄is tres voces p̄dicare videaris. ¶ Sed omnes hi nichil omnino itelligunt: ſed eſt melior expoſitio/ quā Porphyrius dedit. Volēs (inquit) Ariſtoteles demonſtrare quę vna eſſet affirmatio/ quę nō vna: dixit primo quoniam plura de vno prędicare/ vel plura vni ſubijcere/ non eſt vnam enunciationem facere/ niſi ex illis pluribus vnum aliquid fieret. videns idem q̄ adhuc plures poſſent eſſe affirmationes etiam in ijs prędicatis/ quę cum plura ſint/ vnum tamen ex his fieri poſſit: hoc dixit homo eſt fortaſſe & animal/ & bipes/ & manſuetum. quod autem dico tale eſt. Manifeſtum quidem ſit quoniam ſi plura de vno prędicētur/ ex quibus vnum fieri non poſſit/ vel plura ſubijciantur vni/ ex quibus vnū non fit: non eſt vna affirmatio nec vna negatio. Nunc autem tractemus de ijs pluribus/ ex quibus vnum aliquid fieri poſſit. Inueniemus enim & in his in ipſo modo enunciandi plures aliquoties enunciationes/ & non vnā reperiri/ quanq̄ ex pluribus vnū fieri aliquid poteſt. Si qs enim dicat animal rationale mortale/ hō eſt/ ſimul iungens animal rationale mortale: quoniam continue dictum eſt/ & ex his vnum aliquid fit/ vna eſt affirmatio. Si vero ſit aliquid interualli/ vt ita quis dicat homo animal/ & rurſus ratiōale/ & aliquantulum requieſcens dicat mortale eſt: nō eſt vna affirmatio/ nec vna negatio. hæc enim intercapedo plurimas efficit enunciationes. Rurſus ſi cum coniunctione dicantur homo animal & ratiōale & mortale eſt: ſic quoq; multę ſunt propoſitiones. Nec differt aliquid vel requieſcēdo/ vel interponendo coniunctiones dicere: q̄ ſi quis dicat homo animal eſt/ homo rationale eſt/ homo mortale eſt/ quę perſpicue propoſitiones multæ ſunt. Videns ergo hoc Ariſtoteles: ita dixit. homo eſt fortaſſe & animal & bipes & manſuetum. ad hoc inquit fortaſſe/ tanq̄ ſi ita diceret. & de homine quidem & bipede & manſueto fit vnum: ſed eſt aliquoties forte/ vt plures propoſitiones ſint/ cum ea coniunctio quędam ſeparat atq; diſcernit. Erit enī fortaſſe homo & animal/ vt hæc vna ſit propoſitio/ & bipes vt altera/ & manſuetum rurſus vt altera. ſed ex his omnibus vnum aliqđ fit. quæ cum continue prolata ſunt: quoniam ex his vnum aliquid efficitur/ vna eſt propoſitio. Nō autem idem euenit in omnibus. ex albo enim/ & homine/ & ambulare: non vnum fit. Si qs enim dicat Socrates homo albus ambulat: nō eſt vna affirmatio/ quoniam ex homine/ & albedine/ & ambulare/ nulla omnino ſpecies fit. Quare concluſio eſt/ quoniam nec ſi de ijs pluribus ex quibus vnum non fit vnum aliquid prędicetur (vt ex terreno/ latrabili/ & cęleſti & marino: quoniam vnū non fit/ & de his vnū aliquid prædicet/ qđ dicit canis) huiuſmodi nomēqđ plura ſignificat/ ex quibus vnū non fit/ ſi de altero p̄dicet/ vel ſubijciat alteri: nō fit vna affirmatio nec vna negatio. ſed erit qdē vox vna: affirmationes vero plurimę. Siue enī vnū de pluribꝰ prędicet ex qbꝰ vnum nō fit/ vel plura huiuſmodi de vno/ vel ſi vnum de vno prædicetur/ quod prędicatum plura ſignificet/ ex quibus vnum non fit/ ſiue illud prædicatum alteri ſubijciatur: omnino nō fit vna affirmatio/ nec vna negatio. Eſt autem regula huiuſmodi. Vna affirmatio eſt: ſi aut duo termini ſingulas res ſignificēt/ aut ſi plura ita de vno prędicentur/ vel vni ſubijciantur vt ex his vnum aliquid fieri poſſit/ aut vnum nomen quod prędicatur vel ſubijcitur/ talia ſignificet plura quę omnia vnam quodam modo ſpeciem valeāt congregare. ¶ Si ergo dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio/ vel propoſitionis/ vel alterius partis contradictionis/ propoſitio vero cōtradictionis eſt vnius pars: non erit vna reſpōſio ad hęc. neq; enī interrogatio vna/ nec ſi ſit vera. dictum eſt autem de his in topicis. ſimul autem manifeſtum eſt/ quoniam nec hoc ipſum quid eſt: dialectica interrogatio eſt. oportet enim datū eſſe ex interrogatione eligere: vtrā velit contradictionis partem enunciare. ſed oportet interrogantem determinare: vtrum hoc ſit homo/ an non hoc. ¶ Quiſquis dialectica vtitur interrogatione: hic aut ſimpliciter interrogat/ atq; vnam propoſitionem interrogatione ponit vt contra eam ſit vna reſponſio/ aut vtraſq; interrogans dicit/ ad quas non fit ſimplex reſponſio/ ſed vna tota propoſitio reſpondetur. Si quis enim dicat interrogans/ Socrates ne animal eſt: contra hanc talis eſt reſponſio aut ita aut non. ſi qs vero hoc modo interroget/ Socrates ne animal eſt an non: contra hāc nō eſt vna reſponſio. ſi enim reſpondetur ita: de qua annueris ignoratur/ de affirmatione an de negatione. rurſus ſi non/ reſpondeas: neſcitur quam negari volueris/ affirmationem ne an negationem. Quare contra huiuſmodi interrogationes: tota propoſitio reſpondenda eſt/ ideſt altera pars

Porphyrius

homo ambulans ambulans muſicus muſicus eſt. Amplius quoq; Socrates Socrates eſt/ & rurſus homo. erit igitur Socrates/Socrates homo. ſed & bipes. erit igitur Socrates Socrates homo bipes. ſed de Socrate verum eſt dicere quoniam Socrates homo bipes eſt. ſed cum dixi hominem: de eo iam & bipedem dixi. omnis enim homo bipes eſt. verū eſt ergo de eo dicere quoniam bipes eſt. ſed verū erat dicere quoniam Socrates Socrates homo bipes eſt: vera igitur prędicatio erit/ Socrates bipes bipes homo eſt. ſed rurſus hominē dixi/ atq; in eo aliud bipes nomi nauí. oīs eni hō bipes eſt. Socrates igit hō bipes bipes bipes eſt. & hoc ī ifinitū ꝓtracto: ſupflua loquacitas iuenit. nō igit fieri poteſt vt modis oībus qcquid extra dicit: id iunctū vere prędicet.

» ¶ Quoniam igitur ſi quis ſimpliciter dicat complexiones fieri: multa accidit dicere inconuenien
» tia manifeſtum eſt. Quemadmodū autē ponendum eſt/ nunc dicimus. ¶ Eorum igitur quę prę
» dicantur/ & de quibus prędicari accidit quęcūq; ſecundū accidens dicuntur/ vel de eodē/ vel al
» terum de altero: hęc non erunt vnū. vt homo albus eſt/ & muſicus: ſed nō eſt vnū album & mu
» ſicum. accidentia enim ſunt vtraq; eidem. Nec ſi album/ muſicum verum eſt dicere: tamen non
» erit album muſicū vnū aliquid. ſecundum accidens enim album muſicum. quare non erit albū
» muſicum vnum aliquid. quocirca nec citharedus bonus ſimpliciter: ſed animal bipes. non enī
» ſecundum accidens. ¶ Amplius. Nec quęcunq; inſunt in altero. quare neq; album frequenter:
» neq; homo/ homo animal eſt vel bipes. inſunt enim in homine animal & bipes. ¶ Quę ſuperius
cōpręhendit: ea nunc apertiſſima ratione determinat/ dicens de his ſolum extra prędicatis veraciter non poſſe vnam prædicationem fieri veram/ ſi coniuncta ſint quęcunq; aut accidentia ſunt eidem/ aut cum vnum alij accidit/ accidens aliud de illo accidente prędicatur. Si quis enī de Socrate dicat/ quoniā Socrates citharedus eſt/ rurſus Socrates bonus eſt: ſi vtraq; vere prędicet/ duo accidentia de vno ſubiecto prędicauit/ ideſt de Socrate. quocirca non poteſt ex his fieri vna prędicatio: vt dicatur Socrates/ citharedus bonus eſt. Rurſus ſi de Socrate prædicetur muſicus (ſit enim Socrates muſicus) de muſico autem prędicetur albus/ & hoc forſaſſe ſit verum: non tamen iam neceſſe eſt muſicum album eſſe. Si enim ſit muſicus Socrates/ & de eodem muſico albus prędicetur: prędicatur quidem de Socrate ſubiecto muſicus/ de muſico autē quod eſt accidens/ prædicatur album rurſus aliud accidens. Ergo non poteſt hic vna fieri vera propoſitio/ vt dicatur: Socrates/ albus muſicus eſt. neq; enim ſemper muſicus albus eſſe poteſt: ſed hanc naturam habent accidentia/ vt veniant & recedant. ergo ſi eius qui muſicus albꝰ eſt/ in ſole ſtantis cutem calor fuſcauerit: non erit quidem albus cum ſit muſicus. Quocirca neq; tunc cum vere prędicabatur/ quoniā Socrates muſicus albus eſt: neq; tūc fuit vera rectaq; prędicatio. non enim habet naturam permanendi accidens: vt ſemper vere prędicetur. ratio autē verborum ſic conſtat. Quoniā igitur ſi quis (inquit) dicat omnino quomodolibet complexiones fieri/ ideſt vt qđ ſigillatim prędicaueras/ hoc complexum connexumq; proponas: plurima inconuenientia dicere contingit. Multa enim concurrunt impoſſibilia/ ſicut ſupra ipſe mōſtrauit: tūc quando ad nimiam loquacitatem perduxit eos eadem frequenter nomina repetētes. Quemadmodū aūt ponendum eſt nūc dicimus: ideſt quemadmodum autem debeant/ quę ſigillatim vere dicuntur iuncta prędicari/ nunc (inquit) dicimus. Omnia inquit quę prędicātur de alio/ & rurſus de quibus alia ponuntur: duplici modo ſunt. aut enim accidentia/ aut ſubſtantialia ſunt. & alię quidem prędicationes ſunt ſecundum accidens: quoties aut accidentia duo de ſubſtantia/ aut accidens de accidēte alicuius ſubſtantiæ prędicatur. Alia vero non ſecundū accidens: quoties aliquid de aliquo ſubſtantialiter dicitur. Eorum igitur quęcunq; ſecundum accidens dicuntur: eorum vel ſi duo ſūt accidentia & de eodem prędicentur/ vel ſi alterum accidēs de altero accidenti dicatur/ ex his non poteſt vna fieri propoſitio. neq; eni erit vnū ſi iuncta ſint: vt homo & albus eſt & muſicus. album enim muſicum/ quoniam in vnam formam non concurrunt: nō faciunt vnam propoſitionem. Non enim idem eſt album & muſicum. vtraq; enim eidem ſunt accidentia: non tamen idem ſunt. nec ſi album de muſico prędicemus ideſt accidens de accidenti/ & hoc verum ſit: non tamen neceſſe eſt id quod muſicum eſt/ eſſe album. neq; enim eſt albū muſicum/ vnum aliquid. Accidenter enim id quod muſicum eſt/ album eſt. quoniam enim id ipſum cui muſicum accidit album eſt: iccirco muſicum album dicitur. non eſt autem idem muſicum album. Quocirca eadem ratione tenetur/ vt non poſſit idem eſſe citharedus bonus: nec in vnum corpus coniuncta faciant vnum aliquid/ quanq̄ ſigillatim vere prædicuntur. Q; ſiquis aliquid ſubſtantialiter prędicet/ duaſq; res ſigillatim dicat: poſſunt in vnam propoſitionem redire/ quę ſubſtantialiter vere ſeiuncte ſeparatimq; ponūtur. homo enim cū & aial ſit & bipes: eſt animal bipes/ & fit ex his vna prędicatio. Nā neq; animal ſecundum accidens meſt homini nec bipes: quod per hoc oſtendit quod ait. ſed animal bipes. non enim ſecūdū accidēs. Addit quoq; illud/ quoniam nec ea iuncta recte ponuntur: quęcunq; vel latenter vel in prolatione in aliquo

aut genus/aut differentiam/aut diffinitionem requirentes:vt ſi quis interroget quid ſit animal. vel quando diffinitionem / aut aliquid ſupradictorum ſumimus/& quærimus cuius illa ſint : vt ſi quis quærat animal rationale mortale cuius ſit diffinitio. ¶Quoniã vero hæc quidem prædicantur compoſita/vt vnum omne prædicatum fiat/ eorum quę extra prædicãtur: alia vero non/ quę eſt differentia? De homine enim verum eſt dicere & extra animal/ & extra bipes & hæc vt vnum.& hominem/& album:& hęc vt vnum. ſed non ſi citharedus eſt & bonus: eriã citharedus bonus. ¶Si enim quoniam vtrumꝙ verum/eſſe oportet ſimul vtrumꝙ:multa inconuenientia erunt. De homine enim & hominem verum eſt dicere & album :quare & omne.rurſus ſi album ipſum:& omne.quare erit homo albus albus.& hoc in infinitum. Et rurſus muſicus albꝰ ambulans:& hæc eadem frequẽter implicita. Amplius.Si Socrates/Socrates eſt/ & homo/ & Socrates/Socrates homo.& ſi homo & bipes:erit homo bipes. ¶Multa ſunt quæ cum ſigillatim vere prędicentur :ſi quis ea coniungat& prędicet/veram prędicationem tenent. Sunt autem aliqua quę ſi per ſe/& diſiuncta prędicentur/ vera ſunt:ſin vero coniuncta dicantur/ veritatem in prędicatione non tenent.quę ergo ſit differentia eorum oportet agnoſci. Si quis enĩ dicat Socrates animal eſt:verum dixerit.& ſi quis rurſus prędicet/quoniam Socrates bipes eſt: hoc quoꝙ verum eſt.quę ſi coniuncta dicantur/ vt eſt Socrates animal bipes eſt:a propria veritate non diſcrepant.atꝙ hęc quidem in genere & differentia ea quę ſubſtantialis eſt Socrati.qꝙ ſi de accidente quoꝙ dicatur :poteſt idem nichilominus euenire. Si quis enim ſic dicat Socrates homo eſt:verũ eſt.& rurſus Socrates caluus eſt:hoc quoꝙ verum eſt.qꝙ ſi iungat dicens Socrates homo caluus eſt:veram rurſus ex coniunctis faciet prędicationem.atꝙ in his quidem ea quę ſigillatim vere dicebantur:iuncta veraciter prędicata ſunt. Sunt autem alia in quibus ſigillatim quidem prędicata vera ſunt:iuncta vero / qualitatẽ veritatis amittũt.vt ſi quis dicat quoniam Socrates bonus eſt:verum eſt.rurſus Socrates quidem citharedus eſt : ſic quoꝙ hoc verũ eſt.at hęc coniungere non neceſſe eſt:vt ſit verum Socrates bonus citharedus eſt. poteſt enĩ bonus quidem eſſe homo:& cũ ſit citharedus non tamẽ eſſe bonus / ſed in alia qdẽ re bonus/& in alia tantum artis illius cognitor/non tamen in ipſa perfectus.hoc autem facilius tali liquebit exẽplo.Si qs enim dicat quoniã Tiberius Gracchus malus eſt:verum eſt.rurſus Tiberiꝰ Gracchus orator eſt:hoc quoꝙ verum eſt.ſi coniungens dicat/ Tiberius malus orator eſt : falſo dixerit. optimus enim orator fuit. Sed ne quis nos ita dicentes ignorare putet oratoris eſſe diffinitionem virum bonum dicendi peritum:hęc ita dicta ſunt ad exemplum potius q̃ ad veritatem. atꝙ hæc quidem propoſita ab Ariſtotele ſunt:cuius in textu verba ſic conſtant.Quoniam vero (inquit)alia quidem prędicãtur coniuncta & compoſita:vt ex his vnum prędicamẽtum fiat eorum quę extra vere prędicata ſunt.alia vero cum extra ſigillatim vere prędicantur/ iuncta verã non faciunt prędicationem: inquirendum eſt quę eorum ſit differentia. exempla autem horum talia ſunt.Eorum quidem quę extra prędicantur vere/ nec ſi coniuncta ſunt/ naturam veritatis amittunt:tale exemplum eſt.de homine enim verum eſt dicere quoniam & animal & bipes:rurſus quoniam animal bipes/ verum eſt de eodem homine dicere vt de Socrate, de eodem quoꝙ Socrate & hominem extra/& album ſi ita contingit verum eſt dicere/& de eo prędicare animal & bipes a veritate non diſcrepat:atꝙ hęc quidẽ quę extra ſigillatim prędicantur vere/ iũcta vera ſunt. qꝙ ſi de aliquo prędicetur quoniam citharedus eſt/ & verum ſit / rurſus quoniam bonus ſit/& verum ſit:non neceſſe eſt dicere quoniam bonus citharedus eſt. Poteſt enim ſolũ eſſe quidem citharedus:bonus autem homo.hucuſꝙ quidem illa diſpoſuit.Quoniam autem videbantur quidam arbitrati/qꝙ omnia quę ſigillatim vere prędicarentur/ eadem quoꝙ compoſita recte dicerentur : contra hos dicit quoniã multa erunt inconueniẽtia multaꝙ impoſſibilia ſunt/ſi qs dicat oẽ qđ ſigillatim prędicatur veraciter/id iunctũ vere prędicari. De homine enim verum eſt dicere quoniam homo eſt.nam de Socrate qui homo eſt: vere dicitur quoniã homo eſt. rurſus vere de eodem dici poteſt/ quoniam albus eſt.Quare & ſi hęc iungas/& vt vnum prędices:verũ eſt dicere de aliquo homine/quoniam homo albus eſt.ſed homo qui albus eſt : verum eſt dicere de eo quoniam albus eſt.quare etiam ſi iungas:erit prædicatio Socrates homo albus albus eſt.nam de Socrate verum erat dicere quoniam homo albus eſt:ſed de homine albo verum eſt dicere/quoniã albus eſt.hęc ergo cõiũcta:Socrates hõ albus albus eſt/ faciunt.qꝙ ſi de homine eodem albo/rurſus album prędicare velis:verum eſt.quocirca & ſi iungas. erit igitur prędicatio hõ albus albus albus eſt/atꝙ hoc in infinitũ.Rurſus ſi quis de aliquo homine dicat/ quoniã ille homo muſicus eſt/ſi verum dicat adijciatꝙ quoniam idem homo ambulans eſt: verum dicit/ſi iungat/quoniam ille homo ambulans muſicus eſt.ſed ſi verum eſt de aliquo homine p̃dicare quoniã ſit ãbulans muſicus/de ãbulãte autẽ muſico verũ ẽ dicere qm̃ muſicꝰ ẽ:erit ille hõ ãbulãs muſicꝰ muſicꝰ,ſed de eodẽ verũ ẽ dicere qm̃ ãbulãs ẽ. verũ erit igit de eo rurſꝰ dicere qm̃

» Homero (quoniam enī eſt poeta) ſed nō ſecūdum ſe prędicatur de Homero/ ipſum eſt. ¶Quoniam ſupradixerat quando eſſet in adiecto contradictio non eſſe verum ſimpliciter prædicare/ quando vero non eſſet/ verū eſſet qđ coniūcte diceretur ſimpliciter dicere: hoc ipſum quoniam videbatur in aliquibus nō eſſe verum/ conſequenter emendat. Ait enim verum eſſe illud qđ ſupra dictū eſt: quādocūq; in adiecto eſſet aliqua cōtradictio nō eſſe verū ſimpliciter prędicare qđ coniuncte diceretur. quando aūt nō ineſt contradictio/ non ſēp verū eſt prędicare ſimpliciter qđ coniuncte vere diceretur: ſed aliquoties quidem verū/ aliquoties autē falſum. Huius rei tale exemplum eſt. Cū dico Homerus poeta eſt: eſt & poeta coniuncte de Homero vere prędicaui. ſin vero dixero Homerus eſt: falſum eſt/ quāq; non eſt aliqua contradictio inter eſt & poetam/ neq; in adiecto eſt vlla oppoſitio talis quā cōſequatur contradictio, cur autē hoc euenit talis ratio eſt. De Homero enim poetā quidem principaliter prędicamus: cum dicimus Homerus poeta ē, eſt autē verbum/ de poeta quidē prędicamus principaliter: de Homero autem ſecūdo loco. nō enim iccirco prędicamus eſſe quia Homerus eſt: ſed quia poeta eſt. Sublato igitur eo qđ principaliter prędicatur ideſt poeta/ licet nullam contradictionē habeat eſt quod adiacet poetę/ contra poetam: nō fit vera prędicatio dicendo Homerus eſt. Secūdū accidens enim/ eſt prędicatur non principaliter, ſublata autem principali prędicatione: qđ ſecūdum accidens prędicabatur/ » continuo falſum reperitur. qđ autem addidit. ¶Quare in quibuſcunq; prędicationibus neq; cō » trarietas ineſt/ ſi diffinitiones pro nominibus dicantur: & ſecundum ſe prędicantur/ & non ſecū» dum accidens/ & in his aliquid & ſimpliciter verum erit dicere. Quod autē non eſt: quoniā opi» nabile eſt/ non eſt verū dicere eſſe aliquid. opinio enim eius eſt: non quoniam eſt/ ſed quoniam » non eſt. ¶Ea quę ſupra dixit/ vna narratione colligit dicens. q̄cunq; eo modo prędicantur/ vt neq; in nominibus/ neq; in diffinitionibus propriis aliquā teneāt contrarietatē: hęc & extra ſimpliciterq; prędicata/ vera ſunt. vt in eo qđ eſt mortuus atq; homo: hęc quidem nominibus nullā contrarietatis contradictioniſue ſunt. ſed ſi horū pro nominibus diffinitiones reddātur: mox cō trarietas oppoſitionis agnoſcitur. Si quis enim hominis diffinitionem dederit: dicet eſſe animal rationale. ſi quis mortui: dicet eſſe corpus vita priuatū atq; inanimatū. & ex hoc tota vis cōtradictionis apparet. Quocirca ſi ſumantur diffinitiones pro nominibus/ & in his aliqua contrarietas ineſſe videbitur/ vel ſi ſecundum accidēs aliquid prędicetur/ vt eſt de Homero cum de eo poeta principaliter prędicetur: non prędicabuntur ſimpliciter vere quęcunq; cōpoſita prędicabuntur. q̄ ſi neq; vlla contrarietas ſit/ & per ſe prędicētur & non per accidens: quicquid compoſite vere dicitur/ hoc & ſimpliciter vere prędicatur. Quoniam autem fuerūt quidam qui hoc ipſum quod nō eſt eſſe dicerent/ totum ſyllogiſmum his propoſitionibus coniungētes. quod nō eſt: opinabile eſt. quod autem opinabile eſt/ eſt. ergo quod nō eſt: eſt. hoc ergo dicit. ſi verum eſt p̄dicare (inquit) de eo quod nō eſt/ quoniam opinabile eſt. eſt quidem verbum de opinabili prędicamus. de eo aūt quod non eſt/ ſecundum accidens prędicatur eſt. quoniam enim quod nō ē: opinabile eſt/ iccirco ſecundo loco de eo qđ non eſt/ verbum eſt prędicamus. quare non poſſumus ſimpliciter dicere eſſe quod non eſt. Iccirco enim opinabile eſt/ quia non eſt. Scibile enim eſſet/ ſi per ſe eſſet non opinabile: ſicut Homerus iccirco eſſe dicitur/ quia poeta eſt/ non quia p ſe eſt. Vel certe iccirco dicitur Homerus eſſe poeta/ quia poeſis ipſi9 extat ac permanet: ſicut aliquos in filijs ſępe viuere dicimus. quocirca id qđ nō eſt iccirco eſſe dicitur opinabile: quoniam ipſius eſt opinatio. nō autem quoniā id quod nō eſt/ per ſe aliquid eſſe poteſt. His ergo ante p̄ſtrictis atq; ordine terminatis: ad propoſitionū de modo/ rē in dialectica vtiliſſimam/ de propoſitionibus tractatū diſputationēq; conuertit. Reſtat nūc de propoſitionum modis oppoſitionūq; diſſerere. multis enim dubitatū eſt rationibus: an idem modus eſſet propoſitionum ſine modo propoſitarum/ qui illarum quoq; quę proprijs modis/ & qualitatibus terminantur. inchoat aūt de his rebus dubitationem ſic.

¶DE ENVNCIATIONIBVS MODORVM: POSSIBILIS/ CONTINGENTIS/ IMPOSSIBILIS ET NECESSARII. Cap. III.

» » » » Is vero determinatis perſpiciendum eſt/ quēadmodū ſeſe habent negatiōes & affirmationes ad ſeinuicem: eæ ſcilicet quę ſunt de poſſibili eſſe & non poſſibili/ & de cōtingenti & non contingenti/ & de impoſſibili & neceſſario. Habēt enī aliquas dubitationes. ¶Omnis propoſitio/ aut ſine vllo modo ſimpliciter pronunciatur: vt Socrates ambulat/ vt dies eſt/ & quicquid ſimpliciter & ſine vlla qualitate prędicatur. Sunt autem alię quę cū proprijs dicūtur modis: vt eſt Socrates velociter ambulat. Ambulationi enim Socratis: modus eſt additus cū dicimus eum velociter ambulare. quomodo enī ambulat ſignificat id qđ de ambulatione eius velociter prędicamus. Similiter autem ſi quis dicat Socrates bene doctus eſt:

terminorum continentur/qui in propoſitione poſiti ſunt. Iccirco enim de homine albo non debet dici albus: vt veniat prędicatio homo albus albus/quoniam iam in homine albo continet albū. rurſus de homine iccirco nō debet prędicari bipes: quoniā licet nō ſit platū/ tamē q hō ē bipes eſt. ſed de homine ſi quis bipes prędicet de re duos habente pedes: neq; hac differētia qđ eſt bipes/prędicat bipes. quocirca erit hic quoq; homo bipes bipes. homo enim/ bipes continet intra ſe: & qui dicit hominem cū ſua differentia dicit. Si quis ergo adhuc p̄dicet bipes: de re duos habente pedes/ bipedē prędicauit. Erit ergo homo bipes bipes. ſed ita prędicari non debet. Cōtinetur enim in homine bipes ad qđ ſi rurſus bipes prędices: moleſtiſſimā facies repetitionē. hoc enim eſt quod ait. Amplius nec quę cunq; inſunt in altero/ ideſt continentur vel prolatione. vt in eo qđ eſt homo albus/ continetur in eo albus: quoniam prolatione iam dictū eſt. aut poteſtate & vi/ vt in eo quod eſt homo continetur bipes: quāq; dictum penitus nō eſt. ¶ Verū eſt aūt dicere de aliquo & ſimpliciter: vt aliquē hominē hominē/ aut aliquē albū hominē/ hominē albū. non aūt ſemper. ¶ Sed quando in adiecto quidē aliquid oppoſitorū ineſt/ quod conſequitur contradictio: non verū/ ſed falſum eſt. vt hominē mortuum: hominem dicere. Quando autem non ineſt: verū. ¶ Hęc quæſtio ſuperiori cōtraria eſt. illic enim quę rebatur ſi quę ſigillatī prędicarentur/ an ſemper vere eadē cōiuncta cōpoſitaq; dicerent. hic aūt cōuerſo ordine id q̄rit: an ea quę cōpoſita vere prędicātur/ ſigillatim dicta/ vere dicātur. poſt obitū enim Socratis / poſſumus dicere hoc cadauer hō mortuus eſt: & hominem mortuūq; iungentes vnam inde/ tamen veram prędicationē facere. ſolū autem hominem dicere cadauer: illud non eſt verū. rurſus eūdem Socratem viuū verū eſt dicere/ quoniā animal bipes eſt: & ſigillatim verū eſt dicere quoniam animal eſt. quare quę̄tur q̄ ſit huius quoq; differentia prędicationis / vt cū cōiuncta dicā tur & vere de ſubiectis predicent: alias quidē extra vere dici poſſint/ alias vero p̄ter illā coniunctionem ſi ſimplicia dicantur/ falſa ſunt. hoc autem quaſi dubitans dixit. ita enim legendum eſt quaſi ſi dubitans diceret ſic. Verum eſt autem dicere de aliquo cōpoſitū cōiunctumq; aliquid: vt de aliquo homine hominē/ aut de aliquo albo albū/ ita vt extra horū aliquid ſimpliciter prędicetur. an vero non ſemper? Et dat regulā q̄ pernoſcamus an q̄ cōpoſita dicūtur: eadē ſigillatī dici poſſint an minime. Quoties enim talia ſunt quæ prędicantur cū alio / vt in ſe non habeant contradictionē prędicata: poſſunt dici & ſeparata veraciter. q̄ ſi habent in ſe contradictionē aliquā/ quę prędicantur & compoſita dicuntur: ſeparata vere prędicari non poſſunt. vt ea quę dicit cadauer hominē mortuum: vere dicit. ſolum autem dicere hominem vere non poteſt: iccirco quoniam prius cum coniunctione prędicauit dicens hominem mortuum / mortuuſq; adiacet hominis prædicamento. cum homine enim prædicatum mortuum/ contradictionem tenet contra hominem. Eſt enim homo/ animal: mortuus vero non animal. ergo mortuus & homo: contradictionem aliquam inter ſe habent. Iſtud enim eſt animal: illud vero non animal. Quocirca quoniā inter ſe habent hęc quādā cōtrarietatē: ſeparatus homo de mortuo homine ſolus non dicitur. Eodē quoq; modo eſt/ ſi quis dicat manū eſſe marmoream ſtatuæ verū dicit: ſolum autem manū dicere eā quę ſtatuę eſt / falſum eſt. habet enim manus poteſtatem dandi accipiēdiq;. ſed illa marmorea non habet. ergo eſt quędā contradictio inter manū & manū marmoream: q̄ illa dare atq; accipere poteſt/ iſta non poteſt. hęc enim ſibi opponuntur contradictiōis modo. Ergo quotieſcūq; tale aliquid prędicatur/ vt homo de cadauere / cui tale aliquid cōiūctū ſit atq; adiaceat quod faciat cōtradictionem contra prędicatum/ vt hic adiacet mortuus homini/ ſimulq; prędicatur de cadauere/ vt faciat contra ipſum hominem contradictionem/ eā quæ in ſe contineat: non poteſt ſeparari vera prædicatio vt ſigillatim dicatur. Si vero non ſit iſta cōtradictio: poteſt. vt in eo quod Socrates animal bipes eſt: animal & bipes nulla contradictione opponuntur. quocirca poteſt de eo: & animal ſigillatī atq; ſimpliciter / & bipes dici. ſenſus quidem eſt huiuſmodi: ordo autē ſe ſic habet. dubitans eni ſic dixit. Verū eſt autē aliquid dicere de aliquo cōpoſite & cōnexe/ & rurſus ſimpliciter/ vt quēdā hoiem hominē/ aut quēdā albū hoiem hominē albū. an certe nō ſemper/ ſed tūc quādo i adiecto ideſt i eo quod adiectū cū aliquo prędicatur: ineſt aliqd oppoſitorū taltū quę cōſequtur cōtradictio/ ideſt quā oppoſitionē mox cōſequtur cōtradictio/ vt oppoſitionē hominis & mortui ſequatur cōtradictio/ ſcilicet aial & nō animal/ Si igitur ſic ſint: nō eſt verū ſimpliciter prędicari ſed falſum. vt hominē mortuū/ quē coniuncte vere dicere poſſis: eundem hominem ſolum non vere prędicabis. Quando enim hæc oppoſitio in ijs quę prędicantur non eſt: verum eſt quod coniuncte prædicaueris / & ſimpliciter prędicare. Adiectum eſt autem in quo venit aliquoties oppoſitno huiuſmodi: vt in eo quod eſt homo mortuus mortuus adijcitur homini. Aliter enim vere homo de cadauere non poteſt prædicari.

¶ An etiā quando ineſt / ſemp non verum eſt: quando vero non ineſt/ nō ſemper verum eſt? vt Homerus eſt aliquid/ vt poeta: ne ergo eſt/ an non? ſecundū accidens enim prædicatur eſt / de

Regula

Ambulare enim eũ quidem nõ ſubſtractum eſt: ſed tantum hęc negatio velocitatem ab ambulatione diſiũxit. In iſs aũt quę poſſibilitatẽ aliquid in futuro faciendi per modum ponũt: nullus omnino actus ponitur/ ſed tantũ modus ad quẽ modum iũcta negatio/ modũ quidem perimit. ſed res illa de qua modus prædicabatur nõ permanet: iccirco quoniã nec tunc cum prędicabatur cum modo aliquid fieri agiue propoſitum eſt. vt ſi quis dicat Socratem poſſibile eſſe ambulare: poſitus quidẽ modus eſt/ res vero actu cõſtituta non eſt. Nõ enim dictũ eſt quoniam ambulat: ſed quoniam eũ poſſibile eſt ambulare. hanc ergo poſſibilitatem: tollit negatio in propoſitione quę dicit Socratem nõ poſſibile eſt ambulare. ſed in eadem propoſitione res de qua dicebatur modus ille non permanet. hoc autem iccirco euenit quia nec in affirmatione quidem poſita eſt res de qua prędicatus eſt modus: atq; ideo nõ a negatione peremptа eſt res. quippe quã negatio poſitam nõ iuenit: ſed tantũ modũ/ qui etiam ab affirmatione cõſtitutus eſt. Magna autẽ diſtantia eſt an ad modum negatio ponatur/ an ad verbũ. nam ſi ad verbum ponatur: prędicatum a ſubiecto diſiũgitur/ vt eſt Socrates nõ ambulat. Nam ambulat qđ eſt prędicatũ: a ſubiecto qđ eſt Socrates/ diuiſum ẽ. ſin vero ad modum ponatur: nõ prędicatũ a ſubiecto diuiditur/ ſed a prędicato potius diſiungitur modus . vt in eo quod eſt Socrates nõ velociter ambulat: nõ ambulationem a Socrate propoſitio iſta diſiungit/ ſed velocitatem ab ambulatione/ ideſt modum a prædicato. & hoc in iſs facilius euidentiuſq; apparet: quęcũq; ita prędicantur/ vt & fieri & non fieri poſſe dicãtur. Oportet autem quid ſit poſſibile/ quid neceſſarium/ quid ineſſe diffinire/ eorumq; ſignificationes oſtẽdere: qđ & nobis & ad huius loci ſubtilitatem proderit/ quẽ tractamus/ & ſuperiora quęcunq; de contingẽtibus dicta ſunt magis liquebunt/ & analyticorum mentem nobis apertiſſima luce vulgabit. Quattuor modi ſunt quos Ariſtoteles in hoc libro de interpretatione diſponit. Aut enim eſſe aliquid dicitur/ aut cõtingens eſſe/ aut poſſibile eſſe/ aut neceſſe eſſe. quorum cõtingens eſſe & poſſibile eſſe idem ſignificant. nec quicq̃ diſcrepat dicere cras poſſe eſſe Circẽſes/ & rurſus cõtingere cras eſſe Circẽſes: niſi hoc tantum/ q̃ poſſibile quidem poteſt priuatione ſubduci/ contingens vero minime. Contra enim id quod dicitur poſſibile eſſe: & negatio poſſibilitatis infertur aliquoties/ vt eſt non poſſibile eſt eſſe/ & priuatio/ vt eſt impoſſibile eſſe. Nam quod dicimus impoſſibile eſſe: priuatio poſſibilitatis eſt. In contingenti autem quanq̃ idem ſignificat: ſola tamen opponitur negatio. nulla enim priuatio reperitur. vt in eo qđ eſt cõtingens ſi hoc perimere volumus: dicimus non cõtingens/ & hęc negatio eſt. Incontingẽs autem nullus dixerit: qđ eſt priuatio. Cum ergo contingẽs eſſe & poſſibile idem ſignificent: multa in iſs diuerſitas eſt ſecundum Porphyriũ quę ſunt neceſſaria/ & eſſe tantum ſignificãtia/ & cõtingẽtia vel poſſibilia. qđ enim eſſe aliquid dicitur: de preſenti tempore iudicatur. Si quid eni nunc alicui ineſt: hoc eſſe prędicatur. qđ vero ita ineſt vt ſemper ſit & nunq̃ mutetur: illud neceſſe eſſe dicitur. vt ſoli motus/ lunęq; cum terra obſiſtit/ defectus. Quę autem contingere dicũtur vel poſſibilia eſſe: illorum neq; ſecundũ preſens/ neq; ſecũdum aliquã immutabilitatem ſpeculamur aduentũ/ ſed tantũ reſpicimus/ quãtum contingentis propoſitio pollicetur. qđ enim poſſe eſſe vel contingere dicitur: nondũ quidem eſt/ ſed eſſe poterit. ſiue autem eueniat ſiue nõ eueniat: q̃ tamẽ eſſe poteſt/ cõtingens & poſſibilis dicitur propoſitio. non enim ex euentu dijudicantur huiuſmodi propoſitiones: ſed potius ex ſignificatione/ hoc modo. Si quis enim dicat poſſe eſſe cras Circenſes: poſſibilis eſt cõtingenſq; affirmatio. q̃ ſi cras ſint Circẽſes: non tamẽ eſt aliquid actu propoſitionis cõtingẽtis vel poſſibilis permutatũ/ vt neceſſe fuiſſe videatur/ qđ illa poſſibiliter promittebat. Q̃ ſi rurſus nõ ſint Circenſes: omnino nec ſic aliquid permutatum eſt/ vt neceſſe non fuiſſe Circenſes videãtur. non enim (vt dictũ eſt) ſecundũ euentũ iſta iudicãtur: ſed ſecũdum propoſitionis potius ipſius promiſſum. Qđ enim dicit/ quiſquis dixerit cras poſſe eſſe Circenſes: hoc (vt opinor) dicit ſiue ſint ſiue non ſint/ nulla tamẽ intercluſum neceſſitate/ ne nõ ſint. Quare quattuor modorum: duo quidem ijdem ſunt/ ideſt cõtingẽs & poſſibile. hi duo autem: cum duobus reliquis/ atq; ipſi reliqui a ſe diſſentiunt. Poſſibile enim aut cõtingens: diſtat ab ea propoſitione quę dicit aliquid eſſe. hęc enim ſecundum poſſibilitatem futuri temporis affirmationem proponit: illa vero ſecundũ preſentis actũ. vtreq; vero & ea quę eſſe/ & ea quę poſſibile eſſe vel contingere eſſe ſignificãt: a neceſſaria propoſitione diſiũctæ ſunt. neceſſitas enim nõ modo ineſſe vult aliquid: ſed etiam imutabiliter ineſſe/ vt illud qđ eſſe dicitur/ nunq̃ eſſe non poſſit. quocirca conſequentiæ quoq; ordinis: euidenter apparent. Qđ enim ẽ neceſſarium: ſine eo qđ eſt eſſe/ vel contingere eſſe/ vel poſſibile eſſe nõ dicitur. quicquid enim neceſſe eſt: & eſt/ & eſſe poteſt. vel ſi eſſe non poſſet: nõ eſſet omnino. q̃ ſi nõ eſſet: nec neceſſe eſſe diceretur. Quare omne neceſſarium: & eſſe dicitur/ & poſſibile. ſed non æque omne qđ eſt: neceſſarium eſt. poſſunt enim quędam eſſe: quę vt ſint non neceſſe eſt. vt Socratem ambulare/ vel cętera quę de ſeparabilibus ſumuntur accidentibus. vel rurſus qđ cõtingit eſſe/ vel eſſe poſ-

quemadmodum ſit doctus oſtendit/ neciolum doctus dixit/ ſed modum quoq; doctrinę Socratis adiũxit. Sed quoniam ſunt modi alij/ per quos aliquid poſſe fieri dicimus/ aliquid ineſſe/ aliquid neceſſe eſſe/ aliquid cõtingere: quęritur in his quoq; quemadmodũ fieri cõtradictionis debeat oppoſitio. In ijs enim propoſitionibus quę ſimpliciter/ & ſine vllo modo prędicãtur: facile locus contradictionis agnoſcitur. Huius enim affirmationis quę eſt Socrates ambulat: negatio ſi ad verbum ponatur/ vt eſt Socrates nõ ambulat/ rectiſſime oppoſitione facta ambulare a Socrate diſiunxit. Rurſus huius propoſitionis quę eſt Socrates philoſophus eſt: ſi quis ad eſt verbum negationem ponat/ integram faciet negationẽ dicens Socrates philoſophus nõ eſt. neq; enim fieri poteſt: vt ad aliud in ſimplicibus affirmationibus negatio ponatur/ niſi ad id verbum qđ totius vim cõtinet propoſitionis. Si quis enim in hac propoſitione quę eſt homo albus eſt/ non dicat fieri negationem eã quę eſt homo albus nõ eſt/ ſed potius homo nõ albus ẽ: hoc modo falſum oſtenditur propoſitum per lapidem. Interrogetur enim ab eo an lapis ille homo albus ſit: vt ſi ille negauerit ponens negationẽ eius quę eſt homo albus eſt/ eam quę dicit homo non albus ẽ/ dicatur ei ſi nõ eſt de hoc lapide vera affirmatio/ quę dicit homo albus ẽ/ vera erit de eo negatio ſcilicet ea quę dicit homo non albus eſt. ſed hęc quoq; falſa eſt. Omnino enim lapis/ homo nõ eſt: atq; ideo de eo nõ poterit prędicari/ quoniã homo nõ albus eſt. Qz ſi neq; affirmatio neq; negatio de eo vera eſt (hoc autẽ impoſſibile eſt vt cõtradictorię affirmationes & negationes de eodem prędicatę/ vtręq; falſę ſint) conſtat eius affirmationis quę dicit homo albus eſt: non eſſe illam negationem quę dicit homo nõ albus eſt/ ſed potius eam per quã proponitur quoniam homo albus nõ eſt. Nuſq̃ igitur alibi ponenda eſt negatio in ijs quę ſimpliciter & ſine modo aliquo ponũtur/ niſi ad verbum qđ totam continet propoſitionẽ. de his autẽ ſufficienter ſupra iam diximus. In ijs autem in quibus modus aliquis apponitur: dubitatio eſt/ an ad modũ illum ponatur negatiua particula/ an locum ſuum ſeruet ad verbum/ ſicut in ijs quoq; propoſitionibus fiebat/ quę ſimplices & ſine vllo modo proponũtur. Nam ſi ſeruet locum ſuum negatiua particula vt ponatur ad verbum: proprietas contradictionis excidit/ & verum inter ſe falſumq; nõ diuidit. Modus enim quidã eſt faciẽdi aliquid: quoties dicimus aliquid poſſibile eſſe vel neceſſe eſſe/ vel quicquid huiuſmodi eſt. Ergo ſi quis dicat me nũc poſſe ambulare/ idẽq; neget/ negationẽ ponens ad verbum qđ eſt ambulare/ dicatq; me poſſe non ambulare: affirmatio & negatio contradictorię de eodem dictę/ verę ſimul inuenientur. Me namq; & ambulare poſſe & non ambulare: manifeſtũ eſt. q; ſi in hoc modo poſſibilitatis/ nõ recte verbo particula negatiua cõiungitur: etiam in ijs quoq; quę nullam habent differentiam/ an ad modũ/ an ad verbum eſt/ ponatur negatio/ cuſtodiẽda eſt talis oppoſitio/ quę huic ſpeciei propoſitionũ cõueniat quæ cum modo proferuntur. vt in hac propoſitione quę dicit Socrates velociter ambulat: ſiue quis ita neget/ Socrates velociter nõ ambulat/ ad verbum ponens negationẽ/ ſiue ſic Socrates nõ velociter ambulat/ modo negatiuam particulã iungens: prope ſimile eſſe videbitur. diuidit enĩ cum affirmatione veritatem falſitatemq; vtroq; modo aptata negatio. Sed quoniã ſunt plures modi in quibus ſi ad verbum iungatur particula negatiua/ nõ eſt negatio ſuperius enũciatę affirmationis: iccirco ſeruãda eſt in omnibus ſecundum modũ propoſitionibus iſta proportio/ vt vno eodemq; modo cunctarũ fieri oppoſitiones dicantur. vt in illis quidem negatio quę ſimplices ſunt/ rem neget: in ijs autẽ quę cum modo ſunt/ modũ neget. vt in eo qđ eſt Socrates ambulat: rẽ ipſam/ ideſt ambulat/ neget adimatq; propoſitio dicens Socrates nõ ambulat. In ijs autẽ quę cum modo ſunt: rẽ quidem eſſe conſentiat/ modũ neget. vt in ea propoſitione quę dicit Socrates velociter ambulat: negatio dicat Socrates non velociter ambulat/ vt ſiue ambulet/ ſiue non ambulet/ nulla ſit differentia. modũ autem ideſt velociter ambulandi/ perimat ex aduerſo cõſtituta negatio: quãq̃ hoc in quibuſdam nõ fit. ſimul enim cum modo ipſo/ & rem perimi neceſſe eſt: vt in eo qđ eſt Socrates poteſt ãbulare/ Socrates nõ poteſt ambulare/ & modũ & rem/ modo ipſi coniuncta particula negationis intercipit. ſed hoc in ijs fere euenit in quibus nõ fieri quidem aliquid dicitur: & actui ipſius nõ additur modus/ ſed potius faciẽdi in futuro modus. vt ſi quis dicat Socratem ambulare poſſe/ non q; iam ambulet/ ſed q; eũ ſit ambulare poſſibile: hic ſi poſſibili negatio cõiungatur etiã rem ipſam tuliſſe videbitur/ de qua illa poſſibilitas prædicabatur. ſi quis autem dicat quoniã Socrates velociter ambulat: facere eum aliquid dicit/ modumq; illi actui iungit/ vt quemadmodũ illud faciat qđ facere dicit/ quilibet agnoſcat. in his res quidem permanet: modus autẽ ſubruitur/ vt ſupra dictũ eſt. An certe illud magis verius eſt dicendũ/ q; ſemper huiuſmodi propoſitiones modũ quidem auferunt: rem vero de qua modus ille prędicatur/ nõ perimãt/ & in quibus ponitur res/ vt in eo qđ eſt Socrates velociter ambulat/ & in quibus prædicatur actus ipſe & preſens/ quia fiat atq; agatur: manifeſtũ eſt modum quidẽ ſubrui/ rem vero quę fieri dicitur permanere. vt cum dicimus Socrates non velociter ambulat.

bile. qđ enim eſt poſſibile: non eſt adhuc quãdo dicitur/ ſed in futuro. ſic quidem negatio illius in neceſſitatem verſa: de eo qđ eſt mutare nõ poterit. qđ enim nõ poſſibile ẽ eſſe: fieri nõ poteſt vt ſit. qđ autem fieri nõ poteſt vt ſit: neceſſe eſt vt nõ ſit. ergo neceſſariam quandam vim habet propoſitio in qua dicimus nõ poſſe eſſe aliquid. ſed neceſſitatem ſequebatur & eſſentia & poſſibilitas. non neceſſe autem eſſe/ ad poſſibilitatem reſpicit. Recte ergo nõ neceſſe eſſe/ qđ eſt iam poſſibilitatis: ſequitur propoſitionem quę dicit nõ poſſe eſſe/ quod eſt neceſſitatis. Alij ergo ordines propoſitionum ſunt/ vis tamẽ eadem: vt neceſſitatem cuncta ſequãtur/ poſſibilitatem vero neceſſitas nõ ſequatur. ¶Hic oritur quęſtio difficilis. nam ſi neceſſitatẽ/ ſequitur poſſibilitas/ nõ neceſſe autẽ poſſibilitati confine eſt: cur neceſſe eſſe nõ ſequatur id qđ dicimus non neceſſe eſſe? Nam ſi poſſibilitas ſequitur neceſſitatem/ non neceſſe autem ſequitur poſſibilitatem: ſequi ergo debet neceſſe eſſe/ id quod non neceſſe eſſe prędicamus. ¶Quę hoc modo diſſoluitur. Non poſſibile eſſe quanq̃ vim habeat neceſſitatis: differt tamen a neceſſitate/ q̃ hęc affirmatiuã habet ſpeciem/ illud vero negatiuam. ſic etiam poſſibile eſſe & nõ neceſſe eſſe differunt eo tãtum/ q̃ illud eſt affirmatiuum: illud vero negatiuum/ cũ vis eadem ſignificationis ſit. ſed neceſſitatẽ: affirmatio poſſibilitatis & cõtingentis ſequebatur. quãq̃ autẽ poſſibilitatem imitetur/ eiq̃ conſentiat id quod dicimus nõ neceſſe eſſe: tamen quędam negatio eſt. Recte ergo affirmationem quę eſt neceſſe eſſe: nõ ſequitur negatio/ per quã aliquid nõ neceſſe eſſe proponimus. Et hanc quidem huius ſolutionem quęſtionis Theophraſtus vir doctiſſimus reperit. Nos autem his determinatis ad ſequentia procedamus. Sunt enim vt ipſe Ariſtoteles ait/ in his multę dubitationes: ſed totius textus pleniſſimũ ſenſum primo ponamus/ qui etſi longus eſt tamen ne interciſa videatur eſſe ſententia/ non grauabor apponere. ¶Nam ſi eorum quę cõplectũtur/ illę ſunt ſibi inuicem oppoſitæ cõtradictiones/ quęcunq̃ ſecundum eſſe & non eſſe diſponũtur. vt eius quæ eſt eſſe hominem: negatio eſt non eſſe hominẽ/ non ea quę eſt eſſe nõ hominem. & eius quę eſt eſſe album hominem: ea quę eſt nõ eſſe album hominẽ/ ſed nõ ea quę eſt eſſe nõ albũ hominẽ. ſi enim de omni aut affirmatio/ aut negatio eſt: lignum erit verum dicere eſſe nõ album hominẽ. quod ſi hoc modo & ĩ quibuſcũq̃ eſſe nõ additur: idem faciet quod pro eſſe dicitur. vt eius quæ eſt homo ambulat: nõ hęc ambulat non homo negatio erit/ ſed hęc non ambulat homo. nichil enim differt dicere hominẽ ambulare: vel hominem ambulãtẽ eſſe. ¶Hęc Ariſtotele ſubtiliter diſcutiente illud oportet agnoſcere: q̃ multum differt ipſius poſſibilitatis vim naturãq̃ diffinire/ vel proprię ſcientię qualitate concludere/ & poſſibilem enũciationem qualis eſſe debeat iudicare. Namq̃ in poſſibilis cognitione illud ſolum perſpicitur: an id quod dicitur fieri poſſit nullo extrinſecus impediẽte caſu. qđ etiam ſi accidat: nichil de ſtatu prioris poſſibilitatis permutatur. verum ipſius poſſibilis enũciationis dijudicatio plurimũ differt: qđ mox poterit ex ipſa de poſſibilibus enũciationibus diſputatione cognoſci. Nam ſicut non eſt idem hominis diffinitionẽ reſpondere quęrentibus/ & ipſam diffinitionem alio termino diffinitionis includere: ita nõ idẽ eſt de poſſibili enũciatione/ & quid ipſum poſſibile eſt/ tractare. Vnde fit vt cum poſſibile atq̃ cõtingens idẽ in ſignificationibus ſit: diuerſum eſſe in enunciationibus videatur. Supra namq̃ docuimus poſſibilitatem & cõtingentiam eiuſdem ſignificationis eſſe: vt qđ contingeret fieri/ idẽ eſſet poſſibile/ & quod poſſibile eſſet/ idem quoq̃ cõtingeret. ſed poſſibilis enũciatio nõ eſt eadẽ quę contingens. Neq̃ enim ſiquis poſſibilem affirmationẽ proponat/ eiq̃ opponat contingentẽ negationem: rectam faciet cõtradictionẽ. Si quis enim dicat quodlibet illud eſſe poſſibile/ alius reſpondeat negans rem illam cõtingere: licet quãtum in ſignificatione eſt priorem poſſibilitatem abſtulerit/ non tamen dicenda eſt cõtradictio/ in qua alij termini in negatione/ alij in affirmatione enunciati ſunt. Poſſibilis enim affirmatio: de poſſibilitate negationem/ nõ de cõtingẽtia/ habere debebit. Idẽ quoq̃ in cõtingentibus. Neq̃ eni ſi quis aliquid cõtingere dixit: opponenda illi eſt poſſibilitatis negatio/ licet idem ſit poſſibile qđ cõtingens. Conſtat ergo diuerſiſſimam eſſe rationem modi per ſe dijudicandi/ & enunciationis quę cum modo/ & qualitate prędicatur. Vnde fit vt quãq̃ idem in ſignificationibus poſſibilitas & contingẽtia ſunt: quaſi diuerſe ab Ariſtotele in modorũ ordine proponãtur. ¶Illud autẽ ignorandũ nõ eſt: q̃ Stoicis vniuerſalius videatur eſſe poſſibile a neceſſario. Diuidunt enim enũciationes hoc modo. Enũciationum inquiũt: aliæ ſunt poſſibiles/ alię impoſſibiles. Poſſibilium autem: alię ſunt neceſſariæ/ alię non neceſſariæ. Rurſus nõ neceſſariarum alię poſſibiles/ aliæ impoſſibiles: ſtulte atq̃ improuide idem poſſibile/ & genus nõ neceſſarij & ſpeciem cõſtituẽtes. Nouit autem Ariſtoteles id poſſibile/ qđ nõ neceſſarium eſt: & id poſſibile rurſus/ qđ neceſſarium eſſe poteſt. Eodem nãq̃ modo dicitur poſſibile eſſe: quod vel ex falſitate in verum tranſit aliquando/ vel rurſus ex veritate tranſit in falſitatem. vt ſi quis dicat nũc quoniã dies eſt verum dixerit: idem ſi hoc nocte prędicet/ falſum eſt. & hęc veritas propoſitionis in falſum eſt permutata. Sic ergo quędã ſunt poſſibi-

Quęſtio.

Diuiſio Stoicorum

ſibile eſt: mox eſſe nõ neceſſe eſt. quare neceſſe eſſe quidem: ſequũtur eſſe & poſſibilitas. ſed neq; eſſe neq; poſſibile eſſe: neceſſitas vlla cõſequitur. Rurſus omne eſſe ſequitur poſſe eſſe. qđ enim eſt: & poteſt eſſe. Nam ſi eſſe nõ poſſet: ſine vlla dubitatione nõ eſſet. poſſibile autem eſſe: nõ ſequitur eſſe. Qđ enim poſſibile eſt eſſe: poteſt & non eſſe. vt me poſſibile eſt nunc quidem procedere: ſed hoc nõ eſt neceſſe. non enim nũc procedo. quare gradatim omnis eſt hęc cõſequentia. neceſſe eſt nãq; & eſſe ſequitur/ & poſſibilitas. rurſus eſſe: eadẽ ſequitur poſſibilitas. poſſibilitatem autem: nec eſſe ſequitur nec neceſſitas. Liquet ergo quoniam duo modi ſunt poſſibiliũ: vnũ qđ iam ſequitur neceſſitatem/ alterũ qđ nõ ſequitur ipſa neceſſitas. Nam cum dico neceſſe ẽ vt nũc ſol moueatur: hoc etiam poſſibile eſt. cum dico poſſibile eſt nunc me ſumere codicem: nõ neceſſe eſt eſſe. Recte ergo ab Ariſtotele paulopoſt dubitatur: an ſit illud poſſibile/ qđ neceſſitati cõueniat. Sed cum ad eadẽ loca venerimus: quid ſibi iſta poſſibilium ſimilitudo velit/ vel quẽadmodum diſcerni poſſit/ agnoſcemus. Nunc autẽ quoniam affirmatiuarũ propoſitionũ cõſequẽtias explicuimus: negatiuarum rurſus cõſequentias exploremus. Harum nãq; quattuor propoſitionum quę fiunt ex eſſe/ & neceſſe eſſe/ ex poſſibili eſſe/ & cõtingere eſſe: quattuor negationes ſunt/ non eſſe/ nõ neceſſe eſſe/ nõ poſſibile eſſe/ nõ contingens eſſe. Sed quẽadmodũ affirmationes cõtingere eſſe & poſſibile eſſe/ eędem erant ſecundum ſignificationũ ſimilitudinẽ: ita quoq; negationes eędem ſunt. neq; enim diſcrepat quicq̃ dicere nõ poſſibile eſt: q̃ ſi enunciet nõ contingit. Conſequentiæ autẽ ſe in affirmatiuis habebant hoc modo: vt neceſſarias propoſitiones ſequerentur eſſe aliquid ſignificantes/ atq; poſſibiles. eas autem quę eſſe aliquid dicerent: eędẽ poſſibiles ſequerentur. ſed neq; poſſibilibus: eſſe aliquid ſignificãtes/ nec neceſſarię cõſentiebãt. In negatiuis vero econtra eſt. negationẽ enim poſſibilitatis: ſequitur et eius quę eſt eſſe aliquid ſignificantis negatio/ & neceſſarię. Negationẽ vero neceſſarij: neq; eius qđ eſt eſſe/ neq; eius qđ eſt poſſibile eſſe/ negatio ſequitur. Diſponãtur enim in ordine omnes hoc modo.

Poſſibile eſſe	CON=	Non poſſibile eſſe.
Contingens eſſe	TRADI	Non contingens eſſe.
Eſſe	CTO=	Non eſſe.
Neceſſe eſſe	RIAE.	Non neceſſe eſſe.

¶ Repetendum igitur breuiter eſt affirmatiuarum cõſequentias: vt quẽadmodum ecõuerſo ſint/ in negatiuis euidentius patefiat. Eſſe ſequitur poſſibilitas & contingentia: poſſibilitatem vero & cõtingentiam/ eſſe nõ ſequitur. Neceſſe vero eſſe/ ſequitur & eſſe/ & poſſibilitas/ & cõtingentia: poſſibilitatem autẽ & cõtingentiã/ nec eſſe ſequitur/ nec neceſſitas. In negationibus vero ecõtra eſt. nõ poſſe eſſe & nõ contingere eſſe: ſequitur nõ eſſe. Quicquid enim nõ poteſt eſſe: nõ eſt. nõ eſſe autẽ: nõ poſſe eſſe nõ ſequitur. Qđ enim non eſt: nõ omnino intercluſum eſt/ vt eſſe nõ poſſit. Nunc enim ego Traiani forum nõ video: ſed non eſt neceſſe vt nõ videam. fieri enim poteſt/ vt propius accedẽs/ videam. Rurſus nõ poſſe eſſe/ & nõ contingẽs eſſe: nec nõ eſſe ſequitur/ nec nõ neceſſe eſſe. Qđ enĩ nõ eſt: nõ videbitur vere dici/ quoniã illud eſſe nõ poteſt/ ſed potius quoniã poteſt nõ eſſe. vel nõ poſſe eſſe/ qđ eſt nõ neceſſe eſſe. Qđ enim eſſe nõ poteſt: non videbitur vere dici/ quoniam illud non neceſſe eſt eſſe/ ſed potius quoniam illud neceſſe eſt nõ eſſe/ ideſt nullam eſſentiam habere. Negationem autẽ neceſſitatis/ ideſt nõ neceſſe eſſe: neq; non eſſe ſequitur/ neq; non poſſibile eſſe. Me enim ambulante non neceſſe eſt ambulare. neq; enim ex neceſſitate quiſq̃ ambulat. nec rurſus qđ nõ ẽ neceſſe/ id nõ poteſt fieri. Quiſquis enim ambulat: nõ quidem ambulare illi neceſſe eſt/ ſed tamen poteſt. Atq; ideo qđ non eſt neceſſe eſſe: non omnino intercluſum eſt/ vt eſſe non poſſit. & de nõ contingenti eadem ratio eſt. diuerſo ergo modo/ q̃ in affirmationibus: negatiua cõuerſio eſt. Illic enim neceſſitatem/ & eſſentia & poſſibilitas ſequebatur: eſſentiam autẽ/ poſſibilitas. ſed neq; poſſibilitatem/ eſſentia vel neceſſitas: nec rurſus neceſſitas/ eſſentiã ſequebatur. Hic autem non poſſibile eſſe: & non eſſe/ & nõ neceſſe eſſe conſequitur/ & nõ eſſe rurſus/ nõ neceſſe eſſe. ſed neq; nõ neceſſe eſſe/ nõ eſſe ſeqtur: neq; vtraſq; poſſibilitatis negatio q̃ non poſſe eſſe aliqđ proponit. An magis illud dicendũ eſt/ q̃ ſicut ſe in affirmationibus habet: ita quoq; in negationibus/ vt Theophraſtus acutiſſime perſpexit? Fuit enim conſequentia in affirmatiuis/ vt neceſſitatem & eſſe conſequeretur & poſſibilitas: poſſibilitatẽ vero nec eſſe ſequeretur nec neceſſitas. Idẽ quoq; penitus perſpicientibus in negationibus apparebit. veniens nãq; negatio in neceſſario/ faciẽſq; huiuſmodi negationẽ quę dicit nõ neceſſe ẽ eſſe: vim neceſſitatis infringit/ & totam propoſitionẽ ad poſſibile ducit. quod enim non neceſſe eſt eſſe: fracto rigore neceſſitatis ad poſſibilitatem perductũ eſt. ſed poſſibilitatẽ: nec eſſe ſequebatur nec neceſſitas. recte ergo fractam neceſſitatẽ/ & ad poſſibilitatem perductam/ cũ negatio dicit nõ neceſſe eſſe: nec nõ eſſe/ nec non cõtingere eſſe conſequitur. Rurſus qui dicit poſſibile eſſe: ſi ei diſiunctio negationis addatur/ tollit poſſibile/ & ad neceſſitatis perpetuitatem negatiua forma totam propoſitionẽ reuocat/ vt eſt nõ poſſi-

eſt animus ad id quod dictum eſt bene. Socrates enim bene loquitur: qđ dixit loqui quidem nõ ſufficit dicere/ niſi etiam dicat bene. continet ergo totam propoſitionẽ modus. Sed rurſus totã propoſitionẽ continet prędicatio. modus igitur in his propoſitionibus potius prędicatur. Concludendum eſt ergo vniuerſaliter omnem modorũ contradictionẽ nõ ſecundum eſſe verbũ fieri/ nec ſecundum id rurſus verbũ qđ in ſe eſſe cõtineat: ſed potius ſecundũ modum. Continere autem in ſe verba/ id qđ ẽ eſſe dicũtur: vt cum dicimus loquitur. tantũdem enim valet/ tãq̃ ſi dicamus loquens eſt. Quare quęcunq; propoſitiones quẽlibet illum in ſe retineant modum: dubitandum nõ eſt/ quin nõ ad id qđ ponit eſſe/ negatio iuſte applicetur/ ſed potius ad eũ modum/ quo aliquid eſſe fieriue pronũciet. Omnis nãq; cum modo affirmatio talium eſt: vt nõ intẽdere debeat animũ auditor ad id quod eſſe dicitur/ ſed ad id potius quo modo illud eẽ dicatur. vt cũ dicimus Socrates bene loquitur: non perſpiciendũ eſt an loquatur/ ſed potius illuc animi dirigẽda intentio eſt/ quẽadmodum loquatur. hoc enim videtur cõtinere totam propoſitionem. Ergo contra poſſibile eſſe/ non eſt ea negatio/ quę dicit poſſibile nõ eſſe: ſed nõ poſſibile eſſe. eodẽ modo & contra eam quę dicit cõtingere eſſe: nõ ea quę enũciat cõtingere nõ eſſe/ ſed potius ea negatio eſt/ quę dicit non cõtigere eſſe. Idem quoq; in neceſſarijs/ impoſſibilibuſq; modis cęteriſq; quę nunc Ariſtoteles pro ſolita breuitate tranſgreſſus eſt/ faciendũ videtur. Sed quoniam cõmẽtationis virtus eſt non ſolum vniuerſaliter vim ſenſus exprimere/ verũ etiam textus ipſius ſermonibus ordiniq; cõnectere: quę ſuperius confuſe dicta ſunt/ nũc per ſermonũ ipſorum ab Ariſtotele dictorum ordinẽ diuidamus.

Textus explanatio.

¶ His vero determinatis perſpiciendum eſt quẽadmodum ſe habent negationes & affirmationes adinuicẽ/ eę ſcilicet quę ſunt de poſſibili eſſe/ & nõ poſſibili eſſe/ & contingere & nõ contingere/ & impoſſibili/ & de neceſſario. habent enim aliquas dubitationes. Perſpiciendum (inquit) eſt de affirmationibus negationibuſq; qua ratione videantur opponi/ in ijs propoſitionibus quas quidã modus cõtinet. vt in ijs quę ſunt poſſibiles/ vel cõtingẽtes/ vel neceſſarię/ vel impoſſibiles/ vel vere/ vel falſe/ vel bene/ vel male/ vel qcquid aliqua qualitate prædicatur. Habent enim (inquit) aliquas dubitationes/ & quas dubitationes habeant continuo eas ſubijcit. Nam ſi eorum quę cõplectũtur/ illę ſibijnuicem oppoſitę ſunt cõtradictiones: quęcũq; ſecundũ eſſe & nõ eſſe diſponũtur. Senſus aũt totus huiuſmodi eſt. In omnibus cõplexionibus propoſitionũ: illa in ijs oppoſitio valet/ quęcũq; ſecundum eſſe vel non eſſe fit. vt cum dicimus homo eſt: huius negatio eſt homo non eſt/ ſed nõ ea quę dicit nõ homo eſt. & rurſus eius quę proponit eſt albus homo: illa negatio eſt quę dicit non eſt albus homo/ nõ ea quę proponit eſt nõ albus homo. hoc ipſum autẽ quoniã eius quę dicit eſt homo albus/ negatio eſt quę dicit non eſt albus homo/ nõ ea quę proponit eſt nõ albus homo: ſic demõſtrat. Si enim de omnibus aut dictio aut negatio ẽ: lignum erit verum dicere eſſe nõ album hominem. Breuiter dictum ẽ: ſed ita poſſe videtur exponi. Propoſitum (ĩquit) ſit lignum de quo duę enũciationes dicantur: illud tamẽ nobis manifeſtum ſit de omnibus ſi affirmatio vera eſt falſam eſſe negationem/ eã ſcilicet quę cõtradictorie opponitur. et ſi vera negatio eſt: falſa affirmatio eſſe pronuncietur. Igitur de propoſito ligno/ quoniã lignũ hoc/ eſt albus homo: hoc falſum eſt. ſi igitur hęc affirmatio falſa ẽ: vera debet eſſe eius negatio. ſi ergo ea eſt negatio affirmationis quę dicit eſt albus homo/ quę negat dicens eſt nõ albus homo: hęc negatio vere prædicatur de ligno dicente quolibet/ q; lignũ hoc eſt non albus homo. ſed hoc fieri nõ poteſt. perſpicue enim falſum eſt lignum nõ album hominẽ eſſe. qđ enim omnino non eſt homo: nec non albus homo eſſe poteſt. falſę ergo ſunt vtręq;: & affirmatio quę dicit de ligno quoniam lignũ eſt albus homo/ & negatio de eo quę dicit quoniam eſt nõ albus homo. Q; ſi ſunt falſę vtręq;: hęc negatio illius affirmationis non eſt. quęrenda eſt ergo alia: quę cum ea diuidat verũ atq; falſum. qua in re nulla alia reperitur contra eam quę dicit eſt albus homo/ præter eam quę dicit nõ eſt albus homo. Nam ſi ea dicitur eſſe affirmationis huius quę dicit eſt albus homo/ negatio quę enũciat eſt nõ albus homo: erit vt de ligno de quo affirmatio dicta falſa eſt/ vera ſit enunciata negatio/ eritq; de ligno verum dicere quoniã lignũ hoc/ eſt nõ albus homo. ſed hoc impoſſibile eſt. Conſtat ergo eam propoſitionem quę dicit eſt non albus homo: illius affirmationis nõ eſſe negationẽ quę proponit eſt albus homo. ſed eã quę dicit non eſt albus homo: negationẽ eſſe eiuſdem affirmationis/ quę dicit eſt albus homo. Vides ne ergo vt prope in omnibus affirmationes & negationes ſecundum eſſe vel nõ eſſe fiãt? Illa enim album quidẽ eſſe dicit: iſta negat album/ nõ eſſe dicens. rurſus illa dicit hominem eſſe: iſta vero negat/ dicens hominem nõ eſſe. & in cęteris eodẽ modo eſt. Q; ſi hoc modo/ & in quantiſcũq; eſſe nõ additur: idẽ faciet qđ pro eſſe dicitur. vt eius quę eſt ambulat homo non ea quę eſt ambulat nõ homo negatio eſt: ſed ea quę eſt nõ ambulat homo. Nichil enim differt dicere hominẽ ambulare/ vel hominem ambulantẽ eſſe. Nec hoc ſolum inquit in ijs euenire poteſt propoſitionibus/ quę ſecundum eſſe vel non eſſe diſponuntur;

Dictio/ affirmatio.

litates/vt eas esse & non esse contingat:quę nō eodem modo dicuntur quemadmodū illæ quæ mutabilem naturam non habent/vt eę scilicet quas necessarias diximus.vt si quis dicat solem moueri/vel solem possibile esse moueri: hę nunq̄ ex veritate in falsitatem mutabūtur.Sed nūc de Aristotelis & Stoicorum dissensione tacendū est. Illud tamen solum studiosius perquirendū est:quo loco sit ponenda negatio in ijs propositionibus in quibus modus aliquis prędicatur/aut quę dicentur enūciationes esse possibiles/contingentes/& necessariæ/& quęcunq̄ cū modo sint propositiones. Illę veraciter esse secundum modū sicut alię secundū esse dicentur:in quarum significationibus/rei de qua prędicantur subsistendi qualitas inuenitur.vt cum dico Socrates bene loquitur:modus quidam est bene loquēdi Socratem.ergo sicut in ijs propositionibus/quęcunq̄ cuiuslibet illius rei subsistentiā promittunt/ad ipsam subsistentiā negatio ponitur (vt cū dicimus Socrates est:ad esse aptatur negatio/ cū negamus Socrates nō est) ita quoq̄ in ijs quę modum subsistentiæ dant/ad eum modū ponenda est negatio/qui ad illam subsistētiā videtur adiectus.vt cum dicimus Socrates bene loquitur:modus ipsius rei est id qđ prędicamus bene. ad hunc ergo modū & qualitatem:ponēda est negatio. Possibiles autem propositiones/vel cōtingentes eas esse dicimus: in quibus ipse modus mōstratur & nō potius esse de modo dicitur/. sed modus de eo qđ est esse.Cum enim dicimus possibile est/ esse quidē quiddā dicimus:quēadmodum autē sit additum est ad possibile/ vt nō necessarium neq̄ alio aliquo modo/ nisi tātum secundum potestatem dicatur. sit ergo esse subiectum: prædicatum vero modus/ vel contingens/vel possibile/vel necessarium/vel quilibet alius.atq̄ eę quidem propositiones secundum modum dicuntur: in quibus de substantia nichil ambigitur/ de modo autem & sola qualitate tractatur.Sin vero subijciatur modus quidem/prędicetur vero esse:tunc de substantia rei quęritur/nō de modo.vt si quis dicat possibile est/vt ipsum possibile in rebus esse pronunciet:huic propositioni nullus modus adiectus est.Cū enim dicimus possibile est:modum habere hoc ita per se non dicimus/ sed sit particula propositionis ablata ita eam perspicimus/ quasi cum propositione esset coniūcta/quā si cum propria propositione iūximus quali modo prędicetur/apparet.Cum eni dicimus possibile est/vt modū significet: particula propositionis est quā si suo cor pori aggregemus facientes aliquā propositionē/quid modus ille perficiat agnoscimus.age enī id qđ dicimus possibile est/cōiungamus alijs prædicamentis:atq̄ inde vna enūciatio conficiatur/dicamusq̄ Socratem ambulare possibile est. Vides ne modum in propositione possibile:vt etiam siue Socrates ambulet/siue nō ambulet/posse eum tamen ambulare ex ipso propositionis modo quilibet agnoscat? Ita ergo de toto auferentes partem/possibilem enūciationē/ quasi tota sit propositio speculamur:vt in ijs dictionibus fieri solet/quę pluralitatem determināt.vt si dubitamus contra omnis an nullus ponatur an non omnis:ita eas speculamur quasi integras propositiones/quas determinationes propositionum esse manifestum est.Cōcludenti ergo dicēdum est in ijs quę modū prędicant:omnes alię res subiectę sunt vel esse vel ambulare vel legere vel dicere vel quicquid aliud cū aliquo modo fieri dicimus. in his aūt vbi modus ipe subijcitur/esse vero prædicatur/vt sit integra propositio:nō est cū modo propositio/sed ibi tantum de substantia modi proponitur.vt si quis dicat possibile est/quiddam in rebus dicit esse possibile.& rursus contingens est:quiddā in rebus dicit esse qđ cōtingat.& rursus necesse est:quiddā esse dicit in rebus qđ sit necesse. hic nō de modo/sed de solo esse tractatur.Quare quoties quidem esse subijcitur/modus autem prędicatur/ vt cū dicimus Socratem ambulare possibile est:ad modū iungenda negatio est.Quoties vero modus subijcitur/esse autem prædicatur:ad esse ponenda est negatio.vt cum dicimus possibile est/quia ita dicimus tanq̄ si diceremus possibilitas ē/ & cū dicimus contingens est/ ita dicimus tanq̄ si diceremus cōtingētia est: ad esse ponenda negatio est.dicendumq̄ est possibile nō est/qđ idem valet tanq̄ si diceremus possibilitas nō est. Eodem quoq̄ modo & de contingentia.Non autem perfecte speculantibus/idem semper videtur subiectum/qđ primo loco reperiri dicitur: idem prędicatum semper/qđ secūdo loco prędicatur.In quibusdam enim verum est:in alijs vero ex significatione potius propositionū colligimus/qui terminus subiectus sit/qui vero prædicatus.Nam cū dico homo animal est/prius michi necesse est hominem dicere/post prędicare animal:atq̄ ideo subiectus dicitur homo/animal vero prędicatur.In ijs autem in quibus modus additur/sicut est cum dicimus Socrates bene loquitur: idem valet tanq̄ si dicamus/ Socrates bene loquens est.& hic quidē bene prius dictū est:postea vero loquens est.& videtur esse quidem subiectum id qđ dictum est bene:prædicatum autē id qđ dictum est loquens est. sed hoc falsum est.& hinc facillime potest inueniri/ q̄ loquentē qui dem eum esse nullus ignorat:quisquis audit Socratem bene loquentem esse. vim aūt totius propositionis modus continet.In id enim intendēdus est animus:nō si loquatur.hoc enim indubitatum est. nam qui eū bene dicit loqui:loqui quoq̄ consentit.Quare ad modum intendendus

Fit ergo eē subiectum. quia possibile/cōtingēs aut alio modus formā dicit: est vero/q̄si materiā & rē subiectam.

Quoties vero modus subijcitur negatio fertur ad p̄dicatum. tūc enī esse/est

ſit: ſed ad hoc potius retulit/ q̄ vtraq; quaſi inconuenientia vidētur/ quorum vnū etiam impoſſibile eſſe non dubium eſt. hinc quoq; diſpoſuit ordinem ſecundū modum aliquē pronūciatarū propoſitionum: quę nō ſecūdū eſſe negationes ponūt. Dicit enim, eſt igitur negatio eius quę eſt poſſibile eſſe: ea quę eſt/ non poſſibile eſſe/ negationem ſcilicet addens non ad eſſe verbum/ ſed ad modum qđ eſt poſſibile. Eandem quoq; rationem dicit eſſe & in contingentibus. eius enim quæ eſt contingere eſſe: negatio eſt nō contingere eſſe. Docet etiam de neceſſario & impoſſibili idem ſibi videri. Quę autē natura ſit huius oppoſitionis: licet breuiter/ veraciſſime tamē expreſſa eſt/ de qua nos ſuperius diutius locuti ſumus. q̄ ſi quis perſpicacius intendit: illius intelligentiam loci/ cum hac gradatim proficiſcēte expoſitione cōmunicet. ¶ Fiunt enim quēadmodum in illis eſſe/ & nō eſſe appoſitiones: ſubiectæ vero res/ hoc quidem album/ illud vero homo. eodem quoq; modo hoc in loco eſſe quidem & nō eſſe vt ſubiectum fit: poſſe vero & cōtingere appoſitiones determinātes (quēadmodum in illis eſſe & non eſſe) veritatem & falſitatē. ſimiliter hę in eo qđ eſt eſſe poſſibile & eſſe nō poſſibile. eius vero quę eſt poſſibile eſt nō eſſe: negatio eſt/ non ea quę eſt nō poſſibile eſt eſſe/ ſed ea quę eſt nō poſſibile eſt nō eſſe. & eius quę eſt poſſibile ē eſſe: nō ea quę eſt poſſibile eſt nō eſſe/ ſed ea quę eſt/ nō poſſibile eſt eſſe. quare & ſequi ſeinuicē videbuntur poſſibile eſt eſſe: & poſſibile eſt nō eſſe. idem enī poſſibile eſt eſſe & nō eſſe, non enim contradictiones ſunt ſibi inuicem huiuſmodi: poſſibile eſt eſſe/ & poſſibile eſt nō eſſe, ſed poſſibile eſt eſſe/ & nō poſſibile ē eſſe: nunq̄ ſimul in eodem verę ſunt. opponūtur enim, neq; ea quę eſt poſſibile nō eſſe/ & nō poſſibile non eſſe: vnq̄ ſimul in eodem verę ſunt. ſimiliter autem & eius q̄ eſt/ neceſſarium eſt eſſe: negatio nō eſt ea quę eſt neceſſarium nō eſſe/ ſed ea quę eſt nō neceſſarium eſt eſſe. eius vero quę eſt neceſſarium eſt nō eſſe: ea quę eſt nō neceſſariū nō eſſe. & eius quę ē impoſſibile eſſe: non ē ea quę eſt impoſſibile nō eſſe/ ſed hęc nō impoſſibile eſſe. eius vero quę eſt impoſſibile nō eſſe: ea quę eſt nō impoſſibile nō eſſe. ¶ Appoſitiones vocat prędicationes. dicit ergo q̄ in iſs propoſitionibus quę pręter aliquem modū dicūtur/ prędicātur qdem ſemper eſſe/ & non eſſe/ vel ea verba quę eſſe cōtinent: ſubiſciūtur vero res de quibus illa prædicantur. vt album/ cū dicimus album eſt: vel homo/ cū dicimus homo eſt. Atq; ideo quoniam in his prędicatio totam continet propoſitionē/ ac veritatem & falſitatē prędicatio illa determinat/ prędicatur autem eſſe vel aliquid qđ eſſe continet: iure ſecundū eſſe vel nō eſſe contradictiones ponuntur. In iſs autem/ ideſt in quibus modus aliquis prędicatur: eſſe quidem ſubiectum eſt/ vel ea verba quę eſſe cōtinent. modus autem ſolus quodā modo prædicatur. Nam qđ dicitur eſſe ſolum ſine modo aliquo: ipſius rei ſubſtantia pronūciatur/ & quęritur in eo quodā modo an ſit. iccirco eſſe ponēte affirmatione/ dicit negatio nō eſſe. In iſs autem in quibus modus aliquis eſt/ nō dicitur aliquid eſſe: ſed cum qualitate quadā eſſe/ vt eſſe quidem nec affirmatio ambigat nec negatio. De qualitate autem/ ideſt quomodo ſit: tunc inter aliquos dubitatur. atq; ideo ponente aliquo quoniam Socrates bene loquitur: nō ponitur negatio/ quoniam bene nō loquitur/ ſed quoniā non bene loquitur. Iccirco quoniā (vt dictū eſt) non ad eſſe/ vel ad verba quę eſſe continent/ & propoſitionem totā conſtituūt: ſed potius ad modum intēditur animus audiētis/ cū affirmatio aliquid eſſe cū modo pronūciat. Si igitur hoc cōtinet totius ꝓpoſitionis vim/ qđ aūt ꝓpoſitionis vim continet prędicatur/ & ſecundū id qđ prædicatur ſemper oppoſitiones fiunt: recte ſolis modis vis negationis apponitur. His autem rationabiliter cōſtitutis/ illud rurſus exequitur/ q̄ non modo contradictio nō eſt poſſe eſſe & poſſe nō eſſe: verum etiam huiuſmodi propoſitiones/ quę cum modo ſunt poſitæ/ ſi negationem tantū habent ad eſſe iunctam/ omnino negationes non ſunt/ ſed affirmationes, poſſunt enim earū negationes alię reperiri. Ait enim/ eius vero quę eſt poſſibile nō eſſe: negatio eſt nō poſſibile non eſſe. Intantum (inquit) non eſt vlla contradictio eius quę eſt poſſe eſſe & eius quę eſt poſſe nō eſſe: vt ea quę dicit poſſe nō eſſe/ non eſſe negatio/ ſed potius affirmatio cōuincatur. Affirmatio autem affirmationi nunq̄ opponitur contradictorie. docetur autem eſſe affirmatio ea quę dicit poſſe non eſſe: q̄ eius quędam alia negatio reperitur/ ea ſcilicet quę dicit non poſſe non eſſe/ ſimulq; illud adiungit. Cum ſint (inquit) huius ꝓpoſitionis quę dicit aliquid poſſe eſſe/ duæ quę videātur eſſe negationes/ ea ſcilicet quę dicit poſſe non eſſe/ & ea quę proponit non poſſe eſſe: hinc agnoſcitur quæ harum ſit contradictoria cōtra eam quę dicit poſſe eſſe affirmationem. quę enim verū falſumq; cum ea diuidit: ipſa potius poteſt negatio eſſe/ q̄ ea quę illi conſentit. Ei vero quæ eſt poſſe eſſe: conſentit ea quę dicit poſſe non eſſe/ vt ſupra iam docui. Ea autem quæ dicit non poſſe eſſe/ ſi falſa eſt: vera eſt quæ dicit poſſe eſſe. ſed ſi hæc rurſus falſa eſt: vera eſt illa quę enunciat non poſſe eſſe. Diuidunt ergo hæ veritatem falſitatēq; qđ in ſingulis exemplis facile poterit inueniri. Age enim dicat quis me poſſe ambulare: ille verum dixerit. ſi vero quis dicat non poſſe me ambulare: mentitus eſt. Rurſus ſi quis dicat poſſe ſolem conſiſtere: mentitur. ſi quis vero dicat non poſſe ſolē cōſiſtere: de ipſius

ſed etiam in ijs quęcunq; verbis talibus cõtinentur/ vt verba illa vim eius qđ eſt eſſe cõcludãt. vt eſt homo ambulat: ambulat in ſe continet eſſe. Idem enim eſt ambulat/ quod ambulans eſt. Ad hęc ergo verba quę in propoſitionibus eſſe cõtinent/ aptãda negatio eſt. Si enim omnis cõtradictio ſecundũ eſſe vel nõ eſſe fit/ hęc aũt verba/ eſſe propria ſignificatione cõcludunt/ quoniamq; verba hęc ita ponuntur tanq̃ ſi hoc ipſum eſſe poneretur: manifeſtũ eſt ad ea verba quę eſſe cõtinent/ negationem poni oportere ad earum ſimilitudinẽ propoſitionum quę ſecundum eſſe vel nõ eſſe ſupradicta ratione ſibimet opponũtur. His ergo ante prędictis: quid incõueniẽs ex his poſſit eſſe proſequitur. ¶ Quare ſi hoc modo vbiq; & eius quę eſt poſſibile eſſe/ negatio erit poſſibile nõ eſſe/ ſed non ea quę eſt nõ poſſibile eſſe. Videtur autem idem poſſe & eſſe & non eſſe. omne enim quod eſt poſſibile diuidi vel ambulare: & nõ ambulare/ & nõ diuidi poſſibile ẽ. ¶ Superius demonſtratum eſt quẽadmodũ in ijs quę cõplectuntur enunciationibus/ ſecũdum eſſe potius & nõ eſſe fierẽt oppoſitiones: nunc hoc dicit. Si hoc (inquit) in omnibus propoſitionibus faciendũ eſt/ vt earum cõtradictiones ſecũdum eſſe & nõ eſſe ponantur: in ijs quę aliquid poſſibile eſſe pronũciant/ nõ ita ponenda negatio eſt/ vt dicat nõ poſſibile eſſe. ſed potius ſecũdum nõ eſſe cõſtituẽda eſt: vt dicatur poſſibile non eſſe negationem eius eſſe quę dicit poſſibile eſſe. Sed ſi hoc inquit dicimus: affirmatio & negatio contradictorię/ verum inter ſe falſumq; nõ diuidunt. omne enim qđ poteſt eſſe: idem etiam poteſt nõ eſſe. qđ enim poteſt diuidi: idem poteſt non diuidi. & qđ poteſt ambulare: idem poteſt nõ ambulare. Quę autem ſit huiuſmodi poſſibilitas per quã cum dicitur aliquid fieri poſſe/ illud tamen relinquatur poſſe nõ fieri: conſequẽter explanat dicens. ¶ Ratio autem eſt/ quoniam omne qđ ſic poſſibile eſt: non ſemper in actu eſt. quare inerit ipſi etiam negatio. poteſt igitur & non ambulare qđ eſt ambulabile: & nõ videri quod eſt viſibile. at vero impoſſibile eſt de eodem oppoſitas veras eſſe enũciationes. non igitur eius quę ẽ poſſibile eſt eſſe: negatio eſt hęc/ poſſibile eſt nõ eſſe. ¶ Contingit enim ex his: aut idem affirmare & negare ſimul de eodem/ aut non ſecundũ eſſe vel non eſſe quę apponũtur/ fieri affirmationes & negationes. ſi ergo illud impoſſibile ẽ: hoc erit magis eligendũ. eſt igitur negatio eius quę eſt poſſibile eſſe: ea quę eſt non poſſibile eſſe/ ſed non ea quę eſt poſſibile non eſſe. eadem quoq; ratio eſt: & in eo qđ eſt cõtingẽs eſſe. etenim negatio eius eſt non contingẽs eſſe. & in alijs quoq; ſimili modo: vt in neceſſario/ & impoſſibili. ¶ Cauſa eſt ergo (inquit) cur id qđ poſſe eſſe dicitur/ idem poſſit nõ eſſe: q̃ omne qđ poſſibile dicimus/ ita pronũciamus vt nõ ſemper in actu ſit/ ideſt nõ ſit neceſſarium. omne namq; qđ ſemper in actu eſt: neceſſarium eſt. vt ſol ſemper mouetur: itaq; illi ſemper agitur motus. Si quis autem me dicat ambulare poſſe/ quoniam michi ambulationis motus ſemper nõ agitur/ & ineſt michi aliquoties nõ ambulare: ineſt quoq; illud vt vere de me dicatur poſſe me nõ ambulare/ cũ vere pronũciatur poſſe ambulare. Ergo quęcunq; nõ ſemper in actu ſunt: & poſſe eſſe & poſſe nõ eſſe recipiunt. poteſt ergo qđ eſt ambulabile/ ideſt qđ ambulare poteſt/ non ambulare: & qđ eſt viſibile/ nõ videri. Quocirca docet non eſſe negationẽ eius quę dicit poſſe eſſe: eam quę proponit poſſe non eſſe/ iccirco quoniã vtręq; ſunt verę/ vt in ijs quę (vt ipſe ait) non ſemper actu ſunt. Cõtingit enim vnũ ex vtriſq; q̃ Ariſtoteles dicit. aut eni idẽ ipſum dicere & negare ſimul de eodem: aut nõ ſecũdum eſſe & non eſſe/ quę opponũtur/ fieri affirmationes & negationes. ideſt vt aut idem ſint affirmatio & negatio/ ſibiq; conſentiant: ſi ſecundũ eſſe & nõ eſſe in omnibus cõtradictio fit/ vt eſt in eo qđ eſt poſſe eſſe & poſſe nõ eſſe. Idem enim vtræq; ſunt/ ſibiq; conſentiunt: & ſi quis dicit eam eſſe contradictionem/ dicit cõſentire ſibi contradictionem/ qđ impoſſibile eſt. Aut certe nõ in omnibus affirmationibus & negationibus ſecundũ eſſe & non eſſe: eę quę opponũtur/ fieri affirmationes & negationes. ideſt non in omnibus affirmationibus & negationibus ſecundum oppoſitionẽ eſſe vel non eſſe vel eorum verborũ quę eſſe continent: fieri contradictionẽ. ſi ergo (inquit) illud impoſſibile eſt: hoc erit magis eligendum. Duo ſupra poſuerat quę ex ſupradictis rationibus euenirent. Aut vnũ & idem dicere & negare ſimul de eodem/ ideſt vt & dictio & negatio idẽ eſſent ſimul de eodem prædicatæ/ ſibiq; cõſentirent. aut nõ ſecundũ eſſe vel nõ eſſe contradictionem fieri. Sed videntur vtraq; quaſi quodã modo incõuenientia eſſe. quippe cum illud vnũ etiã impoſſibile ſit: vt affirmatio negatioq; cõſentiãt. illud alterum nõ ſecundũ eſſe vel nõ eſſe fieri oppoſitiones/ incõſentiẽs ſit alijs propoſitionibus in quibus hoc modo fieri contradictionem manifeſtum eſt. Nunc ergo hoc dicit/ quoniam vtrũq; (inquit) inconueniens eſt: vnũ ex his erit eligendum/ ideſt qđ minus eſt impoſſibile/ hoc ſumendũ eſt. Minus autem eſt impoſſibile/ vt ſecũdum eſſe & nõ eſſe non fiãt oppoſitiones. hoc enim nichil prohibet. illud autẽ impoſſibilius eſt: vt affirmatio negatioq; ſibi cõſentiant. hoc ergo erit eligendum potius: ideſt has quę cum modo fiunt propoſitiones nõ eas habere oppoſitiones quę ſecũdum eſſe vel nõ eſſe fiũt: ſed potius eas quę ad modum ponũtur. ¶ Non autẽ dixit ita impoſſibilius eſt tanq̃ ſi alterum impoſſibile

Cauilli re motio.

mortalis ſum: nō ē hęc poteſtas ſcribēdi neceſſaria. neq; enī ex neceſſitate ſcribo. At vero cū dicimus cęlo ineſſe motū: nulla dubitatio ē quin neceſſe ſit cęlū moueri. in mortalib⁹ ergo rebus cū ē aliqd: & eē poteſt/ & vt ſit nō eſt neceſſe. in ſēpiternis aūt qđ eſt/ neceſſe ē eē: & quia eſt/ eſſe poſſibile ē. Cū ergo poſſibilis prīcipaliter duę ſint partes/ vna q̄ ſecūdū id dicitur qđ cū nō ſit eē tamen poteſt/ altera q̄ ſecūdū id p̄dicatur qđ iā eſt aliqd actu nō ſolū poteſtate: huiuſmodī poſſibile qđ iā ſit actu/ duas ex ſe ſpecies ꝓfert. vnā quę cū ſit/ nō eſt neceſſaria: alterā q̄ cū ſit illud quoq; habet/ vt eā eē neceſſe ſit. Nec hoc ſolius Ariſtotelis ſubtilitas depręhēdit: verū Diodorus

Diodorus. quoq; poſſibile ita diffinit/ dicēs qđ ē aut nō eſt. Vnde Ariſtoteles id qđ Diodorus ait nō ē: illud poſſibile putat/ qđ cū nō ſit fierī tamē poteſt. qđ aūt dixit Diodorus ē: id poſſibile Ariſtoteles īterpręt̄atur/ qđ iccirco dicitur eē poſſibile/ quia iā eſt actu. Cuius poſſibilitatis modi duas partes eſſe docuimus: vnā ſcilicet quā neceſſariā dicimus/ alterā quā nō neceſſariā prędicamus. Huius autē nō neceſſarię/ duę rurſus partes ſunt: vna q̄ a poteſtate peruenit ad actū. altera quę ſemper

Sēper actu fuit/ quādo ſcilicet fuit. ſed aliquā do cepit eē id qđ ē: ſed nō prī⁹ fuit id qđ ē q̄ tale actu. actu fuit/ aliquādo aūt res illa q̄ ſuſceptibilis illius ē/ fuit. Et illa qdē q̄ a poſſibilitate ad actū venit: vtriuſq; partis cōtradictionis ſuſceptibilis eſt. vt nūc ego ſcribo/ & ex poteſtate ad actū veni: & agens poſſum ſcribere. ante enī q̄ ſcriberē: erat michi ſcribēdi potētia. ſed ex poteſtate ſcribendi: veni ad actū ſcribēdi. Quare vtraq; michi cōuenīt: & ſcribere & nō ſcribere. poſſū enim & nō ſcribere/ poſſum & ſcribere: quę ē quodā modo cōtradictio. Atq; ideo quęcūq; a poteſtate ad actū venīt: ea & facere poſſum & nō facere & eſſe & nō eē. vt qui loqtur quia ante potuit loqui q̄ loqueretur/ & nūc ideo poteſt loqui quia loqtur: & poteſt loquí & poteſt nō loqui. Alia vero q̄ nunq̄ antea poteſtate fuit/ ſed ſēper actu/ aliquādo aūt res ipſa fuit q̄ aliqd poteſtate eſſe diceretur: ad vnā rem tātū apta ē. vt ignis nūq̄ fuit ante poteſtate calidus: vt poſtea calidus actu ſentiretur. nec nix antea frigida poteſtate: poſt actu. ſed aliquando fuit ignis actu calidus: fuit & aliquādo nix frigida actu. quocirca hę potētiæ: nō ſunt aptę ad vtraq;. Neq; enī ignis frigus incurrere: nec nix calidū vnq̄ poteſt efficere. Quare faciēda a principio huiuſmodi diuiſio ē. Poſ

Poſſibilis diuiſio. ſibilis alia pars ē: quę cū nō ſit tamē eē poteſt. alia vero q̄ actu eſt/ & ideo poſſibile dicitur. Si enī eſſe nō poſſet: nec eſſet omnino. Huius aūt poſſibilitatis q̄ ſecundū illū dicitur modū/ qđ iā actu ſit: duę partes ſunt. vna ſecūdū id qđ ex neceſſitate eē dicimus: altera vero ſecundū id qđ cū ſit/ nō tamē eē ex neceſſitate aliqd arbitramur. Huius aūt nō neceſſarię poteſtatis duę ſūt alię partes: vna q̄ quoniā ex poteſtate ad actū venit/ & eē & nō eē recipiet facultatē. altera q̄ quia nunq̄ actū habere deſtitit/ aliquādo fuit id qđ dicitur ei eē poſſibile: ad vnā tātū partē apta ē/ atq; poſſibilis ad eā ſcilicet quā actu ſemper exercuit. vt ignī calor/ vel niuī frigus/ vel adamāti duricies/ vel aquę liquor. Sed nullus arbitretur ex neceſſarię poſſibilitatis ſpecie: eē id qđ dicimus/ nunq̄ poteſtate fuiſſe act⁹ quoſdā ī quibuſdā reb⁹/ vt ignī calorē. Ipſe enī extiguí ignis poteſt. In illis aūt quę neceſſarię ſunt: nō modo qualitas a ſubiecta re diſcedere nūq̄ debet (qđ videt etiā ī igne a quo ſua qualitas caloris nō recedit) ſed etiā illud/ q̄ ſubiecta illa ſubſtātia īmortalis eē videatur/ qđ igni nō accidit. Solē enī & cętera huiuſmodi corpora q̄ ſupna ſunt & cęleſtia: īmortalia Peripatetica diſciplina putat. atq; ideo cōſentiēter ſibi docet ſolem neceſſario moueri: q̄ nō modo a ſole motus ille nūq̄ recedit/ ſed ne ſol quidē ipſe eē deſinet. His ergo p̄dictis id ad qđ hęc p̄miſſa ſunt/ ideſt cōſequētia ꝓpoſitionū diligētius exequēda ē.

¶ Cōſequētię vero ſecūdū rationē fiunt cū ita ponūtur. illā enī quę ē poſſibile eē: ſequtur ea q̄ eſt cōtīgit eē/ & hęc illi cōuertitur. & nō īpoſſibile eē/ & nō neceſſariū eē. illā vero quę ē poſſibile nō eē/ et cōtingēs nō eē: ea q̄ ē non neceſſe nō eē/ et nō īpoſſibile nō eē. illā aūt q̄ ē nō poſſibile eē & nō cōtingēs eē: ea q̄ ē īpoſſibile eſſe/ & neceſſe nō eē. illā vero q̄ eſt nō poſſibile nō eē/ & nō cōtingens nō eē: ea q̄ eſt impoſſibile eſt nō eſſe/ & neceſſariū eſt eſſe. Conſideretur autem ex ſubſcriptione quēadmodū dicimus.

¶ Prima deſcriptio conſequentium.

I	III
Poſſibile eſſe	Non poſſibile eſſe
Contingens eſſe	Non contingens eſſe
Nō impoſſibile eſſe	Impoſſibile eſſe
Nō neceſſariū eſſe	Neceſſarium non eſſe
Poſſibile non eſſe	Non poſſibile nō eſſe
Contingens nō eſſe	Non cōtingens nō eſſe
Nō īpoſſibile nō eē	Impoſſibile non eſſe
Non neceſſariū nō eē	Neceſſarium eſſe
II	IIII

¶ Hęc Ariſtoteles cōſentienter ijs quę nos ſupra pręmiſimus addidit de cōſequētia propoſitionū: quę etſi manifeſta ſunt acute perſpicientibus/ tamen ne nos nichil huic quoq; loco addidiſſe videamur/ breuiſſima expoſitione ea p̄currimus. Primū voluit demōſtrare/ quoniam quęcūq; de poſſibili dicerētur: ea etiā de cōtingenti veraciſſime dici poſſunt. atq; ideo ait illi quę ē poſſibile eē/ cōſequentē eē illam quę dicit cōtingere eē. Et ne in his aliqd diſcrepās videretur: adiecit dicēs/ & hęc illi cōuertīt. vt intelligeremus qđ eſſet poſſibile/ hoc cōtingere: & qđ cōtīgeret/ illud eē poſſibile. quare q̄ ſibi cōuer-

nullus ambigit veritate. Diuidunt ergo veritatem falſitatēq; eę ſcilicet quę dicunt poſſe eſſe/ & nō poſſe eſſe: illę vero ſeſe ſequūtur quę dicunt poſſe eſſe/ & poſſe nō eē. Quę ergo ſibi cōſentiūt/ cōtradictiones nō ſunt: quę aūt veritatem falſitatēq; diuidūt/ ipſas eē cōtradictiones magis putandum eſt/ qđ per hoc ait. quare & ſequi ſeſe inuicē videbūtur. quæ aūt propoſitiones ſequātur ſeſe dicit/ ideſt poſſibile ē eē & poſſibile ē nō eſſe. Cur aūt ſeſe ſequātur mōſtrat/ adijciens. nō enī cōtradictiōes ſūt ſibi/ inuicē hmōi. ſi enī cōtradictiōes eſſēt: nūq; ſeſe ſequerētur. Sed q̄ ſint cōtradictiōes declarat dicēs. ſed poſſibile ē eē/ & nō poſſibile ē eē: nūq; ſimł i eodē verę ſūt. Cur aūt nūq; ſimul ſūt: nō tacuit. ait nāq;. opponūtur enī. nā iccirco nūq; ſimul ſūt: quia veritatē falſitatēq; diuidūt/ quoniā opponūtur. Docet quoq; eius propoſitionis q̄ dicit poſſe nō eē/ illā eſſe negationē q̄ ꝓponit nō poſſe nō eē: et ex ea demū ad hāc propoſitionē trāſit. Dicit enī. neq; ea q̄ ē poſſibile nō eē/ & nō poſſibile nō eē: vnq; ſimul i eodē verę ſūt. p qđ oñdit illā eē affirmatiuā: illā vero negatiuam. Vniuerſaliter enī quęcūq; idē de eodē hęc ponit/ hęc aufert: ſi illa ſit affirmatiua/ illa negatiua/ & nichil equiuocationis/ aut vniuerſalīū determinationis īpediat/ cōtradictorie ſibimet opponūtur. Cętera iam ita(ait) per ſe expedita ſunt: vt longa expoſitione nō egeant. ſed quędā in eorū ordine permiſcēda ſunt: per quę id qđ per ſe eſt lucidū/ clarius mōſtretur. Proſequitur enī ſimiliter cęteros modos/ dicēs quę propoſitiōes quarū affirmationū nō ſint negationes & quę ſint: & eis quas negationes nō eē dicit/ vt affirmationes eē demōſtret/ alias negationes opponit. Similiter aūt(inqt) & eius propoſitionis/ quę ē neceſſariū eē: nō eſt ea negatio quę dicit neceſſariū nō eſſe. hęc enī affirmatio ē: ſicut mox negatione oppoſita cōprobauit. ſed potiꝰ ea negatio ē eius q̄ eſt neceſſariū eē/ quę dicit nō neceſſariū eē. Eodē quoq; modo cūcta proſequitur dicēs. eius vero q̄ eſt neceſſariū nō eē/ quā ſupradixit nō eē oppoſitā ei q̄ dicit neceſſariū eſt eſſe: illa negatio ē quę proponit nō neceſſariū nō eē. Quęcūq; enī negationē ad eē poſitā habēt: illę ſi cū modo ſunt/ affirmationes eē putādę ſunt. Eius vero q̄ eſt ī poſſibile eē/ nō eſt ea negatio quę dicit impoſſibile nō eē(nō enī ad modū habet negatiuā particulā iūctā) ſed potius ea q̄ dicit nō impoſſibile eē. hę nāq; inter ſe verū falſūq; diuidūt. illius vero quę ad eē habet particulā negatiuā/ quā affirmationē eē manifeſtū eſt/ ideſt eius quę dicit īpoſſibile nō eē: ea negatio eſt q̄ dicit nō īpoſſibile nō eſſe. Cōcludit etiā breuiter id qđ ſupra demōſtrauit dicēs. ¶ Vniuerſaliter vero(quēadmodū dictū eſt) eſſe quidē & nō eſſe oportet ponere quēadmodū ſubiecta: negationem vero & affirmationē hęc facientē/ ad eſſe & nō eē apponere. et has oportet putare eſſe poſitas dictiones. poſſibile/ & nō poſſibile. cōtingens/ nō cōtingens. impoſſibile/ nō impoſſibile. neceſſariū/ nō neceſſariū. verū/ nō verū. ¶ Vniuerſaliter(inqt) dicimus ſicut iā ſupradictū ē/ in ijs propoſitionibus quę modos additos habēt: eſſe & non eſſe ſubiecta potius fieri/ modos vero prędicari. atq; ideo ad vnū quēlibet modū/ ideſt ſecūdū vnū fieri debere affirmationē & negationem ſemper: vt ſicut prędicatus modꝰ affirmationē cōtinet/ ita negatiua particula ad modū iuncta/ totā hoc modo cōtineat negationē. proponit aūt eas quas putat eē oppoſitas dictiones hoc modo: poſſibile nō poſſibile/ cōtingēs nō cōtingēs/ īpoſſibile nō īpoſſibile/ neceſſariū nō neceſſarium. Qđ aūt addidit verū nō verū: ad hoc pertinet/ vt oēs modos includeret. vere enī modus quidā ē/ ſicut & bene/ ſicut velociter/ ſicut lete/ ſicut grauiter/ & qcūq; modi ſūt. Hoc modo faciēda ē cōtradictio verū eſt/ nō verū ē: nō aūt verū nō eſt. velociter ābulare/ nō velociter ambulare: ſed nō illa q̄ dicit velociter nō ābulare. Cōcludēti ergo ſēper ad modū iūgēda negatio ē. illę enī ſemper ſibimet opponūtur/ vt ſupra iā dictū eſt: q̄ ſecundū prędicationes habēt negatiuas particulas iūctas. prędicātur aūt in his modi: vt ſupra iā demōſtrauimꝰ. Secūdū modos ergo in his negatio poſita: integrā vim cōtradictionis efficiet. Expeditis modorū oppoſitionibus: de cōſequētia propoſitionum atq; cōſenſu habebitur ſubtilis vtiliſq; tractatus. Si ergo poſſibile eſſe ſimpliciter diceretur: ſimplex & facilis propoſitionū videretur eę cōſenſus/ nec qcq; in earū cōſequētia poſſet errari. Nūc aūt quoniā dupliciter dicitur: ſecūdū diuerſos modos nō eędē propoſitionū ſunt conſequētię. qđ autem dico tale eſt. Poſſibilis duę ſunt partes: vnū qđ cū non ſit/ eſſe poteſt. alterum quod ideo ſit poſſibile: q̄ iam eſt. prior quidem pars corruptibilibus & permutabilibus propria eſt. mortalis enim Socrates poterat eſſe cum non fuit: ſicut ipſi mortales qui ſunt/ id quod ante non fuerant. poteſt enī homo cum non loquitur/ loqui: et cum nō ambulat/ ambulare. ergo hęc pars ſecundum id dicitur qđ iam quidem non eſt/ eſſe tamen poteſt. Illa vero alia pars poſſibilis/ quæ ſecūdum id dicitur quod iā eſt aliquid actu non poteſtate: vtriſq; naturis accōmodatur/ & ſempiternis ſcilicet & mortalibus. Nam quod in ſempiternis eſt: eſſe poſſibile eſt. rurſus quod eſt in mortalibus/ nec hoc a ſubſiſtendi poſſibilitate diſcedit. ſed tantum differt quia id quod in eternis eſt nullo modo permutatur/ & ſemper eſſe neceſſe eſt: illud vero quod in rebus mortalibus inuenitur/ poterit & non eſſe/ & vt ſit non eſt neceſſe. Ego namq; cū ſcribo: ineſt michi ſcribere. quocirca & ſcribere michi poſſibile eſt. ſed quoniam ipſe

dicamus non possibile esse. quod enim facit negatio in ea interpretatione qua dicimus non possibile: idem facit priuatio in ea qua dicimus impossibile. qđ autem impossibile est non esse: late patet quia necesse est esse. Ergo & qđ nō est possibile vt non sit: manifestum est quoniam necesse est esse. idem quoq; & de contingenti dicendum est. Describit autem eas hoc modo/vt non solum mente & ratione capiantur: verū etiam subiectis oculis facilior intellectus sit. Nos autem vt sit lucidior explanatio/de his duos facimus ordines. & in primo quidem eas posuimus quæ precedunt: in secundo vero eas quę sequūtur/vt sit multa facultas per se earū rationes nō intelligentibus/ad descriptionem tamen respicientibus/quę quā sequatur/agnoscere.

Primus ordo precedētium enunciationū de possibili & contingēti.

¶Præcedentes	¶Sequentes.
A | Possibile est esse	I | Non impossibile est esse.
A | Contingens est esse	I | Non necesse est esse.

¶Præcedentes	¶Sequentes.
E | Possibile est non esse	V | Non impossibile est non esse.
E | Contingens est non esse	V | Non necessarium est nō esse.

¶Præcedentes	¶Sequentes.
I | Non possibile est esse	A | Impossibile est esse.
I | Non contingens est esse	E | Necessarium est nō esse.

¶Præcedentes	¶Sequentes.
V | Non possibile est non esse	E | Impossibile est non esse.
V | Non contingens est non esse	A | Necesse est esse.

Secundus ordo sequentiū enunciationū de impossibili & necessario.

A Vtroli-bet affir.
E verbi negatio.
I Modi neg
V Vtroli-bet neg.

¶Hac ergo descriptione facta quid Aristoteles cōmuniter de propositionibus vniuersaliterq; tractauerit: nulli solertius intuenti videtur ambiguum. Cætera vero quę singulatim de eorum consequentijs disputauit: quoniā defatigari nolumus lectores/sextū volume expediet.

¶QVINTI LIBRI EDI.II.BOE.
IN PERI HERMENIAS
FINIS.

¶LIBER SEXTVS.II.EDI.BOE.IN PERI HERMENIAS.

Extus hic liber longę cōmētationi terminū ponit: quę quodā magno labore cōstiterit/ac temporis mora. Nā & plurimorū sunt in vnū coaceruatę sententię: & duorū ferme annorū spaciū/cōtinuo cōmentādi sudore cōsumpsimus. Neq; ego arbitror quibusdā siniſtre interpretantibus glorioſe factū videri: vt qđ dici breuiter posset/id nos ostentatione doctrinę/nō ad lectorū scientiā potius q̄ prolixitate ad fastidiū tēderemus. Quib⁹ respondum velim non hoc tā mendaciter esse censuros: si prioris cōmenti perlegerēt breuitatē. nā neq; breuius explicari potuit angustissimorū obscuritas ipedita sermonū: & q̄ multa ad plenam huius libri intelligentiā desint/agnoscēt. Quid autē vtrūq; opus legētibus vtilitatis exhibeat: hinc facillime michi videtur posse perpendi. q̄ cum hāc secūdā ęditionem in manus quisq̄ primū sumpserit: ipsarū rerū spacioſa varietate cōrunditur/vt qui ī maioribꝰ mentē intēdere nequit/ęditionis primę breuitatē simplicitatēq; desideret. Qz si quis ad prioris ęditionis duos libros lector accesserit: sumpsisse sibi ad scięti ā quiddā fortasse videbit. sed cū postremo hāc secūdā cognouerit ęditionē: q̄ multa in prima ignoraret agnoscit. Nec homines a legēdo lōgū opus labor deterreat: cū nos non impedierit ad scribendū. Sed ne ipsum quoq; proœmiū tendi longius videatur: ad Aristotelis seriē/ & ad ea quę de cōsequētia propositionū diligēter exequitur/reuertamur. Ea q̄ cōmuniter vniuersaliterq; de ꝓpositionibus/ & de earū ad inuicē cōsequētijs speculanda fuerāt: in superiori ipsarū propositionū descriptione disposuit. Nunc vero q̄ sigillatim singulis accidūt: diligentissimo tractatu psequitur. ait enī ita. ¶Hę igitur impossibile/& nō ipossibile/eā quę est cōtingēs et possibile/& nō cōtingēs & nō possibile/sequūtur quidē contradictorie: sed cōuersim. eā enī quę ē possibile eē: negatio ipossibilis sequtur. negationē vero affirmatio. nā illā nō possibile esse: ea quę ē impossibile esse. affirmatio enī est impossibile esse: nō impossibile vero negatio. ¶Consequentia propositionum (vt superior descriptio docet) secundū possibile/& necessariū facta est: quā rem illa quoq; secuta est/vt ex cōtingētibus & ipossibilibus propositionibus consequentijq; diceret. Nam cum contingens recto modo possibili con-

tuntur: ea ęqualia sunt atq; eadem. Quicquid ergo in possibili dici potest: idē in cōtingēti prędi catur. hęc ergo idest cōtingēs & possibile: sequi dixit illā propositionē quę diceret nō impossibile esse/ & eā q̄ necessariū negat/ idest nō necesse eē. ait enī. Illā enī quę ē possībile eē: sequtur ea q̄ ē cō tingit esse/ & hęc illi cōuertitur. & nō impossibile eē/ & nō necessariū eē. tāq̄ si hoc diceret. & pos sibile eē sequit cōtingētia/ & hęc vtraq; sibi cōuertūtur. sed has sequitur non ipossībile eē & nō necessariū esse. hoc q̄ recte dictū sit neminē latet. Nā qđ est possibile eē: id eē cōtingit/ vt sit nō i possibile eē. Nam si esset ipossibile: nō diceretur posse eē/ q; vt nō esset ratio ipossibilitatis astrige ret. Ergo id qđ potest eē: nō impossibile est eē. Similiter aūt nō est necesse eē: id qđ posse eē dicit. Hoc autē iccirco euenit: quia id qđ possibile p̄dicamus/ ad vtrāq; partē facile vertitur. Nā & vt sit fieri potest/ & vt nō sit. At vero necessitas & ipossibilitas: in alterutra pte cōstringitur. nā qđ impossibile ē esse: eē nūq̄ potest. Porro aūt qđ necesse ē esse: nō eē nunq̄ potest. ergo id qđ nega mus ipossibile eē: cōsentire facimus possibilitati. Id aūt qđ negamus necessariū: rursus eidē natu rę/ vim possibilitatis adiūgimus. vt sit hoc modo dicendū/ & vt verius loquamur ita dicendū est: qđ possibile est/ & eē potest & nō esse. Rursus qđ ipossibile est eē: nō potest eē. qđ necesse ē: nō potest nō esse. Ergo si ipossibilē enūciationē negationis adiectione frāgamus dicētes non ipossi bile esse: illi partē possibilitatis adiūgimus in qua eē posse aliqd dicimus. Sin vero necessarię p positionis rigorē negatione minuamus dicētes nō necesse eē: illud euenit vt ad eā partē necessa riam propositionē applicemus/ q̄ in possibilitate ē/ vt possit nō esse. Quare possibilitatē sequtur nō esse impossibile: iccirco quia qđ possibile ē/ fieri poterit. eandē possibilitatē rursus sequtur propositio/ quę dicit nō necesse est eē: iccirco quia qđ possibile est/ poterit & nō eē. Aliter idē dicimus. qđ possibile est: nō est verū dicere quoniā impossibile ē/ quia fieri potest. Rursus qđ possibile ē: non est verū dicere quoniā necesse est. potest enim qđ possibile est eē: idem nō eē. Quare si de possibi litate/ impossibilitas & necessitas recte dici nō potest: eorū negationes possibilitati cōsentient/ q̄ sunt nō impossibile esse/ & nō necessariū esse. Sed meminisse debemus eandē semper in omnib⁹ de cōtingenti & de possibili rationē esse. de eo scilicet possibili qđ cū adhuc nō sit/ poterit tamen esse aut nō esse. Aliam rursus cōsequentiā dicit hoc modo. Illā vero quę ē possibile nō esse/ & cō tingens non esse: ea quę est nō necesse nō esse/ & non impossibile nō esse. propter eandē causam hanc quoq; consequentiā dicit. Illi enim quę ē possibile nō esse & ei q̄ est cōtingere nō eē: illā cō sentire ait quę dicit/ nō necesse nō esse/ & nō impossibile nō esse. hoc autē ideo quia qđ potest nō esse: potest etiam esse. & rursus q̄ cōtingit nō esse: cōtingit esse. At vero qđ necesse est nō esse: il lud nō potest esse. qđ aūt impossibile est nō esse: illud nō esse non potest. quare a possibili vtręq; discrepant. Nāq; possibili tali quę posse aliquid esse promittit: contrariū sentit ea quę dicit neces se esse non esse. Rursus quia possibilitas habet in se vim/ vt id qđ potest esse/ possit & nō esse: dis sentit ab ea multumq; discrepat quę dicit impossibile esse nō esse. Q2 si propositio quę prædicat necesse esse nō esse/ & rursus quę dicit impossibile esse nō esse/ a possibilitate dissentiunt: recte ni mirum harū negationes possibilitati cōsentire credūtur. Possibiles autē propositiones voco hu iusmodi: quę vel in affirmatione vel negatione possibilitatē aliquā monstrant altera parte non intercluſa. vt quę dicit possibile esse aliquid: ab hac non intercluditur ea per quā dici potest pos sibile esse non esse. vel si quis dicat possibile aliquid nō esse: ab hac rursus intercluſum nō est/ vt esse possit. atq; ideo affirmationem quę dicit posse esse/ possibilē voco: nec minus eam quę dicit aliquid posse nō esse. Et in istis propositionibus quas Aristoteles ponit/ in quibus dicit possibile non esse: non videatur ita dicere tanq̄ si hoc modo pronuncieti/ vt velit intendere aliquid impos sibile esse/ cum dicit possibile non esse. Ita enim hanc propositionem dicit/ non q; possibilitatem illam auferat: sed q; dicat possibile esse aliquid vt non sit. Subaudiendum enim est/ adiungen dumq; ad possibile verbum quod est esse: vt cum ille dicit possibile non esse/ nos intelligamus possibile esse non esse/ idest possibile esse vt non sit. Tertiam consequentiam ponit hanc in qua consentire dicit illi quę est non possibile esse/ & non contingens esse: illam quę dicit necessarium non esse/ & impossibile esse. hoc ita planum est vt expositione non egeat. Qđ enim non possibi le est: hoc fieri non potest. quod fieri non potest: necesse est/ vt non sit. quod autem necesse est vt non sit/ impossibile est. Recte ergo dicitur eam propositionem quę dicit aliquid non posse eē/ & eam quę dicit non contingere esse: consequi illas & quæ esse cum necesse esse negant/ & quæ impossibilitatem affirmant. Quod autem dicit tale est. non necesse esse: contingens est esse. ne cesse autem non esse/ non contingens esse. non contingens enim esse/ est necessarium non esse. Reliquam consequentiam in qua eas propositiones quæ dicerēt non possibile esse aliquid non esse/ & non contingere non esse: illis quæ proponerent necesse esse/ & impossibile non esse consentire dicit. neq; vllam habet hoc obscuritatem. Nam illud quod non est possibile vt non sit: hoc impossibile est vt non sit. id enim quod dicimus impossibile esse: idem valet tanq̄ si

ergo propoſitionem/ ſequitur contradictio neceſſaria: contradictionem vero poſſibilis/ non ſequitur neceſſitas (qđ eueniret ſi in his eſſe oppoſitæ ſequerentur) ſed potius ea quę eſt contraria neceſſitati. Age enim oppoſitioni quę dicit poſſibile eſſe/ videamus quę ex neceſſarijs cõſentiant. Illa quidem quę dicit neceſſe eſſe: non ei poterit cõſentire. qđ enim poſſibile eſt eſſe: poteſt & non eſſe. qđ autem neceſſe eſt eſſe: non poterit nõ eſſe. Ergo ſi poſſibilitatem neceſſitas nõ ſequitur: ſequitur eam neceſſitatis cõtradictio. non ſequitur ergo propoſitionem poſſibilẽ: ea quæ proponit neceſſe eſſe/ ſed contradictio neceſſitatis quę proponit non neceſſe eſſe. Sed contradictioni poſſibilis: neceſſitas nõ conſentit. Neq; enim dicere poſſumus quoniam eam propoſitionem quę dicit nõ poſſibile eſſe: ſequitur ea quę proponit neceſſe eſſe/ ſed potius contraria neceſſariæ/ illa quę dicit neceſſe eſſe non eſſe. Nã cũ nõ poſſibile eſt eẽ: neceſſe eſt nõ eſſe. Diſponãtur enim eę ſcilicet q̃ ſequũtur/ & ſub his neceſſarię: & q̃ ſit cõtradictio/ q̃ cõtrarietas aſcribatur.

Conſequentes			Conſequentes.
Poſſibile eſſe	Con tra di cto riæ.		Non poſſibile eſſe.
Non neceſſe eſſe	Cõtradictorię.	Neceſſe eſſe Cõtrarię	Neceſſe eſſe nõ eſſe.

¶ Nulli ergo dubium eſt/ quin affirmationem poſſibilis ſequatur neceſſarij negatio: negationẽ vero poſſibilis nõ ſequatur neceſſarium/ ſed potius cõtrarietas neceſſarij. nam cũ poſſibile eſſe/ ſequatur contradictio neceſſitatis quę eſt nõ neceſſe eſſe: contradictionẽ poſſibilis/ quę dicit nõ poſſibile eſſe/ non ſequitur neceſſitas ipa/ ſed potius cõtraria/ illa ſcilicet quę proponit neceſſe eẽ non eſſe. Senſus ergo huiuſmodi eſt: talis vero ẽ ordo ſermonũ. Neceſſarium vero (inquit) quẽadmodũ ſe habet/ ideſt quas habeat cõſequẽtias: cõſideрãdũ eſt. primo quidem definit dicens. Manifeſtũ eſt enim quoniã nõ eodẽ modo. quo loco ſubaudiẽdũ eſt quẽadmodũ in ijs quę poſſibiles ſunt & impoſſibiles/ ſed contrarię ſequuntur: contradictorię autẽ extra ſunt/ & nõ ſequũtur. Namq; contradictionem poſſibilis: nõ neceſſarij cõtradictio/ ſed (vt ſupra docuimus) contrarietas ſequebatur. Non eni contradictio cõtradictioni in hac neceſſarij cõſequẽtia cõſentiebat. Sequebatur namq; poſſibilitatẽ illud qđ eſt nõ neceſſarium: nõ poſſibile aut ſequebatur/ ea ꝓpoſitio quę dicit neceſſe eſſe nõ eſſe/ nõ aũt ea q̃ dicit neceſſe eẽ. Sed rurſus neceſſe eſſe nõ eſſe/ & nõ neceſſe eſſe: nõ ſunt contradictiones. ſed nõ neceſſe eſſe quidem negatio neceſſarij eſt: illa vero q̃ dicit neceſſe eẽ nõ eẽ/ cõtraria neceſſarij. contra ſe autem nõ ſunt cõtradictorię. Poſſunt namq; in vno eodẽq; ſimul inueniri. qđ per hoc ait/ qđ dixit. contingit enim veras eſſe vtraſq; in eodẽ. Nam qđ neceſſariũ nõ eſſe/ nõ eſt neceſſarium eẽ: vt quoniam neceſſe eſt hominẽ quadrupedem nõ eſſe/ non eſt neceſſarium hominẽ quadrupedẽ eſſe. Nam ſi hoc falſum eſt: neceſſe erit hominẽ eſſe quadrupedem/ cũ neceſſe ſit nõ eſſe. Quocirca manifeſtũ eſt quoniam ſimul aliquando inueniri poſſunt nõ neceſſe eſſe/ & rurſus neceſſe eẽ nõ eſſe propoſitiones: quę cũ contra ſe ſunt contradictiones nõ ſunt. Cauſam vero reddẽs/ cur cũ ſecundũ poſſibilis cõparationẽ ad cõtradictiones ſit reddita cõſequẽtia/ nõ eodẽ modo in neceſſarijs potuerit euenire: ſic dicit.

» ¶ Cauſa autẽ huius eſt/ cur non ſequitur ſimiliter cęteris: quoniã contrarie/ impoſſibile eſſe/ ne»ceſſario redditur idem valẽs. nã qđ impoſſibile eſt eẽ: neceſſe eſt hoc/ nõ quidẽ eſſe/ ſed potius nõ »eſſe. qđ vero impoſſibile eſt nõ eẽ: hoc neceſſariũ eſt eẽ. quare ſi illa ſimiliter ſequuntur poſſibile »& nõ poſſibile: hęc ecõtrario/ quoniã nõ ſignificant idẽ neceſſariũ & impoſſibile/ ſed (quẽadmo»dum dictũ eſt) cõuerſim. ¶ Cauſa eſt (inqt) cur cõſequẽtia in neceſſarijs ita redditur: q; neceſſarium ſemper ī poſſibili cõtraria ratione cõſentit. Nã qđ impoſſibile eſt eẽ: neceſſariũ eſt non eſſe. & rurſus qđ neceſſe eſt eẽ: hoc impoſſibile eſt nõ eẽ. fit igitur cõtrarietas quędã. nam cũ impoſſibilitas eſſe habet/ neceſſitas nõ eſſe: & cũ neceſſitas eẽ/ impoſſibilitas nõ eſſe. Ergo idẽ valet impoſſibilitas & neceſſitas nõ eodẽ modo reddita: ſed ſi neceſſitas ſecũdũ eẽ/ impoſſibilitas ſecundum nõ eſſe redditur. & ſi impoſſibilitas ſecũdum eſſe: ſecundũ nõ eſſe neceſſitas. quare iccirco euenit iſta contrario modo conuerſio. nam vbi eſt impoſſibile eſſe: ibi eſt neceſſe nõ eſſe. ſed impoſſibile eſſe & nõ poſſibile eſſe cõſentiunt. Igitur nõ poſſibile eſſe: & neceſſe nõ eſſe conſentiũt. Nulli ergo dubium eſt iccirco neceſſe non eſſe ſequi poſſibilis negationẽ: quoniã impoſſibilitas quę ſequitur poſſibilis negationem cõſentit ei que dicit neceſſe nõ eſſe. hoc aũt ideo quia impoſſibilitas & neceſſitas idem valent (vt dixi) ſi cotrarie proponãtur. Quare qđ dicitur hoc modo eſt. Cauſa aũt eſt (inqt) cur non ſequitur ſimiliter cęteris/ ideſt quę ſecũdum poſſibile & nõ impoſſibile factę ſunt: quoniam contrarie impoſſibile neceſſario redditur idem valens/ ideſt cõtrario modo reddita & pronũciata impoſſibilitas neceſſitati idẽ valet. Nam ſi impoſſibile eſt eẽ: neceſſe eſt hoc nõ eẽ. ſed ſi eſt neceſſe non eẽ: hoc non eſt poſſibile eſſe. nullus ergo dixerit quoniã neceſſe eſt eẽ/ ſed potius quoniam neceſſe eſt nõ eẽ/ tanq; ſi ita dixiſſet. nam ſi impoſſibile eſt eẽ: neceſſe eſt hoc non eẽ. ſed nõ putandũ eſt: quoniã impoſſibile eſt eẽ/ hoc ẽ quod neceſſe eſt eſſe.

ſentiat: impoſſibile cõuerſo ordine neceſſarium eſt/ vt paulopoſt docebimus. Speculatur ergo de poſſibili & contingenti & impoſſibili: quẽadmodum ad ſemuicem vel quas habeant cõſequẽtias/ idq; conſtituit hoc modo dicens. Impoſſibile & non impoſſibile: ſequũtur quidem poſſibile/ & non poſſibile contradictorie quidem/ ſed conuerſim. hoc aũt huiuſmodi eſt. Scimus affirmationem priuatoriã eſſe eam quę dicit impoſſibile eſſe: huius vero negationẽ non impoſſibile eſſe. Rurſus affirmationem poſſibile/ eam quę dicit poſſibile eẽ: huius negationẽ quę ꝓponit nõ poſſibile eẽ. Sequitur ergo affirmationem poſſibilem: negatio impoſſibilis. nam qđ poſſibile eſt: idem eſt non impoſſibile. alioquí ſi ea quę dicit nõ impoſſibile eſſe/ non ſequitur poſſibilitatem: ſequitur eius affirmatio/ ideſt impoſſibile eẽ. Erit ergo qđ poſſibile eſt: impoſſibile/ qđ fieri non poteſt. Qz ſi impoſſibilitas poſſibilitatẽ non ſequitur: non impoſſibile eẽ ſequitur poſſibilitatem. At vero negationẽ poſſibilitatis: ſequitur affirmatio impoſſibilitatis. nã qđ nõ poſſibile eſt: impoſſibile eſt. Eandem enĩ vim obtinet negatio in propoſitionibus quã & priuatio. & de cõtingẽti hoc modo. Nam qđ contingẽs eſt eẽ: illud eſt nõ impoſſibile. Nam ſi contingẽs & poſſibile ſequuntur ſe/ poſſibile vero & nõ impoſſibile cõſentiunt: contingẽs etiam & non impoſſibile idẽ deſignant. Rurſus nõ contingens & impoſſibile idem videri poterit perſpicienti: ꝙ nõ contingens quidem & non poſſibile idem ſentiunt. ſed non poſſibile impoſſibili conſentit. quocirca & non cõtingens quoq; impoſſibile aliquid eſſe denunciat. Fit ergo vt affirmatio impoſſibilitatis contradictionem poſſibilitatis ſequatur/ ſed nõ vt affirmatio affirmationẽ/ nec vt negatio negationem: ſed conuerſim/ ideſt vt affirmatio negationi/ negatio vero affirmationi cõſentiat. Affirmationem namq; quę eſt poſſibile eſſe/ ſequitur negatio impoſſibilitatis quę dicit non impoſſibile eſſe: negationem vero poſſibilitatis quę eſt nõ poſſibile eſſe/ ſequitur impoſſibilitatis affirmatio/ quę proponit impoſſibile eẽ. Idem quoq; & de contingenti dicendũ eſt. affirmationẽ namq; contingẽtis: ſequitur negatio impoſſibilitatis. negationem vero cõtingentis: ſequitur affirmatio impoſſibilitatis. omnino enim quicquid de poſſibilitate proponitur: idem de cõtingentibus iudicatur. Diſponãtur ergo hoc modo. primum affirmatio impoſſibilis: cõtra eam negatio impoſſibilis. & ſub affirmatione impoſſibili: ponãtur ex contingẽtibus & poſſibilibus/ quas ipſa ſequitur impoſſibilitas. Sub negatione vero impoſſibilitatis: illę poſſibilis & contingentis propoſitiones/ quibus ipſa impoſſibilitatis negatio conſentit. hoc modo.

Conſequentes		Cõſequentes
Impoſſibile eſſe	Contradict.	Nõ ipoſſibile eſſe
Nõ poſſibile eſſe	Contradict.	Poſſibile eſſe.
Nõ cõtingẽs eſſe	Contradict.	Contingens eſſe.

¶ Patet ergo vt cõtradictiones quidem: alijs contradictionibus cõſentiant. qua in re illud quoq; manifeſtum eſt: ꝙ affirmationes negationibus/ negationes vero affirmationibꝰ cõſentiant. Senſus ergo totus talis: ſermonum vero ratio hęc eſt. Impoſſibile (inquit) & nõ impoſſibile/ ſcilicet quę eſt contradictio: duas contradictiones ideſt illud qđ eſt contingens & poſſibile/ & non contingens & nõ poſſibile/ ſequitur quidẽ contradictorie. Nam vna contradictio impoſſibilis/ & non impoſſibilis: duas ſequitur contradictiones ideſt contingens & non cõtingẽs/ poſſibile & non poſſibile. ſed quãq; contradictiones ſequitur alia cõtradictio: conuerſim tamẽ ſibi conſentiunt. Nam qđ eſt poſſibile eſſe: ſequitur negatio impoſſibilis/ vt ſuperior deſcriptio docet. negationẽ vero poſſibilis: ſequitur affirmatio impoſſibilis. nam qđ eſt nõ poſſibile: cõſentit ei qđ impoſſibile. eſt autem affirmatio impoſſibilis/ ea quę dicit impoſſibile eſſe. Et quãq; inuoluta ſit ſermonum ratio: tamen ſi quis ſecũdum ſuperiorem expoſitionem ad ipſius Ariſtotelis ſermones ſuperiores redeat/ & qđ illis deeſt ex noſtra expoſitione cõpenſet/ ſenſus planiſſimus
» a ratione non deuiat. ¶ Neceſſarium vero quẽadmodum ſe habet: conſiderandum eſt. Manife
» ſtum eſt enim quoniam nõ eodem modo/ ſed contrarię ſequũtur. contradictorię aũt ſunt extra.
» non enim eſt negatio eius quę eſt neceſſe non eſſe: ea quę eſt non neceſſe eſſe. contingit enĩ ve
» ras eſſe vtraſq; in eodem. quod enim eſt neceſſarium nõ eſſe/ non eſt neceſſarium eſſe. ¶ Poſſi
» bilis atq; impoſſibilis dudũ cõparatione didicimus/ ꝙ affirmationẽ poſſibilẽ impoſſibilis negatio ſequeretur. rurſus negationi poſſibilis/ affirmatio ipoſſibilis cõſentiret. Quęrens ergo nũc quẽadmodũ poſſibiliũ & neceſſariarũ ꝓpoſitionũ fiant cõſequẽtię: dicit nõ eodem modo in his euenire quẽadmodum in illis euenit/ quę ex poſſibilis & impoſſibilis cõparationibus naſcebãtur. in illis enim cõtradictiones oppoſitę: cõtradictiones rurſus oppoſitas ſequebãtur/ vt affirmationẽ negatio/ negationẽ affirmatio ſequeretur. In his aũt hoc eſt in poſſibilibus & neceſſarijs: nõ eodẽ modo eſt. ſed contrarię quidem conſequuntur: contradictorię vero & oppoſitę extra ſunt/ & nõ ſequuntur. Et prius quidem quę ſint contrariæ/ quę contradictoriæ diſponamus. Propoſitionis enim quę dicit neceſſe eſſe: ea quę proponit non neceſſe eſſe contradictoria eſt. ea vero quę dicit neceſſe non eſſe contraria. Vt ſi quis dicat ſolem eſſe neceſſe moueri: huic eſt oppoſita contradictorie ſolem non neceſſe eſſe moueri, contraria vero: ſolem neceſſe eſſe nõ moueri. Poſſibilem

conſentit. ꝙ ſi hęc neceſſariæ enunciationi non conſentit: cõſentiet affirmatio. Neceſſitatem igi tur: poſſibilitas conſequitur. erit ego recta propoſitionũ conſequentia hoc modo. Si neceſſe eſt eſſe: poſſibile eſt. ſed rurſus alia nobis ex his impedimenta naſcuntur. Nam ſi quis neceſſitati di cat propoſitionem poſſibilem cõſentire: quoniam poſſibilitati ea propoſitio quę dicit nõ impoſ ſibile eſſe/ & rurſus ea quę enũciat non neceſſe eſſe conſentit/ qđ ſuperior ordo prędocuit: erit vt neceſſariæ propoſitioni conſentiat ea quę dicit nõ neceſſe eſſe. erit igitur recta cõſequẽtia ſi ne ceſſe eſt eſſe/ nõ neceſſe eſt eſſe. ſed hoc rurſus eſt impoſſibile. Q; ſi ita eſt: aliquid impoſſibile cõ ſequentiꝭ propoſitionum permutandũ eſt/ vt poſſit ipſa ſibi ratio cõſentire. Aut igitur illud pri mo incõuenienter dictum eſt/ ꝙ neceſſariꝭ negatio affirmationem poſſibilẽ ſequeretur: vt ea q̃ eſt nõ neceſſe eſſe/ ſequatur eam quę dicit poſſibile eſſe. vel certe illud nõ recte ſenſimus/ poſſibi lem propoſitionem ad neceſſariam cõſentire. qđ quia perabſurdum eſt/ nullus enim dixerit ne ceſſitati/ poſſibilitatem eſſe cõtrariã. eueniret enim qđ neceſſe eſt: hoc fieri non poſſe/ rectaq; eſt hęc conſequẽtia. ſi neceſſe eſt eſſe: poſſibile eſt eſſe) fit vt potius contradictio neceſſariꝭ propoſi tionem poſſibilem nõ ſequatur. ſed cum hęc dicũtur/ illud intelligi placet: ꝙ neceſſitatem poſſi bilitas ſequatur/ vt id qđ eſt neceſſe/ hoc poſſibile eſſe dicatur. Iſtud altius perſpicientibus pro poſitum eſt. nã aliud eſt rẽ dicere/ aliud eſſe poſſibile. Illud aũt qđ per ſe poſſibile eſt: nõ modis omnib⁹ fit neceſſe. Nã ſi neceſſe ẽ: fieri nõ poteſt/ vt nõ ſit. qđ vero poſſibile eſt & nõ eẽ poteſt. igiꝰ qđ poſſibile ẽ: nõ erit neceſſe. Dico aũt quia neq; ea propoſitio ſeqtur poſſibilitatẽ q̃ neceſſi tati omnino cõtraria ẽ. ẽ nãq; neceſſarię propoſitioni cõtraria: ea q̃ dicit neceſſe ẽ nõ eẽ. hãc aũt poſſibilitati cõſẽtire nullus ipellet. Nã qđ neceſſe ẽ nõ eſſe: illud nõ poteſt eſſe. qđ aũt poſſibile ẽ: illud eſſe & nõ eſſe poteſt. Neceſſitas ergo propoſitionis quę ſecũdum eſſe prędicatur: ideirco nõ ſequitur poſſibilitatem/ quoniã poſſibilitas quidem & nõ eſſe poteſt/ neceſſitas vero quę ſecũdũ eſſe eſt/ non poteſt nõ eſſe. Rurſus neceſſitas quę ſecundũ non eſſe prædicatur/ a poſſibilitate dif fert eamq; non ſequitur: ꝙ neceſſitas ea quę ſecundum nõ eſſe dicitur/ non poteſt eſſe. poſſibile vero: & eſſe & non eſſe poteſt. ẽ igitur vt neq; oppoſita negatio neceſſariꝭ poſſibilitatem ſequa tur/ quę non neceſſe eſſe proponit: nec ipſa neceſſitas affirmandi quę dicit neceſſe eſſe/ neq; huic contraria quę dicit neceſſe eſſe non eſſe. Sed in his quattuor videbũtur. eſt enim neceſſaria affir matio quę dicit neceſſe eſt eſſe. huic oppoſita eſt ea quę prędicat non neceſſe eſſe. Rurſus con traria neceſſitati: affirmatio eſt quę dicit neceſſe eſt nõ eſſe. huic opponitur ea quę proponit nõ neceſſe eſt non eſſe: quod ſubiecta deſcriptio docet.

cõtra riæ.	Neceſſe eſt eſſe	Contradictorię	Non neceſſe eſt eſſe.
	Neceſſe eſt non eſſe	Cõtradictoriæ.	Non neceſſe eſt non eſſe.

¶ Si igitur neq; ea quę dicit neceſſe eſt eſſe/ neq; huic oppoſita quę proponit nõ neceſſe eſt eſſe/ nec neceſſitati contraria cuius ſententia eſt quoniam neceſſe eſt non eſſe/ poſſibilitati cõſentit: reſtat vt ei conſentiat quarta quę dicit non neceſſe eſt non eſſe. quę ſcilicet quarta aliquatenus etiã ipſi neceſſitati conſentit: neceſſitas vero ipſi poſſibilitati minime. Omne enim qđ neceſſe ẽ eſſe: & poſſibile eſt eſſe/ & vt non ſit nõ eſt neceſſe. Ideirco autem hęc propoſitio quę dicit/ nõ ne ceſſe eſt non eſſe: neceſſitati conſentit/ quia neceſſitati quidem contraria eſt ea quę dicit neceſſe eſt non eſſe/ huic vero oppoſita eſt ea quę proponit nõ neceſſe eſt nõ eſſe. quare conſentiet ei pꝛ poſitio: quę contradictoria eſt ſibimet oppoſitę affirmationi. Qđ ſi quis attentius inſpicit/ & ad ſupraſcriptum omnino reuertitur: facile cognoſcit. Si igitur poſſibile eſſe (vt dictum eſt) ſequi tur ea propoſitio quę dicit non neceſſe eſt non eſſe: negationem poſſibilem ſequitur huic oppo ſita quę dicit neceſſe eſt non eſſe. erit itaq; huiuſmodi conſequẽtia/ ſi poſſibile eſt eſſe/ non neceſ ſe eſt non eſſe. rurſus ſi nõ poſſibile eſt eſſe/ neceſſe eſt non eſſe. Reuerſa eſt igitur illa conſequẽ tia quę contradictorie quidem fiebat/ ſed cõuerſim: ſicut ſupra de impoſſibilibus dictum eſt. hic namq; affirmationem poſſibilem: negatio ſequitur quę neceſſarium quidem deſtruit/ ſed id qđ ad non eſſe ponitur/ ea ſcilicet quę dicit non neceſſe eſt non eſſe. rurſus negationem poſſibilem: affirmatio ſequitur neceſſaria quę ſecundum nõ eſſe ponitur. Eſt igitur hic quoq; eadem cõuer ſio/ vt contradictio quidem contradictionem ſequatur ſed conuerſim: vt affirmatio negationi/ negatio vero affirmationi cõueniat. Melius vero hoc ſi ſub oculis cadat/ liquere credimus: atq; ideo apertiſſime ſententiam rei ſubiectæ diſpoſitionis nos ordo cõmoneat.

Conſequentes	Conſequẽtes.
Poſſibile eſt eſſe	Nõ poſſibile ẽ eſſe.
Non neceſſe ẽ nõ eſſe	Neceſſe ẽ nõ eſſe.

¶ Omnis quidẽ ſentẽtia talis eſt: ordo autẽ ſer monum huiuſmodi eſt. Poſtq̃ dixit de poſſibiliũ & impoſſibiliũ conſequentia/ ꝙ contradictiones quidem cõtradictionibus conuenirent ſed conuerſim/ ideſt ꝙ affirmatio negationi/ negatio ve ro conſentiret affirmationi: hęc eadem (inquit) conſequentia quẽadmodum in neceſſariꝭ eue-

q; si rursus impossibile est non esse: hoc necesse est esse. Conuersim igitur & contrarie impossibilitas necessitati redditur idem valens/ideſt contrario modo reddita & pronunciata impossibilitas necessitati. Q; si impossibilitas ad possibile simili contradictione/ & contradictionũ conuersione consequentiam reddit/ idem autem valet impossibilitas & necessitas contrarie prædicata: nulli dubium est quin recte hic contraria & nõ oppositа fuerit consequẽtia. An certe ita exponendum est/ quoniam in consequentia impossibilis/ & nõ impossibilis ad eas quę proponebant possibile & nõ possibile/ eam quę est non possibile ea quę dicit aliquid esse impossibile sequebatur/ contrarie vero impossibile idem valet qđ necessarium: manifestũ est (quoniã similiter se habet/ ideſt eo modo quo dictum est impossibile ad consequentiam possibilis & nõ possibilis, impossibile vero ei qđ est non possibile consentaneum sit) id quod econtrario idem valet/ ideſt necessarium non esse/ sequi eam propositionem quam etiam impossibilitas sequebatur. Est autem contrarie idem valens impossibilitati/ ea quę est necessarium non esse/ sequitur q; impossibilitas eam propositionem/ quę est nõ possibile esse: necessarium non esse igitur/ sequitur eam quę ẽ nõ possibile esse. vt sit sensus hic. quoniam impossibile necessario idem potest/ econtrario: similiter vero sese habet / ideſt eodem modo quo dicta est impossibilis consequentia / ad eas quas dixi
» possibile et non possibile. ¶ At certe impossibile est sic poni contradictiones necessarij. Nam qđ
» est necessarium esse/ possibile est esse. nã si nõ: negatio consequetur. necesse enim est aut affirma-
» re aut negare. quare si non est possibile esse/ impossibile est esse. igitur impossibile est esse: qđ ne-
» cesse est esse. quod est incõueniens. At vero illam quę est possibile esse: nõ impossibile esse sequi-
» tur. hanc vero: ea quę est non necessarium esse. quare cõtingit quod est necessarium esse: nõ ne-
» cessarium esse. quod est incõueniens. ¶ At vero neq; necessarium esse/ sequitur eam quę est pos-
» sibile esse: neq; ea quę est necessarium non esse. Illi enim vtraq; contingit accidere. harum autẽ
» vtralibet vera fuerit: non erunt illa vera. simul enim possibile est esse/ & non esse. si vero necesse
» est esse/ vel non esse: non erit vtrũq; possibile. relinquitur ergo nõ necessarium nõ esse: sequi eam
» quę est possibile esse. ¶ Hęc enim vera est & de necesse esse. hęc enim fit cõtradictio eius quę se-
» quitur illam quę est non possibile esse. illam enim sequitur ea quæ est impossibile esse/ & necesse
» non esse: cuius negatio est non necesse non esse. ¶ Sequuntur igitur & hę contradictiones se-
» cundum prędictum modũ. & nichil impossibile contingit sic positis.

I	III
Possibile esse	Non possibile esse
Contingens esse	Non contingens esse
Nõ impossibile esse	Impossibile esse
Nõ necessariũ nõ eẽ	Necessarium non esse
Possibile non esse	**Non possibile nõ esse**
Contingens nõ esse	Non cõtingens nõ esse
Nõ ipossibile nõ eẽ	Impossibile non esse
Non necessariũ esse	Necessarium esse
II	IIII

¶ Superius quidem propositionum facta cõuersio ita est: vt possibilem propositionem/ necessarij negatio sequeretur. atq; his ita positis nõ euenit: vt contradictio cõtradictionem sequeretur/ nec vt conuerso modo sequeretur. quod in illis scilicet eueniebat in quibus possibilium & impossibilium consequentia considerabatur, quoniam contradictio necessarij qđ est scilicet non necessarium esse/ sequebatur possibilem propositionem: possibilis vero contradictionem/ non consecuta est necessitas/ sed contrarium necessitatis. Hoc permutare volens intendit ita constituere consequentias: vt simili modo contradictio quidem contradictioni consentiat/ sed conuersim. hoc autem hac ratione disponit. Dicit enim errasse fortasse q; necessarij & possibilis consequentiam ex possibili inchoasse & non ex necessario: vt hac eius consensione mentiretur. posuit enim precedens possibile esse: eiq; fuit consentiens non necessarium esse/ & hoc quidem superius. Nunc autem conuertit & dicit. An fortasse (inquit) errore lapsi ita has consequentias constituimus: vt primo poneremus possibile esse/ huic autem adiungeremus velut consequens necessarij negationem / quæ diceret non necesse esse? An potius illud verum est: vt posito prius necessario/ necessitati possibilitas consentiens subsequatur? Videtur enim omnem necessariam propositionem: possibilitas consequi. q; si quis negat: illi confitendum est/ quoniam negatio possibilis sequitur necessitatem. In omnibus enim: aut affirmatio aut negatio est. ergo si necessariã propositionem non sequitur possibilitas: possibilitatis negatio consequitur/ vt ita dicatur. ergo recta consequentia ita dicit. qđ necesse est esse: non possibile est esse. sed dudum dictum est/ q; ei propositioni quę proponeret non possibile esse / impossibilitas consentiret/ & non possibile esse consequitur necessitatem: & impossibilitas igitur consequetur necessitatem. erit itaq; recta propositionũ consequẽtia. si necesse est esse: impossibile est esse. sed hoc fieri nõ potest. Si igitur impossibilitas nõ sequitur necessitatẽ/ sequitur autẽ propositio quę aliquid nõ posse esse denunciat impossibilẽ propositionẽ: necessarię propositioni possibilitatis negatio q̃ est nõ possibile esse/ nõ

neceſſaria ſecundum non eſſe conſentiat.quibus explicitis / alias rurſus adijcit dubitationes.

» ¶Dubitabit autem aliquis ſi illā quę eſt neceſſarium eē/ ea quę eſt poſſibile eſſe ſequitur. nam ſi
» non ſequitur:cōtradictio ſequetur/ quę eſt non poſſibile eſſe. Et ſi quis hanc non eſſe dicat con
» tradictionē:neceſſe eſt dicere poſſibile non eſſe.ſed vtręq; falſę ſunt de neceſſe eſſe. At vero rur
» ſus idem videtur eſſe poſſibile incidi & non incidi/ & eē & nō eſſe.quare erit neceſſe eſſe/ contin
» gēs non eſſe.hoc autē falſum eſt. ¶Supra conſequentias ita diſpoſuit/ vt pręcedens neceſſariū poſſibilitas ſequeretur:nunc de eodem ipſe ambigit. Siue enim qs ponat conſentire neceſſario poſſibile/ſiue quis neget : vtrumq; videtur incōgruum.Nam ſi quis neget poſſibilitatem neceſſitati congruere:id dicit quoniam poſſibilitatis negatio neceſſarię propoſitioni conueniet.Si qs enim abnuat propoſitioni quæ dicit aliquid neceſſe eſſe/ conſentire eam quæ proponit poſſibile eſſe:is illud abnuere non poteſt quin negatio poſſibilitatis neceſſitati conſentiat.eritq; integra conſequentia/ q̄ dicit:ſi neceſſe eſt eē/ non poſſibile eſt eſſe. quandoquidem illa falſa eſt cōſequētia/ quę dicit:ſi neceſſe eſt eē/ poſſibile eſt eē.q̄ ſi hoc fieri non poteſt/ vt poſſibilitatis negatio neceſſarię conſentiat affirmationi:illud verū eſt affirmationem poſſibilē neceſſarię conuenire.Sed in hoc quoq; maior inerit difficultas.Omne nāq; qđ poſſibile eſt eē: poſſibile eſt & non eē. ergo ſi poſſibilitas neceſſitatem ſequitur:erit id quod neceſſe eſt eē/ vt poſſit eē & poſſit non eē/ ſecūdum naturam ſcilicet poſſibilitatis/ quę ipſi cōuenit neceſſitati. ſed hoc impoſſibile eſt. non igitur poſſibilitas/ſequitur neceſſitatem. q̄ ſi poſſibilitas neceſſitatem non ſequitur: negatio poſſibilitatis ſequetur/ ea ſcilicet quę eſt non poſſibile eē/ euenientq; ea rurſus incommoda quę dudū cum eum locum tractaremus/ expreſſimus. Q̄z ſi quis poſſibilitatis non velit eſſe negationē eam quæ dicit non poſſibile eē/ ſed potius eam quę dicit poſſibile eſſe non eſſe/ q̄q̄ ille non recto ordine affirmationi negationem accōmodat/ cū dictum ſupra ſit quoties cum modo propoſitiones dicuntur/ad modos ipſos potius negationem poni oportere q̄ ad verba: dandæ tamen manus ſunt/ vt cum eo quoq; conceſſo quod ad defenſionem vtile aliquibus videri poſſit/ argumentationis falſam ſententiam fregerimus/ penitus atq; altius ſit veritas conſtituta.Sit ergo negatio poſſibilitatis quam ipſi volūt/ideſt ea quę dicit poſſibile eſſe non eſſe.ſed hęc quoq; neceſſitati nō conuenit.Si quis enim dicat quoniam poſſibile eē neceſſarium non ſequitur:ſequitur mox poſſibilis contradictio neceſſitatem. q̄ ſi quis cōtradictionem poſſibilis ponat eam quę dicit poſſibile non eſſe/ eamq; neceſſitati conſentire putet : erit ſecundum eum recta conſequentia. ſi neceſſe eſt eſſe/ poſſibile eſt nō eſſe.ſed hoc fieri non poteſt.quod enim neceſſe eſt eſſe:nō poteſt nō eſſe. ſi igitur poſſibilitas non ſequitur neceſſitatē (erit enim quod neceſſe eſt/ contingens.poſſibile namq; & contingens idem valent) negationes poſſibilitatis / ſiue ea quæ dicit non poſſibile eē/ ſiue ea cuius ſententia eſt/ poſſibile eſt non eſſe:neceſſitati conuenient.ſed vtrumq; ipoſſibile eſt. q̄ ſi hęc non ſequuntur:ſequitur ea quę eſt earū affirmatio ideſt poſſibilitas.ſed hoc quoq; fieri non poteſt/ vt ſępius ſupra mōſtrauimus.hęc ergo huiuſmodi q̄ſtio in ſequēti ordine ab ipſo reſoluitur. Nunc autem quoniam quęſtionis ſupradictę talis ſenſus eſt: verba ipſa ſermonumq; ordo videatur . ait namq;. Dubitabit autem (inquit) aliquis ſi illud quod eſt neceſſariū eē poſſibile eſſe ſequatur:ideſt ſi neceſſitati poſſibilitas conſentit. Nam ſi non ſequitur/ideſt ſi negat aliquis vt poſſibilitas neceſſitatem ſequatur:contradictio conſequitur poſſibilitatis . Nā quod poſſibilitas non ſequitur :cōtradictio poſſibilitatis ſequitur / ea ſcilicet quę dicit nō poſſibile eē. & pręterea ſit quod ex his eſſet impoſſibile.Hoc autem eſt/ vt ſi neceſſitatem poſſibilitas nō ſequatur/& contradictio poſſibilitatis conſentiat: ſit recta conſequentia.ſi neceſſarium eſt eē/ non poſſibile eſt eſſe .quod eſt inconueniens.et ſi quis non hanc dicat eſſe contradictionem ideſt ſi quis neget poſſibilitatis contradictionem eſſe quæ dicit non poſſibile eſſe : illud certe neceſſe eſt ei dicere q̄ poſſibilitatis contradictio ea ſit quæ dicit poſſibile eſſe non eſſe.ſed vtræq; falſę ſunt/ de neceſſe eſſe. Nam quod neceſſe eſt:fieri non poteſt vt non poſſibile ſit.& rurſus quod neceſſe eſt: fieri non poteſt vt poſſibile ſit non eſſe. Rurſus videtur idem eſſe : poſſibile incidi & non incidi. poſſibilitas enim : affirmationi negationiq; communis eſt.namq; et eſſe & non eſſe poteſt : quod poſſibile eſſe dicitur. hoc autem falſum eſt de neceſſario prædicari . Neceſſarium namq; ſi eſt : non eſſe non poterit . ſi non eſt : nulla ratione contingit. Q̄z ſi quis dicat quoniam poſſibilitas neceſſitatem ſequitur : eadem poſſibilitas conſentit contingenti/ & erit neceſſe eſſe contingens non eſſe / ideſt erit cōtingens/ id quod neceſſe eē prędicatur.Nam ſi qđ poſſibile eſt eſſe / poteſt non eſſe / quod autem poteſt non eſſe / contingit vt non ſit : non dubium eſt quin ſi neceſſitatem poſſibilitas ſequitur/ eam ſequatur quoq; & contingentia.ſed cōtingens poſſumus dicere in negatione/ vt dicatur contingit non eſſe . eſt igitur quod neceſſe ē eſſe:contingens nō eē.hoc aūt falſum eſt.atq; hic quidem ordo ſermonū eſt/ vt in alijs fere omnibus/ perplexus atq; conſtrictus.alias enim ſimilitudo enunciationum:alias id quod deeſt im

niat videndum eſt. Speculatus igitur: & de neceſſarijs idem nō reperit. nam cum dixiſſet neceſſarij negationem poſſibilitati conſentire: affirmatio neceſſaria negationi poſſibilitatis nō cōſentit. Eiuſdem rei reddens cauſas illud arguit: q̄ impoſſibilitas neceſſitati idem valeret contrarie reddita. quā rē emēdare volens ita dixit. At certe (inqt) ipoſſibile eſt ſic poni neceſſarij cōtradictiones: vt negationem ſcilicet neceſſarij poſſibilitati conſentire diceremus. Addidit autem dubitationem quandā: q̄ ita ſeſe habet. Nā qđ eſt (inquit) neceſſarium eſſe: illud ſine dubio poſſibile eſt eſſe. Nam ſi non / ideſt ſi quod neceſſariū eſt / poſſibile non eſt: negatio poſſibilitatis cōſequitur. Neceſſe enim in omnibus rebus: aut dicere ideſt affirmare / aut certe negare. in omnibus namq; rebus: aut affirmatio vera eſt / aut negatio. quare ſi nō poſſibile eſt eſſe / ideſt ſi hoc eſt nō poſſibile eſſe: quod impoſſibile eſt fiet / id quod neceſſarium eſt eſſe. Sequitur autem propoſitionem quę dicit nō poſſibile eſt eſſe: illa quę proponit ipoſſibile eſt eē / & fit aliquid ipoſſibile vt dicat. igitur ipoſſibile eſt eſſe / id qđ neceſſe eſt eē. ſed hoc incōueniēs ē. ergo id docuit q̄ neceſſita tē poſſibilitas ſequeret. Nūc autē aliud addit / quoniā ſupra dixit poſſibili ꝓpoſitiōi / neceſſarię affirmationis negationem conſentire: nunc de eadē re dubitationem profert dicens. At vero illud quod poſſibile eſt eſſe: non impoſſibile eſſe ſequitur. Nam quod poſſibile eſt: hoc nō eſt impoſſibile. ſed quod nō eſt impoſſibile eſſe: non neceſſe eſt eſſe. ergo ſi non impoſſibile eſt eſſe ſequitur poſſibilitatem / non impoſſibilitatem autē ſequitur id quod dicitur non neceſſariū eſſe / ſequiturq; poſſibilē propoſitionem id quod dicimus non neceſſarium eſſe: nulli dubium quin ſi neceſſitatem poſſibilitas ſequitur / ſequatur affirmationem neceſſariam negatio neceſſarij. quare contigit qđ neceſſarium eſt eſſe: id ipſum non neceſſarium eſſe. quod eſt inconueniens. Conſtat ergo quoniam affirmationem poſſibilē nō ſequitur oppoſita negatio neceſſarię affirmationi: iccir co q̄ illud remouendum eſt (vt ſupra diximus) ne ſequatur poſſibilem affirmationem negatio neceſſarię / vt neceſſitatem poſſibilitas ſequatur. Qđ quia fieri nullo modo poteſt: illud eſt remouendū / ne poſſibilitatem / neceſſitati oppoſita negatio ſubſequatur. Igitur ea q̄ dicit non neceſſe eſt eſſe: nō ſequitur poſſibilitatē. Et quia hęc oīa in medio tacuerat: ſupradictis addidit. At vero neq; neceſſariū eē ſequitur eā q̄ ē poſſibile eſſe / hoc ſcilicet ſentētię includēs poſſibilitati nō conſentire neceſſarium. Nec hoc ſolum: ſed neq; illud quod dicimus neceſſariū non eſſe. hoc vt tractatum ſit / ipſe planius monſtrat. Illi enim ideſt poſſibili vtraq; contingit accidere / & eſſe ſcilicet & non eſſe. horum autem ideſt neceſſarij ſecundum eſſe / & neceſſarij ſecūdum non eſſe: ſi vtrūlibet verum fuerit / non erunt illa vera. & hoc ipſe exponit. de poſſibili enim vtroq; / ita dicit. Simul enim eſt poſſibile et eſſe & non eſſe. hoc eſt ergo quod ait. Illi enim vtraq; cōtingit accidere. Sin vero inquit neceſſe eſt eſſe & non eſſe / ideſt ſi non poteſt non eſſe / & nō poterit eſſe: non erit poſſibile vtrumq;. vt ſi eſſe neceſſe eſt: non poterit non eſſe. vel ſi nō eſſe neceſſe ſit: non poterit eſſe. tres igitur propoſitiones nō neceſſe eſſe / neceſſe eſſe / neceſſe eſſe non eſſe: poſſibilitatem non ſequunt. relinquitur ergo hoc / ideſt vt quarta propoſitio quę opponitur neceſſarię ſecundū non eſſe affirmationi / poſſibilitatem ſequatur: ideſt non neceſſarium nō eſſe / ſequi poſſibile eſſe. ſed quia poſſibile conſentit neceſſario: hęc quoq; cōſentit neceſſario. Namq; hoc eſt quod dixit. hęc enim vera eſt & de neceſſe eſſe. Nam quod neceſſe eſt eſſe: non neceſſe eſt vt nō ſit. hęc igitur ꝓpoſitio quę dicit non neceſſe eſt non eſſe: cōtradictio eius affirmatiōis eſt quę ſequitur negationē poſſibilitatis / eam ſcilicet quę dicit nō poſſibile eſſe. Nam cum affirmationem eam quę eſt ſcilicet poſſibile eſſe / ſequatur neceſſarij ſecūdum non eſſe negatio ea quę proponit nō neceſſe eſt non eſſe: negationē poſſibilem eam ſcilicet quę proponit nō poſſibile eſſe / ſequitur affirmatio neceſſaria ſecūdum nō eſſe quę dicit neceſſe eſt nō eſſe. quam eandem quę proponit nō poſſibile eſt eſſe quę eſt ſcilicet negatio poſſibilitatis: impoſſibilis affirmatio ſequitur quę proponit impoſſibile eſt eſſe. hoc eſt ergo quod ait. hęc enim fit contradictio eius quę ſequitur illam quæ eſt non poſſibile eſſe. Nā cum poſſibilem affirmationem ſequatur neceſſarię ſecundum non eſſe negatio / quę dicit non neceſſe eſt non eſſe: hęc neceſſaria ſecundum non eſſe negatio / contradictio eſt eius quę ſequitur negationem poſſibilitatis. Illud enim ideſt negationem poſſibilitatis: ſequitur / id quod eſt impoſſibile. Nam cum negatio poſſibilitatis ſit quę dicit non poſſibile eſſe: hanc ſequitur ea quę dicit impoſſibile eſt eſſe / cui conſentit ea quę dicit neceſſe eſſe nō eſſe. Sequitur igitur poſſibilis ꝓpoſitiōis negationē / ea q̄ dicit neceſſe eſſe nō eē. cui⁹ eſt cōtradictio ea quę dicit / nō neceſſe eſt non eſſe. fit ergo id quoq; vt cōtradictio contradictionem ſequatur / ſed conuerſim: quod ait per hoc cum dicit. Sequuntur igitur et hę contradictiones ſecundum prædictū modum / eum ſcilicet vt affirmatio negationem: negatio vero ſequatur affirmationem. & nichil quidem erit vel inconueniens vel impoſſibile ita poſitis conſequētijs: vt affirmationem quidem poſſibilem / negatio neceſſarij ſecundum non eſſe ſequatur: negationi vero poſſibilis / affirmatio

rationem/quarum ſcilicet poteſtatum ratio reddi non poteſt/ q̄ ipſarum ſit natura. vt quoniam ignis calefactibilis eſt: iccirco de eo ratio reddi non poteſt. hoc nāq̄ illi naturaliter adeſt: vt hęc quidem ignis poteſtas non valeat oppoſita/ licet ſit irrationabilis. Quę vero rationabiles ſunt/ & ſecundum rationabilem poteſtatem: eędem plurimorum etiā contrariorum ſunt. Nam quibus ratio dominatur: ad vtraq̄ oppoſita natura ipſorum apta eſt/ vt eędem poteſtates ſint plurimorum quæ ſunt contraria. vt ſi eſt michi poſſibile ambulare: quoniam hoc ex ratione & voluntate fit/ ſit poſſibile non ambulare. & eſt hoc poteſtatis non vnius ſed plurimorum eorūq̄ contrariorum. licet enim affirmatio & negatio ſit quodam modo ambulare & non ambulare: tamē nūc ab Ariſtotele in cōtrarij vice diſponitur. & hoc qdē in omnibus rationabilibus poteſtatib⁹ planum eſt eas plurimorum eſſe contrariorum & oppoſita valere. quę vero ſecundum rationē non ſunt: licet ſint quędam quę oppoſita valeant/ non tamen omnia. Nam cum aqua frigefaciendi habeat poteſtatem/ quod irrationabile ē: eſt ei rurſus alia poteſtas calefaciendi/ cum ipſa ſit calefacta. ſed nō in omnibus poteſtatibus irratiōabilibus hoc inueniri poteſt. Ignis enī(vt dictū eſt) vnā calefaciendi tantum videtur habere poteſtatē. hoc enim eſt quod ait. irrationales vero non oēs ideſt oppoſita valēt. ſed(quēadmodū dictū eſt) ignē nō eſt poſſibile/ calefacere/ & non. daturq̄ in omnibus regula quę non ſint poſſibilia contrariorū: ea ſcilicet quę ſemper vnā rem actu cōtinēt. vt ignis ſemper calet/ ſol ſemper mouetur/ & cętera huiuſmodi. quod per hoc ait/ quod dixit. neq̄ quęcunq̄ alia ſemper agunt. alia vero poſſunt & ſecundum irrationales poteſtates ſimul oppoſita ſuſcipere. vt dictum eſt de aqua. Sed hoc iccirco dictum eſſe teſtatur vt cognoſceremus nichil euenire contrariorum: ſi quis diceret poſſibilitatem neceſſario conſentire. Cum enim non omnis poſſibilitas contraria valeret: ea ſcilicet neceſſitati conſentit/ q̄ contraria non valet/ ſed vnam rem ſemper agit. hoc eſt enim quod ait. Sed hoc huius gratia dictū eſt: quoniam non omnis poteſtas oppoſitorū ſuſceptiua eſt/ neq̄ quęcūq̄ ſecundum eandē ſpeciem dicuntur. quod aūt ait/ neq̄ quæcūq̄ ſecūdum eandē ſpeciē dicuntur: tale eſt. Non modo omne quod dicitur poſſibile contrariorum eſſe non poteſt: ſed etiam ea quę ſub eadē ſpecie ſunt quędam cōtraria non poſſunt/ vt ea quę ſunt irrationabilium. Nam cum omnium irrationabilium in eo quod irrationabilia ſunt vna ſit ſpecies: tamen ne in his quidem inueniri poteſt vt in omnibus eadē ſit contrariorum poteſtas/ vt de igne quod ſupra dictum eſt. Nam cum eius irrationabilis ſit poteſtas: non tamen talis eſt vt ad contraria tranſferatur. Recte igitur dictum eſt quoniam neq̄ quę ſub eadem ſpecie ſunt: poterunt omnia contrariorum eē potētia. Nam cum ignis poteſtas cū aliis omnibus poteſtatibus irrationabilibus ſub ea ſit ſpecie quę irrationabilis eſt poteſtas: tamē nō valet oppoſita. Atq̄ hoc quidē quod attentare poſſit totā quęſtionē: non tamen validiſſime diſſoluere prędiximus. quod vero maxime dirigat dubitationem ambiguitatēq̄ cōſtituat: ipſe cōtinuata oratione addidit dicēs. ¶ Quędā vero poteſtates æquocę ſunt. poſſibile enim non ſimpliciter dicitur: ſed hoc quidem quoniam verum eſt quod in actu eſt. vt poſſibile eſt ambulare: quoniā ambulat iā. & omnino poſſibile eſt eſſe: quoniā iam ē in actu qđ dicitur eſſe poſſibile. illud vero qm̄ erit actu. vt poſſibile eſt ābulare: qm̄ ābulabit. et hęc qdē i ſolis mobilib⁹ ē poteſtas: illa vero & i imobilib⁹. vtrūq̄ vero verū ē dicere poſſibile ābulare vel eſſe: & qđ ambulat & agit/ & ābulabile eſt. ¶ Sic igitur poſſibile nō eſt verū de neceſſario ſimpliciter dicere: alterum autē verum eſt. quare quoniam partem vniuerſale ſequitur: illud quod ex neceſſitate/ conſequetur poſſe eſſe/ ſed nō omne. ¶ Quid hæc ſententia contineret quam nunc Ariſtoteles propoſuit: quinto quidem librorum diligenter expreſſimus/ & nunc eam breuiter exequamur. Expoſitionis enim cauſa doctrinęq̄ hunc ſecundum nobis expoſitionis ſumimus laborē/ non augendi prolixitate faſtidij. Talis ergo eſt ſententia tota. Poſſibile quod frequenter in rebus dicimus: non ſimpliciter dicitur. Atq̄ ideo quoniam poſſibile a poteſtate traductum eſt: vt ipſa quoq̄ poteſtas æquiuocum eſt. Hoc hinc manifeſtum eſt: q̄ quędam poſſibilitates ad hoc dicuntur non quoniā aguntur/ ſed quoniam vt agantur nichil impedit. vt ſi de aliquo ſano corpore omnibuſq̄ aliis quę impedire poterāt remotis/ ſedente dicatur poſſibile eſſe ambulare eū: non quoniā ambulat/ ſed quoniam vt ambulet nichil omnino prohibet. Quędam vero poſſibilitates ita dicuntur/ quoniam iam actu ſunt atq̄ aguntur. vt ſi quis de ambulante homine dicat poſſibile eſſe eum ambulare. Atq̄ ideo ea poſſibilitas quę non ſecūdum actum aliquem dicitur/ ſed ſecūdū id quod poſſet agere dicitur/ eo q̄ agere non prohibetur: a poteſtate poſſibilitas nominatur. hęc vero quę iā agit atq̄ in actu eſt: actus ipſe poſſibilitatis appellatur. Duę ergo ſunt ſignificationes poſſibilitatis. vna quæ eam poſſibilitatē deſignat/ quę eſt poteſtate/ quę ſecūdū actum non ſit. altera quæ eam poſſibilitatem ſignificat quæ actu ſit. Hæc autem poſſibilitas quę iam actu eſt: aut ex poteſtate ad actum tranſit/ aut ſemper in actu naturaliter fuit. vt cum homo ex eo q̄ ſedet non ambulat/ poteſt tamē ābulare: atq̄ ideo ex poteſtate in actum vertitur.

plicitam reddit obſcurā ꝫ ſentētiam. Q; ſi quis Ariſtotelis verbis ſeriem noſtrę expoſitionis annectat/ & ꝙ illic propter ſimilitudinem confuſum eſt/ per expoſitionis noſtrę diſtinctionem ac ſeparationem diſgreget/ quod vero in Ariſtotelis ſermonibus minus eſt/ hic compenſet: ſententię ratio totius elucebit. Nunc ergo quoniam propoſuit quęſtionem: eam cōtinenter exequitur his verbis. ¶ Manifeſtum eſt autem quoniam non omne poſſibile vel eſſe/ vel ambulare: etiā oppoſita poſſe. ſed eſt in quibus non ſit verum. & primum quidem in iſs quę non ſecundum rationem poſſunt. vt ignis calefactiuus eſt: & habet vim irrationalem. quę igitur ſecūdum rationem poteſtates ſunt: eędem plurium etiam cōtrariorum ſunt. irrationales vero non omnes. ſed (quemadmodum dictum eſt) ignem non eſt poſſibile calefacere/ & non: neq; quęcūq; alia ſem per agunt. alia vero poſſunt & ſecundum irrationales poteſtates ſimul oppoſita ſuſcipere. ſed hoc huius gratia dictum eſt: quoniam non omnis poteſtas oppoſitorum ſuſceptiua eſt/ neq; quæcunq; ſecundum eandem ſpeciem dicuntur. ¶ Cum de poſſibilis & neceſſarij conſequentia dubitaſſet/ cūq; ſi poſſibilitas neceſſitati conſentiret/ quod erat incommodū/ vel ſi poſſibilitas rurſus neceſſitatem ſequeretur/ neceſſitas ipſa cui poſſibilitas conſentiret/ in ſe & eſſe & non eſſe ſuſciperet: nunc incongruentem ambiguitatē ratiocinabili argumentatione diſſoluit dicens. Non vere illud metuit/ ne poſſibilitas neceſſitatem cōſequens/ ipſam naturā neceſſitatis atq; rigorem frangeret: vt id quod neceſſe eſſet/ in cōtingētiā permutetur. neq; enim (inquit) omne qđ poſſibile eſt eſſe/ & poſſibile eſt non eē. Sunt enim plura quę vnam tantum vim continent: & ad negationem nullo modo ſunt apta. vt in iſs poſſibilitatibus quas irratiōabilis actus efficit. Nā cum ſit poſſibile ignē calefacere: non eſt poſſibile vt non calefaciat. quare hæc poteſtas: non poteſt oppoſita. Siqua enim poteſtas oppoſita poteſt: illa & non eſſe poteſt & eſſe/ & facere & non facere. quę vero non poteſt oppoſita: vnā rem tantum poteſt/ quę affirmationem tantum dat/ negationem vero repudiat. Si quis enī ponat poſſibilitatē neceſſitati cōſentire: nō iccirco iā neceſſe eſt ipſā neceſſitatē in cōtigētiā verti/ cui cōtigētię ſcilicet poſſibilitas cōſentit. Nō enī (inqt) omne poſſibile vtrumq; poteſt/ ideſt & poſſe eſſe & poſſe non eſſe. atq; ideo non omne poſſibile contingentię conſentit. docet autem hoc his modis. In iſs (inquit) quę non ſecundū rationē poſſunt: poſſibilitas quę eſſe dicitur/ non valet oppoſita. vt ignem calefacere irrationabile eſt. nulla enim ratio eſt cur ignis calefaciat. Omnium namq; quę naturaliter fiūt: nulla ratio eſt. ergo hęc quorum poteſtas irrationabilis eſt: non poſſunt oppoſita. vt ignis non poteſt calefacere & non calefacere. ſi enim vtrumq; poſſunt: oppoſita poſſunt. Calefacere enī & nō calefacere: oppoſita ſunt. Cū ergo irrationabiles poteſtates/ oppoſita non habeāt agendi facultatem: illa quę ſecūdum rationem fiunt ad oppoſitorum actum poterūt retineri/ vt quicquid ex voluntate & ratione cōceptū eſt/ ad vtrumq; valeat. Medicinam nāq; michi exercere/ poſſibile eſt/ & poſſibile nō eſt. vel rurſus ambulare & non ambulare. quod enī quiſquis animi ratione vel appetentia vult/ hoc ex ratione venire dicitur. Et in his omnibus illa poteſtas eſt quę ad vtrūq; valeat/ ideſt ad affirmationem & negationem vt ſit ſcilicet & non ſit. In iſs autem quę ſunt irrationabilia/ licet i ſolis venire poſſit vt ea poteſtas quę dicitur/ nō ētiā poſſit oppoſita: tamē nō oīs irratiōabilis poteſtas oppoſita nō poteſt. vt aqua et frigida & humida eſt: ergo & frigeſcere poteſt facile & humectari. ſed eadem permutata in calidam: poteſt frigeſcendi vim habere/ cum non poſſit humectandi amittere poteſtatem dum aqua ſit. Quocirca non omnis poteſtas valet oppoſita. ſed valet quidem oppoſita poteſtas: ea quę ſecundum rationabiles motus valuit. Illa vero poteſtas quę oppoſita non valet: in ſolis irrationabilibus inuenitur/ licet non in omnibus. Sunt enim irrationabiles poteſtates quę vtrumq; poſſunt: vt id quod dictū eſt de aquę frigore. Et tota quidē ſententię vis talis eſt: nūc quis ſit ſermonum modo explicetur. Manifeſtū eſt aūt (inquit) quoniam nō oē poſſibile vel eſſe vel ābulare: etiā oppoſita poſſe. quod ita dictū eſſe manifeſtū eſt: non vt putaremus ꝙ omne quod ambulare poteſt/ vel quod eē poteſt: non poſſit oppoſita ideſt non poſſit non eſſe. hoc enī videtur textus oſtendere: ſed nemo ita intelligat/ potiuſq; ſic dictū videatur. Manifeſtum eſt quoniam non omne poſſibile/ vt poſſibile frequenter ſolemus vſurpare cū dicimus poſſibile eē ambulare: oppoſita valet. Neq; enim omnis poteſtas affirmatiōi negationiq; cōuenit. ſed ſunt quędam quę vnum tātum poſſunt (vt ſupra iam diximus) atq; hoc apertius intelligitur ſi ita dicamus. Manifeſtum eſt enim quoniam non omne poſſibile & oppoſita valet: quoniam ſcilicet poſſibile frequenter & de eſſe & de ambulare prædicamus. hoc ita cogitans facilius quis agnoſcit: quid ipſius textus verba denunciēt/ cū etiam adminiculari quis debeat obſcuris ſenſibus patentia atq; conſenſu. quod ad ſententiā potius dicētis ſpectet/ etſi ſermonum ratio ita non habeat. Hoc ergo ita conſtituto manifeſtum eſt/ ſcilicet non omnes poteſtates oppoſita valere: ſed eſſe quaſdam in quibus non ſit verum dicere quoniam oppoſita valent. & datur exemplum in iſs quidem quæ irrationabiliter poſſunt/ ideſt non ſecundum aliquā

ſimpliciter dicere/ideſt ſic poſſibile quēadmodum æquiuoce poſſibilitas prędicatur: non eſt verum de neceſſario ſimpliciter/& vniuerſaliter/atq; omnino prędicare.hoc eſt/non omne poſſibile: neceſſario conſentit.Alterum autem ideſt poſſibile/verū eſt:hoc eſt de neceſſario prędicare/illud ſcilicet quod ſcđm actū dicitur immutabilem. Quare quoniā partē ſuā ideſt ſpeciem id qđ eſt vniuerſale ideſt genus ſequitur: illud quod ex neceſſitate eſt/quod ſcilicet ſpecies eſt poſſibilitatis/ſequitur poſſe eſſe/ideſt poſſibilitas/ſed non inquit omne. Nam illa poſſibilitas quę in actu prędicatur/& relinquere ſubiectum poteſt/non ſequitur neceſſitatem: ſed ea tantum quæ cum in actu ſit/neq; ex poteſtate in actum vertitur/neq; poterit ſubiectum relinquere.Atq; hęc quidem quæ Ariſtoteles dixit huiuſmodi ſunt:quę vero nos diſtulimus vt doceremus immobilia eſſe diuina.Mobilia vero ſola corpora vocari breuiſſime demōſtrandum eſt. Sex motus ſpecies eē manifeſtū eſt:ſicut in prędicamētorū libro Ariſtoteles digeſſit/quāq; hoc in phyſicis permutauerit,ſed nuncita ponamus tanq; ſi omnino ſex ſint. Si ſecundū nullam motus ſpeciē moueri diuina atq; incorporalia ratio declarauerit:ordine cōuincitur non moueri diuina. Ergo q̄ neq; generantur neq; corrumpuntur/neq; creſcunt/neq; minuuntur/neq; de loco in locū trāſeunt:quippe quę plenitudine naturę ſuę vbiq; tota ſunt/nec de deo aliquid intelligi fas eſt/nec rurſus aliquibus paſſionibus permutantur. Qz ſi ſecundum nullum horum motuum diuinarū rerum permutabilis eſt natura:manifeſtum eſt ea omnino non eſſe mobilia/atq; ſex motꝰ hos ſolis corporibus euenire.Atq; hęc quidē de plurimis quę de ea re poſſunt dici rationibus/atq; argumentis:libaſſe ſufficiat. Nunc quoniam Ariſtoteles conſentire neceſſario poſſibilitatem non omnem docuit/& quę ei conueniret expreſſit:rurſus de ipſorum conſequentia/& quid primo/& quid poſterius poni debeat memoriter ſubijcit dicens.

Tertia deſcriptio

I	III
Neceſſarium eſſe	Non neceſſarium eē
Non poſſibile nō eſſe	Poſſibile non eſſe
Non cōtingens nō eſſe	Contingens nō eſſe
Impoſſibile non eſſe	Nō ipoſſibile nō eſſe
Neceſſarium nō eſſe	Nō neceſſariū nō eē
Non poſſibile eſſe	Poſſibile eſſe
Non cōtingens eſſe	Contingens eſſe
Impoſſibile eſſe	Nō impoſſibile eſſe
II	IIII

¶Et eſt quidē fortaſſe principium quod neceſſarium eſt/& quod nō neceſſarium eſt omniū vel eſſe/vel non eſſe:& alia quemadmodū horum conſequentia/cōſiderare oportet.Manifeſtum eſt autem ex ijs q̄ dicta ſūt:quoniā qđ ex neceſſitate ē/ſecūdū actū eſt.quare ſi priora ſunt ſempiterna: & quę actu ſunt/poteſtate priora ſūt.& hęc quidē ſine poteſtate actꝰ ſūt. vt primę ſubſtantię, alia vero cū poteſtate: q̄ natura priora ſunt/tēpore poſteriora. alia vero nūq; actus ſunt/ſed poteſtates ſolū.¶Poſtq̄ de poſſibilis & neceſſarij cōſequētia qd videreē expoſuit:hęc ad emendationem quodam modo ſuperioris cardinis apponit.Et quoniam ſuperius a poſſibili inchoans cæteras omnes propoſitiones ad poſſibile & contingens & ad eorum conſenſum reduxit:nunc hoc rationabiliter mutat/vt non potius a poſſibilitate inchoandum ſit/ſed a neceſſitate.Nam ſi quis aduertat diligētius ſuperiorem deſcriptionem:primo poſitum eſt poſſibile et contingens/& ad eadem cūctorū ſenſus relatus eſt,nunc hoc permutandum videtur.Dicit enim fortaſſe hoc eſſe rectius/vt magis propoſitionum conſequentia a neceſſarijs inchoetur.eſt autē totus ſenſus huiuſmodi.Quoniam (inquit) neceſſaria ſempiterna ſunt/quę autem ſempiterna ſunt/omnium aliorū quę ſempiterna non ſunt/principium ſunt:neceſſe eſt vt id qđ neceſſarium eſt/cęteris omnibus prius eē videatur.ergo conſequentię quoq; eodem modo faciendę ſunt: vt primum quidem neceſſitas/poſt vero poſſibilitas & cætera proponātur/ſintq; conſequentię hoc modo.

Neceſſe eſſe	.	Non neceſſe eſſe
Non poſſibile nō eſſe		Poſſibile non eſſe

¶Vides ne igitur vt primo quidem neceſſe eſſe & non neceſſe eſſe propoſitum ſit:ſecūdo vero loco ad neceſſitatis cętera conſenſum conſequētiāq; relata ſint. Hoc eſt ergo qđ dicit fortaſſe principium quoddam eſſe omnium vel eē vel non eſſe id quod eſſet neceſſarium:vt a neceſſario ſpeculandarū propoſitionum principium ſumeretur/quod eē aliarum propoſitionū vel non eſſe ſecundum cōſequentiam conſenſum conſtitueret.& quoniam prius poſitum eſt neceſſe eſſe/huic conſentit ea quę dicit non poſſibile non eſſe.Iſtius ergo propoſitionis quę dicit non eſſe poſſibile vt non ſit/quę ſcilicet non eē denunciat/tollit autem poſſibile/qđ modus eſt:principium eſt neceſſitas/cui ſine vlla dubitatione cōſentit.& rurſus quoniā ei quę dicit non neceſſe eſſe/conſentit ea quę dicit poſſibile eſſe non eſſe:huius propoſitionis q̄ aliquid eſſe conſtituit ideſt poſſibile/principium eſt ea propoſitio quę dicit non neceſſe eſſe. Ergo ſiue affirmatiue neceſſitas proponatur/ſiue negatiue:videtur quoddam principium eſſe cęterorum/& cętera velut his ideſt neceſſarijs conſentientia iudicari oportere. Et hoc eſt quod ait.

Sol vero cum mouetur: nũq̃ ex poteſtate in actum vertitur. neq; enim aliquando hunc motum non egit. Neq; ignis vt nunc non caleret: aliquando non caluit. Ergo ea rurſus poſſibilitas quę ſecundum actum aliquem dicitur/ duas intra ſe ſpecies continet, vnam quę talem actum poſſibilitatis deſignet/ quem q; non eſſe non liceat. & hæc dicitur neceſſaria/ quæ nunq̃ ex poteſtate in actum vertitur: ſed in actu naturaliter manſit. Alteram vero quam liceat & non eſſe: quę ſcilicet ex poteſtate in actum migrauit/ & hoc non neceſſarium cum ſit actu. & hęc talis poſſibilitas quę ex poteſtate in actum vertitur: in ſolis mobilibus eſt/ hoc eſt quę moueri poſſunt. hęc autẽ ſunt corporalia. Incorporalia vero non moueri: quibus rationibus aſtruatur paulopoſt dicemus. Illę vero quę ſemper in actu proprię naturę qualitate manſerunt: & in mobilibus inueniuntur. vt igni calor qui ſemper actu & nunq̃ fuerit poteſtate. & in ijs quæ ſunt immobilia. hæc autẽ ſunt incorporalia & diuina. Quare poſſibilitas ea quę ex poteſtate in actũ migrauit: ſolorũ eſt corruptibilium & corporalium. Ea vero quę ſemper actu fuit: diuinis corporalibuſq; communis eſt. vt igitur tota ratio breuiter attingatur: ita dicendum eſt. Poſſibilitas equiuoca eſt/ & multa ſignificans. Eſt enim vna poſſibilitas: quę ipſa quidem cum non ſit/ in actu eſſe poſſit, atq; ideo de ea poſſibilitas prędicatur. Eſt autem alia quę iam eſt actu. hęc autẽ quę iam actu eſt/ nõ æquiuoca eſt: ſed genꝰ. habet enim ſub ſe ſpecies. eã ſcilicet poſſibilitatẽ quę actu quidẽ eſt: ſed ex poteſtate migrauit. aliã vero quę actu eſt: ſed ex poteſtate non migrauit. Et illa quidem quę ex poteſtate nõ migrauit: ipſa dicitur neceſſaria quę nunq̃ relinquit ſubiectum. Illa vero quę ex poteſtate ad actum tranſit: ſine vlla dubitatione dicitur non neceſſaria/ iccirco q; poterit relinquere ali quando ſubiectũ. ſed de ijs vtriſq; ſcilicet quę vel in poteſtate vel in actu poſſibilitates dicũtur: communis eſſe poterit prędicatio/ ſi dicamus vtraſq; eſſe nõ impoſſibiles. Nam & qui poteſt ambulare cum non ambulet/ & qui iam ambulat: verum eſt de ijs dicere quoniam non eſt impoſſibile eos id agere/ quod poſſunt agere vel agunt. Cum vero ſub ſignificatiõe poſſibilitatis duo ſint/ vna poſſibilitas quę actu non eſt/ alia vero quę actu eſt: illa poſſibilitas quę ſecundum poteſtatem dicitur/ neceſſitati non accommodatur/ neq; aliquãdo neceſſitati poterit conſentire. Reſtat igitur vt ſub ea poſſibilitate neceſſitas ponatur quæ actu eſt. ſed ea quoq; habet vnã ſpeciẽ p quã ex poteſtate in actũ migrat/ q̃ ẽ nõ neceſſaria. quare ne in hac qdẽ poni poteſt neceſſitas. Reſtat igitur vt (quoniam id quod neceſſe eſt eſſe nullus negat eſſe poſſibile/ ſub poſſibili autẽ eſt & ea quę poteſtate eſſe dicitur: ſed neceſſitas non ponitur/ neq; ſub ea poteſtate quę actu eſt & ſubiectum poterit relinquere) ponatur ſub eo actu qui ſubiectum relinquere non poteſt/ vt ſit neceſſitas poſſibilitas quæ actum & ſubiectum nunq̃ relinquat eo quod ad actum ex poteſtate non venerit. Species igitur quędam erit neceſſitas poſſibilitatis. ſiquidem illic ponitur vbi eſt ea poſſibilitas quę actu ſemper eſt. q; ſi ſpeciem ſequitur genus/ & vbi eſt ſpecies/ genus deeſſe nõ poteſt: ſequitur ſpeciem ſuam ideſt neceſſitatem/ genus propriũ ideſt poſſibilitas/ ſed nõ omne. Ea vero poſſibilitas neceſſitatem non ſequitur quæ poteſtate tantũ eſt non etiam actu/ neq; ea quę cum ſit actu relinquere ſubiectum poteſt: ſed ea tantum quę cum actu ſit nunq̃ poterit a ſubiecto diſcedere. Sequitur ergo poſſibilitas neceſſitatẽ/ nichilq; euenit impoſſibile: ſed ea vt dictum eſt quæ in actu ſit: & nunq̃ in ſubiecto natura eſſe deſiſtat. Totus quidem ſenſus huiuſmodi eſt: ratio vero verborum ita cõſtabit. Quędam vero (inquit) poteſtates æquiuocę ſunt: ſed hoc iccirco dictum eſt quoniam non omnis poteſtas æquiuoca eſt. Eſt enim poteſtas quę vt genus ſit/ ea ſcilicet quę ſecundũ actũ prędicatur. quẽadmodũ aũt quædã poteſtates æquiuocę ſint exequitur dicens. Poſſibile enim non ſimpliciter dicitur. & hoc ſic partitur. ſed hoc quidẽ quoniam verum eſt qđ in actu eſt. vt poſſibile eſt ambulare/ quoniã ambulat iam. & omnino poſſibile eſt eſſe/ qm̃ iam eſt i actu qđ dicitur eſſe poſſibile. Hoc planiꝰ nichil potuerit demõſtrari: q̃ ſi illud poſſibile dicatur/ qđ iam agitur. Qz ſi quis poſſibile eſſe neget: hoc ait/ & fieri atq; eſſe dicit quod impoſſibile eſt/ ſed hoc omnem modum rationabilitatis excedit. Aliã vero partem ſignificationis poſſibilitatis hanc dicit. Illud vero quoniam erit actu. & dat huius exemplum. vt poſſibile ẽ ambulare quoniam ambulabit. non ergo quod iam agit: ſed qđ forſitã aget. ideſt quod vt agat fortaſſe nichil prohibet. & hoc quidem (inquit) in mobilibus ſolis eſt poteſtas: hęc ſcilicet poteſtas quę poteſtate dicitur non ſecundum actum. Mobilia vero vt dictum eſt: ſola corpora dicit. Illa vero ideſt quę actu eſt: & in immobilibus. atq; ideo addidit hoc cum dicit/ & in immobilibꝰ: vt non ſuſpicemur in ſolis eſſe diuinis actus poſſibilitatem/ ſed etiam in mortalibus atq; corporeis. In vtriſq; vero verum eſt dicere: non impoſſibile eſſe ambulare vel eſſe quod ambulat iã/ & quod agit & ambulabile. In vtriſq; (inquit) ſignificationibus vna prædicatio poterit conuenire: vt dicamus nõ eſſe impoſſibile/ vel ambulare quod iam ambulat/ vel ambulare quod poteſt ambulare & non ambulat/ quod per hoc ait quod diximus ambulabile. Ambulabile enim ẽ qđ nõ quidem ãbulat: poſſit tamẽ ambulare. his addit. ſic igitur poſſibile nõ eſt verũ de neceſſario

perimentibus quæri oportere quæ magis earum videretur contraria? Contrarias autem dicimus/non ſecundum eum modum quem Ariſtoteles in prędicamentis explicuit:ſed tantum ad id quod res rem/vel propoſitio perimit propoſitionem/vt quaſi hoc modo quæratur. Affirmatio vniuerſalis ſecundum quam magis perimitur:vtrũne ſecundum eam quę vniuerſalis eſt negatio/aut ſecundum eam quę vel priuationem prędicat/vel quodlibet aliud quod ex ipſa oppoſitione vim contrarij repręſentet.vnde etiam illud latere non oportet:vniuerſali/eſſe dubiũ inter vniuerſalem affirmationem priuatoriã/& vniuerſalem negationem quę eſſet oppoſita contrarie.Supra enim iã dictum eſt affirmationi vniuerſali:negationem vniuerſalem eſſe contrariam.ſed hic vt dictum eſt:non hoc dicitur/ſed illud potius quę magis perimat rem.Nã quę magis perimit:ea prope modum videbitur eſſe magis cõtraria. Atq; ideo non ſolum de vniuerſalibus propoſuit/ſed ne ſuſpicaretur quis q̃ illam contrarietatem diceret quam vel in prædicamentis locutus eſt/vel rurſus ſupra cum de vniuerſali affirmatione & negatione loqueretur: de particularibus adiecit/quibus non erant cõtrarię affirmatio & negatio.Nam ſi recte ſuperius cõprehenſa meminimus:affirmatio vniuerſalis & negatio vniuerſalis cõtrarię eſſe dicebãtur.Nec ſolum hoc:ſed etiam ſecundum iuſtum & iniuſtum conſtituit quęſtionem/q̃ habitus & priuatio potius eſt/q̃ vlla contrarietas.Quare vt diximus intelligendum eſt eſſe nunc in quæſtione:quę propoſitio/quam propoſitionem proxime efficaciuſq; deſtruat ac perimat.huius inquirendę rei ratio exiſtet hoc modo. ¶Nam ſi ea quę ſunt in voce/ſequuntur ea quę ſunt in anima/illic autem contraria eſt opinio contrarij(vtquoniam omnis homo iuſtus eſt:ei quę eſt omnis hõ iniuſtus eſt)etiã in ijs quę ſunt in voce affirmatiõibus/neceſſe eſt ſimiliter ſeſe habere. q̃ ſi neq; illic contrarij opinio contraria eſt:nec affirmatio affirmationi erit contraria/ſed ea quę dicta eſt negatio.quare cõſiderandũ ẽ quę opinio falſa opinioni verę cõtraria eſt.vtrum negationis: an certe ea quę cõtrariũ opinatur.Dico autem hoc modo.Eſt quędam opinio vera boni/quoniã bonum eſt;alia autem quoniã non bonũ eſt falſa/alia vero quoniam malum/ſimiliter falſa: quæ harum contraria veræ/& ſi eſt vna:ſecundum quam contraria? ¶Hæc eſt inueſtigatio quæ magis ſit vniuerſali affirmationi cõtraria:vtrumne priuatoria vniuerſalis affirmatio/an vniuerſalis negatio.Hinc ſumitur q̃ omnis fere proprietas quam in vocibus neceſſe euenire eſt:ex opinionibus venit/quas voces ipſę ſignificant.quod igitur quęrendum in vocibus eſt:hoc prius eſt in opinionibus perſpiciendum. Neq; enim fieri poteſt vt cum vocum ſignificationes ex opinionibus veniãt/quas ſcilicet voces ipſę ſignificant:nõ prius proprietates vocum in opinionibus reperiantur.Requirendũ igitur eſt quemadmodũ ſe iſta in opinionibus poſita habeant:vt quod in his fuerit repertum/ad voces rationabiliter tranſferatur. quæratur igitur prius in opinionibus hoc modo.Si opinio priuatoria vniuerſalis affirmationis/magis eſt cõtraria opinioni ſimplicis vniuerſalis affirmatiõis q̃ opinio vniuerſalis negatiõis: manifeſtũ eſt qm̃ priuatoria vniuerſalis affirmatio/magis perimit vniuerſalẽ ſimplicem affirmationẽ/q̃ vniuerſalis negatio. Q̃ ſi illud magis repererit/q̃ opinio vniuerſalis negationis opinionẽ vniuerſalis affirmatiõis magis perimat/potius q̃ opinio priuatorię affirmatiõis:conſtat q̃ vniuerſalis negatio magis cõtraria eſt vniuerſali affirmationi/potiuſq̃ priuatoria affirmatio.Hoc aũt vt inueniat̃/ita faciendum eſt.ponatur opinio quędam vera:cõtra eã duę falſę/quarum vna affirmatio ſit priuatoria;altera vniuerſalis negatio.de duabus igitur falſis quam mendaciorem ratio inuenit:eam dicimus verę opinioni magis eſſe cõtrariam.Sint igitur tres opiniões:vna vera/duę falſæ.& ſit quidem vera hęc quę id quod bonum eſt bonum eſſe arbitratur/ea ſcilicet quã dicit Ariſtoteles opinionem eſſe boni quoniã bonum eſt.falſa vero vna quę quod bonum eſt bonum non eſſe dicit:ea eſt quã dicit Ariſtoteles falſa boni quoniam non bonũ ẽ.relíqua quę id quod bonũ eſt malum eſſe arbitratur:ea eſt quę ab Ariſtotele dicta eſt opinio boni quoniam malũ eſt.Ex his igitur tribus vna vera/duabus falſis:quærẽdum eſt quę magis ſit contraria verę. ſed quia contingit ſępe & negationem/& priuationem vnum ſignificare in ijs præſertim contrarijs in quibus nulla medietas inuenitur:addit/& ſi eſt vna/ſecundum quam contraria/Hoc autem huiuſmodi eſt.in ijs cõtrarijs in quibus nulla medietas eſt: idem negatio valet/quod etiam priuatio. In ijs vero in quibus eſt quędam medietas:affirmatio priuatoria/& negatio non eiuſdẽ ſignificationis ſunt.Age enim:ſint huiuſmodi contraria quę ſint immediata genitum eſſe & ingenitum eſſe.In contrarijs igitur immediatis:idẽ priuatoria affirmatio/quod negatio valet.in ijs autem quę medietatem habẽt:non idem.Neq; enim æquum eſt dicere quemlibet illum eſſe malũ: & rurſus non eſſe bonũ.Nã cum bonum negatur:poteſt aliquid medium audientis animus ſuſpicari. Cũ vero malũ ponitur:tota audientis ſuſpicatio in cõtrariũ reiecta eſt. atq; ideo non idẽ ſignificant.Sed quia ſępe(vt dictum eſt)priuatio vel contrarietas negationi conſentit:quoties tales quędã propoſitiones reperiuntur in quibus nichil a negatiõe diſcrepet priuatoria affirma-

& alia quemadmodū horum conſequentia / cōſiderare oportet. Cur autem illud eueniat cōſequenter oſtēdit dicens. Quoniam ea quę neceſſaria ſunt actu ſunt / vt frequenter ſupra mōſtratum eſt. ea vero quę neceſſaria ſunt : ſempiterna ſunt. quę vero ſempiterna ſūt / priora ſunt iſs quorū ſunt huiuſmodi poteſtates quę in actu nōdum ſunt : manifeſtum eſt quoniā & quę actu ſunt / & ex poteſtate ad actum non veniunt / priora ſunt. ſed de eo actu loquimur qui ex poteſtate ad actum nō venit : ſed ſemper actu proprię naturę conſtitutione permanſit. vt cum ignis caleat / vel ſol mouetur / & cætera huiuſmodi : ita ſunt vt actum nunq̄ reliquerint / neq; ab his actus abfuerit aliquando / neq; ex poteſtate ad hunc venerint actum. Quoniam ergo huiuſmodi fuerunt vt ſemper eſſent / quę autem ſemper ſunt / ea omnibus ſunt priora : erūt etiam poteſtate ſecūdum propriam naturā priora. ſed quę priora ſunt ſemper ſempiterna ſunt / & rurſus eadē neceſſaria ſunt actu : & neceſſe eſt vt ea q̄ actu ſunt iſs quę ſunt poteſtate / priora ſint. Poſt hęc fit rerum diuiſio ab Ariſtotele hoc modo. Rerum / alię ſunt actu ſemper qui ex poteſtate non venerit. & iſtę ſunt quarum nullę ſunt poteſtates / ſed ſemper in actu ſunt. Alię vero quæ ex poteſtate in actum remigrauerunt : quarum quidem ſubſtantia & actus / ſecundum tempus poſterior eſt poteſtate / natura vero prior. In omnibus enim illud quod eſt actu : prius eſt & nobilius / q̄ id quod poteſtate eſt. Illud eni quod poteſtate eſt : adhuc ad actum feſtinat. & ideo perfectio quędā actus eſt : poteſtas vero adhuc quiddam eſt imperfectum / quod tunc perficitur cum ad actū aliquando peruenitur. Quod autem perfectum eſt : eo quod eſt imperfectū generoſius & prius eſſe manifeſtum eſt. Nam ſi res quę ad actum ſuum ex poteſtate venerūt / pri⁹ fuerūt poteſtate / poſt vero actu : ergo actus earū rerū poſterior eſt poteſtate ſi ad tempus referamus / prior vero eadē poteſtate ſi ad naturam. & hoc eſt quod ait alias res eſſe quę cum poſſibilitate ſunt & actu ſunt : ſed actū poteſtate tēpore quidē poſteriorē habēt / natura vero priorē. quaſdam autem res eſſe in quibus ſola poteſtas ſit : nūq̄ act⁹ / vt nūerus infinit⁹. Creſcere eni nūer⁹ poteſt in infinita. quicūq; vero numerus dictus ſit vel centū / vel mille / vel decē milia / & cęteri : finitū eſſe neceſſe eſt. ergo actu nūerus nūq̄ eſt infinitus. quoniā vero poteſt in infinita concreſcere : iccirco ſolum poteſtate eſt infinitus. Eodem quoq; modo / & tempus. quantūcūq; enim tempus dixeris : finitum eſt. ſed quóniam tempus poteſt in infinita concreſcere : iccirco dicimus tempus eſſe infinitum / q; poteſtate ſit infinitum / nō actu. nichil eni actu poterit eſſe infinitū. Quod aūt ſupradixim⁹ q̄ ſēp actu eſſent / primas eſſe ſubſtantias : non ita putandū eſt / primas eum ſubſtantias dicere quemadmodum in categoriis vbi primas ſubſtantias indiuiduas dicit. hic autē primas ſubſtātias quę ſemper actu ſunt / iccirco nominat : qa vt dictū eſt / quę ſemp actu ſunt / principalia cęterarū rerū ſunt / atq; ideo primas ſubſtātias eas eſſe neceſſe eſt.

¶QVE MAGIS APTE / ENVNCIATIONES CONTRARIAE DICANTVR. Cap. IIII.

Trum autem cōtraria eſt affirmatio negationi / an affirmatio affirmatiōi : & oratio orationi quæ dicit quoniā omnis homo iuſtus eſt / ei quę eſt null⁹ homo iuſtus eſt. aut omnis homo iuſtus eſt : ei quę eſt omnis hō iniuſtus eſt. vt eſt Callias iuſtus / nō eſt Callias iuſtus / Callias iniuſtus ē : quę harū cōtraria eſt / ¶Poſt propoſitionū conſequentias pertractatas / & eas ſubtili inquiſitione diſpoſitas : illud exoritur inquirendum quod magnam vtilitatem ita prędicit / vt quantum in eo vtilitatis ſit / prima quoq; fronte legentium mētibus ingeratur. Nam cum ſit manifeſtū quoniam affirmationē oppoſita negatio ſemper oppugnet / maxi meq; perimat vniuerſalem affirmationem vniuerſalis negatio / quoniamq; non ignoratur q; affirmatio priuatoria quę contrarium affirmat ipſi quoq; contrarij perimat propoſitionem : quęritur quæ magis perimat / magiſq; oppugnet affirmatiuam / vtrum ne ea quę vniuerſalis negatio eſt / an ea quę contrarij vel priuationis affirmatio. ſit enim poſitū hāc eſſe affirmationē quę proponit omnis homo iuſtus eſt : hanc ergo duę perimunt propoſitiōes / & vniuerſalis ſcilicet negatio quę dicit quoniā nullus homo iuſtus eſt / & ea quę priuationem iuſtitię prædicat affirmādo / ea ſcilicet quę dicit / omnis homo iniuſtus eſt. Affirmatio igitur quę proponit / omnis homo iuſt⁹ eſt : perimitur & a negatione propria vniuerſali quæ dicit / nullus homo iuſtus eſt / & ab affirmatione priuatoria quæ proponit / omnis homo iniuſtus eſt. Cum igitur ab vtriſq; perimatur / quæ autem perimitur / ei quæ eam perimit videtur eſſe contraria / quoniamq; vt dictum eſt a duab⁹ perimitur / & duę vnius contrarię eſſe non poſſunt : quę duarum propoſitionum quas ſupra memorauimus ideſt negationis vniuerſalis / & priuatorię affirmatiuę / contraria ſit vniuerſali affirmationi ſuperius comprehenſę quęrendum eſt. In qua re q̄ ſit vtilis quæſtio / nullus ignorat qui cogitat : quia niſi hoc ab Ariſtotele quęſitum enodatumq; eſſet / magna foret dubitatio / an illud reciperetur / vt duo vnius poſſent eſſe contraria / quod manifeſte fieri nō poteſt. Nam cum duo vnam rem perimāt : quis eſſet qui dubitaret aut vnam rē duabus opponi / aut duabus vnā rem

eſſet infinitas conſtituere / atq; ad eã vim contrarietatis aptare. In omnibus enī contarijs: vnū vni cōtrarium eſt. ſi autem ſit quędam in propoſitionibus infinitas: illa tota infinitas propoſitionum vni propoſitioni contraria eſſe non poterit. Hoc ſumendo totum textum argumentationis ingreditur. Atq; non ſolum expectari oportet in propoſitionibus q; falſa verę ſit contraria: ſed q; inter omnes falſas / illa falſa ſit verę contraria quę vna eſt & non infinita. Poſſunt autem eſſe infinitę propoſitiones & falſæ / poteſt vna infinita eadem quoq; falſa: quæ verę contraria eō rationabiliter ponenda eſt. Volens ergo conſtituere quoniam negatio potius contraria ſit affirmationi q̄ ea affirmatio quæ contrarium ponit / hoc dicit. Poteſt (inquit) eſſe opinatio quędam quæ id quod eſt de vnaquaq; re eſſe opinetur. Eſt etiam alia quæ id quod non eſt: rem illam eſſe arbitretur. Eſt autem alia quę id quod ſecum habet res illa propoſita: nō eam habere putet. Et rurſus alia quę id quod eſt res ipſa: non eam id eſſe abitretur. Vt autem hoc peruagatum luceat: exemplum ſumpſit propoſitum de quo opinaretur aliquis id quod eſt bonum. Si quis igitur hoc bonum / bonum eſſe opinetur: vere opinabitur. Rurſus ſi quis hoc eſſe bonum quod nō eſt bonum putet: falſe opinabitur. vt ſi quis arbitretur quoniam bonum ledit / quoniam inutile eſt / quoniam bonum iniuſtum eſt: is ea de bono opinabitur quæ non ſunt / & hoc falſum eſt. Rurſus qui id quod in ſe habet bonum non habere arbitratur: is opinabitur hoc modo: bonū non eſt vtile / bonum non eſt iuſtum / bonum non eſt expetendum / & is quoq; fallitur. Q; ſi qs ſit qui hoc ipſum quod eſt bonum / non eſſe bonū arbitretur: vt non putet bonum / neq; malum eſſe id quod non eſt / neq; expetendum eſſe id quod in ſe habet / ſed id quod eſt ipſum bonū ideſt ipſam boni eſſentiam / ita arbitretur bonum non eſſe bonum. Cęterę igitur omnes opiniones infinite ſunt. Poſſumus enim permulta colligere falſa quæ cum non ſint de vnaq; q; re: ea tamen eſſe dicamus. vt in eo ipſo bono: poſſum dicere / quoniam malum eſt / poſſum quia turpe / quia iniuſtum / quia vitabile / quia periculoſum eſt / & cætera quæcunq; in bono nullus inueniet / & hæc ſunt infinita. Rurſus poſſum dicere ea quę habet bonum: non eſſe in bono. vt ſi dicam bonum non eſſe vtile / bonum non eſſe expetendum / bonum non eſſe quod auget / atq; hęc quidem rurſus infinita ſunt. Sed quando id quod eſt aliqua res aufert opinio: hoc facere niſi ſemel non poteſt. neq; enim aliqua per id effici poſſunt: ſi quod bonum eſt / non eſſe bonum arbitratur. Ergo cæterę quęcunq; id quod non eſt eſſe arbitrantur / aut id quod habet in ſe bonum / nō habere arbitrantur: falſę ſunt / ſed in infinitum. Bonum autem nūc ita vſurpat: tanq; ſi dicat bonitas. Si quis autem ipſam bonitatem non eſſe bonum arbitretur: is & falſus eſt / & definito modo falſus eſt. ſed in falſis quę definita ſunt / & vna numero: ea magis et proxime veris videntur eſſe contraria. vna enim res: ſemper vni rei eſt contraria. Quocirca hæc recte magis contraria eſt quæ negat id qđ eſt: potius q̄ ea quę negat vel id quod in ſe habet / vel affirmat quod in ſe non habet. Hoc autem vt clauderet non recto ſermone vſus eſt: ſed ad quiddā aliud orationem detorſit / quæ res confuſionem non minimam fecit. Nam cum dixiſſet non debere nos illas potius ponere contrarias / verę opinioni / quę infinitę ſunt: ſubiunxit illud quod ait / ſed in quibus eſt fallacia. hæ autem ſunt ex ijs ex quibus ſunt & generationes. hoc autem talem ſententiam claudit. inquit opiniones veris opinionibus opponendum eſſe contrarias / in quibus principium eſt fallacię. Fallaciæ autem ex ijs naſcuntur: ex quibus etiam generationes. generationes autem in oppoſitis inueniuntur. hoc autem tale eſt. Omnis generatio: ex permutatione eius quod fuit ſurgit. niſi enim id quod fuit i prius eſſe deſierit: nō poteſt eſſe generatio. Omne enim quod gignitur: in aliam quodam modo formam ſubſtantię permutatur. Ergo cum nō fuerit id quod fuit: tunc gignitur / & eſt quoddam aliud q̄ fuerit. & qui fallitur: id quod eſt quęlibet res / non eſſe arbitratur. Nam qui quod bonum eſt malum eſſe putat: fallitur. ſed fieri aliter non poteſt: vt ſit malum niſi non ſit bonum / & de cæteris eodem modo. Fallacia igitur eſt / & principium fallacię: cum quis id quod eſt aliqua res / non eam eſſe arbitratur. Hæc autem fallacia ex ijs eſt ex quibus ſunt generationes. Omnis enim generatio vt dixi: ex detrimento ſurgit. vt qđ fit dulce / nō fit ex albo / ſed ex non dulci. et rurſus quod fit album: non fit ex duro / ſed ex non albo. & cæterę generationes ex generationibus potius proficiſcuntur: & eſt prima fallacia. Q; ſi ibi prima fallacia ex quibus ſunt generationes / vbi integerrima falſitas eſt & proxima veræ opinioni / hæc autem non niſi in oppoſitis reperiuntur / hoc eſt in affirmationibus & negationibus: dubium non eſt quin negationis opinio magis contraria ſit ei opinioni: quę contrarium aliquid in arbitratione cōfirmat. Et ſenſus quidem huiuſmodi eſt: verba autem ieſe ſic habent. Si ergo (inquit) eſt boni quoniam bonum eſt opinatio: quę ſcilicet vera eſt. Eſt aūt quoniā non bonum eſt: quæ falſa eſt ac definita. Eſt vero quoniam aliquid aliud eſt: qđ nō eſt / neq; poteſt eſſe ideſt ea q̄ id eſſe aſcribit qđ nō eſt. aliarū quidem omnium nulla ponenda eſt / neq; q̄

tio/quęrendum eſt vt Ariſtoteli videtur/ ſecundum quam potius prolationem vel opinionem verę affirmationi vel opinioni contraria propoſitio vel opinio fiat. Quanq̃ enim interdum idē ſignificent: alio tamen modo ipſis propoſitionibus vtimur. Nam qui negationem ponit/ id qđ eſt dicit non eſſe: qui vero priuationem/ id quod non eſt dicit eſſe. Cum igitur diuerſum initiū & diuerſa intentio quodam modo ſit propoſitionum ſub eadem ſignificatione: & quæ earum magis verę propoſitioni contraria ſit/ & ſecundum quem motum animi magis vera propoſitio perimatur/ quęrendum eſt. hoc eſt enim quod ait. & ſi eſt vna/ ſecundum quam contraria? Non enim dicit ꝙ omnino negatio & priuatio vnum ſunt: ſed in iſs in quibus idem ſunt/ hoc eſt in immediatis contrarijs/ & quando idem ſignificant (quoniam non ſecundum vnum motum animi/ vnam ſignificationem dicunt: qui contrarium vel priuationem ponunt/ & qui negationem ſecundum quam contraria magis eſt propoſitio) vtrum ne ſecundum eam quæ priuationem ponit/ an ſecundum eam quæ negationem? Poſt hæc quemadmodum ſit contrarietatis natura deſignat. ¶ Nam arbitrari contrarias opiniones diffiniri/ eo ꝙ contrariorum ſunt: falſum eſt. boni enim quoniam bonum eſt/ & mali quoniam malum eſt: eadem fortaſſe opinio eſt etiam vera/ ſiue plures/ ſiue vna ſit. ſunt autem iſta contraria: ſed non eo ꝙ contrariorum ſint/ contraria ſunt/ ſed magis ꝙ contrarie. ¶ Senſus quidem breuiter expeditus: ſed ſumma rationis veritate cōtextus eſt. Cū enim de contrarijs diſputat/ quemadmodum contrariæ opiniones eſſe poſſint: prima frōte diſponit. Arbitrabantur enim quidam contrarias eſſe opiniones/ quę de contrarijs aliquid arbitrarentur: ſed hoc falſum eſſe cōuincitur. Neq; enim ſi bonum & malum contrarium eſt/ & aliquid de bono & malo opinetur: mox neceſſe eſt/ vt cōtrarietas ſubſequat. Age enī ql libet de bono opinetur quoniam bonum eſt/ rurſus de malo opinetur quoniam malū eſt: cum igitur idem de bono & malo opinetur/ illud quoniam bonum eſt/ hoc quoniam malū/ tamen contrarię opiniones non ſunt. Neq; enim contrarium eſt opinari id quod bonum eſt/ bonum eſſe: & id quod malum eſt/ malū eſſe. vtreq; enī veræ ſunt. Opinionū autem contrarietas: veritate & falſitate agnoſcitur. Hoc autem modo huiuſmodi opiniōes contrarię eſſe poſſunt: q̃ de eadem quodam modo affectione animi proficiſcuntur/ ideſt opiniones cognoſcentes quicq̃ quod verū eſt. Non igitur ſi quis cōtrariorum aliquā opinionē habeat/ & quicq̃ de cōtrarijs arbitretur: ſtatī neceſſe eſt ſubſequi in opinionibus contrarietatem. ergo non eſt contrarietas opinionum: in ea atbitratione quæ contrariorum eſt/ vel quę de contrarijs habetur. ſed potius cōtrarietas in opinionibus tunc fit/ quoties de vna eademq; re contrarie quis opinatur. vt quælibet res ſit propoſita bona/ de ea ſi quis contrario modo opinetur/ quoniam bonum eſt/ de eadem rurſus quoniam malum eſt: opinio quæ id quod eſt bonum/ bonum eſſe putat/ vera eſt. altera vero/ quę id quod eſt bonū malū eſſe arbitratur: falſa eſt. Vera autē & falſa: cōtrarię ſunt. recte igitur has opiniones/ quas veritas falſitaſq; diſtīgit: cōtrarias eſſe dicimus/ etſi nō cōtrariorum ſunt/ ſed de vna eademq; re per contrarietatem dictę. Recte igitur dictum eſt non oportere definire contrarias opiniones in eo quod contrariorum ſint: ſed potius in eo qđ de eadem re contraria ſuſpicentur. ordo vero ſermonum talis eſt. Nam arbitrari (inquit) contrarias opiniones definiri in eo quod contrariorum ſint/ ideſt in eo quod quędam de contrarijs opinentur: falſum eſt. quomodo autem falſum ſit: ipſe declarat. Boni enim quoniam bonum eſt/ & mali quoniam malum eſt: eadem fortaſſe eſt/ ideſt non ſibi ſunt contrarię opiniones/ ſed vtreq; idē ſunt. Quemadmodum autē idem ſint: ipſe ſubiungit dicens/ etiā vera. Iccirco enim idem ſunt: quia veræ ſunt. Contrarietas aūt: in veritate (vt dictum eſt) & falſitate eſt poſita. quare ſi conſentiunt: idem in veritate & in falſitate eſſe videbuntur. Nec hic numeroſitas impediet. ſiue enim plures/ ſiue vna ſit: in eo quod verę ſunt/ idem ſunt. Sunt autē (inquit) iſta contraria ideſt quę in opinionibus verſantur/ ſed non in eo quod vel contrariorum ſunt/ vel de contrarijs arbitrantur/ contrarię opiniones inueniuntur: ſed ipſorum cōtrarietas indenaſcitur/ ꝙ de vna re cōtrario modo opinantur. hoc eſt/ quod ait. ſed magis ꝙ contrarie. Hic autē contrarie aduerbij loco poſitum eſt/ tanq̃ ſi diceret. ſed magis ea re cōtrarię ſunt/ ꝙ contrarie opinantur: & ſubintelligimus de vna ſcilicet re. Si enī de vna re non contrarie opinentur/ ſed de pluribus: poterūt non eſſe contrariæ. quod facile cauteq; perſpiciens: vnuſquiſq; reperiet. ¶ Si ergo ē boni quidem quoniam eſt bonum opinio/ alia autem quoniam non bonum eſt: eſt vero quoniam aliqđ aliud eſt quod non eſt/ neq; eſſe poteſt. aliarum quidem nulla ponenda eſt: neq; quæcunq; eſſe quod non eſt opinantur/ neq; quęcunq; non eſſe quod eſt. infinitę enim vtreq; ſunt: & quæ eſſe opinantur quod non eſt/ & quę non eſſe quod eſt. ¶ Sed in quibus fallacia eſt. hę autem ſunt ex iſs ex quibus ſunt generationes. ex oppoſitis vero generationes/ quare etiam fallaciæ. ¶ Validam quidem ſententiam breuiſſimis ſermonibus clauſit: cuius vt breuiter dicendum ſit/ hæc vis eſt. Qui de cōtrarietate propoſitionum noſſe quęrebat: debebat primo quæ propoſitionum

go ea quę eſt/ quoniam non eſt bonum quod bonum eſt: eius quę ſecundum ſe eſt/ falſa eſt/ hoc eſt illa quę opponitur illi opinioni quę ſecundum ſe vera fuit. hoc enim hęc verba demõſtrant: cũ dixit, Ergo ea quæ eſt/ quoniam non eſt bonum quod bonum eſt: eius quæ ſecundum ſe eſt/ falſa eſt, ideſt quę ipſum bonum negat bonum eſſe: per ſe verę propoſitionis falſa eſt ideſt oppoſita. falſitas enim: veritati opponitur. Illa vero quę eſt quoniam malum eſt: eius quæ eſt ſecundum accidens. hoc eſt illa opinio/ quę id quod bonum eſt/ malũ arbitratur eſſe: falſa ẽ & oppoſita eí propoſitioní quę eſt ſecundum accidens vera/ ideſt quę opinatur bonum nõ eſſe malum. Quare magis erit falſa de bono ea quę eſt negationis opinio: q̃ ea quę eſt contrarij, ideſt magis contraria eſt negatio: q̃ affirmatio contrarij. Siquidem cum ſint de bono vtræq; prędicatę: falſior tamen negatio reperitur. Sed quod dixit bono accidere vt malum non ſit: non ita intelligẽdum eſt quemadmodum ſolemus dicere/ ſubſtantiæ aliquid accidere (neq; enim fieri poteſt) ſed accidere hic intelligẽdum eſt ſecundo loco dict. príncipaliter enim quod eſt bonũ/ dicitur bonũ: ſecundo vero loco dicitur/ non eſſe malum. hoc autem tractum eſt a ſimilitudine ſubſtantiæ/ & accidẽtis. vnaquęq; enī ſubſtãtia príncipaliter quidẽ ſubſtãtia eſt: ſcdo vero loco/ vel alba/ vel bi
» peda/ vel iacens/ vel quícquid ſubſtantíjs accidere poteſt. ¶ Falſus autem eſt maxime/ qui circa
» ſingula habet contrariam opinionem. contraria enim eſt eorum quę plurimum circa idem diſ-
» ferunt. ſi igitur harum contraria eſt altera/ magis vero negationis eſt cõtraria: manifeſtum eſt
» quoniam hæc erit contraria. ¶ Vis omnis argumentationis/ vt breuiſſime expediatur: huiuſmodi eſt. Omne verum: aut ſecundum ſe verum eſt/ aut ſecundum accidens. quia neceſſe eſt etiam falſum: aut ſecundum ſe falſum eſſe/ aut per accidens. Verum autem illud eſſe verius conſtat/ quod ſecundũ ſe ẽ potiuſq̃ illud qđ per accidens. qui vero cõtrariã de re alicuius habet opinionem q̃ res ipſa eſt: neceſſe eſt vt plurimũ falſus ſit. etenim contrarietas opinionum eſt/ quoties de vna eadẽq; re longiſſime a ſe abſiſtentes opiniones ſunt. Quod igitur magis falſum eſt: hoc erit etiam cõtrarium. Illud enim quod magis a veritate abeſt: hoc magis falſum eſt. In opinionibus vero quæ a ſe plurimum differunt: ea ſunt contraria. illa igitur in opinionibus cõtraria eſt: q̃ plurimum falſa eſt. Eſt autem vt dictum eſt plurimum falſa: quæ ſecundum ſe falſa eſt/ ideſt q̃ illam perimit propoſitionem quæ ſecundum ſe vera eſt. hęc autem negatio eſt. negatio igitur contraria eſt affirmationi potius q̃ ea affirmatio quæ contrarium ponit. Talis igitur ſenſus his verbis includitur. Falſus eſt autem magis (inquit) circa ſingula qui habet contrariam opinionem. Quam q̃ enim poteſt eſſe quílibet falſus/ etiam ſi de eadem re contrariam non habeat opinionem: ille tamen magis fallitur qui contrarium aliquid opinatur. Hoc autem cur eueniat dicit, contraria enim: eorum ſunt quæ plurimum circa ídem differunt. Iccirco enim maxime falſa contraria opponuntur: quía contrarietas non niſi ín plurimum diſcrepãtibus inuenitur. Qz ſi harum contraria eſt altera/ ideſt ꝙ ſi harum propoſitionum vel quæ per ſe falſa eſt/ vel quæ per accidens/ vnam contrariam eſſe neceſſe eſt: magis vero contraria contradictíonís/ hoc eſt magis autem falſa negatio. Hoc enī ẽ quod ait, magis vero negationis eſt contraria, hoc ſenſit tanq̃ ſi dixiſſet, magis vero falſa cõtradictionis eſt/ ideſt magis vero falſa negatio eſt. concludit/ ſi illa vt dictum eſt ſuperius/ ita ſunt: manifeſtum eſſe quoniam hęc ideſt contra-
» dictionis erit contraría. ¶ Illa vero quæ eſt quoniam malum eſt quod bonum eſt: implicita eſt.
» Etenim quoniam non bonum eſt/ neceſſe eſt forte ipſum eundem opinari. ¶ Poſtq̃ iccirco cõtrariam potius negationem monſtrauit eſſe: ꝙ hęc magis eſſet falſa q̃ ea quæ contrarium affirmaret/ & diſtinctione falſitatis contrariam eſſe propoſitionem opinionemq;/ quæ rem propoſitam negaret/ edocuit: nunc ex ſimplicibus implicitiſq; propoſitionibus opinionibuſq; idem nititur approbare. Dicit enim ꝙ ea affirmatio quæ contrarium ponit implicita & non ſit ſimplex. Iccirco aũt implicita eſt: ꝙ qui arbitratur id quod bonum eſt malum eſſe/ mox illum quoq; opinari neceſſe eſt id quod bonũ ẽ bonũ nõ eſſe. Neq; enī aliter malum eſſe poteſt/ ní ſi bonum non ſit. Quare q quod bonum eſt malum eſſe arbitratur/ & rem bonam malum putat: & eandem ipſam nõ eſſe bonum. Non igitur ſimplex eſt hæc opinio de bono/ quoniam malum eſt, continet enim intra ſe illam/ quoniam non eſt bonum. Qui vero opinatur nõ eſſe bonum quod bonum eſt: nõ illí quoq; neceſſe eſt opinari/ quoniam malum eſt. Poteſt enim: & nõ eſſe aliquid bonum/ et malum non eſſe. Atq; hoc quidem in ijs inuenitur rebus in quibus aliqua medietas poterit inueníri. hoc quoq; cautiſſime addidit. His igitur ita poſitis/ quoniam contrarij opinio non eſt ſimplex/ ſimplex vero eſt negationis: neceſſe eſt vt contra ſimplicem opinionem/ ſimplex potius videatur eſſe contraria. Eſt autem ſimplex opinio boni/ quoniam bonum eſt/ vera: ſimplex vero boni quoniam bonum non eſt/ falſa. Simplici igitur opinioni de bono quoniam bonum ẽ: ſimplex erit cõtraria negatiõis/ quę eſt boni qm̃ nõ eſt bonũ. Tota vero vis hui⁹ argumentatiõis hũc tracta eſt: quoties vera eſt quędã ꝓpoſitio & duę q̃ eã

cunq; esse quod non est opinatur/ ideſt quæ id quod non est res proposita/ eam esse putat: neq; quæcunq; non esse quod est, ideſt neq; ea quę id quod habet res proposita ī opinionib⁹ negat. Cur aũt ista non opinant contrarie: docet hoc modo. Infinitę eni (inqt) vtrę q; sunt: & q̄ esse opinantur quod non est/ & quę nõ esse quod est. sed quę magis ponenda est? In quibus est (inquit) fallacia/ ideſt in quibus principium fallaciæ est. Principium autem fallacię vnde ducitur: ex iis ducitur/ ex quibus sunt & generatiões. vnde autem sunt generationes: ex oppositis. Omnis eni (vt dictũ est) generatio/ ex eo ẽ qđ nõ est: q; scilicet ad negationẽ vergit id quod fuit. Quare (inquit) etiam fallacia/ & principium fallacię in oppositis inuenitur: vbi etiam generationes/ ex q⁹ bus est ipsa fallacia. ¶ Si ergo quod bonum est/ & bonum & non malum est/ & hoc quidem secundum se/ illud vero secundũ accidens (accidit eni ei non malum esse) magis aũt in vnoquoq; vera ẽ quę secũdum se est: etiam falsa/ siquidem & vera. ergo ea quę est/ quoniam non est bonũ quod bonum est/ eiusq; secundum se est/ falsa est: illa vero quę est quoniam malum est/ eius q̄ secundum accidens. quare magis erit falsa de bono: ea quę est negationis opinio/ q̄ ea quæ est contrarij. ¶ Licet hæc omnia primę æditionis commentario diligentissime explicuerimus: ne tamen curta expositio huius libri esse videatur/ hic quoq; eadem repetentes explicabimus. Est namq; ingressus huius argumentationis huiusmodi. Si (inquit) vera posita propositione/ plures sunt quę eam perimũt falsę: illa inter eas verę ꝓpositioni magis erit contraria/ quęcunq; magis est falsa. Quærendum igitur est/ quę inter plures falsas propositiões magis falsa sit: vt ea verę propositioni magis videatur esse contraria. hoc autem per veritatem dicendum est. Nam cũ vere & per se aliquid dici possit/ & per accidens: illud tamen maxime veritatis naturam tenet/ quod secundum rem ipsam dicitur/ potius q̄ quod secundum accidens venit. vt si quis de bono opinetur/ quoniam bonum est: hic secundum rem ipsam veram opinionem habet. Si nquis vero arbitretur/ quoniam bonum vtile est: verum quidem opinabitur/ sed ista veritas de bono per accidens fit boni. accidit enim bono/ vt vtile quoq; sit. Quare illa quę bonum bonum esse arbitratur per se vera est, ideſt secundum ipsam rem vera est: illa vero quę id quod bonum est vtile esse opinatur/ per accidens boni/ vera est. In quam rem propinquior naturę bonitatis est ea q̄ id quod bonum est/ bonum esse arbitratur: q̄ ea quę id quod bonum est vtile. quod si ita est: verior illa quę secundum ipsam rem vera est/ potius q̄ ea quę est secundum accidẽs vera/ esse videtur. His igitur ita constitutis/ & de falsitate idem dicendum est. Falsa enim propositio quę illi verę contraria est quæ secundum se est: magis falsa est q̄ ea quæ eam veram perimat/ quæ secũdum accidens est. Nam si verior est ea quæ de ipsa natura rei verũ aliqd opinat: illa erit magis falsa quę perimit veriorem. q; si illa quã q̄ est vera/ minus tamen/ quia de rei accidẽte pronunciat: minus quoq; illa erit falsa/ quę minus veriorem perimit. His igitur ita constitutis: videmus nunc quemadmodum se in iis habent opinionibus/ vel propositionibus de quibus nũc tractatur, idem igitur sit exemplum vt supradictum est/ id quod bonum est: & bonum est/ & non malum. sed quod bonum est: secundum ipsam rem est. qđ vero malum nõ est: accidit ei. nam id qđ bonum est: per naturam bonum est. quod vero malum non est: secundo loco/ & quasi accidenter est. Ergo opinio de bono quoniam bonum est: verior est propinquiorq; naturę ea opinione quæ est de bono/ quoniam malũ nõ est. Si igitur ita est/ & ea quę veriorem opinionem perimit/ magis falsa est/ q̄ ea quę veram/ quæ quã q̄ vera sit minus tamen est vera: manifestum est quoniam negatio magis falsior est/ q̄ affirmatio quæ contrarium ponit. Nam negatio dicit non eẽ bonum quod bonũ est: affirmatio vero malum esse quod bonum est. negatio quæ est non esse bonum quod bonum est: illam secundum se opinionem veram perimit/ quæ dicit bonum esse qđ bonum est. Illa vero affirmatio cõtrarij/ quæ est malum esse quod bonum est: illam opinionem perimit veram quę de bono secundum accidens est/ ideſt non malum esse quod bonum est. Cõstat igitur magis falsam esse opinionem quę dicit non esse bonum quod bonum est: potius q̄ ea quę opinatur malum esse quod bonum est. Q; si est falsior/ magis contraria, magis igitur contraria est negationis opinio/ q̄ contrarię affirmationis. Expedito igitur sensu: verba ipsa demõstranda sunt. Si ergo (inquit) quod bonum est/ sit bonum & non sit malũ/ & hoc quidem secundum se ideſt vt quod bonum sit/ bonum esse dicatur: illud vero secundum accidens/ hoc est qđ bonum est/ vt malum non sit. accidit enim ei malum non esse. Magis autem in vnoquoq; est vera quæ secundum se est. Nam quod secundum vniuscuiusq; naturã est: propinquius est ei rei cui est secundum naturam. Quocirca & veritas secundum rem: quia rei proxima/ verior est q̄ ea quæ secundum accidẽs est. hoc est enim quod ait. Magis autem in vnoquoq; vera est q̄ secũdum se est. qđ si hoc ita est: etiã falsa/ ideſt etiã illa falsitas est magis falsior q̄ illã perimit opinionẽ/ vel ꝓpositionẽ q̄ secũdũ se vera ẽ. Siquidẽ illa scđm se vera verior est q̄ q̄ secũdũ accidẽs rei vera est. hoc est eni/ quod dicit, siquidem et vera. hoc igitur exponẽs exemplo confirmat. Er-

rit ſecūda ad quartam. Hoc enim ipſum breuiter facillimeq; numeris agnoſcimus. Sit enī primus numerus 1/ſecundus 6. rurſus inchoantibus tertius 4/quart⁹ 12. In his igit̄ præcedētes qdē ſunt duo & q̄ttuor: ſeq̄ntes vero ſex/& duodecī. Sunt aūt vt duo ad ſex: ita q̄ttuor ad duodecī. Nā ſicut duo ſenarij tertia ps eſt: ita q̄ternarī⁹ duodenarij tertia ps ē. quocirca ſicut q̄ternarī⁹ p̄cedēs ad ſequētē: ita alius p̄cedēs ad aliū ſequētē erit. & vt p̄cedēs ad p̄cedētē: ita ſequēs ad ſequentē. ſed ad q̄ttuor qui ſunt p̄cedētes duo medietas eſt. ſex igit̄ ad duodecī medietas eſt. Ergo⁊ omni ꝓportiōe hoc reſpiciendū eſt/ q⁹ ſi de q̄ttuor ꝓpoſitis rebus ſicut prima eſt ad ſecūdam: ita tertia ad quartam: erit vt prima ad tertiam/ ita ſecunda ad quartā. Iſta igitur numerorum proportio ad propoſitionum vim naturamq; trāſferatur. ſintq; duæ propoſitiones primę: quarum vna prędcedens/ altera ſequēs. & alię rurſus duę: quarum vna præcedēs/ altera ſimiliter ſequēs. & in his ſit aliqua ſimilitudo. Sit enī prima boni quoniā bonū eſt p̄cedēs/ hanc ſequatur boni quoniam non bonum eſt. Rurſus ſit prędcedēs tertia non boni quoniam non bonum: hāc autē ſequens quarta non boni quoniam bonum eſt.

	1	2	
Præcedentes	Boni quoniam bonum eſt	Boni quoniam nō bonum eſt	Sequentes
	Non boni quoniam non bonū eſt 3	Nō boni quoniā bonum eſt 4	

¶ Perſpiciatur igitur in his quæ ſit ſimilitudo proportionum. Eſt enim vt prima boni quoniam bonum eſt/ ad ſecundam boni quoniā bonum non eſt: ita tertia non boni quoniam bonum nō eſt/ ad quartam non boni quoniam bonum eſt. Nam ſicut boni quoniam bonum eſt/ vera propoſitio eſt/ falſa autem boni quoniam non eſt bonum: ita quoq; non boni quoniam non eſt bonum/ vera propoſitio eſt/ falſa autem nō boni quoniā eſt bonum. Quod ſi ita eſt/ & eodem modo ſeſe habet opinio boni quoniam bonum eſt/ ad opinionem quę eſt boni quoniam bonum non eſt/ quēadmodum etiam opinio non boni quoniam nō bonum eſt ad opinionem nō boni quoniam bonum eſt: & quēadmodum ſe habet prima ad tertiā/ ita ſeſe habebit ſecunda ad quartam. Quemadmodum ſeſe habet igitur boni quoniam bonum eſt/ ad eam quæ eſt non boni quoniā non bonum eſt/ cum vtręq; ſint veræ: ita ſeſe habet opinio boni quoniam bonum non eſt/ ad opinionem non boni quoniam bonum eſt/ q⁹ ipſę quoq; vtręq; ſūt falſæ. nam ſicut illę ſimul verę: ita iſtę ſimul falſæ. quocirca vt eſt prima ad tertiam: ita ſecunda ad quartam. Oſtenſa igitur hac proportione immutato ordine eędem diſponantur: ſed ſit prior opinio ea quæ eſt non boni quoniam bonum non eſt/ eamq; ſequatur boni quoniam bonū eſt. & ſub his prædcedens tertia non boni quoniam bonum eſt/ quarta ſequens boni quoniam bonū non eſt.

	1 Vera	2 Vera	
Præcedentes	Nō boni quoniam bonum non eſt	Boni quoniam bonum eſt	Sequentes
	Non boni quoniam bonum eſt 3 Falſa	Boni quoniam bonum non eſt 4 Falſa	

¶ Vt igitur ſuperi⁹ demonſtratum eſt: ita ſeſe habet opinio non boni quoniam non bonum eſt/ ad eam opinionem quæ eſt boni quoniam bonum eſt/ quemadmodum non boni quoniā bonum eſt/ ad eam quę eſt boni quoniam nō bonum eſt. vt enim illę ſimul verę: ita hę ſimul falſę/ eademq; proportio eſt. Quocirca erit ſicut prima quæ eſt non boni quoniam non bonum eſt/ ad tertiā eā quę eſt nō boni quoniam bonū eſt: ita erit ſecūda boni quoniā bonum eſt/ ad quartam boni quoniam nō eſt bonum. Requirēdum igitur eſt quemadmodum ſit prima ad tertiam: vt ex eo ſpeculemur quemadmodum ſit ſecunda ad quartam. Dico enim quoniam huic opinioni quę arbitratur non eſſe bonum quod nō bonum eſt: quoniam cōtra illam eſt quę arbitratur id quod bonum non eſt/ bonū eſſe. Age enim (ſi potius eſt) contra eam opinionem quæ id quod bonum non eſt/ nō bonū putat: ſit ea quę id quod bonum nō eſt malum putat. ſed hoc fieri non poteſt. Cōtrariæ enim opiniones ſimul nunq; verę ſunt. poſſunt autem ſimul hę eſſe veræ. Si quis enim parricidium quod non eſt bonum putet non eſſe bonum/ idem quoq; parricidium quod per naturā non eſt bonū/ malū putet: vere vtraq; opiniōe arbitratur. igitur nō eſt cōtraria opinio ea quę id qđ bonū nō eſt/ nō bonū putet: ei q̄ id qđ bonū nō eſt/ malū arbitratur. Rurſus ponat̄ eidē opinioni de nō bono/ qm̄ nō eſt bonū: cōtraria ea q̄ arbitratur id qđ nō ē bonū nō eē malū. id quoq; cōtrariū non eſt. Fieri enī poteſt/ vt id qđ bonū nō ē nec malū ſit. Neq; enim oīa quęcūq; bonū non ſunt: mala ſunt ſtatī/ ſed eſt vt bona quidē non ſint/ tamē nec mala ſint. Si quis enim lapidem nequicq̄ iacentem quod per ſe bonum nō eſt/ non bonum eſſe putet:

perimere poſſint/ſi vna earũ nichil indigens alterius/veram propoſitionẽ perimat/reliqua vero
præter alteram eandem propoſitionem perimere non poſſit: illa magis dicenda contraria eſt/
quę ſibi ſufficiens/nec reliquę indigens/ propoſitam propoſitionem perimere valet. veram au-
tem propoſitionem de bono quoniam bonum eſt:ſola negatio perimere poteſt/& ad illius verę
interitum eſt ſibi ipſa ſufficiens quę dicit quoniam bonum non eſt. Illa vero quę opinatur ma-
lum eſſe ſibi ſola non ſufficiet:niſi illa quoq; ei auxilietur/quę ait id quod bonum eſt bonum nõ
eſſe. Iccirco enim contraria illam aufert:quia ſecum negationes trahit. manifeſtũ ergo eſt hãc
q̃ ad verę propoſitionis interitum ſibi ipſa ſufficit:recte magis contrariam videri/q̃ quę ſibi ipſa
» non ſufficit/niſi ei vis negatiuę ꝓpoſitiõis addat. ¶Amplius. Si etiã in alijs ſimiliter oportet ſe
» habere:& hoc modo videbitur bene eſſe dictum. Aut enim vbiq; ea quæ eſt cõtradictionis/aut
» nuſq̃. quibus vero non ſunt contraria:de illis quidem falſa/ea quę eſt verę oppoſita. vt qui ho-
» minem non putat eſſe hominem: falſus eſt. ſi igitur hę contrarię ſunt :etiam et alię quę ſunt cõ-
» tradictionis. ¶Quod de his (inquit) propoſitionibus dicimus:ſi hoc in omnibus inuenitur/firmum debet eſſe quod dicimus. Neq; enim veriſimile eſt in alijs quidem propoſitionibus nega-
tiones eſſe contrarias :in alijs vero affirmationes/quę contrarium ponunt. Sed ſi hoc in omni-
bus propoſitionibus inuenitur/& cõtradictionibus/vt contradictio potius cõtraria ſit ideſt ne-
gatio/q̃ quę contrarium habet:nichil eſt dubium quin hæc ratio conſiſtat in omnibus. Sin ve-
ro in alijs ea quę contrarium ponit/magis contraria eſt q̃ negatio: hic quoq; ita ſeſe manife-
ſtum eſt habere. vbi enim inueniri poteſt contrarietas:in ijs dubitatio eſt quę nam ſit cõtraria/
vtrumne ea quę cõtrarium affirmat/an ea quę id quod propoſitum eſt/negat. Ergo in ijs in qui-
bus dubium non eſt/quemadmodum ſit:hoc ſpeculandum eſt. Dubium autem non eſt in ijs in
quibus non eſt contrarietas:vt in ſubſtantijs. hic enim:ſolę ſunt contrarię negationes. Si ergo
huic contrarię opinioni quæ eſt de homine quoniam homo eſt/ illa opponitur quę eſt de homi-
ne quoniam homo non eſt:manifeſtum eſt in alijs quoq; in quibus contrarietas inuenitur/locũ
contrarietatis negationem potius obtinere. Nam ſi in ijs in quibus contrarietas eſt in bono vel
in malo/manifeſtum eſt non potius illam eſſe contrariam quę bonum negaret/q̃ illam quę ma-
lum obtineret et quę id quod bonũ eſt bonũ eſſe arbitretur: nec in ijs eam cõtrariam eſſe opor-
teret/ i qb9 cõtrarietas nulla eſt. Quid eni attinet cũ ex homine dicim9 qđ cõtrariũ nõ habet/
ibi eſſe negationẽ cõtrariã: cum vero de bono quod cõtrariũ habet/ibi non eſſe/ſed potius eã q̃
cõtrarium poneret/ quocunq; enim vertitur negatio:ſuam vim in omnibus ſeruare debet. Qã
ergo dicitur ab Ariſtotele/vt breuiter explicẽ/tale eſt. ſi in alijs negatio eſt contraria/ hic quoq;
negationem eſſe contrariã manifeſtũ eſt. ꝙ ſi in alijs minime: nec in ijs quoq; quę ſupra poſu-
it. ſed in omnibus alijs in quibus contrarietas non inuenitur:contradictio contrarieratis locũ
tenet. & in ijs igitur in quibus eſt contrarietas/ eundẽ locũ neq; aliũ tenebit. qđ his verbis expli
cuit. Ampli9 ſi etiã in alijs ſimiliter oportet ſe habere:& hoc modo videbitur bene eẽ dictũ. Nã
ſi in omnib9 alijs ita ſe habere neceſſe eſt:et in ijs quę ſupradicta ſunt ita ſeſe habet/& id quod
dictum eſt/optime dictum eſſe videbitur. aut enim vbiq; ea quæ eſt contradictionis: aut nuſq̃.
alicubi quidem contrariam reperiet: alicubi vero minime. quibus vero non eſt contrarium/vt
in ſubſtantijs in quibus nulla eſt contrarietas (hoc enim nos ſi bene meminimus/prædicamẽ-
ta docuerunt) de ijs eſt quidem falſa ea quę eſt oppoſita verę: ideſt in his inuenitur quidem op-
poſita falſa opinio veræ opinioni/ſed quę ſit iſta manifeſtum eſt. Nam vbi nulla contrarietas ẽ:
liquet contradictionis eſſe contrarietatem/vt qui hominem nõ putat hominem/falſus eſt. Hæc
enim ſola contrarietas verę propoſitionis inuenitur. Si ergo hę contrariæ ſunt :& illę alię q̃ ſunt
contradictionis. ideſt ſi in ijs quæ contrarietatem non habent negationes ſunt contrariæ (ne-
ceſſe eſt eni aliquas eſſe cõtrarias) in alijs oib9 etiã in quibus eſt aliqua contrarietas/vt bono &
» malo: negatio locum obtinet contrarietatis. ¶Amplius. Similiter ſe habet opinio boni quoni-
» am bonum eſt:& non boni quoniam non bonum eſt. & pręter has boni quoniam non bonum
» eſt:& non boni quoniam bonum eſt. illi ergo quæ non boni quoniam non bonum verę opini-
» oni: quæ eſt contraria? Non enim ea quæ dicit quoniam malum eſt: ſimul enim aliquando erit
» vera. nunq̃ autem vera verę contraria eſt. eſt enim quoddam non bonum/malum. quare con-
» tingit ſimul eſſe veras. At vero nec illa quæ eſt quoniam non malum. vera enim & hæc. ſimul
» eni & hæc erunt. relinquitur igit et q̃ eſt nõ boni quoniã non bonũ eſt: cõtraria ea q̃ eſt nõ boni
» quoniam bonum eſt. falſa eni hęc. q̃re & ea q̃ eſt boni qm̃ nõ bonũ eſt: ei q̃ eſt boni qm̃ bonũ eſt.
¶Quęcunq; ſuperius dicta ſunt: ea rurſus validiore per proportionem argumentatione/confir
mat. Proportio autem: eſt rerum inter ſeinuicem ſimilitudo. Si igitur poſitę ſint res quattuor/
quarum duę ſunt pręcedentes/reliquę ſequentes/& ſic ſe habet prima ad ſecundam quemad-
modum tertia ad quartam: neceſſe eſt ita ſe habere primam ad tertiam/ quemadmodum ſue-

quę paululum quiddam diſtant / ſed non ad qualitatem / nec ad vim propoſitionis / ſed ad quantitatem refertur. vniuerſalitas enī quātitati opponitur. Et ſenſus qdē huiuſmodi eſt: verba vero ſic ſunt. Superius propoſuerat nichil intereſſe an indefinita eſſet propoſitio / an vniuerſalis: cur autem nichil interſit / hoc modo dicit. Nam ea quę eſt boni quoniam bonum eſt ideſt indefinita affirmatio: ſi vniuerſaliter ſit bonum ideſt ſi bonum vniuerſaliter proferatur / eadem eſt ei quæ opinatur quicquid bonum eſt quoniam bonum eſt / ideſt nichil diſcrepat ab ea opinione q̄ opinatur quicquid bonum eſt bonum eſſe. huiuſmodi autem opinio nichil differt ab ea quę aperte vniuerſaliter proponitur: quę eſt omne quod eſt bonum / bonū eſt. Similiter autem & in nō bono / ideſt non bonum eadē ratione dicimus. Ea namq; propoſitio vel opinio q̄ opinatur non bonum eſſe: ſi ei addatur vniuerſalitas / nichil differt ab ea q̄ vniuerſaliter aperte proponitur / quæ eſt omne qđ bonum nō eſt non eſt bonum. ¶ Quare ſi in opinione ſic ſe habet / & ſunt eę q̄ ſunt
» in voce affirmationes & negationes / notę earum quę ſunt in anima: manifeſtū eſt quoniam af
» firmationi contraria quidē negatio eſt / quę de eodē vniuerſaliter. vt ei quæ eſt quoniam omne
» bonum / bonū eſt / vel quoniam omnis homo bonus: ea q̄ eſt quoniā nullum / vel nullus. cōtra
» dictorie autem quę eſt quoniā non omne aut non omnis. ¶ Superiores omnes argumentatio
» nes ad bonum tollit: redigitq; ad concluſionem omnem queſtionis vim. Supra enim negationes & affirmationes earū / contrarietates de opinionibus penſare oportere prędixerat. nunc vero quoniam in opinionibus reperit illā cōtrariam eſſe quę eſſet vniuerſalis negatio: idem refert ad propoſitiōes / quas manifeſtū eſt (quoniā voces ſunt & ſignificatiuę) paſſiōes animi deſignare. In principio enim libri ſignificatiuas voces paſſiones animę monſtrare veraciter docuit: nūc ea velut probaturus / quoniam in opinionibus illa contraria vniuerſali affirmationi reperta eſſet q̄ eſſet vniuerſalis negatio / potius q̄ ea quæ contrariū vniuerſali affirmatiōi affirmaret: idem quoq; arbitratur in vocibus prouenire / hoc eſt affirmationi vniuerſali nō affirmationem cōtrariam rem ponentem / ſed vniuerſalem negationē eſſe contrariā. contradictorias vero eas quę cū affirmatio vniuerſalis eſſet: particularis negatio inueniretur. Atq; hoc quidem pleniſſime dictū eſt: nec aliqs in verbis error ē. ſed nos (vt cętera) nichil ābiguū relinquētes / ipſorū quoq; verborū ſenſū eorūq; ordinē proſequimur. ait enī. Quare ſi i opiniōe ſic ſe habet / ideſt q; opinio negatiōis cōtraria inuenit opinioni affirmationis / potius q̄ cōtrariū ponēs affirmatio. & ſunt eę q̄ ſunt i voce affirmationes & negationes / notę earū q̄ ſunt in aīa. Nā ſicut in voce affirmatio & negatio ē: ita quoq; etiā in opinione / cū ipſe animus in cogitatione ſua aliqd affirmat / aut aliquid negat. qđ nos alio loco diligentius expediem⁹. Ergo qñ affirmatiōes & negationes quæ ſunt in voce notæ earū ſunt affirmationum vel negationum quæ ſunt in anima: manifeſtum eſt qñ affirmationi contraria quidem negatio ē / q̄ de eodem vniuerſaliter. de eodem autem addidit / ne diſiunctim affirmationes & negationes contrarias diceremus: ſed ait / affirmatio & negatio eſſet de vna eadēq; re / & illam quidem vniuerſaliter affirmare / illam vero vniuerſaliter negare. Earum autem hæc ſunt exempla / vt ei quæ eſt quoniā omne bonū bonum eſt / vel quoniam omnis homo bonus eſt: ea quæ eſt quoniam nullū ideſt nullū bonū bonū eſt / q̄ cōtraria eſt. vel qđ nullus / hoc eſt nullus hō bonus eſt. Contradictoria autē: aut non oīs ideſt nō omnis hō bonus eſt / contra eam quę dicit omnis homo bonus eſt. aut non omne hoc eſt non omne bonū bonum eſt / cō tra eam quę dicit quoniam omne bonū bonum eſt. Conſtat igitur ī ijs propoſitionibus quas ſupra poſuit magis eſſe contrariam affirmationi quæ dicit omnis homo iuſtus ē / eā quę dicit nullꝰ
» homo iuſtus eſt: potius q̄ eam quę dicit omnis homo iniuſtus eſt. ¶ Manifeſtum eſt autem quo
» niam & veram / verę non contingit eſſe cōtrariam: neq; opinionem / neq; contradictionem. con
» trarię enim circa idem oppoſita ſunt. Circa eadem autem contingit verum dicere eūdem: ſimul
» autem non contingit eidem ineſſe contraria. ¶ Poſt hæc libri terminum expedit in ea ſpeculatione & demonſtratione: per quam / licet verum ſit manifeſtumq; omnibus duas propoſitiones veras non eſſe contrarias / tamen idipſum monſtrare conatur. Eſt autem huius argumentationis ingreſſus huiuſmodi. ea quę ſunt contraria / oppoſita ſunt. oppoſita vero non poſſunt eidem ſimul ineſſe. Contraria igitur eidem ſimul ineſſe non poſſunt. de quibus autem ſimul aliquid verum dici poteſt: illa ſimul eidem ineſſe poſſunt. quæ vero ſimul eidem ineſſe non poſſunt: de ijs ſimul verę propoſitiones affirmatio & negatio eſſe non poſſunt. ſed contraria ſimul eidem ineſſe non poſſunt. quæ igitur ſimul verum dicunt: contrariæ nō ſunt. iccirco quoniam de quibus affirmatio & negatio ſimul veræ eſſe poſſunt: illa ſimul eidem inſunt. quocirca quæ ſimul veræ ſunt: contrariæ non ſunt. Senſus quidem hic eſt: verba autem ſic conſtāt. Manifeſtum eſt autem (inquit) quoniam & veram veræ non contingit eſſe contrariam / ideſt duas veras propoſitiones non poſſe eſſe contrarias / nec opinionem / nec contradictionem. ſi opinio non eſt vera verę contraria: multo magis nec contradictio quę ex opinionibus venit. Contradi

vere arbitretur idē ipſum lapidē q̄ per ſe bonū nō eſt. ſi nō malū putēt: nichil ei⁹ opinioni falſitatis incurrit. Quare quoniā ea quę eſt non boni quoniam nō bonum eſt/ & cum ea quę eſt non boni quoniam malum eſt/ & cum ea quę non boni quoniā nō eſt malū/ vera aliquoties iueniē: neutri cōtraria eſt. Reſtat igitur vt ei ſit cōtraria opinio nō boni quoniā bonum eſt: quoniā opinat̄ id qđ nō eſt bonū bonū eſſe. Contraria igitur eſt non boni/ quoniam non bonum eſt: ei quæ eſt non boni quoniam bonum eſt. Sed hic ita ſeſe habet opinio non boni quoniam bonum eſt/ ad opinionem nō boni quoniā non bonum eſt: quemadmodum opinio boni quoniam bonum eſt/ ad eandem opinionē quę eſt boni quoniam non bonum eſt. ſed prima tertiaq; contrarię: ſecunda igitur quartaq; ſecundū ſimilitudinem proportionis ſunt ſine vlla dubitatione cōtrarię. Poteſt vero & ſimplicius intelligi hoc modo. Si boni quoniam bonum eſt opinio/ & non boni quoniam non bonum eſt opinio/ ſimiles ſecundum veritatem ſunt/ boni autem quoniam non bonum eſt/ & rurſus non boni quoniam bonū eſt/ ipſę quoq; ſimiles ſecundū falſitatē ſunt: ſi vna falſarum vni verarum opinionū inuenta fuerit contraria/ erit reliqua falſa reliquæ verę contraria/ quod ſola efficit ſimilitudo. Oſtenditur autem vna falſa vni verę quemadmodum ſupra expoſuimus/ contraria. hoc eſt ea q̄ dicit id qđ non eſt bonum eſſe bonū/ ei quę arbitratur id qđ nō eſt bonum non eſſe bonum. relinquitur igitur ea quę arbitratur id quod bonum eſt nō eſſe bonum/ contraria eſſe ei quę opinatur id quod bonū eſt eſſe bonum. Qua in re colligitur negationem potiuſq̄ cōtrarium ponētem affirmationem: verę affirmationi eſſe contrariā. Perplexa igitur ſententia iſs modis quibus diximus/ expedita eſt: ſed ſe ſic habet ordo ſermonum. Amplius (inquit) ſimiliter ſe habet opinio boni quoniam bonū eſt/ & non boni quoniam nō bonum eſt: quæ vtræq; verę ſunt. & p̄ter has boni quoniam non bonum eſt/ & non boni quoniam bonum eſt/ quę ſunt vtręq; mendaces. Illi ergo quę eſt non boni quoniam non bonum eſt verę opinioni: quę nam eſt contraria? hoc quaſi interrogatiuo modo dictū eſt. Non enī ea quę dicit/ quoniā malū eſt: quoniā ſimul aliquando eſſe poterunt verę. hoc autem in contrariis non poteſt inueniri. nunq̄ enim verę vera contraria eſt. quēadmodum autē fieri poteſt vt ſimul ſint verę/ quoniam eſt quiddam nō bonum malum. quare contingit ſimul veras eſſe. At vero nec illa quæ eſt non malum. Simul enim & hę erunt/ ideſt poſſunt aliquando ſimul eſſe verę: in iſs p̄ſertim rebus quę inter bonum malūq; ſunt. Relinquitur ergo ei quę eſt non boni quoniam non bonum eſt quę vera eſt: contraria ea quę eſt non boni/ quoniam bonū eſt/ quę falſa eſt/ & ſimul vera non poteſt inueniri. Quare ad ſimilitudinem ſuperi⁹ poſitā reuertitur: vt dicat & eā quę eſt boni quoniam nō bonum eſt contrariam ei quæ eſt boni quoniam bonum eſt. q̄ ſi quis ea quæ ſuperius
» dicta ſunt diligentius intuetur: nec in totius ſententię ſtatu/ nec quicq̄ in ordine fallitur. ¶ Manifeſtū ergo eſt quoniam nichil intereſt/ nec ſi vniuerſaliter ponamus affirmationem. vniuerſalis enim negatio cōtraria erit. vt opinioni quę opinatur/ quoniam oē quod eſt bonū/ bonum eſt: ea quę eſt quoniam nichil eorum quę bona ſunt/ bonum eſt. ¶ In ſuperiori argumētatione omnia de indefinitis explicuit. ſed quoniam fortaſſe aliquis poterat ſuſpicari non eandem rationem eſſe poſſe in iſs propoſitionibus quę ſunt definitę/ atq; in his aliquid itereſſe vtrum eadem demonſtratio eis quę definitæ ſunt eueniret: hoc addit. nichil intereſt vtrum eandem demōſtrationem/ quam ipſe ſuperius in propoſitiōibus indefinitis fecit/ quiſq̄ faciat in vniuerſalibus/ quę iam ſine dubio definitę ſunt. Si quis enim ſecundum indefinitarum propoſitionum ſuperiorem diſpoſitionē/ definitas diſponat/ eaſq; ſecundum prędictum modum ſpeculetur: non aliam vniuerſalis affirmationis opinioni cōtrariā reperiet q̄ eam quę vniuerſalis negationis opinio. Nichil enim intereſt inter idefinitas definitaſq; propoſitiones: niſi q̄ indefinitę quidem ſine determinatiōe/ definitę vero cum augmento determinationis ſunt vel vniuerſalitatis vel particularitatis. hoc eſt enim quod ait. nichil intereſt nec ſi vniuerſaliter ponam⁹ affirmationem. vniuerſali namq; affirmationi vniuerſalis contraria erit negatio. vt opinioni quę opinatur quoniam omne quod eſt bonum bonum eſt/ quę ſcilicet eſt vniuerſalis affirmationis: ea fit contraria quę eſt/ quoniam nichil eorum quę bona ſunt bonum eſt/ hoc eſt opinio vniuerſalis negationis. hoc
» autem cur fiat oſtendit. ¶ Nam ea quę eſt boni quoniam bonum/ ſi vniuerſaliter ſit bonū: eadem eſt ei quę opinatur quoniam quicquid bonū eſt/ q̄ bonum eſt. hoc autem nichil differt ab
» eo quod eſt: quoniam omne quod eſt bonum/ bonum eſt. ſimiliter autem & in nō bono. ¶ Gradatim indefinitā propoſitionem ad ſimilitudinem vniuerſalis adduxit. Dicit autem quęcunq; fuerit indefinita propoſitio/ ei ſi qđ in ſermone ſolemus dicere ꝯcquid addatur/ vniuerſalis fit: vt nichil omnino diſtet ab ea q̄ ad rē in affirmatiōe oē p̄dicat. vt ea opinio vel p̄poſitio q̄ eſt de bono qm̄ bonū eſt: hoc ſcilicet opinat̄ quoniā bonū bonū eſt. huic ſi addat̄ qcquid / vt ita dicam⁹ quicquid bonum eſt bonū eſt: nichil differt ab ea q̄ opinatur omne bonum bonū eſt. Quare eadem vis eſt ſuperioris demonſtrationis in propoſitionibus indefinitis/ quæ ętiā in vniuerſalibus

AD CATE.SYL.

DE NOMINE ET VERBO.

NOmen eſt vox ſignificatiua ſecũdum placitum/ſine tempore: cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata. quę diffinitio paulo enodatius explicanda eſt. Nomẽ enim vocem eſſe dicimus: quoniam vox nominum genus eſt. omne aũt genus de ſua ſpecie prædicatur: omniſq; diffinitio a genere ſumitur. vt ſi diffinias hominem: prius animal dicas qđ eſt genus/poſt vero differentias iũgas/quę ſunt rationale mortale. Ita igitur nos quoq; in nominis diffinitione/vocem quidem vt genus ſumimus: cętera autẽ voci quaſi differentias aggregamus. Sũt enim voces quę nichil deſignant: vt ſyllabę. nomen vero: deſignatiua vox eſt/quoniam nomen deſignat ſemper cuius nomen eſt. Secundũ placitum vero adiunctũ eſt: quoniã nullum nomen natura ſignificat/ſed ſecundũ placitũ ponentis conſtituentiſq; vocabulũ. Illud enim vnaquęq; res dicitur: qđ ei placuit qui prius ei nomen impreſſit. Aliæ enĩ ſunt voces naturaliter ſignificantes. vt canum latratus/iras canum ſignificat: & alia eius vox/blandimenta. gemitus etiam deſignant dolorem: ſed non ſunt nomina/quia non deſignant ſecundum placitum/ſed ſecũdum naturam. Sine tempore vero: q; & verba voces ſunt ſignificatiuę/& ſecũdum placitum. ſed diſtãt a nominibus: quia nomina quidem ſine tempore ſunt/ verba vero cũ tempore. Cuius vero nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata: nomina ab oratione diſiũgit. Oratio namq;: vox eſt ſignificatiua ſecundũ placitũ/& aliquoties ſine tempore. vt huc verſus. Nerinæ galathea thymo michi dulcior hyblæ. ſed orationis partes ſeparatę a tota oratione deſignant: nominum vero nichil extra deſignat. atq; in illis quidem nominibus quę figurę ſunt ſimplicis: nichil pars omnino ſignificare manifeſtum eſt. vt in eo qđ eſt Cicero: nulla pars ſeparata deſignat/neq; ci/neq; ce/neq; ro. At ſi nomẽ compoſitũ fiat: ſignificare aliquid ſeparatę partes videntur. ſed in eodem nomine qđ ex vtriſq; cõpoſitum eſt: ſeparatę nichil deſignãt. vt ſi dicam magiſter: partes eius nominis ſunt magiſ/atq; ter/quę ſumptę extriſecus & a nominis parte ſeparatę/ſignificatione nõ carent. vtraq; enim aduerbialiter ſignificat qualitatem. ſed cũ magiſter qđ eſt compoſitum nomẽ/alicuius artis peritũ doctorẽq; ſignificet: magis neq; partem doctoris/neq; totum doctorẽ poterit deſignare. eodem quoq; modo ter: neq; i toto ſignificat/neq; in parte doctorẽ. ideſt rem illam quę magiſtri vocabulo ſubiecta eſt/nulla ratione deſignat. Cõpoſitorum ergo nominũ partes nichil eius rei/ quã in vnũ cõueniẽtes vocabulũ deſignabant: diſiunctę diſtractæq; ſignificant. alia vero ſignificare poſſunt: ſed tunc non partes nominis/ ſed ipſa ſunt nomina. qđ enim cõiuncta ſignificant: id diuiſa atq; ſepoſita non deſignãt. Iuncta autem magis & ter doctoris ſignificationem tenebant: ſeparata igitur omnem ſignificationẽ doctoris amittũt. Sed ne quis ſuperius poſito calumnietur exẽplo/nec magiſter cõpoſitum nomẽ eſſe concedat: vir fortis eſſe compoſitum nomen ſi vno proferatur accentu/ nullus negabit. cuius partes vir atq; fortis/ q; in eo qđ eſt vir fortis ſignificare dicantur: non iam nominis partes ſed ipſa ſunt nomina. nec vir fortis vnius erit nomen: ſed potius oratio/quę duorũ nominũ collata ſignificatione cõuincitur. q; ſi vir fortis cũ vnius accentus intẽtione prolatũ/ nõ eſt oratio/ ſed nomen: eius partes nomina eſſe non poterunt. at ſi nomina nõ ſunt/cum neq; naturales affectus neq; vt verba ſignificent: omnino nichil deſignant. Quare concludendũ eſt: cũ quęlibet voces propriã ſignificationẽ tenent/nõ partes nominum ſed ipſa eſſe nomina. cum vero vnius formam nominis copulauerint/ et cõſiderãtur vt partes: vim proprię ſignificationis amittere. ſed de his in cõmentario libri Ariſtotelis peri hermenias ſatis dictum eſt/& maior eius tractatus eſt q̃ vt nũc totus valeat expediri. Sed quoniam ſunt quędã voces/quę & deſignatiuę ſunt/ & ſecundum placitũ/& ſine tempore/ quarũq; partes nichil extra ſignificant/ neq; tamen proprietates nominis naturãq; obſeruent: diſcernẽdæ prius ſunt/additiſq; differẽtijs a nomine ſegregandę/vt quę ſit vis nominis euidenter appareat. Adiecta enim ſemper negatione nomini: vocem dubiã facit/quę neq; verbo neq; orationi &(ſi interius cõſideratum ſit)neq; nomini poſſit annecti. vt ſi quis dicat/non homo: vox eſt ſignificatiua. deſignat enim quicquid homo non fuerit. ſecundum placitũ. eas enim omnino partes habet: quas ad ſignificationem vel negationis vel hominis/placitum vocabula ponentis aſſumpſit. ſine tempore. quę res eam vocẽ quę dicit nõ homo/ ſeparat ac ſeiungit a verbo. & eius partes nichil extra ſignificãt: ne oratio eſſe videatur. non homo enim: vox iuncta eſt ex negatiua particula/& homine quæ in eodem nomine ſeparata nichil deſignant. ſignificat enĩ nõ homo: vel equũ/vel canẽ/ vel quicquid (vt dictũ eſt) homo non fuerit. ſed quę eſt negatiua: neq; hominis neq; equi neq; vllius ſubſtantię ſignificationem tenet. item homo/neq; canem/neq; quicquid homo non fuerit: ſignificare poteſt. quocirca in ea voce quę eſt non homo: partes nichil ſeparatę ſignificãt eius rei/quã tota vocis compoſitio deſignabat. atq; ideo nec in oratione quidẽ poni poteſt. Si quis enim eam vocẽ quę

ctionem autē hic pro contrarietate posuit. de ea enim nō agebatur. Cōtrariæ enī sunt quę circa opposita sunt/ ideſt omne cōtrariū est oppositum. Circa autē eadem contingit verum eundē dicere: iccirco q; de ijs solis & negatio & affirmatio verę simul esse possunt/ quę eidē simul inesse contingit. simul autem eidem non contingit inesse contraria: vt concludatur quoniam de quibus & affirmatio & negatio simul verę sunt/ ea simul eidem inesse possunt. cōtraria vero simul eidem inesse non possunt. quę ergo simul verę sunt: nō possunt esse contrariæ.

¶PERORATIO. ¶Noster quoq; labor iam trāquillo cōstat portu. nichil enim (vt arbitror) relictum est: qđ ad plenam huius libri noticiam pertineret. Quare si rem propositā studio diligē tiaq; perfecimus: erit perutile ijs qui harum rerū scientia cōplectendarum cupiditate tenebūtur. Sin vero minus id effecimus/ qđ nobis propositum fuit/ vt obscurissimas huius libri sententias enodaremus: labori nostro nichil vt alijs nocituro/ etsi nō obtinuerit/ obloquitur.

¶SEXTI LIBRI EDI. II. BOE.
IN PERI HERMENIAS
FINIS.

¶SEVERINI BOETII AD CATEGORICOS SYLLOGISMOS INTRODVCTIO.

PRAEFATIO.



VLTA veteres philosophiæ duces/ posteriorum studijs contulerunt: in quibus prius q̄ ad res profundas mersas caligine peruenirēt/ quadam quasi intelligētiæ luctatione prę luderēt. hinc institutionū breuior cōpēdij facilitate doctrina: hinc per ea quę illi prolegomena vocant/ ad intelligentiā prōptior via munitur. Huius igitur emulus prouidētię/ statui obscurarum aditus doctrinarū prę missę institutionis luce reserare: & præsentē operam syllogismis quorū connexionibus omnis ratio continetur/ addicere. modumq; eum custodire dicendi/ vt facilitati atq; intelligentię seruiētes: astringamus a veteribus dicta latius/ enūciata breuius porrigam9/ obscurata improprij nouitate sermonis/ cōsueti vocabuli ꝓprietate præbeamus. Sed qui ad hoc opus lector accedit: ab eo primitus petitum velimus/ ne in ijs quę nunq̄ alias attigerit/ statim audeat iudicare. neue si quid in ludo puerilium disciplinarum rudis adhuc/ & nondum firmus acceperit: amplexandū atq; etiā colendum putet. alia enim teneris atq; imbuendis adhuc auribus accōmodata: alia firmis ac robustioribus doctrina mētibus reseruatur. quare si quid ē qđ discrepabit/ ne statim obstrepet: sed ratione consulta quid ipse sentiat/ quid nos afferamus veriore mentis acumine/ & subtiliore consideratione dijudicet. Ita namq; eueniet: vt quę in primo statim studendi aditu didicerunt/ perspecta penitus ac potius deprehensa/ cōtēnant. At si iam quisq; suę scientiæ defensor esse cupidus malit (habent hoc quoq; vicij homines quos compræhendit discēdi vetus ac lōga segnicies: vt ab arreptis semel opinionibus non recedant/ ne in senectute discendo/ nichil vsq; in senectutem didicisse videantur) si inquā malūt vindicare quā vertere/ quę vulgatis semel studijs imbiberunt: nemo expetit vt priora condēnent/ sed vt maiora quędam construant atq; altiora coniungant. Non enim vna atq; eadē diuersarū ratio disciplinarum: cū sit diuersissimis disciplinis vna atq; eadem subiecta materies. Aliter enim de qualibet orationis parte grammaticus: aliter dialectico differendū est. nec eodem modo lineā vel superficiem: mathematicus ac physicus tractant. Quo fit vt altera alteram non impediat disciplina: sed multorū cōsideratione cōiuncta fiat vera naturæ/ atq; ex omnibus explicata cognitio. sed de his hactenus: nunc de propositis ordiamur. Quoniam igitur nobis hoc opus est in categoricos syllogismos/ syllogismorum vero compago propositionibus texitur/ propositionum vero partes sunt nomen & verbū/ pars autem ab eo cuius pars est prior est: de nomine & verbo quę prima sunt/ disputatio prima ponatur/ de hinc de propositione/ vsq; ad vltimum de syllogismorū cōnexione tractabitur.

nentis placitum constituta/ atq; ideo nec in orationis partibus numerabuntur. Oratio enim positione significat. nam si naturaliter significaret oratio: nō diuersa gentes oratione loquerētur. Si quę vero interiectionum positione significant: quoniam finitā sine tempore affectionem designant/ recte nominibus annumerātur. Quę vero ipsę quidem nulla propria significatione nituntur/ cum aliis vero iunctæ designant/ vt cōiunctiones atq; præpositiones: illę ne partes quidem orationis esse dicendę sunt. oratio enim ex significatiuis partibus iuncta est, quocirca recte nomen ac verbum: solę orationis partes esse dicuntur.

¶DE ORATIONE.



Ratio ē vox significatiua secūdū placitū: cuius partes aliqd extra significāt. Oratio igitur habet simul cum verbo & nomine cōmune: q̄ vox est/ q̄ significatiua est/ q̄ secūdū placitum ē. separatim vero cum nomine illi cōmune ē: q̄ aliquando sine tempore est/ vt Virgilianus quem supra diximus versus. Nerinę galathea thymo mihi dulcior hyblæ. & qui sequitur. Candidior cygnis: edera formosior alba. Cum verbo autē: q̄ interdum cū temporis significatione profertur. vt si qua tui Corydonis habet te cura: venito. Differt autem ab vtroq;: q̄ partes orationis a tota separatę oratione significant. sunt enim partes orationis: nomen & verbum/ quę significatiua esse dum ea diffinimus/ ostendimus. significant igitur partes orationis/ vt dictio/ non vt affirmatio: quāq; aliquoties quidē vt affirmatio/ sed nō semper tamē/ semper aūt vt dictio. est enī dictio simplex verbi ac nominis nūcupatio. nam cū dicimus si dies est/ lux est: hanc totam orationem si diuidere in partes velimꝰ scilicet dies est/ lux est/ vtraq; pars vt affirmatio significabit. nā dies est/ lux ē: affirmationes esse manifestū est. At si minuatim tota orationis mēbra carpamus: vsq; in nomina ac verba postrema fiet resolutio. Dicemus enim partes esse superius positæ orationis dies & lux & est: quę per se prolatę/ non sunt affirmationes. ī quas solui possibile est/ veluti si qs dicat lux ē: huius partes sunt/ lux atq; est/ quas non esse affirmationes sed simplices dictiones nullus ignorat. cum igitur oratio quidem nō semper in affirmationem solui queat/ semper aūt in simplices dictiones: vere dictum ē orationis partes extra aliquid designare nō vt affirmationes/ sed potius vt dictiones. Orationis autē species/ vt arctissime diuidamus: sunt quinq;. Interrogatiua: vt quo te Meri pedes an quo via ducit in vrbē. Imperatiua: vt suggere tela michi. Inuocatiua: vt dij maris & terrę/ tempestatumq; potentes. Deprecatiua. ferte viam venti facilem: & spirate secundi. Enūciatiua: est michi disparibus septem cōpacta cicutis/ fistula. Quarum quidem prēter enūciationem nulla: vel esse aliquid vel non esse designat. cæterę namq; vel interrogant/ vel inuocāt/ vel imperant/ vel precantur. Enunciatio vero: semper esse aliquid/ aut non esse significat. atq; ideo sola enunciatio est: in qua veritas vel falsitas inueniri queat. vnde etiam enunciationis nascitur diffinitio. ¶Est enī enūciatio: quę verum/ falsumue denūciat. Hanc etiam proloquiū vel propositionem Tullius vocat: quę quidem partim simplex/ partim cōposita. simplex est: quę condītione sepositā/ esse aliquid vel nō esse proponit. vt Plato philosophus est. Composita vero: quæ ex duabus simplicibus copulāte cōditione cōsistit. vt Plato si doctus est/ philosophus est. Simplicium vero enunciationum alias in qualitate sitas: alias in quātitate differētias inuenimus. In qualitate quidem: q̄ alia affirmatiua/ alia negatiua est. enūciatio affirmatiua est enunciatio aliquid de aliquo significans. vt Plato philosophus est: philosophum de Platone prędicamus. Negatiua vero est enunciatio/ aliquid ab aliquo prædicatione seiungēs. vt Plato philosophus non est. philosophū enim a Platone tali prædicatione seiunximus. Secundum quātitatem vero differentiæ enunciationū sunt: q̄ alię quidem vniuersales/ aliæ particulares/ aliæ indefinitę/ aliæ singulares. Vniuersales sunt q̄ siue affirment/ siue negēt: vniuersaliter tamē enūciant vniuersale subiectum. vt omnis homo sapiens est/ nullus homo sapiēs est. homo vniuersale quiddam est. multos enim sub se indiuiduos coercet & continet: qui vniuersaliter enunciātur dū ei omnis/ vel nullus adiungitur. Particulares vero quę vel affirmando vel negando/ ambitū subiecti vniuersalis in partem redigunt. vt quidam homo sapiēs est/ quidam homo sapiens nō est. hic enim vniuersalitas hominis adiecta particulari determinatione/ minuta est: atq; in partem redacta. Indefinitę vero sūt: q̄ absq; vniuersalitatis & pticularitatis determinatiōe dicūtur: vt ē homo sapiēs/ nō est homo sapiēs. Singulares vero sunt q̄ de singulari aliqd/ & de indiuiduo affirmando negandoue proponūt. vt Socrates sapiens est: Socrates sapiens nō est. ¶Differt autem particularis ꝓpositio a singulari: q̄ particularis quidem vnū aliquem subiicit/ nec quis sit iste designat. vt quidam homo sapiens est: quis iste homo sit/ propositio nō declarat. Singularis vero vnum aliquem sumit: & quis iste sit significat. vt Socrates sapiens est. vnum enim/ & hunc Socratem sapientem esse proposuit. Amplius particularis omnis/ vniuersalem quidē ter-

eſt non homo/oratione concedat: nichil aliud eam eſſe fatebitur/q̃ negationem. negatio autem omnis: vera vel falſa eſt. qui autem dicit nõ homo: neq; veritatem nũciat/neq; mendacĩ. Prẽterea ab omni negatione ſi quis negatiuum ſeiungat aduerbium/affirmatio relinquetur. ab ea autem voce quę eſt nõ homo/ſi quis auferat id qđ eſt negatiuum aduerbiũ: homo relinquetur/qđ nondũ eſt affirmatio. Quocirca ſi hęc vox non homo negatio eſſe nõ poteſt/ nichil autẽ aliud eſſe videretur ſi eſſet oratio: concludendũ eſt negationem iunctã cum nomine/ orationẽ eſſe non poſſe. Nomẽ quoq; omne: certum aliquid definitũq; ſignificat. vt homo/equus/canis/ & cętera. non homo autem vox nõ aufert quidem qđ ſignificatur a nomine: nec pręſcribit quid ipſa ſignificet. quocirca quoniã ſignificat quidem aliquid/ſed non finitũ negatio iuncta cũ homine: infinitum nomen vocetur. Addenda eſt ergo diffinitioni nominis differẽtia/ſcilicet vt nomen ſit qđ cum cęteris quę dicta ſunt: ſit definitę ſignificationis. Iam vero caſus nominum: nõ/altius intuentibus/nomina videãtur. Quis enim Catonis/ & Catoni atq; huiuſmodi voces quę a rectis nominibus inflectũtur: nomina eſſe nõ exiſtimet/ſed hę quoq; voces: a nomine quadã differentia diſcrepabunt. Omne enim nomen iunctũ cum eſt verbo: enũciationem reddit/ac ſuſcipit mendacij veritatiſq; naturã. vt Cato eſt/vel dies eſt. at ſi eſt verbum caſibus adiungatur: neq; enunciatio fit/neq; plena ſententia orationis abſoluitur. vt Catonis eſt: nec ſentẽtiam habet abſolutam/nec veri aliquid poteſt notare nec falſi. atq; iccirco nõ nomina ſed caſus nominum nuncupãtur. nam cũ id a quo quidq; iflectitur/primũ ſit/illud vero qđ ab inflexione primi naſcitur/ſit ſecũdũ/neq; idẽ primũ ac ſecundũ eſſe poſſit: manifeſtũ eſt caſus nominũ nõ idẽ eſſe qđ nomina. iccirco cęteros quidẽ genitiuum/datiuũ/ accuſatiuum/caſus appellant grãmatici: primum vero rectũ ac nominatiuũ. q; hic locum principẽ in ſignificatione poſſederit. Faciẽda eſt igitur nominis plena/neq; vllo diminuta diffinitio ſic. ¶Nomẽ eſt vox ſignificatiua ſecũdũ placitum/ſine tempore: cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata/ aliquid finitum deſignans/ cum eſt verbo coniuncta/ faciens enunciationem. Separat igitur nomẽ vox quidẽ/ab articulis atq; inanimatis ſonis. Deſignatiua vero a vocibus quę nichil ſignificant. Secundum placitũ: a vocibus natura ſignificantibus. Sine tempore: a verbo qđ a temporis ſignificatione nõ recedit. Cuius nulla pars ſeparata ſignificat: ab oratione/cuius quemadmodum partes extra ſignificent/paulo poſterius diſſeram. Aliquid definitũ deſignans: ab iis vocibus quę nomen negationemq; coniungũt/& nomina faciunt infinita. Cum eſt verbo faciens enunciationẽ: a caſibus qui cũ eſt copulati/nõ poſſunt plenã perficere atq; explicare ſententiã. ¶In verbo quoq; eadẽ fere cuncta conueniunt/& niſi in ſignificatione temporis a nomine ſeparatur. Omne enĩ verbum actionẽ paſſionemue deſignat: quę fieri ſine tẽporis notatione non poteſt. eſt itaq; verbi diffinitio hęc. ¶Verbũ eſt vox ſignificatiua ſecundũ placitum/cũ tempore/ cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata. vt currit/vincit. ſed ſi verbis negatiua copulentur aduerbia/fiunt infinita verba: ſicut fieri nomina diximus infinita. vt cum currit aut vincit certũ aliquid finitũue deſignet: addita negatione id quidẽ qđ a verbo deſignatur/ intercipit. quid vero aliud fieri dicat: tali ſignificatione nõ terminat. præterea negatio tũcta cũ verbo ſiue ĩ eo qđ eſt/ſiue ĩ eo qđ nõ ẽ: recte dici poteſt/ vt hõnõ currit. chimera nõ currit. Nõ eẽ aũt orationẽ/aut enũciationẽ negatiuã: illa prorſus argumenta monſtrabunt/quę infinitum nomen ab oratione aut negatione diuidebant. Sed quoniam principaliter præſentia quęq; ſentimus/ his autem rebus quas præſenti ſenſu concipimus/indita eſſe a mortalibus vocabula manifeſtum eſt: recte dicis verbum ſemper ſignificationẽ temporis habere præſentis/vt currit aut vincit. Curret autẽ aut vincet/& cucurrerit aut vicerit: nõ ſunt verba/ſed verborum caſus ſcilicet quia a prẽſentis temporis ſignificatione flectũtur. eſt ergo verbi plena diffinitio ſic. ¶Verbũ eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum/cũ ſignificatione temporis: cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata/aliquid finitum deſignans/& præſens. Reſtat igitur vt de oratione dicamus. ſed prius videtur eſſe monſtrãdum/vtrum ne nomen & verbum ſola in partibus orationis ponãtur: an vt grãmatici volunt/& reliqua/orationis partibus debeant aggregari. Grãmatici enim cõſiderantes vocum figuras: octo orationis partes annumerãt. Philoſophi vero quorum omnis de nomine verboq; tractatus in ſignificatione eſt: duas tantũ orationis partes eſſe docuerunt/quicquid plenam ſignificationem tenet. ſi quiddam ſine tempore ſignificat/nomen vocãtes: verbum vero/ ſi cum tempore. atq; ideo aduerbia quidem/atq; pronomina nominibus iungunt. ſine tempore enim quiddam conſtitutum definitũq; ſignificãt: nec intereſt q; flecti caſibus nequeunt. Non eſt enĩ hoc nominum propriũ vt caſibus inflectãtur. ſunt enĩ nomina quę a grãmaticis aptota nominantur. Participium vero quia temporis ſignificationem trahit/ etſi caſibus effertur: verbo tamen recte coniũgitur. Interiectiones autẽ ſi quidem naturaliter ſignificent/nec verbo nec nomini copulandæ ſunt. verbi enim ac nominis diffinitiones: nõ habent eſſe naturalia/ſed ad po-

Abſoluta nominis diffinitio.

Inanimatis/ nõ animatorum.

De verbo.

Verbi completa diffinitio.


tur.in qualitate vero/ cum hę quidem affirmatiuæ ſunt:illę vero negatiuæ. Si igitur duas affirmatiuas aggregamus: fiunt mixtę cum vtriſq; octo differentiæ/ quę ſimul qualitatem quãtitatemq; cõtineant. Sunt aũt mixtę hę:affirmatio vniuerſalis/negatio vniuerſalis/ affirmatio particularis/ negatio particularis/ affirmatio indefinita/ negatio indefinita/ affirmatio ſingularis/ negatio ſingularis.quarum quidem indefinitas ſingulareſq; ſegregemus: & de vniuerſalibus/ ac particularibus diſſeramus. Deſcribatur ergo vniuerſalis primũ affirmatio/ omnis homo iuſtus eſt: cuius aduerſum tenet locũ negatiua propoſitio vniuerſalis/ nullus homo iuſtus ẽ. item ſub vniuerſali affirmatione ponatur particularis affirmatio/ quidam homo iuſtus eſt: hanc aduerſa frõte reſpiciat/ ſitq; vniuerſali negatiuę ſuppoſita pticularis negatio/ qdã hõ iuſtus nõ eſt.

Vlis affir.	Omnis homo iuſtus eſt		Nullus homo iuſtus eſt.	Vlis neg.
Parti.affir.	Quidã homo iuſtus eſt		Quidã homo iuſtus nõ ẽ.	Parti.neg.

¶Harum igitur affirmatio atq; negatio vniuerſalis qualitate quidem diſcrepant: ſed quãtitate concordant. nam q; hęc quidem affirmatio eſt/ illa vero negatiua eſt: ſunt in qualitate diuerſę. quia vero vtraq; vniuerſalis eſt: quantitate conueniũt. harum igitur vel vtraſq; falſas/ vel vnã veram/ alterã falſam recipere poſſibile eſt. vtręq; autem ſimul verę nequeũt inueniri. nam in poſita deſcriptione affirmatio quę eſt omnis homo iuſtus eſt/ & negatio quę eſt/ nullus homo iuſtus eſt: cum vtręq; ſint vniuerſales/ neutra tamen eſt vera. At ſi ſit affirmatio/ omnis homo animal eſt/ atq; vniuerſaliter denegetur ita nullus homo animal eſt/ vel ita omnis homo lapis ẽ/ nullus homo lapis eſt: vnam veram/ alterã falſam eſſe neceſſe eſt. Atq; ideo quoties ea prędicãtur quę & conuenire ſubiecto & ab eo valeant ſegregari/ & vniuerſaliter illa confirmat/ hęc denegat: vtraſq; falſas eſſe contingit/ velut in ſuperius poſitis declaratur exemplis. iuſtitia enĩ cũ eſſe in hominibus poſſit/ nõ tamen ita hominibus inhęſit/ vt ab eis ſeparari nullo modo queat: atq; ideo neq; omnis homo iuſtus eſt/ neq; omnis hõ iuſtus nõ eſt. cõtingit enĩ vtraſq; mentiri. at ſi tale ſit qđ a ſubiecto abſtrahi ſeparariq; non poſſit/ vel qđ nunq; poſſit euenire ſubiecto/ & q̃ vniuerſaliter affirmatiua eſt/ vniuerſaliter abnuatur: euenit vni veritatem/ alteri ſemper adeſſe mendacium. ſed ita vt ſi a ſubiecto qđ prędicatur/ non poteſt ſegregari: vera ſit ſemper affirmatio/ falſa negatio. At ſi qđ euenire nõ poteſt/ prędicatur: affirmatio quidẽ falſa ſit/ ſed vera ſit negatio. nam quoniam animal nõ ab homine poteſt ſegregari/ quę hominem animal eſſe confirmat/ vera eſt: falſa vero illa quę denegat. item ſi qđ nõ poteſt fieri/ prædicetur/ fiatq; affirmatio omnem hominẽ eſſe lapidem/ idq; aduerſa propoſitio neget/ nullumq; hominẽ lapidẽ eſſe concedat: negatio quidem veritati/ affirmatio autẽ iuncta eſt mendacio. ſimul autem veras eſſe affirmationem vniuerſalem/ vniuerſalẽq; negationẽ: nulla poterũt exempla monſtrare. atq; ideo vniuerſalis quidem affirmatio/ vniuerſaliſq; negatio: contraria dicũtur. nam vt in cõtrarijs aliquid medium cõtinẽtibus/ poteſt neutrum ineſſe ſubiecto/ vt corpus neq; nigrum ſit neq; albũ/ quoniã eſt qđ pręter ea eſſe poſſit vt rubrum/ itemq; in contrarijs medietate carentibus neceſſe eſt alterum ſemper ineſſe ſubiecto/ vt omne animal aut dormit aut vigilat/ quoniã inter dormire ac vigilare nichil medium eſt/ vt autem ſimul atq; in eodem vtraq; contraria reperiantur fieri nequit: ita etiam in vniuerſalibus affirmatione ac negatione vt vtręq; falſę ſint/ exemplo cõtrariorum q̃ aliquid mediũ claudũt/ vel altera vera falſa vero altera/ ſicut in cõtrarijs quę medio carent fieri poſſe manifeſtũ eſt. ſed impoſſibile eſt vt vtriuſq; ſententia in veritate cõueniat/ ſicut nulla cõtraria ſimul eſſe patiuntur. Atq; ideo vniuerſalis affirmatio vniuerſaliſq; negatio: contrarię nominantur. Hę igitur non eam vim ipſa ſemper aduerſitate conſeruãt/ vt eis ſit perpetua atq; inconciliata diſcordia: nec ſe ſemper inuicem perimunt/ quę cum ſententia diſſideãt/ cõmuni tamen falſitate concordant. ſi igitur earum vna ſummota ſit: non neceſſe eſt vt eſſe altera conſequatur. fieri enim poteſt vt neutra ſit/ velut ſi omnem iuſtũ eſſe hominẽ deſtruat/ nõ eſt conſequens vt nullus homo ſit iuſtus. ¶Quę ſub his propoſitionibus collocãtur/ ideſt particularis affirmatiua atq; negatio ſubcontrariæ nomen habent: iccirco q; vniuerſalitati particulare cõmune ſubiectum eſt. cum igitur vniuerſales intelliguntur eſſe contrarię: ſubcõtrarias eſſe neceſſe eſt quę ſub vniuerſalibus collocantur. Harũ quoq; quantitas eadem: quoniã vtręq; ſunt particulares. diuerſa qualitas intelligitur: quoniam hęc affirmatio ẽ/ illa vero negatio. ſed quanq̃ contrarijs videantur eſſe ſubiectæ: cõuerſo tamẽ modo particulares in veritate ſibimet non in falſitate conſentiunt. nã vt hęc verum/ falſum illa pronũciet: atq; vtræq; ſint verę facile propoſitis declaratur exemplis. vt vero vtręq; falſę ſint: non poteſt inueniri. nam ſi quidem qđ neq; ſeparari/ neq; poſſit adeſſe ſubiecto/ alterutra enũciet propoſitio: vna eſt veritati/ altera cognata mẽdacio. Et ſi quidem quod a ſubiecto ſeparari nõ poteſt prędicetur: affirmatio ſola veritatis calculum tenet. at ſi qđ ſubiecto impoſſibile adeſſe dicatur: ſola obtinet negatio veritatem, vt ſi quis enunciet/ quidam homo animal eſt/ & alius neget/ quidã homo animal non eſt/

minum ponit: ſed ei detrahit vniuerſalitatem dum qualitatem particularitatis adiungit. vt in propoſitione/quidam homo ſapiens eſt: homo vniuerſalis eſt terminus. multos enim propria prædicatione concludit. ſed quia dicitur quidam: ad vnum homo redigitur/qui vniuerſale perſiſteret niſi particularitas fuiſſet adiuncta. in ſingularibus vero propoſitionibus prædicato termino/ ſemper indiuiduum ſupponitur. vt Socrates ſapiēs eſt. Socrates enim ſingularis eſt/ atq; indiuiduus. Iccirco igitur illa ē particularis propoſitio: quę partē ex vniuerſalitate detrahit. hęc ſingularis: quę in ſingularis atq; indiuidui prędicatione conſiſtit. Simplicium vero enūciationum partes: ſunt ſubiectum atq; prędicatum. Subiectum eſt qđ prędicati ſuſcipit dictionem. vt in ea propoſitione quę eſt Plato philoſophus ē: Plato ſubiectum eſt. de ipſo enim philoſophus prædicatur: & in eo philoſophi ſuſcipit dictionē. Prędicatum vero eſt: qđ dicitur de ſubiecto. vt in eadem propoſitione philoſophus dicitur de Platone ſubiecto. Semper enim qđ ſubiectū eſt: vel minus eſt/ vel ęquale prędicato. minus quidem: vt in ea propoſitione de qua paulo ante tractauimus. Plato enim philoſophi nomen non poteſt ęquare: neq; ſolus Plato philoſophus eſt. ęqualis vero eſt ſubiectus terminus prædicato: vt ſi quis dicat homo riſibilis eſt. homo enī qui ſubiectus ē terminus/ prędicato riſibili coęquatur. vnde fit vt poſſit reddi reciproca prędicatio: ſcilicet vt vices ſubiectum prędicatūq; permutent. fiatq; ſubiectum qđ erat antea prędicatum: verſoq; ordine prędicetur/qđ fuerat ante ſubiectum. vt ſi dicatur: qđ riſibile eſt/ homo ē. omnia enim quę ſunt ęqualia: de ſeinuicem prędicātur. Vt vero id quod ſubiectum ē maius poſſit eſſe prędicato: nulla prorſus enūciatione cōtingit. ipſa enim prædicata: natura/ minora eſſe nō patitur. ſed q̄ ęquale vel maius eſt: id ſemper de ęquali vel minore prędicatur. Has vero enunciationum partes/ ideſt prędicatum atq; ſubiectum: terminos appellamus. Termini vero dicūtur: q̄ in eos poſtrema ſit reſolutio. itaq; in ſingularibus vel ī indefinitis propoſitionibus: duos terminos ſemper inuenimus/ & verbum qđ propoſitionis determinet qualitatem. vt ī propoſitione qua dicimus Socrates ſapiens eſt/ Socrates quidem ac ſapiēs terminos eſſe manifeſtum eſt: eſt vero verbum non eſt terminus/ ſed deſignatio qualitatis/ & qualis propoſitio ſit negatiua an affirmatiua/ ſignificat. & nunc quidem ſolo eſt verbo propoſitioni accōmodato: facta ē affirmatio. At ſi non/ qđ eſt aduerbium negatiuum/ eſſet adiūctum: ita diceretur Socrates ſapiens non eſt/ atq; hoc modo mutata qualitate fieret de affirmatione negatio. eſt igitur & nō eſt/ non ſunt termini: ſed vt dictum eſt ſignificatio qualitatis. eadem omnia etiam in indefinita propoſitione conueniunt. q̄ ſi ſint tales orationes Socrates eſt/ dies eſt: eſt/ vi gemina fungitur ſcilicet p̄dicati (eſt enim verbum: de Socrate vel die prędicatū) vel ſignificatione qualitatis. idem nāq; eſt/ ſolum poſitū/ affirmationem efficit: cū negatiuo aduerbio/ negationē. Ac ſi ſint propoſitiones quę differentias ſecum habeant quātitatum/ vt ſunt vniuerſales ac particulares: eadem vis permanet tetminorum. omnis enim ac nullus & quidā terminis non annumerātur: ſed enunciationum ſignificant quātitatē. atq; ideo recte qđ ſubijcitur ac prædicatur: termini nuncupati ſunt/ quoniā in eos tantum reſoluitur propoſitio. Cætera enim quę ſimplicibus enūciationious adiungūtur: aut qualitatem propoſitionū retinēt/ aut quātitatem ſignificant. Propoſitionū vero ſimplicium: alię ſunt/ quę in nulla parte conueniunt/ vt Plato philoſophus eſt/ & virtus bona eſt. in vtraq; enī aliud quiddam de alio prędicatur: nec habent aliquid in proponendi ratione cōmune. illa enim Platonē philoſophum dicit: iſta virtutem bonā eſſe pronunciat. Alię vero ſunt q̄ aliqua terminorū participatione iungūtur. id autē duobus fieri modis poteſt: aut enim ordine eodem/ aut per ordinis cōmutationem. Eodem vero ordine duplici modo: ſi vel ſimplices terminos in vtriſq; cōſtituas/ vel ſi per oppoſitionem fiat participatio terminorū. qđ tribus neq; amplius continget modis. nā vel prędicato/ vel ſubiecto/ vel vtriſq; terminis: negatio copulatur. Ordinis etiam cōmutatione cōueniunt duobus modis. aut enim per ſimplicem terminorum prędicationē/ aut per eorūdē terminorū oppoſitionē. hęc quoq; oppoſitio terminorū triplicem recipit modum: cū negatio vel prędicato/ vel ſubiecto/ vel vtriſq; coniūgitur. Illę vero q̄ altero termino participant/ & tribus modis: vel cum in vna propoſitione qđ prędicatur/ in altera ſubiectum eſt. vel cum idē in vtriſq; prędicatur. vel cum idē in vtriſq; ſubiectus eſt. & quoniā omnium ſibimet cōuenientium propoſitionū ordinatiſſimā fecimus diuiſionem: nūc de ſingulis quibuſq; tractemus. Ac primū de ea propoſitionū cōueniētia/ quę cum vtriſq; participēt terminis/ participandi tamē ordinē ſeruēt: ea eſt huiuſmodi. omnis homo ſapiens eſt: nullus homo ſapiens eſt. vtraq; enim propoſitio hominē ſubijcit: & prędicat ſapientē. & cum vtroq; termino congruūt: ſunt tamē diuerſę/ quoniā hęc affirmatio eſt/ illa negatio. & hoc quidem exempli gratia dictum ſit. plenius vero fiet de tali participatione tractatus. Hoc modo cunctarum ſimplicium propoſitionū differentias/ vel in qualitate/ vel in quātitate ſitas eſſe oſtēdimus. in quātitate: cum vniuerſaliter pronūciant/ vel particulariter/ vel indefinitæ/ vel ſingulariter proferū-

matio: vere quis dixerit. atq; ideo falsis vniuersalibus particulares veras esse non necesse est: q; si vniuersalis affirmatio falsa dicatur/ omnem hominem esse lapidem/ errat particularis affirmatio/ quę proponit quendā hominē esse lapidē. at si vniuersalis negatio falsa proponatur/ nullum hominem esse animal: non iccirco particularis erit vera negatio/ si pronunciet quempiam hominem nō esse animal. atq; ideo vniuersalibus quidē in veritate manētib9/ particulares necesse est vniuersalium cōsentire veritati. at si vniuersalibus falsitas inhęrebit: particulares tum veras/ tum etiam falsas esse possibile est. veras quidem: si quid tale prædicetur qđ adesse subiecto possit/ & a subiecto valeat separari. falsas esse vtraq; affirmationem quidē particularem/ si in eo sit vniuersalis falsa affirmatio/ qđ subiecto nō potest cōuenire. negationē particularem: si in eo vniuersalis negatio mentiatur qđ a subiecto non potest segregari/ vt posita superius exēpla declarant. q; si ad veritatis & falsitatis consequētiam particulares propositiones locum principem sortiārur: contrarię eis vniuersales propositiones ratione conueniūt. nam si sint falsę particulares: vniuersales falsas esse necesse est. sin vero particulares verę sint: tum vniuersales verę sunt/ tum etiam falsę. nam si particularis affirmatio est falsa/ quę dicit/ aliquem hominē esse lapidem: vniuersalis quoq; affirmatio falsa est/ quę proponit omnem hominem esse lapidē. item si particularis est falsa negatio/ quę decernit quendā hominem nō esse animal: falsa erit vniuersalis negatio quę nullum hominē animal esse contendit. at si particularis affirmatio vel negatio verę sunt/ idq; prædicatur qđ a subiecto diuidi ac segregari queat: affirmationē negationēq; vniuersales non est dubiū posse mentiri. vt quoniam verę sint particulares quę proponūt quendam hominē esse iustū/ & quendam hominē nō esse iustū: his superpositas vniuersales falsas eē manifestum est/ vt ea quę dicit/ omnis homo iustus est/ & nullus homo iustus est. at si quid tale affirmatio particularis pronūciet/ quo subiectum carere nō possit: vera erit superposita affirmatio vniuersalis. vt cum aliquis enūciat/ quendam hominē esse animal: huic vniuersalis affirmatio in veritate cōsentit/ quę est/ omnis homo animal est. at si quid particularis negatio tale proponat qđ subiecto nequeat inhęrere: veritatē particularis negationis vniuersalis negatiuę veritas necesse est cōsequatur. vt cū aliquis dicit/ quendā hominem lapidē nō esse: consonat vniuersalis veritas propositionis/ quę nullum hominē lapidē esse pronūciat. Quo fit vt præcedētibus quidem vniuersalibus veris/ particulares veras esse necesse sit. precedētibus vero in falsitate particularibus: vniuersaliū falsitas subsequatur. Manentibus vero vniuersalib9 falsis: particulares mendaciū dicere nō sit necesse: sicut ne vera quidem particularibus proponētibus/ veram vniuersalium necesse est esse sententiā. & hoc quidem exempla docuerunt. vt aūt firma demonstratione clarescat: vtilis ad euidentiam rerū descriptio proponatur.



¶ Ex ijs ergo quę superius dicta sunt: intelligi potest contrarias quidem vel verum inter se falsumq; diuidere/ vel simul posse mentiri/ veras simul esse non posse. subcontrarias vero: vel vtraq; veras esse/ vel alterā veram/ alterā falsam/ nunq̄ tamen simul proferre mēdacium. Angulares autem neq; in veritate vnq̄/ neq; in mendacio cōsonare: sed vni semper veram/ alteri semper falsam esse sententiam. ¶ Nunc demōstrandū est vniuersalibus veris: particulares nō posse mentiri. falsis aūt vniuersalib9: posse particulares nō falsa proferre. Dico enim si vniuersalis affirmatio sit vera: particularem quoq; affirmationem veram futurā. nā si falsa est: erit vera quę particulari affirmationi opponitur vniuersalis negatio. sed posita est vera affirmatio vniuersalis. hoc igitur modo vtraq; simul veras esse contingit/ affirmationem scilicet vniuersalem/ vniuersalēq; negationē/ quod euenire nō posse mostratum est. non igitur fieri potest/ vt affirmatiua vniuersali vera proposita: particularis affirmatio mentiatur. Rursus si vera est vniuersalis negatio: particularem quoq; negationem veram esse concedo. nam si falsam quis dixerit: vniuersalem affirmationem

vel ita/quidam homo lapis eſt/quidam homo lapis nō eſt: vtraq; affirmationū negationūq; oppoſitio verū inter ſe falſum q; partitur. Sed in prioribus quidem affirmatio: in poſterioribus autem vera negatio eſt. At ſi quod euenire quidem poſſit/ſed a ſubiecto tamen aliquando valeat ſegregari/affirmatio particularis negatioq; pronunciet: vtraſq; veras eſſe poſſibile eſt. vt quidam homo iuſtus eſt/quidam homo iuſtus nō eſt. vt vero vtręq; falſę ſint: nulla poterunt exempla congruere. quocirca ne iſtę quidem quas ſubcontrarias appellamus/ſemper ſeſe inuicē perimunt: quandoquidem aliquoties in veritate concordant. ¶ At ſi omnibus differentijs diſſidentes/ac ſeinuicem deſtruentes inuenire conemur: reſpiciendę ſunt angulares. hę vero ſunt vniuerſalis affirmatio & negatio particularis/vel vniuerſalis negatio & affirmatio particularis. his enim tanta inter ſe diſcordia manifeſta eſt: vt neq; in falſitate vnq̄/neq; in veritate cōueniant. ſemperq; neceſſe eſt cum affirmatio ſit vera/negationem eſſe mendacem: cum negationi adſit veritas/affirmationi eſſe propriā falſitatem. At primum cū geminas eſſe propoſitionum differētias dixerimus in qualitate ſcilicet & quātitate: harum & qualitas diuiſa eſſe probatur & quantitas. nam q; hęc affirmatio eſt/illa negatio: in qualitate diſſentiunt. q; vero hęc vniuerſalis/illa particularis: quātitate diſcordant. item neq; in falſitate/neq; in veritate vnq̄ poterunt conuenire. Siue enim de ijs quę a ſubiecto abeſſe poſſūt ſiue nō: vnā ſemper verā eſſe neceſſe eſt/alterā falſam. nam ſi talis terminus prędicatur/ vt eum vel adeſſe ſubiecto vel nō adeſſe cōtigat: vniuerſales ſemper falſę ſunt/particulares verę ſunt. ſi quis enim ita proponat/omnis homo iuſtus eſt/atq; alius neget/quidam homo iuſtus nō eſt: vniuerſalis affirmatio falſa eſt/particularis eſt vera negatio. Similiter aūt ſi qs ita pronūciet/nullꝰ hō iuſtꝰ ē/qdā hō iuſtꝰ ē: vniuerſalis negationis falſa/particularis affirmationis vera ſentētia eſt. ita in ijs quę vel adeſſe ſubiecto vel abeſſe contingant: vniuerſales falſitati cōiunctæ ſunt/particulares obtinent veritatem. At ſi tales termini ſunt/qui ſeparari atq; a ſubiecto diuidi nequeant: ſiue illa ſit vniuerſalis ſiue particularis/hęrebit ſemper affirmationi veritas/negationi mendaciū. vt ſi quis vniuerſaliter enunciet/omnem hominem eſſe animal/aliuſq; particulariter neget/quēdam hominē nō eſſe animal: affirmatio vniuerſalis verum loquitur/ particularis negatiuę falſa ſententia eſt. item ſi quis vniuerſāliter negādo proponat nullum hominē eſſe animal: particularem affirmationē veritas ſequitur/ hęret vniuerſalis negatio falſitati. q; ſi ſint quę prędicantur/vt nunq̄ poſſint adeſſe ſubiecto/ſeu illę vniuerſaliter/ſeu particulariter proponātur: negationes ornat veritas/affirmationes falſitas decolorat. Si quis enim cōfirmat dicens omnē hominem lapidē eſſe/aliuſq; quendā hominem nō eſſe lapidē reſpondeat: vniuerſalem affirmationē falſitas/particularē negationem veritas tenet. q; ſi ita quis vniuerſaliter neget/nullus homo lapis ē/& particulariter affirmet quidam homo lapis eſt: vniuerſali cōſtat negationi veritas/ particularis affirmatio nō caret falſitate. Quoquo igitur modo prędicata vel ſubiecta mutaueris/ ſi tamen vniuerſalem affirmatiuā particulari negatiuæ/vel vniuerſalem negatiuam particulari affirmatiuę cōſertam/a ſingulariter conſideratione cōmittas: ſi hęc falſa/illā verā eſſe cōtingit/& ſi hęc vera eſt/illā falſam neceſſe eſt inueniri. atq; iccirco has inter ſe oppoſitas & contradictorias nūcupamus. ¶ Et hactenus quidem affirmationes & negationes aduerſis intentionibus cōferentes/quid in eis diſcordiæ ac diuerſitatis eſſet oſtendimus: nunc vniuerſalē affirmationem particulari affirmatiuę/& vniuerſalem negationē particulari negatiuę/ad veritatis falſitatiſq; conuenientiā cōparemus. harum nāq; inter ſe nulla diſcordia ē: atq; ideo nō de earum diſſenſu/ ſed de cōſenſu potius videtur eſſe quęrendum. Primū igitur vniuerſalis affirmatio & particularis affirmatio ſubalternæ dicuntur: quoniā altera ſubiacet alteri/ideſt particularis affirmatio vniuerſali affirmationi ſuppoſita eſt/atq; ſubiecta/ veluti pars intra totius ſemper ambitū latet. idemq; de vniuerſali & particulari negatiua dicendū eſt. ſubalternę enī vocantur: q; ſuperior atq; amplior vniuerſalis negatio intra ſe particularem negationem claudit & cōtinet. Hę igitur tali ratione conſentiunt. ſi enim vniuerſales in veritate præcedant: particulares veras eſſe neceſſe eſt. vt ſi quis vniuerſaliter affirmando proponat/omnem hominē animal eſſe: quę cū ſit vera/particularis ſibi affirmationis veritatem comitem trahit. ea vero eſt/quidā homo animal eſt. nam ſi verum eſt omnem hominem eſſe animal: verū eſt eſſe aliquem. item ſi quis vniuerſaliter enunciet nullum hominē eſſe lapidem: verum dixerit. at ſubiecta ei particularis negatio idem retinet: nec mētitur qui dixerit/quendā hominem lapidē non eſſe. ita igitur vniuerſalibus affirmatione ac negatione vera dicentibus: particularis affirmatio & negatio veram vniuerſaliū ſententiā cōſequuntur. at ſi vniuerſales falſę ſint: non neceſſe eſt particulares vniuerſalium cōſenſu præbere mēdaciū. velut in ijs vniuerſalibus quę proponūt omnē hominem eſſe iuſtum/vel nullū hominē eſſe iuſtū: quę cum vna ſit affirmatio/altera vero negatio/vtręq; ſunt falſæ. ſed eas particularium falſitas non ex neceſſitate conſequitur. nam & quendam hominē eſſe iuſtum/quę particularis eſt affir-

ſit falſa quæ vniuerſaliter affirmat dicens / omnem hominem eſſe lapidem : falſa eſt quæ idem indefinita enunciatione confirmat / dicens hominem eſſe lapidem. Rurſus cum ſit falſa negatio per quam proponitur / nullum hominem eſſe animal: falſa eſt indefinita negatio / quæ pronunciat hominem nõ eſſe animal. Hic quoq; particularium ſimilitudo ſeruata eſt. Nam in ſubalternis: vera vniuerſalitas / veritatem particularitatis trahebat. Falſa vero vniuerſalitas : nec veritatis nec mendacij neceſſitatem particularibus afferebat. Eadem omnia vniuerſalium atq; indefinitarum collatione proueniunt. Rurſus ſi indefinitas primum falſas conſtet: vniuerſales quoq; neceſſe eſt eſſe mendaces. vt ſi falſum ſit hominem eſſe iuſtum : falſum erit omnem hominem eſſe iuſtum. quandoquidem non capit veritatem : ſi iuſtus vel vnus homo non fuerit. Item ſi indefinita negatio mentiatur: verũ vniuerſalis negatio nõ habebit. veluti ſi falſa ſit ea q̃ dicit hoiem nõ eſſe iuſtũ: falſa quoq; erit nullũ hoiem eẽ iuſtũ. quãdoquidẽ nõ poteſt vniuerſaliter ab hoie denegari / ſi vel vni hominum probabitur adeſſe iuſtitia. At ſi indefinitę ſententi am veritatis obtineãt : vniuerſales tum veras / tum eueniet eſſe mendaces, velut cum dicimus hoiem eſſe iuſtum / verum eſt. eſt enim hõ qui iuſtitia non careat. huius vniuerſalis negatio mẽtietur / cum quis dixerit nullum hominem eſſe iuſtum . At ſi id affirmabitur indefinite quod a ſubiecto diuelli ſecerniq; non poſſit : vera nichilominus erit affirmatiua quæ proponit omnẽ hominem eſſe animal . At ſi id quod ſubiecti naturam non recipit proponit indefinita negatio / veluti ſi dicat hominem lapidem non eſſe: nichil ab eius veritate vniuerſalis negatiua diſſentiet / vt ea quæ nullum animal eſſe proponit. nichil igitur dubium eſt indefinitas particularibus eſſe conſimiles / eandemq; vim veritatis ac falſitatis ſignificationibus obtinere / de quibus ſufficienter dictum eſt. ¶Nũc de ſingularibus explicemus: quæ nichil ſuperioribus ſimiles extant . Illę namq; quoniam conſtituebant vniuerſale ſubiectum de quo prædicatum terminum dicerent : iccirco ſuſcipiebant etiam differentias quantitatis . Nã quod vniuerſale eſt ; & vniuerſaliter & particulariter & indefinite poterit pronunciari . At hę quæ vnum aliquid ponũt ſingulariter atq; indiuidue : differentias quantitatis habere non poſſunt. atq; ideo ſola in eis relinquitur diſcrepantia qualitatis: q; hæc quidem affirmatio / illa vero negatio . Semper igitur inter ſe affirmatio & negatio ſingularis : verum falſumq; diſtribuent / ſi non cætera impediant quæ ſenſum in alias atq; in alias ſignificatiões ſolent deflectere ac detorquere . Cum vero vnum atq; idem prædicatum atq; ſubiectum in affirmatione & negatione conſtiterit / vno eodemq; ſumptum tempore / vno eodemq; prolatũ modo / ad vnum atq; idem relatum / de vna atq; eadem parte propoſitum : neceſſe eſt ex his vnam ſemper eſſe veram / alteram ſemper eſſe falſam. Nam ſiue æquiuocos terminos ſumant / ſiue non ad idem tempus procedant / ſiue alius vtriſq; inſit modus / ſiue ad alias partes vel ad aliquid aliud referantur : veras vtraſq; eſſe contingit. Age enim æquiuocum terminum ſumat affirmatio: dicatq; Cato Vticę ſe peremit negetq; negatio Cato ſe vticę non peremit . Hic igitur vtræq; ſunt veræ quoniam Cato æquiuocum eſt . Namq; Cato prętorius Vticę ſibi manus intulit: Cato vero cenſorius minime . Item proponatur affirmatiua hoc modo / nocte lucet : negatio reſpondeat / nocte non lucet. hic igitur lucere æquiuocum eſt . atq; ideo nichil impedit quo minus vtręq; in veritate permaneant. Affirmatio namq; cum dicit lucere nocte : lunæ loquitur lucem, illa vero cum negat: de ſolis luce ſignificat. Hic igitur æquiuocum prædicatum : vtraſq; verum conſeruare permiſit . Item ſi quis de Socrate proponat dicens / Socrates ſedet / atq; alius neget / Socrates non ſedet: vtræq; verę eſſe queunt / ſi ad diuerſa tempora referantur. Poteſt enim nunc quidem Socrates ſedere: alio vero tempore non ſedere. Rurſus ſi quis humani oculi colorem nigrum eſſe confirmet / aliuſq; nigrum non eſſe contendat: vtriq; verum loquẽtur / ſi ad ſingulas oculi partes affirmatio negatioq; referãtur. Nam quod circa orbem eſt qui medius pupillam tenet: album eſt, Ipſe vero orbis: niger viſitur. Rurſus ſi de Socrate inter duos locato / quis dixerit Socrates dexter eſt / aliuſq; reſpondeat Socrates dexter non eſt: vtriſq; conſtare veritas poteſt. Ad eũ qui cũ ſiniſtra Socratis eſt / dexter eſt : ad eum vero cuius leuo lateris / pars Socratis dextra conungitur / dexter non eſt. Item ſi quis ouum animal eſſe conſtituat / aliuſq; ouum animal eſſe neget : vtręq; a veritate non diſſonant . Namq; ouum poteſtate animal eſt : actu animal non eſt. ita igitur inter ſe ſingularium ſubiectorum propoſitiones verum falſumq; diſtribuent : vt vnam veritatem neceſſe ſit habere / alteram mendacium / ſi neq; quod ſubiectum eſt / neq; quod eſt prædicatũ aliqua ſit æquiuocatione confuſum / ad idem tempus / ad eaſdem partes / ad eundem modum / eandemq; rem ad quam affirmatio rerulit / ea quę proponuntur in negatione afferantur. vt ſi qs de Socrate pronunciet Socrates caluus eſt: Socrates caluus non eſt. Si igitur de Socrate eodẽ affirmatio negatioq; proponãt: ſi eandẽ caluiciſ ſignificationẽ affirmatio ſumpſerit & negatio / ſi eandem vtræq; capitis partem loquantur / ſi vel actum vtræq; poteſtatẽue ſignificent / ſi nul

quæ eſt ei oppoſita/ veram neceſſario eſſe fatebitur. atq vniuerſalis negatio vera eſſe propoſita eſt. ſimul igitur vniuerſales negationem & affirmationem veras eſſe contingit. quod fieri non poſſe ſuperius poſita exempla docuerunt. At ſi falſa eſt vniuerſalis affirmatio: particularis vel falſum poterit enũciare/ vel verum. quo poſito/ nichil impoſſibile cõmitatur. ſiue enim falſa ſit/ erit vera negatio vniuerſalis: ſeu vera illa ſit/ vniuerſalem negationem falſitas obtinebit. quo fit/ vt falſa vniuerſali affirmatione: vniuerſalis negatio/ tum ei falſitate conſonet/ tum ab ea veritate diſcordet. quod non eſſe impoſſibile ſuperioribus docetur exemplis. Eodem quoq; modo & ſi vniuerſalis negatio falſa ſit/ particularem negationem vel veram vel falſam eſſe poſſibile eſt: neq; iccirco aliquid ſequitur incongruum. Particulari namq; negatione vera/ vniuerſalis affirmatio mentietur. eadem falſa: verum vniuerſalis affirmatio pronunciat. quo fit vt falſa vniuerſali negatione poſita: affirmationem vniuerſalem tum veram/ tum falſam ratio nis demonſtret euentus. quod impoſſibile non eſt. Rurſus ſi particulares falſæ ſint: vniuerſalis quoq; falſitas ſequitur. nam ſi particularis affirmatiua pronunciet mẽdacium: vniuerſalis quoq; affirmationi falſitas inhęrebit. nã ſi hæc vera eſt: falſa erit ei oppoſita negatio particularis. ſed affirmationem particularẽ conſtituimus eſſe mendacem. Simul igitur particularis affirmatio & negatio falſę ſunt. qđ eſſe inconueniens prędcedens tractatus declarauit. Itẽ ſi pticularis negatio falſa dicatur: vniuerſalis quoq; negationis falſitas conſonabit. nam ſi negatio vniuerſalis vera eſt: falſa eſt oppoſita quæ eſt affirmatio particularis. quare vtraſq; particulares affirmationem ſcilicet ac negationem: ſimul falſas eſſe contingit. quod fieri non poſſe prędiximus. At ſi vera ſit affirmatio particularis: falſa vel vera vniuerſalis affirmatio eẽ poteſt. ſed ſiue falſa ſit: particularem negationem veram eſſe neceſſe eſt. ſiue vera ſit: habebit particularis negatiua mendaciũ. Sed cum vera ſit affirmatio particularis: negationem particularem vel falſam eſſe vel veram nichil eſt impoſſibile. Rurſus ſi negatio particularis teneat veritatẽ: vniuerſalis negatio vel veritatem tenere poteſt/ vel proferre mendacium. Nam ſi vera eſt: oppoſitam affirmationem particularem falſam eſſe manifeſtum eſt. ſi falſa eſt: veritatem particularis affirmatiua cuſtodiet. quo fit vt ſi particularis negatio teneat veritatem: affirmatio particularis vera vel falſa ſit. quorum neutrum impoſſibile eſſe præmiſſa docuerunt/ atq; hæc quidem de vniuerſalibus dicta ſufficiant. ¶ Nunc de indefinitis/ ac ſingularibus diſſeramus. quarum quidem indefinitę ſunt quibus nulla ſignificatio determinationis adiungitur/ ſed præter vniuerſalis & particularis intelligentiam quantitatis/ proferuntur. vt homo iuſtus eſt/ homo iuſtus non eſt. quibus tametſi (vt dictum eſt) nulla ſignificatio determinationis adiungatur: vim tamen obtinent particularium propoſitionum. Namq; vt illę/ quas ſubcontrarias in priore deſcriptione ſignauimus/ alias quidem inter ſe verum falſumq; diſtribuunt/ alias quidem in dicenda veritate conſpirant/ nunq; tamẽ ſimul videntur poſſe mẽtiri: ita etiam indefinitę. Si quidem tale eſt quod enũciãt/ quod ſubiecto ſemper ineſſe neceſſe ſit: affirmatio eſt verà/ falſa negatio. vt in his propoſitionibus/ homo animal eſt/ homo animal nõ eſt. at ſi id in indefinitis propoſitionibus efferatur quod ſubiecti natura/ nõ ſuſcipit: negatio quidẽ vera eſt/ ſed affirmatio iuncta eſt falſitati. vt ſi quis dicat homo lapis eſt/ homo lapis nõ ẽ. vt vero vtræq; ī pronunciãda falſitate conſentiant atq; conueniant: non poteſt inueniri. Eædem tamen ab vniuerſalibus affirmatiuis/ atq; negatiuis ita diſſentiũt: vt quoquomodo ſubiecta pmutes/ vna ſemper veritatis/ altera ſit ſemp plena mendacij. Exẽplũ vero huiuſmodi p̃dicati qđ ſubiecto ſemp ihæreat hoc eſt. oĩs hõ aĩal eſt/ hõ aĩal non eſt/ nullus hõ aĩal eſt/ hõ animal eſt. hic indefinitę vi eadẽ funguntur/ q̃ & pticulares. Huius vero qđ nũq; inhęret hoc eſt. oĩs hõ lapis eſt/ homo lapis nõ eſt. nullus homo lapis eſt/ homo lapis eſt. in his quoq; indefinitę vniuerſalib⁹ oppoſitę/ per vnãquãq; oppoſitionem vnam verã/ falſam alteram reddiderunt. Item qđ ſuſcipere ſubiecti naturam valeat & poſſit amittere. oĩs homo iuſtus eſt/ homo iuſtus non eſt. nullus homo iuſtus eſt/ homo iuſtus eſt. in his etiam indefinitę particularibus immutatę ſunt: quę vniuerſalibus obiectę per vnãquãq; propoſitionũ aduerſitatẽ/ vni ſẽp verum/ alteri diuiſere mendacium. Prętetea quoquomodo terminorũ exempla ponanť/ ſi affirmationes affirmationib⁹ negationes negationibus cõparem⁹: vniuerſalibus veris indefinitarũ veritas ꝓuenit. vt cum verę ſunt/ omnẽ hominẽ eſſe animal/ & nullũ hominem eſſe lapidem: cõſtat veritas indefinitis quę proponunt/ & hominem animal eſſe & hominem lapidem non eſſe. At ſi vniuerſalium falſitas antecedat: indefinitarũ vel veritas/ vel mendaciũ variabit/ hoc modo. Falſa enim eſt vniuerſalis enunciatio quæ proponit/ omnem hominẽ eẽ iuſtũ: ſed ea q̃ dicit hominẽ eſſe iuſtũ/ tenet in humanę naturę parte veritatẽ. Nã ſi nõ habet oĩs hõ iuſtitiã cũ tamẽ aliquis habeat: vere dici poteſt hominem eſſe iuſtũ. Item cum proponitur vniuerſaliter/ nullus homo iuſtus eſt: falſum eſt. At ſi id indefinite denegetur: a veritate non diſcrepat. nam cum ſit aliquis homo non iuſtus: non mentietur qui pronunciauerit hominem eſſe non iuſtum. Item cũ

Per vnam quãq; oppoſitionem. ideſt tã opponẽdo indefinitã affirmatiuã vniuerſali negatiuæ q̃ indefinitã negatiuam vniuerſali affirmatiuę

ciet/ omnis homo grammaticꝰ eſt: falſum dixerit. At qui proponit/ omnis nō homo non grāmaticus eſt: verum dixerit. Nam qui homo non eſt: grammaticus eſſe non poteſt. At ſi id de ſubiecto prædicetur/ quod vel nunq̄ ſubiecto valeat conuenire/ vt lapis homini/ vel cōueniens ab eo poſſit abſcedere cum ſit maius atq; vniuerſalius ſubiecto vt iuſtitia homini: ſimul vtriſq; falſitas prouenit. Nam ſi quis dicit omnis homo lapis eſt: falſam fecerit propoſitionem. Eodē quoq; modo qui dixerit/ omnis non homo non lapis eſt: cum ſilex homo non ſit/ ſed lapis. Item propoſitio omnis homo iuſtus eſt falſa eſt: cuius ſequitur falſitatem omnis non homo non iuſtus eſt. Nam diuinis ſubſtantijs adeſt ſemper iuſtitia: cum non ſit humanitas. At ſi qd tale de ſubiecto prædicetur quod & ſemp ei copuletur/ neq; tamen ſubiectum poſſit excedere/ vt riſibile homini: vtrinq; ſententia in ſignificandi veritate concurrit. Omnis homo riſibilis eſt vera eſt: omnis nō hō non riſibilis eſt/ hęc etiā retinet veritatem. Nam quia riſibile hominis proprium eſt: recte dicitur non eſſe riſibile/ quicquid homo non fuerit. Eadem omnia in particulari negatione reddunt. Nā ſiue quę ſunt maiora ſubiecto atq; ab eo diſcedere nequeūt/ vt rationabilitas ab hoie/ vel q̄diſcedūt qdē ſed ſunt minora ſubiecto vt grāmaticꝰ hoie/ de ſubiecto prędicēt: vnā verā/ alterā falſam faciūt. Nā qui dicit quidā hō rationalis non eſt: falſum propoſuit. qui vero reſpōdet/ quidam non homo non rationalis non eſt: verum loquitur. Diuina quippe ſubſtantia non eſt quidam homo: ſed carere non poteſt humanę ratione naturę. Item quidam homo grammaticus non eſt/ vera eſt: ſed falſa eſt ſi dicā/ quidam non homo non grammaticus non eſt. cum illud ſit verius/ quoniam qui homo non fuerit/ non poteſt eſſe grammaticus. At ſi quæ vel nūq̄ de ſubiecto poſſunt vere prędicari/ vt lapis de homine/ vel prædicātur quidem & ſunt maiora ſubiecto/ ſed ab eo diſcedere ſeparariq; patiuntur/ vt iuſtitia ab homine: veras protinus vtraſq; cō ſeruant. Nam qui dicit/ quidam homo lapis non eſt: verum dixerit. At ſi quis reſpondeat/ quidā non homo non lapis non eſt: is quoq; verum dixerit. ſi quidem de ſilice/ vel de huiuſmodi cæteris velit intellígi: quę cum non ſint homines/ non lapides non ſunt. Item quidam homo iuſtꝰ non eſt: propoſitio veritatem tenet. Sed ne illa quidem falſa eſt/ quæ proponit quendam non hominem non iuſtum non eſſe. hoc enim (vt dictū eſt) diuinis ſubſtantijs inuenitur/ vt iuſtitiā teneāt: q̄uis ab hominis diffinitione ſeiunctæ ſunt. Itē ſi id quod abeſſe non poteſt/ & ſit æquale ſubiecto/ de eodem ſubiecto prędicetur/ vt riſibile homini: incurrit vtriſq; mendacium. Nam quidam homo riſibilis non eſt: falſa eſt. cuius falſitati ſeſe emulam præſtat q̄ proponit/ quidam non homo non riſibile non eſt/ quaſi qui homo nō ſit poſſit eſſe riſibilis. Ita igitur quidem in affirmationibus vniuerſalibus/ & particularibꝰ negatiuis veritas falſitaſq; & ſimul aliquoties inuenitur/ & inter vtraſq; diuiditur. Negatiōes vero vniuerſales/ & particulares affirmatiōes: nō ſimili reſpondēt modo. Sed negationes quidem vniuerſales vnam verum dicere/ alteram falſum: ſimul vtraſq; falſas eſſe poſſibile eſt. ſimul autem veras nunq̄ eſſe cōtingit. Nam ſi id quod adeſſe ſubiecto non poteſt prędicetur/ vt lapis homini: vnam veram faciunt/ alteram falſam. vt eſt nullus homo lapis eſt vera eſt: falſa eſt quæ proponit nullus non homo non lapis eſt. Omnia quippe animalia præter hominem ita non ſunt lapides/ ſicut ab hominum natura ſeiūcta ſunt. Quicquid vero aliud de ſubiecto prędicet: neutri conſtare veritas poteſt. vt ſi quis proponat nullus homo rationalis eſt: falſum dixerit. aliuſq; reſpondeat nullus non homo non rationalis eſt: hanc quoq; conuincit ratio mentiri. equus quippe non homo eſt: nec eum quis dixerit rationis eſſe participem. vt autem ſimul verę ſint: nullus poterit terminus approbare. Particulares autem affirmatiuę in differentiam veritatis falſitatiſq; diſcedunt: quoties aliquid tale de ſubiecto dicitur/ quod nunq̄ poſſit adeſſe ſubiecto/ vt lapis. Nam ſi quis enunciet quidam homo lapis eſt: falſa propoſitio eſt. At ſi quis reſpondeat quidam non homo non lapis eſt: tenet contrariam veritatem. equus quippe non homo eſt/ nec lapis eſſe dicetur. Quicquid vero aliud de ſubiecto prædicabitur/ eſt eas in veritatis ſignificationem conuenire. vt quidam homo rationalis eſt/ vera eſt: quidam non homo non rationalis eſt/ huic quoq; veritas conſtat. equus quippe non hō eſt/ nec ratione ſubſiſtit. vt vero ſimul falſæ ſint/ nullis reperietur exemplis. Ad hunc igitur modum & de cęteris quæ vel ſubiectum vel prædicatum retinent infinitum: ad veritatis falſitatiſq; conſenſum enunciationum proprietas conſiderāda eſt/ de quibus modo breuiter quid eueniat tetigiſſe ſufficiat. ſingula vero lectoris exploranda diligentiæ/ & per conuenientes terminos rimanda permittimus. Diſponantur igitur propoſitiones quæ ex vtriſq; ſimplicibus terminis conſtant: easq; quarum ſubiectum tantum abnuatur/ ex aduerſa parte reſpiciāt.

la diuerſitate tẽporis erretur ãbage / ſi nõ ad aliũ affirmatio/ad aliũ negatio referatur: vna ſemper veritati cõiũcta eſt/retinet ſemp altera falſitatẽ. Q ñ de ea cõueniẽtia ꝓpoſitionũ / q̃ vtriſq; ſimplicibus terminis eodemq; ordine captaretur explicui: nunc de ea participatione dicendum eſt / quę & vtroſq; terminos & eundem ordinem ſeruat. hoc autem (vt dictum eſt) tribus contingere modis poteſt. aut enim prædicatus tantum/ aut ſubiectus terminus/ aut vterq; cum negatione proponitur. Ac tunc enunciatio: vel ab infinito ſubiecto/ vel ab infinito prædicato/ vel ab infinitis vtriſq; conſiſtit. Quoties enim nomini negatio ſubiungitur: nomen redditur infinitum. atq; ideo per oppoſitionem participatio fieri dicitur. Nomini enim ſimplici: ſemper infinitum nomẽ opponitur. vt homo/ non homo: animal/ non animal / & cętera. quę cum ita ſint: diſponantur ſimplices/ atq; ex earum natura cæteras colligamus. Primo igitur propoſitionum ſeries deſcribatur ea ſcilicet quę vtriſq; iũgitur finitis/ propoſitiſq; ſimplicibus: ita & ex infinitis omnibus copulatarum propoſitionum ordo iungatur/ vt affirmationes affirmationibus/ negationes negationibus/ aduerſis frontibus collocentur.

	Simplices		Ex vtriſq; infinitis	
ENVNCIATIONES IN QVIBVS PREDICATVM SVBIECTO MAIVS NON ABEST				
Affir.	Omnis homo rationalis eſt	Vniuer.	Omnis nõ homo nõ rationalis eſt	Affir.
Neg.	Nullus homo rationalis eſt	Vniuer.	Nullus nõ homo nõ rationalis eſt	Neg.
Affir.	Quidam homo rationalis ẽ	Particu.	Quidã non hõ non rationalis eſt	Affir.
Neg.	Quidã hõ rationalis nõ eſt	Particu.	Quidã nõ hõ nõ rationalis nõ eſt	Neg.
ENVNCIATIONES IN Q VIBVS PREDICATVM SVBIECTO MINVS/ ABEST				
Affir.	Omnis hõ grãmaticus eſt	Vniuer.	Omnis non hõ nõ grãmaticꝰ eſt	Affir.
Neg.	Nullus homo grãmaticꝰ eſt	Vniuer.	Nullꝰ nõ hõ nõ grãmaticus ẽ	Neg.
Affir.	Quidam hõ grãmaticus eſt	Particu.	Quidã non hõ nõ grãmaticus eſt	Affir.
Neg.	Quidam hõ grãmaticꝰ nõ ẽ	Particu.	Quidã nõ hõ nõ grãmaticus nõ eſt	Neg.
ENVNCIA. IN Q VIBVS PRAEDICATVM NVNQ VAM SVBIECTO ADEST				
Affir.	Omnis homo lapis eſt	Vniuer.	Omnis non homo non lapis eſt	Affir.
Neg.	Nullus homo lapis eſt	Vniuer.	Nullus nõ homo non lapis eſt	Neg.
Affir.	Quidam homo lapis eſt	Particu.	Quidam nõ homo nõ lapis eſt	Affir.
Neg.	Quidam homo lapis non eſt	Particu.	Quidam nõ homo nõ lapis nõ eſt	Neg.
ENVNCIATIONES IN Q VIBVS PREDICATVM SVBIECTO MAIVS ABEST				
Affir.	Omnis homo iuſtus eſt	Vniuer.	Omnis nõ hõ non iuſtus eſt	Affir.
Neg.	Nullus homo iuſtꝰ eſt	Vniuer.	Nullus non homo nõ iuſtus eſt	Neg.
Affir	Quidam homo iuſtus eſt	Particu.	Quidam non homo nõ iuſtus eſt	Affir.
Neg.	Quidam homo iuſtus nõ eſt	Particu.	Quidã nõ hõ nõ iuſtꝰ nõ eſt	Neg.
ENVNCIA. INQ VIBVS PREDICATVM SVBIECTO AEQVALE NON ABEST				
Affir.	Omnis homo riſibilis eſt	Vniuer.	Omis nõ homo nõ riſibilis eſt	Affir.
Neg.	Nullus hõ riſibilis eſt	Vniuer.	Nullus nõ hõ non riſibilis eſt	Neg.
Affir.	Quidam homo riſibilis eſt	Particu.	Quidam nõ hõ nõ riſibilis eſt	Affir.
Neg.	Quidã homo riſibilis non eſt	Particu.	Quidã nõ hõ nõ riſibilis nõ ẽ	Neg.

¶ Harum igitur talis eſt conſonanda falſitate vel veritate proprietas/ vt affirmationes quidẽ inter ſe vniuerſales/ particulareſq; negationes: vel in veritate/ vel in mẽdacio conſentire queant/ vel verũ iter ſe falſũq; diuidere. Si qd enim de ſubiecto tale p̃dicet qđ vel a ſubiecto neq̃at ſegregari/ vt ab hoie ratiõabilitas/ vel a ſubiecto quidẽ recedere queat/ ſed ſubiecti naturã nõ poſſit ęquare/ vt hois grãmaticꝰ: vnã verã/ alterã falſam eẽ ꝓueniet. Nã qui dicit omnis hõ rationalis eſt: verum loquitur. & qui dixerit/ omnis non homo non rationalis eſt: mentietur. Diuinæ namq; ſubſtantiæ: rationis quidem compotes ſunt/ ſed homines non ſunt. Item ſi quis pronun-

Affir.	Quidã homo risibilis est	Particu.	Quidã homo non risibilis est	Affir
Neg.	Quidam homo risibilis non est.	Particu.	Quidã homo nõ risibilis non ẽ	Neg.

Affir.	Omnis homo iustus est	Vniuer.	Omnis homo nõ iustus est	Affir.
Neg.	Nullus homo iustus est	Vniuer.	Nullus homo nõ iustus est	Neg.
Affir.	Quidã homo iustus est	Particu	Quidã homo nõ iustus est	Affir.
Neg.	Quidã homo iust9 non est	Particu.	Quidam hõ non iustus nõ est	Neg.

Affir.	Omnis homo grammaticus est	Vniuer.	Omnis homo nõ grãmatic9 ẽ	Affir.
Neg.	Nullus homo grammaticus est	Vniuer.	Nullus hõ nõ grãmaticus est	Neg.
Affir.	Quidam homo grammaticus ẽ	Particu.	Quidã hõ non grammaticus ẽ	Affir.
Neg.	Quidam hõ grammaticus nõ ẽ	Particu.	Quidã hõ nõ grãmaticus nõ ẽ	Neg.

¶Harum igitur affirmationes vniuersales/ si quidẽ prædicẽt quod subiecto nequeat conuenire/ vt lapis homini/ vel a subiecto cum sit æquale/ vel sit maius non possit abscedere/ vt animal vel risibile ab homine; vnã semper necesse est veritatem/ alteram proferre mendaciũ. quicquid vero prẽter ea fuerit prædicatũ: vtrisq; falsitas inuenitur/ vt ad veritatem cõuenire nõ possint. Negationes vero vniuersales si quidẽ id de subiecto prẽdicent quod subiecto adesse possit & abesse/ ita vt excedat vt virtus hominẽ/ vel id quod adesse quidem queat sed non possit adẽquare subiectum vt grãmaticus hominẽ: vtrẽq; in falsitate communicant. quicquid vero aliud fuerit prẽdicatũ: vnam veritas/ alteram falsitas cõsequetur/ vt autem simul verẽ sint nequit ostendi. Particularium vero affirmationes quidem simul verẽ sunt/ si id quod vel adesse possit vel abesse prẽdicetur/ siue illud maius sit vt iustitia homine/ seu minus vt grammaticus homine. Si quid vero aliud fuerit prẽdicatũ: veritas in eas ac falsitas distribuit/ ita vt nunq̃ cõmunẽ consonẽt falsitatem. Particulares quoq; negatiuẽ in similibus terminis veritate cõcordant. Nã si quod adesse vel abesse potest/ siue illud maius sit/ vt iustus hoie/ siue minus vt grãmatic9 hoie/ de subiecto prẽdicetur: veritas vtrisq; constabit. In alijs vero cunctis prẽdicationibus: vni veritas/ alteri falsitas cedit/ nunq̃ tamen vtrẽq; in prodenda falsitate consentient. Præter hanc autem inter se cõuenientiam propositionum: habent aliquid hẽ proprium quẽ prẽdicatũ adiecta negatione pronunciant/ qd cẽteris inesse non possit. Affirmationes namq; negationibus negationesq; affirmationibus quarũ vniuersalis est propositio/ itẽq; particulares affirmationes negationibus/ negationes affirmationibus ita conueniunt: vt nũq̃ necq; in falsitate necq; in veritate discordent. Cõuenientium autẽ ordinem seriẽq; describimus: quas si quis in superius posita respexerit/ videbit angulariter conuersas.

Affirma.	Omnis homo rationalis est	CON	Nullus homo non rationalis est	Nega.
	Omnis homo non rationalis est	VE	Nullus homo rationalis est	
	Quidã homo nõ rationalis est	NI	Quidam homo rationalis non est	
	Quidam homo rationalis est	VNT	Quidam homo nõ rationalis non ẽ	

¶Quod iccirco in his tantum videtur euenire/ q̃ de eodem subiecto vterq; intelligitur ordo opponere. Nam quæ dicit omnis homo rationalis est: de homine rationale prẽdicauit. Item quẽ ponit/ omnis homo nõ ratiõalis est: de eodem hoie rationale seiunxit/ vt merito simplices affirmationes negationi consentiant. At non in alijs intelligitur idem esse subiectum. Nam & illa q̃ proponit/ omnem non hominem esse rationalem/ & illa quẽ enunciat/ omnem non hominẽ esse non risibilem: de homine non loquuntur/ sed quolibet alio quod hominis negatione relinquitur. Atq; ideo velut extraneẽ atq; a semet alienẽ: nec in veritate possident aliquam nec in falsitate concordiam. Indefinitas autem propositiões/ quoniã particularibus similes esse mõstrauimus: adiungendas superioribus nõ putaui. Idẽ enim indefinitis necesse est euenire/ qd particularib9 solet incurrere.

DE CONVERSIONE PROPOSITIONVM.

¶Expeditis igit his propositionibus q̃ ex vtrisq; communicant terminis/ atq; eodẽ ordine collocatis: nũc eã ꝓpositionũ cõueniẽtiã/ vel pticipationẽ loq̃mur q̃ i vtrisq; eadem terminis cõueniẽtia/ sed ordinis cõmutatiõe cõsistunt/ cuius disceptationis hic finis est de propositionũ conuersione docuisse. qd eni est aliud ꝓpositiões mutato ordine cõuenire vtrisq; terminis: nisi ꝓpositiones cõuerti/ Conuerti aũt vel ibi vel alijs propositiões dicuntur: quoties mutato ordine terminorum/ idest quod subiectum fuerat prædicato/ & quod prædicabatur ante

	Simplices		Ex subiectis infinitis	
Affir.	Omnis homo rationalis est	Vniuer.	Omnis non homo rationalis est	Affir.
Neg.	Nullus homo rationalis est	Vniuer.	Nullus non homo rationalis est	Neg.
Affir.	Quidam homo rationalis est	Particu.	Quidã non homo rationalis est	Affir.
Neg.	Quidam hõ rationalis nõ est	Particu.	Quidã nõ hõ rationalis non est	Neg.

Affir.	Omnis homo risibilis est	Vniuer.	Omnis nõ homo risibilis est	Affir.
Neg.	Nullus homo risibilis est	Vniuer.	Nullus non hõ risibilis est	Neg.
Affir.	Quidam homo risibilis est	Particu.	Quidam non homo risibilis est	Affir.
Neg.	Quidam homo risibilis non est	Particu.	Quidã non hõ risibilis non est	Neg.

Affir.	Omnis homo iustus est	Vniuer.	Ois non hõ iustus est	Affir.
Neg.	Nullus homo iust⁹ est	Vniuer.	Nullus non homo iustus est	Neg.
Affir.	Quidã homo iustus est	Particu.	Quidã non hõ iustus est	Affir.
Neg.	Quidã homo iustus non est	Particu.	Quidã nõ homo iustus nõ est	Neg.

Affir.	Omnis homo grammaticus est	Vniuer.	Omnis non hõ grãmaticus est	Affir.
Neg.	Nullus homo grammaticus est	Vniuer.	Nullus nõ hõ grãmaticus est	Neg.
Affir.	Quidam homo grãmaticus est	Particu.	Quidã non hõ grãmaticus est	Affir.
Neg.	Quidam hõ grãmaticus nõ est	Particu.	Quidã nõ hõ grãmaticus nõ est	Neg.

Affir.	Omnis homo lapis est	Vniuer.	Omnis non homo lapis est	Affir.
Neg.	Nullus homo lapis est	Vniuer.	Nullus non homo lapis est	Neg.
Affir.	Quidam homo lapis est	Particu.	Quidam nõ homo lapis est	Affir.
Neg.	Quidam homo lapis non est	Particu	Quidam nõ hõ lapis non est	Neg.

¶ In harum igitur affirmatiõibus quidem vniuersalibus veritas & falsitas distribuitur: si quid tale de subiecto prædicetur/ quod abesse non possit. siue illud maius sit/ vt animal homine: siue æquale/ vt risibile homini. In his enim vnam veram: alteram falsam esse necesse est. quicquid vero præter ea fuerit prędicatum: vnam semper veritas/ alteram semper falsitas sequetur. vt autem simul verę sint/ nequit ostendi. Particularium vero in affirmatiõibus quidem/ si quidem ea prędicentur quæ valeant transire subiectum/ siue ab eo separari nequeant/ vt animal ab homine/ seu possint vt iustitia ab homine: loquitur vtraq; vera sententia. quicquid vero præter ea fuerit prędicatum: vnam veritas/ alteram falsitas tenet/ falsæ vero simul nequeunt inueniri. Negationes vero particulares si quidem id prædicent quod a subiecto non possit abscedere/ siue illud maius sit vt rationale homine/ seu æquale/ vt risibile homini: vni constabit veritas/ altera mentietur. Si quid vero præter ea fuerit prædicatum: veras semper vtrasq; esse cõstat/ vt in eas cõmunis falsitas nunq̃ possit incidere. ¶ Itẽ disponantur in ordinem primum quidem simplices: hae regione respiciant quæ subiecto simplici/ denegantur prædicato.

	Simplices		Ex infinito prædicato.	
Affir.	Omnis homo lapis est	Vniuer.	Omnis homo non lapis est	Affir.
Neg.	Nullus homo lapis est	Vniuer.	Nullus homo non lapis est	Neg.
Affir.	Quidam homo lapis est	Particu.	Quidam homo nõ lapis est	Affir.
Neg.	Quidam homo lapis non est	Particu.	Quidam homo nõ lapis non est	Neg.

Affir.	Omnis homo animal est	Vniuer.	Omnis hõ non animal est	Affir.
Neg.	Nullus homo animal est	Vniuer.	Nullus hõ non aial est	Neg.
Affir	Quidam homo animal est	Particu.	Quidam homo non aial est	Affir.
Neg.	Quidam homo animal non est	Particu.	Quidã hõ nõ animal non est	Neg.

Affir.	Omnis homo risibilis est	Vniuer.	Ois homo non risibilis est	Affir.
Neg.	Nullus hõ risibilis est	Vniuer.	Nullus hõ non risibilis est	Neg.

differere/in qua vtrinq; terminorum ordine permutato vni/vel vtriq; eorum negatiuũ copulatur aduerbium. Atq; in his enũciationibus conuerti termini per oppoſitionẽ dicuntur, vnuſquiſq; enim terminorum negatione prępoſita/terminis ſimpliciter pronunciatis videtur oppoſitus. Huius vero participationis eſt triplex modus. aut enim prædicato tantum termino negatio iũgitur/aut ſubiecto/aut vtriq; termini denegantur. Primũ igitur ſuppoſita deſcriptione pãdãtur exempla: poſt autem quemadmodũ ſe habent ad veritatis falſitatiſue conſenſum conſequẽti ordine diſputatur. At primũ quidẽ de hac diſſeremus: cuius ſubiectum prædicatũq; negatur. poſt vero cuius ſubiectũ ſolum, poſtremo cuius quí prędicaẽ terminus cum negatione proferatur/atq; earum quidem naturam atq; ordinem ex ſimplicibus informabim9. Simplices autem in quantitatum differentijs conſtitutas: quattuor eſſe monſtrauimus. Sit igitur prima quidem affirmatio vniuerſalis quę proponat omnem hominem eſſe animal: aduerſum hanc collocetur affirmatio vniuerſalis/quæ non ſolum conuerſis terminis enuncietur/verum in vnoquoq; termino negatiuum aduerbium habeat adiunctum hoc modo/omne non animal non homo eſt. Rurſus proponatur vniuerſalis negatio ea quæ eſt nullus homo animal eſt: huic aduerſum teneat locum vniuerſalis negatio terminis cum negatione conuerſis/ideſt nullum non animal non homo eſt. Item ſit particularis affirmatio ſimplex quidam homo animal eſt: huic terminis atq; ex aduerſo referatur particularis affirmatio/quę cõmutatis in ordinem terminis negationes vtriſq; geſtet oppoſitas/vt eſt quoddam non animal/non homo eſt. Item ſit particularis ſimplex negatio quę proponat quẽdã hominem animal non eſſe: hanc ex aduerſo reſpiciat particularis negatio quę permutatis ad ordinem terminis aduerbium negationis adiecerit vt eſt quoddam non animal non homo non eſt.

	Simplices		Cõuerſę vtriſq; infinitis	
Affir.	Omnis hõ aial eſt	Vni.	Omne non animal non homo eſt	Affir.
Neg.	Nullus hõ aial eſt	Vni.	Nullum non animal non homo eſt	Neg.
Affir.	Quidam homo animal eſt	Par.	Quoddã nõ animal non homo eſt	Affir.
Neg.	Quidã homo aial non eſt	Par.	Quoddã non aial non hõ non eſt	Nega.

¶Sed quãq; huiuſmodi participationis plures eſſe differẽtias nouimus: ad inſtructionem tamẽ categoricorum ſyllogiſmorum de hac tantum propoſuiſſe ſufficiat. quarũ quidem propoſitionũ pars ex ſimplicibus nominibus cõſtat/pars vero ex infinitis. Nã propoſitio vniuerſalis q̃ eſt omnis homo animal eſt: ex vtriſq; nominibus finitis conſtat. Namq; et hõ & animal: finita nomina eſſe manifeſtũ eſt. Ea vero affirmatio quæ proponit omne non animal non hominem eſſe: infinitorum terminorum poſitione coniuncta eſt. Nõ animal enim/& non homo: nomina eſſe infinita i nominis definitione prædiximus/quę quidẽ ſeſe ad veritatis falſitatiſue rationem ſic habent. Vt enim negationibus adiunctis infinita nomina ſimplicibus opponuntur: ita etiã cõuerſio propoſitionum contrario contingit/q̃ paulo ante in ſimplicibus habebatur. In illis enim affirmatio vniuerſalis particulariſq; negatio: conuerſionem ſtabilem non tenebãt. Affirmatio autem particularis atq; vniuerſalis negatio conuerſæ: certiſſime tuebantur vel in veritate/vel in falſitate conſenſum. hic omne diuerſum ẽ. Vniuerſalis nãq; affirmatio/& particularis negatio per oppoſitionem ſibi ipſa conuertitur: vniuerſalis autem negationis & particularis affirmationis non eſt ad veritatis falſitatiſue conſenſum fida conuerſio. At primum de vniuerſali affirmatione tractemus/quæ cũ in ſimplicibus vera ſit: veritatem quoq; per oppoſitionem cõuerſa cuſtodit. vt ea quę dicit omnem hominem eſſe animal vera eſt: atq; illi per oppoſitionem cõuertitur/ideſt omne non animal non homo eſt/eam quoq; veram eſſe neceſſe eſt. Propoſitionis autẽ huius iſta ſententia eſt/quoniam non eſt homo quicquid animal non eſt: qđ verum eſſe nullus ignorat. Itẽ ſi ſit falſa vniuerſalis affirmatio in ſimplicibus terminis conſtituta: falſa quoq; eius per oppoſitionem probabitur eſſe conuerſio. nam cum dicimus omnis lapis animal eſt/falſa ẽ: atq; illi per oppoſitionem conuertitur ideſt omne non animal non lapis eſt/eam quoq; falſam eſſe neceſſe eſt. Id enĩ ex tali enunciatione ſentitur: quoniã quicquid animal non fuerit id lapis nõ eſt/qđ apertiſſime falſum eſt/cũ lapis ipſe aial non ſit. q̃ ſi vniuerſalis affirmatio terminorum oppoſitione conuerſa ſibimet in veritate conuenit & in falſitate: nõ eſt dubiũ quí vniuerſalis ſimplex affirmatio ſtabili per oppoſitionẽ conuerſione monſtretur. Idem de ſimplici etiam particulari negatione dicemus. Nam cum hæc falſa eſt/vt ea quæ dicit quidam homo animal non eſt: illa quoq; falſitatem tenebit quæ huic terminorum oppoſitione conuertitur/vt ea quæ proponit quoddam non animal non homo non eſt. Id enim ex hac enunciatione colligitur: q̃ res quæ non ſit animal/ſit homo. Etenim hoc eſt eſſe hominem: quod non eſſe non hominem. At ſi vera ſit negatio particularis ex ſimplicibus terminis iuncta/vt eſt quidam lapis animal nõ

ſubiecto : veritatem ſimul obtinent vel falſitatem, de quibus pleniſſime hic diſputandi ſumem⁹ exordium. Quattuor propoſitiones eſſe prædiximus/ quæ habeant differentias q̄titatū/ & vtriſq; terminis ablq; ordinis pmutatione participāt. hę vero ſunt affirmatio vniuerſalis/ negatio vniuerſalis/ affirmatio particularis/ negatio particularis. Harū igitur particularis affirmatio/ pticulariter quidem ſibijpſa conuertitur: vniuerſali autem affirmationi per accidēs. & rurſus vniuerſalis negatio loco principe/ ſui recipit cōuerſionem: ad particularem vero negationem / per accidens conuerti poteſt. Affirmationis vero vniuerſalis ad ſeipſam perpetua non poteſt eſſe conuerſio: ad particularem vero affirmationem / per accidens poteſt. Nec vero negationis particularis/ ad ſeipſam principaliter ſtabilis ac firma cōuerſio eſt: ſed negationi vniuerſali/ ſecundo loco atq; accidentaliter, quę omnia facilius declarātur exemplis. Affirmatio enim particularis/ vt ea quę proponit quidam homo albus eſt: facile ſibijpſa cōuertitur/ ſi dicamus quoddam album homo eſt/ atq; in vtriſq; ſimul veritas cōſtat. At ſi quis proponat quendam hominē eſſe lapidē/ eamq; conuertat dicens quendam lapidem eſſe hominem: manſit in vtriſq; mendacium. Hoc igitur modo affirmatio pticularis: ſui recipit cōuerſionē. Itē negatio vniuerſalis conuerti poteſt: vt ſi qs enunciet nullū hoiem eſſe lapidē/ eāde q̄ cōuerſis terminis dicat nullū lapidē/ eē hoiem/ ſimul veritatē tuent. At ſi qs dicat nullum hoiem eſſe animal/ atq; eandem ſub terminorum cōuerſione proponat dicēs nullū animal eſſe hominem: neutra ſuam perdidit falſitatem. Hoc igitur modo vniuerſalis quoq; negatio ſibijpſa conuertitur: vniuerſalis vero affirmatio non tenet perpetuam conuerſionem. q̄uis enim quoties de ſpeciebus propria prędicātur/ conuerti vniuerſales affirmationes queant/ vt ſi quis dicat omnis homo riſibilis eſt/ poterit terminorum ordinē permutare omne riſibile eſſe hominem: tamen non eſt hęc æqualis atq; in omnibus terminis fida conuerſio. quid enim cum quis ita proponit omnis homo animal eſt: nunquid cōuertere vere poteſt/ vt omne animal hominem eſſe pronūciet? Quare cum aliquoties vniuerſalis affirmatio conuerſa propriam non teneat veritatem: dicitur cōuerſionis naturam non poſſe ſuſcipere. Negatio quoq; particularis interdū videtur poſſe cōuerti/ veluti ſi quis enunciet quendā hominem lapidem non eſſe: verum loquatur cum dixerit quendam lapidem hominem non eſſe. ſed eſt inſtabilis & incerta conuerſio. nam cum quidam homo grammaticus non ſit: falſum eſt dicere quendam grammaticum/ hominem non eſſe. Ita igitur hæc quoq; cōuerſio protinus a ſua veritate deſinit. Superius igitur propoſitarum quattuor enunciationum : duę quidem oppoſitę/ ideſt particularis affirmatio & vniuerſalis negatio/ cōuerſionem ſui firmam perpetuamq; ſuſcipiunt. duę vero oppoſitę/ ideſt affirmatio vniuerſalis & negatio particularis: conuerſionis non tenent firmitatem. ſed quia vniuerſalis affirmatio quę in ſui cōuerſione videtur inſtabilis/ ſi vera eſt/ particularem quoq; affirmationem veram eſſe neceſſe eſt: ſi autem particularis affirmatio conuerſa non amittit propriam veritatem / vniuerſalis quoq; affirmatio conuerſa particulari affirmationi eandem veritatem ſonabit/ velut his exemplis probabitur. Si quis enim proponat omnem hominem eſſe animal: verum dixerit. huius ſubalterna particularis affirmatio quendā hominem eſſe animal: ea quoq; vera eſt / quoniam vniuerſalis affirmationis veritas anteceſſit. ſed eadē conuerti ſibi veriſſime poteſt. dicitur enim quoddam animal/ eſſe hominem. Quocirca affirmatio vniuerſalis quæ proponit omnem hominem eſſe animal/ & conuerſa particularis affirmatio quę pronunciat quoddā animal eſſe hominem : vtrąq; ſimul a veritatis ſignificatione non deſinunt. Ita igitur vniuerſalis affirmatio quę ſui conuerſionem perpetuā ferre non poterat: per accidens particulari affirmationi conuerſa eſt. per accidens autem ideo/ quoniam particularis affirmatio principe ſibijpſi loco conuertitur. cōuerſæ autē particulari affirmationi: vniuerſalis affirmatio eandē retinet in veritate ſententiam. Eadem ideo eſt etiā vniuerſalis negationis/ quę quoniam ipſa principaliter conuerti poteſt/ conuerſæq; negatiōi vniuerſali illa quæ ſubalterna eſt eandem veritatis refert ſententiam: particularis negatio conuerſa ad veritatis ſignificationem poterit conuenire. vt ſi quis nullum hominē eſſe lapidē confirmet/ & huius conuerſio eſt nullum lapidē eſſe hominē/ quæ cum vera præcedat: ſubalterneq; particularis negatiuę pficit veritatē. ea vero ēqdā lapis hō nō ēq̄ cōparata vniuerſali negatiōi q̄ dicit nullū hoiem eē lapidē: q̄ terminis tam ſimilis veritate proponitur. Igitur particularis negatio quæ ſibijpſi conuerti non poterit: vniuerſali negationi per accidens conuerti poteſt. Per accidens autem iccirco: quoniam vniuerſalis negatio in ſeipſam priore loco conuerti poteſt. Per conuerſionem autem ſui cum particulari negatione ſimilem veritatis videtur obtinere ſententiam. Itaq; concludendum eſt particularem quoq; affirmationem/ vniuerſalemq; negationem: conuerſionem ſui firmam ac ſtabilem cuſtodire. Affirmationem autem vniuerſalem particularemq; negationem in cōuertendo firmas eſſe non poſſe: ſed illā affirmationi particulari / hanc vero vniuerſali negationi per accidēs poſſe cōuerti. ¶ Reſtat nūc de ea ꝓpoſitionū cōuenientia vel participatiōe

Loco principe. loco ſcilicet per ſe/ ſui recipit conuerſionē. ſecūdo vero & loco minus principe/ cōuerſionē p accidens.

Affir.	Omnis hō/ grāmaticus eſt	Vniuer.	Omnis nō grāmaticꝰ/ hō eſt.	Affir.
Neg.	Nullus hō/ grāmaticus eſt	Vniuer.	Nullus nō grāmaticꝰ/ hō eſt.	Neg.
Affir.	Quidā hō/ grāmaticus eſt	Parti.	Quidā nō grāmaticus/ hō eſt.	Affir.
Neg.	Quidā hō/ grāmaticꝰ nō ē	Parti.	Quidā nō grāmaticꝰ/ hō nō eſt.	Neg.

Affir.	Omnis homo/ lapis eſt	Vniuer.	Omnis nō lapis/ homo eſt.	Affir.
Neg.	Nullus homo/ lapis eſt	Vniuer.	Nullus nō lapis/ homo eſt.	Neg.
Affir.	Quidā homo/ lapis eſt	Particu.	Quidam nō lapis/ homo eſt.	Affir.
Neg.	Quidā homo/ lapis nō eſt	Particu.	Quidā nō lapis/ homo non eſt.	Neg.

Affir.	Omnis homo/ riſibilis eſt	Vniuer.	Omne nō riſibile/ homo eſt.	Affir.
Neg.	Nullus homo/ riſibilis eſt	Vniuer.	Nullum nō riſibile/ homo eſt.	Neg.
Affir.	Quidā homo/ riſibilis eſt	Particu.	Quoddā nō riſibile/ homo eſt.	Affir.
Neg.	Quidam hō/ riſibilis nō eſt	Particu.	Quoddā nō riſibile/ hō nō eſt.	Neg.

¶ Harum igitur in affirmationibus quidem vniuerſalibus/ ſi ea de ſubiecto prædicentur quę & adeſſe & abeſſe contingant/ ſiue illud ſubiecto maius ſit vt iuſtitia homini/ ſiue minus vt grāmaticus homini/ vel ſi ea quę omnino adeſſe nō poſſunt/ vt lapis homini: ſimul ſemper falſas eſſe neceſſe eſt. Si quid vero præter hęc fuerit prædicatum: vnā veram/ falſam alterā eſſe proue niet/ nunq̄ vero vtriq; veritas conſonabit. In negationibus vero vniuerſalibus ſi quidem ea de ſubiecto prædicentur/ quę a ſubiecto valeant ſegregari/ ſiue illa maiora ſint/ vt iuſtitia homine/ ſiue minora vt eodem homine grāmaticus: vtriſq; aderit falſa ſententia. Quicquid vero reliquorum fuerit prædicatum: vni verum/ alteri faciet adeſſe mendacium/ nunq̄ vero in his concors veritas inuenitur. In particularibus vero affirmationibus ſi quidem ea prędicentur quę cū ſeparari poſſint/ tum vel maiora ſunt vt iuſtus homine/ vel minora vt grāmaticus homine: cōmunis affirmationes veritas obtinebit. Alia vero quęlibet prędicatio: vnam verā/ alteram ſem per faciet eſſe mendacem/ ſed nunq̄ cōmuniter mentiētur. In negationibus vero particularibꝰ hic modus eſt: vt ſiue ea quę adeſſe nō poſſunt/ vt lapis homini/ ſiue quę poſſunt ac poterūt ſegregari cum tamen eorum aliud maius ſit/ vt iuſtitia homine/ aliud minus vt grāmaticus homine/ prædicentur: veritas vtriſq; cōſtabit. Quicquid vero abſq; his prędicabitur: veritatē vni alteri diuidet falſitatem. ſimul tamē falſas eſſe nō euenit. Item deſcriptio ſupponatur: quę prio re parte ſimplicibus collocaris/ eas quę conuerſo ordine ſubiectum cum negatione proponūt/ contraria fronte conſtituat.

Simplices			Conuerſę ex ſubiecto infinito.	
Affir.	Omnis homo/ animal eſt	Vniuer.	Omne animal/ no homo eſt.	Affir.
Neg.	Nullus homo/ animal eſt	Vniuer.	Nullum animal/ nō homo eſt.	Neg.
Affir.	Quidā homo/ animal eſt	Particu.	Quoddā animal/ nō homo eſt.	Affir.
Neg.	Quidam homo/ aial nō eſt	Particu.	Quoddā aial/ nō homo nō eſt.	Neg.

Affir.	Omnis homo/ riſibilis eſt	Vniuer.	Omne riſibile/ nō homo eſt.	Affir.
Neg.	Nullus homo/ riſibilis eſt	Vniuer.	Nullum riſibile/ non homo eſt.	Neg.
Affir.	Quidā homo/ riſibilis eſt	Particu.	Quoddā riſibile/ nō homo eſt.	Affir.
Neg.	Quidam hō/ riſibilis nō eſt	Particu.	Quoddā riſibile/ nō homo nō ē.	Neg.

Affir.	Omnis homo/ lapis eſt	Vniuer.	Omnis lapis/ non homo eſt.	Affir.
Neg.	Nullus homo/ lapis eſt	Vniuer.	Nullus lapis/ non homo eſt.	Neg.
Affir.	Quidam homo/ lapis eſt	Particu.	Quidam lapis/ non homo eſt.	Affir.
Neg.	Quidā homo/ lapis nō eſt	Particu.	Quidā lapis/ nō homo nō eſt.	Neg.

Affir.	Omnis homo/ iuſtus eſt	Vniuer.	Omnis iuſtus/ non homo eſt.	Affir.
Neg.	Nullus homo/ iuſtus eſt	Vniuer.	Nullus iuſtus/ non homo eſt.	Neg.
Affir.	Quidam homo/ iuſtus eſt	Particu.	Quidam iuſtus/ nō homo eſt.	Affir.
Neg.	Quidā homo/ iuſtus nō ē	Particu.	Quidā iuſtus/ nō homo nō eſt.	Neg.

eſt: non deerit veritas cum terminorum oppoſitione cõuerſę/ quę proponit quoddã nõ animal non lapidem nõ eſſe. Id enim conuerſio ita ſignificat q̃ res quędam quę animal nõ ſit: lapis ſit. hoc eſt enim eſſe lapidem: qđ nõ eſſe nõ lapidem. q̃ ſi particularis ſimplex negatio per oppoſitiones proprię conuerſioni & in veritatis & in falſitatis ſignificatione cõcordat: nõ eſt dubium particularem ſimplicem negationem/ certo ſibi ac ſtabili modo per oppoſitionem terminorũ poſſe conuerti. In negatione vero vniuerſali: non eſt perpetua neq; fida cõuerſio. qđ quidẽ fallere poterit: ſi quis ad ſolam reſpiciat conuenientiam falſitatis. Nam cum ſit falſa ſimplex vniuerſalis negatio/ quę proponit nullũ hominem eſſe animal: falſa eſt quę ei per oppoſitionem cõuertitur/ vt eſt nullum nõ animal nõ homo eſt. Id enim ex hac propoſitione mõſtratur/ quoniã omne qđ animal nõ eſt/ id homo eſt. hominem eſſe ſignificat quicquid animal non ſit: qui proponit nullum eſſe nõ hominẽ qui animal nõ ſit. ſed hic in falſitate conſenſus/ ad veritatem vſq; non peruenit. Age enim ſit vera ſimplex vniuerſalis negatio/ nullus homo lapis eſt: non vera poteſt eſſe/ nullus nõ lapis nõ homo eſt. Id namq; deſignat iſta conuerſio quoniam quicquid lapis non fuerit: id homo eſt. hominẽ namq; eſſe deſignat qđ lapis nõ ſit: qui pronunciat nullum eſſe non hominem qđ lapis nõ eſt/ qđ apertiſſime falſum eſt. q̃is enim multa proferam quę cũ lapides non ſint: tamẽ ab hominum natura ſeiuncta ſunt/ vt equus/ arbor/ atq; alia plurima. Si igitur negatio vniuerſalis per oppoſitionem proprię conuerſioni in falſitate quidem conuenit/ nec tamen in veritate cõſentit: recte pronũciatur cõuerſionem perpetuã atq; ęquabilem nõ habere. Eadem quoq; ratio eſt in affirmatione ſimplici particulari. Nam in hoc quoq; ſępe error appręhẽditur: vt certe propoſitionum cõuerſiones putẽtur/ ſi quis nõ ad falſitatis quoq; ſed ad ſolam cõuenientiam veritatis aſpiciat. Nam cũ affirmatio ſimplex particularis vera ſit/ vt eſt quędam homo animal eſt: ſi huius termini cum oppoſitione cõuertantur/ fiatq; propoſitio quoddam nõ animal nõ homo eſt/ a veritate nõ diſcrepat. Quid enim aliud enũciatio iſta deſignat: q̃ eſſe rẽ aliquã quę cũ animal non ſit ne homo quidem ſit/ vt lapis ſimul & ab animalis & hominis natura deficit? Sed hic in veritate cõſenſus: ad falſitatem vſq; nõ tendit. Quid enim ſi ſit falſa ſimplex affirmatio particularis vt eſt/ quidam homo lapis eſt: nõ erit eius per oppoſitionem falſa conuerſio/ quidam nõ lapis non homo eſt? atqui hęc firma veritate conſiſtit. id enĩ ex hac propoſitione datur intelligi/ q̃ ſit quiddam qđ cũ lapis nõ ſit/ ne homo quidẽ ſit: vt equus atq; arbor/ quę neq; hominis neq; lapidis diffinitione claudũtur. q̃ ſi particularis affirmatio dũ per oppoſitionem conuertitur in veritate quidẽ tenet ſecum ipſam concordiam/ in falſitate autem ſibimet ipſa diſſentit: rectum eſt pronũciare q̃ termini negatione coniuncta/ cõuerſionẽ firmã ſtabilemq; nõ teneant. Quare cũ in ſimplicibus/ ac pręter oppoſitionem cõuerſionibus vniuerſalis quidem negatio particulariſq; affirmatio perpetua fidaq; terminorum permutatione vertantur/ affirmatio vero vniuerſalis particulariſq; negatio minime: dum per terminorũ oppoſitionem ſimplex propoſitio ſibi ipſa cõuertitur/ omnia (vt dictũ eſt) aduerſa ratione contingũt. Vniuerſalis nãq; affirmatio & particularis negatio/ firmam negatarũ partiũ retinent conuerſionem. Vniuerſalis autem negatio in falſitate quidem: recte ſibi ipſa cõuertitur. in veritate autẽ ſibi ipſa diſcordat. particularis autem affirmatio in veritate quidem ſibi conuenit/ ſed in falſitate diſſentit. Similis autem contẽplatio eſt in ijs quę conuerſo ordine terminorum prędicato tãtum vel ſubiecto ſibi copulant negationem: in quibus/ vt in ſuperioribus quoq; fecimus/ propoſitionũ tantũ ordinẽ deſcribemus & quid eueniat ſub breuitate mõſtrabimus/ perquirenda atq; examinanda ſingula lectoris diligentię derelinquẽtes. Deſcriptis ergo ſimplicibus: ex aduerſa parte quę conuerſo ordine prędicatum cũ negatione pronunciant/ conferantur.

Simplices			Conuerſę de prædicato infinito.	
Affir.	Omnis homo/ animal eſt.	Vniuer.	Omne non animal/ homo eſt.	Affir.
Neg.	Nullus homo/ animal eſt	Vniuer.	Nullum nõ animal/ homo eſt.	Neg.
Affir.	Quidam homo/ animal eſt	Particu.	Quoddam non aial/ homo eſt.	Affir.
Neg.	Quidã homo/ animal nõ ẽ	Particu.	Quoddã nõ aial/ homo nõ eſt.	Neg.
Affir.	Omnis homo/ iuſtus eſt	Vniuer.	Omnis non iuſtus/ homo eſt.	Affir.
Neg.	Nullus homo/ iuſtus eſt	Vniuer.	Nullus non iuſtus/ homo eſt.	Neg.
Affir.	Quidam homo/ iuſtus eſt	Particu.	Quidam non iuſtus/ homo eſt.	Affir.
Neg.	Quidã homo/ iuſtus nõ eſt	Particu.	Quidã non iuſtus/ homo nõ eſt.	Neg.

ſi quis vero græcæ orationis expers eſt: in his/ vel ſiqua horum ſunt ſimilia/ diſſuadebit. Itaq; hęc huius procœmij lex erit: vt forum noſtrũ nemo nõ intellecturus/ & ob hoc culpaturus inſpiciat. ſed ne procœmij tempus nichil alferentibus teratur: inchoandũ nobis eſt illo prius depulſo periculo/ ne a quoq; ſtilo culpetur oratio. Non enim eloquentię cõpoſitiones: ſed planiciem conſectamur. ꝙ ſi hoc efficimus quęlibet incõpoſite loquẽtes: intentio quoq; noſtra nobis perfecta eſt. ¶ Sed quoniam ſyllogiſmorũ prima eſt propoſitio: de propoſitionibus hoc libello tractatus habebitur. Et quoniam propoſitionis partes ſunt nomen & verbum/ pars autẽ ab eo cuius pars eſt prior eſt: de nomine & verbo/ quę prima ſunt/ diſputatio prima ponatur.

¶ DE NOMINE.

NOmen eſt vox deſignatiua ad placitum/ ſine tẽpore: cuius nulla pars extra deſignatiua eſt. Vox autem dictum eſt: quia vox nominũ genus ẽ. Omnis autem diffinitio a genere trahitur. vt ſi diffinias hominem: animal dicis/ ideſt genus. poſt vero rationale/ ideſt differentiam. deſignatiua vero eſt dicta: quia ſunt voces quędam/ quę nichil ſignificant vt ſunt ſyllabę. Nomen vero deſignat id cuius nomen eſt. Ad placitum vero: quia nullum nomẽ aliquid per ſe ſignificat/ ſed ad ponẽtis placitum. Illud enim vnaquęq; res dicitur: qđ ei placuit/ qui primus nomen illud impreſſit. Sunt enim voces naturaliter ſignificantes: vt canũ latratus/ iras canum ſignificat. ſed nõ ſunt nomina: quia nõ ſunt ad placitum ſignificantes/ ſed natura. Sine tempore vero: ꝙ verba quidem voces ſunt/ & deſignatiuę/ & ſecundum placitum. ſed diſtant ꝙ nomina quidem ſine tempore ſunt/ verba cũ tempore. Cuius vero nulla pars extra deſignatiua eſt: ꝙ oratio & ipſa vox eſt/ & deſignatiua/ & ſecundũ placitum/ & aliquoties ſine tempore eſt. ſed orationis partes ſignificant/ nominis vero partes nichil ſignificant. In Ciceronis enĩ nomine: nulla extra pars deſignatiua ẽ/ neq; ci/ neq; ce/ neq; ro. Neq; ſi ex duob⁹ integris nomina ſint. quod enĩ in vno conſignificat: id extra nõ ſignificat. In nomine enim magiſter: magis & ter cõſignificãt/ quia eſt magiſter. ſublatũ vero ter et magis nõ erit alicuius ſignificatio: niſi tibi hoc alij nomẽ dare placuerit. Omnia enim nomina: nõ naturaliter ſunt/ ſed ad placitum ponuntur. Sed de hoc in cõmentario libri ϖερι ερμηνειας Ariſtotelis dictum eſt: & maior eius rei tractatus eſt/ q̃ vt nunc queat expediri. Reuertamur igitur ad nomen. Sed quoniam ſunt quędam voces/ quę & deſignatiuæ ſunt/ & ſecundum placitum/ & ſine tempore/ quarũ dubia ſit natura/ ideſt non homo (hoc enim ſignificat equidem quiddã/ & ſecundũ placitũ) appoſitum eſt enim ſed dubium eſt/ cui ſubdi poſſit. nomini enim nõ poteſt. Omne enim nomẽ ſignificat aliquid definitum: non homo autẽ qđ definitum eſt permit. oratio vero dici nõ poteſt. Omnis enim oratio: ex nominibus & verbis conſtat. non homo autem/ neq; ex nominibus cõſtat neq; ex verbis. ſed multo magis eſſe nõ poteſt verbum. Omne enim verbũ: cum tẽpore eſt. non homo: ſine tempore eſt. quid ſit ergo ita videndũ eſt. Et quoniam non homo vox/ ſignificat quiddã: quid autẽ ſignificet/ in homine ipſo non continetur (poteſt enĩ non homo/ & equus eſſe & lapis/ & domus/ & quicquid homo non fuerit) quoniam ea quę ſignificare poteſt infinita ſunt/ infinitum nomen vocatur. Et quoniam ſunt quędam voces/ & deſignatiuę/ & ad placitũ/ & definitę/ & quarum partes extra nichil ſignificant/ vt ſunt caſus nominũ/ vt Ciceronis vel Cicerone: hęc nomina nõ erunt. Omne enĩ nomen iunctum cũ eſt verbo: aut verũ aut falſum demonſtrat. vt ſi dicas dies eſt: hoc vero aut verũ aut falſum eſt. ſi vero caſus iungas: neq; verum neq; falſum efficis. ſi enĩ dicas diei eſt: nichil quod ſit aut non ſit demõſtraſti. itaq; nichil ex hoc neq; verum neq; falſum efficies. Et merito dictum videtur. qđ enim primo vocabulum nomina rebus imponentes dixerint: id ſolum nomen vocabitur merito. Qui enim primus circo/ circum nomẽ impoſuit: ita dixiſſe videtur/ dicatur hoc circus. atq; ideo primus huc caſus nominatiuus vocatur: ꝙ nomen ſit. alijs vero nominibus non nominis cæteros caſus appellauere. Ergo a capite reuoluendum eſt: vocem dictam ꝙ vox nominum genus ſit. Deſignatiuam vero: vt ab ijs vocibus ſeparetur/ quę nichil ſignificant. Ad placitum vero: vt ab his ſeparetur/ quę naturaliter ſignificãt/ vt ſunt pecudũ. Cuius vero nulla pars extra ſignificat: vt diuideretur ab oratione cuius partes nomina ſunt & verba/ quę ſignificant. Sine tempore vero dictum eſt: ad diuiſionem verbi/ qđ cum tempore eſt. Finitam vero: vt ab infinitis ſeparetur. Rectam vero: vt a caſibus diſtingueretur. Et in verbo eadem fere omnia conueniunt.

A quo originẽ trahat nominatiuus.

¶ DE VERBO.

ESt enim verbum: vox ſignificatiua/ ad placitum/ cum tempore/ cuius pars nulla extra ſignificatiua ẽ. Et quia quędam vox ſignificatiua eſt ad placitũ cũ tempore cuius pars nichil ſignificat vt non albet (non albet enim quod cũ non iunctũ/ conſignificat: ſolum/ non ſignificat/ & quidem nichil definitum monſtrat. quod enĩ non albet:

Affir.	Omnis hō/ grāmaticꝰ eſt.	Vniuer.	Omnis grāmaticus/ nō hō eſt	Affir.
Neg.	Nullus hō/ grāmaticus eſt	Vniuer.	Nullus grā naticꝰ/ nō hō eſt.	Neg.
Affir.	Quidam hō/ grāmaticus ē	Particu.	Quidā grāmaticus/ non hō eſt.	Affir.
Neg.	Quidā hō/ grāmaticꝰ nō ē	Particu.	Quidā grāmaticꝰ/ nō hō nō ē.	Neg.

¶Superius igitur deſcriptarum enūciationum affirmationes quidem vniuerſales/ ſi ea de ſubiecto prędicentur quę ab eo nunq̄ valeāt ammoueri/ ſiue illud maius ſit vt animal homine/ ſeu ęquale vt riſibile homini/ ſeu tale qđ ſubiecto nullo modo poſſit obtingere vt lapis homini: vni veritatem diſpertient/ alteri falſitatem, at ſi quid abſq; his prædicabitur: vtraſq; falſitas obtinebit/ cōmuni autem propoſitionū veritati locus eſſe nō poterit. At in negationibus ſi quidem vniuerſalia & maiora prędicentur/ ſeu ea quę relinquere ſubiectum nequeant vt animal hominem/ ſeu quę poſſint vt iuſtitia hominem: vtriſq; falſitas inhęrebit, alia quęlibet prædicamenta vnam veram faciunt/ alterā falſam: ita vt cōmunis vtręq; veritatis nō poſſint eſſe participes. At in particularibus affirmationibus quidē/ ſi quidē maiora de ſubiecto prędicētur quę vel nunq̄ a ſubiecti cōiūctione diſcedāt vt aial ab homine/ vel etiā ſegregētur vt iuſtitia ab homine: reſpō debit vtraq; veritatem. cęteræ vero prædicationes veritatem propoſitionibus falſitatemue diſtribuunt/ in cōmune nō participātibus falſitatem, Particulares vero negationes ſi quidē ea p̄dicent/ quę poſſint a ſubiecto ſeparari/ ſiue illud maius ſit vt iuſtitia homine/ ſeu minus vt grāmaticus homine: veras vtraſq; eſſe neceſſe eſt. Si quid vero extra prædicabitur/ vni oportet verum/ alteri adeſſe mendaciū: vt ſimul falſę nequeant inueniri. Atq; hęc quidem de iſs propoſitionibus quę cum determinatione proferūtur dicta ſunt: quę vero indefinitæ ſunt/ quoniā particularium proprietatibus adęquātur/ eadem omnia cōparatę vniuerſalibus/ obtinebūt: quę in ſuperiore deſcriptione particularium propoſitionū ordo ſeruauit. Reſtarent ſubiectorū ſingularium propoſitiones/ de quibus quoniā & longum eſt dicere/ & nichil ad operis propoſiti affert vtilitatem/ & ſibiipſe exemplo earum quas ſuperius propoſuimus eaſdem lector inueniet: prætereundum videtur.

¶INTRODVCTIONIS IN CATEGORICOS SYLLOGISMOS FINIS.

¶SEVERINI BOETII DE SYLLOGISMO CATEGORICO LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.



VLTA greci veteres poſteris ſuis inconſultiſſimis reliquęre tractatibus/ in quibuſdam priuſq̄ ad reſidenſa caligantes obſcuritate venirent/ quaſi quadā intelligentiæ luctatione pręludunt. hinc per introductionem eſt facilior diſcibiliorq; doctrina. hinc per ea quę illi/ προλεγομενα vocāt/ nos prędicta vel prædicenda poſſumus dicere: ad intelligentiā prōptior via munitur. hanc igitur prouidētiam nō exoſus: ſtatui ego quoq; in res obſcuriſſimas aliquem quodā modo pōtem ponere mediocriter quicq̄ delibans. ita vt ſi quid breuius dictum ſit/ id nos dilatatione ad intelligentiā porrigimus. ſi quid ſuo more Ariſtoteles nominum verborūq; mutatione turbauit: nos intelligentiæ ſeruientes ad conſuetū vocabulum reducamus. ſi quid vero vt ad doctos ſcribens ſumma tantū tangens deſignatione mōſtrauit: nos id introductionis modo/ aliqua i eas res tractatione diſpoſita/ perquiramus. Sed ſi qui ad hoc opus legēdum acceſſerint/ ab his petitum ſit ne in iſs quę nunq̄ attigerint: ſtatim audeant iudicare/ neue ſi quid in puerilibus diſciplinis acceperint/ id ſacroſanctum iudicent. quandoquidem res teneris auribus accōmodatas: ſępe philoſophiæ ſenior tractatus eliminat. ſi quid vero in his nō videbitur ne ſtatim obſtrepant. ſed ratione conſulta quid ipſi opinentur/ quidue nos ponimus/ ueriore mentis acumine/ & ſubtiliore pertractata ratione diſiudicent. Et hi quidem/ ſi nos (vt arbitror) non ſufficimus: eos cōmentarios de quibus hęc protulimus/ deguſtent blando fortaſſe ſapore ſubtilitatis eliciti/ quāuis infreni & indomiti certatores ſint: veterum virorum inexpugnabilibus authoritatibus acquieſcent.

aliquis/non magis ſunt termini q̃ definitionum vtrum particulariter/an vniuerſaliter dictum ſit/deſignatiua ſunt.diuiditur ergo vt dictum ē propoſitio: in id qđ ſubiectum eſt/ & in id quod prędicatur. Dico autem ſubiectum/vt in omnis homo animal eſt propoſitione/hominē:id vero qđ prędicatur/animal. Et ſemper quod prędicatur:aut abūdat/aut ſupereſt ſubiecto/aut ęquatur. Minus autem prædicatū a ſubiecto nūq̃ reperitur. Sed id qđ diuerſis demonſtramus exemplis:a ſubiecto prædicatū abūdat quoties genus aliqđ de aliquo prædicatur.vt ſi dicas omnis homo animal eſt. Non enim potes conuertere omne animal homo eſt:quia animal ab homine plus eſt/& abundat. Aequatur autē prędicatum ſubiecto quoties proprium quiddā cuipiam prędicatur.vt omnis homo riſibile eſt/poteſt conuertere omne riſibile homo eſt. vt autem minus ſit id qđ prędicatur:fieri nequit. Dicitur etiam prędecedere prędicatum:ſequi qđ ſubiectū eſt. idoneior eſt enim prædicatio conſtituere propoſitionem: q̃ id qđ ſubiectum eſt. ¶Simplicium autem propoſitionū:alię ſunt in nullo ſibi participātes vt ſunt/omnis homo animal eſt/& virtus bona eſt/& alię huiuſmodi propoſitiones. alię vero quę participant. ¶Participantiū: aliæ ſunt quę in vtroq; termino participant/ alię quę in altero. Et altero termino participant tribus modis:vtroq; vero duobus. oſtendamus ergo exemplis/ quomodo altero tribus modis participant. cōmunis enim terminus eſt:cum in vna ſubiectus ſit/in altera prædicatur/vt ē omnis homo animal eſt/& omne animal animatū.in priore enim propoſitione animal prędicatur ad hominem:in poſteriore prædicatur ad animal animatū/& fit alias ſubiectū. Et eſt hic primus modus de eis quę altero participāt. Secūdus vero modus in quo in vtriſq; cōmunis terminus prædicatur:vt ſi quis dicat/ omnis nix candida/& omnis margarita cādida. Etenim in prima & ſecunda propoſitione candida prędicatur:in prima ad niuem/in ſecunda ad margaritam. Et hic ſecūdus modus ē altero termino participantiū. Tertius modus eſt:quoties in vtriſq; propoſitionibus cōmunis terminus ſubiectus eſt. vt ſi dicas virtus bonū eſt/ virtus iuſtitia eſt. in vtriſq; enim ad iuſtitiam/& ad bonum virtus ſubiecta eſt. Sunt igitur participantes ad alterum terminum:his tribus modis.aut cum ī vna cōmunis terminus prędicatur/in illa ſubiectus eſt:aut in vtriſq; prędicatur/aut cum in vtriſq; ſubiectus eſt. ¶Earū vero quę ad vtroſq; participāt terminos:duo ſunt modi. Alię enim ad eundem ordinem:alię ad ordinis cōmutationem. Ad eūdem ſunt:q̃ de eodē idē demōſtrāt vel affirmatiue vel negatiue/vel vniuerſaliter/vel particulariter. vniuerſaliter:oīs voluptas bonum eſt/nulla voluptas bonū eſt.& rurſus particulariter quędam voluptas bonum eſt/quędam voluptas bonū non eſt. Ad ordinis vero cōmutationem:quoties qui in altera ſubiectus eſt terminus/in alia prędicatur.vt omne bonū iuſtum eſt/& omne iuſtū bonum. Nam in priore bonū ſubiectum eſt/iuſtum prędicatum: in ſecunda iuſtum ſubiectum eſt/bonū prędicatum. Nunc ergo quoniam alię ad eundem ordinē/alię ad ordinis cōmutationē ſunt:prius dicemus de ijs quę ad eundem ordinē vtroq; termino participant.& quoniam ſunt propoſitiones aliæ affirmatiuę/alię negatiuæ/alię vniuerſales/alię particulares/alię indefinitę: duę ſunt ex ijs/quę qualitate differunt/tres quę quantitate differunt. Et ſunt quę qualitate differunt/affirmatiua & negatiua.ad quantitatem quę vero differunt:ſunt vniuerſales/particulares/indefinitę. In affirmatiuis enim & negatiuis:quale quid ſit aut nō ſit oſtenditur. In vniuerſali/particulari/indefinita:de omnium vel nullorum vel non nullorum quantitate monſtratur. Ex his ergo quinq; differentijs/ ideſt vniuerſali/ particulari/ indefinita/ affirmatiua/ negatiua: ſex coniunctiones fiunt/ita vt tribus quę ad quantitatem dicuntur/ duæ quę ad qualitatem dicuntur aptentur.& fit vniuerſalis affirmatiua/& vniuerſalis negatiua:vt omnis homo iuſtus ē/ nullus homo iuſtus eſt.& particularis affirmatiua/& particularis negatiua: quidā homo iuſtus eſt/quidam homo iuſtus nō eſt.& indefinita affirmatiua/& negatiua:vt homo iuſtus eſt/ homo iuſtus non eſt.fiunt ergo duabus quę ſunt ad qualitatem/ tribus quę ſunt ad quantitatem iunctis:ſex coniunctiones.de quibus indefinitas affirmatiuas/ & negatiuas ſeparemus/& de ſolis vniuerſalibus/& particularibus tractatus habeatur. Subſcribātur etiam earum participantiū: quę ad eundem ordinem vtroq; termino participant duæ vniuerſales propoſitiones:vna affirmatiua/& altera negatiua.& ſit affirmatiua vniuerſalis omnis homo iuſtus eſt:& contra ipſam vniuerſalis negatiua nullus homo iuſtus eſt. Item ſub his ponantur particularis affirmatio/& particularis negatio:ita vt ſub vniuerſali affirmatiua ponatur particularis affirmatiua/ & ſub vniuerſali negatiua ponatur particularis negatiua.& ſit particularis affirmatiua quidam homo iuſtus eſt/& contra ipſam particularis negatiua quidam homo iuſtus non eſt.quod mōſtrat ſubiecta deſcriptio.


poteſt & rubere/poteſt & nigreſcere/poteſt & pallere/& quicquid non albet) ideo infinitū verbum vocatum eſt. faciebat autem & facturus: vt ſuperius in nomine/non verba/ ſed caſus verborum ſunt. Repetendum eſt igitur ab initio verbum: eſſe vocem/ dictum a genere. ſignificatiuam vero: vt a non ſignificatiuis vocibus diuideretur. Ad placitum vero/vt ab illis quę natura ſunt ſignificatiuę/ vocibus ſeparetur. Cū tempore vero: vt a nomine diuideretur. Præſens vero aliquid ſignificare: vt a verbi caſibus diſiūgeretur. Finita vero/vt ab infinitis determinaretur. Reſtat ergo quid ſit oratio dicere. hęc enim ex nomine & verbo cōponi videtur. ſed prius vtrū nomē & verbum ſolę partes orationis ſint cōſideremus. an alię ſex/ vt grāmaticorū opinio fert. an aliquis ex his in verbi & nominis iura vertatur. quod niſi prius cōſtitutum ſit: tota propoſitionum/ ac deinceps ea ipſa quę ex propoſitionibus cōponitur ſyllogiſmorū ratio/ turbabitur. Nam ſi ex quo ſint genere termini neſciatur: totum ignorabitur. Nomen & verbum duæ ſunt partes putandę: cęteræ enim nō partes/ ſed orationis ſupplementa ſunt/ nō etiam partes. vt enī quadrigarum frena vel lora non partes/ ſed quędam quodā modo ligaturę ſunt/ & vt dictū eſt ſupplementa non etiam partes: ſic coniunctiones/ & præpoſitiones/ & alia huiuſmodi/ nō partes orationis ſunt/ ſed quędam colligamēta. Participium vero qđ vocatur: verbi loco ponatur/ quoniam temporis demonſtratiuū eſt. Aduerbium vero: nomen eſt. cuiuſdam enim definitę ſignificationis eſt/ ſine tempore. ꝙ ſi per caſus non flectitur: nichil impedit. Non enim eſt proprium nominis: flecti per caſus. ſunt enim quędam nomina quę flecti non poſſunt/ quę a grāmaticis monoptota nominantur. ſed hoc grāmaticę magis q̄ huius cōſiderationis eſt. Analogia.

¶DE ORATIONE.

ORatio eſt vox deſignatiua ad placitum/ cuius partes aliquid extra ſignificāt/ vt dictio non vt affirmatio. Et orationi eſt commune cum nomine & verbo: ꝙ vox eſt/ & deſignatiua/ & ad placitum. Cuius enim partes ad placitum ſunt: ea quoq; ipſa ad placitum eſt. orationis autem partes ſunt nomen & verbum. ſed hęc ad placitum. oratio igitur ad placitum eſt. Termini vero orationis: a dialecticis nomina & verba. Termini vero dicti ſunt: ꝙ vſq; ad verbū & nomen reſolutio partium orationis fiat/ neq; orationem vſq; ad ſyllabas nominum vel verborum tentet reſoluere/ quę iam deſignatiuę nō ſunt. Diſtat autem a nomine vel verbo oratio: ꝙ illius partes extra ſignificant/ verbi & nominis partes extra non deſignāt. Eſt autem dictio: vnius ſimplex vocabuli nūcupatio/ vel ſimplex affirmatio. Atq; ideo dictū eſt orationis partes ſignificare: vt dictionem/ ideſt vt ſimplicem vocabuli nūcupationē. In oratione enim Socrates ambulat: vtraq; extra ſignificāt tantū quantū ſimplex vocabuli nūcupatio deſignare queat. Quomodo autem/ vt affirmatio ſimplex nō ſignificari: in cōmentario peri hermenias explicui. Quid autem ſit affirmatio & negatio: paulopoſt explicabimus. ¶Sunt vero ſpecies orationis in anguſtiſſima diuiſione quīq;. Interrogatiua: vt putaſne anima immortalis eſt? Imperatiua: vt accipe codicē. Optatiua vel deprecatiua: vt faciat deus. Vocatiua: vt adeſto deus. Enunciatiua vero: vt Socrates ambulat. ſed neq; in illis quattuor veritas eſt/ neq; falſitas. Enunciatiua vero ſola: aut verum aut falſum continet/ atq; hinc propoſitiones oriuntur. Orationis diuiſiones.

¶Enunciatio autem in duas partes ſecabitur: in affirmationē/ & negationem. Affirmatio eſt enunciatio alicuius ad aliquid. Negatio eſt enūciatio alicuius ab aliquo. Et eſt affirmatio vtputa/ Plato philoſophus eſt. Negatio/ Plato philoſophus nō eſt. Affirmatio enim/ ad Platonē philoſophiam enūciat aliquā/ ideſt Platonem eſſe philoſophum. Negatio vero ab aliquo Platone aliquam philoſophiam enūciando tollit/ ideſt enūciat Platonem nō eſſe philoſophum. ¶Enūciatiuarum igitur orationum: aliæ ſunt ſimplices/ alię nō ſimplices. Simplices ſunt: vt ſi dicas dies eſt. nō ſimplices/ vt ſi dies eſt lux eſt. Affirmationes vero & negationes: alię ſunt vniuerſales/ alię ſūt pticulares/ alię indefinitę. vniuerſales ſunt q̄ aut omne affirmāt/ vt omnis hō aīal ē: aut omne negant/ vt nullus homo aīal eſt. particulares vero q̄ aliquē affirmāt & aliquē negāt: vt aliquis homo animal eſt/ aliquis homo animal non eſt. indefinitæ vero: quę neq; vniuerſaliter affirmant/ aut negant/ neq; particulariter/ vt homo animal eſt/ homo animal nō eſt. ¶Diuiditur autem ſimplex propoſitio in duas partes in ſubiectum & prędicatū: vt homo animal eſt/ homo ſubiectum/ animal prædicatum de homine. hę autem partes: termini nominantur/ quos diffinimus ſic. ¶Termini ſunt partes ſimplicis propoſitionis/ in quibus diuiditur principaliter propoſitio. Eſt enim ſimplicis propoſitionis vniuerſalis ſecunda diuiſio: vt in propoſitione/ omnis homo animal eſt/ omnis homo vnus terminus/ alius vero ſit animal eſt. ſed hoc ſecūdo loco: illud vero principaliter. nam primi termini: ſunt ſubiectum & prædicatum. Eſt enim & non eſt/ nō magis termini q̄ affirmationis vel negationis deſignatiua ſunt/ & omnis/ vel nullus/ vel Diffinitio terminorū

ſed non conuertitur: vt ſi vniuerſales falſę ſint/ falſas eſſe neceſſe ſit particulares. nam ſi vniuerſalis/ omnis homo iuſtus eſt falſa fuerit: nō neceſſe eſt particularem quidā homo iuſtus eſt/ falſam eſſe. Poteſt enim fieri vt ſi omnis homo iuſtus nō fuerit: ſit quidam iuſtus. & iterum ſi vniuerſalis negatiua nullus homo iuſtus eſt/ falſa fuerit: non neceſſe erit quidam homo nō eſt iuſtus/ falſam eſſe. nam ſi falſa eſt nullus homo iuſtus eſt: verū eſt eſſe aliquos iuſtos, vera eſt etiā quę dicit/ quidam homo iuſtus nō eſt: q; ſint quidam etiā non iuſti. Repetens igitur a capite dicat q; in ſubalternis/ ſi vniuerſales verę fuerint: veræ erunt etiam particulares, ſed non conuertitur. Item ſi particulares falſę fuerint: falſę erunt etiam vniuerſales/ ſed non conuertitur. Contrarię enī ſimul eſſe verę nunq̄ poſſunt. poteſt aūt fieri: vt alias vtrę q; falſę ſint/ alias vna vera/ & alia falſa. Vtræq; falſę ſunt/ vt ſi quis dicat omnis homo grāmaticus eſt falſa eſt: nam nō omnis homo, nullus homo grāmaticus eſt falſa eſt: nam non nullus. Eſt autē vna vera/ alia falſa. vt ſi quis ſic dicat omnis hō bipes eſt: hęc affirmatiua vera eſt. nullus homo bipes eſt/ hęc negatiua falſa eſt. Et iterum omnis homo quadrupes eſt: hęc affirmatiua falſa eſt. nullus homo quadrupes eſt: hęc negatiua vera eſt. Sunt ergo contrarię aliquoties vtrę q; falſæ: aliquoties inter ſe verum/ falſumq; diuidentes. vt vtrę q; autem verę ſint: fieri nunq̄ poteſt. ſubcontrarię vero cōtraria patiuntur. Nam falſę nunq̄ reperiri queunt: ſed alias verę vtrę q; ſunt. vt ē quidam homo grāmaticus eſt/ vera eſt. & quidam homo grāmaticus non eſt/ & hęc vera eſt. poteſt enim alius eſſe grāmaticus/ & alius nō eſſe. Alias vna vera eſt/ altera falſa. vera eſt enim affirmatio/ quidā homo bipes eſt. falſa eſt autem negatio/ quidam homo bipes nō eſt. item falſa eſt affirmatio quidam homo quadrupes eſt: vera negatio quidam homo quadrupes nō eſt. vt vero vtræq; falſæ ſint: fieri nunq̄ poteſt. ¶ Reſtat igitur vt de contraiacentibus dicamus/ quę neq; falſę ſimul aliquando eſſe poſſunt neq; verę: ſed ſemper vna falſa/ vera eſt altera. qđ facilius liquet/ ſi quis ſibi quęcunq; fingat exēpla. ¶ Res admonet: vt quędam de indefinitis propoſitionibus conſideremus. Indefinitæ etenim propoſitiones ęquam vim retinent particularibus propoſitionibus. Dictum ē enim q; ſi vniuerſales vel affirmatiuę vel negatiuę in ſubalternis propoſitionibus eſſent veræ: eſſent quoq; verę etiam particulares. Nunc vero dicimus: q; ſi vniuerſales propoſitiones verę fuerint/ verę erūt etiam indefinitę. Nam ſi vera eſt/ omnis homo bipes eſt: vera ē etiā quidam homo bipes eſt/ vera erit etiam indefinita/ homo bipes eſt. hoc etiam dictū eſt q; ſi particulares falſę eſſent: falſæ eſſent etiam vniuerſales. nunc vero dicendū eſt q; ſi indefinita falſa fuerit: falſa erit etiam vniuerſalis. Nam ſi falſa eſt quę dicit/ homo quadrupes eſt: falſa erit etiam quę dicit quidam homo quadrupes eſt. Atq; idem hoc etiā in negatiuis cōuenire videtur. vnde conſtat q; omnes indefinitę æquam vim particularibus retinent propoſitionibus. Rurſus dictū eſt q; ſubcontrarię quę particulares affirmatiuę & negatiuę ſunt/ ſimul verę eſſe poſſunt/ diuidere etiam verū falſumq; valent: ſimul vero falſas eſſe nō poſſe. hoc idē in indefinitis propoſitionibus expectandum eſt. Nam diuidunt verum/ falſumq; inter ſe. vt ſi quis dicat homo bipes eſt vera eſt: homo bipes nō eſt falſa eſt. & iterum homo quadrupes eſt falſa eſt: homo quadrupes non eſt/ vera eſt. Verę autem inueniri poſſunt. vt ſi quis dicat homo grāmaticus eſt: ſi quis hoc dicat de Donato/ vera ē. Item homo grāmaticus nō eſt: ſi hoc dicat de Catone verum eſt. vt ſimul falſę ſint nunq̄ reperiemus. Hinc quoq; oſtenditur indefinitas cū particularibus ęquali eſſe potentia. Amplius qđ dictum eſt contraiacentes/ ideſt vniuerſalem affirmatiuā & particularem negatiuam/ & iterum vniuerſalem negatiuam & particularē affirmatiuam neq; veras ſimul eſſe neq; falſas/ ſed inter ſe diuidere verū falſumq;: idem hoc euenit in indefinitis. Nā vniuerſalis affirmatiua & indefinita negatiua/ vel indefinita affirmatiua & vniuerſalis negatiua: neq; veræ ſimul eſſe poſſunt/ neq; ſimul falſæ. Diuidunt inter ſe verum falſumq;. nam ſi dixeris/ omnis homo bipes eſt: vera eſt. & ſi dicas homo nō eſt bipes/ falſa eſt. Item ſi dixeris homo quadrupes eſt/ falſa ē: ſi dixeris/ nullus homo quadrupes eſt/ vera eſt. vnde hinc quoq; colligere licet omnes indefinitas poteſtate/ & vi ęquales eſſe particularibus. Sunt etiam quædā propoſitiones quę diuidūt quidem & ipſę verū & falſum: vt deus fulminat/ deus nō fulminat. ſed iſtæ tunc diuidunt inter ſe verū & falſum: cum idem tempus/ idem ſubiectum/ idēq; prædicatū ſit. qđ autem dico tale eſt. ſi ęquiuocum ſubiectum fuerit: nō diuidunt verū & falſum. Si quis enim dicat Cato ſe Vticę occidit/ & reſpondeatur Cato ſe Vticę non occidit: vtrę q; verę ſunt. Nam & Cato minor ſe peremit: Cato cenſorinus ſe Vticę non occidit. Sed hoc iccirco euenit: q; Catonis nomen ęquiuoce dicitur. Dicitur enī maior Cato cenſorinus/ & minor Vticēſis. Item ſi ęquiuoca fuerit in propoſitione prędicatio: verum inter ſe affirmatio negatioq; nō diuidunt. ſi quis enim ſic dicat in nocte lucet/ & reſpondeatur in nocte non lucet: fieri poteſt vt vtrę q; verę ſint. Nam in nocte lucerna lucere poteſt: & ſol lucere non poteſt. hoc autem dico euenire: q; lucere ęquiuoce & ad lucernæ lumen/ & ad ſolis dicitur. Amplius ſi aliud & aliud in ſubiectis & prędi



¶In ſuperiori igitur deſcriptione vniuerſalis affirmatiua & vniuerſalis negatiua contrariæ ſunt. ſubcontrarię vero: particularis affirmatiua & particularis negatiua. ſubalternę vero dicuntur: vniuerſalis affirmatiua & particularis affirmatiua. & iterum vniuerſalis negatiua/ & particularis negatiua. cõtraiacentes ſunt angulares/ ideſt vniuerſalis affirmatiua/ & particularis negatiua: & iterum vniuerſalis negatiua/ & particularis affirmatiua. vt ſunt omnis homo iuſtus eſt/ quidam homo iuſtus nõ eſt. nullus homo iuſtus eſt/ quidam homo iuſtus eſt. & ſunt q̃ hoc modo diffiniri poſſunt. ¶Cõtrarię ſunt quę vniuerſaliter eidem/ idẽ hęc affirmat/ hęc negat. Subcontrarię ſunt quę particulariter eidem/ idẽ hęc affirmat/ hęc negat. Subalternæ ſunt quę eidem idem affirmant/ vel negant: hęc particulariter/ illa vniuerſaliter. Contraiacentes ſunt quãdo eidem eandẽ rem hęc affirmat/ hęc negat: vel hęc negat/ hęc affirmat. illa generaliter/ illa particulariter. Et vocãtur cõtrarię quia qđ affirmatio vniuerſaliter ponit: negatio vniuerſaliter tollit. Subalternę vero: quoniam qđ illa vniuerſaliter ponit/ & hęc particulariter ponit. Subcontrarię vero dictæ ſunt: vel ꝙ naturaliter ſub ipſis contrarijs poſitę ſunt/ vt deſcriptio docet/ vel a contrarijs diuerſæ ſunt/ & ipſis contrarijs quodã modo cõtrarię. Nam contrariæ vt vtręq; ſimul ſint fieri non poteſt: vt vtręq; omnino non ſint/ fieri poteſt. contrariam vim obtinebunt ſubcõtrariæ. Nã vt vtręq; omnino non ſint/ fieri nõ poteſt: vt vtręq; ſimul ſint/ fieri poteſt. qđ in ſequentibus melius explicabitur. Contraiacentes vero dicuntur: quoniam vniuerſalis affirmatio vel negatio/ particulare affirmationem vel negationem angulariter reſpiciunt. Cum autẽ ſingulę propoſitiones habeant duas differentias: vnam ad qualitatem/ alteram ad quãtitatem. vt quę vniuerſalis affirmatiua eſt habeat differentiam ad quantitatem/ quia vniuerſalis eſt/ & aliam ad qualitatem ꝙ affirmatiua eſt: eodem modo cęteræ propoſitiones habeant binas differentias/ vnam ſecundum qualitatẽ/ alteram ſecundũ quantitatẽ. Subalternæ quę ſunt: vna tantũ differentia diſtãt quãtitatis/ ꝙ hęc particularis/ illa vniuerſalis eſt. Nam qualitatis differentiam nullam retinẽt. vtręq; enim affirmatiuę ſunt. Illę vero alię/ ideſt contrarię & ſubcontrarię ad qualitatem/ ꝙ illa affirmatiua/ illa negatiua eſt. nam ad quãtitatem nichil differunt. vtręq; enim contrarię/ vniuerſales: vtręq; ſubcontrarię/ particulares ſunt. Illę autem quę cõtraiacentes dicuntur: vtriſq; differentijs differunt. Nam & illa vniuerſalis affirmatio eſt: hęc particularis negatio. & illa vniuerſalis negatio eſt: hęc particularis affirmatio. ¶Nunc quoniam quę ſecundum qualitatem/ vel ſecundũ quantitatem/ vel quomodo dictum eſt/ differunt: earum proprietãtes quę ſecundũ verũ falſumq; ſunt explicemus. igitur earũ q̃ ſubalternę ſunt/ ſi fuerit vera affirmatio vniuerſalis/ vera erit particularis affirmatio. Si enim omnis homo iuſtus eſt/ vera eſt: vera erit & quæ dicit aliquis homo iuſtus eſt. Nam ſi omnis homo iuſtus eſt: & quidam. Et eodem modo negatiuæ ſubalternę. nam ſi vniuerſalis negatiua vera fuerit: erit etiam vera negatiua particularis. vt ſi nullus homo iuſtus eſt/ vera fuerit: erit etiam vera quidã homo iuſtus nõ eſt. nam ſi nullus homo iuſtus eſt: nec quidam. Conuerti autẽ nõ poteſt. nam ſi particularis vera fuerit: non neceſſe erit veram eſſe etiam vniuerſalem. vt ſi quidam homo iuſtus eſt/ vera ſit: nõ neceſſe erit veram eſſe/ omnis homo iuſtus eſt. poſſunt enim eſſe nõ omnes. Et eodem modo de negatiua. nam ſi particularis negatiua vera fuerit/ vt eſt quidam homo nõ eſt iuſtus: non neceſſe erit vniuerſalẽ nullus homo iuſtus eſt/ veram eſſe. poteſt enim fieri: vt quidam ſint iuſti. Ergo dicimus in ſubalternis propoſitionibus ſi vniuerſales verę ſint: veras eſſe neceſſe eſt particulares/ ſed nõ conuertitur. Nam ſi particulares verę ſint: non neceſſe eſt eſſe veras etiam vniuerſales. Particulares vero ad vniuerſales contrariam cõuerſionem habent. nam (vt ſuperius) ſi vniuerſales verę eſſent: verę eſſent etiã particulares. & ſi particulares verę eſſent: non omnino verę eſſent etiã vniuerſales. in particularibus ſi particulares falſę ſint: falſę erũt etiam vniuerſales. nam ſi particularis quidam homo iuſtus eſt/ falſa fuerit: vniuerſalis etiam omnis homo iuſtus eſt/ erit falſa. nam ſi quidam homo iuſtus eſt falſa eſt: vera ẽ nullus homo iuſtus eſt. ſi vera eſt nullus homo iuſtus eſt: falſa eſt omnis homo iuſtus eſt. Falſa igitur particulari: falſa erit vniuerſalis. Itẽ ſi negatiua particularis falſa ſit quę eſt quidam homo iuſtus non eſt: falſa erit etiam nullus homo iuſtus eſt. nam ſi falſum eſt quidam homo iuſtus nõ eſt: vera eſt quia omnis homo iuſtus ẽ. ſi vera eſt hęc: falſa eſt/ nullus homo iuſtus eſt. Falſa igitur particulari: falſa erit & vniuerſalis.

Quid contrariæ.

Sint/ verũ enũcient.

cabitur. In particularibus negatiuis contrariū eſt. nā tum falſę ſunt/ cum propriū ſubiectum eſt aut prædicatum. vt ſi quis dicat quidam homo riſibile non eſt: falſum eſt. Item quoddam riſibile homo non eſt: & hęc quoq; falſa eſt. In illis verę ſunt: quādo id qđ affirmādo nullo tēpore vere prędicari poteſt/ ad ſubiectū prędicāt. vt ſi dicas quidā homo lapis nō eſt/ vera ē. Iterū quidā lapis homo nō eſt/ vera ē. Ergo vniuerſales affirmationes tū ſibi cōuertuntur/ vt verę ſint/ cum propriū prędicāt: tum ſibi cōuertūtur/ vt falſę ſint/ cum id qđ nullo tēpore ad ſubiectū vere dici poteſt/ prędicatur. Itē in particularib⁹ negatiuis/ tū falſę ſunt/ cū propriū prędicant: tum verę cū id qđ nullo tēpore vere dici poteſt/ prędicāt. In his ergo ſolis cōuerti poſſunt iſtę: in alijs vero cōuerti nō poſſunt. Atq; ideo nō vniuerſaliter cōuertūtur. remanet ergo in alijs rebus omnib⁹ (vt ſuperius dictū eſt) vt nō cōuertantur. Hoc vero perſpiciendū eſt/ q; particularis affirmatio quę ſibi ipſi cōuertit: vniuerſali affirmationi q̄ ſibi nō cōuertitur/ per accidēs cōuerti poteſt. Et itē cōtraiacens vniuerſali affirmationi particularis negatio: quę ſibi ipſi nō cōuertitur/ cōuerti poteſt per accidens negationi vniuerſali/ quę ſibi ipſi cōuertitur. Sed quomodo particularis affirmatio & vniuerſalis negatio ſibi ipſis cōuertant oſtēdimus. Nūc vero quomodo particularis affirmatio vniuerſali affirmationi per accidēs/ vel quomodo particularis negatio vniuerſali negationi per accidens conuertantur: demonſtrandum eſt. Dictum eſt ſuperius/ q; ſi vera eſt vniuerſalis affirmatio: vera eſt etiam particularis/ & ſequeretur particularis vniuerſalem. Nam ſi vera eſt omnis homo animal eſt: vera eſt etiam quidam homo animal eſt. ſi enim omnis/ & quidam. ſed particularis affirmatio: ſibi ipſi conuertitur. conuertitur etiam vniuerſali affirmationi. Nam ſi omnis homo animal eſt/ & quidā homo animal eſt. ſed iſta ſibi conuertitur/ hoc modo ſi dicas/ qđdam animal homo eſt. Poteſt igitur conuerti ad omnis homo animal eſt vniuerſalem affirmationem/ particularis affirmatio quę eſt quidam homo animal eſt: vt dicas quoddā animal/ homo. vtręq; enim verę ſunt/ & quę dicit omnis homo animal eſt/ & quę dicit quoddam animal homo eſt. Per accidēs aūt conuerti dicitur particularis affirmatio vniuerſali affirmationi: quia particularis affirmatio ſibi ipſi pticulariter cōuertitur/ ſecūdo vero loco vniuerſali affirmationi cōuertitur. ¶ Reſtat igitur vt hoc monſtremus/ quomodo particularis negatio q̄ ſibi nō cōuertitur: vniuerſali negationi quę ſibi conuertitur/ per accidens conuertatur/ & hęc eadem ratio ē. Nam quoniā vniuerſalis negatio ſi vera eſt/ vera eſt etiam particularis/ vniuerſalis vero negatio ſibi ipſi cōuertitur: poteſt vniuerſali negationi cōuerſę particularis cōuerti negatio. Age enī vniuerſalem negationē/ ideſt nullus homo/ hinnibilis eſt: cōuertamus/ vt ſit nullum hinnibile homo. Sed iſtam propoſitionē ideſt vniuerſalem negatiuā quę eſt nullus homo hinnibilis eſt: ſequitur particularis negatio/ quidam homo non eſt hinnibilis. Conuerte igitur vniuerſalē/ quę eſt nullus homo hinnibilis ē/ & fac nullū hinnibile homo. cōuerte huic particularē negatiuā q eſt quidā homo nō eſt hinnibilis/ & fac qđdā hinnibile nō eſt hō. vtręq; ergo verę ſunt. Nā nullum hinnibile/ homo eſt/ quę eſt vniuerſalis conuerſio negationis/ vera eſt: & quoddā hinnibile non eſt homo/ quę conuerſio particularis negationis eſt. Cur autem per accidēs conuerti dicatur: ſuperius dictum eſt. liquet igitur talis conuerſio per accidens. Qđ igitur habet vniuerſalis affirmatio: hoc habet ei contraiacens particularis negatio. vtręq; enim ſibi conuerti nō poſſunt. quod autem habet vniuerſalis negatio: hoc habet ei cōtraiacens affirmatio particularis. vtręq; enim ſibi conuerti poſſunt. Iunctæ ergo quę ſibi conuerti poſſunt/ & quę ſibi cōuerti non poſſunt/ vt quę ſibi cōuerti poteſt iūgatur ei quę ſibi cōuerti nō poteſt/ & q̄ ſibi cōuerti nō poteſt/ iūgatur ei q̄ ſibi cōuerti poteſt: fecerūt per accidēs cōuerſiones quę ſuperius demonſtratę ſunt.

¶ CONVERSIO SIMPLEX.

Nullus homo animal eſt	Simul falſę	Nullum animal homo eſt.	
Quidam homo animal eſt	Simul verę	Quoddam animal homo eſt.	

¶ CONVERSIO PER ACCIDENS.

Omnis homo animal eſt	Simul verę	Qđdā animal homo eſt.	
Nullus homo animal eſt	Simul falſę	Quoddam aīal homo nō eſt.	

¶ Reſtat vt de his conuerſionibus dicamus quę per contrapoſitionē fiunt: & primum earū ſit diſpoſitio ſcriptione ſubiecta. generalis enim affirmationis quę dicit / omnis homo animal eſt: conuerſio per contrapoſitionem eſt quę dicit/ omne nō animal nō homo eſt. Item generalis negationis quę dicit nullus homo animal eſt: conuerſio per contrapoſitionem nullum nō animal non homo eſt. Item particularis affirmationis quę dicit/ quidam homo animal eſt: conuerſio per contrapoſitionem eſt/ quę dicit quoddam nō animal nō homo eſt. Item particularis negationis quę dicit/ quidam homo animal nō eſt: conuerſio per contrapoſitionem eſt quoddam non animal non homo nō eſt. quod monſtrat ſubiecta deſcriptio.

catis tempus fuerit: verum falsum q3 inter se affirmatio negatioq3 non diuidunt. nam si quis dicat Socrates ambulat/ & respõdeatur Socrates nõ ambulat: possunt vtreq3 verę esse. potest enī fieri vt Socrates alio tempore ambulet: alio tempore nõ ambulet/ sed aut stet/ aut sedeat/ aut quodlibet aliud, in talibus ergo propositionibus quales sunt/ Socrates ambulat/ Socrates non ambulat: illę inter se verum falsumq3 diuidunt quę ad idem subiectū/ ad idem prædicatū/ ad idē tempus dicūtur. Sunt etiam alię quę cõtradictoriæ dicuntur quę sunt huiusmodi: quoties affirmationem vniuersalē tollit negatio particularis. vt est omnis homo iustus est/ nõ est omnis homo iustus. & rursus nullus homo iustus est/ & quidā homo iustus ē, in his enim vniuersalis determinatio tollitur/ sed de his alias. ¶ Et quoniam dictū est & de ijs quę eodem ordine participant: dicamus nunc de ijs quę ad ordinis cõmutationē participant. Earū quoq3 propositionum quę ad cõmutationē ordinis participant/ duplex modus est. Est enim per contrapositionem cõuersio: vt si dicas omnis homo animal est/ omne nõ animal nõ homo est. Simplex conuersio ē vt si dicas/ omnis homo risibile/ & omne risibile homo. Sed in illis/ terminorū tantū cõmutatio cõuersionē facit: in quibus neq3 prædicatum subiecto/ neq3 subiectū prędicato abundat. In hac enim propositione q̄ dicit omnis hõ risibile est: hõ subiectū/ risibile prędicatū/ equā vim habēt. & ideo cõuerti potest vt risibile sit subiectū & homo p̄dicatū/ & dicatur omne risibile/ hõ. In q3 bus vnus terminus alio abūdauerit: cõuerti propositio nõ potest. Nam si dicas omnis hõ aial ē vera est: nõ tamē potest fieri/ vt cõuersa hęc propositio terminis cõmutatis vera sit. falsum ē enī dicere omne aial/ homo. sed hoc cur euenit? quia homine aial abundat. Illa vero cõuersio/ quæ per cõtrapositionem fit: hoc modo fit. quoties qđ in affirmatiua subiectū fuerit: idē mutatū & factum prędicatū ad negatiuā particulā ponitur. vt est omnis homo aial est: hic homo subiectum est/ & ad hoc aial prędicatur. Si vero quis per cõtrapositionē cõuertat/ & faciat aial subiectū/ hominem p̄dicatū/ & ad hominē particulā negatiuā ponat: hoc modo factet. Omne nõ aial nõ homo est. & erit ista conuersio omnis homo aial est: omne nõ aial nõ homo ē. sed de his posterius tractabimus: nūc ad simplices reuertamur. Cū igitur sint quattuor ꝓpositiones quarū duę vniuersales sūt/ idest affirmatiua & negatiua/ duę vero particulares/ idest affirmatiua & negatiua: particularis affirmatiua & vniuersalis negatiua/ cõmutatis terminis sibijpsa cõuertit. Cõuertūtur aūt illę (vt dictū est) quoties cõmutatis terminis: vel simul verę sunt/ vel simul falsę. Nam si quis dicat qdā homo aial est/ vera ē. Cõuersio vero eius/ q̄ est qđdā aial homo ē: vera est. Item quidam homo lapis est/ falsa ē. quēadmodū cõuersio eius quidā lapis hõ est: & ista falsa est. Est igitur particularis affirmatiua quę cõmutatis terminis sibijpsa conuertitur. Idem vero patitur vniuersalis negatio. Si quis enī dicat/ nullus hõ lapis est: vera est. potest cõuerti nullus lapis homo. nam & ista vera ē. Item nullus hõ rhetor est/ falsa ē: & eius cõuersio nullus rhetor hõ est/ falsa est. In quattuor igitur his propositionibus/ duę tantū cõtraiacentes sibijpsę cõuertūtur/ idest particularis affirmatiua & vniuersalis negatiua. Alię vero duę sibijpsis nõ conuertuntur. Nam neq3 vniuersalis affirmatio/ neq3 particularis negatio: sibijpsa cõuertitur. Si qs enim dicat omnis homo aial est/ vera est. si quis vero cõuertat omne aial homo: falsum ē. Nõ igitur sibijpsi cõuerti potest/ quoniā cõuersa prioris veritatē nõ recipit. Neq3 vero particularis negatio sibijpsi cõuertitur. Nā si qs dicat quidā homo grāmaticus nõ est: vera ē. si vero cõuertat/ quidā grammaticus hõ non ē/ falsa est. Omnis enī grāmaticus: homo ē. Repetendū est igitur a capite/ q3 cū quattuor ꝓpositiones sint affirmatio vniuersalis/ negatio vniuersalis/ affirmatio pticularis/ negatio particularis: particularis affirmatio/ & vniuersalis negatio quę contraiacentes sunt/ sibiipsis conuerti possunt. Vniuersalis vero affirmatio & particularis negatio/ quę ipsę contraiacentes sunt: nunq̄ possunt. Nec hoc nos turbet q3 quędam affirmationes vniuersales/ & quędā particulares negationes cõuerti possunt. Potest enim dici omnis homo risibilis ē/ omne risibile homo est: & vtreq3 verę sunt. Et iterum oīs hõ hinnibilis est/ falsa ē: & omne hinnibile homo/ hęc quoq3 falsa est. Item in particulari negatione quidā homo nõ est lapis/ vera ē: & quidā lapis nõ est homo/ vera ē. Item quidā homo nõ ē risibile/ falsa ē: quidđā risibile homo nõ est/ rursus hæc quoq3 falsa est. ergo videntur posse vniuersales affirmationes/ & particulares negationes cõuerti: & cõuertuntur quidē/ sed nõ vniuersaliter. Generaliter aūt dico propositiones posse cõuerti: quoties vniuersaliter in omnibus conuertūtur. Istę autē in duabus solis materiebus cõuerti possunt. Si qs enī propriū cuiuslibet speciei ad ipsam speciē cuius est propriū/ velut ad subiectū p̄dicet: potest cõuertere. Nā quia risibile propriū ē homini/ si p̄dices risibile & subijcias hominē/ vt est oīs homo risibile ē: potes iterū subijcere risibile & hominē p̄dicare/ vt si dicas omne risibile homo. In illis vero simul falsę sūt generaliū affirmationū cõuersiones/ in qbus id qđ prędicatur ad subiectū nullo tēpore dici potest. vt si qs dicat omnis homo lapis est/ falsa ē. et iterū/ omnis lapis homo est/ falsa est hęc. quoniam nullo tempore neq3 homo lapis/ neq3 lapis homo prædi-

DE CONVERSIONIBVS.

libus negatiuis/ siue generales negatiuæ ver̄ę fuerint/ siue falsę: per contrapositionem conuersiones semper falsę sunt. in particularibus autem affirmatiuis: siue particularis affirmatio vera fuerit/ siue falsa/ eius per contrapositionem conuersio vera est. Repetendum est igitur a superioribus & confirmandum/ q̄ in simplicibus terminorum conuersionibus particularis affirmatio/ & generalis negatio sibi conuerti possunt: generalis vero affirmatio & particularis negatio sibi conuerti non possunt. In ijs vero conuersionibus/ quę per contrapositionem fiunt: contra est. Nam generalis affirmatio & particularis negatio per contrapositionem sibi ipsis conuerti possunt. Generalis vero negatio/ & particularis affirmatio: per contrapositionem sibi ipsis conuerti non possunt. Et generalis negatio & particularis affirmatio/ quę sunt contraiacentes: in veri falsiq̄ distantia (vt demonstratum est) sibi ipsis inuicem contraria patiuntur. Hęc de categoricorum syllogismorum categoricis propositionibus dicta sufficiāt. si qua vero hic prætermissa sunt: in peri hermenias Aristotelis cōmentario diligentius subtiliusq̄ tractata sunt.

¶ PRIMI LIBRI IN CATEGORICOS SYLLOGISMOS FINIS.

¶ DE CATEGORICO SYLLOGISMO LIBER SECVNDVS.

PROOEMIVM.

Vperioris series voluminis quod ad categoricorū syllogismorum propositiones attinebat/ explicuit: nunc autem quantum introductionis patitur temperamētum/ de ipsa categoricorū syllogismorum ratione tractabitur. Et quoniam omnium compositorum firmitudo vel vicium/ aut in ijs maxime reperitur ex quibus est compositum/ aut penes bonam malamue compositionem eius laus vituperatioq̄ tenetur (namq̄ domus si sit fortibus lapidibus debilibusue constructa: ipsa quoq̄ est fortis aut debilis. porro autem si artificis cōpositionem ęquabilem solertemq̄ fuerit nacta: ipsa quoq̄ constructio merito stabilis erit/ & laudabile fundamentum. si vero insolertior compositio fiat: tota quoq̄ quamuis ex bonis ordinata lapidibus/ nulla sese gerens fabrica stabilitate nutabit) nos quoq̄ hanc eādem imaginem secuti prius de ijs quibus ipse syllogismus constat ideſt propositionibus explicuimus: nunc de ipsa inter se syllogismorū cōiunctione oppositioneq̄ tractabimus. Illud vero meminisse debebis introducendis hic me præstitisse inchoantibus/ non introductis.

Quid i omni esse.

¶ Et primū quid sit esse in omni vel non esse paucis ostendam. Si qua enim res alterius generis fuerit: omnem intra se speciem continebit/ & in toto species genere illa esse dicetur. Sit enim genus animal/ homo vero species. homo ergo quoniam minus est q̄ animal: in toto animali esse dicitur. omnis enim homo animal est. Si quis ergo sic dicat aliquam rem de omni alia re prędicari: cōuersa vice nichil interest. Nam sicut in toto animali homo est: sic etiam animal de omni homine prædicatur. ¶ In omni vero nō esse est/ quoties alia res ab alia re omni diſiūcta ē. vt si dicas animal in nullo lapide est. nullus enim lapis/ animal est. & si dicas animal de nullo lapide prædicatur. de nullo enim lapide animal dicitur. Diffinimus ergo in toto esse vel in toto nō esse sic.

Quid in toto nō esse.

¶ In toto esse/ vel de toto prædicari dicitur: quoties nō potest inueniri aliquid subiecti/ ad qđ illud qđ prędicatur dici non possit. Nam nichil hominis inuenitur: ad quod animal dici nō possit. In toto vero non esse/ vel de nullo prędicari dicitur: quoties nichil subiecti poterit inueniri/ ad quod illud qđ prædicatur/ dici possit. Nichil enim lapidis inueniri potest: de quo possit animal prædicari. Illud sane notandum est q̄ esse in toto versa vice dicitur. Nam si aliquid de aliquo omni prædicatur: illud de quo illud prædicatur in toto illo esse dicitur quod prædicatur/ vt animal de omni homine dicitur. homo enī in toto ē animali & velut quędam pars intra totum animal latet. Si quid i alio omni fuerit: in eo toto illa res de qua superius dicebatur esse dicitur. vt idem animal cum in omni sit homine/ & de eo omni prædicetur: homo est in toto animali. His igitur positis quotiescunq̄ ita dicimus/ vt litteras pro terminis disponamus: pro breuitate hoc & pro compendio facimus. id qđ per litteras demōstrare volumus: vniuersaliter demōstramus. Nā fortasse in terminis aliqbus falsum īgerendū necesse sit. In litteris vero nūq̄ fallimur: quoniā ad hoc vtimur litteris/ q̄si terminos ponerem⁹. In litteris vero ipsis nisi terminorū cōiūctio p se firma valēsq̄ fuerit: vlla neq̄ veritas/ neq̄ falsitas reperiet. Quoties igit aliud de alio omni p̄dicari volumus ostēdere: sic ponimus. Sit prim⁹ termin⁹ a. secūd⁹ b. & p̄dicet a de oi b. hoc aūt ita accepto tāq̄ si posuerimus a aīal: b hominē. Eodē modo & de negatiuis. Nā si dica-


¶CONVERSIO PER CONTRAPOSITIONEM.

Affir.	Omnis homo/animal eſt	Omne non animal/non homo eſt.	Affir.
Neg.	Nullus homo/animal eſt	Nullum nō animal/nō homo eſt.	Neg.
Affir.	Quidam homo/animal eſt	Quoddam nō animal/nō homo ē.	Affir.
Neg.	Quidā homo/animal nō eſt	Quoddā nō animal/nō homo nō ē.	Neg.


¶His ergo ita poſitis quomodo dictum eſt ſuperius in ſimplici terminorū conuerſione/ q̄ particularis affirmatio/ & generalis negatio ſibiipſis conuertantur/ generalis vero affirmatio/ & particularis negatio ſibiipſis non cōuertuntur: hic per contrapoſitionē in conuerſionibus contra eſt. Nam generalis affirmatio per contrapoſitionem conuertitur ſibiipſi/ & particularis negatio ſibiipſi conuertitur. Generalis vero negatio & particularis affirmatio: per cōtrapoſitionem ſibi non cōuertūtur. quod ita eſſe his exemplis probabimus. Si enim vera ſit affirmatio generalis quę dicit omnis homo animal eſt: vera erit eius per contrapoſitionem conuerſio quę dicit omne non animal/non homo eſt. quod enim animal non fuerit: id homo nō erit. Et ſi falſa fuerit generalis affirmatio quę dicit/ omne animal homo eſt: falſa erit etiam eius per contrapoſitionem conuerſio quę dicit/ omnis non homo non animal eſt. poteſt enim fieri vt quod homo nō eſt: animal ſit. Illa enim negat eſſe animal: qđ homo non fuerit. Q; ſi cum vera eſt generalis affirmatiua/ vera eſt eius per contrapoſitionem cōuerſio/ & ſi cū falſa ē generalis affirmatio/ falſa eſt eius per contrapoſitionem conuerſio: non eſt dubium quin generalis affirmatio poſſit ſibiipſi conuerti. ¶Itē nunc oſtendendum eſt/ quomodo particularis negatio ſibiipſi per contrapoſitionem conuertitur. Nam ſi falſa eſt quę dicit quidam homo animal non eſt: falſa erit etiam eius per contrapoſitionem conuerſio quę dicit quoddam nō animal nō homo nō eſt. Hoc enī videtur hęc propoſitio dicere/ ac ſi diceret quędam res quę animal non eſt/ homo eſt. qui enim dicit non homo non eſt: hominē eſſe ſignificat quod animal non ſit. hoc vero aperte falſum eſt. omnis enim homo/ animal eſt. & ſi vera fuerit particularis negatio quę dicit quoddam animal homo non eſt: vera eſt eius per contrapoſitionem conuerſio quę dicit quidam nō homo nō animal nō eſt. æquale eſt enim ac ſi diceret res quę homo nō eſt: non eſt nō animal/ ſed eſt animal. vt equus/ & bos qđ homo non eſt/ & non eſt nō animal. Ergo ſi cum particularis negatio falſa eſt/ falſa eſt etiam eius per contrapoſitionem conuerſio/ & ſi cum particularis negatio vera eſt/ vera eſt eius per contrapoſitionem conuerſio: non eſt dubium quin particularis negatio poſſit per contrapoſitionem ſibiipſa conuerti. ¶Nunc quoniā oſtēſum generalē affirmatiuā/ & particularem negatiuam per contrapoſitionem poſſe conuerti: oſtendamus generalem negatiuā/ & particularē affirmatiuā per cōtrapoſitionem ſibi nō poſſe cōuerti. Et primo de generali negatione dicendū eſt. Nam ſi generalis negatio vera eſt: nō neceſſe erit per contrapoſitionē ſibi cōuerſam verā eſſe. ſed ſi falſa fuerit: ſibi per contrapoſitionem conuerſam falſam eſſe neceſſe eſt. Nam ſi falſa eſt q̄ dicit nullꝰ homo aīal ē: falſa erit fortaſſe eius per cōtrapoſitionē cōuerſio: quę dicit nullū nō animal/ nō homo eſt. Aequale eſt enī ac ſi diceret nulla res ē quę nō ſit aīal: & nō ſit homo. qđ eſt/ omnis res quę aīam nō habet: homo ē/ qđ aperte falſū ē. Itē ſi vera fuerit generalis negatio: falſa erit eiꝰ per cōtrapoſitionē cōuerſio. Nā ſi vera ē nullus hō eſt lapis: falſa erit eius per cōtrapoſitionē cōuerſio quę dicit nullus nō lapis/ nō homo ē. Aequale ē enī ac ſi dicat/ nulla res ē quę cū nō ſit lapis/ nō homo eſt. qđ eſt/ omnis res quęcūq; lapis nō fuerit/ homo ē. qđ falſum ē. Innumerabilia enī inuenies: quę nō ſunt lapides/ quoniā hoīes nō ſunt. ergo quoniā ſi generalis negatio vera vel falſa fuerit/ falſa erit eius p cōtrapoſitionē cōuerſio: nō eſt dubiū generalē negationē ſibi nō poſſe cōuerti. qđ enī in aliquo fallit: gñaliter colligi nō poteſt. ¶Reſtat igit̄ vt id qđ reliquū eſt mōſtremꝰ/ particularē affirmationē p cōtrapoſitionē ſibi nō poſſe cōuerti. Cum enī fuerit particularis affirmatio vera: vera erit eius per cōtrapoſitionē conuerſio. Nā ſi vera ē quędicit/ qdā homo aīal eſt: vera ē eius per contrapoſitionē cōuerſio/ quoddā nō aīal nō homo ē. Aequale eſt enī ac ſi dicat quędā res/ quę animā nō habet: homo nō eſt/ qđ verum eſt. Lapis enīm animā nō habet: & tamē homo nō eſt. Item ſi particularis affirmatio quę dicit/ qdā lapis homo ē/ falſa ē: vera erit eius per cōtrapoſitionē cōuerſio quę dicit/ qdā nō homo nō lapis eſt. Aequale enī eſt ac ſi diceret/ quędā res quę homo non fuerit/ lapis nō eſt: qđ verū eſt. Equus enim hō non eſt: & tamē lapis nō eſt. Ergo ſi cū in quibuſdā particularis affirmatio vera fuerit/ vera erit eiꝰ per cōtrapoſitionē cōuerſio/ & ſi cū in quibuſdā falſa fuerit particularis affirmatio/ vera erit eius per contrapoſitionem conuerſio: non eſt dubium particulares affirmationes per cōtrapoſitionem non poſſe conuerti. Generalis vero negatio & particularis affirmatio quę contraiacentes ſunt: in per cōtrapoſitionibus conuerſionibus contraria patiuntur. Nam in genera-

Dehabensabſoletum nūc verbū.& id deha bēs perinde eſt ac de ficiēs minuſue habēs.


deeſt: ſed modo atq; ordine facta concluſio nichil dehabens per ea quę antea propoſuit/ ter minatur. Imperfectus vero ſyllogiſmus eſt: cui nichil ęque ad perfectionem deeſt. verumta men in iſs quę in propoſitionibus ſumpta ſunt/ aliqua deſunt: cur ita eſſe videtur. ſed & hę diſ finitiones omnes poſterius liquebunt. Nunc autem vnde hę figurę naſcantur: breuiter explicā dum eſt. Quoniam vnde naſcantur: in eadem iterum reſoluuntur. ſed ſecunda & tertia figura de prima figura naſci & procreari videtur. Si enī a terminus in omni b termino/ & de omni eo prędicatur/ b vero terminus de omni c termino prędicatur: hęc vt dictum eſt prima ſyllogiſmo rum figura eſt. Si quis igitur maiorem extremitatem propoſitionemq; conuertat/ & qđ fuerat antea prędicatum faciat eſſe ſubiectum: ſecūdam faciet figuram. Nam quemadmodū a termi nus prædicatur de b termino: ita b de c. Si ergo conuertatur & fiat vt b terminus de a termino prędicetur: inuenitur b terminus qui antea medius fuerat/ & a termino ſubiect9/ de c vero ter mino prędicatur/ ad vtroſq; terminos prędicatiuus. Age enim quoniā a bonum/ de b iuſto prę dicabatur/ b vero iuſtum/ de c virtute prędicabatur: erat propoſitio. omne iuſtū/ bonum ê. om nis virtus/ iuſta eſt. manente propoſitione quę eſt omnis virtus iuſta eſt/ prima propoſitio: om ne iuſtum bonū cōuertatur/ & fiat omne bonum iuſtū eſt. Inueniuntur igitur propoſitiones ſic. omne bonū: iuſtum eſt. omnis virtus: iuſta eſt. iuſtū ideſt b/ de a & c terminis prędicabitur. Cō uerſa igitur maiore prioris figurę extremitate: ſecunda ſyllogiſmorū figura procreatur. ¶ Ter tia vero figura: naſcitur minori propoſitione cōuerſa. Nam ſi a bonū prędicatur de b iuſto/ vt di catur omne iuſtū/ bonum eſt/ b vero iuſtum prędicatur de c virtute vt dicatur/ omnis virtus iu ſta eſt: ſi priore propoſitione manente/ ideſt omne iuſtū bonū eſt/ ſecunda quę eſt omnis virtus iuſta eſt/ conuertatur & fiat omne iuſtum virtus eſt: inuenientur omnes propoſitiones ſic. om ne iuſtum/ bonū eſt. omne iuſtum/ virtus. & de b iuſto: a & c termini prędicantur/ & fit tertię fi gurę connexio. Conuerſis igitur primis/ poſteriſq; extremitatibus primę figurę: tertia vel ſecū da figura naſcuntur. At vero vnaquęq; harum triū figurarum habet ſub ſe plures ſyllogiſmo rum modos: vt modi ſub figuris ita ſint/ vt ſunt ſpecies ſub ſuis generibus. Habet enim prima figura ſub ſe Ariſtotele authore modos quattuor: ſed Theophraſtus/ vel Eudemus ſuper hos quattuor/ quinq; alios modos addunt Ariſtotele dante principiū in ſecūdo priorum analytico rum volumine/ qđ melius poſtmodū explicabitur. Secunda vero figura habet ſub ſe quattu or modos. Tertię vero authore Ariſtotele ſex addunt. etiam alij vnū/ ſicut ipſe Porphyrius ſu periores ſcilicet ſequens. Et quoniam (vt ſuperiore libro dictū eſt) alię propoſitiones affirmati uę ſunt/ alię negatiuæ/ & earū alię vniuerſales/ alię vero particulares: ſecundū eas ipſas/ propo ſitiones ſyllogiſmorum cōcluſioneſq; iunguntur. ¶ Namq; primę figurę primus modus eſt qui fit ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis: vniuerſalem affirmatiuā colligens. Si enim a termin9 fuerit in omni b termino/ & ſi b terminus de omni c termino fuerit prædicatus: a terminus de omni c termino prędicatur. Namq; a bonū ſi prędicetur de b iuſto/ vt ſit/ omne iuſtum bonum eſt. b vero iuſtum/ ſi prędicetur de c virtute/ vt ſit omnis virtus iuſtū eſt: neceſſario concluditur extremitatibus ad ſeinuicem prędicatis/ ideſt a & c/ vt ſit omnis virtus bonum eſt. Sunt igitur huiuſmodi propoſitiones/ atq; concluſio. Si a in omni b fuerit/ & b in omni c fuerit: a terminus de omni c prędicabitur. ideſt omne iuſtum/ bonum eſt. omnis virtus/ iuſta eſt. & concluſio. om nis igitur virtus/ bonum eſt. & hic primę figuræ modus primus. ¶ Secundus vero modus pri mę figuræ eſt quoties ex prima vniuerſali negatiua/ & ſecunda vniuerſali affirmatiua: conclu ſio vniuerſali negatione colligitur. Si enim ſit a malum/ b bonum/ c iuſtum: a terminus de nul lo b termino prędicabitur. nullum enim bonū: malum eſt. b vero terminus de omni c termino prędicabitur. omne enim iuſtum: bonum eſt. quare colligitur/ nullū iuſtum: malum eſt. & hoc modo eſt. Si a terminus de nullo b termino prędicatur/ b vero terminus de omni c termino fue rit prędicatus: a terminus de nullo c prędicabitur. vt eſt. Nullum bonum/ malum eſt. omne iu ſtum/ bonum eſt. nullum igitur iuſtum/ malū eſt. ¶ Tertius vero modus primę figuræ eſt/ quo ties ex vniuerſali affirmatiua/ & particulari affirmatiua: particularis affirmatiua colligitur. Nā ſi a virtus de omni b/ ideſt bono prędicetur/ & b de quodam c/ ideſt iuſto fuerit prędicatum par ticulariter: erit quoq; concluſio particulariter huiuſmodi/ vt a virtus de quodam c iuſto partī culariter prædicetur. Si igitur fuerit a terminus in omni b/ & b terminus in aliquo c particula riter: erit a terminus in aliquo c particulariter/ vt ſit. Omne bonum/ virtus eſt. quoddam iuſtum bonum eſt. quoddam igitur iuſtum/ virtus eſt. ¶ Quartus modus primę figuræ eſt talis: quo ties ex vniuerſali negatione/ & particulari affirmatione particularis negatiua colligitur. Nam ſi a terminus de nullo b termino prædicetur/ b vero terminus de quodam c termino prædi cetur: a terminus de quodam c termino non prædicabitur. quod facillime monſtrat deſcri ptio ad latus adiecta. Nam ſunt huiuſmodi propoſitiones. Nullum bonum/ malum eſt.




Primꝰ modus primę.




Secūdus.



Tertius.




Quartus.




mus a de nullo b prædicatur: tale eſt ac ſi dicamus a quod ē animal/ de nullo lapide prędicatur quod eſt b. & alia quęcunq; huius conſimilia. Omnis autem ſyllogiſmus ſimplex tribus terminis demonſtratur atq; concluditur. Sed priùs ipſorum ſyllogiſmorum figuras aſpiciamus: poſt vero de modis ordinibuſq; eorū tractabimus. Tribus igitur terminis ita poſitis/ vt prope ſe ſibi cōnexi ſint: tres nō vltra fieri cōplexiones neceſſe eſt hoc modo. Sit enim a/ ſit b/ ſit c. aut enim a de b prędicabitur/ & b de c. aut certe a & de b prędicabitur/ & de c. vel ijſdem ipſis a terminus videbitur eſſe ſubiectus. Sit enim a bonum/ ſit b iuſtum/ ſit c virtus. aut enim a/ ideſt bonum erit in omni b/ ideſt iuſtum/ & dicetur omne iuſtum bonum eſt. & item b iuſtum/ in omni c virtute. & dicetur omnis virtus iuſta eſt. & erunt huiuſmodi propoſitiones. omne iuſtum/ bonum eſt. & omnis virtus/ iuſta eſt. aut a/ ideſt bonum de b qđ iuſtum eſt/ & de cqđ virtus eſt prędicabitur. vt ſit omne iuſtum bonum ē/ omnis virtus bona eſt. aut certe a bonum: b iuſto & virtuti c ſubiacebit. vt dicatur omne bonū iuſtum eſt. omne bonum virtus eſt. In hac enim complexione b & c de ſolo a termino p̄dicantur. Vbi vero a de omni b termino/ & b item p̄dicatur de omni c: hāc figurā voco primā quę diffinitur ſic. ¶ Prima figura eſt: in qua is qui ſubiectus eſt de alio prædicatur. Namq; b quidem a termino ſubiectum eſt: ad c item terminum prędicatur. Extremitates vero dico huius figurę: qđ prędicatur/ & qđ ſubiectū ē/ ideſt a/ c. Namq; a prędicatur de b termino: c vero terminus b termino ſubiacet. Medium vero voco illud quod alij ſubiacet/ & de alio prædicatur/ ideſt b. nam b terminus: a termino ſubiacet/ de c vero termino prędicatur. Maior vero extremitas eſt/ quę prima prędicatur/ ideſt a. nāq; ídē a de b termino p̄dicatur. Minor vero quę medio termino ſubijcitur/ ideſt c. namq; c terminus medio termino/ ideſt b ſubiectus eſt. de eo enim b medius terminus: dicitur. Maior vero terminus a vocatus eſt/ ideſt qui prędicatur: quoniam omne prędicatum ab eo de quo prędicatur/ maius eſt. Et in concluſione ſicut in prima propoſitione ſemper a terminus prędicatur. a enim bonum: prædicatur de b iuſto. et dicitur omne iuſtum/ bonum eſt. b vero medius terminus prædicatur de c. & dicitur omnis virtus iuſta eſt. Ex his igitur concluditur in ſyllogiſmo/ omnis virtus bonū eſt. & a bonum nominabitur de c virtute. atq; ideo a nobis maior extremitas appellatur. Id vero meminiſſe debemus/ q; ea quę paria ſunt: retorqueri poſſunt/ & ad ſeinuicem prædicari. & ſicut id quod prædicatur in eo qđ ſubiectum eſt omni eſt: ita rurſus conuerſum qđ fuerat ſubiectū/ in eo qđ antea prædicabatur omni erit. Nam ſi f & g duo termini ita ſibi ſint ęquales/ vt neuter neutro maior ſit: cum prędicaueris f de omni g/ erit ſcilicet terminus f in omni g termino. Si vero cōuertas & prædicas g terminum de f termino: erit verum g terminum in omni f termino eſſe. ſit enim f riſibile/ g homo. Ergo ſi prędicas f riſibile/ & g hominem ſubijcias: f riſibile in omni g inuenitur. omnis enim homo riſibilis eſt. Si vero prædicas g hominem ad f riſibile: g homo in omni f riſibili reperitur. omne enim riſibile: homo eſt. Quid autem termini ſint/ vel quid prædicatio/ aut quid ſubiectio: priori de propoſitionibus libro/ ſatis dictum eſt. Sed ne forte erremus q; videtur vniuerſalis affirmatio conuerſa (nam de hoc quoq; ſuperius dictū eſt) medio vero hoc ſolum monſtrare volumus: q; quę ſunt in toto paria/ ſola conuertantur. hoc tamen prodeſt ad oſtenſionem ſyllogiſmorum: quę fit in circulo/ quam in analyticis diximus. De prima categoricorū figura expeditū eſt. ¶ Secunda vero figura eſt quoties a terminus de vtriſq; b & c terminis p̄dicatur hoc modo. Si enim dicas a bonum de omni b iuſto/ vt ſit hoc modo propoſitio. omne iuſtum bonum eſt. et ita a bonum de omni c virtute. vt ſi dicas omnis virtus/ bonum eſt: ſolū a de vtriſq; b & c terminis prędicaſti. & erit ſecunda figura. Medius autem terminus in hac figura erit qui de vtriſq; prædicatur/ ideſt a. Extremitates vero ea quę ſubiecta ſunt/ ideſt b & c. Maior vero extremitas eſt de qua primo a terminus appellatur: ideſt b iuſtum. vel ſi ad c primo prædicabitur: c terminus maior terminus inuenitur. iccirco q; ea extremitas/ de qua medius terminus primo prædicatur: in concluſione ipſa quoq; prædicabitur. vt ſuperius demōſtratum eſt. Minor vero extremitas erit ad quod medius terminus poſterius prædicabitur. ¶ Tertia vero figura erit quoties/ a & b termini: de vno c prædicantur. Si quis enim prędicet a/ ideſt bonum de c/ ideſt virtute/ vt ſit huiuſmodi propoſitio omnis virtus bonum eſt. item b prędicetur de c/ vt ſit omnis virtus iuſtum eſt: tertiam figuram facit. In hac vero figura medius terminus erit qui vtriſq; ſubiectus eſt/ ideſt c. namq; de c termino: a & b termini prædicantur. Maior vero extremitas eſt quę primo prędicatur/ ideſt a. Minor vero quę poſtea/ ideſt b. vel ſi quem libuerit b priùs/ a poſterius prędicare: ſecundum priorem poſteriorem q; prędicationem maior minorue extremitas inuenietur. & hic quoq; maior extremitas ī cōcluſionib9/ ſicut ī ſuperioribus alijs figuris/ de minore p̄dicat. ¶ Expeditis igitur tribus ſyllogiſmorū figuris dicēdū eſt/ qa pfect9 ſyllogiſm9 ē: cui ad integrā ꝓbatāq; cōcluſionē ex ſupius ſūptis & ꝓpoſitis nichil

Diffinitio primę figuræ.

Prima figura.





Secunda figura.



Erit ſecūda figura. ſed nondum ſufficiens ad colligendū. nā ſolum affirmatiue.

Tertia figura.







¶Nonus modus eſt primę figurę qui ex particulari affirmatiua/ & vniuerſali negatiua/ particularem colligit negatiuam per conuerſionem. Si enim a terminus de quodam b termino/ b vero terminus de nullo c termino prædicatur: nō poteſt quidē dici quoniā a terminus de quodam c termino nō prędicetur. cur aūt nō poſſit: hoc quoq; in reſolutorijs diximus. Sed quoniā vniuerſalis negatiua cōuerti poteſt: dicetur quoniā c terminus de nullo b termino prędicatur/ & b terminus de quodam a prędicatur. c igitur terminus de quodā a nō prędicabitur/ vt ſit ſic. Quoddam bonū/ iuſtum eſt. nullū malū bonū eſt. quoddā igitur iuſtum/ malum nō eſt. ¶Expeditis igitur nouem primę figuræ modis: ad ſecūdę figurę quattuor modos veniamus. Illud tantū cōſtet q; quēadmodum in prima figura per nouem ſupradictos modos & affirmatiua vniuerſalis/ & negatiua vniuerſalis/ & affirmatiua particularis/ & negatiua particularis/ in concluſione colligitur: in ſecūda figura affirmatiuam neq; generalē/ neq; particularem poſſe colligi/ ſed tātum vel particulariter vel vniuerſaliter ſolas colligi negatiuas. Nullus lapis/ ſenſibilis eſt: conuerſa/ nullum ſenſibile/ lapis eſt. Omne animal/ ſenſibile eſt: manet/ omne animal ſenſibile eſt. Nullū animal/ lapis eſt: manet/ nullū aīal/ lapis eſt. ¶Eſt autē ſecundę figurę modus primus hic: quoties ex vniuerſali negatiua/ & vniuerſali affirmatiua/ vniuerſalis negatiua colligitur. Si enim a terminus de nullo b termino & de omni c termino prędicetur: b termin⁹ de nullo c termino p̄dicabitur. Sit enim a bonū/ ſit b malum/ c iuſtū. ſi quis igitur ſic dicat, nullū malū bonum eſt/ omne iuſtum bonū eſt: cōcludit nullū iuſtū malū eſt. liquet igitur maiorem extremitatē: de minore in concluſione prędicari. Sed omnes ſecūdę figuræ ſyllogiſmi/ q̄uis veri ſint/ ex ſeipſis nō probantur: ſed ex primę figurę modis implētur. Namq; ſi a terminus de nullo b termino prędicetur/ & in omni c termino ſit: nondū probatū ē/ quoniam b terminus de nullo c termino prędicetur. Sed ſi quis ex iſto ſecūdę figuræ modo primo/ ſecūdū modū prię faciat per cōuerſionē: totus ſyllogiſmus cōcluſioq; probata eſt. Si quis enim in hoc ſyllogiſmo qui eſt/ a terminus i nullo b/ & idem a terminus de omni c prędicatur: a b propoſitionem cōuertat/ vt faciat eſſe b a. nā omnis vniuerſalis negatiua/ conuertitur. ſi quis igitur dicat quoniā a terminus de nullo b termino prędicatur: & b igitur de nullo a termino prędicabitur. ſed a de omni c termino prędicatur. Fit igit̄ primę figuræ ſecūdus modus ex vniuerſali negatiua/ & vniuerſali affirmatiua: vniuerſalem colligens negatiuā/ vt ſit concluſio/ de nullo igitur c termino/ b prędicabitur. His igitur conuerſionibus: omnis ſecūdę/ & tertię figuræ ſyllogiſmus cōcluſioq; colligitur/ & probat̄. Atq; ideo quoniam ex ſeipſis nō ſunt probati niſi ex ſuperioribus cōprobētur/ ideſt primę figuræ modis: quicunq; in ſecunda vel tertia figura inuentus fuerit/ imperfectus vocatur ſyllogiſmus. ¶Secundus vero modus ſecundę figurę eſt: quoties ex vniuerſali affirmatiua & vniuerſali negatiua/ cōmutatis ordinibus vniuerſalibus/ rurſus negatiua cōcluditur. Si enim a terminus in omni b termino fuerit/ & de nullo c termino prędicetur: b terminus/ de nullo c termino prędicabitur. ſit enim a bonum/ b iuſtum/ c malū. Si quis igitur ſic dicat/ omne iuſtum bonum eſt/ nullum malū bonum: concludit nullum igitur malū/ iuſtum eſt. Sed hęc complexio coniunctioq; propoſitionum duplicem cōuerſionem habet. Oſtenditur enim de ſecundo primę figurę modo ſic. Nam ſi a terminus in omni b termino eſt/ & de nullo c termino prędicabitur: hęc vniuerſalis negatiua conuertitur. erit igitur vt c terminus de nullo a termino prędicetur. qđ ſi ita eſt: erit huiuſmodi ſyllogiſmus. c terminus de nullo a termino prædicatur/ a terminus in omni b termino eſt: c igitur terminus de nullo b termino prædicabitur. Ecce vna conuerſio facta eſt propoſitionis negatiuę. Sed quoniam diximus cōcludi non c in nullo b/ ſed b in nullo c termino: hic vniuerſalis concluſio negatiua conuertitur. & ſicut concluſum eſt c terminū de nullo b termino prędicari: ita concluditur de nullo c termino/ b terminum prędicari. ¶Tertius modus ſecundę figuræ eſt: quoties ex vniuerſali negatiua & particulari affirmatiua/ particularis negatiua colligitur. Si enim a terminus de nullo b termino prædicetur/ & in quodam c termino fuerit: b terminus de quodam c termino non prędicabitur. ſit enim a bonum/ b malum/ c iuſtum. ſi quis igitur ſic dicat. nullum malum/ bonum eſt/ quoddam iuſtum bonum eſt: cōcludat neceſſe eſt/ quoddam iuſtum malum non eſt. Hic quoq; ſyllogiſmus per cōuerſionem hoc modo probatur. Nam ſi a terminus de nullo b termino prędicatur: & b terminus de nullo a termino prędicabitur. ſed a terminus de quodam c termino prædicatur. redit igitur primę figuræ modus quartus ex vniuerſali negatiua & particulari affirmatiua/ particularem ſcilicet colligens negatiuam. vt in hoc quoq; ſyllogiſmo. Nam hic quoq; particularem negatiuam colligit: ideſt b terminum de quodam c termino non prædicari. ¶Quartus vero modus eſt ſecundæ figuræ qui ex vniuerſali affirmatiua/ & particulari negatiua: particularem colligit negatiuam. Nam ſi a terminus in omni b termino ſit/ de quodam c termino non prædicetur: b terminus de quodam c termino non prædicabitur. Sit enim a bonū/ b iuſtum/ c malū. ſi quis igitur dicat/ om


DE MODIS SECVNDE FIGVRE


Bonum





2. primę.















Quoddam iuſtum/bonum eſt. Quoddam igitur/iuſtum malum non eſt. ¶Hos ergo quattuor in prima figura modos: in analyticis ſuis Ariſtoteles poſuit. Ceteros vero quinq; modos Theophraſtus vel Eudemus addiderunt: quibus Porphyrius grauiſſimę vir authoritatis/viſus eſt cõſenſiſſe/qui ſunt huiuſmodi. Nam quoniam particularis affirmatiua ſibijpſi cõuertitur: quiſquis oſtenderit in concluſione a terminum de quodam c termino particulariter prædicari/in eadem ipſa concluſione monſtrauit/q; c terminus de a termino rurſus particulariter prędicetur. Nam ſibi particularis propoſitio i cõcluſione cõuertitur. Si a terminus in quodam c termino fuerit: c terminus de quodam a termino prędicabitur. Item quiſquis vniuerſalem negatiuam in concluſione probauerit: neceſſe eſt eum ipſius quoq; conuerſionẽ in eadem cõcluſione probaſſe. vniuerſalis enim negatio: ſemper ſibi conuertitur. Nam ſi quis probauit q; a terminus de nullo c termino prędicetur: non eſt dubium quin in hac concluſione illud quoq; probatum ſit/q; c terminus de nullo a termino prędicetur, ſemper enī (vt dictū eſt) vniuerſalis negatiua ſibijpſi cõuertitur. Vniuerſalis quoq; affirmatiua duplici concluſione continetur. Nam quiſquis oſtendit a terminum de omni c termino prędicari: illud quoq; oſtẽdit q; c terminus de quodam a termino particulariter prædicetur. ſi quis enim probauerit animal de omni homine poſſe prædicari ita dicens/omnis homo animal eſt: illud quoq; neceſſario monſtrauit particulariter/quoniam quoddam animal homo eſt. Ita ſemper vniuerſalis negatiua/& vniuerſalis affirmatiua/vel particularis affirmatiua: dupliciter concluduntur. Alię enim ſibijpſis conuertũtur: quę particularis eſt particulariter/quę vniuerſalis vniuerſaliter. Alia vero cum ipſa vniuerſalis ſit/particulariter ſibijpſi conuertitur. Particularis autem negatiua: nunq; ſibijpſi conuertitur. atq; ideo ſimplicẽ in ſe retinet concluſionem. Hoc autẽ qđ nuper diximus: in ſecundo priorum analyticorum libro ab Ariſtotele monſtratur/qđ ſoli Theophraſtus & Eudemus principium capientes/ad alios in prima figura ſyllogiſmos adijciẽdos animũ adiecere. qui ſunt huiuſmodi/qui κατα αφαιρεσιν vocantur/ideſt per refractionem quãdam conuerſionẽq; propoſitionis. ¶Et eſt quintus modus ex duabus vniuerſalibus affirmationibus particularem colligens affirmatiuam hoc modo. Si a fuerit in omni b/& b fuerit in omni c: poſſet equidẽ concludi q; a eſſet in omni c. ſed quoniam iſta vniuerſalis propoſitio (vt dictũ eſt) particulariter cõuertitur: prætermiſſo eo q; a terminus de omni c termino prędicatur/concluſio eſſe dicitur q; c terminus de quodã a termino prædicatur: qđ hoc exemplo monſtrandũ eſt. Si enim ſint propoſitiones ſic. omne iuſtũ bonum eſt/omnis virtus iuſtũ eſt: poſſet etiam concludi q; omnis virtus bonum eſt. ſed quoniã ita propoſitio ſibi conuertitur vt ſit quoddã bonum virtus eſt particulariter: particularis ſyllogiſmus concluſioq; colligitur ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis. Eius vero forma talis eſt. A terminus in omni b/& b terminus in omni c. igitur c terminus in quodam a/vt eſt. Omne iuſtũ/bonum eſt. omnis virtus/iuſta ẽ. quoddã igit bonũ/virtus eſt. Per cõuerſionem vero refractionemq; dicũtur: quoniam qđ vniuerſaliter colligebatur: cõuerſum/particulariter collectum eſt. ¶Sextus modus eſt primę figuræ/qui fit ex vniuerſali negatiua/& vniuerſali affirmatiua: vniuerſalem concluſionem per conuerſionẽ colligens. Nam ſi a terminus in nullo b fuerit/b vero terminus in omni c termino fuerit: poſſet equidem colligi quoniam terminus a in nullo c termino eſt. ſed quoniam vniuerſalis negatiua cõuertitur: dicimus quoniam c terminus in nullo a termino eſt/vt ſit hoc modo. Nullum bonũ/malum eſt. omne iuſtum/bonũ eſt. poſſet colligi nullũ iuſtũ/malũ eſt. ſed ex his p cõuerſionẽ colligimus nullũ malũ iuſtũ eſt. ¶Septimus modus eſt primę figuræ qui ex vniuerſali affirmatiua/& particulari affirmatiua per conuerſionem particularem colligit affirmatiuã. Si enim fuerit a terminus in omni b/& b terminus de quodã c termino prædicetur: poteſt a terminus de quodam c termino prędicari. ſed quoniam particulare affirmatiuũ ſibijpſi conuertitur: per conuerſionem fit concluſio/& dicetur c terminus de quodam a termino prędicari/vt ſit ſic. Omne bonum/virtus eſt. quoddam iuſtũ/bonum eſt. poſſet etiam concludi quoniam quoddam iuſtum/virtus eſt. ſed quoniam particulare affirmatiuum conuertitur: dicimus quoniam quędam virtus iuſta eſt. ¶Octauus modus eſt primę figuræ/quoties ex vniuerſali affirmatiua/& vniuerſali negatiua/particulariter colligitur. Si enī a terminus de omni b termino prædicatus fuerit/b vero terminus de nullo c termino prædicetur: non poſſet colligi quoniam a terminus de nullo c termino prędicatur. Cur autem non poſſit in reſolutorijs dictum eſt. Sed quoniam vniuerſalis negatiua ſibijpſa conuertitur: poteſt dici & conuerti/quoniam c terminus de nullo b termino prędicatur. b vero terminus de quodam a termino dicitur/quoniam vniuerſalis affirmatiua particulariter ſibijpſa conuertitur. quare c terminus de quodam a termino nõ prędicabitur/vt ſit ſic. Omne bonum/iuſtum eſt. nullum malum/bonũ eſt: nõ poſſet colligi quoniam nullum malũ iuſtũ eſt/ſed conuertitur ſic. Nullum bonum/malum eſt. quoddam iuſtum/bonum eſt. quoddam igitur iuſtum/malum non eſt.












Fit hic trāſpoſitio prę-miſſarū cū cōuerſione ꝓpoſitionis & cōcluſionis.










Bonum

Demonſtratio ad im-poſſibile.









terminus de quodam b termino prædicabitur. eruntq; duplices conuerſiones vna propoſitiōis/ alia vero concluſionis. Sit enim a iuſtum/ b virtus/ c bonum. ſi quis igitur ſic dicat / quoddā bonū iuſtum eſt/ omne bonum virtus eſt: concludat neceſſe eſt quædam virtus iuſta eſt. ¶ Quart⁹ modus tertię figurę eſt/ quoties ex vniuerſali affirmatiua & particulari affirmatiua : affirmatiua particularis colligitur. Nam ſi a termin⁹ de omni c termino prędicatur/ b vero terminus ī quodam c termino ſit: concluditur a terminum de quodam b termino prędicari per conuerſionem. Si enim b terminus de quodam c termino prædicetur : & c terminus de quodam b prædicatur/ quoniam particularis affirmatiua ſibij pſi cōuertitur. & fit ſyllogiſmus in primæ figuræ tertio modo/ qui fit ex vniuerſali affirmatiua & particulari affirmatiua particularē colligēs affirmatiuam. vt ſit ſyllogiſmus hoc modo. a terminus in omni c/ & c terminus in quodam b: igitur a terminus in quodam b. Sit a virtus/ b iuſtū/ c bonum. ſi quis igitur ſic dicat/ omne bonum virt⁹ eſt/ quoddam bonum iuſtum eſt: concludet quoniam quoddā iuſtum virtus eſt. ¶ Quintus modus eſt tertię figurę quoties ex particulari negatione / & vniuerſali affirmatione: particularis colligitur negatiua. Sed hic modus per conuerſionem probari non poteſt/ ſed per impoſſibilitatē: ſicut quartus ſecundę figuræ probatus eſt modus. Si enī a terminus de quodā c termino nō prędicetur/ b vero terminus de omni c termino prædicetur: a terminus de quodam b termino non prædicabitur. nam ſi non ita eſt: erit illud verum a terminum de omni b termino prædicari. ſed b terminus de omni c termino predicatur. a igitur terminus/ de omni c termino prędicabitur. qđ fieri non poteſt. Prius enim ita poſitus eſt a terminus vt de quodā c termino nō prędicaretur. ꝙ ſi generalis affirmatio in concluſione ſyllogiſmi nō eſt/ vt ſit a terminus in omni b termino: erit huic contrariacens particularis negatio/ vt a terminus de quodam b termino non p̄dicetur. Sit enim a malū/ b iuſtum/ c bonum. ſi quis igitur ſic dicat/ quoddam bonum / malum non eſt/ omne bonū/ iuſtum eſt: concludat neceſſe eſt/ quoddam igitur iuſtum malum nō eſt. ¶ Sext⁹ modus tertię figurę eſt quoties ex vniuerſali negatiua & particulari affirmatiua: particularis negatio colligitur per conuerſionem. Nā ſi a terminus in nullo c termino ſit/ b vero terminus de quodam c termino prędicetur: fit cōcluſio a terminum de quodam b termino non prędicari. Nam ſi a terminus de nullo c termino prædicabitur / b vero terminus de quodam c termino prędicat: & c terminus de quodā b prędicabitur/ qm̄ pticularis affirmatiua poteſt cōuerti. Fit igit talis ſyllogiſm⁹: vt a t̄min⁹ de nullo c t̄mino p̄dicet/ c t̄min⁹ de quodā b termino p̄dicetur/ & a termin⁹ de quodā b termino nō prędicet. Sit a malū/ b iuſtū/ c bonū. ſi quis igit dicat/ nullū bonū malū eſt/ quoddam bonū iuſtum eſt: concludit/ quoddā iuſtum malum non eſt. ¶ His igitur expeditis qđ ſyllogiſmus ſit: diffinendum eſt. diffinitur autem ſic. Syllogiſmus eſt oratio in qua poſitis quibuſdam & conceſſis: aliud quiddam q̄ ſint ea quę poſita/ & conceſſa ſunt/ neceſſario contigit per ipſa quæ conceſſa ſunt. Orationem diximus eſſe ſyllogiſmū: iccirco/ quoniam omnis diffinitio a generali trahitur. gen⁹ autē ſyllogiſmi: eſt oratio. Quod autem dictum in qua poſitis quibuſdam & conceſſis: ita intelligendum eſt quaſi ſic dictum eſſet/ ſecundum quam poſitis/ et cōceſſis. vt enim ſyllogiſmus fiat: ante aliquid a proponēte dicitur / qđ audiens concedat. quod ſi ille conceſſerit: concludit & perficit ſyllogiſmum/ iccirco ꝙ res dubię per quędam conceſſa & probata monſtrantur. conceditur autem ęqualiter: & affirmatio & negatio vera. Cętera vero in ſyllogiſmi diffinitione talia ſunt: quæ non integre diſpoſitos ſyllogiſmos/ a ſyllogiſmorū verorū diffinitione diſcernant. Nam ꝙ dictum eſt/ in qua poſitis quibuſdam: ſumptorum ſcilicet & propoſitionum multitudo monſtratur. Sūt enim qui putāt eſſe huiuſmodi ſyllogiſmi: in quib⁹ tātum vna propoſitio eſt/ & vna concluſio. qualis eſt hic. vides: viuis igitur. homo es: animal igitur es. et alia huiuſmodi/ quæ ſcilicet veteres in ſyllogiſmis non accæperunt. Syllogiſmus eni: eſt aliquorum collectio. at vero collectio: non niſi plurimorum eſt. & quicunq; vnā poſuit propoſitionem: ille non colligit. nullum igitur faciet ſyllogiſmum. debet enim ſyllogiſmus vt anguſtiſſimus ſit: duabus propoſitionibus comprobari. Quod autem dictum eſt aliud quiddā neceſſario euenire/ q̄ ſunt ipſa quę conceſſa ſunt: qm̄ frequenter tales ab aliquibus fiunt ſyllogiſmi/ vt ea q̄ propoſuerunt/ ipſa etiā in concluſione concludāt. vt eſt hic. ſi hō es/ hō es. hō aūt es. hō igit es. Idē enī concluſit qđ ante ꝓpoſuit. Atq; ideo ad iſtorum diſcretionē: aliud quiddā cōtingere debere dictū eſt/ q̄ ſunt ea quæ conceſſa ſunt / vt in ſuperioribus omnibus ſyllogiſmis quos in trium figurarum modis & demonſtratiue poſuimus. Tales vero ſyllogiſmi/ quales nunc dicti ſunt pridiculi ſunt: ꝙ id quod ante conceſſum eſt/ quaſi dubiū quiddam in ea concluſione colligitur. Nam quod propoſitum eſt neceſſario contingere : ad hoc pertinet quoniam frequenter adductione/ verę quędam propoſitiones ſunt/ quarum cōcluſio nullo modo vera eſt. vt ſi quis ſic dicat: qui muſicam nouit muſicus eſt/ & concedatur. et qui arithmeticam: arithmeticus eſt. & qui medicinam medicus eſt. & qui bonum: bonus eſt. cum igitur hęc omnia conceſſa ſunt: di


ne iuſtum bonum eſt/ quoddam malũ bonum non eſt: concludit quoddam igitur malum iuſtũ non eſt. Hæc vero cõplexio atq; ordo propoſitionum per conuerſionem non poteſt approbari. generalis enim affirmatiua: ſibi ipſi conuerti non poteſt. Mõſtratur igitur iſte ſyllogiſmus ex prima figura non per conuerſionem / ſed per impoſſibilitatem. quoniam ſi particularis concluſio negatiua in hoc ſyllogiſmo non concluditur: aliquod inconueniens impoſſibileq; contingit. ſed hæc impoſſibilitas per primam figuram demonſtrabitur. Dico enim quoniam ſi a terminus de omni b termino prędicetur/ & in aliquo c termino non ſit: talẽ colligi cõcluſionem/ vt b terminꝰ de aliquo c termino nõ prędicetur. Nam ſi falſum eſt: huic cõtrariacens propoſitio vera erit. particularibus autem negatiuis vniuerſales affirmatiuæ cõtrariacentes ſunt/ vt in ſuperiore libro docuimus. ſi igitur hic particularis negatiua non eſt concluſio: erit generalis affirmatiua. ſit affirmatiua generalis/ & b terminus de omni c termino prędicetur. ſed a terminus de omni b termino prædicatur: b vero terminus de omni c termino prędicari dicitur. a igitur terminus/ de omni c termino prędicaꝫ. qđ fieri nõ poteſt. Ita enĩ a c ꝓpoſitionẽ propoſuimus prius/ vt dicerem⁹ a terminũ de quodam c termino non prædicari. Hoc igitur oſtẽſum eſt per primum modũ primę figurę. Quare in ſecunda figura omnis ſyllogiſmus imperfectus eſt: & eius probatio aut per cõuerſionem in prima figura reducitur/ aut ex hypothetica diſpoſitione per impoſſibilitatẽ & primam figuram aliter fieri non poſſe monſtratur. & alij quidem omnes per impoſſibile probãtur/ quod paulopoſt demonſtrabitur. ¶ Reſtat vt tertię figure modos atq; ordines explicem⁹. Illud prius videndũ eſt: ꝙ in tertię figurę modis nunq̃ concluſio colligitur vniuerſalis. ſed ſi vel negatiuę vel affirmatiuæ fuerint collectiones: particularis autẽ ſemper / nunq̃ etiam generalis. ¶ Eſt autem tertię figurę primus modus hic qui ex duabus vniuerſalibus affirmationibus/ particularem colligit affirmatiuam. Nam ſi a & b termini/ de omni c termino prædicantur: a terminus de quodã b termino prædicabitur per conuerſionem. Nam ſi b terminus de omni c termino prędicatur / & vniuerſalis affirmatiua particulariter ſibi cõuertitur: c terminus de quodã b termino prædicatur. quod ſi ita eſt: fit tertius primæ figuræ modus qui eſt ex vniuerſali & particulari affirmatiua/ & colligit a terminum de quodã b termino. Sit enĩ a iuſtum/ b virtꝰ/ c bonum. ſi quis enim ſic dicat/ omne bonum iuſtum eſt/ omne bonũ virtus eſt: fit concluſio/ quædam virtus iuſta eſt. Mutant alij terminos/ & volunt facere ſecundum modum/ vt ſit a virtus/ b iuſtum / c bonum: vt ſit talis ſyllogiſmus. omne bonum virtus eſt / omne bonum iuſtum eſt: & concludatur quoddã iuſtum virtus eſt. Sed hoc Ariſtoteles a ſuperiore non diuidit/ & hos duos vnum modũ putat: & iccirco nos ſeptem tertiæ figurę eſſe diximus modos / dubitantes. ſed magis Ariſtoteles ſequendus eſt/ atq; ideo aliũ modum dicamus eſſe qui poſſit integre videri ſecundus. ¶ Secundus vero modus tertię figuræ eſt/ quoties ex vniuerſali negatiua / & vniuerſali affirmatiua: negatiua colligitur particularis. Si enim a terminus de nullo c termino/ b vero de omni c termino prædicatur: a terminus de quodã b termino non prędicabitur. Nam ſi a terminus de nullo c termino prędicatur/ b vero de omni c: & c terminus de quodam b termino prędicabitur. particulariter enim ſibi vniuerſalis affirmatiua conuertitur. concluditur igitur in quarto modo primæ figurę a terminũ de quodam b termino non prædicari. Sit enim a malum/ b iuſtum/ c bonum. ſi quis ſic dicat/ nullũ bonum malum eſt/ omne bonum iuſtum eſt: concludat neceſſe eſt/ quoddam igitur iuſtum malum non eſt. ex quo conſiderandum eſt: maiorem extremitatem in cõcluſione p̃dicari. ¶ Tertius modus tertię figurę eſt quoties ex particulari & vniuerſali affirmatiua: particularis affirmatiua concluditur. Si enim a terminus de quodam c/ & b terminus de omni c termino prædicatur: concluditur a terminũ de quodam b termino prædicari per duplicem cõuerſionem. Quoniam enim b terminus de omni c termino prædicatur/ & a terminꝰ de quodam c termino prędicatur/ & particularis affirmatiua ſemper ſibi ipſi conuertitur: c terminus de quodam a termino prædicabitur. Sunt igit̃ propoſitiones ſic: b terminus de omni c termino/ c vero terminus de quodam a termino prædicatur. qđ ſi ita eſt: colligitur in primæ figurę modo tertio b terminum de quodam a termino prædicari. Atq; ita particularis affirmatiua conuertitur/ & a




Demõſtratio per ipoſſibile.




DE MODIS TERTIE FIGVRE




Bonum




Tranſpoſitio p̃miſſarũ in qualitate & quantitate cõueniẽtiũ: modum diuerſum efficere nequit.




Bonum




C.v.





¶Hi ſũt igitur omnes trium figurarum modi/quorum primæ figuræ quattuor primi indemõ-
ſtrabiles nominantur/et directi/ ideſt ſine aliqua cõuerſione demõſtrati.indemonſtrabiles au-
tem/quoniã non per alios demonſtrantur.& perfecti dicuntur:quoniam per ſeipſos comprobã
tur.et primi:quoniam propoſitione/& natura primi ſunt/&in eos omnes cæteri reſoluuntur. Il
li quoq; quinq; primæ figuræ modi imperfecti/& per conuerſionem ſunt.Secundę vero figuræ
vel tertię omnes imperfecti ſunt:quoniam per primos primę figuræ modos quattuor compro-
bantur.namq; in ipſos reſoluuntur.Vt eos per conuerſionem reſoluamus/& per impoſſibilitatẽ
illius :ſuperius demonſtrati ſunt.Conſideremus igitur eorum principia: quoniam vnde naſcũ
tur in idipſum reſoluunt. ¶Q uitus igitur primę figurę modus/de primę figurę modo procrea-
tur.Binis enim propoſitionibus prioribus manentibus:concluſio primi modi particulariter cõ-
uerſa /quintum efficit ſyllogiſmum.quod in ſubiecta declaratur deſcriptione.




Primus primę figuræ			Quintus eiuſdem	
A	Omne iuſtum bonum eſt	Manet	A	Omne iuſtum bonũ eſt
A	Omnis virtus iuſta eſt	Manet	A	Oĩs virtus iuſta eſt
A	Omnis virtus bona eſt	Cõuerſa pticulariter	I	Quoddã bonũ virtus eſt

¶Sextus vero primę modus:de ſecundo primæ figurę modo capit principium.Manẽtibus enĩ
duabus prioribus propoſitionibus ſecundi modi/ vniuerſali concluſione vniuerſaliter cõuerſa:
ſextꝰ naſcitur ſyllogiſmus.vt ſubiecta docet deſcriptio.




Secundus primę figurę			Sextus eiuſdem	
E	Nullum bonum malũ eſt	Manet	E	Nullum bonum malum eſt
A	Omne iuſtum bonũ eſt	Manet	A	Omne iuſtum bonũ eſt
E	Nullum iuſtum malum eſt	Cõuerſa vniuerſaliꝫ	E	Nullũ malum iuſtum eſt

¶Septimus modus primæ figuræ de tertio primæ figuræ naſcitur modo . Manentibus enĩ bi-
nis propoſitionibus prioribus & particulari affirmatiua in cõcluſione cõuerſa:ſeptimi modi col-
locatio procreatur.




Tertius primæ figuræ			Septimus eiuſdem	
A	Omne bonũ virtus eſt	Manet	A	Omne bonũ virtus ẽ
I	Quoddã iuſtũ bonũ eſt.	Manet	I	Quoddam iuſtum bonum eſt
I	Quoddam iuſtum virtus eſt	Cõuerſa pticulariter	I	Quædã virtus iuſta eſt

¶Octauus vero & nonus primæ figuræ modus in quartum primæ figuræ modum reſoluuntur/
non etiam initium ſumunt.octauus reſoluitur in quartum hoc modo. prima enim quarti in ſe-
cundam octaui vniuerſaliter conuerſa / & prima propoſitione octaui modi particulariter in ſe-
cundam quarti modi conuerſa:eadem concluſio colligitur/ideſt negatio particularis.



Quartus primę			Octauꝰ eiuſdem	
E	Nullũ bonum malum eſt	Cõuerſa particulariter	A	Omne bonum iuſtũ eſt
I	Quoddã iuſtũ bonũ eſt	Cõuerſa vniuer.	E	Nullũ malum bonum eſt
O	Quoddã iuſtũ malũ nõ ẽ	Eadẽ concluſio	O	Quoddam iuſtum malũ nõ ẽ

¶Nonus vero modus /in quartũ modũ reſoluitur ſic.prima quarti in ſecundam propoſitio-
nem vniuerſaliter conuertatur:& ſecũda quarti particulariter in primã noni/ & eadẽ conclu-
ſio maneat negatio particularis.



Quartus primę			Nonus eiuſdem	
E	Nullũ bonũ malũ eſt	Cõuerſa particu.	I	Quoddã bonũ iuſtum eſt
I	Quoddã iuſtũ bonũ eſt	Cõuerſa vniuer.	E	Nullum malũ bonũ eſt
O	Quoddã iuſtũ malũ nõ eſt	Eadem concluſio	O	Quoddã iuſtũ malũ non eſt

¶Reſolutis igitur quinq; primę figuræ modis in q̃ttuor ſuperioribꝰ: ſecundę figurę q̃ttuor mo-
dos in prioris figurę modos q̃ttuor reſoluamus/quorũ tres p conuerſionẽ probant/quartꝰ vero

cat & qui malum/malus eſt.quod quaſi ſuperioribus ſimile videtur:ſed omnino falſum eſt.Bo-
ni enim homines/non aliter cauent niſi mala nouerint. Atq; idem propter has concluſiões quę
ſunt per eas propoſitiones quę per inductionem dicuntur :additum eſt concluſiones in ſyllogiſ-
mis neceſſarias contingere/ ideſt ex neceſſitate contingere. Eſt etiam alia expoſitio:ſed in ana
lyticis noſtris iam dicta eſt. Illud vero qđ dictũ eſt per ipſa q̃ poſita ſunt:hoc propter eos dictum
eſt qui tales faciunt ſyllogiſmos/in quibus aut minus aliquid/aut plus/aut aliud propoſitum eſt
q̃ proponi debuerat. Fiunt aũt huiuſmodi ſyllogiſmi. ſi quis enim ita dicat Socrates homo eſt/
omnis homo animal eſt/& concludat Socrates igitur animatum eſt: minus propoſuit/qa non
dixit omne animal eſſe animatum. Nunc ſi ſic ꝓpoſuiſſet:Socratem recte animatum eſſe cõclu
deret/ita dicendo.Socrates homo eſt/omnis homo animal eſt/& omne animal/animatum eſt.
Socrates igitur/animatus eſt. Plus autem proponere hoc eſt .vt ſi quis dicat omnis homo ani-
mal eſt. omne animal animatum eſt.ſed & ſol in ariete eſt.omnis igitur homo animatus eſt.hic
vero ſuperfluum eſt q̃ ſolem in ariete eſſe interpoſuit. Aliud autem q̃ neceſſe eſt quidam propo-
nunt hoc modo .vt ſi quis ſic dicat/omnis homo animal eſt/virtus autem bonum eſt.omnis igi
tur homo animatum eſt. nulla igitur harum propoſitionum ad rem pertinet quã cõcludere cu
piebat. ¶ Expedita igitur ſyllogiſmi diffinitione/ad priorum modorum naturam reſolutionẽq;
veniam9: & prius omnes in ordinem diſponantur.

In analyti-
cis noſtris,
alios etiam
dialecticoꝝ
commenta
riorũ libros
ad Ariſtote
lis litterã cõ
fecit Boeti9
qui nunc de
ſiderantur.

MODI PRIMAE FIGVRAE

Directe concludentes

I
O iuſtum bonum eſt
O virtus iuſta eſt
O igitur virtus bona eſt

II
N bonum malũ eſt
O iuſtum bonum eſt
N igitur iuſtum malũ ẽ

III
O bonum virtus eſt
Q iuſtũ bonum eſt
Q igitur iuſtum virtus eſt

IIII
N bonũ malum eſt
Q iuſtũ bonum eſt
Q igit iuſtum malũ nõ eſt

Indirecte concludẽtes

V
O iuſtum bonum eſt
O virtus iuſta eſt
Q igitur bonũ virtus eſt

VI
N bonum malum eſt
O iuſtũ bonũ eſt
N igitur malum iuſtũ eſt

VII
O bonũ virtus eſt
Q iuſtum bonum eſt
Q igit virtus iuſta eſt

VIII
O bonum iuſtum eſt
N malum bonum eſt
Q igitur iuſtũ malũ nõ eſt

IX
Q bonũ iuſtũ eſt
N malũ bonũ eſt
Q igitur iuſtũ malũ nõ eſt

MODI SECVNDAE FIGVRAE

Vniuerſales

I
N malũ bonum eſt
O iuſtũ bonũ eſt
N igit iuſtũ malum eſt

II
O iuſtũ bonũ eſt
N malum bonum eſt
N igit malũ iuſtũ eſt

Particulã.

III
N malũ bonũ eſt
Q iuſtũ bonum eſt
Q igitur iuſtũ malum non eſt

IIII
O iuſtum bonum eſt
Q malũ bonũ nõ eſt
Q igit malũ iuſtũ non eſt

MODI TERTIAE FIGVRAE

Vles 2 ſcd; veritate 3 ſcd; quoldã

I
O bonum iuſtũ eſt
O bonũ virtus eſt
Q igit virtus iuſta eſt

Sequens modus primo idem valẽs

1
O bonũ virtus eſt
O bonũ iuſtum ẽ
Q igit iuſtũ virt9 ẽ

II
N bonũ malum ẽ
O bonum iuſtũ eſt
Q igit iuſtũ malũ nõ eſt


Particulares

III
Q bonũ iuſtũ eſt
O bonũ virtus eſt
Q igitur virtus iuſta eſt

IIII
O bonum virtus eſt
Q bonũ iuſtũ eſt
Q igit iuſtũ virtus eſt

V
Q bonũ malũ nõ eſt
O bonũ iuſtũ ẽ
Q igit iuſtum malũ non eſt

VI
N bonum malum eſt
Q bonũ iuſtũ ẽ
Q igit iuſtũ malũ nõ eſt




B bonū A malū C iuſtum.

modi cōceſſerit: particularem quoq; negationem concludet quæ eſt/ quiddam igitur iuſtum bonum non eſt. Nam ſi hæc falſa eſt: vera erit contraiacens quę eſt omne iuſtum bonum eſt. ſed & iam illa conceſſa eſt quę eſt nullum bonum malum eſt. ex his igitur colligitur/ nullum igitur iuſtum malum eſt. Sed prius conceſſa erat/ quiddam iuſtum/ malum eſt: nunc vero nullū iuſtū malum eſt. duas ergo ſibi cōtraiacentes vno tēpore cōcedit. quod non poteſt. Sublata igit vniuerſali concluſione quæ eſt omne iuſtum bonū ē: remanebit pticularis negatiua q̄ eſt quiddam iuſtum bonum non eſt.

Tertius ſecundę		Secundus primę
E Nullū bonum malum eſt	Conceſſę in vtriſq;	E Nullū bonū malū eſt
I Quoddā iuſtum malū ē		A Omne iuſtū bonum eſt
O Quoddā igitur iuſtum bonū nō ē		E Nullū ergo iuſtū malū ē

Contra iacentes / Contra iacentes


¶ Secundus ſecundæ figuræ in tertio primę figurę modo ſic reſoluit. ſi qs duas ſcdę figurę propoſitiones conceſſerit: concluſionē quoq; concedit quę eſt/ nichil igitur iuſtū bonū ē. Nā ſi hæc falſa eſt: erit vera contraiacens ei particularis affirmatio/ quiddam iuſtum bonum eſt. ſed idem conceſſit illam quæ eſt/ omne bonum virtus eſt. cōcludat neceſſe eſt/ quiddam iuſtum virtꝰ eſt Qui iam ante conceſſerat ſecundam ſecundi modi quę eſt/ nullū iuſtū virtus eſt: duas cōtraiacentes vno tempore concedit. quod fieri non poteſt.



Secundus ſecundę		Tertius primæ
A Omne bonū virtus eſt	Conceſſæ in vtriſq;	A Omne bonū virtus eſt
E Nullū iuſtū virtꝰ eſt		I Quoddā iuſtū bonū eſt
E Nullum igit iuſtū bonū eſt		I Quoddā igit iuſtū virtꝰ ē

Contra iacentes / Contra iacentes

¶ Primus item ſecundæ figurę in quartum primæ figurę ſic reſoluitur. qui concedit duas primi modi propoſitiones: concedat neceſſe eſt & concluſionem. Nā ſi illa falſa eſt: erit vera contraiacens ei particularis affirmatiua quæ eſt quiddam iuſtum bonum eſt. Sed idem conceſſit illā quę eſt/ nullum bonum malum eſt: cōcludat neceſſe eſt/ quoddam igitur iuſtum malum nō eſt. Qui ante conceſſerat illam quę eſt omne iuſtum malū eſt: vno tēpore duas cōtraiacentes cōcedit: qd fieri non poteſt. Sublata igitur particulari affirmatione quæ eſt quiddam igitur iuſtum bonum eſt: remanet illa q̄ eſt nichil iuſtum bonum eſt.



Primus ſecūdę figuræ		Quartus primæ
E Nullum bonum malum ē	Conceſſę in vtriſq;	E Nullum bonū malum ē
A Omne iuſtum malum ē		I Quoddā iuſtū bonū ē
E Nullū igit iuſtū bonū eſt		O Quoddā igit iuſtū malū nō

Contra iacentes / Contra iacentes

De modis tertię figurę

¶ Sequitur vt tertię figurę modos/ ad primos q̄ttuor reſoluam⁹, quorū quicq; per conuerſionē & p impoſſibilitatē ad primos quattuor reſoluuntur: vnus vero ſolus & quitus per impoſſibilitatem ſolam in priores reſoluitur. ¶ Primus tertię modus figurę in tertiū primę figurę modū hoc modo reſoluitur. ſi eni prima propoſitio tertij modi primę figuræ maneat/ & ſecunda ꝓpoſitio vniuerſaliter cōuertatur/ & ſit ſecūda propoſitio primi modi tertiæ figuræ: eadē cōcluſio colligitur affirmatio particularis.

Modus tertiꝰ primę		Primus tertię
A Omne bonum iuſtum eſt	Manet	A Omne bonum iuſtū eſt
I Quędam virtus bona eſt	Vniuerſaliꝫ conuerſa	A Omne bonū virtus eſt
I Quędā virtus iuſta eſt	Manet	I Quędā virtus iuſta eſt

per ſolam impoſſibilitatem. At vero primus & ſecũdę figuræ ſecundus modus in ſecũdum prioris figurę modum reſoluũtur. ¶ Et reſoluitur ſic primus. Conuerſa enī prima vniuerſali negatione vniuerſaliter / & manente ſecunda vniuerſali affirmatione: eadem cõcluſio vtrorumq; naſcitur.

Secundus primæ			Primus ſecundę
E Nullum bonum malum eſt	Conuerſa vniuerſaliter	E	Nullũ malũ bonũ eſt
A Omne iuſtum bonum eſt	Manet	A	Omne iuſtũ bonum eſt
E Nullũ iuſtũ malum eſt	Eadem cõcluſio	E	Nullũ iuſtũ malũ eſt

1 Modus
Vide figurarum claritates in modorũ demonſtrationibus.

¶ Secundę figurę ſecundus modus in primę figurę ſecundum modum reſoluitur ſic. Conuerſa vniuerſaliter prima / & ſecunda propoſitione / & ſecũda prima manente : vniuerſaliter fit conuerſa concluſio ſecundę figurę. 2


Secundꝰ primę		Secũdus ſecundæ
E Nullum bonum malum eſt		A Omne iuſtũ bonũ eſt
A Omne iuſtũ bonum eſt		E Nullum malũ bonũ ẽ
E Nullum iuſtum malum eſt	Cõuerſa vniuerſaliter	E Nullũ malum iuſtũ eſt

Vniuerſaliter — net — Ma — conuerſa

¶ Tertius vero modus ſecundę figurę: de quarto primæ figuræ procreatur. Vt enī vniuerſalis negatio in primã propoſitionem vniuerſaliter conuertatur / & ſecundę propoſitiones maneant / ideſt ſyllogiſmi terminus propoſitioq; : colligit hoc modo. 3

Quartus primę		Tertius ſecundę
E Nullum bonum malũ eſt	Cõuerſa vniuerſaliter	E Nullum malum bonum eſt
I Quoddam iuſtum bonũ ẽ	Manet	I Quoddã iuſtũ bonum eſt
O Quoddã iuſtũ malũ nõ ẽ	Manet	O Quoddam iuſtũ malũ nõ eſt

¶ Quartus modus ſecundæ figurę quoniam iam primo cũ factum eſt per cõuerſionem in ſuperioris primę figurę modum retorqueri non poterat / ſed per impoſſibile demõſtratur : hic quoq; per impoſſibile ad ſuperiores reducitur modos. & quoniam omnes ſecundę figurę per impoſſibile monſtrãtur : iccirco nos quoq; inchoantes a quarto / omnes per impoſſibile reſoluamus. Nam quartus ſecundæ figurę modus in primum primę figurę reſoluitur per impoſſibilitatem / tertius in ſecundum / ſecũdus in tertium / primus in quartum. quod hoc modo liquebit. Si quis ergo duas iſtas conceſſerit propoſitiones ideſt omne bonũ virtus eſt / & quoddã iuſtum virtus non eſt: neceſſe eſt quoq; concluſionem concedat quæ eſt / quiddam igitur iuſtum bonum non eſt. Nam ſi hæc falſa eſt : erit ei contraiacens vera quę eſt / omne iuſtum bonum eſt. ſed illam conceſſit quę eſt prima quarti modi ideſt omne bonum virtus eſt. ex his igitur cõcludat / omne igitur iuſtum virtus eſt. Sed prius conceſſit quarti modi ſecundam propoſitionem quę eſt / quiddam iuſtũ virtus non eſt : nũc vero concedit omne iuſtum virtus eſt. duas igitur ſibi contraiacentes ſimul concluſurus eſt / quod fieri non poteſt. Hoc autem iccirco euenit: quia concluſio quarti modi / in primi modi ſecundam propoſitionem conuerſa eſt. q; ſi ſecunda propoſitio primi modi i quarti concluſione non colligitur : quarti concluſio ideſt particularis negatio permanebit. Sed ne forte conturbet q; alios terminos in reſoluendo modo poſuimus q̃ ſuperius in diſponendo . nõ enim modo in terminis laboramus : ſed in figuris & modis & cõplexionibus conſtruendis atq; reſoluendis operam conſumimus. eodem modo & cæteri ſecũdæ figuræ in primis quattuor ſoluuntur. 4




A vtrꝰ B bonũ C malum

Quartus ſecundę			Primus primę
A Omne bonum virtus eſt	Conceſſę in vtriſq;	A	Omne bonũ virtus eſt
O Quoddã iuſtũ virtus nõ eſt		A	Omne iuſtum bonũ eſt
O Quoddã igit iuſtũ bonũ nõ ẽ		A	Omne igit iuſtũ virtꝰ ẽ


Contra — iacentes — Contra — iacentes

¶ Tertius ſecũdę figurę modus in ſecundo primę figurę ſic reſoluitur. Si quis duas primas ter-




Sextus tertiæ		Tertius primæ
E | Nullū bonum malū ē	Cōtra iacentes / Cōcesſę i vtriſq; / Contra iacentes	A | Omne iuſtum malū eſt
I | Quoddā bonū iuſtū eſt		I | Quoddā bonū iuſtū eſt
O | Quoddā iuſtū malū nō ē		I | Quoddā bonū malū eſt


¶ Hoc modo cæteri modi tertiæ figuræ in primos modos primæ figuræ referuntur. quod ſubiecta deſcriptio declarat: in qua prior quintus qui per conuerſionem reſolui nō potuit perimę poſſibilitatem reſolutus eſt.



Quintus tertiæ		Primus primæ
O | Quoddā bonū malū nōē	Contra iacentes / Cōceſ. i vtriſ. / Contra iacentes	A | Omne iuſtum malū ē
A | Omne bonū iuſtū eſt		A | Omne bonū iuſtū eſt
O | Quoddā iuſtū malū non ē		A | Omne bonū malum ē




Quartus tertiæ		Quartus primę
A | Omne bonū virtus eſt	Contra iacētes / Cōceſ. i vtriſq; / Cōtra iacentes	E | Nullum iuſtum virtus ē
I | Quoddā bonū iuſtū ē		I | Quoddā bonū iuſtū eſt
I | Quoddā iuſtū virtus eſt		O | Quoddā bonū virtꝰ nō ē



Tertius tertiæ		Secūdus primæ
I | Quoddā bonū iuſtū eſt	Contra iacentes / Cōceſ. i vtriſq; / Contra iacentes	E | Nulla virtus iuſta eſt
A | Omne bonū virtus eſt		A | Omne bonum virtus eſt
I | Quędā virtꝰ iuſta eſt		E | Nullū bonū iuſtū eſt

¶ In reſolutione modi ſecundi tertiæ figurę in primū modū primę/ hęc impoſſibilitas euenit: qꝛ duas cōtrarias vno tēpore cōcedit. quod fieri nequit. Nunq̄ enī duę cōtrariæ vno tēpore in vna propoſitione ſimul verę inueniuntur.



Secundus tertiæ		Primus primæ
E | Nullū bonū malū eſt	Contra iacentes / Cōceſ. i vtriſq; / Contra riæ	A | Omne iuſtū malū eſt
A | Omne bonū iuſtū eſt		A | Omne bonū iuſtū eſt
O | Quoddā iuſtū malū nō ē		A | Omne bonum malū eſt

¶ Et in ſequenti quoq; ſyllogiſmo duas ſimiliter contrarias cōcedit/ qđ impoſſibile eſt

Primus tertiæ		Secūdus primæ
A | Omne bonum iuſtū eſt	Contra iacentes / Cōceſ. i vtriſq; / Contra riæ	E | Nulla virtus iuſta eſt
A | Omne bonum virtus eſt		A | Omne bonū virtus eſt
I | Quædā virtus iuſta eſt		E | Nullū bonū iuſtū eſt

¶ Necnos illud turbet qꝛ in quibuſdam cōtraria ꝓpoſitio & concluſio inuenit: in quibuſdā vero contraiacens. Nāq; æqualiter peccabit qui vtraſq; contrarias conceſſerit: ac ſi vtraſq; contraiacentes. Nam quo modo contraiacentes vno tempore eſſe non poſſunt vnq̄: etiam contrariæ.

Primus tertiæ		Secundus primæ
A | Omne bonum virtꝰ eſt	Contra iacētes / Cōceſ. i vtriſq; / Contra riæ	E | Nullū iuſtum virtꝰ eſt
A | Omne bonū iuſtū eſt		A | Omne bonū iuſtum eſt
I | Quoddā iuſtū virtꝰ ē		E | Nullum bonū virtus ē

¶Vel certe ſic/ qa ſuperius talē ſyllogiſmū diximus terminis commutatis quē Ariſtoteles diſſimilem non putat.

Modus tertiꝰ primę figurę		Primo tertiæ idem valens	
A Omne bonum virtus eſt	Manet	A	Omne bonū virtus eſt
I Quoddā iuſtū bonum eſt	Vniuerſaliē cōuerſa	A	Omne bonū iuſtū eſt
I Quoddā iuſtū virtꝰ eſt	Manet	I	Quoddā iuſtū virtus eſt

¶Secundus modus vero tertię figurę in quartum modum primæ figurę hoc modo reſoluitur: ſi enim primæ propoſitiones ſecundi tertiæ figuræ modi/ & quarti modi primæ figurę maneāt/ quarti vero modi primæ figuræ ſecunda propoſitio vniuerſaliter conuertatur/ & ſecunda ſit propoſitio ſecundi modi tertiæ figurę: eadem concluſio procreatur.

Quartus primę		Secundus tertiæ	
E Nullū bonum malum eſt.	Manet	E	Nullum bonum malū eſt
I Quoddā iuſtū bonū eſt	Cōuerſa vniuerſaliē	A	Omne bonū iuſtū eſt
O Quoddā iuſtum malū nō ē	Manet	O	Quoddā iuſtū malū nō ē

¶Tertius modus tertię figurę in tertium modum primę figurę reſoluitur. Si enī propoſitio prima tertij primę figurę modi/ & ſecunda propoſitio tertij modi tertię figuræ maneant/ & ſecunda propoſitio tertij modi primæ figurę pticularis/ particulariter cōuertaī/ & ſit prima tertij modi tertię figurę: conuerſa particulariter concluſio naſcitur.

Tertius primę		Tertius tertiæ
A Omne bonum virtus eſt	Eæ- cōuerſa	I Quoddā bonū iuſtum eſt
I Quoddā iuſtū bonū eſt	Particu. dem	A Omne bonū virtꝰ eſt
I Quoddā iuſtū virtꝰ ē	Cōuerſa pticulariter	I Quędā virtꝰ iuſta eſt


¶Quartus modus tertię figurę in tertium modum primę figurę reſoluitur. ſi enim vtrorūq; prima maneant propoſitiones/ & ſecūdæ particulares particulariter cōuertantur: eędem cōcluſiones naſcuntur.

Tertius primę		Quartus tertiæ	
A Omne bonum virtus eſt	Manet	A	Omne bonum virtus eſt
I Quoddā iuſtū bonū ē	Cōuerſa pticulariter	I	Quoddā bonū iuſtū eſt
I Quoddam iuſtū virtus ē	Manet	I	Quoddā iuſtū virtus eſt

¶Reliquus ſextus ſyllogiſmus tertię figuræ de primę figure quarto procreatur .manentiḃ eni primis eorū ꝓpoſitionibus/ atq; ſecūdis particulariter imutatis: particularis in vtroq; manebit concluſio.

Quartus primæ		Sextus tertię	
E Nullum bonum malum eſt	Manet	E	Nullum bonum malū eſt
I Quoddā iuſtum bonū eſt	Particulariē cōuerſa	I	Quoddā bonū iuſtū eſt
O Quoddā iuſtū malū nō ē	Manet	O	Quoddā iuſtū malū nō ē

¶Quintus autem qui reſtat/ ſicut ante per impoſſibile probatur: ita etiam nunc per impoſſibilitatem reſoluitur. Sed quemadmodum vnus fuerit reſolutus: eodem ordine omnes reſoluendi ſunt. Reſoluitur autem ſextus tertię figurę modus in tertium primę figuræ modum. quintus modus tertię figurę: reſoluitur in primum primę figurę. quartus tertię figuræ modus: reſoluitur in quartum primę figuræ modum. tertius tertię figurę modus: reſoluitur in ſecundum primæ figuræ modum. primi tertię figuræ modi/ reſoluunt in ſecundos primę figurę modos. ¶Reſoluitur autem per impoſſibilitatem ſextus tertię figurę modus: in primę figurę modum tertiū/ hoc modo. Si quis igitur duas propoſitiones ſexti modi tertiæ figuræ conceſſerit: concedat etiā neceſſe eſt concluſionem quæ eſt quiddam iuſtū malum non eſt. Nā ſi hæc falſa eſt: erit vera contraiacens ei primæ figuræ tertij modi prima ꝓpoſitio quæ eſt/ omne iuſtū malū eſt. ſed iam conceſſit propoſitionem ſecundam quæ eſt/ quoddā bonum iuſtū eſt. ex his igitur cōcedat neceſſe eſt/ quoddam bonum malū ē. quia ante conceſſerat primam propoſitionē ſexti modi tertiæ figuræ quæ eſt nullum bonum malum eſt: vno tempore duas ſibi contraiacentes cōcedit qđ fieri non poſſe deſcriptio declarat



mal esse proponitur. At in his propositiõibus quę conditionales dicũtur: non idem prædicationis est modus Neq; enim omnino alterum de altero prędicatur: sed id tantum dicitur esse alterum si alterum fuerit, veluti cum dicimus/ si peperit: cũ viro cõcubuit. Non enim tunc dicitur ipsum peperisse/ id esse quod cũ viro concũbere: sed id tantum proponitur/ ꝙ partus nunq̃ eẽ potuisset/ nisi fuisset cum viro concubitus. ꝙ si quãdo in vna eademq; propositionum ꝓprietas incurrerit: tunc secundum nomen enunciatæ propositionis intelligendi ratio variabitur hoc modo. Nam cũ dicimus homo animal est: propositionem facimus prædicatiuam. at si ita proponamus si homo est/ animal est: in conditionalem vertitur enunciationem. In prædicatiua igitur id spectabimus ꝙ ipse homo animal sit/ ideſt nomen in se suscipiat animalis: in conditionali vero illud intelligimus/ ꝙ si fuerit aliqua res q̃ homo esse dicatur/ necesse sit aliqua res sit quę animal esse nuncupetur. Itaq; ꝓpositio prædicatiua: rẽ quam subijcit/ prædicatę rei suscipere nomẽ declarat. Cõditionalis vero ꝓpositionis hæc sententia est: vt ita sit aliquid si fuerit alterum/ esse neutrum/ nomen alterius suscipiat. Ita igitur ꝓpositionibus disgregatis ex enunciationũ ꝓprietate: syllogismi quoq; vocabulũ suscępere/ vt alij dicantur prædicatiui/ alij conditionales. Nam in quibus ꝓpositiones p̃dicatiuę sunt: eos prædicatiuos syllogismos vocamus. In quibus vero hypothetica propositio prima est/ potest namq; & assumptio & conclusio esse p̃dicatiua/ ij tantum per vnius hypotheticę ꝓpositionis naturam/ hypothetici & conditionales vocantur. At de simplicibus quidem/ ideſt de prędicatiuis syllogismis duobus libellis explicuimus/ quos de eorũ constructione confecimus: post syllogismorum vero simplicium disputationẽ/ ordo est vt de nõ simplicibus differamus. ¶ Non simplices vero syllogismi sunt: qui hypothetici dicũtur quos latino nomine cõditionales vocamus. Non simplices vero dicuntur: quoniam ex simplicibus constant/ atq; in eosdem vltimos resoluuntur/ cum præsertim primæ eorum propositiões vim proprię consequentiæ ex categoricis/ ideſt ex simplicibus capiant syllogismis. Namq; prima propositio hypothetici syllogismi si dubitatur an vera sit: prędicatiua conclusione demõstrabitur. Assumptio vero: in pluribus modis taliũ syllogismorum/ prædicatiua esse perspicitur. Itemq; conclusio. veluti cum dicimus: si dies est/ lucet. atqui dies est: hęc assumptio prædicatiua est. si quęratur/ prędicatiuo probatur syllogismo. lucet igitur: consecuta est rursus prędicatiua conclusio. Super hæc omnis conditionalis propositio ex prædicatiuis (vt dictum est) iungitur. ꝙ si ex his & fidem capiunt/ & ordinem partium sortiuntur: necesse est categoricos syllogismos hypotheticis vim cõclusiõis ministrare. ¶ Sed quoniã de hypotheticis loquimur: quid significet hypothesis prędicędum est. Hypothesis namq;/ vnde hypothetici syllogismi accæperũt vocabulũ: duobus (vt Eudemo placet) modis dicitur. Aut enim ad tale aliquid adquiescitur per quãdã interse consentientium conditionem/ ꝙ fieri nullo modo possit vt ad suum terminum ratio perducatur: aut in conditione posita consequentia vi cõiunctionis/ vel disiunctionis oſtẽditur. Ac prioris quidem propositionis exemplũ est: veluti cum res omnes corporales materiei formæq; cõcursu demonstremus subsistere. tunc enim quod per rerum naturam fieri non potest ponimus: ideſt omnem formæ naturam a subiecta materia/ si non re/ saltẽ cogitatione separamus. & quoniam nichil ex rebus corporeis reliquum sit: demonstratum atq; oſtensum putamus eisdẽ conuenientibus corporalium rerum substantiam confici/ quibus a se disiunctis ac discedentib⁹ interimatur. In hoc igitur exemplo posita consentiendi conditione vt id paulisper fieri intelligatur qd fieri non potest/ vt formę a materia separentur: quid consequatur intendimus/ perite icili cet corpora vt eadem eisdem consistere comprobemus. Nam quoniam interitus corporalium rerum sequitur: iure dicim⁹ res omnes corporeas ex forma et materia consistere. sed huiusmodi propositiones quæ & consentientium conditione ꝓueniũt: nichil ab ijs differunt quas simplices categoricæ institutionis primi libri tractatus oſtendit. Quę vero a simplicibus differunt: illæ sunt/ quãdo aliqd dicit esse vel nõ esse si qd fuerit vel nõ fuerit. & hę semp cũ cõiunctionib⁹ ꝓponuntur. vt cum dicimus si homo est animal est. si ternarius est impar est/ vel cętera huiusmodi. hę enim ita proponuntur: vt si quodlibet illud fuerit/ aliud consequatur. Vel cum dicim⁹ si homo est/ equus non est: rursus eodem modo proponitur in negatione quo superius in affirmatione proponebatur. hic enim dicitur/ si hoc est: illud non est. et ad hunc modum cętęrę possunt. aut aliquando hoc enunciari modo/ cum hoc sit: illud est: veluti cum dicimus cũ homo est/ animal est. vel cum homo est/ equus non est. quæ enũciatio ꝓpositionis eiusdem potestatis est/ cuius ea quę hoc modo proponitur si homo est/ animal est. si homo est equus non est. Fiunt etiam ꝓpositiones hypotheticę p disiũctionẽ ita: aut hoc est/ aut illud ẽ. Nec eadẽ videri debet hęc ꝓpositio q̃ sic enunciatur: si hoc ẽ/ illud non est. hęc eni non est per disiũctionẽ/ sed p negationẽ Negatio vero oĩs infinita ẽ/ atq; ideo & i cõtrarijs/ & in cõtrarior ũmedietatib⁹/ & i disparatis fieri potest. Disparata aũt ea voco q̃ tũ a se diuersa sũt/ sed nulla cõtrarietate pugnantia: veluti terra/

Syllogismorum diuisio

¶Hęc de categoricorũ ſyllogiſmorum introductiõe Ariſtotelẽ plurimum ſequens/& aliqua de Theophraſto vel Porphyrio mutuatus: quantum parcitas introducẽdi permittebat/ expreſſi. ſi qua vero deſint: in analyticis noſtris calcatius exprimem⁹. Nunc vero quantum ad ſolã categoricorũ ſyllogiſmorũ formã ſpectabat: perfectũ hic nobis eſt/ & ad cumulũ introductiõis elaboratũ. Nec hoc nos perturbet/ ſi quę hic ꝓpoſitiões & cõcluſiones falſę ſunt: quandoquidẽ nõ veritates rerũ ſed cõnexiones ſyllogiſmorũ/ figuras & modos ſuſcepim⁹ differendos. Nã his cognitis/ ſi quos ad factum ſtudiũ logicę diſciplinę diſputationis ſubtilitas traxerit: prius de ambiguis diſputationib⁹ diſcant/ poſt ab his veritas in rebus mẽdaciũq; meditabitur.

¶SECVNDI LIBRI IN CATEGORICOS SYLLOGISMOS FINIS

¶DE SYLLOGISMO HYPOTHETICO LIBER PRIMVS.

VM in omnibus philoſophię diſciplinis ediſcendis atq; tractandis/ ſummum in vita poſitum ſolamen exiſtimem: tum iocundius/ & veluti cum quodam fructu etiam laboris arripio/ quæ tecum cõmunicanda compono. Nam & ipſa ſpeculario veritatis ſua quadam ſpecie ſecunda eſt: fit tamen amabilior cũ in commune deducitur. Nullum enim bonũ eſt qd non pulchrius eluceſcat/ ſi plurimorum noticia comprobetur. Nam quod alias taciturnitate eſt compreſſum/ etiam iamq; ſilentio periturũ: latius excreſcit/ & ab obliuionis interitu ſcientium participatiõe defenditur/ fitq; iocundior diſciplina cũ inter eiuſdem ſapientiæ conſcios iubet eſſe ſapientem. ꝙ ſi accedat/ vt totũ michi nũc res eſt) ea quę ſponte iocunda ſunt/ in amicitiæ participationem deduci: neceſſe eſt ſtudij ſuauitatem quodam veluti dulciſſimo charitatis ſapore condiri. Nam cum id in ſe obtineat amicitia propriũ munus/ vt nolit habere ſolitarias cogitationes: tunc quod honeſte quiſq; cogitat/ nulli promptius/ niſi quem diligit confitetur. Quo factũ eſt etiam/ ſi immenſus labor cępto operi viã negabat: animus tamen ad efficiendum quod aggreſſus fuerat/ tui contemplatione ſufficeret. quid enim magnum ſtudioſus tui amor efficeret: ſi intra facilitatis terminos conſtitiſſet? Q d igitur apud ſcriptores quidem grecos perq; rariſſimos ſtrictim atq; confuſe/ apud latinos vero nullos reperi: id tuæ ſcientiæ dedicatum noſter etſi diuturnius cæpti/ tamen labor efficax excoluit Nam cum categoricorum ſyllogiſmorum pleniſſime noticiam percepiſſes: de hypotheticis ſyllogiſmis ſępe quærebas in qbus ab Ariſtotele nichil eſt conſcriptũ. Theophraſtus vero vir omnis doctrinę capax: rerum tantũ ſummas exequitur. Eudemus latiorẽ docendi graditur viã. ſed ita vt veluti quędam ſeminaria ſparſiſſe/ nullum tamen frugis videatur extuliſſe prouentũ. Nos igitur quantũ ingenij viribus/ & amicitię tuę ſtudio ſufficimus: quę ab illis vel dicta breuiter vel fundítus omiſſa ſunt/ elucidanda diligenter/ & ſubtiliter perſequenda ſuſcepimus. in qua re ſuperatę difficultatis præmium fero: ſi tibi munus impleſſe videar amicitiæ/ etſi non videar ſatisfeciſſe doctrinæ. ¶Omnis ſyllogiſmus: certis/ & conuenienter poſitis propoſitionibus continetur. Propoſitio vero omnis aut categorica eſt/ quæ prædicatiua dicitur: aut hypothetica eſt/ quę conditionalis vocatur. Prædicatiua eſt in qua aliquid prædicatur de alio hoc modo. homo animal eſt. hic enim animal de homine prædicatum eſt. Hypothetica eſt quæ cum quadam conditione denunciat eẽ aliquid/ ſi fuerit aliud. veluti ſi ita dicimus/ ſi dies eſt/ lux eſt. Hypotheticę ꝓpoſitiones ex categoricis conſtant: quod paulo poſterius apparebit. Quo fit/ vt ſyllogiſmus qui ex categoricis propoſitionibus iunctus eſt: categoricus appelletur/ ideſt prædicatiuus. q vero ex hypotheticis propoſitionibus cõſtant: dicuntur hypothetici/ ideſt conditionales. Vt ergo horũ ſyllogiſmorum differentia videatur: ſpectãda prius eſt eorum in propoſitionum natura diſcretio. Videtur enim in aliquibus propoſitionibus nichil differre prædicatiua propoſitio a cõditionali/ niſi tantum quodã oratiõis modo. velut ſi quis ita proponat/ homo animal eſt/ id ita ſi rurſus enunciet/ ſi homo eſt/ animal eſt: hæ propoſitiones orationis quodam modo diuerſę ſunt/ rẽ vero non videntur ſignificaſſe diuerſam. ¶Primũ igitur dicendum eſt: ꝙ prædicatiua propoſitio vim ſuã non in cõditiõe/ ſed in ſola p̃dicatione cõſtituit. In cõditionali vero: cõſequẽtię ratio ex cõditiõe ſuſcipit. Rurſus p̃dicatiua ſimplex ẽ ꝓpoſitio: cõditiõalis vero eẽ nõ poterit/ niſi ex p̃dicatiuis propoſitiõib⁹ cõiungat. vt cũ dicimus ſi dies ẽ/ lux eſt: dies ẽ atq; lux ẽ/ duę ſunt ꝓpoſitiões p̃dicatiuę/ ideſt ſimplices. ad hoc illud eſt quo maxie declarat vtrarũq; ꝓprietas. ꝙ pdicatiua qdẽ ꝓpoſitio habet vnũ ſubiectũ terminum/ alterũ p̃dicatũ: & id qd pdicatiua ꝓpoſitione ſubiecit illi⁹ ſuſcipere videt nomẽ qd in eadẽ ꝓpoſitione p̃dicatur/ hoc modo. vt cũ dicimus/ hõ aĩal ẽ: hõ ſubiectũ eſt/ animal prædicatũ. & homo animalis ſuſcipit nomen: cum ipſe homo/ ani

Prędicatiuę enũciatiõis & hypotheticæ diferia

mal esse proponitur. At in his propositiõibus quę conditionales dicũtur: non idem prædicationis est modus Neq; enim omnino alterum de altero prędicatur: sed id tantum dicitur esse alterum si alterum fuerit. veluti cum dicimus/ si peperit: cũ viro cõcubuit. Non enim tunc dicitur ipsum peperisse/ id esse quod cũ viro concũbere: sed id tantum proponitur/ ꝙ partus nunq̃ eẽ potuisset/ nisi fuisset cum viro concubitus. ꝙ si quãdo in vna eademq; propositionum ꝓprietas incurrerit: tunc secundum nomen enunciatæ propositionis intelligendi ratio variabitur hoc modo. Nam cũ dicimus homo animal est: propositionem facimus prædicatiuam. at si ita proponamus si homo est/ animal est: in conditionalem vertitur enunciationem. In prædicatiua igitur id spectabimus ꝙ ipse homo animal sit/ ideſt nomen in se suscipiat animalis: in conditionali vero illud intelligimus/ ꝙ si fuerit aliqua res q̃ homo esse dicatur/ necesse sit aliqua res sit quę animal esse nuncupetur. Itaq; ꝓpositio prædicatiua: rẽ quam subijcit/ prædicatę rei suscipere nomẽ declarat. Cõditionalis vero ꝓpositionis hæc sententia est: vt ita sit aliquid si fuerit alterum/ etsi neutrum/ nomen alterius suscipiat. Ita igitur ꝓpositionibus disgregatis ex enunciationũ ꝓprietate: syllogismi quoq; vocabulũ suscępere/ vt alij dicantur prædicatiui/ alij conditionales. Nam in quibus ꝓpositiones p̃dicatiuę sunt: eos prædicatiuos syllogismos vocamus. In quibus vero hypothetica propositio prima est/ potest namq; & assumptio & conclusio esse p̃dicatiua/ ij tantum per vnius hypotheticę ꝓpositionis naturam/ hypothetici & conditionales vocantur. At de simplicibus quidem/ ideſt de prędicatiuis syllogismis duobus libellis explicuimus/ quos de eorũ constructione confecimus: post syllogismorum vero simplicium disputationẽ/ ordo est vt de nõ simplicibus disseramus. ¶ Non simplices vero syllogismi sunt: qui hypothetici dicũtur quos latino nomine cõditionales vocamus. Non simplices vero dicuntur: quoniam ex simplicibus constant/ atq; in eosdem vltimos resoluuntur/ cum præsertim primæ eorum propositiões vim proprię consequentiæ ex categoricis/ ideſt ex simplicibus capiant syllogismis. Namq; prima propositio hypothetici syllogismi si dubitatur an vera sit: prędicatiua conclusione demõstrabitur. Assumptio vero: in pluribus modis taliũ syllogismorum/ prædicatiua esse perspicitur. itemq; conclusio. veluti cum dicimus: si dies est/ lucet. atqui dies est: hęc assumptio prædicatiua est. si quęratur/ prędicatiuo probatur syllogismo. lucet igitur: consecuta est rursus prędicatiua conclusio. Super hæc omnis conditionalis propositio ex prædicatiuis (vt dictum est) iungitur. ꝙ si ex his & fidem capiunt/ & ordinem partium sortiuntur: necesse est categoricos syllogismos hypothetícis vim cõclusiõis ministrare. ¶ Sed quoniã de hypotheticis loquimur: quid significet hypothesis prędicẽdum est. Hypothesis namq; vnde hypothetici syllogismi accæperũt vocabulũ: duobus (vt Eudemo placet) modis dicitur. Aut enim ad tale aliquid adquiescitur per quãdã interse consentientium conditionem/ ꝙ fieri nullo modo possit vt ad suum terminum ratio perducatur: aut in conditione posita consequentia vi cõiunctionis/ vel disiunctionis oſtẽditur. Ac prioris quidem propositionis exemplũ est: veluti cum res omnes corporales materiei formæq; cõcursu demonstremus subsistere. tunc enim quod per rerum naturam fieri non potest ponimus: ideſt omnem formæ naturam a subiecta materia/ si non re/ saltẽ cogitatione separamus. & quoniam nichil ex rebus corporeis reliquum sit: demonstratum atq; ostensum putamus eisdẽ conuenientibus corporalium rerum substantiam confici/ quibus a se disiunctis ac discedentib⁹ interimatur. In hoc igitur exemplo posita consentiendi conditione vt id pauliſper fieri intelligatur qđ fieri non potest/ vt formę a materia separentur: quid consequatur intendimus/ perire icili cet corpora vt eadem eisdem consistere comprobemus. Nam quoniam interitus corporalium rerum sequitur: iure dicim⁹ res omnes corporeas ex forma et materia consistere. sed huiusmodi propositiones quæ & consentientium conditione ꝓueniũt: nichil ab ijs differunt quas simplices categoricæ institutionis primi libri tractatus ostendit. Quę vero a simplicibus differunt: illæ sunt/ quãdo aliqd dicit esse vel nõ esse si qd fuerit vel nõ fuerit. & hę semp cũ cõiunctionib⁹ ponuntur. vt cum dicimus si homo est animal est. si ternarius est impar est/ vel cętera huiusmodi. hę enim ita proponuntur: vt si quodlibet illud fuerit/ aliud consequatur. Vel cum dicim⁹ si homo est/ equus non est: rursus eodem modo proponitur in negatione quo superius in affirmatione proponebatur. hic enim dicitur/ si hoc est: illud non est. et ad hunc modum cętęrę possunt. aut aliquando hoc enunciari modo/ cum hoc sit/ illud est: veluti cum dicimus cũ homo est/ animal est. vel cum homo est/ equus non est. quæ enũciatio ꝓpositionis eiusdem potestatis est/ cuius ea quę hoc modo proponitur si homo est/ animal est. si homo est equus non est. Fiunt etiam ꝓpositiones hypotheticę p disiũctionẽ ita: aut hoc est/ aut illud ẽ. Nec eadẽ videri debet hęc ꝓpositio q̃ sic enunciatur: si hoc ẽ/ illud non est. hęc enī non est per disiũctionẽ/ sed p negationẽ Negatio vero oĩs infinita ẽ/ atq; ideo & i cõtrarijs/ & in cõtrarior ũmedietatib⁹/ & i disparatis fieri potest. Dispata aũt ea voco q̃ tũ a se diuersa sũt/ sed nulla cõtrarietate pugnantia: veluti terra/

Syllogismorum diuisio

veſtis/ignis/& cætera. Nam ſi album eſt/nigrum non eſt. ſi diſciplina eſt: homo nõ eſt. At in ea quæ per diſiunctionem fit: alteram ſemper poni neceſſe eſt hoc modo/aut dies/aut nox. ꝙ ſi ea cuncta q̃ per negationẽ dici conuenit/ad diſiunctionem tranſferamus: ratio nõ ꝓcedit. quid enī ſi quis dicat/aut album eſt aut nigrum? aut albũ eſt/aut rubeum? aut diſciplina eſt/aut homo? fieri enim poteſt vt nichil ſit horum. Igitur quoniam per diſiũctionem propoſitio in cæteris rebus tãtum/in quibus alterum eorum euenire neceſſe eſt/ponitur (hæc autem per negationẽ ſeparatio in omnibus etiam iſs quæ ſuam inuicem naturam perimunt poni poteſt) aperta ratione diſcreta eſt. ¶Omnis igitur hypothetica propoſitio: vel per connexionem fit (per connexionem vero: illum quoq; modum qui per negationem fit/eſſe pronuncio) vel per diſiũctionẽ. vterq; enī modus ex ſimplicibus propoſitionibus comparatur. Simplices autem ſunt: quas prędicatiuas primo inſtitutionis categoricæ libro/diximꝰ. hæ vero ſunt: cum aliquid de aliquo prędicatur vel affirmando vel negãdo. vt dies eſt/lux eſt. at ſi his media cõditio interueniat: fiet ſi dies eſt/lux ẽ: fitq; vna hypothetica ꝓpoſitio ex duabꝰ categoricis ſũcta. Sed qm̃ oĩs ſimplex ꝓpoſitio vel affirmatiua vel negatiua ẽ: q̃ttuor modis per cõnexionẽ fieri hypotheticę ꝓpoſitiões poſſũt. Aut enī ex duabꝰ affirmatiuis/aut ex duabꝰ negatiuis/aut ex affirmatiua & negatiua/aut ex negatiua & affirmatiua. harũ aũt oĩm exẽpla ſubdenda ſunt: quo id qđ dicimꝰ clarius innoteſcat. Ex duabus affirmatiuis/ſi dies eſt: lux eſt. Ex duabꝰ negatiuis/ſi nõ ẽ aial: nõ ẽ hõ. Ex affirmatiua & negatiua/ſi dies ẽ: nox nõ eſt. Ex negatiua & affirmatiua/ſi dies non eſt: nox eſt. Sed quoniam dictum eſt idem ſignificari ſi coniunctione/& quãdo/cum ī hypotheticis propoſitionibus proponitur: duobus modis conditiones fieri poſſunt. vno ſecundum accidens: altero vt habeant aliquam naturę cõſequentiam. Secundum accidẽs hoc modo/vt cũ dicimus cũ ignis calidus ſit: cęlum rotundũ eſt. Non enim quia ignis calidus eſt: cælum rotundum eſt. ſed id hæc propoſitio deſignat/quia quo tempore ignis calidus eſt: eodem tempore cælum quoq; rotũdũ eſt. Sunt autem aliæ quæ habent ad ſe conſequentiam naturæ. harum quoq; duplex modus ẽ: vnus cum neceſſe eſt conſequi/ea tamen ipſa conſequentia non per terminorum poſitionem ſit. alius vero/cum ſit conſequẽtia per terminorum poſitionem. Ac prioris quidem modi exemplũ ẽ vt ita dicamus: cum homo ſit/animal eſt. hæc enim conſequentia eſt ſubnixa inconcuſſa veritate. Nõ enim iccirco animal eſt/quia homo eſt. generis enim cauſa ſpecies non eſt: ſed fortaſſe a genere principium ducitur/magiſq; eſſentię cauſa ex vniuerſalibꝰ trahi poteſt/vt iccirco ſit homo quia animal eſt. cauſa enim ſpeciei genꝰ eſt. qui ergo dicit cum homo ſit animal ẽ: rectam ac neceſſariam cõſequentiam facit/per terminorum vero poſitionem/talis conſequẽtia nõ procedit. Sunt autem aliæ hypotheticæ propoſitiones in quibus etiam cõſequentia neceſſaria reperitur: & ipſius conſequentię cauſam/terminorum poſitio facit/hoc modo. ſi terrę fuerit obiectus: defectio lunæ cõſequitur/quia terrę interuenit obiectus. Iſtæ igitur ſunt ꝓpoſitiones certæ atq; vtiles ad demõſtrationem. Partimur autem propoſitiones hypotheticas: in ſuas ac ſimplices propoſitiones. & primam quidem cui coniunctio proponitur/præcedentem dicimus: ſecundam vero conſequentem. vt in hac/ſi dies eſt/lux eſt: præcedentem dicimus eam quæ dicit/ſi dies ẽ. conſequẽtem vero partem/lux eſt. in diſiunctiuis vero propoſitionibus: ordo enunciãdi/prędecedentem vel conſequentem facit. vt aut dies eſt/aut nox eſt. Nam quæ prima proponit prędecedens: quę poſterior/cõſequẽs appellatur. Ac de partibus quidem hypotheticarũ ꝓpoſitionum iſta ſufficiunt. ¶Illud vero expediendum videtur/quod etiam ab Ariſtotele dicitur. Idem cum ſit & non ſit: nõ neceſſe eſt idem eſſe. veluti cum ſit a/ſi iccirco neceſſe eſt eſſe b: a ſi nõ ſit/non neceſſe eſt eſſe b/iccirco quoniam non eſt a. Ad huiuſmodi vero rei demonſtrationem: impoſſibilitatis diffinitio prędmittẽda eſt/quæ eſt huiuſmodi. Impoſſibile eſt quo poſito aliquid falſum atq; impoſſibile comitatur: eo nomine quo impoſſibile primitus propoſitum fuit. Sit igitur poſitum cum ſit a eſſe b/ideſt hanc inter a & b eſſe conſequentiã: vt ſi cõceſſum fuerit eſſe a neceſſe ſit cõcedere eſſe b. itaq; proponatur ſi a eſt: b eſt. dico quia ſi a non fuerit: non neceſſe eſt eſſe b. Ac primum quæ ſit propoſitionum conſequentia conſideremus. Si enim fuerit tale coniũctum vt ſi ſit a etiam b eſſe neceſſe ſit: ſi b non fuerit/etiam a non eſſe neceſſe eſt. Ex tali demonſtratione cognoſcitur ſi ſit a: neceſſe ſit eſſe b. dico quia ſi b nõ ſit: a non erit. Ponatur enī nõ eſſe b: & ſit ſi fieri poteſt a. ſed dictum eſt ſi ſit a: neceſſario cõceditur eſſe b. cum ſit igitur b: non erit b. Nam quia ponimus non eſſe b: non erit b. quia vero ponimus a: erit b. erit igitur b ac non erit. quod fieri non poteſt. Impoſſibile eſt igitur non eſſe b & eſſe a. Et demonſtratione quidem firma ſic vtimur: exemplo vero id clarius. Nam ſi eſt homo/eſt animal: ſi non eſt animal/non eſt homo. non vero ſi homo non fuerit/animal non eſt. multa enim ſunt animalia/quæ homines nõ ſunt. Itaq; in conſequentia ꝓpoſitionis coniunctæ/ſi eſt primũ: ſecũdum eẽ neceſſe eſt. ſi ſecundum non fuerit: non erit primum. ¶At vero ſi primum non fuerit: non neceſſe eſt

Idẽ cũ ſit. Poſitũ antecedẽs ponit/idem depoſitum non ponit ĩmo neq; deponit.

Demõſtratio prima.

vt nō ſit ſecundum/ nec vero neceſſe eſt vt ſit. Id enim demōſtrandum eſſe dudū nobis ꝓpoſitū fuit. Sit enim a/ idq; cum ſit/ neceſſe ſit eſſe b: dico quia ſi nō fuerit a/ non neceſſe eſt eſſe b. nec id dico quoniā ſi nō fuerit a/ neceſſe eſt nō eſſe b: ſed tātū nō neceſſe eſt eſſe b. Nā quia paulo ante demonſtratum eſt/ ſi b non fuerit non eſſe a: ſi eundē b terminum non eſſe contigerit/ non erit a. ſed ſi cum non ſit a/ neceſſe eſt eſſe b: idē b ex neceſſitate erit/ ac non erit. Nam quia b terminū/ non eſſe contingit: nō erit. quia vero ſi a non fuerit/ b eſſe neceſſe ē: erit. Idem igitur b terminus: erit ac non erit qđ eſt impoſſibile. ¶ Ex his igitur demonſtratum eſſe arbitror in coniūcta hypothetica propoſitione/ ſi ſit primū conſequi vt ſit ſecundū: ſi non ſit ſecundum/ conſequi vt non ſit primum. ſi vero non ſit primum: non conſequi vt ſit vel non ſit ſecundum. Nam & illud apparet ſi ſit ſecundum: non conſequi/ vt ſit vel non ſit primum. vt in ea propoſitione quæ eſt ſi hō eſt/ animal ē: ſi animal ſit/ non cōſequitur vt ſit homo vel non ſit. q; ſi primū nō ſit: nō conſequitur vt neceſſario ſit vel non ſit ſecundū. velut in eadem ꝓpoſitione ſi homo nō fuerit: non neceſſe eſt vt aut ſit animal/ aut non ſit. Ex omnibus igitur ſolę duæ cōſequētiæ ſtabiles ſūt & immutabiliter conſtant. ſi ſit primum/ vt conſequatur vt ſit ſecundū. ſi ſecundum non fuerit: neceſſario conſequi/ vt non ſit primū. ¶ His itaq; determinatis illud adiungam/ quoniam cum omnis hypothetica propoſitio ſimplex non ſit/ atq; ex alijs propoſitionibus coniungatur: ſunt tamen hypotheticę quędā quæ ſi reliquis conditionalibus cōparentur/ ſimplices exiſtimentur. Omnis enim conditionalis propoſitio: aut cōnexa eſt/ aut diſiūcta. hæ vero qñ ex p̄dicatiuis copulantur: in cōnexis propoſitionibus quattuor fieri neceſſe eſt huius copulationis modos. Nāq; hypothetica propoſitio aut ex duabus ſimplicibus cōiuncta eſt: & vocatur ſimplex hypothetica/ vt hęc. ſi a eſt: b eſt. veluti cum dicimus: ſi homo eſt/ animal eſt. homo enim eſt/ & animal ē: duæ ſunt ſimplices ꝓpoſitiones. Aut ex duabus hypotheticis copulaſ: & dicitur compoſita. veluti cum dicimus ſi cum a eſt/ b eſt: cum ſit c/ eſt d. veluti cum tali propoſitione enunciamus ſi cum homo eſt/ animal eſt: cum ſit corpus/ erit ſubſtantia. Etenim ſi cū homo eſt/ animal ē: vna eſt hypothetica. alia vero: cum ſit corp9/ ſubſtantia eſt. ex quibus coniungitur vna propoſitio q̄ compoſita nuncupatur. Aut ex vna ſimplici/ & ex vna hypothetica copulatur: velut hæc. ſi a eſt: cum ſit b/ eſt c. veluti cum dicimus ſi homo eſt/ cum ſit animal eſt ſubſtantia. Nāq; homo ē/ ſimplex ꝓpoſitio: cum ſit animal eſſe ſubſtātiam/ hypothetica ex ipſa conſequentia conditiōis oſtenditur. Aut ex priore hypothetica/ & ſimplici poſteriore comitatur. vt cum dicimus ſi cū ſit a eſt b: erit & c. veluti hoc modo/ ſi cum ſit homo/ animal eſt: & corpus. hypothetica namq; eſt ea quæ p̄ponitur/ ſi cum ſit homo animal eſt: ſimplex poſterior quę hanc hypotheticā propoſitionem ſequitur/ ideſt corpus eſſe. Hæ quoq; quoniam non ex ſimplicibus copulatę ſunt: compoſitę dicuntur. ſed priores quidem q̄ ex ſimplicibus propoſitionibus conſtant/ & ſimplices hypotheticę nuncupanť: in duobus terminis cōſtitutę ſunt. Terminos aūt minimę partes propoſitionis ſimplices/ quibus iunguntur: appello. Quę vero cōpoſitę hypotheticę ſunt: illę quidē q̄ ex duabus hypotheticis conſtant quattuor terminis copulatę ſunt. illæ vero quæ ex hypothetica & ſimplici/ vel ex ſimplici atq; hypothetica coniunctæ ſunt: hę tribus terminis coniūctę ſunt Harum igitur quæ ſunt hypotheticæ ſimplices vel compoſitæ: differentię ſimilitudinesq; dicendę ſunt. Nā quæ ex ſimplicibus copulantur/ ſi ad eas quæ ex hypotheticis duabus iunctæ ſunt comparentur: conſequētia quidem eadem eſt & propoſitio manet/ tantum termini duplicātur. Nā quē locū in ijs propoſitiōibus hypotheticis quæ ex ſimplicibus conſtant/ ipſæ ſimplices ꝓpoſitiones tenent: eundem in ijs ꝓpoſitionibus quę ſunt hypotheticę ex hypotheticis cōſtantes/ illæ conditiones tenent/ quibus illæ propoſitiones inter ſe iunctę & copulatæ eſſe dicuntur. Nā in hac propoſitione quę dicit ſi eſt a/ eſt b. & in ea quæ dicit/ ſi cum ſit a/ eſt b: cum ſit c/ eſt d: quem locum in ea quæ ex duabus ſimplicibus continetur tenet ea quæ prior eſt/ ſi eſt a/ eundē locum tenet in ea ꝓpoſitione quę ex duabus hypotheticis propoſitionibus copulatur ea q̄ prior eſt/ ſi cum eſt a eſt b. hic namq; duarum inter ſe ꝓpoſitionum coniunctionis conditione facta eſt conſequentia. Itemq; quam vim continet ex vtriſq; ꝓpoſitionibus copulatę hypotheticę ſequens portio quæ infertur/ ideſt eſſe b: eandem vim tenet in ꝓpoſitione ex hypotheticis iuncta ea quę ſequit/ ideſt cum ſit c eſſe d. atq; id tātū differt/ quia cū i prima ꝓpoſitiōe ex ſimplicibus iuncta ꝓpoſitio/ ꝓpoſitionem ſequatur: in ſecunda propoſitione ex hypotheticis iuncta conditio conſequentiæ/ conditionis conſequentiam comitatur. Nichil enim eſt aliud dicere ſi a eſt b eſt: q̄ ei propoſitioni per quam dicimus eſſe a illam eſſe comitem per quam b eſſe prædicamus. at in ea propoſitiōe q̄ ex hypotheticis iūcta eſt cū dicim9/ ſi cū ſit a eſt b: cū ſit c eē d: illud dicitur ei conſequentię quæ inter a & b eſt/ eā eſſe cōſequentiā comitē q̄ ē inter c & d. ita vt ſicut ſequit poſito a eſſe b/ cōſequať ſine dubio c poſito eē d. ¶ At i ijs ꝓpoſitiōib9 q̄ ex ſimplici & hypothetica cōſiſtūt: illa ratiōe cōditio cōſequētię ſeq̄t/ vel cōditionē cōſequētię ꝓpoſitio comitať

Nam cum dicimus ſi eſt a/ cum ſit b eſſe c: id intelligi volumus ei ꝓpoſitioni p quã dicim⁹/ ſi ẽ a conſequi eã conditionem per quã dicim⁹/ cum ſit b/ eſſe c. ideſt vt ſi eſt a: neceſſe ſit b termino comitẽ eſſe c terminum. cum vero dicimus ſi cum eſt a b eſt/ c eſſe: nichil aliud intelligi volum⁹ niſi duarum inter ſe conſequentiam propoſitionũ alterius propoſitionis conſequi veritatẽ. vt ſi habeãt inter ſe conſequentiam a/ atq; b: neceſſe ſit hanc conditionem cõſequentię propoſitionis eius per quã dicimus eſſe c/ cõſequi veritatem. ideſt ſi neceſſe eſt a poſito eſſe b: neceſſe ẽ etiã c eſſe. Similes igitur ſyllogiſmi fient earum propoſitionũ q̃ ex ſimplicibus/ & earum quę non ex ſimplicibus vtriſq; iunguntur. Earum vero quæ ex vna ſimplici & ex altera hypothetica copulantur: diuerſi quidem a ſuperioribus/ ipſi tamẽ inter ſe ſimiles fiunt. nec intereſt vtrum prima hypothetica/ ſecũda ſit ſimplex: an econuerſo/ prima ſimplex: ſecũda hypothetica ad ſyllogiſmorum modos/ niſi forſitã ad ipſius tantũ ordinis cõmutationem. Cũ igitur demonſtrata fuerit earum propoſitionũ quæ ex ſimplicibus cõſtant ratio ſyllogiſmorum: demonſtrata videtur eſſe/ earum quoq; propoſitionum q̃ ex hypotheticis committuntur. Et cum quarũlibet earũ ꝓpoſitionũ quæ ex ſimplici & hypothetica conſtant ſyllogiſmorum natura perſpecta eſt: etiã cõuerſi ordinis propoſitionũ natura quales faciat ſyllogiſmos oſtenditur. ¶ Eſt etiam ſpecies aliarũ ꝓpoſitionũ in connexione poſitarum/ quę media quodã modo ſit earum propoſitionũ quæ ex hypotheticis ſimplicibuſq; cõiungũtur: & earum quę ex duabus hypotheticis copulãtur. Nã ſi ad numerum reſpicias propoſitionũ: quaſi ex tribus terminis conſtant. & ſi ad conditionales animũ referas: quaſi ex duabus cõditionalibus videntur eſſe compoſitę. quę medietas euenit/ ic circo quoniã vnus in his terminus communis vtriſq; cõditionalib⁹ inuenitur. Proponũtur vero hę: vel per primã figuram vel per ſecũdam vel per tertiam. Per primã hoc modo. Si eſt a eſt b. & ſi eſt b: eſt c. igitur. b/ in vtriſq; numeratur. & ſunt quidẽ tres termini hi/ eſt a/ eſt b/ eſt c. duę vero conditionales hoc modo. ſi eſt a eſt b. ſi eſt b ẽ c. Nãq; b/ vtriſq; cõmunis eſt: atq; ideo inter has ꝓpoſitiones quæ ex tribus terminis/ & eas quæ ex quattuor cõponuntur: medię ſunt huiuſmodi propoſitiões. Per ſecundam vero figurã proponitur hoc modo. Si eſt a/ eſt b: ſi non eſt a/ eſt c. Per tertiam figurã ſic. Si eſt b/ eſt a: ſi eſt c non eſt a. Ac de connexis quidẽ iſta ſufficiant. ¶ Diſiunctiuæ vero ꝓpoſitiones ſemper ex contrarijs cõſtant/ vt hoc: aut eſt a/ aut b eſt. altero enim poſito alterũ tollitur: & interẽpto altero/ alterũ ponit. Nã ſi eſt a: nõ eſt b. ſi nõ ẽ a: ẽ b. Eodẽ modo etiã ſi ſit b: non erit a. ſi nõ ſit b: erit a. ¶ His igit̃ expeditis ad cõnexas reuertamur. In illis enim propoſitio propoſitionem/ vel cõditio conditionem/ vel propoſitio conditionem/ vel conditio propoſitionem ſequitur. dicendũ eſt igitur quæ propoſitiones quarum propoſitionum conſequentes eſſe videtur. quę contrarietatis modo q̃ longiſſime a ſe differant/ quę vero oppoſitionis contradictione diſſentiant. Simplicium namq; ideſt prædicatiuarum propoſitionũ aliæ prꝛeter modum proponuntur: alię cũ modo. prꝛeter modum vero: quæ purum eſſe ſignificãt hoc modo/ dies eſt. Socrates philoſophus eſt. & quę ſimiliter proponuntur. quę vero cũ modo ſunt: ita proponuntur. Socrates vere philoſophus eſt. Hic enī vere/ modus eſt ꝓpoſitionis. Sed maximas ſyllogiſmorum faciunt differentias: eæ ꝓpoſitiones cum modo enunciatę quibus neceſſitatis aut poſſibilitatis nomen adiungitur. neceſſitatis: cum dicim⁹ hoc modo/ ignem neceſſe eſt calere. poſſibilitatis: vt cum ita proponimus/ poſſibile eſt a Grę cis ſuperari Troianos. Quo fit vt omnis propoſitio aut ineſſe ſignificet/ aut ineſſe neceſſario/ aut cum non ſit aliquid/ tamen enunciet poſſe contingere. quarum quidem ea quæ ineſſe ſignificat ſimplex eſt: neq; in vllas ꝓtes alias deduci poteſt. Ea vero quę ex neceſſitate aliquid ineſſe ſignificat: tribus dicitur modis. vno quidem quo ei ſimilis eſt propoſitioni quæ ineſſe ſignificat. vt cum dicimus neceſſe eſt Socratem ſedere: dũ ſedet. Hæc enim eandem vim obtinet ei quæ dicit Socrates ſedet. Alia vero neceſſitatis ſignificatio eſt: cum hoc modo proponimus/ hominem neceſſe eſt cor habere/ dum eſt atq; viuit. hoc enim ſignificare videtur hęc dictio neceſſe: quoniam eum neceſſe eſt tandiu habere/ quãdiu fuerit ille qui habet. Alia vero neceſſitatis ſignificatio eſt vniuerſalis & propria: quæ abſolute prædicat neceſſitatem. vt cum dicimus/ neceſſe eſt deum immortalem eſſe/ nulla conditione determinationis appoſita. Poſſibile autem idem tribus dicitur modis. Aut enim qd eſt poſſibile eſſe dicitur. vt poſſibile eſt Socratem ſedere dum ſedet. aut qd omni tempore contingere poteſt/ dum ea res permanet cui aliquid cõtingere poſſe proponitur. vt poſſibile eſt Socratẽ legere. quãdiu enī Socrates eſt: poteſt legere. Itẽ poſſibile ẽ qd abſolute omni tẽpore contingere poteſt: vt auẽ volare. Ex his igitur apparet alias ꝓpoſitiões eẽ ineſſe ſignificantes/ alias neceſſarias/ alias cõtingẽtes atq; poſſibiles: quarũ neceſſariarũ cõtingentiũq; cũ ſit trina ptirio/ ſingulę ex iiſdem partitionib⁹ ad eas q̃ ineſſe ſignificant referunt. Reſtant igitur duæ neceſſarię & duę cõtingẽtes: quæ cũ ea q̃ ineſſe ſignificat numeratę/ quiq; oẽs ꝓpoſitionũ faciũt differẽtias Oim vero harũ propoſitionũ: aliæ ſunt affirmatiuæ/ aliæ negatiuę. Affirmatiua ieſſe ſignificans

Diuiſio

Neceſſarij ſignificationes

Poſſibilis ſignificationes

Diuiſio

Oppoſitiones modalium

eſt/q̃ dicit Socrates eſt:negatiua quę ꝓponit Socrates non eſt.Neceſſariarũ vero ꝓpoſitionũ affirmatiuarũ duæ videtur eſſe negationes:vna contraria/altera vero oppoſita.Eius namq; quæ dicit neceſſe ẽ eſſe a:quolibet modo ex vtriſq; qui dicti ſunt/ aut ea ẽ negatio quę dicit/ neceſſe eſt non eſſe a/aut ea quæ dicit non neceſſe eſt eſſe a. Quarum quidem ea quæ dicit / neceſſe eſt non eſſe a : contraria eſt ei quæ dicit / neceſſe eſt eſſe a. Vtræq; enim falſę poterunt inueniri, veluti cum dicimus neceſſe eſt Socratem legere/ neceſſe eſt Socratem non legere: vtraq; mentitur.Nam & cum legit/ non ex neceſſitate legit:& cũ non legat/ nulla ne legat neceſſitate conſtringitur.ſed eſt vtrumq; poſſibile.At vero ea q̃ dicit non neceſſe eſſe a: oppoſita eſt ei quę proponit neceſſe eſt eſſe a.vna enim ſemper vera eſt:ſemper falſa altera reperitur. In contingentib9 vero atq; impoſſibilibus eadem ratio eſt.Huic enim quæ dicit contingit eſſe a : tum ea videt obiecta quę dicit/contingit non eſſe a/tum ea quæ proponit non cõtingere eſſe a.Atq; ea quidem q̃ dicit contingit non eſſe a: contingens negatio nuncupatur/ veraq; eſſe poteſt cum ea affirmatiõe quę dicit/ contingit eſſe a.veluti cum dicimus contingit ſedere Socratem/ cõtingit nõ ſedere Socratem.Et hæ quidẽ non dicuntur eſſe contrarię: quoniam verę eſſe poſſunt. At vero oppoſitę ſunt:quoties ipſum contingens negatur.vt ſi aduerſus eam quę dicit cõtingit eſſe a/ea opponatur quæ dicit non contingit eſſe a.at enim iſta ſignificat omnino non poſſe contingere. Quæ cum ita ſint/ cumq; ineſſe ſignificantes propoſitiones pręter vllum dicuntur modũ:in his ad eſſe iuncto aduerbio negatiuo/ negatio plena perficit.Quæ vero cum modo proferuntur/ſi neceſſarię ſunt & ad eſſe negatio iungatur/vt ea quę ẽ neceſſe eſt non eſſe:fit neceſſaria negatio. Si vero ipſi neceſſario negatio præponatur:fit neceſſarij negatio affirmationi vehementer oppoſita/vt ea quæ dicit nõ neceſſe eſt eſſe. Item in contingentibus ſi ad eſſe negatio ponatur:fit contigens negatio vt ea quę dicit contingit non eſſe a.Si vero ipſi contingenti negatio iungatur:fit contingẽtis negatio contingenti affirmationi vehementer oppoſita/vt ea q̃ dicit nõ contingit eſſe. Sed quoniam omnis propoſitio aut vniuerſalis eſt/ aut particularis/aut indefinita/ aut ſingularis(proponitur hoc modo vniuerſalis. omnis homo legit.ſingularis ſic.Socrates legit)neceſſe eſt/vt ſicut in categoricorum ſyllogiſmorum inſtitutione mõſtratum eſt:illę ſibi maxime videantur oppoſitę/quęcunq; vel vniuerſaliter affirmant ſi particulariter denegatur/ vel vniuerſaliter denegãt ſi particulariter affirmetur/& quæ ſingulares ſunt/ ſi illa quidẽ in affirmatione poſita/illa vero in negatione.Quæ cum vera ſint/ſi hæc eadẽ ratio ad contingẽtes & neceſſarias referatur:idem in neceſſarijs & cõtingentibus inuenitur.vt ſi quis dicat omnem a termiñ eſſe neceſſe eſt/aliuſq; negat dicens non neceſſe ẽ omnem a terminum eſſe : fecit oppoſitã negationẽ. Et ſi dicat aliquis contingit omnem a terminum eſſe/ itaq; aliquis neget/ non cõtingit omnem a terminum eſſe:fecit oppoſitam negationem. In vtriſq; enim & modũ remouet & ſignificationẽ vniuerſalitatis extinguit.Atq; hoc quidem in ſimplicibus & categoricis propoſitionibus euenire eſt:de quarum natura diligentius perſecuti ſumus in his voluminibus/q̃ in ſecundæ æditionis expoſitione ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ inſcripſimus.

Conditiõalium numer9.

¶Si quis igit propoſitionũ omnium conditionalium numerum quęrat:ex categoricis poterit inuenire.Ac primum in connexis ex duabus ſimplicibus inquirẽdus eſt hoc modo.Nam quoniam ꝓpoſitio ſimplex hypothetica ex categoricis duabus iungitur:vna earum vel ineſſe ſignificabit/ vel contingere eſſe dupliciter/vel neceſſe eẽ dupliciter.q; ſi ſunt affirmatiuę:quiquies affirmatiua enunciatione proponẽtur.Sed quoniam omnis affirmatio habet oppoſitam negationem:rurſus quinquies negatiua enunciatio poterit pronunciari.Erunt igitur in prima ꝓpoſitione/quæ vna pars eſt hypotheticę: propoſitiones in negatione & affirmatione conſtitutę modorum / propoſitiões decem. Secunda etiam propoſitio quę pars eſt hypotheticę totidẽ affirmationibus & negationibus ꝓponi poteſt.erunt igitur eius quoq; enunciationes decem.Sed cum prima propoſitio ſecundæ propoſitioni quadã conſequentia copuletur/ vt vna hypothetica fiat:omnes decem affirmatiuę & negatiuæ propoſitiones omnibus decem affirmatiuis negatiuiſq; propoſitionibus applicabuntur.Itaq; cõplexę/centum omnes efficiunt propoſitiones/eæ quę cõnexę ex ſimplicibus cõiunguntur.Secundũ hunc modum poteſt propoſitionum numerus inueniri in his propoſitionibus quæ ex categorica & hypothetica copulantur/vel quæ ex duabus conditionalibus fiunt.Nam quę ex conditionali & categorica conſtant/ vel e diuerſo:ex tribus categoricis iunctę ſunt.Q; ſi duarum inter ſe prædicatiuarũ affirmatione vel negatione/ cõplexio vel eſſe/vel neceſſario vel cõtingẽter eſſe quiq; modis/centũ efficit cõplexiões: quoniam tertia propoſitio vel affirmatiua erit/vel negatiua/& ſi affirmatiua/quinq; modis/vel ineſſe ſignificãs/vel neceſſario ineſſe dupliciter/vel cõtingẽter ineſſe dupliciter itẽq; totidẽ negabit modis:ſimul non ãplius q̃ decies proponetur.Quo fit vt tertia propoſitio cum duabus ſuperioribus centum inter ſe modis copulatis atq; complexis iuncta atq; commiſſa:mille oñes faciat complexiones. Cẽtũ nãq;

duarũ propoſitionũ modi cum decẽ modis tertiæ ꝓpoſitionis cõplicati: mille modos perficiunt. decies eni centũ/ mille ſunt. Rurſus quoniam duabus hypotheticis iuncta conditionalis/ quattuor categoricis copulatur/ & duæ inter ſe primę categoricę centũ cõplexionibus iungebãtur: neceſſe eſt vt poſteriores quoq; duę/ centũ cõplexionibus connectantur. Qz ſi centum ſuperiorum propoſitionum categoricarum modi/ centum poſteriorum categoricarũ modis complicentur: fient decem milia modi cõplexionũ. In illis autem propoſitionibus quę tribus variãtur figuris: ſi quidẽ medius terminus ſimiliter & in prima & in ſecũda hypothetica proponatur/ mille erunt cõplexiones ad earum ſimilitudinẽ/ quę ex tribus categoricis cõnectuntur. Tunc enim vnus atq; idem terminus i vtriſq; tres neq; amplius faciet enũciationes. Similiter eni in vtriſq; proponitur hoc modo. ſi eſt a: eſt b. ſi eſt b: eſt c. hic enim b terminus & ad a terminũ & ad c poſitus eſt ineſſe ſignificãs. Idem in neceſſarijs & cõtingẽtibus intelligendũ eſt. At ſi ita proponat ſi eſt a: eſt b. & ſi neceſſe eſt eſſe b/ ẽ vel nõ eſt c: duę propoſitiones cõditionales/ ideſt q̃ttuor p̃dicatiuę fiunt. Quo fit vt ſecundũ eas quę ex prędicatiuis quattuor cõnectuntur: decẽ milia fiant complexionũ/ atq; hi numeri tam in prima q̃ in ſecunda vel tertia ſunt inſpiciendi figura. Et nos quidẽ quãtus eſſe propoſitionũ numerus poſſet aſcripſimus: nunq̃ tamẽ diſſimiliter terminus medius enunciatur. Nãq; vt fiat extremorũ cõcluſio: medius terminus intercedit/ cuius cõmunitas extrema coniungit. Qz ſi medius diuerſis modis in vtraq; propoſitione dicatur: nec connectũtur extrema. atq; ideo nec ſyllogiſmus quidem fieri vllus poteſt: cũ pręſertim nec vna quidem propoſitio dici poſſit in qua medius terminus diſſimiliter enũciatur. Longe autem multiplex numerus propoſitionũ exiſteret: ſi ineſſe ſignificantes/ & neceſſarias/ & contingentes/ affirmatiuas/ negatiuaſq; propoſitiones/ per vniuerſales/ & particulares/ vel oppoſitas/ vel ſubalternas/ variem⁹. ſed id non cõuenit/ quia cõditionaliũ termini propoſitionũ indefinito maxime enunciantur modo. Atq; ideo ſuperuacuũ iudicaui determinatarũ ſecundũ quãtitatem propoſitionum quęrere multitudinẽ: cum determinatę cõditionales poni nõ ſoleant. Fere autẽ hypotheticę propoſitiones nec per neceſſitatem quidem vel per contingens enũciantur: ſed illę maxime in vſum collocutionis ducũtur/ quę ineſſe ſignificant. Omnes vero neceſſariã cõſequentiã tenere volunt: & quę ineſſe ſignificant/ & quibus neceſſitas additur/ & quibus prędicatio poſſibilitatis aptatur. hęc enim terminis applicatur. Neceſſitas vero hypotheticę propoſitionis/ & ratio earum propoſitionũ ex quibus iungũtur inter ſe cõnexiones: conſequentiam quęrit. vt cum dico ſi Socrates ſedet/ & viuit: neq; ſedere eum/ neq; viuere neceſſe eſt. ſed ſi ſedet: neceſſe eſt viuere. Item cum dicimus ſi ſol mouetur/ neceſſario venit ad occaſum: tantũdem ſignificat q̃tũ ſi ſol mouetur/ venit ad occaſum. Neceſſitas enim propoſitionis/ in conſequentiæ imutabilitate conſiſtit. Item cum dicimus ſi poſſibile eſt legi librum/ poſſibile eſt ad tertium verſum peruenire: rurſus neceſſitas conſequentię ſeruata eſt. Nam ſi poſſibile eſt legi librum: neceſſe eſt id poſſibile eſſe/ vt ad tertium verſum peruenìatur. ¶ Opponuntur autem hypotheticis propoſitionibus illę ſolę quę earum ſubſtantiam perimunt. Subſtantia vero propoſitionũ hypotheticarum in eo eſt: vt earum conſequentię neceſſitas valeat permanere. Sí quis ergo recte cõditionali repugnabit: id efficit vt earum deſtruat conſequentiam. veluti cũ ita dicimus ſi eſt a/ eſt b: non in ea repugnabit ſi mõſtret aut nõ eſſe a/ aut nõ eſſe b. ſed poſito quidẽ a/ oſtendit nõ ſtatim conſequi eſſe b: ſed poſſe eſſe a/ etiam ſi b terminus non ſit. Sed ſi negatio ſit conditionalis: eodẽ deſtruetur modo. vt cum dicimus ſi eſt a/ b nõ eſt: non oſtendendũ eſt aut nõ eſſe a/ aut b eſſe. ſed cum ſit a: poſſe eſſe b terminũ. ¶ Sunt autẽ hypotheticę propoſitiones alię quidem affirmatiuæ aliæ negatiuę. ſed de his nũc loquor quę in conſequentia poſitę/ in cõnexione eſſe dicũtur. Affirmatiua quidem: vt cũ dicimus. ſi eſt a: eſt b. ſi a nõ eſt: b eſt. Negatiua/ ſi eſt a: nõ eſt b. ſi nõ eſt a: nõ eſt b. Ad conſequentẽ enim propoſitionẽ reſpiciendũ eſt: vt an affirmatiua/ an negatiua ſit propoſitio/ iudicetur. Idem de cõpoſitis propoſitionibus cõditionalibus intelligi oportebit. De ijs autem propoſitionibus quę in diſiunctione ſunt poſitæ: cum de earum ſyllogiſmis tractauero/ cõmodius atq; liberius dicam.

Oppoſitiones hypotheticarũ.

Vnde qualitas hypotheticarũ.

¶ QVOT PARTIBVS CONSTENT HYPOTHETICI SYLLOGISMI:

HYpotheticos ſyllogiſmos (quos latine conditionales vocamus) alij quinq; alij quattuor/ alij tribus conſtare partibus arbitrantur: quorum mox controuerſiã diſudicabo: ſi prius quibus nominibus talium partes ſyllogiſmorũ appellẽtur/ oſtendero. Quoniam eni omnis ſyllogiſmus ex propoſitionib⁹ texitur: prima/ vel propoſitio vel ſumptum vocatur. ſecunda vero dicitur aſſumptio. ex his q̃ infertur/ concluſio nuncupatur. Cum enim ita dicimus/ ſi homo eſt animal eſt. homo autem eſt: animal igitur eſt: ea quidem enũciatio per quã dicimus ſi homo eſt/ animal eſt/ propoſitio vel ſumptum vocatur. ea vero quã huic adiunxi-

mus/eſt autem homo:aſſumptio dicitur.tertia concluſio nominatur:pẽr quam oſtendimus eſſe animal qui homo fuerit. Sed quoniam ſępe euenit/vt propoſitionis enunciatę cõſequentia nõ ſit veriſimilis:propoſitioni ſępe adiungitur approbatio/per quam id quod eſt propoſitũ/verum eſſe monſtretur. Aſſumptio quoq; ſępe ad fidem per ſe non videtur idonea, huic quoq; iuuamẽ probationis adiungitur: vt vera eſſe videatur. Quo fit vt ſępe quinq; partes/ſępe quattuor/interdum tres:hypotheticos ſyllogiſmos habere contingat. Nam quinq; conſtabit partibus:ſi & propoſitio & aſſumptio probationibus indigebunt. q; ſiue propoſitio/ſiue aſſumptio/probationum indigebit:quadripartitus eſt ſyllogiſmus. q; ſi neutra eſt approbãda: tripartitus relinquitur. In hac vero ſententia & Marcus Tullius eſſe deprehenditur. In rhetoricis enim/ſyllogiſmos quoſdã in quinq; partitos eſſe: quadripartitos alios confirmat. Quibus vero talium ſyllogiſmorum non placet partes vltra ternarium numerũ propagari: ij propoſitionũ probationes atq; aſſumptionũ non putant in ſyllogiſmi partibus eſſe ponẽdas. Neq; propoſitionem eſſe/de qua ſyllogiſmus poteſt exiſtere: cui non cõſentit auditor. q; ſi per ſe dubia eſt:ea quę propoſitioni dubię adiungitur faciens fidem eidem cui adiungitur propoſitioni/facit vt idonea ſit ſyllogiſmo. ac per hoc tũc incipit eſſe ſyllogiſmi propoſitio/cum talis per probationẽ redditur: vt ex ea aliquid colligi poſſit. tunc vero aliquid colligi poteſt: cum probationis auxilio poterit ab auditore concedi. Quocirca membrum quoddam/& quaſi fulcimentum dubię propoſitionis/vel aſſumptionis:probatio eſſe videtur/non pars etiã ſyllogiſmi. ¶Sed noſtra ſententia ijs potius accedit qui tribus partibus eum conſtare pronunciãt. Etenim quęlibet probatio quę vel propoſitioni vel aſſumptioni copulatur:propoſitionis eſſe/vel aſſumptionis probatio dicitur. Cũ igitur nõ ad ſyllogiſmũ ſed ad propoſitionẽ vel aſſumptionẽ referatur cuius eſt probatio:nõ oportet eam ſyllogiſmi proprie partem videri. Nã illud qđ obijci poteſt/nullus ignorat: q; partium partes/etiam totius eſſe partes dicantur. Sed plurimũ refert vtrum ipſę ſint primitus partes totius:an in ſecundarũ partium poſtremitate ponãtur. Amplius ſi ſit per ſe nota probabilis propoſitio:totus ſyllogiſmus probatione nõ indiget. Q; ſi per ſe propoſitionis nulla fides eſt:neceſſe eſt vt ea propoſitio quodam velut teſtimonio probationis indigeat. Non igitur ſyllogiſmꝰ probatione in eo q; ſyllogiſmus eſt indigebit:ſed propoſitio/ſi fide propria deſtituta ſit. Idẽ etiã de aſſumptione dici poteſt. Quare manifeſtum eſt eorum ſententiã præponendam: q; ſyllogiſmus tribus partibus tantũ iungitur. Præterea ſi quę propoſitio probationis indigeat/vt eã vera fides ſequatur:aliquo demonſtrabitur ſyllogiſmo. Quocirca quidem fieri poteſt: vt recte ſyllogiſmus pars ſyllogiſmi ſimplicis eſſe dicatur. Ipſam enim probationem propoſitionis ſyllogiſmum/vel ex ſyllogiſmo eſſe neceſſe ẽ. ¶His igitur terminatis/de ijs protinus ſyllogiſmis quorum propoſitiones in connexione poſitę duobus terminis conſtant:exemplificandum videtur. Horum autem multiplex forma eſt. quattuor enim ſunt per precedentis propoſitionis affirmationem qui ſunt primi hypothetici atq; perfecti. quattuor vero per ſequentis negationẽ:qui cũ demonſtratione indigeant non videntur eſſe perfecti. Prioris vero negatione/& ſequentis poſitione:nullus omnino ſyllogiſmus efficitur. Omnium igitur taliũ propoſitionũ primum numerus explicetur: vt qui fiant ex his ſyllogiſmi/facilis acquiratur agnitio. Sunt autem quattuor. ſi eſt a:eſt b. ſi eſt a:nõ eſt b. ſi nõ eſt a:eſt b. ſi nõ eſt a:non eſt b. Ac de prioribus quidem ſyllogiſmis atq; perfectis primo loco dicendũ eſt. ¶Horũ enim primus modus eſt hic a prima veniens propoſitione. ſi eſt a:eſt b. atqui eſt a. eſt igitur b. cum enim prima propoſitio eam cõditionem præponat/vt ſi ſit a neceſſe ſit conſequi eſſentiam b termini/id aſſumptio qđ precedit aſſumit/ac ponit/dicitq; atqui eſt a: cõſequitur igitur vt ſit b. Id enim ex conſequentia primę propoſitionis effectum eſt. At ſi id qđ ſequitur aſſumendo ponamus: nullus efficitur ſyllogiſmus. Age enim ſit huiuſmodi conſequentia vt ſi ſit a:ſit b. aſſumaturq; qđ ſequitur hoc modo/at eſt b:nõ conſequitur vt ſit vel non ſit a. Id vero clarius fiet exemplo. ſit enim propoſitio:ſi homo eſt/animal eſt. aſſumaturq; eſſe animal ſcilicet qđ ſequitur:non neceſſe erit hominem vel eſſe/vel nõ eſſe. ¶Secũdus vero modus eſt eorũ in quibus prior propoſitionis pars in aſſumptione reperitur:qui venit ex ſecunda propoſitione ſuperius digeſta. hoc modo. ſi eſt a:non eſt b. at eſt a. nõ eſt igitur b. id enim propoſitum fuerat ſi eſſet a:nõ eſſe b. Sumpto igitur precedente conſequẽtis:eſt facta concluſio. q; ſi conſequens ſumas:nullus videtur fieri ſyllogiſmus/quia nec conſequitur vlla neceſſitas hoc modo. ſi eſt a non eſt b. at non eſt b: nõ neceſſe eſt eſſe a vel non eſſe. Age enim ſit propoſitio/ſi eſt nigrum nõ eſt album. & id qđ ſequitur aſſumatur/at non eſt albũ: non neceſſe erit eſſe nigrum vel nõ eſſe/quia cum nõ ſit album poterit eſſe medium. ¶Tertius vero modus eſt taliũ ſyllogiſmorum qui venit ex tertia propoſitione:quorum in aſſumptione ponitur id quod precedit hoc modo. ſi non eſt a:eſt b. at nõ eſt a. eſt igitur b. igitur hęc concluſio rurſus ex cõditione propoſitionis euenit. id enim fuerat propoſitũ vt ſi non eſſet a:eſſet b. q;

De ſyllog. hyp. duob⁹ tantũ terminis conſtantibus.

ſi conuertas & ſumas eſſe b/ideſt qđ cõſequitur: nõ neceſſe erit eſſe/ vel non eſſe id qđ præcedit. Sed huius exemplum non poteſt inueniri/eo q; ſi ita proponatur vt cum non ſit a ſit b: nichil eſſe medium videatur inter a/atq; b. ſed in his ſi alterum non fuerit: ſtatim neceſſe eſt eſſe alterum. & ſi alterum fuerit: ſtatim neceſſe eſt alterũ nõ eſſe. videtur ergo quodã modo ex conſequẽti poſito/ in his fieri ſyllogiſmus. Sed quantũ ad rei naturam ita eſt: quantum vero ad propoſitionis ipſius pertinet conditionem/ minime conſequitur. qđ quidem ex ijs patet quę ſuperius dicta ſunt. In vtriſq; ſuperioribus modis conſequenti poſito nichil ex neceſſitate collectum eſt. hic vero tertius modus quantum ad complexionem propoſitionũ pertinet/ in quo ſi id ponendo qđ ſequebatur aſſumitur: nullũ efficit ſyllogiſmũ. Quãtum vero ad rerum naturam in quibus ſolis hę propoſitiones enunciari poſſunt: videtur eſſe neceſſaria cõſequentia hoc modo. vt ſi dies nõ eſt: nox ſit. ſi nox ſit: dies nõ ſit/ ex neceſſitate cõſequitur. ſimileſq; ſunt ſyllogiſmi ijs qui in diſiunctione ſunt conſtituti: de quibus paulo poſterius cõmemorabo. quorũq; ad illos & differẽtias & ſimilitudines dabo. ¶ Quartus modus eſt ex quarta propoſitione: cum ita proponitur. ſi a nõ eſt: b nõ eſt. at non eſt a. non eſt igitur b. Rurſus enim id conſequi ex propoſitione monſtratur: quę propoſuit non fore b/ſi a prior terminus nõ fuiſſet. At ſi id qđ ſequitur aſſumamus: nulla videtur fieri poſſe neceſſitas. veluti ſi ita dicamus non eſt autẽ b: nõ neceſſe erit eſſe vel non eſſe a. Age enim proponatur/ ſi animal nõ eſt: non eſſe hominem. aſſumaturq; at nõ eſt homo: non neceſſe eſt vt vel ſit/ vel non ſit animal. Demõſtratum igitur eſt in huiuſmodi ſyllogiſmis ſi id quod præcedit ponendo aſſumitur: perfectos atq; ex ipſis propoſitionibus probabiles/ & neceſſarios fieri ſyllogiſmos. Si vero id qđ ſequitur ponendo aſſumatur: nullam fieri neceſſitarem pręter in tertio modo. qui cum ſit ſimilis ijs ſyllogiſmis qui per diſiunctionem propoſitis enunciationibus fiunt: videtur in rebus de quibus proponi poteſt/ ſeruare neceſſitatem/ cũ in complexione non ſeruet. qđ ex cęteris tribus modis arguitur primo/ ſecundo/ atq; quarto: in quibus ſumpta ſequente ponendæ propoſitionis parte nichil ex neceſſitate cõficitur. Ac de ijs quidem ſyllogiſmis/ qui duobus terminis iunguntur/ quorum prima pars propoſitionis ponendo aſſumitur: quantũ ad inſtitutionis pertinet modum ſufficienter expreſſimus. Nunc vero dicendum eſt de ijs quorum conſequẽs propoſitionis ita ſumitur/ vt perimatur. Ex his quattuor fiunt modi: cum prior propoſitionis pars nõ poſſit in aſſumptione perimi/ vt vlla ſyllogiſmi neceſſitas conſequatur. ¶ Eſt igitur primus modus talium ſyllogiſmorum a prima propoſitione veniens hic. Si eſt a: eſt b. at nõ eſt b. non eſt igitur a. hic igitur b terminus qui in prima propoſitione cõſequens fuerat: in aſſumptione eſt interẽptus/ vt a terminus qui propoſitionis prima pars fuerat/ interimeretur. eaq; neceſſitas tali ratione probabitur. Propoſitum namq; ẽ ſi a ſit: b eſſe. et aſſumptio facta eſt vt conſequens pars propoſitionis interimeretur/ ideſt non eſſe b. dico quia conſequitur nõ eſſe a. Nam ſi poteſt eſſe a/ cum nõ ſit b: fruſtra erit propoſitio/ quę ait ſi a ſit eſſe b. atqui ea propoſitio valet. cum igitur ſit à: eſt b. Q; ſi cum non ſit b ſit a/ qđ ſcilicet ex aſſumptione proponitur: idem b erit/ & non erit. nõ erit: quia b nõ eſſe proponit aſſumptio. erit autẽ: quia ſi eſt a erit b. qđ fieri nõ poteſt. Non igitur ſi b nõ fuerit: erit a. hic eſt ergo primus modus talium ſyllogiſmorũ: qui ex interempta parte conſequenti propoſitionis fiunt. qui non ſunt perfecti neq; ex ſe cogniti: ſed indigent quã ſuperius propoſui/ vel alterius cuiuſlibet probationis vt veri eſſe monſtrentur. Q; ſi prima pars propoſitionis interimatur/ non erit ſyllogiſmus. age enim ita dicamus/ ſi eſt a: eſt b. at nõ eſt a: non ſequitur/ vt ſit vel non ſit b. id etiã demonſtremus exemplo. Sit enim propoſitio ſi homo eſt: animal eſt. ſi homo non eſt: non neceſſe eſt eſſe vel non eſſe animal. ¶ Secundus modus per contradictionem aſſumptionis/ qui a ſecũda propoſitione deſcendit: ille eſt cum ita proponimus. ſi eſt a: non eſt b. atqui b eſt. igitur a nõ eſt. Hic enim rurſus cum ſecũda pars propoſitionis b nõ eſſe diceret ſi a fuiſſet/ aſſumptio b eſſe pronũciat/ affirmatio autem perimit negationẽ: per aſſumptionem conſequitur vt a nõ ſit hoc modo. Sit enim propoſitio/ ſi a eſt b non eſt/ & ſit b: dico quia non erit a. Nam ſi erit a/ cum ſit b: idem b erit & nõ erit. Nõ erit quidem: ex prima propoſitione quę dicit ſi eſt a nõ eſt b. erit autem per aſſumptionem: ergo dicimus eſſe b. At ſi præcedens pars propoſitionis auferatur: non fiet vlla neceſſitas. Age enim in huiuſmodi propoſitione ſi a ẽ/ b nõ eſt/ ita dicamus/ atqui nõ eſt a: nõ conſequitur vt ſit vel non ſit b. Id vero tali arguitur exemplo. Dicemus enim ſi nigrũ eſt: album non eſt. Aſſumamuſq; non eſſe nigrum: non ſtatim conſequitur/ vt vel album ſit vel non ſit. Poteſt enim eſſe aliquid mediorum. ¶ Tertius modus ille eſt ex tertia propoſitione deductus: cum ita proponitur. Si a non eſt: b eſt. b autem non eſt: a igitur eſt. Hic quoq; cõſequẽs pars propoſitionis aſſumpta eſt: & cum in propoſitione affirmaretur/ in aſſumptione negata ẽ. & eſt iſta conſequentia perficiens ſyllogiſmum hoc modo. Nam ſi verum eſt/ cum non ſit a eſſe

b:dico quia ſi b non ſit/ eſt a.nam ſi poterit cum b nõ ſit/non eſſe a:fruſtra eſt prima propoſitio quę dicit/cum nõ ſit a eſſe b.eritq; b/ac nõ erit.Non erit quidem:ex ea aſſumptione quę propo nit nõ eſſe b.erit autem:quia ſi a terminus eſſe negabitur poſito nõ eſſe b termino/cum non ſit a/erit b.quod eſt impoſſibile.nõ igitur poteſt fieri/vt cum nõ ſit b:nõ ſit a. Cõſequitur igitur/vt cum nõ ſit b:ſit a. Qz ſi prior pars propoſitionis quę pręcedens eſt auferatur:nullus eſt ſyllogiſ mus.hoc modo/vt cum dicemus ſi a non eſt eſſe b/ ſi aſſumamus atqui eſt a:nichil euenit neceſſario/ vt vel ſit b vel non ſit ſecũdũ ipſius complexionis naturã. nam hic quoq; (vt in ijs in quibus in aſſumptione ſecundus terminus ponebatur) dicendũ eſt ſecundũ ipſius quidem cõ plexionis naturam nullum fieri ſyllogiſmũ:ſecundũ terminos vero(in quibus ſolis dici poteſt) neceſſe eſt ſi a fuerit/b non eſſe.in contrarijs enim tantũ & immediatis/ideſt medium nõ habẽ tibus:hęc ſola propoſitio vere poterit prædicari.velut cum dicimus/ſi dies non eſt:nox eſt.ſiue non fuerit dies/nox erit:ſiue non fuerit nox/dies erit.ſiue dies fuerit/nox non erit: ſiue nox fue rit/dies nõ erit. ¶Quartus modus eſt horum ſyllogiſmorũ ex quarta propoſitione deſcendẽs, cuius hęc prima propoſitio eſt/ſi non eſt a:non eſt b.eſt autem b:erit igitur a. hic quoq; ſecũda pars propoſitionis aſſumpta eſt.& quoniam in negatione eadem fuerat poſita:affirmatione eſt interempta.Affirmatio enim vim negationis interemit. hic quoq; eodem modo ſyllogiſmi neceſſitas continetur.Nam ſi poſito cum non ſit a nõ eſſe b/aſſumatur eſſe b:dico quia conſequẽs eſt etiam a eſſe.nam ſi poteſt cum ſit b non eſſe a:fruſtra eſt prima propoſitio/quę cum a non ſit b non eſſe pronunciat.fiet igitur rurſus vt idem b ſit/ac nõ ſit. Ex aſſumptione namq; erit b.ita enim dicitur/at b eſt.Si vero hoc poſito poſſit non eſſe a:rurſus b nõ erit.quia prima propoſitio ait ſi non ſit a:non eſt b.qđ eſt impoſſibile.Qz ſi ea portio propoſitionis quę pręcedens eſt aufe ratur:nichil euenit neceſſarium. Age enim ita dicamus ſi non eſt a:nõ eſt b. aſſumamuſq; atq eſt a:non cõſequitur/vt b vel eſſe/vel nõ eſſe neceſſario cõcludatur.vt in hoc ſyllogiſmo/ſi non eſt animal non eſt homo/atqui eſt animal:nõ neceſſe eſt eſſe hominẽ vel nõ eſſe.hi igitur quat tuor ſyllogiſmi imperfecti dicuntur:iccirco quoniam per ſe non habent apertam atq; perſpicu am conſequentię neceſſitatem/eaq; illis ex prolatione conficitur. Vt igitur breuiter concluden dum ſit in hypotheticis ſimplicibus ſyllogiſmis connexas habentibus propoſitiones quoquo modo factis/ſi quidem prima pars propoſitionis aſſumitur/ſi ea proponitur:fiunt quattuor ſyl logiſmi per ſe cogniti atq; perfecti.ſi vero id qđ conſequitur aſſumatur: nulla eſt ſyllogiſmi ne ceſſitas.niſi in tertio tantum modo qui non propter complexionis naturam:ſed propter termi norum contrarietatem (in quibus ſolis dici poteſt) videtur concluſionis neceſſitatem tenere. Itaq; ſi quidẽ in aſſumptione ex ijs quę in propoſitione ſunt pronũciata/ponãtur:quattuor vel quinq;/neceſſe eſt fieri perfectos ſyllogiſmos.perfectos quattuor/vbi prima pars propoſitionis: quintus vero/vbi ſecũda pars propoſitionis ponendo aſſumitur/ſi non ad complexionis natu ram/ ſed ad terminos aſpiciamus. Si quidem vero ex ijs in aſſumptione/quę prima propoſi tio enunciat/auferatur:ſi quę eſt conſequens pars propoſitionis auferatur/fient imperfecti pro batione indigentes quattuor ſyllogiſmi. Si vero prior propoſitionis pars auferatur:nulla erit neceſſitas ſyllogiſmi.niſi in tertio tantũ:vbi nõ facit neceſſitatem cõplexio/ſed terminorum na tura.Quocirca hic quoq; quattuor/vel quinq; fiunt ſyllogiſmi.quattuor quidẽ:ſi ſecunda pars propoſitionis fuerit interempta.quintus vero/ſi eum non complexionis natura:ſed terminorũ proprietas metiatur.Quocirca ſi ex duobus terminis propoſitio prima cõſtat:octo ſunt vel de cem/ nec amplius ſyllogiſmi.Ac de ijs quidẽ cõditionalibus ſyllogiſmis quorum propoſitiones connexę ſunt/& ex duabus prædicatiuis ſimplicibus conſtant:ſufficienter expeditũ eſt. ¶Nũc de ijs ſyllogiſmis dicendum eſt: qui ex prædicatiua & hypothetica/prædicatiuaq; connectun tur.Horum autem facile complexiones omnium ſyllogiſmorum apparebunt:ſi prius earũ nu merus exponatur.Sunt igitur priores quidem:quę ex prędicatiua atq; hypothetica cõnectun tur hę.Si ſit a:cum ſit b/eſt c. Si ſit a:cũ ſit b/nõ eſt c. Si ſit a:cũ non ſit b/ eſt c. Si ſit a:cum non ſit b/nõ eſt c. Si nõ ſit a:cum ſit b/ eſt c. Si non ſit a:cum ſit b/non eſt c. Si non ſit a:cũ non ſit b/ eſt c. Si nõ ſit a:cum non ſit b/non eſt c. Ac primum quę ſit earum natura: videbitur eſſe tracta dum. Neq; etiam quoquo modo cõditio ponatur: conditionalis propoſitio fiet/ſed ſi illa cõſe quentia propter poſitam veniet conditionẽ.nam ſi quis ita dicat/ ſi homo eſt/ cum ſit animal/ animatum eſt:non videtur facere appoſita conditio conſequentiæ neceſſitatem.Nam etiam ſi non ſit homo:nichilominus tamen cum ſit animal/ animatũ eſt. at ſi ita ponatur ſi ſit homo/ cum ſit animatum/eſt animal:videtur conſequentię ratio in conditione conſiſtere. Neq; enim neceſſe ẽ cum animatum ſit/animal eſſe:niſi homo vel aliquid tale fuerit quod animatum eſſe proponitur.Tũc enĩ qđ animatũ eſt:animal eſſe neceſſe ẽ.homo namq; vel quodlibet aliud ta le/animatum eſt.Per ſingulas igitur propoſitiones eundum eſt:& ſpectanda earum ſingularũ

natura hoc modo. ¶Prima propositio qua enunciatur si est a: cū sit b/ est c: talis esse debet/ vt b quidem possit esse etiam præter a. si tamen a fuerit: b non esse nō possit. rursus idem b terminus possit etiam esse/ cum non est c: nec sit necesse/ vt b posito/ sit etiam c. sed tunc tantum necesse sit esse c: quādo b terminus a terminū sequitur. vt si sit a homo. b animatū. c animal. Animatū enī & prꝛter hominem/ & animal/ esse potest. Si vero sit homo: animatū necesse est esse. & cum animatum hominis essentiam cōsequitur: consequitur vt ipsum animatū sit animal. Prima propositio.

¶Item secūdam propositionem/ quę ait si est a: cum sit b/ nō est c: huiusmodi esse oportebit vt b quidē præter a esse possit. sed cum fuerit a: etiam b necesse est esse. at vero c tale sit/ vt simul quidem cum a esse non possit: cum b vero esse possit/ & nō esse. sed tunc tantum c cū b esse non possit: quando b terminus a terminū sequitur. vt si sit a homo. b animatum. c insensibile. Nam animatū prꝛter hominem esse potest. at si homo sit: vt sit animatū necesse est. insensibile vero potest esse animatum & nō esse. Sed tunc insensibile & animatum nō conueniunt: cum iccirco est animatum cū hō esse p̄dictus est. 2

¶Tertia vero propositio: a quidē terminū debet habere/ qui nunq̄ simul esse possit cum b termino. c vero terminū talē esse oportebit: vt possit esse quidem/ & non esse/ si non fuerit b. sed tunc tantum necesse sit esse c terminum/ si b terminus non sit: si iccirco non est b/ quoniam a terminus esse prędictus est. vt si sit a homo. b inanimatū. c sensibile. Nam si est homo: non est inanimatū. sensibile vero esse potest simul & nō esse: cū inanimatum nō sit. Possunt enim esse: quę nec inanimata sunt nec sensibilia/ vt arbores. Idē tamen sensibile necesse est esse cū etiā inanimatū nō sit: si iccirco inanimatū nō est/ quia homo esse prędictus ē. 3

¶Rursus quarta propositio huius esse debet proprietatis: vt b quidem terminus nullo modo esse possit/ si fuerit a. at vero c possit esse & non esse si non fuerit b. Sed tunc tantū b cum nō sit/ c non esse necesse sit: si b terminus nō sit/ quia a terminus prius esse propositus est. vt si sit a homo. b inanimatum. c insensibile. Inanimatum nō erit si fuerit homo. insensibile vero potest esse & nō esse: si nō sit inanimatum. Tunc tamen insensibile non esse necesse est/ cum inanimatū nō sit: cum iccirco inanimatū non est/ quia homo esse prędictus est. 4

¶Quinta vero propositio tales habere terminos debet: vt a quidē si nō sit/ necesse sit esse b. sed b terminꝰ cū sit: possit & esse & nō esse c. Tūc tamen c esse necesse sit/ cum fuerit b: cum iccirco est b/ quia a terminus esse negatus est. vt si sit a quidem animatū. b vero insensibile. c inuitale. Igitur si non sit animatum: statim cōsequitur/ vt sit insensibile. inuitale autem potest esse: si sit insensibile/ vt lapis. potest vero non esse inuitale: si sit insensibile/ vt sunt arbores. Sed tunc tantū posito insensibili consequitur/ vt inuitale esse necesse sit: cum iccirco est insensibile/ quia nō est animatū. 5

¶Sexta vero propositio tales habere terminos desiderat: vt b quidem esse necesse sit si non fuerit a. at vero b terminus si sit: c vel esse vel non esse possit. tunc tamen c non esse necesse sit/ cū sit b: quando iccirco est b/ quia a terminus non esse positus est. veluti si sit a animatū. b insensibile. c vitale. Nam necesse est esse insensibile: si non fuerit animatū. cum vero sit insensibile: fieri quidem potest vt non viuat veluti lapis. fieri autem potest vt viuat/ veluti arbor. Tunc tamen necesse est nō viuere/ cum sit insensibile: quando iccirco est insensibile/ quia animatum non esse propositū est. 6

¶Septimus modus talibus terminis debet esse contextus: vt b quidem sine a esse non possit. b aūt si non sit: c esse & non esse possit. Tunc tamen necesse sit c terminū esse si non sit b: cum iccirco b nō esse positum est/ quoniam fuerit a ante denegatum. sit enim a animatū quidem. b vero sensibile. c inuitale. Sensibile igitur esse non potest nisi fuerit animatū. si igitur non fuerit animatum: non erit sensibile. si vero non sit sensibile: potest esse inuitale/ velut in lapidibus. idem potest non esse/ velut in arbotibus. Tunc tamen sensibili denegato/ inuitale necesse est esse: cum iccirco non est sensibile/ quia animatum nō esse positum est. 7

¶Octaua propositio his terminis concordanda est: vt b terminus esse nō possit si non fuerit a. cum vero non sit b terminus: c & non esse/ & esse possit. Sed tunc necesse sit c terminū nō esse/ cum non fuerit b: cum iccirco non est b/ quia a terminus prius esse negatus est. vt si sit a quidem animatum. b vero sensibile. c vitale. Sensibile igitur esse non potest: nisi fuerit animatū. Idem tamen sensibile si nō sit: & esse & nō esse vitale potest. non esse vt lapides: & esse vitale/ vt arbores. Tunc tamen necesse est vitale nō esse/ si non sit sensibile: cum iccirco sensibile nō est/ quia prius animatum esse negatum est. Ex his igitur cōstat c terminum (quoquo modo fuerit b) in conditionalibus propositionibus quę in tota enunciatione post prædicatiuas locantur: posse tam loco affirmationis q̄ loco negationis assumi/ ex quibus assumptionibus fiūt complexiones variæ syllogismorum. His ita expeditis/ de omnibus in cōmune pręcipiendum videtur. Nam cum sint octo propositiones/ quę ex prędicatiua hypothetica q̄ connectūtur/ quę superius ascriptę sunt: earum quattuor ita faciunt consequentiam/ si a terminus sit/ quattuor vero ita conditionem proponunt: vt a terminus nō sit. Fiunt vero ex his syllogismi hoc modo. 8

¶Ex prima propositione/ si est a: cū sit b/ est c. atq̄ est a/ cū igit sit b/ ē c. vel 1. Syllus.

ſic. at cum ſit b:non eſt c.nõ eſt igitur a.Poſſe autem huiuſmodi eſſe aſſumptionem: ex ſupeti-
2 us deſcripta propoſitionum natura cognoſcitur. ¶Ex ſecunda propoſitione.ſi eſt a: cũ ſit b/nõ
3 eſt c. atqui eſt a.cum igitur ſit b:nõ eſt c. vel ita. atqui cũ ſit b:eſt c. non eſt igitur a. ¶Ex ter-
tia.ſi eſt a:cum nõ ſit b/eſt c.atqui eſt a.cum igitur nõ ſit b:eſt c.vel ita. atqui cum nõ ſit b:non
4 eſt c.non eſt igitur a. ¶Ex quarta. ſi eſt a: cum nõ ſit b/non eſt c. atqui eſt a.cum igitur non ſit
b:non eſt c.vel ita. atqui cum nõ ſit b:eſt c.non eſt igitur a. In ijs igitur quattuor propoſitioni-
bus in quibus a terminus eſſe proponitur/ſi aſſumptum fuerit eundem a terminũ eſſe:c termi-
num vel eſſe/vel nõ eſſe monſtratur.idem vero c terminus ſi aſſumatur:ſi quidem cum eſt/ non
5 eſſe/vel cum non eſt/eſſe aſſumatur:a terminus non eſſe monſtrabitur. ¶Ex quinta etiam pro-
poſitione ita ſyllogiſmi fiunt.ſi nõ eſt a:cum ſit b/eſt c.atqui non eſt a.cum igitur ſit b:eſt c. Vel
ita. atqui eſt a.cũ igitur ſit b:non eſt c. Vel ita.atqui cum ſit b:non eſt c.eſt igitur a. Vel ita. atq
cum ſit b:eſt c.nõ eſt igitur a. Qđ iccirco euenit vt huiuſmodi propoſitio quattuor colligat ſyl-
logiſmos:quia in his tantũ ſi non ſit aliquid/aliud eſſe proponi poteſt/in quibus contraria me-
dietatibus carent. in his enim vel interempto altero alterum ponitur: vel poſito altero alterũ
6 perimitur. ¶Ex ſexta ſi non ſit a:cum ſit b/nõ eſt c.at nõ eſt a.cum igitur ſit b:non eſt c.vel ita.
7 atqui cum ſit b:eſt c.igitur eſt a. ¶Ex ſeptima.ſi non eſt a:cum non ſit b/eſt c.at nõ eſt a.cũ igi-
tur non ſit b:eſt c. Vel ita.atqui eſt a. cum igitur nõ ſit b:nõ eſt c. Vel ita.atqui cum nõ ſit b:nõ
eſt c.eſt igitur a. Vel ita.atqui cum non ſit b:eſt c.non eſt igitur a.in hac quoq; cõplexione pro-
8 pter eandem cauſam quattuor complexiones fiunt. ¶Ex octaua.ſi nõ eſt a:cum non ſit b/non
eſt c.atqui non eſt a.cum igitur nõ ſit b:non eſt c.vel ita. atqui cum nõ ſit b: eſt c.eſt igitur a.In
his quattuor quoq; propoſitionibus ſi quidem a nõ eſſe aſſumatur: c terminus vel eſſe/vel non
eſſe concluditur, ſi vero c cum eſt non eſſe/vel cũ nõ eſt/eſſe aſſumatur: a terminus ſemper eſſe
cõcluditur.niſi in quinto & ſeptimo tantum modis vbi cum c eſſe aſſumitur: a non eſſe mõſtra-
tur.Omnium vero communis eſt ratio præter quintum & ſeptimũ modum/ vt ſi a terminus ita
aſſumatur/quomodo quando in prima enũciatione propoſitus eſt: conditio quę ſequitur/in cõ-
cluſione firmetur. Si vero conditio quę ſequitur contrario modo atq; in enũciatione propoſita
eſt aſſumatur:categorica ꝓpoſitio prima eſſe terminatur.In ſeptimo vero vel qnto modo q̃cũq;
Numerus ſyllogiſmo rum. ratione ſit aſſumptũ alterũ:in vtriſq; partibus faciet concluſionẽ. ¶Itaq; decẽ & octo/ vel vigiti
fiunt ſyllogiſmi potius.Octo quidẽ ſi a terminus vt eſt propoſitus:octo vero ſi c terminus cõuer
ſo modo atq; in propoſitione eſt poſitus/aſſumatur. Quattuor vero ex ſeptimo vel quinto mo-
dis vtrobiq; facientibus concluſionem. Reliquis vero complexionibus nulla eſt conſequentia
neceſſitatis. vt autem planior intellectus fieret/ipſas propoſitiones cũ ſuis terminis poſitas an-
notaui:vt ſcilicet ad prędictos aſſumptionũ modos nõ ratione ſolũ demõſtratio fieret/ verum
etiam per exemplum currentibus doctrina clarior eluceret. ¶Si eſt a homo: cum ſit b anima-
tum/eſt c animal.Si eſt a homo:cum ſit b animatũ/nõ eſt c inſenſibile.Si eſt a homo:cum non
ſit b inanimatũ/eſt c ſenſibile.Si ẽ a homo:cum nõ ſit b inanimatum/nõ eſt c inſenſibile. Si nõ
eſt a animatum:cum ſit b inſenſibile/ eſt c inuitale. Si non eſt a animatum:cũ ſit b inſenſibile/
non eſt c viuẽs.Si nõ eſt a animatum:cum nõ ſit b ſenſibile/eſt c inuitale. Si nõ eſt a animatũ:
Syllogiſmi ex hypothe tica & prædicatiua. cum nõ ſit b ſenſibile/non eſt c vitale ¶Expeditis igitur his ſyllogiſmis/qui ex talibus propo-
ſitionibus fiunt/quę ex prima prædicatiua/& ſecunda hypothetica copulãtur:nunc ad eos trã
ſitum faciamus/qui ex prima conditionali/ſecunda vero prædicatiua nectũtur.quarum omnia
Propoſitionũ nũerus. um numerus ponendus eſt/vt de quibus loquimur/ lector agnoſcat. Si cum ſit a/eſt b:eſt c. Si
cũ ſit a/eſt b:nõ eſt c. Si cũ ſit a/nõ eſt b:ẽ c. Si cũ ſit a/nõ eſt b:nõ eſt c. Si cũ nõ ſit a/ eſt b:ẽ c. Si
cũ nõ ſit a/eſt b:nõ eſt c. Si cũ nõ ſit a/nõ eſt b:ẽ c. Si cũ nõ ſit a/nõ eſt b:nõ eſt c. ¶Prima igitur
Prima propoſitio. ꝓpoſitio tales habere terminos debet:vt a qđẽ poſſit eſſe prẽter b & c:Sed tunc ſi a fuerit/c eſſe
neceſſe ſit:cum a terminum b terminus ſubſequitur.vt ſi ſit a quidem animatũ.b homo. c ani-
mal.animatum namq; & prẽter hominem/& præter animal eſſe poteſt. Tunc vero id quod ani
2 matum eſt/eſſe animal neceſſe eſt:ſi id quod eſt animatum/homo eſt. ¶Secunda propoſitio ta
libus terminis contexenda eſt:vt a quidem præter b/& prẽter c/& cum eiſdem eſſe poſſit. Tunc
tamẽ neceſſe ſit nõ eſſe c/cum eſt a:ſi poſito a/b ſequatur.vt ſi a ſit animatũ.b homo. c equus.
Animatum quippe:vt & homo/vel equus ſit fieri poteſt. Tunc vero neceſſe eſt id quod anima-
3 tum eſt non eſſe equum:ſi idipſum qđ animatum eſt homo fuerit. ¶Tertia propoſitio his termi
nis copulatur:vt a quidem cum b/& c/vel eſſe/vel nõ eſſe poſſit. Tũc tamẽ neceſſe ſit ſimul eſſe
cum c:ſi poſito a termino/b terminus abnuatur.vt ſi ſit a animatum.b animal.c inſenſibile.Nã
qđ animatum eſt:vel animal/vel non animal/vel inſenſibile/vel nõ inſenſibile eſſe poteſt.ſed
4 tunc neceſſe eſt id qđ animatũ eſt eſſe inſenſibile:ſi animato poſito/ animal abnuatur. ¶Quar-
tæ propoſitionis hi termini ſunt vt a quidem cum b/& cum c eſſe/ & non eſſe poſſit. Tunc vero

ab eo c modis omnibus ſeparetur: ſi poſito a termino/ b terminus abnuatur. vt ſi ſit a quidē animatum/ b animal/ c homo. Nam qđ animatum eſt: & animal eſſe/ & non eſſe/ itemq; homo eē & non eſſe poteſt. tunc tamen neceſſe eſt/ vt cum ſit animatum nō ſit homo: cum poſito animato/ eſſe animal denegatur. ¶ Quinta vero ꝓpoſitio his terminis connectitur: vt ſi non ſit a/ poſſit eſſe et non eſſe b & c. Tunc tamen cum non ſit a/ c terminum eſſe neceſſe ſit: ſi poſito non eē a/ eſſe b terminum conſequatur. vt ſi ſit ą quidem inuitale/ b homo/ c animal. Nam ſi non ſit inuitale: tunc poſſit homo & animal eſſe vel non eſſe. at tunc neceſſe eſt eſſe animal/ negato inuitali: ſi cū inuitale negabitur/ eſſe hominem ſubſequatur. 5

¶ Sextā vero propoſitionem talia debent membra contingere/ vt ſi non ſit a terminus: b vel c & eſſe vel non eſſe poſſint. Tunc vero a termino denegato/ c nō eſſe neceſſe ſit: cum negationem a termini/ b termini affirmatio comitabitur. vt ſi ſit a inuitalis/ b hō/ c equus. Nā qđ nō eſt inuitale: poteſt vel hō vel equus eē vel nō eē. ſed neceſſe eſt non eſſe equū inuitali denegato: ſi negationem inuitalis/ hominis poſitio ſubſequatur. 6

¶ Septimę propoſitionis hos eſſe terminos oportebit/ vt ſi non ſit a: termini b & c & eē/ & non eſſe poſſint. Sed tunc neceſſe ſit eſſe c terminum: ſi negationem a termini/ b termini negatio ſubſequatur. vt ſi ſit a animal/ b animatum/ c inuitale. animal quidem ſi nō ſit: animatum & inuitale eſſe & non eſſe poſſit. Tunc vero neceſſe eſt ſi animal non ſit/ inuitale eſſe: quando ſi animal non ſit/ non erit animatum. 7

¶ Octaua propoſitio eſt cum negato a termino: poſſunt eſſe & non eſſe b atq; c termini. Sed tunc neceſſe eſt ſi a terminus abnuatur/ non eſſe c terminum: cū negationē a termini/ b termini negatio ſubſequetur. vt ſi ſit a inuitale/ b animal/ c homo. Si igitur non ſit inuitale: poteſt eſſe & non eſſe animal & homo. 8

¶ His igitur expeditis illud in cōmune dicendum eſt: q; ſuperiores quatuor propoſitiones ita faciunt conditionem/ ſi fuerit a. poſteriores vero: ſi non fuerit. ex quibus omnibus ſyllogiſmi tali ratione naſcuntur. ¶ Ex prima propoſitione. Si cum ſit a/ eſt b: eſt c. at cum ſit a: eſt b. eſt igitur c. Vel ita. at nō eſt c. cum igitur ſit a: non eſt b. Primus ſyllogiſmus.

Poſſe vero fieri tales concluſiones: ex ſuperius deſcriptarum propoſitionum natura cognoſcimus. poterat enim a terminus eſſe: & non eſſe cum b. ¶ Item ex ſecūda. ſi cum ſit a/ eſt b: non eſt c. at cum ſit a: eſt b. nō eſt igitur c. Vel ita. atqui ē c. cum igitur ſit a: nō eſt b. 2

¶ Ex tertia vero vtrobiq; aſſumptis terminis collectiones fiunt. vt ſi cum eſt a/ non eſt b: eſt c. At cum ſit a: non eſt b. eſt igitur c. Vel ita. at cum ſit a: eſt b. non eſt igitur c. Vel ita. at non eſt c. cum igitur ſit a: eſt b. Vel ſic. atqui eſt c. cum igitur ſit a: nō eſt b. quę iccirco facta eſt collectio vtrobiq; 3

quoniam in ijs terminis hæ propoſitiones poterant poni/ in quibus immediata contraria repetiebantur. In illis enim alterius poſitio alterutrum perimebat: & alterius interemptio ponebat alterum. ¶ Ex quarta ſi cum ſit a/ non eſt b: non eſt c. atqui cum ſit a non eſt b. non eſt igitur c. 4

Vel ita. at eſt c. cum igitur ſit a: eſt b. ¶ Ex quinta ſi cum nō ſit a/ eſt b: eſt c. At cum non ſit a: eſt b. eſt igitur c. Vel ſic. at non eſt c. cum igitur non ſit a: non eſt b. 5

¶ Ex ſexta ſi cum non ſit a/ ē b: nōeſt c. at cū nō ſit a: ē b. non eſt igitur c. Vel ſic. at c eſt. cum igitur non ſit a: b non eſt. 6

¶ Ex ſeptima vtrobiq; colligitur hoc modo. ſi cum non ſit a/ nō eſt b: eſt c. at cū nō eſt a: nō eſt b. ē igit c. 7

Vel ita. at cū non ſit a: ē b. nō eſt igitur c. Vel ita. at non ē c. cū igitur nō ſit a: eſt b. Vel ſic. at c eſt. cum igitur non ſit a: b non ē. Hic quoq; propter eandem cauſam etiam aſſumptione alterutra ſyllogiſmus fiet. Nam eſſe aliquid cum aliud nō ſit: in immediatis tantum contrarijs dicebatur.

¶ Ex octaua ſi cū nō ſit a/ nō eſt b: nō eſt c. at cū non ē a: non ē b. nō eſt igitur c. Vel ita. at c ē. cū igit non ſit a: b eſt. 8

In oibus igitur ſuperius deſcriptis ſyllogiſmis ratio eſt vt ſi b terminus aſſumat ita vt in propoſitione eſt poſitus: ita c terminum cōcludat vt etiā in eadē propoſitione fuerit collocat⁹. At ſi c termin⁹ contrario modo aſſumat q̄ in propoſitiōe fuerit poſit⁹: cōtrario modo b termin⁹ in cōcluſione mōſtrabitur. pręter tertiū/ & ſeptimum modum: in quibus etiam ſi b termin⁹ contrario modo atq; in ꝓpoſitione eſt poſitus aſſumatur: ſimili modo c terminū cōcludit vt in eadem propoſitione b/ idem fuerat collocatus. Quare ſexdeci quidē vel viginti fiūt ſyllogiſmi. Aſſumptis namq; primis hypotheticis ꝓpoſitionibus fiūt octo: octo vero ſi ſecūdæ p̄dicatiuę aſſumantur. quattuor autem his adiunguntur ex tertio & ſeptimo modo vtrobiq; colligētibus: vt omnes etiam i hís ꝓpoſitionū cōplexiōibus/ fiāt ſexdecī vel viginti ſyllogiſmi. quoquo vero alio modo aſſūptiōes verteris: nichil euenit neceſſariū. Vt aūt ois ꝓpoſitionū & ſyllogiſmorū ratio colliḡſcat/ exēpla ſubiecimus: qbus facilius id qđ ſuperi⁹ docuim⁹/ declareť. Si cū ſit a animatū/ eſt b homo: ē c animal. Si cū ſit a animatum/ eſt b homo: non eſt c equus. Si cum ſit a animatum/ non eſt b animal: eſt c inſenſibile. Si cum ſit a animatum/ non eſt b animal: non eſt c hō. Si cū nō ſit a inuitale/ eſt b hō: eſt c animal. Si cum nō ſit a inuitale/ eſt b homo: nō eſt c equus. Si cū non ſit a animal/ non eſt b animatū: eſt c inuitale. Si cum non ſit a inuitale/ non eſt b animal: non eſt c homo. Ac de ijs quidem ſyllogiſmis/ qui in talibus propoſitionibus nectunt

Nūerus ſyllogiſmorū.

De ſyllogiſ q̄ ex hypothetica p̄dicatiuaq; cōſiſtūt: ſufficiēter dictū ē. ¶Nūc de ijs dicēdū ē ſyllogiſmis / quo mis mediis rum propoſitiones ita tribus terminis cōtineantur: vt mediæ ſint earū quæ ex hypothetica prædicatiuaq; / & earum q̄ ex duabus hypotheticis cōnectuntur. quas ideirco hoc loco proponim⁹: quia vt ſuperiores / ita hæ quoq; tribus terminis continentur / & a ſimilibus ad ſimilia tractat⁹ fiet facilior. Harū vero ſunt multiplices ſyllogiſmi: quorū nullus poterit eſſe perfectus / cū nec per ſe perſpicui ſint / & vt his fides debeat accōmodari / adiuncto extrinſecus poſitę propoſitionis indigeant. Eſt autē probatio talium ſyllogiſmorū: alio conſtitutus ordine ſyllogiſmus. Fiunt autem

Primę figuræ cōplexiones

tum per primam / tum per ſecundam / vt dictū eſt: tum vero per tertiā figuram. ¶Sunt autē primæ figurę ꝓpoſitiones hæ. Si eſt a: eſt b, ſi eſt b: eſt c. Si eſt a: eſt b, ſi eſt b: nō eſt c. Si eſt a: non ē b, ſi non eſt b: eſt c. Si eſt a: non eſt b, ſi non eſt b: non eſt c. Si non eſt a: eſt b, ſi eſt b: eſt c. Si nō ē a: eſt b, ſi eſt b: non eſt c. Si non eſt a: non eſt b, ſi non eſt b: eſt c. Si non eſt a: non eſt b, ſi non eſt b: non eſt c. Ergo ſi ratio colligentiæ talis ſit: vt conſtituat & confirmet aſſumptio / quod enunciatio prima ꝓnunciat: ſexdecim neceſſe eſt fieri cōplexiones. ex quibus octo tantum ſeruant cōſequentiæ neceſſitatem: reliquæ vero octo / nichil idoneum videntur habere ad fidē. Rurſus ſi id qđ prima propoſitio conſtituit / euertat aſſumptio: ſic quoq; ſexdecim neceſſe eſt fieri complexiōes. quarū octo firma neceſſitas tenet: octo vero reliq̄s infida ſępius veritas tenet. Fiunt vero ſyllogiſmi: tum in prima figura / tum in ſecunda / tum vero in tertia. Omnes trium figurarū modos a prima ordientes: vt nichil ſubterfugiat / explicemus.

Primę figuræ primus modus

¶Eſt enī primę figurę modus prim⁹ a prima veniens propoſitiōe: cum ita proponimus. Si eſt a: eſt b, ſi eſt b: neceſſe eſt eſſe c. tūc enī ſi a eſt: & c eſſe neceſſe eſt. cuius hæc demōſtratio ē. Nā ſi eſt a: conſequitur vt ſit b. id enim proponit prima conditio / ſi ſit a: eſſe b. at ſi b fuerit: c eſt. ꝙ ſecunda pars propoſitionis pronunciat ſi ſit b: conſequi neceſſario vt ſit c. Quibus ita conceſſis / euenit vt cum ſit a: c etiam eſſe neceſſe ſit. Imperfectum vero dicimus hunc ſyllogiſmum: quia teſtimonio probationis indiguit. Probatio vero ea fuit per ſyllogiſmum demonſtratio. ita namq; firmauit talis conſequentię neceſſitatem demōſtratio. Cū enim ita proponeretur, ſi eſt a eſt b / & ſi eſt b neceſſe ē vt ſit c / proponeretq; aſſumptio id qđ affirmatio cōſtituerat eſſe a / eamq; ſequi aſſumptionem talis cōcluſio diceretur / ꝙ neceſſario eſſet c / nec id eſſet ex ipſius ſyllogiſmi natura & ꝓprietate perſpicuum: addita eſt probatio per ſyllogiſmum hoc modo. Si eſt a: eſt b. & ſi eſt b: eſt c. ſi igitur eſt a: neceſſe eſt vt ſit c. Et in reliquis quidem eādem rationem expectari oportere manifeſtum eſt. Et hæc cō

plexio quidem ea eſt: quę id qđ prima in ꝓpoſitione poſitum fuerat aſſumit atq; conſtituit. Qz ſi id ponendo / quod ſeq̄batur aſſumat: nulla ē neceſſitas ſyllogiſmi. Valet nāq; cū dicim⁹. ſi ē a: eſt b. & ſi eſt b: neceſſe eſt eſſe c. atqui eſt c: non neceſſe eſt eſſe b / vel non eſſe. ſed cū non ſit neceſſe b eſſe vel nō eſſe: non erit neceſſe a eſſe vel non eſſe. idem quoq; tale firmabit exemplū. Si eſt homo: animal eſt. & ſi eſt animal: erit corpus animatum. atqui eſt corpus animatum: nō neceſſe

2 erit animal eſſe. quocirca nec hominem quoq;. ¶Secundus quoq; modus eſt hic primæ figuræ / cum ita proponim⁹. ſi eſt a: eſt b. & ſi eſt b: neceſſe eſt nō eſſe c. at vero eſt a. non eſt igitur c. huiꝰ demonſtratio talis eſt. Nam ſi eſt a: eſt b. Id enim prima conditio monſtrabat / quę eſt ſi ſit a: eſſe b. cum vero ſit b: neceſſe eſt non eſſe c. Id enim conſequentia præferebat in qua pronunciabat / ſi eſt b: conſequi ex neceſſitate / vt non eſſet c. ſi igitur ſit a: non erit c. Qz ſi id qđ ꝓpoſitio vltimū conſtituit / ponat aſſumptio / ideſt nō eſſe c: nullus eſt hic ſyllogiſmus. Nā ſi de aliqua re ita proponatur. ſi homo ſit: eſt animal. & ſi eſt animal: non eſt lapis. at non eſt lapis: non neceſſe erit aut eſſe aut non eſſe animal. eodē modo nec hominem. poteſt enim ſi lapis non ſit: eſſe lignū vel cę-

3 tera quæ nec animalia ſunt / nec inter homines numerantur. ¶Tertius modus eſt primę figurę: cum id aſſumptio cōſtituit qđ propoſitio prima ponebat. cuius ex tertia propoſitione principiū eſt: cum proponimus. ſi eſt a: non eſt b. ſi non eſt b: neceſſe eſt eſſe c. Hic enī rurſus ſi a terminus aſſumatur ita vt in prima enunciatione eſt poſitus: ita dicitur, atqui eſt a. eſt igitur c. probatio vero ſimilis eſt ſuperioribus. Nam quia eſt a: non eſt b. & quia non eſt b: eſt c. quia igitur eſt a: eſt c. Qz ſi c terminus aſſumatur: nichil neceſſarium fiet. Vt ſi ita proponimus ſi homo eſt: non ē

4 inſenſibile. ſi nō ē inſenſibile: eſt animal. eſt autem aīal: non neceſſe eſt eſſe hominem. ¶Quartus modus qui ex quarta propoſitione principium capit: eſt qui ex tali propoſitione formatur. ſi eſt a: non eſt b. ſi non eſt b: non eſt etiam c. hic enim ſi a eſt: neceſſe eſt nō eſſe c. Demōſtratio vero eadem eſt quæ in ſuperioribus modis. Et ſi non eſſe c aſſumatur: nulla erit neceſſitas complexionis hoc modo. Age enim proponatur / ſi eſt homo: non eſt irrationale. & ſi non eſt irra-

5 tionale: non eſt inanimatū. atqui nō eſt inanimatum: non neceſſe eſt eſſe hominem. ¶Quintus modus eſt ex quinta enunciatione procedens. cuius prima talis ē propoſitio. ſi non eſt a: eſt b. ſi eſt b: etiam neceſſe eſt c eſſe. at nō eſt a: c igitur neceſſe eſt eſſe. Hic quoq; prius dicta condi-

tio facit consequentiam necessitatis. at si id quod est c assumatur: nulla necessitas euenit. Sit enī propositū/ si non est irrationale/ rationale est. sed si rationale est: animal est. & assumamus/ sed ē animal: non necesse erit vel esse vel non esse irrationale. ¶ Sextus modus est ita propositus: quē sexta propositio facit. si non est a: est b. & si est b: nō est c. atq non est a. non est igit c. Similis vero superioribus est demonstratio. At si c assumatur: eodem modo nullus ē syllogism⁹. Nam si sit ꝓpositio/ si animatū nō est: inanimatum est. et si inanimatum est: sensibile nō est. si assumam⁹/ at non est sensibile: nō necesse erit vel eē vel nō esse aiatum. ¶ Septimus modus est qui ex septima ꝓpositiōe ē. si a nō est: b nō est. et si nō ē b: necesse ē esse c. at nō ē a: necesse ē igit eē c. Q; si c assumatur: nichil fit necessariū. nā si proponimus/ si nō est aiatū: non est animal. & si animal nō sit: insensibile est. assumamus q; / at est insensibile: nō necesse est vel esse vel non esse aiatum. ¶ Octauus modus est/ qui ita proponitur/ si non est a: non est b. & si non est b: necesse est non esse c. atqui non est a: nō est igitur c. Q; si c assumatur: nulla erit necessitas. Age enim ita proponamus/ si non est animatum non est animal. & si non est animal: necesse est non esse sensibile. at non est sensibile: non necesse erit nō esse animatum/ vt arbores/ herbas/ & quicquid vitali tantum aia/ non etiam sensibili vegetatur. In prima igitur figura ex tribus terminis fiunt hypotheticæ sexdecim complexiones: ita vt id quod propositum est in propositione/ id in assumptione quoq; ponatur. Octo quidem si a terminus in assumptiōe ponatur: octo vero si c. Q; si a terminus ponendo assumatur: erunt octo necessarij syllogismi. si vero c terminus ponendo assumatur: nullus syllogismus est. ¶ Eodē quoq; modo syllogismorum complexionumq; ordo cōstabit: si id in assumptione qđ in propositiōe positum fuerat/ auferatur. Fiunt quoq; sexdecim complexiones: quarum octo quidem (vbi id qđ sequitur aufertur) integra necessitate perdurant. octo vero (in quibus id quod præcedit aufertur) necessitatem non eadem ratione conseruant. horum vero omnium subdātur exēpla. ¶ Primus igit modus est hic. si est a: est b. & si est b: etiā c eē necesse est. at non est c: igit a non est. Q; si assumamus at non est a: nichil euenit necessariū. Sit enim ꝓpositio hæc/ si homo est: animal est. & si animal est: animatum esse necesse est. atq non est homo: nō igitur necesse erit/ vt sit vel non sit animatū. ¶ Secundus modus est. si est a: est b. & si est b: non esse c necesse est. at c est: igitur a non erit. Q; si assumamus ita/ at nō est a: nō necesse erit eē c/ vel non esse. nam si sit propositio si homo est animal est: & si animal est lapis nō est: si assumamus at nō est hō/ non necesse est lapidem esse vel non esse. ¶ Tertius modus est. si est a: non est b. & si non est b: necesse est esse c. at non est c: necesse est igitur non esse a. Q; si a terminum tollat assumptio: nichil euenit necessarium. Age enim sit propositio/ si homo est: nō est inanimat⁹. & si inanimatum non est: animatum esse necesse est. at non est homo: non necesse est esse vel non esse animatū. ¶ Quartus. si est a: non est b. & si non est b: necesse est non esse c. at est c: igitur a non erit. Q; si assumamus non esse a: nulla necessitas complexiōis inuenitur. nam si sit propositio/ si homo e: non est irrationale. si irrationale non est: inanimatum non esse necesse est. at non est homo: nō necesse est esse/ vel nō esse inanimatum. ¶ Quintus. si a non est: b est. & si b est: etiam c esse necesse est. at nō est c: igitur a esse necesse est. Q; si a terminus assumatur: nullus fiet syllogismus. sit enim propositio/ si irrationale non est: rationale est. & si rationale est: animal est. atq irrationale est: non necesse erit esse/ vel nō esse animal. ¶ Sextus. si nō est a: est b. et si est b: necesse est nō esse c. atqui est c: igit a esse necesse est. Q; si a terminum sumam: nulla necessitas inuenitur. sit enim propositio talis si animatum nō sit: inanimatum est. & si inanimatum est: sensibile non est. atqui animatū est: non erit necesse esse vel non esse sensibile. ¶ Septimus. si non est a: nō est b. & si non est b: necesse est esse c. at c non est: igitur a esse necesse est. Q; si a terminum sumpserimus: complexio nullam facit necessitatem. sit vero propositio talis/ si animal non sit: nō est rationale. si rationale nō est: irratiōale est. & si assumo/ atqui animal est: nō necesse est vel esse irrationale/ vel nō esse. ¶ Octauus modus est qui hac propositione formatur. si non est a: non est b. & si b non est: c non esse necesse est. atqui est c: igitur a esse necesse est. Q; si a terminum sumpseris: nulla fiet necessitas. sit enī propositū/ si non est animal non est hō. & si non est hō: necesse est nō esse risibile. atqui est aial: non necesse erit esse vel non esse risibile. Ac de prima quidem figura satis dictum est: sequenti vero volumine de secunda tractabitur.

Syllogismorum in quib⁹ qđ in ꝓpositione positū fuerat in assumptiōe auferetur/ prim⁹.

¶ PRIMI LIBRI IN HYPOTHETICOS SYLLOGISMOS FINIS

¶DE SYLLOGISMO HYPOTHETICO LIBER SEGVNDVS.

Scdafigura



Aeqmoda propositio

Onditionalium propositionum quæ tribus terminis constant / secūda figura est: quoties cum aliquid dicitur vel esse / vel non esse / sequitur vt duo quædam vel esse / vel non esse dicātur. Variantur autē in ipsis propositionibus / vel etiā in conclusionib⁹ / secundū assumptionis ordinem multis modis, quod vt facilius innotescat / prius cunctæ propositiones in ordine digerantur, in quibus illud est prędicendum: q̄ sępe æquimodę propositiones ponunt / sępe vero nō, ac de æquimodis quidē null⁹ ē syllogismus. Æquimoda enim propositio est / si ita dicamus, si a est: b est. & si est a: non est c. at si sint ię quimodę faciunt syllogismū. Inæquimoda vero secundæ figurę propositio est in ijs syllogismis hypotheticis: quorum enūciationes tribus terminis componūtur. veluti cū ita proponimus. si est a: est b, si non est a: est c, huiꝰ propositiōis tale intelligatur exēplū. si animal est: animatū est. si animal nō est: insensibile est, hic igitur animal (qđ est a) nō est vno modo ꝓpositū in vtrisq; : sed ad b quidem affirmatiue, ad c vero negatiue coniungitur. & id vocatur nō æquimode prædicari. Q; si in vtrisq; a esse vel non esse poneretur: æquimoda prædicatio diceretur. Disponantur igitur (vt dictum est) omnes non æquimodæ propositiones hoc modo. Si est a: est b, si non est a: est c. Si est a: est b, si non est a: non est c. Si est a: non est b, si non est a: est c. Si est a: non est b, si non est a: non est c. Nunc igitur a quidem esse positum est cum b: non esse vero cum c. Rursus a non esse ponamus cum b: esse vero cum c. Si non est a: est b, si est a: est c. Si non est a: est b, si est a: non est c. Si non est a: non est b, si est a: est c. Si non est a: non est b, si est a: non est c. Si igitur non sit æquimoda propositio: assumpto quidem b fiūt sexdecim complexiones / quarum sunt tātum octo syllogismi. Rursus si assumatur c: sic quoq; sexdecim complexiones / sed in octo tantum / syllogismorū deprehenditur firma necessitas.

1 Modus

¶Sit igitur primus modus secundæ figuræ hic / ex prima veniens ꝓpositione. si est a: est b, si autē nō est a: est c, dico quoniam si non est b: est c. Quoniā enim si ē a est b: secūdum ordinem cōsequētię / si non est b non erit a. at si non esset a: esset c. si igitur nō sit b, erit c. Q; si idē b eē proponatur: nichil euenit necessariū. Age enim sit b: non necesse est esse / vel non esse a. nichil igitur sequitur necessarium / vt sit vel non sit c. vt si sit a animal / b animatum / c insensibile. Nam si est animal: est animatū, si vero non est animal: insensibile est. Atqui sit animatum: non necesse est esse animal / vel non esse. non est igitur necesse esse insensibile / vel nō esse. Q; si c terminus assumatur: si quidem non esse ponatur / erit necessario b, si vero eē: nullus erit syllogism⁹. Nā si nō est c: est a. at si est a: est b. si igitur non est c: est b. Q; si est c: non necesse erit esse a / aut fortasse necesse sit nō esse. Hæc enī propositio, id est si non est a: est c, in talibus tantum euenit: in quibus alterum eorū esse necesse est. q̄ si est c: non erit a, si non est a: nichil ad b. veluti si est insensibile: non erit animal. at si non est animal: nichil animatum esse / vel non esse necesse erit.

2

¶Ex secunda rursus ꝓpositione sit syllogismus cum ita proponimus. si est a: est b, si non est a: non est c. dico quia si non est b: non est c. Propositum quippe est / si est a: est b. ordo vero consequentię / si non est b: nō est a. q̄ si non est a: non est c. si igitur non est b: non est c. Q; si fuerit b: non necesse est esse c. sit enim a animal / b animatum / c rationale / & proponatur. si animal est: animatum est, si animal non est: rationale non est, atq; est animatum: non necesse est esse aial. quo fit vt nec rationale quidē. Q; si c terminum dicat assumptio: si quidem affirmaꝰ fuerit / erit b. q̄ si idē c terminus abnuatur: nullus est syllogismus. nā quoniā si est a erit b / si nō est a non erit c: si ē c erit a. At cū est a est b, si est igitur c: erit b. Q; si non est c: nichil est necessariū. nā in hac propositione / quæ dicit / si animal est animatum est / si animal non est rationale non est: si assumamus / atq; no est rationale: nō necesse erit vel esse / vel nō eē aial. quocirca nec aiatū quidē.

3

¶Itē ex tertia ꝓpositiōe talis est syllogismus. si ē a: nō est b. et si non ē a: est c. dico qa si b est: c est. Nā qm̄ ita ꝓpositū ē / si est a / nō est b: necesse est cōseq vt si sit b / nō sit a. At si non sit a erit c. si igitur b sit: erit c. Q; si non est b: nichil est necessariū, sit enī a aial / b inanimatū / c insensibile. In hac ꝓpositione q̄ dicit / si est animal nō est inanimatū / si non est aial ē insensibile: si assumamꝰ nō est inanimatū: non necesse erit animal eē / vel nō eē. qa necisensibile quidē. Si vero a c termino fiat assūptio: si qdē non sit c / nō erit b. si vero c sit: nulla necessitas erit cōclusionis. Nā qm̄ ita ꝓpositū est vt si sit a nō sit b / si vero non sit a sit c: ea rerū est cōsequētia vt si nō sit c / sit a. In his enim rātū terminis dici potest qui medietate priuati sunt. At si sit a: non est b. si igitur nō sit c: non erit b. Q; si sit c: nullus est syllogismus. Nā in hac ꝓpositione quæ dicit / si est animal non est inanimatum / si vero nō est aial insensibile est / assumat aliquis eē insensibile: sequitur quidē vt nō sit aial / sed nō sequit̄ vt sit / vel non sit ianimatū.

4

¶Ex quarta ꝓpositione est syllogismus ita. Si est a: non ē b, si no est a non est c, dico quia si est b: nō est c. Nā quia ita propositum est / si est a / nō est b: ea rerum cōsequentia est

vt ſi ſit b:non ſit a.atq; cũ nõ ſit a:poſitũ fuerat nõ eſſe c. Si igitur ſit b:nõ ẽ c.Qz ſi b non eſſe aſſumatur: nullus erit ſyllogiſmus. Age enim ſit a animal/ b inanimatũ/ c rationale:& ſit hæc poſitio.ſi eſt animal:nõ eſt inanimatũ.ſi non eſt animal:non eſt rationale.aſſumamus igitur nõ eſſe inanimatum:non neceſſe erit eſſe animal.quocirca nec rationale. Rurſus ſi c terminus aſſumatur/ſi quidẽ eſſe ponatur:neceſſe erit nõ eſſe b.At ſi nõ eſt c:nullus eſt ſyllogiſmus .Nã quoniam propoſitũ eſt ſi a ſit non eſſe b.ſi a non ſit/ non eſſe c:neceſſe erit etiã vt cũ ſit c/ ſit etiam a. at ſi ſit a:non ſit b.ſi igitur ſit c:non erit b.Qz ſi c non eſſe ponatur:nullus eſt ſyllogiſmus. velut in hac propoſitione/ſi eſt animal non eſt inanimatũ.ſi non eſt animal:non ẽ rationale. Si quis igitur aſſumat non eſſe rationale:non neceſſe erit eſſe/ vel nõ eſſe animal.quocirca ne inanimatum quidẽ eſſe/ vel non eſſe.atq; in his quidem quattuor propoſitionibus ita a terminus poſitus eſt: vt ad b quidem eſſe diceretur/ ad c vero non eſſe. Qz ſi ordo mutetur:rurſus quattuor erunt alij ſyllogiſmi/ſi b terminus aſſumatur.quattuor etiam alij ſi c.Ex vtraq; autem parte quaternę complexiones erũt q̃ nullos faciũt ſyllogiſmos. ¶Sit enim vera propoſitio/ſi non eſt a:eſt b.ſi eſt a :ẽ c.dico quia ſi non eſt b :erit c.Aſſumant enim atq non eſt b.erit igitur a.hic enim conſequentiæ ratus ordo conſtabat. ſed cum eſt a:eſt c.ſi igitur non eſt b:erit c.Qz ſi b eſſe ponatur: nichil fit neceſſarium.ſi enim eſt b:non erit a.ꝙ ſi a non eſt:nichil ad c.quocirca nullus eſt ſyllogiſmus.Non eſſe autem a ſi b ſit: ea propoſitio demonſtrat per quam dicimus/ſi non eſt a/ ẽ b. Hoc enim in immediatis tantũ contrarijs euenit. Age enim ſit a quidẽ animal/ b vero inſenſibile/ c vero animatum/ & proponatur.Si animal non eſt:inſenſibile eſt.ſi animal eſt:animatũ eſt. & ponatur eſſe inſenſibile:neceſſe eſt non eſſe animal.ſed non animatum quidem eſſe/ vel nõ eſſe neceſſe eſt.Qz ſi c terminus aſſumatur:ſi quidẽ negatiue/faciet ſyllogiſmum.affirmatiue vero/ nullo modo.nam ſi non eſt c:non eſt a. ꝙ ſi non eſt a:eſt b.ſi igitur non eſt c : eſt b. Qz ſi ſit c : non neceſſe eſt eſſe/ vel non eſſe a.quo fit vt ne b quidem eſſe/ vel non eſſe neceſſe ſit. nã ſi eſt animatũ:non neceſſe eſt eſſe/ vel nõ eſſe aial . cũ vero aial non neceſſario ſit:nõ neceſſe eſt inſenſibile vel eſſe vel non eſſe. Propoſitio vero eadem eſt ſuperiori. ¶Rurſus ex ſexta propoſitione fit ſyllogiſmus hoc modo.ſi non eſt a: eſt b.& ſi eſt a:non eſt c.dico quia ſi non eſt b: non erit c.ſi enim non eſt b:eſt a.at ſi eſt a: non eſt c ,ſi igitur non eſt b:non erit c.Qz ſi b terminum ponat aſſumptio:nulla eſt concluſionis neceſſitas .ſi enim eſt b nõ eſt a.id ex ſuperioribus manifeſtum ẽ.at ſi nõ eſt a:nichil ad c. Tunc enim c non erit ſi eſſet a. Exemplum vero hoc eſt: vt ſi ſit a animal/ b inſenſibile / c inanimatum . Si igitur ſit propoſitio talis/ſi non eſt animal eſt inſenſibile.ſi eſt animal:nõ ẽ inanimatum. Atq eſt inſenſibile:non igitur eſt animal.ſed non ſequitur vt ſit/ vel nõ ſit inanimatum.Qz ſi c terminum ſumpſeris:ſi quidẽ affirmes/ facies ſyllogiſmum.nam ſi eſt c:non erit a . ꝙ ſi a non ſit:erit b . ſi igitur c fuerit:erit b. At ſi negaueris c:nichil eſt neceſſarium.ſi eni aſſumamus/at non eſt c:non neceſſe erit vel eſſe / vel non eſſe a.quocirca ne b quidẽ.Nã ſi inanimatum negaueris:non neceſſe eſt eſſe / vel non eſſe animal.quocirca ne inſenſibile quidẽ eſſe / vel non eſſe. ¶Ex ſeptima propoſitione concluſio eſt/ cũ ita proponimus,ſi non eſt a:non eſt b.ſi eſt a:eſt c.dico quia ſi eſt b:erit c . Nam quoniam ita propoſitum eſt/ſi non eſſet a non eſſe b:erit a ſi ſit b.at ſi ſit a erit c.ſi igitur ſit b:erit c.Qz ſi b terminum neget aſſumptio: nulla erit in concluſione neceſſitas .nam ſi nõ ſit b : nichil erit neceſſarium eẽ/ vel nõ eſſe a.quocirca ne c quidem.velut in his terminis.Si enim ſit a animatum/ b animal/ c viuere.ſi ſic enunciemus/ſi non eſt animatum:non eſt animal.ſi eſt animatum: viuit.ſi igitur aſſumamus/at nõ eſt animal:non neceſſe eſt eſſe/ vel non eſſe animatum.quocirca nec viuere. Qz ſi aſſumamus c terminum/ſi quidem negemus:erit ſyllogiſmi neceſſitas perfecta.ſi vero affirmemus:nulla eſt concluſio .Nã ſi nõ eſt c:non erit a.& ſi non eſt a: non eſt b.ſi igitur non ſit c:nõ eſt b. Qz ſi affirmetur c:nichil eſt neceſſarium.ſiue enim neceſſe eſt eſſe / ſiue non neceſſe eſt eẽ a:nichil ad b.vt in ſuperioribus terminis poterit oſtẽdi.ſi enim viuit: etſi neceſſe eſt eſſe animatũ/ non neceſſe eſt eſſe animal/ vel non eſſe.ꝙ ſi non eſt neceſſe eſſe animatum: non neceſſe eſt eſſe/ vel non eſſe animal.vt neceſſe ſit non eſſe animatum:fieri non poteſt. ¶Ex octaua propoſitione concluſio talis eſt/ cum ita proponitur/ſi non eſt a:non eſt b.et ſi eſt a:non eſt c. dico quoniam ſi eſt b:non eſt c. Nam ſi eſt b:eſt a.ꝙ ſi eſt a:non eſt c.ſi igitur eſt b:non erit c.Qz ſi b terminũ aſſũptio neget:nichil ẽ neceſſariũ.ſi eni nõ ſit b:nõ neceſſe erit a eẽ vel nõ eẽ.quo fit vt nec c quidẽ.velut ĩ his terminis/ſi ſit a aiatũ/ b aial/ c inanimatũ.ſi igitur proponam⁹/ ſi nõ eſt aiatũ nõ ẽ aial.ſi ẽ aiatũ:non eſt inanimatũ.& aſſumamus/ſed non eſt aial:non neceſſe eſt eſſe/vel nõ eẽ animatũ. quocirca ne inanimatum quidem. At ſi c termin⁹ aſſumatur:ſi quidem cum affirmatione ponatur/ erit neceſſitas ſyllogiſmi.nam ſi eſt c:non eſt a.ꝙ ſi non eſt a: nõ eſt b.ſi igitur eſt c:nõ eſt b.At ſi c terminũ neget aſſumptio:nichil eſt neceſſarium.nã ſi non eſt c:nõ neceſſe erit eſſe/vel non eſſe a.quo fit vt ne b quidem.nam ſi nõ eſt inanimatum:fortaſſe quidem neceſſe ſit

eſſe animatum : ſed non neceſſe ſit animal eſſe. Inuenientur autem termini in quibus non neceſſe ſit eē a. veluti ſi ponamus c nigrum/a album: negato nigro non conſequitur/ vt affirmetur album. & ſecundę figurę quidē inęquimodas complexiōes omnes (vt arbitror) explicuimus. Si vero ęquimodæ ſint: nullus omnino fit ſyllogiſmus. æquimodæ vero fiunt hoc modo, quotieſcūq; enim a terminus ad b & ſimul eſſe & non eſſe ponitur: quoquomodo b atq; c termini variantur. ¶ Harū igitur quæ ęquimodæ eſſe dicuntur complexiones: nulla eſt collectibilis. Sūt autem omnes ęquimodæ complexiones hæ. Si eſt a: ē b, ſi eſt a: eſt c, Si eſt a: eſt b, ſi eſt a: non eſt c. Si eſt a: non ē b, ſi eſt a: eſt c. Si eſt a: non eſt b, ſi eſt a: non eſt c. Si non eſt a: eſt b, ſi non eſt a: eſt c. Si non eſt a: eſt b, ſi non eſt a: non eſt c. Si non eſt a: non eſt b, ſi nō eſt a: eſt c. Si non eſt a: nō eſt b, ſi non eſt a: non eſt c. ¶ Quarū imbecillam concluſionem/ atq; omni carentem neceſſitate/ ex aſſumptionibus quoquomodo factis inueniamus: necnon ſuperius ſecundum deſcriptos modos etiam terminos facillime reperire poterimus/ per quos demonſtretur nullam in talibus complexionibus inueniri poſſe conſtantiam. ¶ Ac de ſecunda quidem figura quanti ſint/ & quot modis fiant ſyllogiſmi: diligenter oſtendimus. Fiunt autem ſi inęquimodæ quidem complexiones fuerint/ b termino aſſumpto: ſyllogiſmi octo, totidemq; ſi c terminus aſſumatur. ſunt igit ſcdę figurę decē & ſex ſyllogiſmi. Totidē b atq; c terminis non ita vt oportet aſſumptis com-

Tertia figura

plexiones fiunt: quibus nichil admodum colligatur. ¶ Nunc igitur de tertia figura dicēdum ē. In qua quidem totidem complexiones fiunt/ & totidem ſyllogiſmi: ſed ita vt nō æquimodæ ꝓpoſitiones ponantur. q; ſi æquimodę fuerint: nullus omnino (vt in ſecunda figura dictum eſt) fiet ſyllogiſmus. Exponamus igitur oēs figurę tertiæ inęqmodas propoſitiones. Si eſt b: ē a. ſi ē c: nō eſt a. Si eſt b: eſt a. ſi non ē c: non eſt a. Si non eſt b: eſt a. ſi ē c: nō ē a. Si nō ē b: ē a. ſi non eſt c: nō ē a. Et nūc quidē a cū b eſſe: cū c vero nō eſſe eſt ꝓpoſitū. Rurſus vero/ a quidem cum b nō eſſe: cum c vero eſſe ꝓponatur. Si eſt b: non eſt a. ſi eſt c: eſt a. Si eſt b: non eſt a. ſi non eſt c: eſt a.

1 Modus

Si non eſt b: non eſt a. ſi eſt c: ē a. Si non ē b: non ē a. ſi nō eſt c: eſt a. ¶ Tertiæ igit figurę primꝰ modus eſt huiuſmodi. ſi eſt b: eſt a. ſi eſt c: non eſt a. q quidē diuerſus eſt a ſecundę figuræ primo modo. Illic enim ſi a eſſet/ vel non eſſet: b & c eſſe dicebātur. nūc vero ſi b vel c fuerint: a eſſe/ vel non eſſe proponitur. Aequimodę autem propoſitiones nō ſunt: quę in alia parte a eſſe/ in alia nō eſſe conſtituunt: velut in ſuperius compræhenſa propoſitione. Nam ſi eſt b: eſt a. ſi eſt c: non eſt a. Quibus ita poſitis/ dico quia ſi eſt b: non eſſe c neceſſe eſt. Si enim eſt b: eſt a. q; ſi eſt a: non eſt c. ſi igitur eſt b: non eſt c. Q; ſi b terminus abnuatur: nullus eſt ſyllogiſmus. ſi enim b non ſit: non neceſſe erit vel eſſe/ vel non eſſe a. nec c igitur neceſſe erit vel eſſe vel non eſſe. velut in hoc exemplo, ſi ſit animal b/ a animatum/ c mortuū. & ꝓponatur. Si animal ē: animatum eſt. ſi mortuum eſt: animatum non eſt. at non eſt animal: non neceſſe eſt eſſe/ vel nō eſſe animatum. Quæ enī non ſunt animalia: poſſunt eſſe animata/ vt arbores. poſſunt eſſe nō animata/ vt lapides. Quocirca ſi animal non fuerit: nec mortuum quidem eſſe/ vel nō eſſe neceſſe eſt. Plura enī non ſunt animalia: quę mortua etiā nō ſunt/ vt lapides. iſta enī mortua dicūtur: q̄ aliquādo vixerunt. Ab aſſumptione vero c termini affirmatio faciet ſyllogiſmum. Nam ſi c eſt: b non erit. ſi enim c eſt: non eſt a. at ſi non ſit a/ non erit b. ſi igitur eſt c: b non erit. Negatio vero c: nichil explicat neceſſitatis. Nā ſi nō eſt c: nō neceſſe ē eſſe vel non eſſe a. quo fit vt ne b quidē, nā ſi non ſit mortuum: non eſt neceſſe eſſe animatum/ vel non eſſe. Quædam enim quæ non ſunt mortua: animata ſunt vt arbores. quædam vero cū mortua non ſint: non ſunt animata/ vt lapides. quo

2

fit vt ne animal quidem eſſe/ vel non eſſe neceſſe ſit: ſi mortuum deſtruatur. ¶ Ex ſecunda vero propoſitione hic modus eſt colligendi. ſi eſt b: eſt a. ſi non eſt c: non eſt a. dico quia ſi eſt b: erit c. Nam ſi eſt b: eſt a. ſed cū eſt a: eſt c. Ita enim conuertitur talis propoſitio quæ ait: ſi non ē c: non ē a. ſi igitur ē b: eſt c. Q; ſi b t̄min⁹ neget: nulla fit neceſſitas ſyllogiſmi. Nā ſi nō eſt b: nō neceſſe eſt eſſe/ vel non eſſe a. quocirca ne c quidem proueniet vlla neceſſitas. vt in his terminis ſi ſit b animal/ a animatum/ c corporeum. & enūcietur. ſi eſt animal: eſt animatum. ſi nō eſt corporeū: non eſt animatum. & aſſumatur, at qui non eſt animal: non neceſſe eſt eē/ vel nō eē corporeum. C vero t̄minus ſi neget: erit neceſſitas ſyllogiſmi. Nā ſi non ē c: nō ē eſt a. q; ſi nō ē a: nō eſt b. Ita enī cōuerti poteſt. ſi igit nō erit c: nō erit b. Si affirmet c: nulla eſt neceſſitas. nam ſi eſt corporeū:

3

nō neceſſe eſt aiatū eſſe/ vel nō eſſe, quocirca nec aiāl qdē eē vel nō eē: neceſſe ē. ¶ Tertia ꝓpoſitio talē recipit concluſionē. ſi nō eſt b: eſt a. ſi eſt c: nō eſt a. dico qa ſi nō eſt b: non eſt c. Si enī nō eſt b: ē a. q; ſi ſit a: non erit c. ita enim poterat conuerti ea pars propoſitiōis/ quę ſi eſſet c terminus: a terminum non eſſe dicebat. Fit igitur vt ſi non ſit b: non ſit c. Q; ſi affirment eſſe b terminum: nulla ē neceſſitas cōcluſionis. nam ſi ſit b neceſſe eſt quidem non eſſe a: ſed non neceſſe eſt eſſe c. vt in his terminis/ ſi ſit b animatū/ a inanimatum/ c animal. Si igitur q; ponat ſic. ſi nō eſt animatum: inanimatum eſt, ſi eſt animal non eſt inanimatū. Si igitur ponamus eē animatū:

ſequitur quidem vt non ſit inanimatū: ſed non neceſſe eſt/ vt ſit animal. c vero terminus ſi affirmetur: fiet neceſſario cōcluſio hoc modo. Nam ſi eſt c: non eſt a. ſi non eſt a: eſt b. Id enim ſequebatur eā propoſitionē: quę ſi nō eſſet b terminus/ a terminū eſſe dicebat. Si igit̄ ſit c: ē b. q; ſi idem c terminus abnuatur: nullus eſt ſyllogiſmus. Nā ſi nō ſit c: nō neceſſe eſt eſſe/ vel nō eſſe a. quo fit vt ne b quidē. Nam ſi non eſt animal: non neceſſe eſt eſſe/ vel non eſſe inanimatū. quocirca ne animatum quidem. ¶ Ex quarta propoſitione talis eſt ſyllogiſmus. ſi non eſt b: eſt a. ſi non eſt c: nō eſt a. dico quia ſi non eſt b: eſt c. Nam ſi nō eſt b: eſt a. ſi vero a fuerit: neceſſe eſt eē c. Id enim ſequitur eam propoſitionis partem quę ait/ ſi non eſt c: nō eſt a. ſi igitur nō ſit b: eſt c. 4
At ſi b terminus affirmetur: nullus eſt ſyllogiſmus. Sequitur enim vt nō ſit a: ſed non ſequitur vt ſit vel non ſit c. velut in his terminis. Nam ſi ſit b quidem inſenſibile. a animal. c animatū. & proponatur ſi non eſt inſenſibile: eſt animal. ſi nō eſt animatum: non ē animal. ſi ſit inſenſibile/ non eſt animal: ſed non neceſſe eſt eſſe/ vel non eſſe animatum. c vero terminus ſi negetur: fiet protinus ſyllogiſmus. Nam ſi nō eſt c: nō eſt a. ſi non ē a: erit b. Id enim conſequitur eam propoſitionis partem/ quę dicit: ſi nō eſt b/ eſt a. ſi igitur nō ſit c: erit b. Q2 ſi ſit c: non ē neceſſe eſſe vel non eſſe a. quo fit vt ne b quidem. Nam ſi eſt animatum: nō neceſſe eſt eſſe animal/ vel nō eſſe. quo fit vt ne inſenſibile quidem eſſe/ vel nō eſſe neceſſe ſit. Et hactenus quidem quattuor modos ita diſpoſuimus/ vt ad b terminum quoquo ſe modo habet/ a terminus eſſe poneretur: ad c vero non eſſe. Nunc ita ſtatuamus/ vt a terminus ad b terminum nō eſſe dicatur: ad c vero eſſe ordine ſcilicet cōmutato. Omnes vero eſſe nō ęquimodas propoſitiones illud oſtendit q; a quidem affirmatiuus ad b eſt: ad c negatiue proponitur. aut ſi negatiue ad b: affirmatiuā ad c retinet enunciationem. ¶ Q uinta igitur propoſitio talem facit ſyllogiſmum/ cum talis eſt propoſitio. Si eſt b: nō eſt a. ſi eſt c: eſt a. dico quia ſi eſt b: non eſt c. Nam ſi eſt b: non ē a. Si vero non ſit a: non ē c. Id enim talem propoſitionem conſequebatur: quę ſi eſſet c terminus/ a quo; eſſe dicebat. ſi eſt igitur b: non eſt c. At ſi negetur b: nullus eſt ſyllogiſmus. ſi enim nō ſit b: non neceſſe eſt eſſe a. quo fit vt nec ad c quidem vlla neceſſitas perueniat. & in terminis idem patet. Nā ſi ſit b quidem mortuū/ a animatum/ c animal. & ſit ita propoſitio. ſi eſt mortuum: non ē animatum. ſi ē animal: animatum eſt. & aſſumamus non eſſe mortuum: nō neceſſe ē eſſe/ vel non eſſe animatum. nam quę adhuc animata ſunt/ & quę nunq̄ fuerunt: nō ſunt mortua. quocirca non ſequitur: vt ſit/ vel non ſit animal. Qđ enim mortuum nō eſt: poteſt eſſe animal/ vt canis viuēs. & nō eſſe/ vt lapis. At ſi c terminus affirmetur: erit perfecta concluſio non eſſe b. nam ſi ſit c: ē a. ſi vero ſit a: non erit b. Id enim conſequitur ſuperius poſitum propoſitionis modum. ſi igitur ſit c: nō erit b. at ſi negetur c: neq; ad a/ neq; ad b/ neceſſitas vlla perducetur. velut in his terminis. nam ſi non eſt animal: neq; animatum/ neq; mortuū/ vel eſſe/ vel nō eſſe/ neceſſe eſt. ¶ Sextę propoſitionis hęc eſt concluſio. ſi eſt b: non eſt a. ſi nō eſt c: eſt a. dico quia ſi eſt b: erit c. Nam ſi ē b: non eſt a. ſi non ſit a: erit c. Talis enim in hac parte propoſitionis conſequentia eſt. ſi igitur ſit b: erit c. Q2 ſi b terminus abnuatur: nichil neceſſarium fiet. nam ſi non ſit b: nec a/ nec c terminorum vel ad eſſe/ vel non ad eſſe/ ſequitur vlla neceſſitas. vt in terminis patet. Nam ſi ſit b mortuum/ a animatū/ c inanimatum. & proponatur. ſi mortuū eſt: nō eſt animatum. ſi non eſt inanimatum: eſt animatum. ſi nō ſit mortuum: nō neceſſe eſt eſſe/ vel nō eſſe animatum. quocirca ne inanimatū quidem. At ſi c terminus aſſumatur/ ſi quidem in negatione ſit poſitus: fiet rata cōcluſio non eſſe b terminum. nam quoniam nō eſt c: eſt a. at ſi ſit a: non eſt b. ſi igitur nō ſit c: nō erit b. Q2 ſi affirmetur c terminus nichil eſt neceſſarium. neq; enim ſi ſit c (quis a non eſſe neceſſe ſit) ad b terminum neceſſitas vlla perueniet. vt etiam in terminis patet. nam ſi ſit inanimatū: neceſſe eſt non eſſe animatū/ ſed nō neceſſe eſt eſſe mortuum. ¶ Septimę propoſitionis talis eſt ſyllogiſmus. Enunciatur enim ſi nō eſt b: nō eſt a. ſi eſt c: eſt a. dico quia ſi non eſt b: nō eſt c. Si enī nō ſit b: non erit a. q; ſi a nō fuerit: c nō erit. Id enim ſequebatur eam propoſitionem qua dicebatur/ ſi eſſet c terminus: a quo; conſequi vt eſſet. ſi igitur non ſit b: nō erit c. Q2 ſi affirmetur b: nichil eſt neceſſarium. neq; enim ſi ſit b: vel a/ vel c eſſe/ aut non eſſe neceſſe eſt. vt in terminis patet. Nam ſi ſit b animatum/ a animal/ c ſenſibile. & ſit propoſitio. ſi animatum nō eſt: non eſt animal. ſi ſenſibile ē: animal eſt. ſi aſſumatur eſſe animatū: neq; aīal neceſſe eſt eſſe/ neq; ſenſibile. At ſi per c terminum fiat aſſumptio/ ſi quidem affirmabitur: erit firma concluſio. ſi negetur: nullus eſt ſyllogiſmus. nam ſi eſt c: eſt a. ſi ſit a: erit b. Id enim conſequebatur eam propoſitionem quę ait/ ſi non ſit b: nō eſſe a. ſi igitur ſit c: erit b. at ſi idem terminus abnuatur: nichil eſt neceſſarium. nam ſi nō ſit c: neq; ad a/ neq; ad b terminum neceſſitas vlla contingit. velut ſi non ſit ſenſibile: nō ſit forſitan animal. ſed non neceſſe eſt eſſe animatum. Reperiuntur vero termini in quibus ne a quidem nō eſſe/ neceſſe eſt. ¶ Octauus modus eſt in quo ita proponitur. ſi nō eſt b: non eſt a. & ſi non eſt c: eſt a. dico quia ſi non eſt b: eſt c. Si enim nō ſit b: non erit a. q; ſi nō ſit 5 7 8

a:erit c.id enim consequebatur eam partem propositionis/quę dicebat/si non est c:est a. Si igitur nō sit b:erit c. Q2 si b terminus affirmetur:nichil est necessarium.nam si sit b: neq; esse: neq; non esse necesse est a terminum.quo fit vt ne c quidem. Id vero tali liquet exēplo.si sit b animatum/a animal/c insensibile.& proponatur/si nō sit animatum: nō ē animal.si nō sit insensibile: est animal. Si igitur affirmemus in assumptione b terminum/& dicamus/atqui est animatū:nō necesse est esse/vel nō esse animal/vel insensibile.quocirca nullus est syllogismus. At si c terminus abnuatur:fiet protinus syllogismus.nā si nō est c:est a.si vero est a:erit b.si igitur non sit c: erit b. Q2 si c terminus affirmetur:nichil est necessarium.nā etsi a terminū nō esse necesse est:nichil necessarium cadit quātū ad b terminū. Id vero tali demonstratur exemplo.si sit insensibile: non est animal. q; si non est animal:nō necesse est esse/vel nō esse animatū. In non æquimodis igitur propositionibus siue b/siue c terminus assumatur:octo necesse ē ex vtraq; parte fieri syllogismos. Reliquę vero ex vtraq; parte octenę complexiones:necessitate priuatę sunt. At si sint æquimodę: nullus omnino est syllogismus. æqmodę vero dicunt:quoties a terminus ad vtroslibet vel esse/vel nō esse proponitur. Omnes autem æquimodæ propositiones sunt huiusmodi. Si est b:est a.si est c:est a. Si est b:est a.si non est c:est a. Si non est b: est a.si est c:est a. Si nō est b: ē a. si non est c:est a. Si est b:nō est a.si est c:non est a. Si est b:non est a.si nō est c:non est a. Si nō est b:non est a.si est c:nō est a. Si non est b:nō est a.si non est c:nō est a. In quibus & per consequētiam propositionū superius descriptam/& per exēpla currentes: possumus lucide & constanter agnoscere nullam omnino in syllogismis fieri necessitatem. Quocirca cum tribus terminis texitur propositio/& ex prima quidē figura fiunt syllogismi sexdecim/ex secūda syllogismi sexdecī/ ex tertia etiam totidē colliguntur:omnes ex tribus terminis syllogismi quadraginta octo sunt.

¶ Restat vero vt de ijs syllogismis dicamus qui duabus hypotheticis cōnectūtur. quorū quidem consequentiæ similis modus est:vt in ijs propositionibus quę duabus categoricis/ac simplicibus efficiebantur. In omnibus enim/si quidem velimus astruere:primam totius propositionis partem ponemus.si vero in conclusione aliquid est destruendū: secunda negabitur. Siue autem prima denegetur/siue posterior affirmetur:nulla fit omnino necessitas/nisi in quinta/septima/tertiadecima/& quintadecima ꝓpositione.in qbus nō cōplexionis natura:sed terminorum proprietas cōsequentiā facit.sicut in ijs syllogismis fieri docuimus: qui in ijs propositionibus constant/quę duabus simplicibus cōtinentur. horum autem omnium qui ex duabus hypotheticis constant:propositiones apposui.quarum differentias cum lector agnouerit:ad earū exempla necesse est vertatur/quę ex simplicibus & categoricis iunctæ sunt. Sunt autem omnes propositionum differentię:quę ex duabus hypotheticis copulantur huiusmodi.

Si cum est a/est b:cum sit c/est d.	
Si cum est a/est b:cum sit c/nō est d.	
Si cum est a/est b:cum nō sit c/est d.	
Si cum est a/est b:cum nō sit c/non est d.	
Si cum sit a/non est b:cum sit c/est d.	
Si cum sit a/non est b:cum sit c/non est d.	
Si cum sit a/non est b:cum nō sit c/est d.	
Si cum sit a/non est b:cum nō sit c/non est d.	
Si cum nō sit a/est b:cum sit c/est d.	
Si cum non sit a/est b:cum sit c/nō est d.	
Si cum non sit a/est b:cum nō sit c/est d.	
Si cum non sit a/est b:cum non sit c/nō est d.	
Si cum non sit a/non est b:cum sit c/est d.	
Si cum non sit a/non est b:cum sit c/non est d.	
Si cum non sit a/non est b:cum non sit c/est d.	
Si cum non sit a/nō est b:cum nō sit c/non est d.	

¶ In his quoq; propositionibus illud inspiciendum est q; cū sexdecim sint:octo quidē ita variantur/vt tamen in omnibus a terminus esse ponatur.octo vero ita:vt idē a terminus nō esse dicatur. Nō vero quoquo modo positę fuerint: habebunt vim cōditionalium propositionum ex duabus hypotheticis constantium. Nā si quis sic dicat/si cum homo est/animal est/cum sit animatū/corpus est:non fecit eam propositionē quæ ex duabus conditionalibus constat. Neq; iccirco animatum corpus ē:quia homo animal est. nec conditio sequitur conditionem. sed si eas separes/per seq; pronūcies:vtraq; habet in terminorum consequentia necessitatem. Nā & qui homo est/animal ē: & quod animatum est/corpus est.& per se istæ propositiones verę sunt nec conditione iungūtur. vt igitur singularum natura clarescat: de vna quaq; est differendum. ¶ Prima igitur propositio talis esse debet/vt si sit a positum:b terminꝰ nō cōtinuo subsequatur. Itemq; si c ponat:nō necesse sit d terminū cōsequi. sed posito a quidē termino/c terminū:posito vero b termino terminum d esse necesse sit. Tunc enim eueniet/vt si posito a fuerit b:necesse sit c posito/subsequi d. vt si sint termini a homo/b medicus/c animatum/d artifex. Posito enim homine nō necesse est vt medicus sit:& cum sit animatum/nō necesse est vt sit artifex. At si homo sit: necesse est vt sit animatum.& si medicus sit;necesse est vt artifex sit. Hoc itaq; posito/eueniet vt si cum homo sit

medicus eſt: cum ſit animatum/ſit artifex. ¶Secunda propoſitio ita eſſe debet: vt a atq; b/item c atq; d/ præter ſe eſſe poſſint. ſed a præter c eſſe non poſſit: b autem atq; d ſimul eſſe non poſſint. Tunc enim eueniet vt ſi poſito a termino b fuerit: cõſequitur poſito c/non eſſe d neceſſe ſit. vt ſi ſit a homo/b nigrum/c animatum/d album. Homo namq; præter nigrum/& animatũ præter album: & eſſe/& nõ eſſe poſſũt. homo vero præter animatum: nigrum vero cum albo eſſe nõ poſſit. euenitq; vt cum ſit homo/ſit nigrum: cũ ſit animatus/nõ ſit albus. ¶Item tertię propoſitionis tales terminos eſſe oportebit/vt a præter b eſſe poſſit: c vero vel cum a/ vel cum d eſſe nõ poſſit. quocirca euenit/ vt ſi poſito a termino ſit b: negato c termino d eſſe neceſſe ſit. vt ſi ſit a quidem animatũ/b medicus/c inanimatum/d artifex. animatũ enim præter medicũ eſſe poteſt. inanimatum vero neq; cũ animato/neq; cum artifici iungi poteſt. itaq; ſi cum animatũ eſt/medicus eſt: cum inanimatũ nõ ſit/artifex eſt. ¶Quarta propoſitio his terminis contexẽda eſt/ vt a quidem cum b termino: c autẽ cum d vel eſſe/vel nõ eſſe poſſit. neq; vero a cum c/neq; b cũ d: vllo modo eſſe poſſibile ſit. Tunc enĩ euenit/vt ſi a poſito b ſubſequatur: negato c negetur etiã d. vt ſi ſit a homo/ b nigrum/c inanimatũ/d albũ. Homo quidẽ præter nigrum/inanimatũ vero præter album: & eſſe & nõ eſſe poteſt. neq; tamen homo cum inanimato/neq; nigrũ cum albo eſſe poſſibile eſt. ſi tamen cũ homo ſit/niger eſt: ſequitur vt cum nõ ſit inanimatum/ nõ ſit album. ¶Quintę propoſitionis hęc membra ſint: vt a præter b/& c præter d & eſſe/& nõ eſſe poſſint. ſed a præter c eſſe non poſſit: b atq; d nunq̃ ſimul eſſe poſſint/ita vt ſi alterũ non ſit/alterum eſſe neceſſe ſit. Tunc eueniet vt ſi a poſito b negetur: c poſito d ſequatur. vt ſi ſit a quidẽ homo/ b eger/c animatum/d ſanus. Homo quidem præter egritudinem/ animatum vero præter ſanitatem: & eſſe & non eſſe poteſt. ſed ſi homo ſit/ animatum eſſe neceſſe eſt: & ſi non ſit eger ſanum eſſe neceſſe eſt. Itaq; fiet vt ſi cum ſit homo/non ſit eger: cum ſit animatus/ſit ſanus.

¶Sexta propoſitio hos terminos habere deſiderat: vt a præter b/ & c præter d eſſe & non eſſe poſſit. Idem vero a præter c/& d præter b: eſſe non poſſit. Tunc enim eueniet vt ſi a poſito nõ eſt b: poſito c nõ ſit d. vt ſi ſit a homo/b artifex/c animatum/d medicꝰ. Homo enim præter artificium/& animatũ præter medicinam: eſſe & nõ eſſe poteſt. neq; vero homo præter animatum: neq; medicus præter artificium eſſe poteſt. Quo fit vt ſi cum homo eſt/ artifex nõ eſt: cum ſit animatum/nõ eſt medicus. ¶Septimę propoſitionis hi termini ſunt/ vt a quidem præter b eſſe poſſit: c vero neq; cum d/neq; cum a eſſe poſſit. b etiam cum c ſimul eſſe non poſſit. Ita namq; euenit vt ſi poſito a/ b etiã denegetur: negato c termino d etiam ſequatur. vt ſi a quidem ſit animatũ/ b ſanum/c inanimatum/d egrum. Animatum quidem præter ſanitatem & eſſe & nõ eſſe poteſt. inanimatum vero: neq; cum animato/ neq; cum egro conuenire poteſt. Quo fit vt ſi cum animatum eſt/ſanum non eſt: cum non ſit inanimatum/egrũ ſit. ¶Item octaua propoſitio his terminis copulanda eſt: vt a quidem præter b terminum eſſe vel non eſſe poſſit. c vero neq; cum a neq; cum d eſſe poſſit: ſed d præter b/eſſe non poſſit. Hoc enim pacto eueniet/vt ſi a poſito b denegetur: denegato c termino d terminus non ſit. vt ſi ſit a animatũ/b artifex/c inanimatum/d medicus. Animatum enim præter artificium & eſſe & nõ eſſe poteſt. inanimatum vero: neq; cũ animato/neq; cum medico euenit. medicus vero præter artificium eſſe nõ poteſt. Vnde euenit vt ſi cum animatum eſt/nõ ſit artifex: cum non ſit inanimatum/nõ ſit medicus. ¶Nona propoſitio fiet/ ſi a quidem atq; b ſimul eſſe non poſſint: c vero poſſit eſſe præter d/cum a vero eſſe nõ poſſit. Tunc enim eueniet/vt ſi negato a/b eſſe conſequatur: c poſito d ſequatur. vt ſi ſit a quidẽ inanimatum/b medicus/c animatum/d artifex. Inanimatum quippe medicus eſſe non poteſt. animatum vero poteſt non eſſe artifex. inanimatum vero atq; animatũ ſimul eſſe non poteſt. Quo fit vt ſi cum non eſt inanimatum/medicus ſit: cum ſit animatũ/ſit artifex. ¶Decimã propoſitionem tales termini copulabunt/vt a quidem præter b: at vero c præter d eſſe poſſit. ſed a cũ c/& b cum d eſſe non poſſit. Ita enim perueniet/vt ſi negato a eſſe b conſequatur: poſito c termino/d non eſſe neceſſe ſit. vt ſi ſit a inanimatum/b nigrum/c animatum/d album. Inanimatum quippe præter nigrum/& animatum præter album & eſſe & non eſſe poſſunt. ſed inanimatum cum animato/& nigrum cum albo eſſe non poſſunt ſimul. Sed ſi negatum fuerit inanimatũ/& conſecutum ſit nigrum: poſito animato album eſſe negabitur. ¶Item vndecima propoſitio ea ſit/vt neq; a cum b/neq; c cum d ſimul eſſe poſſit: a vero ſine c/& b ſine d eſſe non poſſit. Ita enĩ ſi cum ſit a negatum b ſequatur: cum c negabitur/d eſſe neceſſe eſt. vt ſi ſit a inanimatũ/ b medicus/c inuitale/d artifex. inanimatus quidem medicus eſſe non poteſt. quocirca ne inuitale quidem artifex. ſed qđ inanimatum eſt: non poteſt nõ eſſe inuitale. itemq; qui medicus eſt: non poteſt non eſſe artifex. Si igitur inanimatum negetur/& medicum eſſe conſequatur: cum negabitur eſſe inuitale/artifex eſſe conſequetur. ¶Duodecima propoſitio eſt quã talibus terminis conſtare oportebit/vt a quidem præter b: at vero c præter d vel eſſe vel non eſſe poſſit. a vero ſi-

ne c/& b cum d esse non possint.ita enim cadet vt si a negato b sequatur: c negato d etiam negetur.vt si fuerit a inanimatum/b album/c inuitale/d nigrum.inanimatum quidem præter album:inuitale autem præter nigrũ vel esse vel non esse potest. Si tamen inanimatum non sit/& sit album:cum inuitale nõ sit/non erit nigrum. ¶Tertiadecima propositio his terminis cõnectenda est: vt a quidem præter b/at vero c præter d esse possit. a vero atq; c/& b atq; d/ita simul esse nõ possint:vt si alterum eorum nõ fuerit/alterum esse necesse sit.ita namq; fiet/ vt si cum a negatum sit/b negetur:cum c affirmatum sit/d affirmetur.vt si sit a irrationabile/b egrum/c rationabile/d sanum.Irrationabile namq; præter egrum/& rationabile præter sanitatem esse potest.irrationabile vero atq; rationabile/& egrum atq; sanum simul esse non possunt: si tamẽ alterum eorum nõ fuerit/alterum esse necesse est.Itaq; fit vt si irrationabili denegato/egrum denegetur:rationali posito/sanũ ponatur. ¶Quartadecima propositio his texenda membris est: vt a quidem præter b/& c præter d esse possint.sed a atq; c/simul esse non possint: ita vt cum alterum non fuerit/alterum esse necesse sit.d vero præter b esse non possit. Fit igitur vt si cum sit a denegatum/b denegetur:cum sit c/non sit d.vt si sit a inanimatum/b artifex/c animatum/d medicus.inanimatum quidẽ præter artificem:animatum vero præter medicum esse potest.inanimatum vero cum animato non euenit:medicus ab artifice nullo modo separatur.Fit igitur vt si cum non est inanimatum/non artifex sit:cum sit animatum/nõ sit medicus. ¶Quintadecima propositio hos terminos habere debet/vt a quidẽ si nõ sit:c non esse necesse sit.b vero atq; d talia sint:vt altero eorum negato/alterum eorum esse necesse sit.Ita namq; fiet/vt si cum sit a denegatum/b negetur:cum negabitur c/affirmetur d.vt si sit a quidem irrationabile/b sanũ/c inanimatũ/d egrum.irrationabile quidem si nõ sit:non est inanimatum.sanũ autem atq; egrũ simul esse non possunt:& qui sanum negauerit/egrum necesse est affirmet.itemq; ediuerso. Est igitur vt si negato irrationabili/negetur sanum:negato inanimato egrũ ponatur. ¶Sextadecima propositio est quę his terminis cõstat:vt a quidem præter c/at vero d præter b esse nõ possit.a vero cũ b/& c cũ d:eẽ nullo modo possint. Euenit igitur vt si a quidẽ negato/negabitur b: denegato c/d terminus abnuatur,vt si sit a inanimatum/b artifex/c inuitale/d medicus.inanimatum præter inuitale/& medicus præter artificem esse non potest:inanimatum vero cum artifice/& inuitale cum medico esse nõ poterit.Si igitur negato inanimato/ negetur artifex: negato inuitali/negetur medicus. ¶Atq; hęc quidem ratio propositionum(quarum superius exempla descripsimus)iccirco intelligatur assumpta:vt earum natura clarescereti/nõ quo aliter termini inter se esse non possint.Nam(vt superius dictum est) non sufficit quolibet modo iungere terminos:vt fiãt hypotheticę propositiones ex duabus conditionalibus coniunctę. Neq; enim si quis dicat/si cum homo est/animal est:cum dies est/ lucet: talem fecerit propositionem quæ duabus conditionalibus constet.iccirco quia prior conditio/non est secundę causa cõditionis. Hęc igitur superius positarum propositionum ratio demonstrat:quemadmodum fit/vt conditio conditionem consequatur. quę cum ita sint/de earum dicendum est syllogismis. ¶Fit igitur ex prima propositione syllogismus hoc modo. Si cum est a/est b:cum sit c/ est d. atqui cum sit a:est b. cum igitur sit c:erit d. Vel ita/atqui cum sit c:non est d.cum igitur sit a:nõ est b.Posse vero hanc esse assumptionem:superius descripta propositionum natura demonstrat. ¶Item ex secunda propositione. Si cum est a/ est b: cum sit c/ non est d. atqui cum sit a: est b. cum igitur sit c:non est d. Vel ita.atqui cum sit c:est d.cum igitur sit a:non est b. ¶Ex tertia.Si cum sit a/est b:cum non sit c/est d.atqui cum sit a/est b.cum igitur non sit c:est d.Vel ita.atqui cum non sit c:non est d.cum igitur sit a:nõ est b. ¶Item ex quarta.Si cum sit a/est b:cum non sit c: non est d. sed cum est a: est b. cum igitur non sit c:non est d.Vel ita.atqui cum non sit c:est d. cum igitur sit a:non est b. ¶Ex quinta propositione fiunt quattuor collectiones.ita namq; termini ponuntur:vt vtrobiq; fiat rata conclusio hoc modo.Si cum est a/non est b:cum sit c/est d. atqui cum sit a:nõ est b.cum igitur sit c:est d.Vel ita.atqui cum sit a:est b.cum igitur sit c:non est d.Vel ita.atqui cum sit c:non est d.cum igitur sit a:est b.Vel ita.atqui cum sit c:est d.cũ igitur sit a:non est b. ¶Ex sexta.Si cum est a/ non est b: cum sit c/ non est d. sed cum est a:non est b.cum igitur sit c: non est d. Vel ita.atqui cum sit c: est d. cum igitur sit a:est b. ¶Ex septima item fiunt quattuor syllogismi hoc modo.Si cum est a/ non est b:cum non sit c/est d. atqui cum est a:non est b. cum igitur non sit c:est d.Vel ita.atqui cum sit a:est b.cum igitur non sit c: non est d.Vel ita.atqui cum non sit c:nõ est d. cũ igitur sit a:est b.Vel ita.atqui cũ nõ sit c:est d. cum igitur a sit:non est b. ¶Ex octaua propositione.Si cum est a/non est b:cum non sit c/ non est d.at cum est a:non est b.cum igitur non sit c/non est d.Vel ita.at cum non sit c:est d.cum igitur sit a:est b.Hactenus quidẽ de huiusmodi propositionibus/quę a esse proponebant/ atq; ita cęteros terminos affirmando negãdoq; variabant: ostendimus qui fierent syllogismi. Hinc ex

Syllogismorũ ex propositionib9 p̃dictis cõstitutorũ/ primus.

2

3

4

5

6

7

8

ijs propoſitionibus quinam ſyllogiſmi fiant dicendum eſt: quę ita ceteros terminos variant/ vt
a quidem non eſſe proponant. ¶Ex nona enim propoſitione fit ſyllogiſmus ita. Si cum nō eſt 9
a/ eſt b: cum ſit c/ eſt d. atqui cum non ſit a/ eſt b, cum igitur ſit c/ eſt d. Vel ita. at cum ſit c: nō eſt
d. cum igitur non ſit a: non eſt b. ¶Item ex decima. Si cum non eſt a/ eſt b: cum ſit c/ non eſt d. 10
at cum non eſt a/ eſt b. cum igitur ſit c: non eſt d. Vel ita. at cum eſt c: eſt d. cum non ſit igitur a:
non eſt b. ¶Ex vndecima propoſitione. Si cum non eſt a/ eſt b: cum non ſit c/ eſt d. at cum nō ſit 11
a/ eſt b. cum igitur non ſit c: eſt d. Vel ita. at cum non ſit c: non eſt d. cum igitur non ſit a: non eſt
b. ¶Ex duodecima propoſitione. Si cum non ſit a/ ſit b: cum non ſit c/ non eſt d. at cum non ſit 12
a: eſt b. cum igitur non ſit c: non eſt d. Vel ita. at cum non ſit c: eſt d, cum igitur non ſit a: nō eſt
b. ¶Ex tertiadecima propoſitione/ quę quattuor colligit ſyllogiſmos hoc modo. Si cum nō eſt 13
a/ non eſt b: cum ſit c/ eſt d. at cum non eſt a: non eſt b. cum igitur ſit c/ eſt d. Vel ita. at cum non
ſit a: eſt b. cum igitur ſit c: non eſt d. Vel ita. at cum ſit c: eſt d. cum igitur non ſit a: non eſt b. Vel
ita. at cum ſit c: non eſt d. cum igitur non ſit a: eſt b. ¶Item ex quartadecima propoſitione. Si 14
cum non eſt a/ non eſt b: cum ſit c/ non eſt d. at cum non eſt a: non eſt b. cum igitur ſit c: non eſt
d. Vel ita. at cū ſit c: eſt d. cū igitur nō ſit a: eſt b. ¶Quintadecima rurſus quattuor colligit ſyllo- 15
giſmos hoc modo. Si cū non eſt a/ nō eſt b: cum nō ſit c/ eſt d. at cum non eſt a: non eſt b. cū igi
tur non ſit c: eſt d. Vel ita. atqui cum nō ſit a: eſt b. cum igitur nō ſit c: nō eſt d. Vel ita. cum non
ſit c: non eſt d. cum igitur non ſit a: eſt b. Vel ita. at cum non ſit c: eſt d. cum igitur non ſit a/ non
eſt b. ¶Ex ſextadecima propoſitione. Si cum non ſit a/ non eſt b: cum non ſit c/ non eſt d. atqui 16
cum non ſit a/ non eſt b. cum igitur non ſit c/ non eſt d. Vel ita. atqui cum nō ſit c: eſt d. cum igi-
tur non ſit a: eſt b. ¶Ex quibus omnibus quadraginta concluſiones fiunt. Sexdecim quidē aſ- Modi om-
ſumpta prima conditione: ita vt in prima propoſitione eſt poſita. Sexdecim vero aſſumpta ſe- nium qua-
cunda conditione: contrario modo atq; in propoſitione eſt collecta. Octo vero ex quinta/ ſepti- draginta.
ma/ tertiadecima/ & quintadecima propoſitionibus fiunt: aſſumptis primis quidem cōditioni-
bus contrario modo atq; in propoſitione proferebantur/ ſecundis vero conditionibus eodem
modo aſſumptis vt in propoſitione fuerant collocatę. Vt igitur omnium propoſitionum cōclu
ſionumq; ratio clareſcat: omnes huiuſmodi enunciationes cum proprijs propoſuimus exēplis.

Si cum ſit a homo/ eſt b medicus: cum ſit c animatus/ eſt d artifex.

Si cum ſit a homo/ eſt b niger: cum ſit c animatus/ non eſt d albus.

Si cum ſit a animatum/ eſt b medicus: cum non ſit c inanimatum/ eſt d artifex.

Si cum ſit a homo/ eſt b nigrum: cum non ſit c inanimatus/ non eſt d album.

Si cum ſit a homo/ non eſt b eger: cum ſit c animatus/ eſt d ſanus.

Si cum ſit a homo/ non eſt b artifex: cum ſit c animatus/ non eſt d medicus.

Si cum ſit a animal/ non eſt b ſanus: cum non ſit c inanimatus/ eſt d eger.

Si cum ſit a animatus/ non eſt b artifex: cum non ſit c inanimatus/ nō eſt d medicus.

Si cum non ſit a inanimatū/ eſt b medicus: cum ſit c animatum/ eſt d artifex.

Si cum non ſit a inanimatum/ eſt b nigrum: cum ſit c animatum/ non eſt d album.

Si cum non ſit a inanimatus/ eſt b medicus: cum non ſit c inuitale/ eſt d artifex.

Si cum non ſit a inanimatum/ eſt b album: cum non ſit c inuitale/ non eſt d nigrum.

Si cum non ſit a irrationale/ non eſt b eger: cum ſit c rationale/ eſt d ſanum.

Si cum non ſit a inanimatum/ non eſt b artifex: cū ſit c animatum/ nō eſt d medicus.

Si cum non eſt a irrationale/ non eſt b ſanum: cum non ſit c inanimatū/ eſt d egrum.

Si cum nō ſit a inanimatum/ nō eſt b artifex: cum nō ſit c inuitale/ nō eſt d medicus.

¶Ac de ijs quidem qui per connexionem fiunt hęc dicta ſunt. Ij vero qui in diſiunctione ſunt Syllo-
poſiti: illis videntur adiuncti/ eorumq; modos/ formaſq; ſuſcipiunt quos ſuperius in connexio- gi diſiū-
ne poſitos/ ex ijs propoſitionibus fieri diximus/ quę duabus ſimplicibus iungerentur. Si igitur ctiui imitā-
in diſiunctione propoſitarum propoſitionum ad cauſarum ſimilitudinem demonſtraueto/ quę tur cōditio-
in connexione poſitæ ex ſimplicibus copulatę ſunt: quot modi/ qualeſq; concluſiones ſunt in nales ex
vnaquaq; illarum/ quę per connexionem fiunt propoſitionum: tot etiam in ijs eſſe neceſſe eſt q̄ ſimplicib⁹.
per diſiunctionem pronunciatę eandem vim connexis habere moſtrantur. Quattuor igitur ſu
perius differentias per connexionem enunciatarum propoſitionum eſſe diximus: ſi ex ſimpli-
cibus propoſitionib⁹ copularētur hoc modo. Si ē a: ē b. ſi nō eſt a: nō eſt b. ſi ē a: nō ē b. ſi nō eſt
a: ē b. Per diſiunctionē quoq; propoſitiones: quattuor tenēt differētias hoc modo. Aut eſt a: aut
eſt b. aut non eſt a: aut non eſt b. aut eſt a: aut non eſt b. aut non eſt a: aut eſt b. Quarum qui-

dem ea prima quę proponit aut eſt a/ aut eſt b: in iſs tantum dici poteſt/ in quibus alterum eorum eſſe neceſſe eſt. velut in contrariſs medietate carentibus. ſimiliſq; ei eſt propoſitioni/ quę dicit. ſi non eſt a: eſt b. quę enim proponit aut eſt a/ aut eſt b: id intelligit neq; ſimul vtraq; eſſe poſſe/ & ſi alterum non fuerit/ conſequi vt ſit alterum. Itaq; ſi non ſit a: erit b. ſed hoc vna eſt earum propoſitionum: quę in iſs quę per connexionem fiunt/ ſuperius numerauimus. Quicunq; igitur ſyllogiſmi in ea propoſitione fiunt/ quę eſt ſi non eſt a/ eſt b: ij etiam in ea faciendi ſunt/ quę per diſiunctionem proponitur. vt cum dicimus aut eſt a: aut eſt b. Fiunt autem in ſuperiore quattuor modis. Quamlibet enim partem propoſitionis aſſumpſeris/ ſiue precedentem/ ſiue etiam conſequentem/ ſiue negatiuo modo/ ſiue affirmatiuo: facies ſyllogiſmum. Nam ſi hęc propoſitio ſit ſi non eſt a eſt b: ſiue non ſit a erit b/ ſiue ſit a non erit b/ ſiue non ſit b erit a/ ſiue ſit b non erit a. In propoſitione quidem diſiunctiua idem eſt. Nam cum dicitur aut eſt a/ aut eſt b: ſi quidem a fuerit/ b nō erit. q; ſi a non fuerit: b erit. & ſi b nō ſit: erit a. ſi b fuerit: nō erit a. Id quoq; tali declaratur exemplo. Nam ſi ſit propoſitio/ aut eger eſt/ aut ſanus: quicquid horum in aſſumptione aſſumptum fuerit/ vel negatum/ altera pars vel affirmabitur vel negabitur hoc modo. Nam ſi ſanus eſt: non eſt eger. ſi non eſt ſanus: eſt eger. ſi eger eſt: non eſt ſanus. ſi non eſt eger: eſt ſanus. ¶ Item ea diſiunctiua qua proponebatur aut a non eſt/ aut b non eſt: fit quidē de iſs quę quolibet modo ſimul eſſe non poſſunt/ etſi non alterum eorum eſſe neceſſe ſit. ſimiliſq; eſt ei propoſitioni connexę per quā ita proponitur: ſi eſt a/ non eſt b. Quę enim ſic enunciat/ aut nō eſt a/ aut non eſt b: id nimirum ſentit q; ſi a ſit/ b eſſe non poſſit. id ita probatur. Cum enim proponitur hoc modo/ aut non eſt a/ aut non eſt b: ſi aſſumatur eſſe a/ nō erit b. quocirca ei propoſitioni connexę ſimilis eſt quę ita enunciat ſi ſit a/ non eſſe b. In hac vero propoſitione duę tantum complexiones ſyllogiſmos creabant. Nam ſi eſſet a non erat b/ & ſi eſſet b/ non erat a: ſi cū non eſſet a/ non neceſſe erat eſſe vel non eſſe b. ſiue autem non eſſet b: non neceſſe erat eſſe vel non eſſe a. Quocirca & in diſiunctiua propoſitione totidem ſyllogiſmos eſſe neceſſe eſt: totidem vero incollectibiles complexiones. nam cum ita proponitur aut non eſt a/ aut non eſt b: ita dicitur. ſi ſit a: non erit b. ſi ſit b: non erit a. Siue autem non ſit a: non neceſſe erit eſſe/ vel non eſſe b. ſiue non ſit b: non neceſſe erit vel eſſe vel non eſſe a. velut in his apparet exemplis. Si enī quis dicat aut non eſt album/ aut non eſt nigrum/ ſed aſſumat atqui eſt album: non erit nigrum. vel rurſus atqui eſt nigrum: non erit album. Siue autē album non eſſe aſſumpſerit: non neceſſe erit eſſe vel non eſſe nigrum. ſiue nigrum non eſſe aſſumpſerit: vt ſit vel non ſit album/ nullā faciet neceſſitatem. ¶ Item ea propoſitio per quam ita proponitur aut ē a/ aut non eſt b: dicitur quidem deſinere adherētibus. proponiturq; in iſs propoſitionibus quę a maioribus ad minora tēdunt. ſimiliſq; eſt ei propoſitioni connexę: quę dicit. ſi non eſt a: non eſt b. Nam q̄diu dicit/ aut eſt a/ aut non eſt b: ſi aſſumat atqui non eſt a/ modis omnibus non erit b. Si igitur non ſit a: non erit b. id enim hęc diſiunctio præmittebat. In hac vero ſi quidē a negaretur/ vel b affirmaretur: hoc fiebat aliquis ſyllogiſmus. Siue autem a affirmaretur/ ſiue b negaretur: nulla erat in concluſione neceſſitas. idem prouenit in diſiunctis. Nam cum proponitur aut eſt a/ aut non eſt b: ſi quidem non ſit a/ non erit b. ſi vero ſit b: erit a. Q; ſi ſit a/ vel non ſit b: nichil eſt neceſſariū. Id vero in his terminis approbatur. ſi quis ita proponat aut animal eſt/ aut non homo: ſi nō ſit animal/ non erit homo. ſi homo ſit: animal eſt. ſiue autem animal ſit: non neceſſe eſt eſſe hominē. ſiue homo non ſit: non neceſſe eſt animal interire. ¶ Ea vero propoſitio quę dicit/ aut nō eſt a/ aut eſt b: in iſs quæ ſibi adherent propoſitioni poteſt/ & a minoribus ad maiora contendit. & eſt ſimilis ei propoſitioni connexæ quę dicit. ſi eſt a: eſt b. Nam cum ita quis enunciet: ſi quidem aſſumatur eſſe a/ ſtatim conſequitur vt ſit b. Sed in hac propoſitione ſi quidem affirmetur eſſe a: conſequetur vt ſit b. Q; ſi negaretur b: ſequebatur vt non eſſet a. Siue autem negaretur a/ ſiue affirmaretur b: nichil neceſſarium videbitur accidere. Et in ea igitur propoſitione diſiūcta quę dicit/ aut non eſt a/ aut eſt b: ſi quidem fuerit a/ erit b. ſi non fuerit b: non erit a. Siue autē non ſit a/ ſiue ſit b: nulla eſt neceſſitas ſyllogiſmi. vt in hoc declaratur exemplo. aut non eſt homo: aut animal eſt. Si igitur aſſumamus atqui eſt homo: erit animal. ſi negemus eſſe animal: non erit homo. Si autem hominem negemus/ vel animal affirmemus: nichil neceſſarium euenit. Quocirca ex iſs quę ſuperius dicta ſunt declaratur/ quot diſiunctarum propoſitionum ſyllogiſmi ſunt: vel quibus ab iſs quę connexæ ſunt differentiis ſegregentur. Quæ enim connexæ ſunt: quędam in eo qđ eſt eſſe vel nō eſſe conſequentiam monſtrant. quæ vero per diſiunctionem proponuntur: ita ſunt/ vt ſibimet conſentire non poſſint. Inuenias quoq; per connexionē propoſitiones/ quæ id intelligi volunt: vt a ſe nequeant ſeparari. vt cum ita proponimus ſi eſt a/ eſt b: id nimirum hæc propoſitio intelligit q; ſi eſſe poterit a/ ſtatim conſequitur vt ſit etiam

b.Nulla vero earum quę in diſiunctione ſunt ita proponitur: vt ſimul eſſe videantur. Cum enī dicimus aut eſt a/ aut b eſt /aut eaſdem propoſitiones quolibetmodo alio variamus:id aut coniunctio quæ diſiunctiua ponitur / ſentit ſimul eas eſſe non poſſe. Et cum late earum pateat differentia:iccirco nunc de eiſdem pauca ſubiunximus/ quoniam totidem ſyllogiſmos fieri dicebamus in iis propoſitionibus quę per diſiunctionem fierent/ quot etiam fierent in connexis. Et quoniam de omnibus quoquomodo poſſint fieri/ hypotheticis ſyllogiſmis ſufficienter dictū eſt: hic operis longitudinem terminemus.

¶SECVNDI LIBRI IN HYPOTHETICOS CONDITIONALESVE SYLLOGISMOS FINIS.

¶HERMOLAI BARBARI PATRICII VENETI ZACHARIAE EQVITIS FILII IN PARAPHRASIN THEMISTII PERIPATETICI PRAEFATIO AD SIXTVM. IIII.PONT.MAXIMVM.



VI TIBI Studiorum ſuorum opera nuncupant pontifex ſumme Sixte quatte: alij id agunt vt te vtcunq; ſibi promereantur/ alij vt fructum aliquem ſentiant iudicij tui de ſe/ alij vt abs te tantum probentur/ alij ob alias cauſas. Ego vero hæc tibi dedico:tum vt meam in te obſeruātiam præſertimq; Zacharię patris qui iſtic ad te pro Venetis agit legatus agnoſcas/tum vel maxime vt te pro fide ea (quę a me tibi vt principi meo debetur) ſumma/ inſtituti illius tui præclari & diuini commoneam/ q; protinuſq; creatus pontifex es/ flagrantiſſi me amplexus videris adiuuandi prouehēdiq; litteras, quę proculdubio ſine authoritate & diligentia doctiſſimi principis: aut interituræ penitus videbantur/ aut ad priſtinam barbariem redituræ. Nam & ingenia vndiq; conduxiſti:& bibliothecā opulentiſſimam ære tuo impenſaq; publicaſti. Nunc te obſecrant obteſtantuſq; bonę omnes artes:ne (quę tuæ maximę occupationes ſunt) negligentiuſcule in poſterum habeantur. Errant qui credunt grauius eſſe cum quibuſuis hoſtibus:q̄ cum imperitis & indiſertis bellum. Inteſtinum hoc/ & intra parietes/ ac perpetuum: illud externū temporariūq;. In eo libertas/imperium/ vita ſub alea eſt: in hoc labes animi certa. Per illud deſinas viuere vt res peſſime cedat: per hoc viuas omnino/ ſed viuas non homo. A barbaris/a feris/a vulgo differimus:q; litteras habemus/illi non habent. Cæteris vincimur. tolle hoc diſcrimen:deteriores ſimus q̄ barbari/q̄ ferę/q̄ vulgus. Hoc tibi (qđ cępiſti) ſpectandū idētidem prędūmq; aſſidue propoſitū eſt. Nullę ſint cogitationes tuę tam multę/ tam arduę: quę curam tibi hanc aut excutiant aut offundāt. Sub Nicolao principe exerere ſe ac reuireſcere ſtudia cæperunt: niſi tu (quod facis) facere perſeueres / neceſſe eſt conſeneſcant denuo atq; decedant. Igitur Themiſtium e familia Ariſtotelis elegantem philoſophum: ad te in latinum ſermonem conuerti/ ratus non ingratiſſimam tibi rem me facturum/ ſi philoſophia ea (quę de natura eſt) latinis litteris quanta modo legitur in ſcholis contineretur. Videbam nichil inculcius/horridius/ineptius:q̄ partem iſtam litteraturę haberi. Placuit periclitari in Themiſtio: an iſtęc quoq; proprietatem & lucem Rhomanæ linguæ reciperent.

OPpido q̃ laboratũ michi in hac interprætatione eſt: non tam q; nichil iuuari ab ijs authoribus potui/ qui Ariſtotelem cõmentati fœde ac barbare pridem ſunt/ q̃ q; ne ab illis quoq; qui ætate noſtra latinam eloquentiam profeſſi/ græca eius philoſophi commentaria tranſtulerunt. Horum plerique dum alienam inſciti am inſectantur: ſuam prodidere. Adeo omnia ab his peruerſe deprauateq; ſũt perſcripta: vt ſi quis interprætationes eorum cum illis veteribus conferat quas reprehendũt/ vel in aliqua Ariſtophanis libra/ aut Critolai appenſas examinet/ vtræ earum vergant internoſci non poſſit. Percenſerem ſigillatim quæcunq; peccaſſent: niſi plura eorum eſſent errata q̃ verba. Alioqui non inceſſendi quem q̃ lacerandiue ſtudio: ſed iuuandi bonas mentes hęc ſcribimus. Magnam incomparabilemq; iacturam non pridem fecimus pontifex maxime in Theodoro Gaza: qui vir græcus latinos omnes in hoc munere ſcribendi interprætandiq; ſuperauit. Is ſi diutius vixiſſet: linguam latinam hac quoq; parte locupletaſſet. Quod & fecit in libris illis abſolutiſſimis de animalibus Ariſtotelis/ & Theophraſti de ſtirpibus. Hic vnus michi certare cum vetuſtate ipſa viſus eſt: hunc michi quem colerem/ quem imitarer propoſui/ ab huius ſcriptis adiutum me & fateor & prædico. hunc ego non magnopere incurioſus legi: q̃ Marcum Tullium/ Plinium/ Columellam/ Varronem/ Senecam/ Appulegium/ & cęteros/ quos in hoc genere commẽtandi diligenter euoluere/ neceſſarium eſt. Ne ille quoq; minimus labor noſter fuit: q; in his libris vertendis/ non modo non expreſſimus verbum e verbo (qđ interpretes non indiſertos ſolere Cicero meminit) ſed libere & tranſlationibus & figuris & tropis vſi ſumus ad morem Rhomanum ſenſibus ſtantibus. Luſimus arbitratu noſtro: ſed ſententiam integram dedimus authori. Tantum vero abeſt/ vt aliquid prætermiſerimus diſſimulauerimuſue: vt illud periculũ ſit/ ne q; eruditioni impenſæ ſtuduimus/ addidiſſe aliqua potius q̃ detraxiſſe inuiſoribus videri poſſimus. In plenum non tam latinum reddere Themiſtium q̃ certare cum eo volui. Hęc enim laus (vt ille ait) linguę latinæ eſt: vt grecam proprietatem & gratiam in tranſferendo aut æques/ aut etiam antecellas. Hoc me non dico aſſecutum fuiſſe: ſed crimen meum confiteor. laboraui plane hoc ambitu: ſed an effecerim quod quercbam/ alij iudicent. ipſe certe mea nec magnifacio nec probo. Sed quid te princeps humaniſſime oratione longa detineo? finem faciam ſi quędam de Themiſtio dixero. Is Libanij ſophiſtæ & Iuliani cæſaris temporibus floruit. A quibuſdam abbreuiator creditus Alexandri ex Aphrodiſiade eſt: ſed falſo. Nã & ab eo diſſentit haud timide: quom collibuit & ab ordine ac ſerie eius euariat. Prętereа ipſemet ſe paraphraſten Ariſtotelis facit. Eſt autẽ paraphraſis exercitamenti apud rhetoras genus. Ea finitur a græcis hoc modo: vt ſit quę narrationi proportione reſpondeat. aut ſic/ in qua vertimus aliorũ ſcripta/ non in alia quę humiliora grandioraue ſint/ vt a metaphraſi differat: ſed in paria ſenſu modo ſeruato. qđ & Fabius duobus locis ſic explicat. Tum mutatis verbis interprætari/ tum paraphraſi audacius vertere: qua & breuiare quędam & exornare ſaluo modo ſenſu dimittitur. quod opus conſummatis profeſſoribus difficile/ qui commode tractauerint cuicunq; diſcendo ſufficient. Alio item loco. Sed & ipſis (inquit) ſententijs addicere licet oratorium robur & omiſſa ſupplere & effuſa ſubſtringere. Neq; ego paraphraſin eſſe interprætationem tantum volo: ſed circa eoſdem ſenſus certamen atq; æmulationem. Dictus eſt & a quibuſdam ecphraſtes. Eſt autẽ ecphraſis mera puraq; enarratio. Quod ergo diximus inter initia doctiſſime Pontifex: ſuſceptum abs te patrocinium litterarum ne deſere. cum dico litteras: philoſophiam intelligo/ quæ coniuncta cum eloquentia ſit. In te eruditio ſumma: & ſumma fortuna. Facile ſperare poſſumus tẽporibus tuis futurum: vt recta ſtudia volente te (nam potes/ nec alius poteſt) ad dignitatem priſtinam reuocentur. Vale. Venetijs. M.CCCC.LXXX.

Quid paraphraſis.

¶THEMISTII EVPHRADAE PERIPATETICI NOBILISSIMI PARAPHRASIS IN POSTERIORA ANALYTICA ARISTOTELIS: INTERPRETE HERMOLAO BARBARO PATRICIO VENETO. V. CLARISSIMO.

¶PROLOGVS.



ACTVRVM me ſuperfluo iuxta perãbitioſeq; ſentio: ſi Ariſtotelicarũ cõmẽtationũ/ poſt tales tãtoſq; authores interpretationem iuſtam aggrediar, preſerti quom haud temere multa iuenias: q̃ illi peride nõ dixerit, alioq̃ (vt omiſſa pauca ſarcias) tãtũ laboris a capite retexere: ſimile feceris/ ac ſi Phidię Mineruã reformare de integro vniuerſã iſtituas/ vt aut amẽtũ ſoleis/ aut anſulã crepidis/ aut ligulã baſeis/ aut qd aliud pauxillum/ qđ ſubſultet reponas. q; ſi p̃termiſſã moroſitate diſputationis/ ſũmas rerũ p cõfectaria collegero/ hiſq; limatã et cõpẽdiariã enarrationẽ adiũxero/ breuitatẽq; et ſeriẽ philoſophi ex ſũmis viribꝰ p̃ſecutꝰ imitatuſq; fuero: videbor vtiq; rem nec vulgatã neq; ad modũ inutilẽ noſcẽtibus hęc paraſſe, qđ genus exploratæ vtilitatis ijs erit: q aliquãdo libros Ariſtotelis legerint, vt quom p̃pter p̃lixitatẽ explanationũ repetere ſẽp/ atq; adire illas non poſſint: habeãt ſaltẽ aliquid quo ſe cõferentes (in memoriã facile reuocẽt, quorũ ſe repens forte obliuio tenuiſſet. Hac igit̃ forma (qua dixi) primũ iſtitutionẽ eam quæ poſteriorũ analyticorũ ideſt reſolutoriorũ inſcribit̃: ingreſſi ſumus exponere, qđ quidẽ laboris noſtri auſpiciũ ſtatĩ tibi dicauimus nũcupauimuſq; cũ vt ad exq̃ſitiorẽ doctrinã tibi aliquid opis vſuſq; cõferremꝰ/ tũ vel maxime/ vt hoc quaſi donario/ admonitꝰ eſſes amoris erga te noſtri. Equidẽ in cõmẽtarijs his neq; diſſimulatũ iri opinor: neq; ignoratũ ſicubi deceſſũ de via ẽ. Quom enim pleraq; Ariſtotelis ſcripta/ quaſi de cõpoſito caligine quadam offuſa oppletaq; habeanť: illud potiſſimũ ope hoc intelligit̃/ cũ ob ipſũ genꝰ locutiõis/ qđ (ſi aliubi) maxie præſtũ hic præciſũq; eſt: tũ ob capita quæ nullo ordine viſunť diſpoſita, q̃obrẽ ab ijs qui hęc cognoſcẽt ipetrãda venia ẽ: vti ne dãnẽt ſi qua liberiꝰ exornauero ãpliaueroq;. Nec enī totidẽ verbis exigi poſſũt obſcura, aut ſiq̃ paulo audaciꝰ vertero cõmutaueroue: qđ facere oportet/ vt capita rerũ cõtinẽtius et cohibiliꝰ collocenť, q; ſi quædã quoq; breuiauero: cauſæ ſunt qbꝰ ĩ eo coargui aut taxari non poſſim. Nã quæ tametſi artificioſã ſeorſũ contẽplationẽ habere poſſũt/ nõ multũ tamen cõducunt ad peritiã demõſtrandi: ineptiſſimus ſim ſi oratiõe longa circũloquar. Alioq cui propoſitum ſit: quæ ad hoc negociũ pertinẽt/ nõ ſcrupuloſe et anxie ſed leuiter et cõmode perſequi.

Antiquitatis emulator/ his vtiť quom quoius/ quoi/ aliquoius/ aliquoi/ quor: locoharũ dictionũ ſcđm p̃ſentẽ orthographiam cũ/ cuiꝰ cui/ alicuiꝰ/ alicui/ cur.

¶ANTEQVAM QVID SCIATVR PRAENOSCERE ALIQVID OPORTERE. Cap. I.



Vicũq; ad aliquã intellectualem doctrinã aut diſciplinã accedunt: neceſſe eſt principia quædã naturalia teneãt/ per quę aliquid de ijs quorũ amplexuri ſcientiam ſunt prænoſcant. Nõ enī omnia accipere poſſumus a docẽte: ſed aliqua ſunt quæ quaſi ſuppetias ad diſcẽdũ/ domo afferre oportet/ ſine quibus fruſtra aditũ in ſcholas feramus. Proinde docemur a geometra p̃ctum eſſe quoius nulla pars ſit, ſed anteq̃ doceremur: cõpertũ habuimꝰ qđ noĩe partis indicaretur. Arithmeticus mõſtrat numerũ imparẽ eſſe qui ſecũdũ inęqualia diuidatur: ſed nos quid eſſet inæquale præſciuimus. Nõ ſolũ autem doctrinas diſciplinaſq;/ ſed artes quoq; anticipatiõe iſta conſequimur. Diſcimꝰ ædificare: ſed non anteq̃ qđ lapides/ quid intritum/ quid maceries eſſet noſſemus. Diſcimus dẽpſare pelles et ſutoriã facere: ſed tum demũ quom et quid eſſet corium/ & quid culter/ et quid ſubula perceptũ nobis eſt. Eodẽ modo fabrica nauium excuſoria/ ſtatuaria/ textoria/ poſtremo omnis vtenſilũ peritia: ſuis quęq; præſumptionibus et antegreſſionibꝰ cõdiſcũtur. Maxime vero ratio hæc manifeſta ĩ earũ artibꝰ eſt/ quę ſermocinales dicũtur: quales qui rhetores et dialectici/ profitentur. Dialectici ſyllogiſmo agunt et inductione: rhetores/ qui et ſophiſtę vocantur/ cõmẽtationibus et exẽplis in vtroq; genere neceſſe eſt quædã aut ſingularia aut aſſumptiones aut ſimilia cognoſci anteq̃ explorata cõcluſio ſit. Cæterũ nõ modo qui ab alijs inſtituũtur/ ſed et qui ipſi a ſe iueniũt: ex initijs quibuſdã non dubijs ad id quod dubitatur quærendũ et demõſtrandum/ mouentur. Q; ſi hæc vera ſunt: neceſſe eſt omnem rationalẽ doctrinam diſciplinãq; ex notitia aliqua antecedenti/ et quaſi præcurrenti cõtingere. Nec perturbent nos que ſenſu percipiunť: quippe quę nulla cognitio præeat quandoquidẽ hęc neq; per diſciplinam/ neq; per aliquã inſtitutionem intellectualem noſcuntur.

¶DVAS ESSE PRAENOTIONES VT SIT, ET QVID SIT. Cap.II.



N quibus itaq; prenoſcere neceſſe ē: in his dupliciter cōtigit prenoſcere. Aliqua enī q; ſunt, ſiue vt ſint: neceſſariū eſt p̄ſumere. aliquorū qd nomē ſignificet: oportet præſcire. Nā q̄rentib⁹ quāobrē a magnete ferrum trahatur: p̄noſcendū eſt, ferrū a magnete trahi & mores pati ſolere. Queretes item, quidnā motus tēpuſue ſit: exploratū habere debemus cognitione, q; ſunt. In quibus vero id ſciſcitamur docemurq;: ſint, nō ſint (verbi gratia: ſint, nō ſint dij, ſit, non ſit prouidētia) in iſs neceſſe ē qd vocabulo indicetur p̄noſſe. Adeo ſcire rem eſſe ipoſſibile ē: niſi ſciuerim⁹ qd eius rei nomine deſigneť. cōtra fieri poteſt vt ſciatur quidē, quid nomen rei ſignificet: ſed neſciatur an ſit. Nemo enī eſt qui ignoret, qd Scille, quid Hippocētauri appellatio denotet: ſed an ſint, dubitare & ignorare omnes videtur. Nec enim putādū eſt, idem eſſe ſignificatū nominis: & id qd ſub hoc verbo quid ſit rei eſſe, intelligitur. ſed duo hęc interſtitio inſigni diſſentiunt. Nā ſignificata omniū vocū etiam iperitiſſimis & vulgo ſunt perſpecta. Neq; enī vllū tam ſtupidū manciptū eſt, modo eadem nobiſcū lingua ſit: qd audiēs hominē rogari, equum adducat, aut arculam poſci, caligam afferat. quid tamen illæ res ſint, & qd illis eſſe: non niſi exercitatiſſimis facile traditu depromptuq; eſt.

Mores pati ſolere: morem gerere, obſequi, parere.

¶CONCLVSIONEM ANTEQVAM DEMONSTRATIONES, PARTIM SCIRI, PARTIM NESCIRI. Cap.III.



X iſs quę modo diximus: patere intuitu poteſt iter cognoſcere & diſcere, nōnullā cōſtitui differētiā oportere. Qui cogniturus aliqd ē: p̄noſſe aliqd debet. qui cōdiſcit: poteſt cōtigere, vt nichil p̄noſcat. Pręterea cognoſcuntur q̄ prius quodā genere ſcieris: diſcūtur ſępe numero q̄ neſcieris, ſed ſimulatq; diſcūtur obiter & ſciunť. quoiuſmodi ſunt ea q̄ ſub vniuerſali aliquo: quotus noticiam ante habueris, cōtinenť. Nā q ſcit omne triāgulū duobus rectis pares habere angulos interiores, nec ſciat hoc triāgulū eſſe, qd hac ſcæda delineatū ſit: quom primū oculos ad hoc triāgulū cōiecerit, ſtatim vtiq; agnoſcet & diſcet. nō tamē eodē modo agnoſcet & diſcet: ſed diſcet triāgulū eſſe, agnoſcet duob⁹ rectis pares habere. Nā triāgulū eē nūc demū vidit, dicitq;: ſed habere hoc duob⁹ rectis pares, ī illo vniuerſali pridē cognouit. Quom enī cognitio deſignati huius triāguli duo hęc regrat, & vt triāgulus eſſet, & vt duob⁹ rectis ę̄les habere intelligatur: primū ideſt triāgulū eē, vſurpamus cōſpectu atq; ita diſcimus. alterū ideſt duob⁹ rectis ǣles habere: ſyllogiſmo cōplectimur. qppe ad qd ſenſus aliq non poſſint attigere: ſed mēs & demōſtratio. Demōſtratio aūt citra cognitionē vniuerſalis nō cōſiſtit. Quom enī omni triāgulo affectio illa inſit duob⁹ rectis pares habere tris āgulos: quoniā hoc qd cernī ē triāgulus, continuo duob⁹ rectis pares habeat, neceſſe ē. Proinde ſi deſcriptus ī abaco triāgul⁹ occultať: partē fateberis neſcire, hoc ē an hic duobus rectis pares angulos habeat. Quia neſcias vtrū vſpiam triāgulus ſit: partē nō fateberis, qa de illo in cōmuni & vniuerſaliter noueris. quapropter captiones illæ q̄ ab authoribꝰ ſuis ſenticoſę cōfragoſęq; appellātur: ptimeſcēdæ aut defugiēdæ nō ſunt, ſed his fidēter cōferēd⁹ pes ē. ¶Noſtin oēm binariū parē eē, annuēte hoc te: at hic (inquiūt) quē intra pugnū cōdimus, nec binariū noſti eſſe, nec parē. Eo fieri: vt eādē rē ſcire & neſcire dicaris. Sed poſtremū hoc cōcedi poteſt, neq; abſurdum eſt. noui vniuerſalē affectionē binarij: an vero vſq̄ binarius ſit, ignorare poſſum. nō q; id (qd ſcio) ignorē: ſed q; ſciā qdē ī vniuerſum, ſed ſigillatim ignorē. Exēpli gratia, ſcio omnē hoiem aial eſſe: ſed eū q Sardis inābulet, neq; hominē eſſe neq; aial ſcio. Non enī eo modo diluēdū ſophiſma ē: quo multi conātur q negant ſe binariū ſcire parē eſſe, ſed fatētur ſcire omnē quē binariū eſſe intelligāt. Solutio hęc periculoſa cōtrouerſaq; eſt. Nā illa proculdubio nobis ſciuntur: quorū approbationē demōſtrationēq; aut habemus aut accępimus. at accępimus nō cū iſta adiunctione videlicet eum binariū eſſe parē, quem nos binariū eſſe nouerimus: ſed ſimpliciter abſoluteq;. Nam demōſtrationes de omni binario & de omni triangulo promiſcue ſolent conſtitui. Et (hercules quantum mea fert opinio) nichil vetat: quin ea quę diſcimus, partim ſcire, partim ignorare poſſumus. Itē ex his partim p̄noſſe: partī quęrere & ſcrutari cōtingat. ¶Eadē ratione ratio Platonis refellitur: quę poſita ē in illo libro q ab eo inſcribitur Memnō. Ibi nititur oſtēdere omnem inquiſitionē impoſſibilem videri: argumento q; neceſſe ſit eū qui inqrit, id inquirere qd neſciat, ī qd ſi caſu aliquo inciderit offēderitue, nō animaduertat nec recognoſcat id eſſe qd quærebat. q; ſi omnis inqſitio gratia diſcēdi ſuſcipitur, inquirere vero nemo poſſit niſi cognoſcat: alterū duorū relinqtur, aut nos nichil omnino diſcere, aut ea diſcere, q̄ antea ſciebamus. Ira enī demū venire quē in cognitionem rei aliquoius liceret: ſi intelligatur ea res eſſe, quā quęrebat. Quēadmodū & ſeruū fugitiuū, quotus nec formā nec indutia aliqua, quibus habeat cognoſci, detineas: nunq̄ neq; inue-

Scæda charta.

Et hercules hoc gētiliti um iuramē tū Chriſtiana ſentētia ſtultū: Themiſtio tribuamus, non Hermolao, nulli tamē

ſtigare poſſis/ neq; a fuga retrahere. quē vero de facie cognoſcas: & inq̄rere & iuenire facile ſit. Huic rationi vel cauillo/ potius videtur Plato manus dediſſe. Nā & fatetur ea nos diſcere quæ ſciamus: atq; hoc qđ quis videtur doceri/ nichil aliud eſſe q̄ recordari & reminiſcēdo cognoſcere. Nos vero differre iſta plurimū dicimus. Nā poſſunt addiſci q̄ prorſus ignores: cognoſcūtur q̄ ante cognoueris. Nec quicq̄ prohibet/ quomin9 is qui diſcit/ ſciat ea q̄ diſcit: ſed alio vtiq; atq; alio modo/ vt dictū ptius ē. Sicut nichil obſtat/ quin omnis doctrina diſciplinaq; ex principijs quibuſdā cōfeſſis & cōpertis euadat: quę ad id qđ incōfeſſum incōpertūq; eſt/ perducāt. Ac per hęc docuimus an quęri & demonſtrari aliquid poſſit: nunc quid ſit demonſtratio perſequendū.

loquendo imitādū. qđ ſi cui elegās eſſe videt: deo barbar9 ille ē/ cui maxime & vitæ & ſermonis vera elegātia placet. vera igitur elegātia non eſt/ ſed vana. faceſſat ergo/ & Chriſtiano obſoleſcat ab vſu.

¶QVID SIT SCIRE/ ET QVID SIT DEMONSTRATIO. Cap.IIII.

VErbum ſcire/ bifariam dicitur: latius/ pręſſius. Latius: quom omnē noticiā/ qualiſcūq; ea ſit/ ſiue de ſolis accidētibus rei/ ſiue alia ratione q̄ſita/ ſcientiā vocam9. Pręſſius: quom cauſam illā tenere credimus a qua res vt ſit habet/ & quæ cauſa eſſe cognoſcitur/ nec putamus id aliter eſſe poſſe ac ſit. Hęc propria/ hęc ſimplex & abſoluta ſcientia eſt. Inditiū: q̄ omnes qui aliquā ſcientiā profitētur/ cōditiones has aut habere ſe cogitāt/ aut vero iam habēt. Sūt & alij modi ſciētiæ eius q̄ propria eſt. Nā & definitionū noticię & ſumptorū/ quę/ q̄ prima ſunt/ demōſtrari nō poſſunt: ſciētiæ appellantur. Nec diffitēdū eſt cognitionis hoc genus cōtineri ſub ſciētia propria vt ſpecies. Eam vero ſcientiā qua de modo agitur demōſtrationē vocamus. Eſt enī demōſtratio ſyllogiſmus ſciētiā pariēs. Porro ſi neceſſe ē in ſyllogiſmo propoſitiones cauſas eſſe cōcluſionis: illi vero qui ſcire ſe arbitratur cōuenit/ vt cauſam rei cognoſcat. Nimirum vtrūq; in propoſitionibus demōſtrationis exigitur: & vt efficaciā habeāt cōcludēdæ cōficiendęq; rationis/ & vt cauſam rei demōſtrādę contineāt. Nā quāuis cauſa cōcluſionis huius ignem hic deurere/ ſit cinis pridie relictus: non tamē cauſa rei dicēdus cinis eſt. quia cinis ignium cauſa eſſe nō poteſt: ſed ignes cineris potius. At in demōſtratione vtrūq; requiritur: vt cauſa cōcluſionis/ cauſa etiā rei ſit/ quę cōcludat. Sed quia cauſa omnis & prior & potior effectu ē: neceſſe ē propoſitiones quoq; & proprias & priores & potiores eſſe cōcluſione. Et quoniā ſcire cōtigit/ quādo credim9 eſſe aliter nō poſſe/ q̄ ſit: iccirco veras haberi ꝓpoſitiones oportet. Si enī falſum aliqđ cōtinerēt: ſequeretur ſcientē opinari eſſe q̄ nō eſſent. veluti ſi ex falſis propoſitionibus induceretur diametrū eſſe cōmenſurabilē coſtę. Sed ſi omnis doctrina & diſciplina prænotione anticipationeq; paritur: neceſſe eſt & in demōſtratione hoc probari. hac de cauſa oportet notiores eſſe propoſitiones/ q̄ cōcluſionem cōcedi. Prænoſci vero has neceſſe ē nō ſolū vno modo ideſt cognitione/ qđ indicēt nomina: ſed etiā illo/ cognitiōe q̄ ſint. nā in hoc ſita veritas eſt. Sed teſtemur breuiter: q̄ propoſitionib9 demōſtrationis neceſſaria diximus. Ea ſunt hęc: vt cauſę ſint/ vt priores/ vt potiores/ vt proprię/ vt verę/ vt notiores. Plane demonſtratio ois nō ſolum ex prioribus/ ſed etiā ex primis cōſtat. Si enim ſumpta demōſtrari per alia ſumpta poſſunt: priora quidē concluſione videbūtur eſſe/ ſed nō prima. Si vero aliqua omnino demonſtratione non egēt/ ſed per ſe probabilia manifeſtaue ſunt: hęc prima & sūma intelligātur neceſſe eſt. Qđ genus veteres profata & proloquia & enūciationēs (vt ſic dixerim) imediatas/ & dignitates appellāt: in quę reliqua cōferrētur/ & per quæ ſumptiones q̄ ſyllogiſmū optimatē cōſtituūt/ approbarentur aſſererēturq; eoq; & principia demōſtrationis vocātur. Qz ſi quę propoſitiones ita primæ & ita priores habētur: palā eſt eas priores eſſe nō nobis/ ſed naturę. Nam nobis priora ſunt ſingularia/ & quę ſub ſenſum cadūt: naturę vniuerſalia & a ſenſu longiſſime poſita. nā & quom notiores dicūtur: id referēdū ad naturā eſt. Nec enim demōſtratio ad menſurā ſe ingenij noſtri ſummittit: ſed rectā tenet ad veritatē viā. nec quid ipſi poſſimus/ attēdit: ſed iſolam rei naturam incumbit/ illam veſtigat/ illā explorat/ etiā ſi nobis ignota incōſpectaq; ſit. Nam ſyllogiſmus ſciendi/ in eo maxime a reliquis euariat: q̄ illi tum verū ex falſis poſſunt oſtendere/ qđ apud rhetores frequens eſt/ tū priora ex poſterioribus/ qualis videtur ſyllogiſmus/ qui ex ſigno cōiecturaq; ducitur. Iam cęteri (vt cōcedamus) ex veris: non tamē ex proprijs formātur. ſed ita vt ſi aliquis medicus vulnera orbicularia difficilius curari & coaleſcere eo cōprobet: q̄ figura ea capaciſſima omniū ſit. Nec enī medico propria ea ratio eſt: ſed geometrę. Et hęc omnia obſeruanda in ijs propoſitionibus ſunt: quę ad demonſtrationē exquiſitam & ſtabilem adhibentur.

¶QVID SIT PROPOSITIO IMMEDIATA. Cap.V.

PRopoſitio itaq; ſūma imediataq; dicitur: qua nulla ſuperior eſt/ & quā nemo demōſtratione alia confirmare poteſt. Atq; omnes hę cōplexu vniuerſaliū cōſtāt. Sūt enī nōnullę: quę ex ſenſibilib9 nectātur. Nā tunicā eſſe cādidā: ꝓpoſitio imediata ē/ ſed nō eius generis quoius eſſe pricipia demōſtrationis reqrūt/ quippe quę vniuerſalia eſſe neceſſe ſit. quoius rei cauſam poſt viderim9. Immediatarum ꝓpoſitionū q̄ demōſtrationi aſſeruiūt: aliæ ea natura ſunt/ vt neceſſe ſit omnes homines/ q

doceri quicq̃ velint/ noticiã & iformationẽ earũ impreſſam & ante captã habere ſine doctrina. & hęc vt dixi proloquia & ꝓnũciata dicũtur. Cõſurgũt eni & cõualeſcũt notiones quędã & ſenſus cõmunes i homine ſuapte natura/ citra docentẽ: ſine quib⁹ nec intelligi quicq̃ nec qri poſſit. Quãobrem Theophraſtus illas ita finit. Proloquiũ ſiue dignitas/ perſuaſio quędã ẽ. quoius duę ſunt ſpecies. Vna ipromiſcua: & ad ea tantũ pertinẽs/ q̃ certo genere cõtinẽtur. qualis illa: ſi ab ęqualibus ęqualia demas. Altera vaga & in omne genus fuſa: qualia ea/ in qbus aut etiã aut nõ ponitur/ alterutrũ eſſe verũ oportet. Horũ cognitio perinde vti cõgenita & cõmunis oibus videtur. ab hac ratione dignitates vocãtur: & merito. Nam quorũ vſus aut ſimpliciter in oib⁹ cõſtat/ aut particulati in ijs q̃ vnius generis ſunt: digna proculdubio iudicãtur/ qbus potiſſimũ credatur/ & quę inter ea in qbus poſita ſunt/ principẽ locũ obtineãt. atq; hęc vna ſpecies imediatę propoſitiõis ẽ. Altera poſitio dicitur: quę quãq̃ demõſtratione alia ſtabiliri nõ poteſt/ nõ tamẽ neceſſario a diſcẽte ꝑſcitur/ ſed accipiẽda a docẽte ẽ. Poſitionis aliud genus definitio ẽ: aliud ſubiectio. Definitio eſt oratio: in qua nec eſſe/ nec nõ eſſe rem dicimus: ſed tãtum/ qđ ſit rei eſſe. Q uãuiſq; ſequi poſſit vt ea res ſit/ quoius definitionẽ afferimus: nõ tamẽ hoc finiendis reb⁹ principaliter accuramus. Nã vt ſit res/ per accidens eſt: per ſe vero quidnã res ſit/ definitio exprimit. Definitiones porro ſolas ſcire oportet. prohinc ãbigitur vtrũ definitio aliqua propoſitio videatur eſſe. Et hercule nõ videtur: quom definitio quadrare & reſpõdere debeat nomini qđ definiatur. alioq in eo nobis: Ariſtoteles clara voce teſtat. Definitio (inqt) rẽ eſſe vel nõ eſſe nõ ſumit. Ecõtrario ſi nõ ſit propoſitio: quãobrẽ vt ſpecies propoſitionis imediatę affertur? Sed hoc alijs penſiculãdũ: & explicãdũ relinquo. michi in trãſcurſu admonuiſſe & locum mõſtraſſe ſat ſit. In duas itaq; ſpecies (vt dixi) poſitio ſecatur: in definitionẽ/ & ſubiectionem. Cõmune aũt cuiuſq; ſubiectionis eſt primũ nõ cõtingere hominibus a natura: ſed ab artifice pręceptoreq; imprimi. tum deinde propoſitionẽ eſſe. Cõſtat eni quicqd in ſubiectione collocatur: de eo aut vt ſit/ aut vt nõ ſit/ ſemper afferri. quoiuſmodi illę ſunt: motũ eſſe/ ex nichilo nichil fieri/ a quocũq; pũcto ad alitũ punctũ lineã rectã educi. Ac ſubiectiones quidẽ potiſſimũ appellamus: quę vel a ſe nobis perſpicuę ſunt/ vel ſimulatq; didicimus/ aſſertione etiã noſtra facile cõprobãtur. Quę vero no ita perſpicuę ſunt: hę poſtulata ſiue petitiones dicũtur. Vt apud geometrã: lineas q̃ a minoribus ãgulis extrahũtur cõuias fieri. Atq; hęc ſimpliciter proprieq; poſtulata & ſubiectiones vocãtur. Sed aliud genus poſtulatorũ & ſubiectionũ habeẽt: q̃ neq; imediatę ſunt/ neq; demõſtrationis aſtructu indigẽt. q; ſi quis illas citra explicationẽ in ſyllogiſmo cõſtituat: neq; ſubiectiões neq; poſtulata oibus & ſimpliciter dicẽtur/ ſed illi vni dũtaxat q cõſtituerit cõceſſerit q;. Demõſtratio vero nõ ex talibus: ſed ex prioribus certis & confeſſis exiſtit. Quid ſit immediata propoſitio q̃ demõſtrationi cõueniat/ quid poſitio/ qd ſubiectio/ qd poſtulatũ/ executi iam ſumus.

¶PLVS CREDI PROPOSITIONIBVS Q̃ CONCLVSIONI. Cap. VI.

Vnc videamus priuilegia ea q̃ pricipijs demõſtrationũ tribuim⁹: recte an perperã ſint tributa. Id fiet cõmodiſſime: ſi a capite ſingula percẽſebũtur. Diximꝰ aſſũptiones in demõſtrationib⁹ notiores cõcluſione haberi: nec iniuria/ quãdo per illas & ſcire & credere cõcluſionẽ oportet. Sẽper eni id qđ pluribus tribuit/ ita vt alteri ꝑ alterũ tribuatur: neceſſe ẽ vt illi plus cõpetat per qđ alteri cõmunicatur. Si igitur cõcluſiones merito propoſitionũ & credũtur & cognoſcũtur: profecto neceſſe ẽ vt ꝓpoſitiones ãplius credãrur & cognoſcãtur. Qui eni p̃ceptorẽ ob diſcipulũ diligit: nimirũ neceſſe eſt ipium magis diſcipulũ diligat. Ita propoſitiones illę neceſſario notiores ſunt: interim omnes ex quibus ſyllogiſmi cõficiuntur/ interim nõ omnes/ ſed quędã omnino. Sunt porro aliquę qbus/ q; admodũ euidetes non ſunt: ita demũ vtimur/ quom demonſtratę per alias fuerint. Q; ſi verum eſt propoſitiones/ q̃ concluſionem plus cognoſci: duorũ alterũ dabitur/ vt aut illas per demonſtrationẽ ſciamus/ aut vt in his noſcendis melius & locupletius affecti dicamur/ q̃ quom per demonſtrationem quid ſcimus. atq; hoc modo circa dignitates & enunciationes primas afficimur. Nõ ſolũ autẽ credibiliores oportet propoſitiones q̃ concluſionem concedi: ſed etiam vt nichil ex ijs quę propoſitiones his contrariæ continent/ incredibilius ſit. Nam ſi nichilo magis propoſitionibus q̃ contrarijs credas/ neq; cõcluſioni vtiq; credideris potius/ q̃ huic contrariæ: eo credere etiam continget poſſe aliter eſſe q̃ ſit confectũ. Ita fiet vt complexionis ſcientia inuariabilis eſſe nõ videatur.

¶NEC SCIRI DEMONSTRATIONE OMNIA/ NEC CIRCVLO. Cap. VII.

Onnulli autẽ ſunt/ qui male vtentes ijs quę a nobis recte dicũtur. demõſtrationẽ de medio funditus tollãt. Ac nos quidẽ putamus/ ſi vlla demõſtratio ſit: ſũpta eã oportere amplius ſciri q̃ concluſionẽ. Illis vero hoc nõ videtur: ſed arbitrantur nichil ſciri a nobis poſſe/ niſi qđ per demonſtrationẽ ſciatur. non igitur concedent propoſitio-

nes amplius ſciri: niſi fides his per demõſtrationis lucẽ acceſſerit. Q̃ ſi aſſumptiones neceſſe eſt demõſtrari per alias/ atq; has rurſum per alias ſemper: aut i infinitũ caſura inq̃ſitio eſt. infinita autẽ exigi/ aut abſoluí qui poſſunt/ aut ſi defatigatus proceſſu deſiſtas: ſine dubio relinq̃re ignoratas ſaltẽ illas oportebit/ quibus demõſtrãdis prę faſtidio ſuperſeſſurus ſis. Ex ignotis aũt principijs q poſſit quicq̃ cognoſci? Nã quorũ principia ignorãtur: ipſa quę de pricipijs profluunt ſciri non poſſunt/ niſi forte per hypotheſin/ ideſt ſubiectionẽ adiunctionẽq; illorũ. Sane poſtremum hoc veriſſime dicitur: prioribus ignoratis/ poſteriora cognoſci nõ poſſe. illud perperã: ſciri non poſſe/ niſi qđ per demonſtrationẽ ſciatur. Nã plurima ſunt: quę & ſciãtur/ nec demonſtrationem capiant. Profecto ijdem peccãt: & qui nichil ſciri/ & q omnia ſciri per demõſtrationẽ defendũt. Sed quemadmodũ notiſſimũ eſt pleraq; huiuſmodi eſſe/ vt fidẽ aliunde & probationẽ requirãt: ita nichilominus conſpicuũ videtur/ cõplura eſſe quę ſuopte ingenio cognita/ explorataq; ſint/ immo magis etiã q̃ quę cõfirmatione alterius addicũtur. Iam principia demõſtrationis demonſtrationes eſſe nõ poſſunt: ſed propoſitiones indubitabiles immediatęq;/ & luce ſua perſpicuæ. his pręfecta mens ẽ/ quę terminos cõprehẽdit: quorũ cõplexu dignitates & pręfata cõcipimus. Melius hoc modo dicitur: q̃ conceditur ea quę noſcãtur/ omnia videri per demõſtrationẽ quæſita. alioqui dum infinitã illam progreſſionẽ declinant: videntur in circularẽ/ & reciprocã demõſtrationem incidere. hoc autẽ eſt: errorẽ/ errore alio operire. Ita quom ea ſumant/ quibus nitantur demonſtrationẽ ſeruare: nichilominus cõceſſis his/ neceſſe eſt demonſtrationẽ excidi. Nam ſi ex prioribus & notioribus conſtitui demonſtratio debet/ impoſſibile autẽ eſt eiſdem eadẽ eſſe priora poſteriora q; fieri nullo modo poteſt/ vt quicq̃ circulo demonſtretur. Nam circularis demonſtratio eſt: in qua id quo demõſtrandis aliis vtimur/ per illa ipſa retro aſtruimus. Ac poteſt quidem accidere vt eadem eiſdem priora poſteriora q; habeãtur: nõ tamẽ ſimul/ nec vno reſpõſu/ ſed diuerſo. vt ſi alia ad nos: alia ad naturam referri dicãtur. Demõſtratio vero: ſemper priora quę ſecundum naturam ſint priora/ deſiderat. Q̃ ſi ex prioribus ſecundũ nos demonſtratio aliqua nectitur/ vt demonſtratio appellari poſſit: nõ tamen ſimpliciter/ ſed ſecundũ nos demõſtratio fuerit. Non ſolũ autem ratione hac demõſtratio reciproca euertitur: ſed ob deridiculum quoq; qđ ex ea cõſequitur. Id tale eſt: A eſt/ ſi A eſt. Nam ſi per A oſtenditur B/ per B vero aſſeritur C/ per C rurſum cõmunitur A: manifeſtũ eſt A demõſtrari per A. a quo enim cœpta eſt: in id reſilire/ ac referri videtur oratio. Hoc autẽ ambitu: nichil ſit demõſtratu/ & explicatu difficile. Multa alia incõmoda his eueniunt: quę nos in cõmẽtationibus de ſyllogiſmo collegimus. quare relegandi illuc ſunt quibus ea noſſe accuratius ſtudium eſt: nos hoc loco repetere nõ eſt neceſſe/ ſed plura fortaſſe q̃ vſus poſtulabat/ extra negocium diximus.



¶NECESSARIAS ESSE PROPOSITIONES IN DEMONSTRATIONE. Cap. VIII.

DEdeamus ergo vnde ſumus deducti. Dicebamus ſupra/ veras eſſe propoſitiones ſcientiæ oportere: nec ſolum ſimpliciter veras/ ſed etiam quę aliter eſſe nõ poſſent. qđ nichil aliud eſt q̃ propoſitiones neceſſarias facere: atq; hoc rectiſſima ratione. Quom enim id quoius fides per demonſtrationem accipitur/ neceſſariũ ſit (neceſſariũ autẽ id dicitur in artificio demonſtrandi/ qđ aliter eſſe nõ poteſt) atq; hoc ita etiam non aliunde cognoſcitur/ niſi ex demonſtratione & ſyllogiſmo ſcientiæ: nimirũ neceſſarias oportet haberi propoſitiones/ per quas illud efficitur.

¶QVID SIT DICI DE OMNI. Cap. IX.

DEinceps enumerandæ quæſtiones ſunt/ quę ad demonſtrationẽ pertinent: edocendaq; ratio eſt/ quẽadmodũ abundare copia propoſitionũ earum poſſimus/ quę ad hoc genus quæſtionũ accõmodantur. Initiũ autẽ a ſermone/ de propoſitionibus inſtituto ſumatur, ex illis enĩ ſyllogiſmus cõſurgit. Quoniã itaq; omnis propoſitio ex ſubiecto aliquo & prędicato cõnectitur: ſcire oportet prędicatum in propoſitionibus demonſtrãdi/ nõ vtcunq;/ ſed per ſe de ſubiecto dici aſſerriq; oportere. Sed quid nã ſit hoc/ qđ per ſe vocamus: declarabitur mox. ſed prius eſt: vt ſciatur/ quid ſit prędicare de omni. nam ſine hoc: verbum per ſe explicari probe nõ poteſt. Prędicare de omni eſt/ nõ qđ in aliquo ſit/ in aliquo nõ ſit: aut qđ modo ſit/ modo nõ ſit. Aliud enĩ genus hoc ab eo quoius in libris de ſyllogiſmo habita mentio ẽ. Ibi nãq; de omni appellabatur: qđ nõ ſemper ſed aliquãdo omnibus meſſe diceretur. at hic aliter audiendũ eſt: qđ de omni affirmatur. Exempli gratia: de omni homine/ animal dicitur. de quo enim verũ eſt hominem dici: de eodem verum eſt et animal. & ſi nunc vnum eſt verum: alterum quoq; verum eſſe neceſſe eſt. Q̃ autem tale ſit id qđ nuncupatur de omni: cõſtat argumento/ eo q̃ ij qui inductionem afferre & repræhẽdere hoc genus volũt/ ſolẽt alterum probare/ aut q̃ aliquoi vni non inſit/ aut q̃ aliquando nõ inſit, atq; hoc eſt qđ de omni dicitur/ ſiue de toto.

¶QVID SIT DICI PER SE. Cap.X.

PEr ſe prędicari videntur ea: quę quom de omni dicantur/ in eo qđ ſit rei eſſe/ de ſubiecto dicũtur. vt de homine aial/ de platano arbor/ de triãgulo linea. Eſt enim triãgulus/ q directis tribus lineis cõtinetur. Porro nõ omne qđ prędicatur de omni: prędicatur etiã per ſe. Nã de omni cygno cãdidũ p̃dicatur/ quia & ſẽper & omni cygno candor ineſt: nõ tamen in eo qđ ſit cygno eſſe. Sane modus hic vnus eorũ eſt/ q̃ per ſe p̃dicari dicũtur: quoius vſus i demõſtratione primarius & maximus eſſe ſolet. ¶Secũdo modo accidẽtia illa in quotũ definitionibus collocãtur ſubiecta: per ſe ineſſe dicũtur iis ſubiectis/ quę in definitione ſumũtur/ declarãte quid ſint. proide ſimitudo per ſe naſo ineſt: quia definitio ſimitudinis/ naſi cauitas eſt. Ineſt per ſe & rectitudini linea: quia in finitione eius linea adhibetur. nichil eni aliud directio ẽ: q̃ mẽtis is qui ſuper pũcta lineæ indecliuis & æquiremus eſt. Ineſt & iparitas numero. quid eni eſt ipar niſi numerus in partes inæquales diductus? Inſunt & aĩo virtutes/ quia i finibus earũ: aut pars aliqua animi/ aut potẽtia ſẽper adiũgitur. ¶Tertia forma eorũ q̃ per ſe adſunt: pertinet ad accidentia/ q̃ ita ſubiectis ſuis inſunt/ vt nõ aliis prius. quomodo ſupficiei color. Ea igitur quę tribus his modis de aliquo afferũtur: per ſe afferri dicũtur. ¶Eſt & quart⁹ mod⁹ verbi huius p ſe: nõ in iis q̃ de alio prędicẽtur/ ſed in iis q̃ neq; per aliud ſunt/ neq; i alio cõtinẽtur. atq; hęc idiui duę ſubſtãtię ſũt: Callias/ Socrates/ Plato. Sũt & cauſę q̃dã per ſe q̃ nõ ex accidẽti/ nec forte fortuna ſũt cauſę. vt ſi ſnãbulãte me/ fulſerit. nõ eni ꝓpterea q̃ ſnãbulabã/ fulſit: ſed temere contigit. Itẽ ſi paſtinãdo theſaurũ qs offẽdat: nõ iccirco paſtinabat/ vt theſaurũ iueniret/ ſed ita cecidit. Si vero iugulãte te Socrates moriẽ: euenille id caſu nõ dicim⁹/ qa iugulatio illa per ſe cauſa interitus eſt.

¶QVI MODI EORVM/ QVAE PER SE DICVNTVR: AD DEMONSTRATIONEM PERTINEANT. Cap.XI.


ATq; hęc poſteriora ſignificata eius qđ per ſe appellauim⁹: adiecta ſunt ãplificãdi ornãdiq; gratia. Priora aũt duo manifeſtũ eſt: ex neceſſarijs cõſtare. Nõ eni poſſunt nõ eſſe: quę in definitione de nominibus/ in eo qđ ſit rei eſſe/ dicũtur. nec q̃ ita ſubiecta accidentibus ſunt: vt in definitionẽ eorũ addãtur. Cęterũ ſine aliqua ratione intelligi poteſt: neceſſario eſſe ea quę in definitione nominũ collocãtur. Illud nõnullã controuerſiã habet: vtrũ accidentia quoq; ipſa neceſſario ſint/ quę ſine ſubſtãtia ſui ſubiecti definiri nõ poſſũt. Verũ hoc facilius fiet intellectu q; capietur: ſi prius quęſtiones quaſdã quę huic videntur attinere ſoluerimus. Nullũ igitur tale accidẽs poteſt ex ſua natura omni aliquoius ſpeciei indiuiduo ineſſe. Nã ſimitas omni naſo nõ ineſt: neq; omni nũero paritas. Ex hoc ſequtur/ vt dicere bono periculo liceat: nõ ineſſe neceſſario ſimitudinẽ naſo/ neq; nũero paritatẽ. atq; hoc veriſſime dicitur: ſi quis accidẽtia hęc ſeorſum acceperit. Qz ſi de accidẽtibus iis ita ſermo fiat/ vt quibus cõtraria ſua reſpõdeant/ paritati imparitas/ ſimo reſimũ/ & ſingulis ſingula: tũc alterum cõtrariorũ neceſſario prędicabitur de ſubiecto. Omnis enim numerus par vel impar eſt: & omnis linea arcuata vel directa. proinde negatio vnius/ cõfirmatio alterius eſt. Nam numerus qui eſſe nõ impar dicitur: ſtatim cognoſcitur par. & naſus qui neq; rectus/ neq; reſimus ſit: continuo intelligitur ſimus. Sunt enim aliqua quorum contrarietas pluribus q̃ duobus cõſtet. atq; hęc ſunt quę inter ſe exceſſu defectuq; differũt: quoniã in his & medietas cernitur. Quãobrem ſi de quaq; re aut affirmatio aut negatio vera eſt/ negatio autẽ taliũ accidentiũ/ alterum ponit in ſubiecto habili determinatoq;: manifeſtũ eſt alterum illorum neceſſario ineſſe omnibus/ quę ſubiecti generis natura participant. Quid ſit de omni/ quid per ſe: diffinitum iam ſit.

¶QVID SIT VNIVERSALITER DICI. Cap.XII.

HVnc de vniuerſali agamus. Vniuerſale appello qđ de omni & per ſe & quaten⁹ ipſũ eſt: dicitur. Quare ſi quid per ſe ẽ: nõ cõtinuo ſequtur vt vniuerſale etiã ſit. Nã ſecũdus modus eorũ quę dicũtur per ſe/ & ſequẽtes duo: vniuerſaliter eſſe nõ poſſũt. neq; eni propterea q̃ de omni dicuntur: ſtatim neceſſe eſt vt vniuerſaliter ſint. Nam albũ de omni cygno affertur/ & atrum de omni coruo: nõ tamen vniuerſaliter/ quia neq; per ſe. Vtrũq; igitur adeſſe neceſſe eſt iis quę vniuerſaliter prędicãtur: & vt per ſe/ & vt quatenus ipſa ſunt/ p̃dicentur. Hęc duo nobis hoc loco audiẽda vt eadem ſunt. eſt eni alterũ alterius ita cõſentaneũ connexũq;: vt ſeparari alterũ ab vtroq; nõ poſſit. Exẽpli gratia/ ineſt per ſe lõgitudo lineæ: quia in definitione eius affertur. ineſt etiã quatenus ipſa eſt. Rectitudo quoq; ineſt lineæ tum per ſe/ tum quatenus ipſa ẽ. nã ſine linea rectitudo definiri nõ poteſt. Sed quęro nũ omnia quę definitionem aliquoius cõminuunt: vniuerſaliter prędicentur/ vt genera/ vt differentiæ/ quę & de omni/ & per ſe afferri prędicariq; cõuenit? An ſi definitionẽ vniuerſalis reddere accuratiſſimã volumus: adijciẽdũ eſt nõ modo vt per ſe/ & vt de omni dicatur/ ſed vt primũ adſit huic/ & nulli alij

prius? Verbi gratia. Habere duob⁹ rectis pares/ primo adeſt triãgulo. hæc enĩ affectio & p ſe triangulo ineſt & omni triãgulo: quia per eſſentiã primũq; adeſt. Habere igitur duob⁹ rectis æquales/ vniuerſale in figura nõ eſt: quia omni figuræ non adeſt. nã quadrãtali non adeſt: ſed nec vt vniuerſale ſchalario adeſt. Quãuis enim omni ſchalario et omni æquilatero & omni æquipedo adſit: non tamen his adeſt vt primis/ quia prius adeſt in commune triangulo. Illud ergo quod omni & primũ ineſt: ineſſe vniuerſaliter dicĩt. et demonſtratio ex hoc genere affectionũ ſiue vniuerſalium/ conſtat: quãuis ad ea quoq; vſũ ſui demõſtratio porrigat/ quæ ſub vniuerſali habentur. Nam qui triangulũ continere duos rectos oſtẽdit: æquipedum quoq; continere duos rectos obiter demonſtrat. Geometra tamen explicationem ſuã non ad æquipedum: ſed ad triãgulũ generatim accommodat. Nec deterreri hoc exemplo quemq; velim: quom vniuerſale ſubiecto æquipollere/ et cum eo reciprocare conueniat. Scire licet genera/ quanq; in plura ſe quaſi fundunt hiantq;: tamen differentijs proximis ineſſe vniuerſaliter/ mox et differentias ſpeciebus. alioqui ſiquis hoc negauerit: cogetur fateri demonſtrationem ad ſolas pertinere definitiones.

Quadrãtalis




Quadrangula

¶ QVEMADMODVM CIRCA VNIVERSALE IN DEMONSTRANDO ERROR CONTINGAT. CAP. XIII.

Audquaq; autẽ ignorandũ eſt circa vniuerſale frequenter errari. Fit enim ſæpenumero interi vt qui demonſtrant/ demonſtrare non credãt: interi contra/ vt qui non demonſtrent/ demonſtrare ſe putent. Tres adeo cauſæ allucinationis huiꝰ noſcunt. ¶ Prima eſt quom id de quo aliquid demonſtramꝰ ſingulare & indiuiduum eſt: vt ſol/ luna/ mundus. Nam quom nichil ſit iſs ſuperius aut commune/ ſed mera indiuidua ſint (tantum vnus eſt ſol/ & luna vna/ et vna tellus/ et cælum vnum) quoties de his demõſtrationẽ aliquam nectimus/ vt de terra q; in medio tullio orbis ſit locata/ aut de cęlo q; circumagatur: tum id quod vniuerſale ẽ demonſtraſſe non videmur. An eſt qui neſciat de his vt ſingularia et particularia ſunt: demonſtrationem componi non poſſe? Non enim de ſole vt vnus eſt/ demonſtramus deliquium eius/ lunæ interuentu contingere: ſed ita vt etiam ſi multi ſoles eſſent idem probaſſe demonſtraſſeq; videremur. Verbi cauſa/ ſi ex omni triangulo ſolus ęquipes haberetur quem duobus rectis æquales angulos continere demonſtraremus: nichil ad me faceret/ æquipes eſſet nec ne/ ſed attineret eum eſſe triangulum/ etiam ſi æquipedem ſolum extare ſubiectum ſit. Ita quom ſolem probamꝰ maiorem terra: non in eo q; vnus eſt/ ſed in eo q; ſol probamus. eoq; neceſſe eſt demonſtrationem non ad hunc ſolẽ referri: ſed ad omnẽ ſolem ſi plures illuceſcerent mũdo. Quare quom de ſingularibus ratiocinatiões aliquæ aſtringunt: admonẽdi ſumꝰ non de ſingularibus/ ſed de vniuerſali quod mente concipitur aſtrictũ et demonſtratũ itelligi. ¶ Altera decipuli cauſa eſt/ quom ſpecies multæ differenteſq; ratione vna conueniunt: ſed illud in quo conueniunt innominatum eſt. Differunt diſcriminibus ſpeciei numerꝰ/ magnitudo/ tempus. ſed in illo conueniunt/ q; ſicut quattuor compariles numeri commutatis vicibus eiſdẽ proportionibus reſpondẽt: ita magnitudines quattuor/ et tẽpora quattuor. Porro de ſingulis demonſtratio ſeorſum fieri ſolet: quia res commune nomen non habet/ neq; natura aliqua ſuperior eſt nũero/ magnitudini/ tẽpori de qua poſſit illa vniuerſalis affectio demonſtrari. ac eſt quidẽ generaliter verum: vt quæcũq; ita comparilia ſunt/ commutato ordine eiſdem proportionibꝰ congruãt. Quia vero nomen aliquod eiꝰ rei commune et certũ afferre non eſt: ſoluitur demonſtratio vna ĩ multas/ atq; ita de ſingulis demonſtratũ vniuerſaliter videtur. quod tamẽ ſecꝰ eſt: quia nec numerus vt numerꝰ eſt/ neq; magnitudo qua magnitudo/ neq; tempꝰ in eo q; tẽpus in demonſtrationes illas ſufficiunt. Pari pacto falli contingeret: ſi ſeparatim de ſcalario probaretur duos eum rectos habere/ ſeparatim de ęquipedo/ ſeparatim de ęquilatero. Nũc/ q; in his nominatum commune habetur vt triãgulus/ falli non facile eſt: in qbus vero non habet/ facile. ¶ Tertia erroris cauſa eſt: quom is qui aliquid ineſſe omni demonſtrat/ credit ſe id ineſſe vniuerſaliter demonſtraſſe. Verbi gratia. Probet geometra ſi linea recta quę ſuper duas lineas rectas ceciderit rectũ vtrinq; ſecus angulũ faciat: duas illas lineas rectas nunq; coniunctum iri. Hoc omnibus lineis conuenit quæ rectos angulos faciunt: non tamen per hoc primum ęque diſtantes ſunt. Nam ſi non vtrumq; facerent rectum/ ſed duo qui ſimul iuncti ęquales duobus rectis eſſent: nichilominus ęque diſtantes probant. Illa ergo demonſtratio quæ confirmat duas rectas non coniunctũ iri: primum et vniuerſaliter concepta eſt. illa vero quæ vtrũq; angulum committi rectũ demonſtrat: non vniuerſaliter ſed de omni dũtaxat cõcludit. ſed quoniã diſcerniculo intelligitur de omni: an vniuerſaliter cõſtituta demõſtratio ſit? Sed conſtat/ ſi idẽ eſſet triangulo/ eſſe et ſcaleno quemadmodũ veſtimẽto et tunicæ: is qui ſcalenũ habere duos rectos oſtẽderet/ vniuerſalẽ affectionem nouiſſet. quãuis enim ſcalenꝰ duos rectos contineat qua triangulus eſt: tamẽ ex ſubiectiõe idẽ eſſe triangulũ & ſcalenũ conceditur. q; ſi non idẽ ſed alterum eſt/ nec qua ſcalenus ſed qua triãgulus affectionis eius particeps

Sufficiunt/ ponũt collocãt/ cõſtituũt



a b. c d eq diſtantes. e f altrifecꝰ duos rectos creat.

g h. i k eq diſtãtes: ſed l m ſupincidẽs nõ duos altrinſecꝰ rectos facit ſed duobꝰ rectis æquos

est: profecto ij qui demõstrationẽ eam de scaleno qua scalen⁹ est conditã arbitrant̃/ ignorãt affectionem illã vniuersalẽ esse. Sed quæro qua ratione scrutari possim⁹ duos rectos: vt scalen⁹/ an vt triangulus habeat: hoc enī solum nobis reliquũ est: ad mentionẽ prẽsentem. Igitur affectio vniuersalis per illud adest habeturq; quo adẽpto (quia primũ inter illa est q̃ insunt ipsi) continuo & prędicatũ adimitur. Verbi gratia. Huic triãgulo insunt omnia hęc: esse ęneũ/ esse scalenũ/ esse triangulũ/ esse figurã/ finib⁹ claudi: quæritur per quod ex ijs/ quę modo numerauimus/ affectio hęc duos rectos habere/ prędicet̃ de triãgulo. Tolle ęneum: num propterea duos rectos demeris? neq; quaq̃. Tolle scalenũ: adhuc duo recti superstites sunt. Tolle triangulũ: iam hic oportet prędicatũ tollatur. Nec enī prẽterea duos rectos habere aliquis triangulus possit: si triangulus esse desierit.

Quæstio ¶ Sed dicet quispiã ratiõe illa effici: vt affectio hęc ad figurã/ ad superficiẽ/ ad extremitates pertineat. Nã si aut figura aut supficies aut extremitates tollãt: nõne duos rectos sublatũ iri necesse est?

Dilutio ¶ Ego vero confiteor abiũcta figura/ supficie/ terminis/ abiturã affectionẽ illã cõmoriturãq;: sed non quia figura/ supficies/ termini/ sed quia triãgul⁹ abiunctis his necessario tollitur. Si enī sine figura/ terminis/ supficie/ icolumis esse triãgul⁹ posset: vtiq; sublatis etiã his duos rectos haberecõtingeret. sed hoc ipossibile est. Tu vero id ita contẽplare. Manẽtibus figura/ planitie/ clausulis triãgulũ deme: stati duo recti demunt̃. ergo habere tris: huic primo & vniuersaliter dicendum est inesse. nã alijs cęterorũ abolitis non aboleť: qualia sunt ęneũ esse/ scalenũ esse. alijs manentibus non manet: qualia sunt figura/ planities/ termini. Potest enī figura duos rectos nõ habere: qualis est quadrãgula/ & multangula. Triangulo certe seruato seruatur: perẽpto perimitur. Quamobrẽ recte dictum videtur vniuersalem affectionem per illud cõstare: quo primum abiũcto prędicatum abiũ gitur. abiũ gitur & abiuncta figura/ superficie/ terminis: sed non primis.

¶ IN DEMONSTRATIONEM/ NECESSARIA INGREDI. CAP. XIIII.

IIs ita cognitis/ palã est ex vniuersalib⁹/ & ex iis q̃ per se adsint: demonstrationẽ existere. Nã si noticia per demonstrationẽ quæsita ex principijs necessarijs et quę aliter esse non possint cõsurgit/ sola autẽ ea necessaria sunt de quib⁹ dicunt̃ quę per se in his et vniuersaliter continentur: manifestũ est demonstrationẽ ex illis constitutã videri. Hanc rationẽ aliqui cauillãtur et cõparant huic. Si animalium corpora ex siccis et humidis constãt/ cibus et pot⁹ siccũ et humidũ est: ergo ex cibo et potu corpora animaliũ constant. sed vir sapientissime nõ probasti: sola hæc esse humida siccaq;. Aristoteles vero sola ea esse necessaria primum ostendit/ quãuisq; nõnulla accidẽtia sint: quæ inesse subsantijs suis necessario videant̃. vt albedo niui. quia tamẽ natura horũ eiusmodi est vt aliquibus subiectis nõ insint necessario: efficitur vt necessaria simpliciter credi non debeant. quẽadmodum simpliciter illa necessaria sunt: quæ & per se & vniuersaliter prædicantur. Porro ex ijs quæ vera tantum sint constituere syllogismum possumus: sed qui tamen demonstratio non dicatur. Exempli gratia. Callias inãbulat/ qui inambulat mouetur: mouetur igitur Callias. Demonstrare non possum⁹ nisi ad demonstrationem necessaria principia conferantur.

Quã vero/ id est quãtũ vero. Quã vero omnis demonstratio ex necessarijs sit: argumento est/ q⁹ cum demonstrationem euertimus: infirmatione illa vti solemus q⁹ ea quæ sumuntur necessaria non videntur. Vnde ridendi sunt qui propositiones/ quæ demõstrationi præseruiunt: posse accipi de verisimilibus & credibilibus arbitrantur. qđ Protagoras contendit: qui propositiones in demonstrationem probabiles & verisimiles tantum addebat/ quas qui nouisset sciẽtiam consecutum putabat. qui vero scientiam cõsecutus esset: proculdubio scire quid esset scientia. Sed si demõstratio non solũ veris sumptis contenta est/ sed proprias causas et alias conditiones quas retro asseruimus requirit: facile datur intelligi/ demonstrationem ex probabilibus non coalescere. Nunc q̃ verum sit omnem demõstrationem ex necessarijs constare: probabimus. Primum nemo scierit quãobrẽ necessaria conclusio sit: nisi propositiones necessarias cognoscat. Nã conclusionem seorsum facile est necessariã intelligere: vndenam autem necessaria sit sciri nõ potest si propositiones necessarias esse nõ constet. Animal in homine necessario continet̃. sed si quis in homine propterea contineri animal credat quia deãbulet: rem quidẽ necessariam cognoscit/ hoc est in homine cõtineri animal/ sed rationem q⁹ animal in homine contineat̃/ ignorat. Præterea tale medium salua conclusione potest extingui: quãdo autẽ medium conclusionis extinguitur tollitur causa propter quã necessaria conclusio videbatur. At nonne mirabile est re icolumi/ saluo qui sciat/ ratione (quæ non exciderit) manẽte: nichilominus ignoratũ id videri? Sanecõclusionem demonstrationis necessariam esse consensum fere omnũ meruit: sed sunt qui putent fieri posse vt conclusio necessaria per mediũ sequioris generis cõfirmetur. Ac potest quidem ex ijs quorũ vsus nichil conceditur/ necessaria cõclusio effici: et ex nõ veris vera. nã licet ex necessarijs non nisi necessariũ sequat: non tamen commeat vt necessariũ ex non necessarijs euenire nõ pos-

Sequioris generis/ ex trifeci & ex tertiei generis.

ſit. Non enī quemadmodū contīgens ex contingētibus: ita æternū ex æternis ſemper concludi-
tur. Pluribus de hoc alio opere in mentione de ſyllogiſmo egimus. Verū qui ita ſentiunt ignorāt
vtrūq; in concluſione demonſtrationis requiri: & q̄ ſeorſum neceſſaria ſit & q̄ per demōſtratio-
nem id habeat. Habere autē id per demonſtrationē: nichil aliud eſt q̄ per mediū tale aſtrigi quo
ſublato neceſſariū ſit concluſionē nec pfecte nec abſolute cognoſci/ ſiue de cauſa/ ſiue de effectu
agatur. Q uāobrem ſi mediū per quod demonſtras neceſſarium putabis/ nec tamē neceſſariū ſit:
perſuaſionem quidē ſciētiæ habebis/ ſed ſciētiā non habebis. q̄ ſi vim mediī huius infirmā pro-
indeq; non neceſſariam noueris: tunc nec ſcientiam/ nec ſciētiæ perſuaſionē habueris. Q uæ autē
differentia ſit inter demonſtrationē quæ ab effectis & quæ a cauſis ducitur/ quarū priorē quia ex-
poſitionem cōtinet rei/ qđ eſt ſub hoc verbo vt ſit/ alterā q̄ cauſam qđ ita ſit declarat ſub hoc no-
mine quāobrem: audire philoſophis in more eſt/ ſatis hoc loco erit exemplo monſtraſſe. Q uādo
probam⁹ quintū corpus eſſe quod orbiculari motu conuertitur: ipſum vt ſit addicimus. quando
lunam deficere interpoſitu obiectꝰq; tertæ oſtendimus: ipſum quamobrem explicamus. Horū
vtrumq; ſiquis per media non neceſſaria comprobet: per demonſtrationē ſcire non poterit.

¶ Q VAE SVNT PER ACCIDENS/ DEMONSTRATIONIS RATIONEM NON INGREDI. CAP. XV.

IGitur accidentiū eorum quæ p ſe non adſunt/ quēadmodū definiuimus ver-
bum per ſe: ſcientia p demonſtrationē conciliari non poteſt. Non enī hic cō-
cluſionē neceſſariā nectere eſt. nā accidēs de quo modo loquimur/ contingere
poteſt vti non ſit. Sed quæro quor tales propoſitiones quę de contigentib⁹
conſtant/ interrogare percunctariq; ſoleam⁹: ſi concluſio neceſſaria ſequi nō
poteſt? An quāuis de propoſitionibus contigentib⁹ concluſio ſeorſum & a ſe
neceſſaria non euadat: tamē neceſſario ſequit̄/ q̄tenus propoſitiones illas ad-
mittim⁹? Verū ad demōſtrationē artificium interrogandi non pertinet: quia
ſyllogiſmū ſcientiæ ab eo q̄ propoſita concedantur aut negentur/ pendere non conuenit/ ſed ex
ipſa plane rerū natura. Spectare autē illa ſolum oportet: quæ quoiq; generi per ſe inſūt de quib⁹
demonſtrationes ducant̄/ vtpote quæ ſola ſyllogiſmū ſciētiæ pariāt. Cætera accidētiū neceſſaria
non ſunt: non ſolum ea quæ adiungi & ſeparari contigat/ ſed aliqua etiā quæ ſēper innexa adiū-
ctaq; habeant̄/ vt quæcunq; non inſunt per ſe. Nā ſyllogiſmi qui proficiſcūtur a ſigno/ fere media
ſumunt quæ firma & ppetua ſint. Nā et lacteſcere ſēper ineſt mulieri quæ peperit: & ignib⁹ fuma-
re. ſed mædia hæc accōmodata demonſtrationi non ſūt: qa in hoc genere priora ex cōſequētib⁹
concluduntur. Dictum eſt pluribus fortaſſe q̄ res poſcebat/ propoſitiones demonſtrationis cor-
rogari neceſſarias oportere. nunc illas & peculiares & proprias requiri docebimus.

¶ DEMONSTRATIONEM EX PROPRIIS NON EX EXTRARIIS CONSTARE. CAP. XVI.

INeceſſe eſt mediū ſūmo/ & primum medio ineſſe p ſe: manifeſtū eſt demōſtra-
tiones de genere vno ī aliud migrare/ aut cōferri nō poſſe. Verbi gratia: vt Geo-
metricę Arithmeticis congruāt. Illa enim quæ aliquoi per ſe inſunt: ex eodē ge-
nere & natura cenſentur: qa de ſubſtantia rei prodeunt. quod vt facilius capi-
atur paulo altius petēdū nobis eſt. Q uom tria ī demōſtrationib⁹ viſant̄. vnū id
quod aut adeſſe aut non adeſſe oſtendit̄. atq; hoc: prædicatū illud eſt qđ in cō-
cluſionem confertur. Alterū ipſa proloquia e quibus demonſtratio cōmunitur.
atq; hæc complexu eorū quę per ſe ſunt: conflant̄. Tertiū eſt genus ſubiectū/ &
natura ea de qua affectiones/ & quæ p ſe inſunt/ monſtrant̄: vt magnitudo vt numer⁹. His ſubiec-
tis: videamus quādo & quēadmodū de genere in genus tranſitū facere demonſtrantib⁹ liceat.
Palā eſt quom genera omnino abiūcta diſcrepātiaq; habeant̄/ q̄lia iter ſe ſūt ea circa q̄ Arithme-
tici & Geometræ verſant̄: tum de genere ī gen⁹ demonſtrationes referri non poſſe, hoc tale eſt.
Fieri nequit vt Arithmeticæ probationes accidētib⁹ magnitudinū conueniāt accōmodētue. Ac-
cōmodare accipim⁹ pro eo qđ eſt vti ijs: quæ ī alia ſciētia demonſtrant̄. Q uādo vero genera illa
quaſi cōmunicāt & natura quæ ſubiecta ſcientijs ſunt/ ſocietate aliqua continent̄: tūc alteri alte
rius preſidio vti conceditur/ & pronunciata alterius ad cōmodum ſuū trāſferre. Hoc fędere Per-
ſpectiua cū Geometrica coniūgitur. Confinia enim & cognata vtriq; genera ſūt: immo (vt verī⁹
loquar) alterū ſub altero continet̄. Nā lineas rectas eſſe/ et āgulos rectos/ et lineas æque diſtātes/
et lineas concurrere/ et omnia quorū vſ⁹ perſpectiuo eſt: Geometria demonſtrat. Ab hac igit̄ p-
ſpectiui principia ſua præcario poſſidēt. Idē ordo inter Muſicē et Arithmeticem cernitur. Nā du-
plio: ſexquitertiū ſexqplū. vnde ortū habent: mox a numeris ad melica et mēſus canoris trāſla-
ta. Sed et medicina ſæpiſſime probatiōes a natura deſumit: quoniā corpus humanū circa qđ ne-

gocium arti ei eſt/ ſub corpore naturali compræhenditur. Sed vel inde aſtrui euidenter poteſt/ qđ dicimus. Geometra de nullo genere geometrica ratione monſtrauerit: qđ a lineis et ſuperficieb⁹ ſit abiunctum. vt de hoc/ contrariorum eandem rationem haberi: aut de illo/ contrariorum contraria eſſe conſequentia. imo ne de ijs quoq; quæ tametſi a lineis ſeparata non ſunt: non tamen per ſe inſunt/ neq; in eo q̄ lineæ ſuperficieſue/ ſed extranea ratione/ et quæ ab earum ſubſtantia longe abſit. Exempli cauſa/ vtrū pulcherrima linearum ſit recta: vel vtri magis orbiculari oppo natur/ an arcuatę. Non enim de pulchritudine ijs/ neq; de oppoſitione contrariorum qua Geometrę ſunt/ agitur. Prętereq; / promiſcua hæc videntur et in pluribus generibus reperta.

¶ DEMONSTRATIONEM NON CONSTARE COMMVNIBVS. CAP. XVII.

LOcos igitur omnes vagos perinde vſitatiſſimoſq; a demōſtratione reijcimus: quales in tractatib⁹ dialecticis executi ſum⁹. vt qui a contrarijs/ a conſequētibus/ a ſimilibus/ a coniugatis vocāt: iactati hi ſūt et trāſlaticij. nichil vt propriū et alijs generib⁹ non conueniēs p̄ferant. ¶ Sed quæſtio eſt: ſi ꝓprias eſſe oportet propoſitiones quibus demonſtratio ſarcitur: quamobrē dictū eſt proloquia et dignitates/ quæ cōmunibus verbis ſunt concæptæ/ in demonſtrationem venire? vt illa ſi ab ēq̄lib⁹ æqualia demeris. itē illa: de q̄q; re aut affirmatio aut negatio vera eſt. ¶ Soluit. Sunt hęc quidē cōmunia: ſed quom vtunt̄ his/ qui demonſtrāt/ non vt cōmunib⁹ ſi pro qualitate et natura ſubiecta/ cū adiūctione et p̄ſcriptione quadā vtunt̄. Quāobrem Geometra poſtulatū illud/ ſi ab æqualibus: non ſimpliciter tractat/ ſed cū aſtrictione/ ſi ab æqualibus magnitudinib⁹ demas. et Arithmetica: ſi ab ęqualib⁹ numeris. Enunciatū quoq; illud diſparatorū: omnib⁹ artib⁹ pręſeruit/ ſed cū adiectiōe accōmodationeq; generis eius circa qđ verſant̄. Verbi gratia/ nūerus oīs: aut eſt aut non eſt. Non ergo ſatis in demonſtratione eſt/ propoſitiones veras conferri/ neq; itē imediatas/ aut quę præ ſua claritate probari aliūde nō poſſint: ſed pręter omnia hęc neceſſe eſt ꝓprias et generib⁹ alijs ꝑpromiſcuas corrogari. Quapropter quadraturā Bryſonis/ demonſtrationē Geometricā nemo appellet: q̄ is pronunciato vtit̄ quidē vero ſed cōmuni. eſt ea huiuſmodi. Illa iter ſe paria ſūt quę eiſdē maiora minoraq; habentur. Hoc pręfatū non modo in magnitudinib⁹: ſed etiam in numero/ tēpore et complurib⁹ alijs verū eſt. Sed quidnā illud eſt quo aſſūpto viſum Bryſoni eſt/ quadrari circulū poſſe? Sane q̄q̄ hoc ꝑſequi in loco non eſt: prælibandū tamen tantiſper videt̄ contēplatione eorū qui auidiuſculi ſint noſcēdi. Omnis (inquit) circul⁹ maior eſt omnibus figuris multangulis: q̄ itra circulū deſignant̄/ et minor oīb⁹ quę deforis circūſcribant̄. Figura porro multāgula quę iter exteriores et iteriores figuras magnitudine media ſit: ſine dubio maior ijs erit quæ intrīſec⁹ condūtur et minor ijs q̄ extriſecus ābiunt. Eiſdē igit̄ maior et minor circul⁹ videt̄: quibus et media hęc figura. Ita ex illo proloquio vincit̄: vt figura multangula cū circulo pari magnitudine ſit. Sed vt proloquiū hoc verū ſit/ et ſi ita vis etiā immediatū et euidentius q̄ vt ſit vendicandū: ſyllogiſm⁹ cette totus iacet/ quia principio nitit̄ vago cōmuniq;/ nichil rei quam docebat priuatim addicto. quoniā id neq; vt ad circulū/ neq; vt ad magnitudinē propriū ſumit. Eodē modo fallunt̄ q ex accidentib⁹ demonſtrāt: propterea q̄ aſſūptiones affe rūt a genere ſubiecto longe remotas. At q nō accidentariā ſed ſtabilē ſcientiā obtinent: illā ex principijs rei et ex ijs q̄ p ſe inſūt cōſecuti videt̄. In hac neceſſe eſt vt medi⁹ termin⁹ et ꝓpoſitio ea q̄ ſyllogiſmū intēperat: aut ex eodē penit⁹ genere habeat̄/ aut ex aliquo huic cognato vicinoq; nō lōge petito aut quęſito. quoi⁹ exēplū ſuperi⁹ nobis expoſitū eſt: quom diximꝰ proportiones ad iterualla et conſonātias vocū a nūeris pfectas/ eoq; duas illas artes proximitate quadā finitimas exiſtere. Nā Muſice iccirco ꝓpoſitionib⁹ arithmeticis vti poteſt: qa ſciētiæ oēs q̄ conſtitutæ ſub alia ſūt/ ipſū (vt ſit) cōmonſtrāt. vt Muſica diateſſaron cōſonantē mēſū eſſe qđ gen⁹ ī muſice tantū pēſat: quantū epitrit⁹ ī nūeris. et pſpectiua lineas ęque diſtātes/ ſi ꝓcul ſint diſſitę: cōiūctas videri. Sed ipſū quāobrē ideſt q̄ ita ſit: a ſuperiorib⁹ ſciētijs mutuant̄. Nā collatio ſexqtertia: ratio eſt vt diateſſarō conſtātia ſit. et minores anguli faciūt: vt lineæ æq̄liter diſtātes/ ſi emin⁹ ſpectent̄/ videant̄ coire. Differūt aūt demōſtratiōes hę ab ijs q̄ vno tātū gñe cōtinent̄: ī eo q̄ ī his termini tres cōſpirāt et quaſi populares gētileſq; inuicē ſunt. In illis diſſēſiūcula q̄dā habetur: qa concluſio iferiori ſciētię/ eſt mediū ſuperioris. Nam forma ſexqpla p ſe q̄ nūeris perhibet̄: et cauſa eſt quāobrē diapēte ī melicis iterualli cōſonans ſit.

Vt ſit vendicādum/ vt ſit probādum eiuſq; exigenda probatio atq; demōſtratio


¶ DEMONSTRATIONIS CONCLVSIONEM ESSE PERPETVAM. CAP. XVIII.

ILlud etiā pſpicuo liquet/ ſi propoſitiones ex quib⁹ conſtituit̄ ſyllogiſm⁹ vniuerſaliter ſumāt̄: concluſionem eiuſdē demonſtrationis perpetuā euenire. Nā propoſitiones neceſſarię ſēpiterneq; ſunt. ex neceſſarijs autē et ſēpiternis neceſſaria et ſempiterna veritas oritur. Sed hic ſpectandum eſt/ concluſio primū dici vniuerſalis poſſit/ nec ne: vbi propoſitiōes priores vniuerſales eſſe noſcūtur.

Ac videtur quidem id cõclusioni adesse primum non posse/qđ prius assumptionibus conuenit. ¶ Responsio est prima: ꝙ non semper necesse est propositiones haberi vniuersales. vnde supra dictum Aristoteli est/ nõ absolute vniuersales sumi/ sed si vniuersaliter sumantur: quasi esse aliquę possint/ q̃ vniuersaliter nõ sumant. ¶ Altera responsio est vt dicam⁹: nichil vetare quominꝰ in conclusione primum sit non id quod simpliciter vniuersale est/ sed id quod primum inter ea vniuersale est/ quæ demonstrari possint. Atꝙ hæc solutio ea est: quã Alexander priore improbata cõmunit. Commodius enim dici ita/ q̃ putari Aristotelẽ differentiã tam subtilem designauisse/ vt verbũ vniuersaliter/ conclusioni: verbum per se/ propositionibus coaptaret. Sed hoc nul q̃ aperte ab eo proditũ legitur: alioqui nec possibile videtur. Quomodo enim vniuersale primũ in conclusione fuerit: si ex vniuersalibus demõstrata res sit? Nã palam est: qđ prędicatur/ primũ medio inesse. prædicatũ porro id est quod primum demonstrari potest: ita conclusionem vniuersalem euadere. Ac forte hæc de conclusione ea probabiliter dicerentur: quę de propositionibꝰ immediatis prima deducitur. de sequẽtibus vtiꝙ aut ijs quæ ex probatis & demonstratis probãtur: non video qui possint intelligi. In illis enim quæ prima demonstrari possunt: non visuntur. Quãobrem aut demõstrationes generis huius reijciendę circunscribendæꝙ ab ijs sunt quę necessarium arbitrantur: vt vniuersale in cõclusionibꝰ primũ spectetur. aut fatẽdũ est quemadmodum per se: ita & vniuersaliter cõcipi propositiones etiam primorũ/ & quæ demonstrari non habeant/ & ad quas propositio *omnis reducitur ac refertur*. Nam euidentia demonstrationis/ & firmitas: in propositionibus primis/ & conclusionibus/ quæ ex talibus propositionibus conficiantur/ posita est. vnde syllogismus necessarius consistit. Hoc Aristoteles docet quom inquit/ si *propositiones vniuersaliter sumãt*(*ceu necesse non sit oino vniuersales sumi*)*sequit conclusionem haberi perpetuã oportere*. Aut ergo ita dicendum est aut constituendum vtrumꝙ vniuersaliter accipi: & id quod in conclusionem demonstrationis adiungitur/ & id per quod demõstratio necessaria cõclusione astringitur. Verbi gratia *in triangulo*: & id quod est duos rectos habere/ qđ quidẽ in conclusionem demonstrationi refertur. & id quod est exteriorem angulum parẽ duobus ijs esse qui respõdent intrinsecus: per qđ duos rectos in triangulo cõtineri addicit. Atꝙ ĩ hæc/ vtilitatis causa nobis hactenus secedendũ fuit. Quod vero dicitur(*inquit* Aristoteles)demonstrationem ex vniuersalibus & perennibus constare: ideo non valet vt ideas inferri necesse sit. Nã qui ideas cõminiscuntur: nõ contẽdunt vniuersales eas esse/ neꝙ tanq̃ vniuersalia qdã *in* singularibus positas. sed singulas ad nũerũ cõstituunt/ & a pticularibus seorsum abiungunt: ita tamen vt pticularia per illas esse intelligantur. Quom itaꝙ vniuersalia de singularibus sino nyme afferantur/ ideſt consortio appellatiõis & rei/ ideas omonyme ideſt societate nominis sola/ participari a singularibꝰ cõstet: certe nullus earũ vsus demõstrandis rebus cõparet/ vniuersaliũ cõparet/ vt sine quo mediũ teneri nõ possit.

¶ DEMONSTRATIONEM NON ESSE CADVCORVM. Cap. XIX.

IJs & illud dilucet/ si conclusio demõstrationis perpetua esse debet: nullam demonstrationem caducarum & dissipabilium rerũ simpliciter futurã/ proindeꝙ nec scientiam. sed solũ ratione vnaꝙ si mentio earum concepta vniuersaliter sit. Quę enim confirmatio esse cõclusionis potest: quoius subiectum dissolubile subcisiuũꝙ habeatur/ & quoi prędicarum/ neꝙ semper neꝙ simpliciter/ sed modo insit/ modo non insit? Verbi gratia ineſt Socrati vt animal sit: sed nunc/ nec quia Socrates est/ sed quia homo. Plane quorum conclusio commutabilis & corruptibilis est: *in* ijs propositiones nec vniuersales omnes habentur/ neꝙ per se. sed necesse est saltem alterã corruptibilẽ/ nec vniuersalem afferri. Quemadmodum autem caducorum demonstratio necti non potest: ita nec definitio. Nam definitio: vel demonstrationis initium est/ vel demonstratio est solo situ differens/ vel demonstrationis conclusio. Initium demonstrationis est: quando vel pro immediata propositione/ vel pro termino in propositione desumitur. situ solo a demonstratione differt: quoties talis definitio est/ quæ causã reiꝙ ita sit/ cõmeat. vt illa. Deliquiũ solis est occultatio luminis eius ob lunã ei oppositã atꝙ subiectã. Definitio hęc ordine paulũ mutato in demõstrationẽ cõmeat/ hoc modo. Luna subijcitur atꝙ opponit soli. id qđ subijcit atꝙ opponit; occultat. Luna igit subiecta atꝙ opposita/ solẽ occultat. Conclusio aũt demõstratiõis definitio ea est: q̃ causã materialẽ attigit. sed de ratione *definitionũ* ĩ sequentibus diligentiore vsu docebimus. Nũc illud videndum quemadmodum earum rerũ quæ non semper sed propensius eueniunt: scientia & demonstratio possit constitui/ vt defectuũ lunę ꝙ hi non semper sed statis temporibus accidant. Sed facilis & absoluta defensio ẽ. Earũ rerũ quæ certis interuallis redire in suos orbes videntur: forma tãtum communis in demonstrationem venit. nec enim de vno aliquo defectu hoc vel illo/ qui hac vel illa hora cõ



pareat/ demonſtratio accipitur: ſed de omni quem ex talibus cauſis prouenire neceſſarium & p-petuum eſt. Ita in his vniuerſale non particulare monſtratur: niſi propterea particulare monſtrari dicamus/ quia ſub vniuerſali poſitum cõſtitutũq; ſit/ quẽadmodũ de caducis retro cõceſſimus. Hactenus dictũ volumus: quopacto duas illas notas/ per ſe/ & vniuerſaliter/ audire in demõſtratione oporteat.

¶QVID SIT PRINCIPIVM COMMVNE/QVID PROPRIVM. Cap.XX.

NVnc initium aliud ſumamus. Si omnis demonſtratio ex priorib9 exiſtit: certe ad nullam ſcientiam pertinet principia ſua oſtendere. Nec enim præterea dicerentur eſſe principia: ſi per aliqua priora ſe/ confirmari explicariq; poſſent. Nã ſi hęc quoq; comprobare neceſſe eſſet: rationem hanc in infinitum extrahere oporteret. ſi vero non eſſet neceſſe/ ſed tãq; notiſſima ſubiacerẽt: nimirum hæc principia ſtatuerẽtur. Porro qui hæc nouit/ & ex his demonſtrat: ſcientior eo eſt qui poſteriores propoſitiões nouit/ & poſterioribus principijs demonſtrat. Sed quæro/ ſit hoc inexorabile: vt principia Geometriæ/ Arithmeticæ/ Muſicæ/ cæterarumq; artiũ demõſtrari non poſſint? An poſſint quidem illa/ ſed non in ea ſcientia cuius ſunt principia/ & quæ his vt principijs vtitur. nam ſi ita ſit: tunc ſcientiæ alia principia ſuis principijs facerent. Sed ratio hęc primę philoſophiæ cõmiſſa mandataq; eſt/ quoius ambitu omnes doctrinæ cinguntur. ita enim demum obire ſcientias omnes poteſt/ ſi amplexa omnes ſit: quemadmodũ Geometria perſpectiuã. alioqui impoſſibile arbitror: quandoquidem neceſſe eſt demonſtrationẽ aut ex proprijs/ aut ex cognatis & finitimis confici. Atq; hæc illa eſt p-dicatione oĩm concelebrata Sapiẽtia/ quã ſimpliciꝰ & maxime ſcientiã appellare oportet. Vna hęc cauſas rerũ nõ oẽs ſed principes & optimates attigit. Pricipes & optimates cauſas nũcupam9: quarũ nulla ſuperior cauſa ſit. Prohĩc difficile agnitu ẽ/ teneam9 rẽ ſciẽtia nec ne: qñ intelligere arduum eſt/ vtrum ex proprijs quicq; principijs/ an cõmunib9 ſit confectum. hoc enim/ vero ſcire. nec vnq; ſuos numeros habet ſcientia/ niſi per hæc quæſita. Si enim ſatiſfactum deſiderio quis credat/ q; aſſumptiões veras modo cõperierit: in maximo errore verſatur. Sed (vt ſępius teſtati ſumus) adhibere principia oportet: tum cognatiſſima ijs quę demõſtrantur/ tum eiuſmodi/ quę per ſe in his adeſſe & contineri dicãtur. Equidem ſua quoiuſq; generis principia appello: quæ vt ſint neceſſe eſt cõſtituere/ ſi habẽda demonſtratio eſt. Ipſum vero vt ſit/ in principijs oportet prænoſſe: in ijs q; a principijs fluũt/ probare.

Inexorabile/ nõ impetrabile

Obire/ pro circuire & ambire

Suos nũeros: ſuã integritatẽ/ ſuũ cõplemcntum.

¶QVOT MODIS PRINCIPIA PRAENOSCANTVR Cap.XXI

SEd diuidendum a capite eſt ad hunc modum. Quom tria ſint momenta quibus abſoluitur omnis ſcientia. genus ſubiectũ: vt numerus/ magnitudo/ triangulus/ teſſera. affectio/ ideſt ea quę per ſe in genere illo inſunt: paritas/ imparitas/ duobus rectis æquipollere tris angulos/ lineas a minoribus angulis eductas concurrere. tertium ipſa proloquia: ſi ab æqualibus æqualia demeris. genus ſubiectum ſtatuere oportet vt ſint affectiones/ & ea quæ per ſe inſunt quid ſignificent. Proloquia vtrũq; deſiderant. nam & vt ſint & quid ſignificent anteq; demõſtrationes: ſciendũ. Sed quamobrem generi & affectioni altera prænotio ſufficit: proloquio vtraq; neceſſaria eſt? An quia proloquio teximus inuicem terminos & concluſionẽ aſſumimus? Nõnulla ſane ſunt quæ cõſtituere ſuperuacaneum ſit: qualia quæ nobis admodum perſpecta exploratąq; ſunt. vt ſubiectam naturam eſſe: ſi hoc ita cognitum ſit (& vt in prouerbio eſt) vel pueris ſcitũ. Nec enim cõſtituit phyſicus aliquid eſſe feruidum/ algidũ/ ſudum. Nec medicus humanum corpus eſſe. At numerum & vnitatẽ eſſe: conſtituendum Arithmetico eſt. quia hæc non perinde vt cætera/ in euidenti ſunt. Solemus & præterire conniuẽdo ea q; pre ſua facillima cognitione qd ſignificẽt noſcitantur vulgo. ſit eni perridiculũ/ quaſi acta agas: q; ſuopte ingenio expoſita ſint/ conari exponere.

¶DIFFERRE PROLOQVIA A POSTVLATIS SVBIECTIONIBVSQ VAE.C.XXII

AC proloquia quidem a poſtulatis & ſubiectionibus differunt: q; neq; conſtituuntur neq; petuntur concedi/ quia et vera ſunt & videntur. Quom dico videtur vera: non id dico/ q; concedantur ore. Nam hoc quidem modo poſſet contigere vt proloquia nulla eſſent: ſane quom ſaltem exteriore verbo poſſint negari. nã interiore nõ poſſunt. Qui enim negaret paribus demptis ſubſidua eſſe paria: ſermone potius q; interiore ſenſu cõtẽderet: &/ vt vetus eſt ſumptum ab Euripide) diſſentiret lingua nõ corde. Demõſtratio autem non ad exteriorem locutionem: ſed ad internam intellectualẽq; pertinet/ quemadmodũ & ſyllogiſm9. Non ergo ex eo quod q; ſq; foras pronunciat: ſed ex eo qđ intrinſecus approbat/ auctorantur

proloquia. Plerumq; enī dīſſonat/qđ in lingua promptum habetur: ab eo qđ clauſum geritur in pectore. Nā nec geometræ lineis iſs vtuntur/ ſuper qb⁹ ſpeculamina ſua exigūt: ſed iſs quas animo retinent conceptas/ & quarum tanq̄ exēplaria & notę ſint lineę/ quę in abaco aut in pluuiuſculo deſcribuntur. Quom enim pedalem lineam ducant/ quę non ſit pedalis/ aut ęquilaterū/ qđ nō ſit æquilaterum: non ad ea quæ graphio deſignantur/ ſpectandum eſt/ ſed ad ea q̄ mente intelliguntur. Atq; hęc vero ſunt: quib⁹ illi quom demōſtrāt vtuntur. Nā in cōcluſione lineā vniuerſalē accipiūt: ſed docent per illā interpretē/ quę deſculpta in menſula eſt. Aliter enī linea vera ſignificari diſcentibus non poſſet.

¶QVIS VSVS PRIMORVM PRINCIPIORVM IN DEMONSTRATIONIBVS SIT. Cap.XXIII.

PRoloquia vero eſſe admodum agnita certaq; manifeſtum omnibus eſt. Quid enim certius: q̄ nichil eſſe qđ ſimul affirmare negareq; liceat? Vſq; eo enim proloquij huius ī dubitata lux eſt omnibus: vt id in demonſtrationibus locare aſſūptionis loco depudeat. Fere enim prolixum ac ſuperfluum videtur: q̄ nichil ſit eo cōſpectius/ exploratius/ promptius. et tamen ſunt in quibus neceſſe eſt profatum illud cōſtituere aſſumptionis loco. Sed dicet aliquis/ quandonā aut quē admodū? quoties intētio eſt: id concludere/ vt aliquid eſſe/ &(qđ et opponitur) non eſſe/ demonſtrationes. Verbi gratia finitum eſſe mūdum/ non qđ huic opponitur: ideſt mundum eſſe finitum/ non finitū non eſſe/ hoc eſt non eſſe infinitum. ratio autem ſic formabitur. De nullo corpore finitudo ſimul poteſt affirmari & negari. mūdus eſt corpus. Sē perq; in hoc genere maior propoſitio talis ſumi debet: quoi aſſimilis ſubiungenda concluſio eſt. Non ſolum autem manifeſtū eſt nichil affirmari & negari ſimul idem poſſe: ſed & illud quoq; de quaq; re neceſſario alteram partem afferri. Hæc enim natura diſparatorum videtur. Nam contraria quāq̄ ſimul haberi non poſſunt: non tamē alterum eorum neceſſario habeatur/ neceſſe ē. Hoc ploquium ab aliquibus in demonſtrationem conſertur: pręſerti eam quę ad incommodum perducit. Nam q demōſtrat impoſſibile eſſe oppoſitū eius qđ vult tenere: neceſſario adhibet alteram partem diſiunctionis. nec aliunde rationi ſuæ neceſſitatem molitur: q̄ ex initio/ eo q; neceſſe eſt in omni diſiunctione in qua aut eſſe aut non ponitur/ alterutrum eſſe verum. Hinc illud eſt quod dicitur/ diameter aut commenſurabilis eſt coſtæ/ aut incommenſurabilis. item aut commenſurabilis/ aut non commenſurabilis/ neceſſario eſt. Incommenſurabile porro/ ſiue nō commenſurabile: nichil aliud eſt q̄ altera pars diſparatiōis. Quod quidem q̄is explicitum expræſſumq; demonſtrantibus non ſumīt: tamē vis proloquij eius ſubeſt/ ea quam diximus. Accommodatur vero & quaſi deſcendit in materiam propriā: quoties id quod in eo fulum vniuerſaleq; eſt/ ad genus certū contrahimus. Dictum enim & ſuperius eſt/ communia ꝓfata nō q̄diu communia ſeruantur ī demōſtrationem venire: ſed tum demum quom ad ſubiectam naturam traducta ſunt/ ſubditis per quæ conuenire in alia deſinant. ita vt a ſtrictione hac: generi de quo agitur propria & appoſita euadant.

¶IN QVIBVS COMMVNICENT SCIENTIAE: ET QVEMADMODVM PRIMA PHILOSOPHIA A DIALECTICA DIFFERAT. Cap.XXIIII

SVnt autem peruulgata quędā proloquia & in omne genus ſparſa: in quibus omnes ſcientiæ communicare inuicem videntur. Habentur vero duæ virtutes quarū altera inferior/ altera p̄ſtātior eſt/ ſapientia & dialectica. Cōueniūt inter ſe: q; proloquijs non eodem more vtuntur quo artes cæteræ/ ſed confirmāt ea & cōprobāt. Verū intereſt/ q; dialectica exprobabilibus ratiocinatur: ſapientia alio genere. Item dialecticam in ordinem ſcientiarum non redigimus: quia genus certum nō habet/ in quo verſetur/ nō lineas/ non numeros/ non proportiones. pręterea non de iſs quę per ſe inſint: ſed de iſs quę ineſſe vi deantur/ accurat. Quamobrem dialectici interrogatiōibus confidenter inceſſunt: quia vtrū cōceſſum negatumue ſit/ rationes habent quibus reſpondentem aut in laqueos inducant/ aut reuincant. hoc non facerent/ ſi vterentur iſs quę ab omnibus concedūtur. Et enim impoſſibile eſt de eodem probari contraria. verbi gratia/ de animo vt mortalis imortaliſq; ſit. At is qui demonſtrat/ alterā partem inſumit probandam: quia non interrogat/ ſed veritatē veſtigat. Quocirca ſi quis moueri ſemper animum negauerit & alterā partem conceſſerit: dimittetur ſtatim/ nec præterea fatigabitur percūctationibus.

¶AN INTERROGATIO ALIQVA DEMONSTRATIONI CONVENIAT Cap.XXV

SEd quæro num ſcit quando interrogare debeat q̃ demonſtrat? & num interrogatio aliqua ſit quæ ſcientiam pariat: quẽadmodum aliqua captioſa & aliqua dialectica eſt? ¶ Soluitur. Ratio ẽ vt quemadmodũ ꝓpoſitio aliqua: ita & interrogatio aliqua quæ demonſtrationi obſeruiat/ habeatur. non tamen interrogatio oĩs/ ſicut neq; oĩs ꝓpoſitio ad demõſtrandũ appoſita eſt: ſed ſolũ ea de qua ſyllogiſmus/ quacunq; ſcientia proprius nectitur. Hanc tu ſi paulum commutaris interrogationem ſcitam efficies. Interrogabit vero geometra/ nõ vt de reſponſo propoſitionem ad ſyllogiſmum proprium corroget. Nã propoſitionem illam habere intus poteſt etiã ſi ab alio non condiſcat: ſed vt pertentaturus aliquos/ qui eandem profiteantur artem/ ad id quod vult efficere interrogando perueniat. Alioqui non ſemp interroganti reſpondendum: nec ſemper ſubeunda diſputatio eſt. Sed geometrice roganti: geometrice reſpondendum/ non muſice. & muſice agenti: muſicus non geometra reſpondeat.

¶ Sed quẽri aſſolet: num quę arithmetica interrogatio ẽ/ pertinere ad muſicam poſſit? aut naturalis ad medicinam? aut perſpectiua ad geometriam? & videri poteſt pertinere. Nã ex arithmeticis principijs in muſica tractatus multi habentur: et ex geometricis in perſpectiua. ¶ Solutio eſt in his reſpondendum eſſe etiam ad ea quoad viciſſim cum ſcientijs generalioribus cõmunicant: ad principia non reſpondendũ / neq; ad quãcunq; rogationẽ quemadmodum ſupradictũ eſt. Itaq; conſtat ſi geometra coarguitur/ q̃ totum in duas partes nõ ſecuerit: non vt geometra inceſſitur/ ſed vt is quem cum imperitia muſices/ geometram eſſe contingat. Cum ijs igitur qui geometriam neſciunt/ de geometria diſputandum non eſt. Nec enim intelligere aliquis poteſt recta captioſaue diſputatio ſit: ſi id de quo diſputatur/ ignoret. Nec quemadmodum earum rerum quę probabiles tãtũm & perſuaſibiles ſunt: ita earum quæ ſcienter tractantur adhibere im

Imperitia duplex

peritos iudices poſſumus. Imperitorum autem duæ habẽtur ſummæ formæ. vna eorum qui de re omnino nichil intelligunt, altera eorũ qui intelligũt quidem aliquid: ſed contra q̃ ſit & depraue at. Ita vterq; imperitus geometrię fuerit: & qui nichil de lineis ęque diſtantibus nouerit / & q coire illas poſſe crediderit. Atq; hęc imperitia quãq̃ geometrica poteſt dici ratione vna/ q̃ ſuper re geometrica eſt/ quę recte intelligi poſſit: tamen lõge difficilior priore/ & magis etiã varia atq; multiplex eſt. Sed quemadmodum difficilior videatur/ & quot modis contingat/ demũ qua ratione obuiam ei eundum occurrendũq; ſit: proceſſu docebimus.

¶ COMMENDATIO MATHESEOS/ ET QVID SIT SYLLOGISMVM AMPLIARI IN DIRECTVM/ QVID IN LATVS PER MEDIA. Cap. XXVI.

IN matheſi obratiocinatio (ſic enim paralogiſmũ interpræter) nõ adæque committitur. Nam medium in his ſemper duplicem habet reſponſum: ſeu omonymũ/ ſeu ſinonymum ſumatur. Prefinitũ vero certũq; omne ẽ: & quoiuſq; appellatio demonſtrationem iuſtam minimo minus penſat. Nam qui nomen circuli audit: continuo circulum cõtuetur in ſe deſcriptum afformatumq; animo. nec ad ſignificatum deerrat: ſed in illud tãtum refertur/ quoius & definitionem communit. Q; ſi quædã carminis forma dicitur circul⁹: tamen ratio circuli/ quæ a geometra mente concepta eſt/ ſuſpicari non patitur circulum eſſe carminis genus. ¶ At rationes dialecticę: nec medijs conſtitutis vtuntur/ nec in aliquo genere præſcripto verſantur, qualis illa. Scientes diſcunt, qui diſcunt neſciunt. ſcientes igitur neſciunt. Nã diſcere dicunt: & qui ſciũt & q̃ docent. Plane fallacia interi a medio naſcitur: vt in ſyllogiſmis ijs/ qui per mediũ omonymũ/ ac ſi cognomine dixeris aſtringuntur. Eſt autem id mediũ: qđ ante complexionem iterum ſumitur. Quare quoties alio ſignificatu in ꝓpoſitiõe vna accipitur/ q̃ quo auditum in altera eſt: omonymia cõmittitur. Interim oritur ex forma. vt ſi qs duabus affirmatiuis in ſecunda figura vtatur: vbi medium ex vtraq; extremitate conſequitur. Si autẽ fieri non poſſit/ vt ex falſis vera commõſtrarẽtur: facile vtiq; eſſet quacũq; doctrina reſoluere. Reſoluere appello: vera cõcluſiõe poſita/ ꝓpoſitiões ex qbus cõfecta ſit/ exqrere. Hoc inquã facile factu eſſet/ ſi verũ non niſi de veris euaderet: quia certa determinataq; habe

Neſci unt Di ſcũt Sciẽ tes

rentur/ in quę referenda concluſio eſſet. Nunc quãuis ex propoſitionibus veris / nõ niſi vera cõcluſio exiſtat: non tamen in contrarium recurrit. Sæpius enim concluſio vera ex probabilibus ſumptis elicitur. Atq; hinc difficilis reſolutio eſt: quoniam perſecutio illa propoſitionum inueſtigatioq; in immẽſum excurrit/ quandoquidem infinita probabilia eſſe poſſunt de quibus vera cõcluſio eueniat. Porro in hoc Mathematicę rationes a dialecticis differunt: q̃ hæ faciliores reſolutu q̃ dialecticæ ſunt. Ratio ea quoniam ad concluſionem probãdam falſa non ſumunt/ ſed nec vera quidem adhibent omnia/ vt quæ aut communia ſint / aut ex accidentium genere: ſed omnes aut ex finitionibus/ aut ex ijs quæ per ſe hærent/ promuntur. Hæc vero facilia numerari de-


finitriq; ſunt. Eſt & ſimpliciot reſolutio mathematicarum rationum reſpectu alio: quia compoſitio earum & accretio ſimpliciot eſt. Nec enī quēadmodū in dialecticis/ ita ī mathematicis/ duplex earū ampliatio viſitur. Nā dialecticæ rationes & extrinſecus aſſumendo cōcluſionibus dilatantur: idq; bifariam. Nam aut in directum excurrunt: aut in latus funduntur/ & media corrogando aſſumptionibus creſcunt. Mathematicæ alio genere prouehuntur. Qz enim ex prioribus probant inſequentia: ſimulatq; in his aliquid explicatum demonſtratumq; eſt/ aſſumitur inſequens. hac forma continenter toto opere attenduntur porriguntur q;. Ita videmus primo theoremati ſecundū annecti/ & tertium ſecūdo ſubſungi/ & deinceps eadē ſerie reliqua. mediorum autem nulla in his corrogatio eſt. Igit hęc propoſitionē aliquam mediatā non ſumunt. quęmadmodū vero in his ab vno coorta compoſitio eſt: ita reſolutio ad vnū procumbit.

¶ QVEMADMODVM VNA SCIENTIA VTRAQVE DEMONSTRATIONE VTATVR: ET QVAMOBREM ET VT SIT. Cap. XXVII.

Cire per cauſam duobus modis accipitur. aut quia per medium quoddā ſciatur/ nam omne medium cauſa concluſionis elicitæ eſt: aut quia explicatio p cauſam rei quæ comprobatur/ contingat. Priore ſignificatu: ſyllogiſmus p cauſam formatur. quia omnis ratiocinatio vtcunq; ex medio ſuo exiſtit. Poſteriore/ per cauſam non omnis ſyllogiſmus deducitur: ſed ſolum is qui a nobis demonſtratio/ ideſt euidens probatio appellatur. Sunt & ſyllogiſmi alij: qui demonſtrationes dicantur/ modo cętera quę requiſiuimus habeant. Sed ſyllogiſmum q de cauſa rei emanat: demōſtrationem quorita ſit/ ſiue quāobrem ſit dicimus. Qui vero de medio ſolo conſurgit/ & de reciprocis tantum conſtat: demonſtrationem vt ſit/ ſiue q ſit vocamus.

¶ ALIVS MODVS: QVO IN VNA SCIENTIA VTRAQVE DEMONSTRATIO EST. Cap. XXVIII.

Ane fieri poteſt/ vt eadem ſcientia/ modo ipſum quāobrem tractet/ modo ipſum vt ſit explicet: aliquando eſt/ vt diuerſa ſcientia ſit quæ quāobrem condocet ab ea quæ vt ſit demonſtrat. Sed videamus quēadmodum eadē ſcientia vtrumq; attingat. Duplex is eſt: vnus hic quem modo exequemur. Quoniam cauſa rei per ſe inſit: neceſſe eſt & propinqua ſit rei quoius eſt cauſa. Syllogiſmus q per ꝓpoſitiones mediatas abſoluit fere demonſtrat/ vt ſit. qui vero per immediatas: magna ex parte/ quāobrem ſit declarat. Vt aſtronomus quom probat auſtrales ſtellas ocius q̄ aquilonias demergi/ per id q aquilonię mouentur minore ſegmēto: demonſtratio quāobrē ē/ quia per cauſam rei proximam & adiunctam exprimitur. quom vero eandem concluſionem confirmat/ per id q ſtellæ meridionales a ſeptētrione plus diſtant: quā q̄ verum ex veris addicit/ non tamen per cauſam propinquā & ſūmam oſtēdit. Eodē modo in ſcientia naturali: quoties immortalitas animi de morte eius interiore & indigete approbatur: tum remota & interpollata demonſtratio fit. quoties vero per id q animus vitalitatis initium ſit/ exordio fineq; vindicat: tū iuncta et continēs demonſtratio eſt. Qui frugesitem arboreſq; probat non ſpirare de eo q animalia non ſint: de longiquo collimat. at qui de eo id demōſtrat/ quia deſit his pulmo: rationem immediatam attingit. Nec enim q q̄ res animal non ſit: proxima cauſa eſt vt non reſpiret. Alioqui retrorſum commearet: vt q quid animal eſſet/ proxima cauſa diceretur q ſpiraret. Atqui multa ſunt animalia quæ nichilomin⁹ animam non trahant/ vt quæ vocantur inſecta. Sed proxima (vt dixi) cauſa vt non ſpiretur: ē carere ſpirabili viſcere. Certe animal non eſſe: abiuncta & longe petita ratio videtur q frutices non ſpirent. quia ſpirare animal: prædicatio hians mediataq; eſt/ nec niſi interuentu eius quod eſt pulmonem habere/ coaleſcit oppleturue. Proinde quom ſtirpes non ſpirare dicuntur/ q animalia non ſint: ſuperlatio in cauſa reddenda committitur. Idem peccat Anacharſis/ cum percūctantibus cauſam q in terra Scythia tibicines nulli eſſent: reſpondit quia vitem non ferret. Remotiſſima hæc ſane cauſa: nam proxima erat/ quia temulenti Scythæ non fierent. Cauſa huius quia temetum non haberent. huius quia vites eſſent his negatæ. In ſecunda etiam figura ſyllogiſmi per cauſam remotam ducuntur: vt in exemplis ijs/ quorū modo habita mētio eſt. Quom enim animal de omni quod reſpirat dicatur/ planta de nullo: relinquitur vt plantæ non reſpirēt Et quom vites tantum datæ ijs ſint/ quibus tibicinium/ Scythis non ſint datæ: reſtat vt Scythis tibiarum vſus deſit.



¶ QVEMADMODVM ALTERA DEMONSTRATIO IN ALTERA SCIENTIA HABEATVR. Cap. XXIX

Lacte- scens Pe- perit Mu- lier



Demõſtratio ꝓpter qd

Pepe- rit Lacte- scens Mu lier



Demonſtratio ꝙ eſt

ALius modus/ quo eadem ſcientia & vt ſit & quor ita ſit demonſtrat: eſt quoties rationes duas immediatas quidē illas/ ſed alterā a cauſa/ alterā a ſigno cōmunit. Qui enim argumēto ꝙ peperit/ ꝓbat mulierē lacteſcere: cauſā quor ita ſit docet. at qui retroagit peperiſſe dicens quia lacteſcat: vtitur demōſtratione ꝙ ē. Item q̄ crementū lunæ explenitudine orbis demonſtrat: cauſā quor ita ſit declarat. qui vero vice inuerſa id ꝓbat: expoſitionē inſtituit rei/ ꝙ ē. Ac ſępe quidem contingit vt cauſæ & ſigna reciprocent/ & inuicem probentur. ita vt quēadmodū a ſigno in cauſam ſubitur/ atq; hęc explicatio rei vt ſit vocatur: ita plerumq; a cauſa in ſignū demonſtratio recurrat/ quę quor ita ſit/ ſiue vndenam ſit dicatur. Quom igitur a ſigno argumentū præſtatur: tum ab eo tanq̄ a notiore q̄ cauſa ſit/ cōcluſioni fides affertur. quom vero a cauſa proficiſcitur: tū ab ea tanq̄ a principio rei ꝓcedit. Aliquādo ſigna & cauſæ retro non cōmeant. Nec enim quia ignes ſunt ſi fumus adſit: etiam fumus adeſt ſi ignes ſint. & q̄is neceſſe ſit vt quæ peperit/ cum viro coierit: non tamē retrorſum valet/ quia poteſt coiſſe cum viro quæ non peperit. In his demonſtratio vt ſit poteſt ornari: demonſtratio quamobrem non poteſt. Nā cauſa per ſignum ſemper oſtenditur: ſignum per cauſam non ſemper oſtēditur. Quēadmodū itaq; non omnes cauſę cum effectibus ſuis reciprocāt: ita nec omnia quæ reciprocant/ effectus & cauſę ſunt. quia fieri poteſt vt eiuſdem cauſæ plura inditia ſint: quæ inuicem recurrant. Cauſæ huius ꝙ quis febriat: ſigna ſunt arterię/ creber pulſus & intenſus calor. ſigna hęc mutuo ſe aſſerunt: ſed de neutro ſyllogiſmus quāobrem ducitur/ de vtroq; ſyllogiſmus vt ſit cōponitur. Ij modi ſunt: quibus eadem ſcientia demonſtratione quor ita ſit/ & demonſtratione ꝙ eſt/ tractatur.

¶ QVIS MODVS SIT QVO IN DIVERSIS SCIENTIIS DEMONSTRETVR VT SIT/ ET QVAMOBREM SIT. Cap. XXX.

NVnc aggrediamur ad modos: quib⁹ demōſtrationes illę in diuerſas ſciētias diſtriburæ habentur. Ergo quom ſcientiæ ita viciſſim ſe habēt: vt vna alteri ſubdita ſit. vt perſpectiua geometriæ. machinatio ſtereometriæ. muſica/ quæ arbitrio aurium conſtat: muſicæ/ quę in cognitione rationis poſita eſt/ eoq; mathematica dicitur. nautica aſtrologiæ. Sunt enim ſcientię aliquæ id genus quæ quaſi ſinonymæ ſunt: nec definitionem omnino diuerſam obtineant. Quamobrem harmonicus dicitur: & qui muſicen aurium/ & qui mathematicam muſicen nouit. Quom inq̄ inter ſe ordine hoc ſcientiæ fuerint: demonſtratio vt ſit ad ſcientias ſenſibilium faciet/ demōſtratio quamobrem/ ad ſpectatiuas & mathematicas pertinebit. Nam mathematici cauſas habēt perſpectas: ſit/ nō ſit plurimum neſciunt. Nam & q̄ vniuerſalia contēplantur/ ignorant ſingularia: quia de his perinde non cogitant. Equidē a mathematicis didici ſummā chordā reſponſum & cōſonantiam habere cum media: ſed ſentire cōſonātiam nō poſſum/ quia vſu eius artis & exercitatione deficior. In plenū ſcientię/ q̄ magis mathematicæ ſunt/ ideſt quæ in inſpectione rerū amplius verſantur/ & quæ formis citra materiā & ſubiectum vtuntur: ipſum quāobrem ſemper oſtendunt. qualis geometria reſpectu optices eſt. Geometra enim quæ lineis rectis propria ſint: tantum ſumit. has quāq̄ actu a rebus auocare non poteſt: tamen genere quodam abiungit. Nā omne rectū: aut in ære/ aut in lapide/ aut in ligno/ demum aliquo ſtrato recipitur. Sed artifex id non vt in aliquo horum continetur veſtigat: ſed vt ſeorſum habetur/ & abductum a reb⁹. Sed perſpectiuus rectam lineam accipit: quæ aut in amuſſi/ aut in æs inciſa cernatur. Ac ſunt quidē aliqua quibus tractādis ſciētia naturalis ad perſpectiuam eo modo ſe habet/ quo hęc ad Geometriam. vt ratio arcus cœleſtis/ naturalē definit arcum vt ſit aſpect⁹ ex tali nube in ſolem refractus: ſed quamobrem tali forma/ tali colore viſatur/ perſpectiuus abſoluit. Sunt autē ſcientię/ quarū etiam ſi altera ſub altera nō reponitur: eodē tamen modo proximæ inuicē videntur. vt medicina & geometria. Nam ſcire vulnera orbicularia tardius ſolideſcere ad medicū pertinet: ſed vndenam ad geometram.

¶ QVAE FIGVRA SYLLOGISMI APTISSIMA DEMONSTRANTIBVS SIT. Cap. XXXI

FIgurarum prima ad ſcientiam accommodatiſſima eſt. Nam & mathematici rationes ſuas ſecundum illam texunt: arithmetici/ geometræ/ perſpectiui/ poſtremo quicunq; demonſtrationem quor ita ſit frequentant. Nam medię figuræ vſus rarus & in paucaidoneus. Amat enim cauſa per affirmationem oſtendi. Quom ergo notiçia quāobrem potiſſima ſit: efficitur/ vt figura hæc ad ſcientiam quęrēdā aptiſſima videatur. Sed ad cognoſcendos fines commodiſſima eadē ē: imo ad gen⁹ hoc ſola perducit. Nam definitiōes verbis vniuerſalib⁹

& affirmantibus constāt: in media figura complexio negatiua concipit/ in postrema particularis. Præterea mediatas propositiones ad immediatas non alia figura q̄ prima reducimus. Nam eadem figura continēter propositio mediata ad immediatam refertur: qua primum cœpit astrīgi. at nec in secunda/ affirmatiua: nec in sūma vniuersalis concluditur. Itaq; cōstat per has figuras mediatā ad immediatam solui non posse. Immediatę porro nō omnes affirmatiuę/ sed & negatiuę aliquę habentur, æque enim immediatę sunt omnes: quæ syllogismo confirmari non habent. quales negatiuæ illæ sunt: in qbus de neutro termino affirmari aliquod genus potest. Nā in talibus vterq; ab altero citra medium remouetur. Si enim medium aliquod statuatur: necessariū sit illud de altero termino affirmari/ atq; ita per id/ terminus subiectus a p̄dicato contraue abiunctis/ syllogismo probabitur.

¶DE SYLLOGISMO IMPERITIAE IGNORANTIAEVE. Cap.XXXII.

MVnc id diligentius exquiratur de quo supra/ nescio quid pręsumpsimus: duas esse species imperitię. Vna quom aliquoius rei penitus rudes/ ignariq; sumus. vt pueri cōclusionis eius: Triangulum duobus rectis pares habere. atq; hæc nobis dimittēda est: nichil enim contēplationis artificiosæ in ea comperias. Altera species imperitiæ est/ quæ affectionis vocatur: quom quis rudis quidē non est/ sed falsam eius rei scientiam obtinet. vt si triāgulum habere tres angulos duobus rectis maiores aut minores existimet. Dicitur autem imperitia hęc affectionis: quia quom contingit/ animus persuasione quadam affectus & formatus videtur. Putat enim se id scire quod nescit. Hæc igitur imperitia: aut earum rerum est/ quę immediatæ iunctæq; sunt: aut earum quæ per aliquod medium possunt offendi. In vtroq; autem genere bipartita est. Nam aut per syllogismum contingit: aut per simplicem apprehensionem imbibitur. vt triangulum duos rectos angulos non habere/ aut diametrum commensurabilem esse cum costa. Nam in his etiam sine syllogismo corruere possumus. Qualis enim in sensu error/ allucinatio & obauditio est: talis in mente apprehensio & opinatio falsa consurgit. Solemus & ratiōe aliqua mētita captiosaq; decipi: atq; hoc variis & plusculis modis contingit. Nā & syllogismorum formæ multiplices sunt: eorū præcipue qui paralogismi dicuntur/ in quos facile sit quē collabi. Ergo id quod immediate aut mediate non ineſt: vt ineſſe per syllogismum credatur/ in prima tantum figura potest accidere. Vt enim quoties aliquid vere vniuersaliter negatur/ seria demōstratio in alia figura q̄ prima deduci non potest: ita & quoties aliquid falso vniuersaliter negatur/ ratio mentiens alia figura nō texitur. Et hæc causa est quamobrem imperitia hæc teterrima & stolidissima sit: quia sibi persuasionem scientię arrogat/ & p̄prietates eius ascisci/ ac vendicat/ q; & accepta vniuersaliter ē/ & regulis scientię vsa. Quę vero mediate in aliquo imediateue continentur: non contineri putare syllogismo in prima & secunda figura contingit. proinde interī binę sumuntur falsæ/ interim altera. Sed quādo & quēadmodū vtrūq; genus eueniat: ab Aristotele ipso peti volumus. Nos si persequeremur oīa: inferremꝰ offensionem adeuntibus hæc.

¶QVEMADMODVM SYLLOGISMO IMPERITIAE OCCVRRATVR. Cap.XXXIII.

ILluc potius conferenda oratio est: vt doceamus solere propositionibus falsis/ e qbus obratiocinationes hæ id est paralogismi ducunt/ resisti non oppo nendo disparata aut particulariter refellendo/ sed contraria obiciendo & vniuersaliter confutādo. Ex his enim concessis: & veritas asseretur/ & id qđ errori contrarium est vendicabitur. Nam deceptionē ita sumere possumus vt per eam contrarium demeremus. Ac dialecticus quidem etiam particulatiter occurret: quippe quoi conclusio aliqua vniuersalis proposita non sit. Demonstrator semper reprehensiones vniuersaliter afferet.

¶ABOLITO SENSV ALIQVO: SCIENTIAM SENSIBILIVM ILLIVS SENSVS ABOLERI. Cap.XXXIIII.

MAnifestum vero est si quis sensus defecerit: scientiam generum eorum quæ sub sensum illum cadunt necessario defecturam/ ita vt ab eo quoi deest: queri & capi non possit. Hoc sic instruimus. Si verum est quicquid condiscitur aut inductione/ aut demonstratione condisci, demonstratio autem vniuersalibus/ inductio particularibus constat: fieri nequit/ vt sensibilium generum vniuersales notiones scruteris/ nisi ea per inductionem perspecta & cognita habeas. Inducendis porro sensibilibus qui potest is valere: qui deminutus sit sensu quo illa noscuntur/ Quom ergo neq; ex vniuersalibus quicq̄ sciri possit

ſine inductione/ neq; inductio ſine ſenſu abſolui: nulla ei via relinquitur/ qua ſcientiam caplat. Nã & illa quæ per abiunctionẽ a materia nominantur abſtracta: quãq; longe a ſenſu videtur remota/ tamen auxilio ſenſus & inductione faciliora & euidentiora diſcentibus redduntur. Superficiem/ longitudinem/ latitudinem/ & cæteros mẽſus ſeorſum haberi facile credim⁹: quom fides inductionis accedit. Nã triangulum tribus lateribus claudi: fere aut ſenſus/ aut inductio cõprobat. Nam tametſi hæc neq; re vera exolui a materia/ neq; ſeparatim poſſunt conſiſtere: tum ea inductionis vis eſt/ vt quod quoiq; horum p ſe ingenitum ſit/ comitatu ſenſus exploret.

¶QVID SIT PRAEDICARI PER ALIVD/ SEV PER ACCIDENS. Cap.XXXV.

QVoniam vero ſæpiſſime teſtati ſumus eum qui demõſtrat ſemp ſumere quę dicantur per ſe/ dialecticũ non ſemper/ ſed interim quæ per accidens prædicentur/ modo ꝓbabiliora notioraq; videantur q̃ ea quæ inſunt per ſe: definiendæ nobis formæ ſunt quib⁹ aliquid per aliud aut per accidẽs prędicari contingit. Sane fuſa & multiplex eius verbi ſignificatio eſt. Primum corp⁹ per aliud eſſe cãdidum dicitur: quia per ſuperficiem. & vitis alba per aliud: quia racemos albos obtineat. Sed ſi de accidente accidens dicatur: per aliud videbitur dici/ vt de candido muſicum. De ſubſtantia quoq; allatum p aliud prædicabitur: ſi de numero eorum non ſit/ quæ per ſe habentur, vt ſi de homine ruſſum aut ſubatrum. Tum vero maxime accidẽtaria prædicatio eſt: quoties peruerſo naturæ ordine/ ſubſtantia de accidente affertur. vt quom de albo animal dicitur. Nam oratio hæc albũ eſt animal: differt ab ea quę eſt/ animal eſt album. in eo q̃ in poſteriore quod ſubijcitur: neq; in alio ineſt/ neq; per aliud cõſiſtit/ ſed per ſe ſubſtãtia eſt. in priore id ſumitur vice ſubiecti: qđ vt ſit habet/ ab eo quoius eſt accidens. In more itaq; dialecticis eſt: quom argumentãtur prædicatis vti ꝓbabilibus cognitiſq;/ nullo diſcrimine. Demonſtraturus/ prædicationes inconditas/ & præpoſteras/ quemadmodum & accidentarias vitabit: niſi quæ accidentia huiuſmodi ſint/ q̃ q̃ per ſe inſunt/ prędicari etiã per ſe poſſint/ de quibus retro monuim⁹. Atq; omnia hęc fortaſſe de ijs quę ſuperius nobis expoſita ſunt: conſtant.

¶AN DEMONSTRATIONES IN INFINITVM EVADANT. Cap.XXXVI.

1 Quæſtio

EXpectat pridem nos diſquiſitio ea neq; ignobilis hercules neq; ſuperflua: an finitus ſit numerus eorum quæ prædicanť de ſubiecto per ſe/ an vero ſerie continenti in infinitum hęc exeant. atq; hoc qđ dico tale eſt. Conſtituamus ſummũ & vltimũ ſubiectũ eſſe vbi eſt C/ quod de nullo p̃terea dicať. ſed de quo id vbi eſt B/ primũ immediateq; p̃dicetur. de B vbi eſt D. de D vbi eſt E. quęro num/ quãdo neceſſe ſit vt extractio hęc ꝓcũbat: an in imenſum ſit caſura? Ita vt de E/ prædicari ſubinde F poſſit. de F iterum G/ idq; in infinitũ abeat. ſitq; p̃dicatorũ vis ĩexhauſta/ & ĩcõſumpta q̃ identidẽ ſuppetãt. Atq; hęc prima no

2 bis quęſtio ponitur. ¶ Secũda eſt huiuſmodi. Fingamus ſeu ſubiectũ ſit A/ tale eſſe/ vt de ipſo nichil dicatur: ſed vt prędicatũ primum ſupremũq; ſit. tũ vt A imediate iſit in F. rurſum F/ vt inſit in E. deinceps vt E inſit in G. quæro num ratio hæc ceſſet: an egredi in infinitũ ſit neceſſe/ nec aliqđ ſubiectum inuenire ſit/ qđ non obiter de alio prædicetur? Differt vero conſideratio hæc a priore. quoniã in ea id quęritur/ an prędicata infinito aſcenſu: in hac id agitur/ an ſubiecta de-

3 ſcenſu infinito ſuppeditent. ¶ Tertia q̃ſtio eſt cõſtitutis extremis/ primo p̃dicato/ & ſummo ſubiecto: vtrum infinita interueniãt media. vt ſi in propoſitionibus ſumptis/ medius ſemper aliquis terminus ſit/ qui committat ne quod prædicatũ ſubiecto proxime innexum & continens videatur? Atq; hoc nichil aliud eſt: q̃ quęrere/ an demonſtrationes progreſſione infinita vtãtur/ ideſt an infinita obire habeãt qui demonſtrant: ita vt quicquid ad probationẽ alterius ſumitur/ ipſũ quoq; ab alio probari neceſſe ſit. An verius ſit aliquas eſſe immediatas ꝓpoſitiones: & vltimos fines quo ſimul ventum eſt/ demõſtratio ſiſtitur. Eadem & in negationibus quæſtio eſt: immediatę aliquæ habeantur/ an contra. Supra quales immediatę negationes dicantur oſtendimus: in recurrentibus vero reciprocantibuſq; controuerſię hę pari modo non tractantur. Non enim vltimo ſubiecto poſito dubitari poteſt: an primum aliquod prædicatũ his ſit. Neq; primo prędicato accepto quęrendũ eſt an ſubiectum aliquod vltimum habeatur. Quom enim aliqua inuicem cõmutantur: quicquid de altero quæritur/ de vtroq; obiter quæritur. & ſi poteſt ſubiectum ĩ his ſummũ ſpectari: poterit & prædicatũ primũ. Nã ſi vltimũ ſubiectum conuertas: prędicatum primum efficies.

¶INFINITA NON ESSE MEDIA: ET SI IN AFFIRMATIVIS HOC VERVM/ IN PRIVATIVIS VERVM. Cap.XXXVII.

INitium itaq; a quęstione prima sumendū. Sed scire oportet intermedia statui infinita nō posse: si sursum ac deorsum versus/ prędicationes decūbūt. Voco sursum versus/ quę ad vniuersale: deuersus quę ad particulare potius cessant. Si enī quisq; cōcesso vt A primū prædicatū sit/ & G vltimū subiectū/ defendat media incidere infinita: fieri non posset/ vt qui cœpisset ab A descenderet vnq; ad G/ & qui ab G soluisset/ subiret vnq; ad A. ex hoc sequitur finita extrema nō esse/ qđ tamē erat cōcessū. Atq; hoc ē peride: ac si qs numerū dicat ab vnitate ad denariū finiti/ sed nūeros esse q interiaceāt infinitos. Quēadmodū igī eo q̄ sunt p̄cedūtq;/ nō eo q̄ possūt accipi: ifinita euadūt) ita q finitos quidē terminos fatērētur sed infinita esse q̄ intercederēt/ crederēt: tueri qđ fatereñ/ nō possent. Neq; quicq̄ officit rationi nostræ: q̄ de sectione cōtinui simile videtur. quāq̄ enim ibi extremitatibus terminatis intermedia magnitudo infinite distrahitur: tamē recisamēta quę indidem corradūtur anteq̄ acciperentur/ actu nō erant. Sed hic terminos/ qui accepti fuissent pręcessisse actu necesse esset: vtpote qui in rerum natura sint/ etiā non accæpti. At in ijs quę diuidūtur: nichil in actu euidētiq; est/ anteq̄ cōmittatur diuisio. Quāobrem necessario confit: vt cōstitutis extremis intermedia/ in infinitum prodire nō possint. Atq; hic status nō in demōstratione affirmatiua modo: sed & ī priuatiua perpetuus est. Nam omnis priuatio negatioq; adiūctione affirmationis ostēditur. Si ergo finitæ affirmationes sunt: finitę etiam erunt adiūctiones/ per quas negationibus fides affertur.

¶TERMINOS PRAEDICATOS INFINITOS NON ESSE RATIONIBVS LOGICIS PROBATVR. Cap.XXXVIII.

HAtis declaratum videtur: finitis extremis propositiones in infinitū hyare non posse. Nunc docendū est extrema ipsa vtroq; versus/ finita esse. primū cōmunioribus argumentis probabimus: nō solū prędicata per se/ sed vtcūq; in infinitum nō extrahi. Quom igitur omniū quę de altero prędicātur/ quędam ī eo quod ē rei esse/ quędam genere alio prędicētur/ item alia secundū naturā/ idest cōplexu recto dicantur/ alia pręter naturā ideſt præposteró/ secundū naturam quoties de substantia accidens affertur/ præter naturam quoties de accidente substantia: prædicationes quę naturalem terminis regionē mutant/ ne prędicationum quidem appellatione censemus/ eoq; missas hoc loco fieri volumus. In cęteris vidēdum an stent: ac statim quidē illa/ quę in eo qđ rei esse est prædicātur/ constat finita esse. Nec enī diffinitio aliqua coalescere vnq; posset: si omnia genere continerentur & definitionē agnoscerent. Nam ne generum quidē quisq; definitiones vnq; reponeret: si semper genus aliud suppeteret/ qđ sine definitione cognosci non posset. Ita nunq; neq; initium neq; summa tenebitur. Alioqui definire omnia nō sit possibile: quia infinita exigi aut cōtinuari nō possunt. Ex his dilucet ī finitionibus prędicata certo numero cōprehendi. Nunc idē de accidentibus mōstrandū. Palam est accidētia q̄ de subiecta substātia p̄dicātur: aut q̄ qualitates sunt prędicari/ aut q̄ quātitates/ aut q̄ ad aliqđ relata/ aut q̄ actiōes/ aut q̄ passiones/ aut q̄ aliquē habitū p̄ferūt/ aut q̄ aliquē locū designāt/ aut q̄ aliqđ tēpus ostēdūt. Atq; hoc quoties vnū vni cōfertur. Nā & albū dicimꝰ pedale esse/ & inābulantē logq; & duplionē numerū parē esse. Sed p̄dicationes hę videtur omnes (vt paulo ante dixi) per accidēs. Nā quom albū dicimus pedale/ nichil afferimꝰ/ qđ ipsum p se tāta magnitudine cōsistat: sed lignū id lapisue ē/ in quo albū inest. Portēta illa (hercules) sunt: quę aliq autumāt albedinē/ nigritiē/ ruborē/ numerum/ ambulationē/ doctrinā/ seorsum a rebus stare. Ergo quod diximus/ omne accidens de substantia prędicari: certū est. quę vero de substātia prędicantur: omnia sunt finita. Nam decē genera certis vtrinq; finibus includuntur.

¶DE EODEM RATIONIBVS PROPRIIS: TERMINOSQVE SVBIECTOS NON EXIRE IN IMMENSVM. Cap.XXXIX.

HActenus logicis & cōmunibus argumentis: nunc pręstius ac resolutius indicabitur/ terminos prædicatos aut subiectos in demonstrationibus (de quo modo agitur) in infinitū attineri nō posse. Demōstrationes ducūtur ex ijs q̄ per se adsunt. Quę per se adsunt: bifariā accipere ē. Nā & quę in definitionibus collocantur: per se dicūtur/ vt multitudo & quātitas numero. Et accidentia quæ subiectis suis definūtur: vt numero impar. Neutrum genus in infinitum attenditur. Nec enī si impar de numero dicitur: necesse est/ vt de ipsi aliud quicq̄ obiter p̄dicetur. nec vt ipar/ in definitionē illius addaꝰ: quēadmodū numerus in definitionē imparis cadit. Sēper enī termini/ q hac forma prędicātur: angustiores q̄ subiecta sumūtur. Tandēq; attenuati impendio cōminutiq;: ad indiuiduū recidunt. Nam quemadmodum arcti-

us eſt impar q̄ numerus: ita id quod de impari prædicabitur/ cōtractius q̄ impar ſit/ oportet. Ergo prędicationes hę aut ratione/ quā diximus/ conſiſtent: aut quia quicquid de impari prędicabitur/ de numero quoq; prędicari neceſſe erit. Demum quęcūq; ineſſe terminis dicētur: eadē ineſſe ſubiecto fatendū. Ita in definitionibus eorū omniū adhibebitur numerus. infinita igitur per ſe inerūt numero: & definitiones infinitas numer⁹ obibit. Sed ea quę per ſe inſunt/ infinita eſſe non poſſunt: quia hęc ſimul actu eē neceſſariū foret cōcedere. Prętera fieri neqt: vt accidēti per ſe/ aliquid per ſe inhęreat. alioquí accidens/ natura quędam ſubiecta & ſubſtantia videretur eē. Sed ne illa quoq; infinita cōſtitui poſſunt/ quę in definitionibus prędicātur: quia nullius rei definitio teneretur. Quāobrem late patet nec demonſtrationes abire in infinitum: nec omnia eſſe talia/ vt demonſtrari vendicariq; habeant. qđ nonnullis viſum diximus inter initia. Nam ſi nō ſemper/ nec in omni propoſitione medium terminū accipere ē/ ſed ſimul ad propoſitiones immediatas deuenimus/ ſcrutiniū & perſecutio deſinit: non poteſt defendi cadere in demōſtrationē omnia. Probatū eni ſuperius eſt definitis extremis: quę interſtitiū obtinēt/ neceſſario finita intelligi. Demōſtrationes autē in infinitū nō euadēt: niſi innumerabiles termini prętō ſint/ & quaſi habeantur ad manū/ qui cōtinenter afferri poſſint ad concludendū ſequentia.

¶ DEMONSTRATIONEM VNIVERSALEM PRAESTARE PARTICVLARI. Cap. XL.

VIdeamus nunc demonſtratio vniuerſalis particulari potior ſit/ nec ne. Sed prius eſt vt afferamus ea/ qbus particularis poſſit videri potior. Qđ particulare eſt: per ſe amplius cōſiſtit & euidentius homini eſt. nā qui priuata cōmentatione Calliā rationabile animal eſſe intelligit: exquiſitius noſſe id videtur/ q̄ qui cōmuni ratiocinatione aſſecutus id notitiæ ſit/ quia ſcilicet omnē hominē eſſe animal rationabile ſcierit. Res enim per demōſtrationē particularē/ vti eſt/ ita cognoſcitur: per vniuerſalem dūtaxat in cōmune. Prętera vniuerſalis nulla ſoliditas ē: particularis aliqua eſt. Sed enim potior demōſtratio earū rerū habenda quę ſunt: q̄ earū quę nō ſunt. Iam errores nullibi frequētiores/ q̄ circa vniuerſale: vt de quo/ ceu a ſingularibus abiuncto/ demōſtrationes procedāt. Cōtra qđ particulare ē: vſurpatur viſu/ & quaſi manu tenetur, demōſtrationes de eo nichil falſi/ nichil incōſtātis enūciāt. ¶ Sed rationes hę quāq̄ videnē plauſibiliter dici: nō tamē labore multo reꝑhēdūtur. Ac primū quidē: nota per ſe/ vniuerſali q̄ particulari iūctius inhęret. Nā rectos habere duos ex eo potius intelligitur: q̄ p ſe triāgul⁹ ē/ q̄ q̄ ęqpedus/ aut ſcalenus. Et de vniuerſali tāq̄ de eo qđ ſit: demōſtratio nectit. Nec enī appellatio vniuerſaliū omonyma eſt/ neq; merū his vocabulū reſpōdet: ſed hypoſtaſis etiā aliqua/ ideſt cōfirmatio euidētiaq;. nō tamē abiūcta/ quēadmodū neq; accidētibus: ſed q̄/ in ſingularib⁹ poſita re/ ab ſe cōſpicua ſit. Deinde cōtinētur in ſingularibus pluſcula: q̄ natura vniuerſali nō particulari ſunt deſumpta. vt rationabilitas Socrati. nec eni qua Socrates ē: ſed qua homo rationabile aial Socrates eſt. Itē illa optimatior demōſtratio ē: q̄ a potiore cauſa trahitur. ſed potior & āplior cauſa/ vniuerſale q̄ particulare ē. Nā quęſtio & inueſtigatio/ quāobrem quicq; ſit: ad vniuerſale ceſſat. Exempli gratia, quęritur quāobrem in triāgulo exteriores anguli: quattuor rectis pares habētur? Reſpondetur. quia ſublitius: nō eſt ſatis. quia ſcalenus: neq; hoc itidē ſatis. qa triāgulus: nichil facit. quia figura rectilinea ē: nichil ſupererit ad demōſtrandū/ qđ velis. Huc accedit q̄ demōſtratio particularis fere infinitorū eſt. Sunt eni particularia ad numerū infinita. vniuerſalis finitorū. Itē illa p̄ſtātior demōſtratio eſt: per quā vberius & locupletius ſcitur. Per vniuerſalē ſcire locupletius cōtingit. Itē quāto vniuerſalior demōſtratio ē: tanto ex imediatioribus ſciētia paritur. Item qui vniuerſale agnoſcit: potentia & particulare agnoſcit. Nec retroagitur: vt q particulare intelligit cōtinuo & illud intelligat. Poſtremo vniuerſale rationis/ & animi eſt: particulare alūnum ē ſenſus. Per hęc probatū videtur: demonſtrationem vniuerſalem antiſtare particulari.

¶ DEMONSTRATIONEM AFFIRMATIVAM PRAESTARE NEGATIVAE. Cap. XLI.

HVnc docendum demonſtrationē affirmatiuā/ negatiua ſuperiorem eſſe: affirmatiua pręſidio negatiuæ non indiget. Negatiua ſine vſu affirmatiuę non conſtat: proinde demonſtratio ex ſolis negationibus texta/ nichil efficit. Affirmatio etiam prior & ſimplicior negatione eſt.

¶ DEMONSTRATIONEM ASSERTORIAM POTIOREM ESSE DVCENTE AD INCOMMODVM. Cap. XLII.

POtior quoq; demōſtratio ea eſt/ q̄ aſſertoria: q̄ quę ducens ad incōmodum vocatur. Aſſertoria dicitur: quę id qđ propoſitum initio ē/ commentatione recta concludit. Ducens ad incōmodum: quę contrariū eius/ qđ tuetur/ intendit. Quo facile reprąhenſo

infirmatoq; tum ad quęſtionem propoſitam cõmeat. Aſſertoria ſimplex & impromiſcua ē: quia ſolum ex propoſitionibus nectitur. altera multiplex & miſcellanea: vt quæ hypotheticas etiam corroget.

¶QVOTMODIS SCIENTIA PRIOR ET CERTIOR ALIA SIT: ITEM QVAE VNA/QVAE DIVERSA. Cap.XLIII.

Cientia prior & certior alia multifariam dicitur. Vno modo ſi hęc per ipſum quamobrē cõfirmet vt ſit: illa tantum demõſtret q; eſt. atq; ita nõ ex primis: ſed ex ſequẽtibus/ & ſignis oſtendat. Alio modo ſi hęc intelligibiliũ & vniuerſalium generũ ſit: illa ſenſilium, quomodo habet arithmetica ad muſicem, geometria ad opticem, demum omnes ſuperiores ad ſubditas. Tertio modo ſi ſimplicioribus principijs hęc vtatur: illa quaſi cõnexis & iunctis. Hac forma arithmetica/ q̃ geometria certior videtur. Nam arithmeticæ vnitas pro principio eſt: geometriæ punctus. ſed vnitas ſitu caret: puncto adiungitur ſitus. Illo modo & geometria: q̃ aſtrologia exquiſitior eſt. Illa ſimpliciter accipit corpus: aſtrologia non ſimpliciter corpus/ ſed qđ mouetur circumagiturq;. Scientia vna dicitur: quę affectiones per ſe vnius generis contemplatur. Vnum genus eſt: quoius eadẽ prima principia ſunt. vna ergo ſcięntia geometria/ ſtereometriaq; eſt. Diuerſę ſcientiæ appellantur: quarum diuerſa principia ſunt/ non quę de principijs alterius ortum habent, vt geometria & perſpectiua. Atq; hoc cõſtare poterit: ijs qui aduſq; prima indemonſtrataq; ſubierint initia. Si enim nulla his inter ſe cognatio fuerit: tum ſcientiæ probabuntur diuerſę. Nam principia quę cum ijs/ quę demõſtrantur/ eiuſdem generis ſunt: ſi nichil commune inter ſe habeant/ neq; ipſa illa quę demõſtrantur/ habuerint.

¶PLVRES DEMONSTRATIONES EIVSDEM REI ESSE. Cap.XLIIII.

PLures vero ſuper eandem rem demõſtrationes/ & ex pluribus medijs necti contingit. vt ſi aliquid modo ex cõgeneribus/ & quę ſe recta inuicem cõprehendãt: modo ex ijs quę alterius ordinis aut generis ſint addicatur. Ex cõgeneribus/ & quę ſe recta inuicem amplectantur: quom platanum eſſe ſubſtantiam/ aliquando per arborem / aliquando per plantam/ quorum vtrumq; ex eodem verſu ac ſerie eſt demonſtramus. Ex ijs quę ſequioris ordinis aut generis ſint: quom hominem eſſe ſubſtantiam/ quandoq; per rationale/ quandoq; per bipes oſtendimus. Hæc aũt media parte ſe continent viciſſim: quia vtrũq; de altero extremorũ generatim affertur.

¶FORTVNA NON SCIRI. Cap.XLV.

VErum quę caſu viceq; fortuita proueniunt: ſcientia per demõſtrationẽ attolli nõ poteſt, quia nec neceſſaria ſunt/ quorũ temeritas domina ē: neq; textũ ſyllogiſmi recipiunt. Nedum vero neceſſariũ: ſed ne frequens quidem eſt/ qđ forte fortuna cõmittitur. At omnis ſyllogiſmus: aut ex neceſſarijs/ aut ex frequẽtibus trahitur.

¶SENSVM NON ESSE SCIENTIAM. Cap.XLVI.

AC ne per ſenſum quoq; ornatur demonſtratio: quippe quæ vniuerſalium eſt/ ſenſus ad ſingularia pertinet. Si enim cerni oculis poſſet triangulum habere duobus rectis æquales: nondum tamen demonſtratio teneretur concluſionis eius/ in qua omne triangulum habere pares duobus rectis exponitur/ ſed triãguli huius cognitio tantum ac ſenſus. Aut ſi deliquium lunę/ fieri obiectu terræ contueri poſſemus: non tamen in vniuerſum ſciremus omne deliquium lunæ interpoſitu hoc exiſtere/ ſed ſolum id qđ aſpectus oſtenderet. Sane omnis demonſtratio veritaſq; a ſenſibus oritur: nec intelligi datur vniuerſale/ niſi de multis operibus & functionibus ſenſuum. Nam de particularibus multis vniuerſale ꝓponitur & euidens redditur. Nec tamen iudicium veritatis in ſenſibus eſt: nec demõſtratio credi ſenſus aliquis poteſt, quia ſenſus quãobrem quicq̃ ſit/ nõ poteſt docere: ſed ſemper in cognitione q; ē/ verſatur. Expoſitio cauſæ quor ita ſit quicq; tota vniuerſalium eſt. eoq; nõ modo notitiam huius vnius defectus/ quem nũc patitur luna: ſed ſimpliciter omnium continet. Nam interuentus terræ non tam huius defectus cauſa eſt: q̃ omnium qui poſſint omnibus ſęculis euenire. quorũ itaq; cauſa aliqua eſt: eorum cognitio vniuerſalis nobilior & antiquior eſt/ q̃ ſenſus. neq; ſenſus tantum: ſed etiam q̃ ſimplex eorũ & citra cauſam appręhenſio intellectioq;. Vt ſi quis illi cõcluſioni/ in triangulo interiores angulos eſſe pares duobus rectis/ abſolute fidem haberet: nec acceptam referret angulo exteriori/ qui cõtrouerſim interioribus reſpõdet. Igitur appręhẽſio q̃ cõiuncta cũ cauſa quamobrẽ eſt: longe videtur pręſtantior/ q̃ quę ſeorſum habetur. Diximus autem ſupra quorum cauſa aliqua eſt: vt noticia principiorũ eſſet excepta/ vt q̃ vel ſine cauſa extra æmulã/ optimate ſit eminẽtia. Sed q̃rat aliqs ſi ſenſus ſcięntia nõ eſt: vnde fit vt ſenſu defecto

Extra æmulã/ extra cõtrouerſiam

deficiatur & ſciẽtia? An hoc ita intelligẽdũ eſt/nõ vt ſenſus ſciẽtia eẽ poſſit: ſed vt ex ſenſu vniuerſale proficiſci dicat/intercepto aũt initio/neceſſe ſit cõſecutionẽ intercipi? Vt modo addubitari ſolet quãobrẽ/vitrũ ſi ex aduerſo ſoli retineatur/accẽdat. Qz ſi lumẽ ſolis foraminibus pſpicuis cõmeãs oculi cernerẽt: tũ & vniuerſale/& cauſa miraculi huius intellecta eſſet per ſenſum.

¶NON OMNIVM EADEM PRINCIPIA ESSE. Cap.XLVII.

Adem autẽ principia ſcientiarũ omnium haberi nõ poſſunt: nec remota/nec proxima. Non proxima: quia quom principia rebus quæ demonſtrãtur ſua q̃ buſq; reſpõdeant. quę vero demõſtrantur nõ eadẽ ſint/immo ſępius & genere differant: neceſſe eſt/vt propoſitiones quoq; taliũ rerũ diſcrepent genere. propoſitiones enim ex ijs quę per ſe ſunt cõſtant. Alia itaq; principia geometriæ/alia arithmeticæ ſunt. Adeo autẽ viciſſim accõmodari no poſſunt: vt neq; hęc de illis dicantur ſubijciãturue/neq; altera alteris pro medio inferãtur. Cõmunia quoq; & prima principia in omnem ſcientiã nõ intrant: vt omne aut affirmari aut negari neceſſe eſt. Nec enĩ probari quicq̃ ex ſolis his poteſt: ſed quoties hęc in demonſtrationem rogãtur/propoſitiones alię propinquę ac proprię adhibẽtur. Neq; vero proloquia in ſyllogiſmo ſumũtur vniuerſaliter concępta: ſed ad genus aliquod ſubiectum quaſi contracta. Hoc modo cõmune profatum eſt. Quoties quattuor momẽta cõparilia ſunt ordine cõmutato: eaſdem manere proportiones. Vtũtur hoc artes: ſed reſtricto. Geometra quoties quattuor magnitudines. Arithmetic9 quoties quattuor numeri. Naturalis quoties quattuor motus/aut q̃ttuor tẽpora. Deide ſi principia omniũ ſcientiarũ eadẽ forent: nõ ceſſe eſſet numero aliquo cõpræhenſa dicere/vt elementa. ſed quęq; ſcientia promoueri in imenſum poteſt. multiplex enĩ concluſionũ amplificatio & dilatatio eſt. Ergo principia totidem cõſtituere oportet. Nõ igitur cõmunia ſuffecerint. Poſtremo ſi eadẽ pricipia omnibus cõuenirẽt: ſequeretur vt quicq; ex quoq; eorum demõſtrari cõtingeret. Sed ex muſicis geometrica demõſtrari nõ poſſunt. Ex his intelligitur principia: neq; omnium eadem eſſe/neq; penitus aliena/neq; prorſus affinia.

¶SCIENTIAM DIFFERRE AB OPINIONE REBVS SVBIECTIS. Cap.XLVIII.

Citum & ſcientia ab opinione vera/& opinabili differũt. Nam de falſa opinione: nulla dubitatio eſt/quin cũ ſcientia/nichil ſimile habeat. Sed & inter opinionẽ veram/& ſcientiam plurimũ intereſt. Primum quę ſubiecta ſcientię ſunt: neceſſaria eſſe oportet/& quę aliter habere ſe nõ poſſint. Opinionis q̃ ſunt nõ oportet/ſed hęc aliquando poſſunt & mutari. Deinde ſcientia/vt ex neceſſarijs: opinio/vt ex poſſibilibus propoſitionibus pendet. Et ita alius modus eſt approbãdi quę opinemur: alius quę ſciamus. Diſtat ergo ſcientia ab opinione diſcriminibus binis: rebus ſubiectis/& genere approbãdi. Quã vero de poſſibilibus contingentibuſue opinio ſit: hinc docebimus. Contingentia: nec ad ſcientiam pertinent. alioqui non poſſent aliter ſe habere. Neq; ad intellectum. hoc loco intellectum appello principium ſcientiæ: quo termini cognoſcũtur. Neq; ad appręhenſionem credulitatemue propoſitionum immediatarũ: quã quis ſcientiam indemonſtrabilem dixerit. Qz ſi habitus omnes quibus vera noſcuntur aut ſcientia/aut intellectus/aut opinio eſt: relinquitur opinionẽ earum rerum videri eſſe/quę vt verę ſint/tamen ſecus eſſe poſſunt/ac ſunt. Incõſtans igitur/& inſtabilis opinio eſt: quia inſtabilis etiam illa eſt natura/qua vtitur ſubiecta. Prętera nemo putat opinari ſe/quę credit aliter eſſe nõ poſſe q̃ ſunt: ſed ſcire opinatur vero/tũc quom ita eſſe rem vtiq; putat/ſed quę tamen aliter eſſe poſſit.

¶SCIENTIAM DIFFERRE AB OPINIONE GENERE APPROBANDI. Cap.XLIX.

Inc dicendum genus & modum approbandi: alium in opinando/q̃ in ſciendo eſſe. Eadem res ex eiſdem propoſitionibus modo ſcita/modo opinata eſt. Atq; hoc contingit: ſeu ſyllogiſmus q; eſt/ſeu ſyllogiſmus quamobrem fiat. Vnde dubitauerit quis: quor qui ita opinantur non etiam ſciant/quando & propoſitiones & ſubiectę res eædem ſunt? Et quor adæque ſi cognitio hęc ſcientia ſit: illa non ſit? Solutio. Credũt aliter eſſe propoſitiones non poſſe q̃ ſunt: nõ opinio/ſed ſciẽtia hęc dicetur. quia de ijs quę per ſe ſunt/& q̃ de ſubſtantia rei prodeunt: ſcientia non opinio adornatur. Sin vero neceſſaria quidem credunt/ſed quę neceſſaria eſſe non putent: hæc opinio non ſcientia fuerit. Atq; tum circa eaſdem res ſubiectas (tantum arbitror) opinio vt ſcientia verſari videbitur: ita eiſdem propoſitionibus/opinio vt poſſibilibus/ſcientia vt neceſſarijs vtitur. Quãobrem fieri nõ poteſt vt ſcientia & opinio eædem ſint. Nam & definitiones earũ euariãt: & modi approbandi credẽdiq; diſſidẽt. Eodẽ modo quãq̃ interim cõtingit/vt de eadem re/tum vera tum falſa opinio habeatur: nõ tamen ideo valet/vt vera & falſa opinio idem ſit. Alioqui quod firmum conſtanſq; eſt: cũ fluxo & labili non

poteſt idem eſſe. nec qđ cõmutari non poteſt in falſum: cũ eo qđ poteſt. Quapropter nemo vnq̃ opinatur ea quę ſcit: ne idem ſimul aliter ſe habere poſſe/ & neceſſarium credere oporteat. In diuerſis certe vſu venit: vt eadem res cõprẽhenſa/ opinione & ſcientia ſit. Erat opinio in Epicuro quom diceret ſolem deficere: cũ luna ſub rotam eius ſubiret/ quia putabat aliter quo ꝑ id poſſe. erat in Hipparcho ſciẽtia. Sed vt in eãdem animam/ eodem tempore/ de eadem re cadat opinio & ſcientia: non poteſt contingere. Hactenus de opinione dictum eſt.

¶QVID SOLERTIA SIT. Cap.L.

SOlertia vero eſt ſagax repentinaq; adeptio: & quaſi collimatio medij. Vt ſi qs videns lunam id qđ eius ſpectat ad ſolem/ id habere lucidũ/ reliqua obſcura eſſe/ pũcto/ tẽpore: cauſam coniectet/ quia ſcilicet recipiat ſplendorem a ſole. Aut ſi quempiã cum nũmulario aut argẽtario colloquentem intuitus: ſtatim intelligas verſuram eum facere/ & omnino feneraticiam eſſe cauſam. Ergo is qui ex aſpectu audituue extremorum celerrime poteſt perſpicere/ quid inter illa ſit mediũ: hic ſolers & perſpicax dicitur. & virtuti/ nomẽ ſolertię inditũ: vt quæ reſolutio quędam concluſionis ſit in primas propoſitiones/ & velox quaſi cõpræhenſio & continuatio medij.

¶PRIMI LIBRI THEMISTII FINIS.

¶THEMISTII PARAPHRASEOS IN POSTERIORA/ LIBER SECVNDVS: INTERPRAETE HERMOLAO BARBARO.

¶QVATTVOR ESSE QVAESTIONES. Cap.I.

ABHIS conſequens eſt: vt differentias quęrendarũ rerum tractemus. Nam & quę inuenĩdis conuenant obiter cõmuni vſu noſcẽtur. Eadem enĩ quęrendi & inueniendi diſcrimina ſunt: quia quęſtio omnis inuentionis gratia initur. Quærimus ergo aut de ſimplici ſolitarioq;: aut de compoſito/ & qđ in cõplexu orationis ſit. Solitarium & ſimplex intelligo: quod ſeorſum ex vno aliquo decem generũ ſumitur. Deum/ centaurũ/ carybdim. Cõpoſitũ dico: vtrum luna deficiat. iuſtũ natura/ an lege potius & inſtitutione hominum ſtet. Quoties de ſimplici quærimus: prima & occurſoria quęſtio eſt an ſit/ ſecũda quid ſit. Nam primum quærimus/ an ſit deus: deinde deus quid ſit. Si de cõpoſito/ & qđ in complexu ſerięq; loquendi ſit quærimus: prima quęſtio eſt/ an ſubiecto prędicatũ inſit/ ſecunda quãobrem & quemadmodum inſit. Nam ſimul didicimus lunã deficere: continenter quãobcauſam deficiat quærimus. Sũt igitur quęſtiones quattuor: an ſit/ quid ſit/ an huic illud inſit/ quãobrem inſit. Ex his vnum par ad ſimplicia: vnũ ad cõpoſita pertinet. Neq; cõturbari quẽq̃ volumus: q̃ in cõmentationibus topicis aliam quęſtionũ partitionẽ ornauimus. Illic enĩ formæ dialecticarũ quęſtionum ſolę afferuntur/ & quę nõ niſi in conſtructione & cõpoſitione cõueniant: tantũq; in his modus propoſitionum diuerſus videtur. Cauſa verbi: an quicq̃ de altero dicatur/ vt genus. an aſſeratur vt propriũ. an affirmetur/ vt accidẽs. an prędicetur vt finis. Nam ſi de definitione ritu dialectico agamus: primũ ex ea propoſitionẽ texemus. tum deinde quęſtionẽ ita formabimus. Eſt ne aĩa numer⁹ ipſum ſe mouẽs: vt Xenocrati videbat? Sed ſi ad vſum demõſtratiõis q̃ratur/ qđ ſit rei eſſe: tum quęſtio in modũ propoſitionis cõcepta nõ erit. ſed nec q̃ſtio quãobrẽ/ poteſt dialectica eſſe q̃ſtio. Non enĩ is qui ita interrogat: optionẽ aduerſario dat/ vt alteram partẽ diſparationis accipiat. quia nõ interrogat captandi coarguẽdiue ſtudio: ſed ſciendi qđ quærit.

¶IN OMNIBVS QVAESTIONIBVS CAVSAM QVAERI. Cap.II.

DIcunt quęrentes vtrũ ſit inane/ vtrum luna delinquat: videntur id quærere/ vtrũ teneri aliqua cauſa poſſit/ qua inane ſit & q̃ luna delinquat. Itẽ is qui iã ſcit inane in reb⁹ eſſe/ & qui iam ſcit lunã delinq̃re/ quærit aũt quid ſit inane/ qđ ſit lunã delinquere: videtur ſtatuere aliquã eſſe cauſam/ qua inane ſit/ & aliquã qua delinquat luna. ſed ſubinde vult reſcire: qualiſnã ea cauſa ſit. Nimirũ id cõſtat quom primũ inuentũ eſt/ quid ſit inane: ſimul cõperta eſſe cauſam/ qua inane ẽ. Nã definitio/ & qđ eſt rei eſſe: cauſa eſt/ vt quicq̃ ſit. Rurſum agnito qđ ſit lunã deficere: ſtatim itelligitur cauſa/ qua obſcuratur & offundit luna. Nã ſi luna iccirco deficit/ quia lumẽ eius vmbra terręin quã incidit hebetatur: hebetatio luminis cauſa erit defect⁹. Omnis igit̃ q̃ſtio de cauſa ẽ: ſiue ob quã res ſimpliciter ſit/ ſiue ob quã aliqđ ĩ alio adſit. qđ ſic clari⁹ docebim⁹. In iſs q̃ quot ſint/ aut quot talia ſint/ ſẽſu/ cauſa poteſt cognoſci: nichil q̃ritur neq; ſint/ neq; qđ ſint/ neq; qlia ſint/ neq; quãobrẽ ſint. Nã ſi ſup lunã eſſem⁹/ & oppoſitũ illũ terrę cõtueri eſſet: tũ neq; ecqđ deficeret luna/ nec qđ eſſet defect⁹/ neq; an accideret lunæ/ neq; quãobrẽ accideret q̃reremus. Neq; hoc dico/ qa velĩ idẽ eſſe cauſã tenere/ & ſenſu pcipere: ſed quia p ſenſũ nãciſcimur cauſã/ & ad

ſcientiam ſubimus. Quom ergo quęrimus vndenam ſit quicq̃: intelligitur exploratum nobis eẽ q̃ eſt. quom vero vtimur demõſtratione q̃ eſt: ſimul quor ita ſit euidẽter probam⁹. Hoc enim demõſtrationis illius potiſſimæ ingeniũ eſt: vt cõmuni examine vtrãq; abſoluat cognitionem/ & vt ſit/ & quãobrem ſit. aut verum nõ eſt/ qđ inter exordia notauimus/ in demonſtratione medium non modo concluſionis: ſed & rei quoq; cauſam videri. Diſſimilis ratio eſt quęſtionũ/ an ſit & quid ſit: quę de ſimplicibus quęruntur. nam anteq̃ quid ſit roges: neceſſe eſt fingas/ id eſſe quod rogas. quom vero an ſit quęritur: interim quid ſit obiter cõſtat/ interim nõ cõſtat. Sed eſt quando aut ſignum/ aut conſequens ad naturam rei/ qua de quęritur demonſtrandam valeat: ſed accidentia hęc inuentionis non rei ſunt principia.

¶NON ESSE EIVSDEM OMNINO DEMONSTRATIONEM FINITIONEMQVE. Cap. III.

QVemadmodum quęſtiones compoſitæ monſtrarentur/ dictũ ſupra eſt: nunc vtrum id qđ rei eſſe ẽ demõſtrari poſſit/ videndũ. Sed prius ẽ/ vt differamus: vtrum omnia eodẽ reſpectu per definitionem & per demonſtrationem ſcire contingat. Dixi eodẽ reſpectu: quia triangulũ eſſe figurã planã tribus lineis comprehenſam/ per definitionẽ accipitur. triangulum habere duobus rectis æquales: demõſtratione cognoſcitur. Sed primũ intelligitur/ vt id qđ triangulo eſſe eſt: alterum ſcitur/ vt triangulo accidens. Tractemus igitur qđ propoſuimus. vtrũ ſem per cuius demõſtratio eſt: eiuſdem definitio habeatur? Abſurdũ id quidem & impoſſibile eſt. Nã demonſtratio & ad negationes porrigitur: definitio non porrigitur niſi ad affirmationes. Sed quęrat aliquis contra: vtrũ quoiuſcũq; afferri definitio poteſt/ de eo quoq; demonſtrationẽ conſtituere liceat? impoſſibile eſt & hoc. Nam principia demonſtrationũ/ & termini primi: per definitionem noſcuntur/ per demonſtrationem autẽ nõ poſſunt. alioqui conquiſitio in infinitũ euaderet. Sed reliquũ eſt vt quęramus: vtrũ aliquoius poſſit reddi definitio/ quoius & demõſtratio ſit. Neq; hoc poteſt contingere. Quom enim ex ijs quę ſuperiore libro diximus/ cõſtet tum demum ſciri quicq̃ qđ poſſit demonſtrari/ quom de eo tenetur demonſtratio: ſi id quod demõſtrari poteſt per definitionem ſciretur/ tum qđ demonſtrari poſſet/ citra demonſtrationem ſciretur. nichil enim vetat definitionem eius ſeorſum a demonſtratione haberi. qđ qui dicit/ nichil poteſt obtuſius. Itaq; conficitur nichil eſſe: quoius notitia vtroq; genere capiatur. Per inductionem quoq; huic aſſertioni fides accedit: quando nulla eſt definitio quę quicq̃ earum rerum demonſtret/ quę aut per ſe/ aut per accidens/ aut ſimpliciter habeãtur. Nam ſi definitio aliquid accipit quod per ſe inſit: non propterea per demonſtrationem id accipit. nec enim hominẽ eſſe animal demonſtrat/ ſed conſtituit: nec hominẽ eſſe rationale comprobat/ ſed tantum ſumit. Præterea definitio vniuerſam rei ſubſtantiam euelat: demonſtratio ea quę per ſe inſunt explicat. Porro dubium nõ eſt: quę per ſe inſunt/ ſubſtantiam rei nõ eſſe. Item definitio rei qua de agitur: qđ ſit rei eſſe/ declarat. nulla demonſtratio ad eſſentiam pertingit/ aut illam concludit: ſed ſubijcit/ ac præſumit. vt in mathematicis: quid impar/ quid vnitas ſit. Iam omnis demonſtratio quicq̃ de quoq̃ demonſtrat: in definitione nichil eſt qđ de aliquo prędicetur/ neq; animal de greſſili/ neq; retrorſum greſſile de animali/ neq; figura de plano/ neq; contra planũ de figura. Nam neq; vniuerſali notatione determinatione ue vtitur: neq; ſi vteretur/ vera eſſe poſſet prædicatio. Sed ne de ipſo quoq; homine ſua definitio prędicatur. Non enim homo pars aliqua ſuæ definitionis ẽ: quemadmodum omne ſubiectum/ vt pars in concluſionem confertur. Qz ſi quis ita efferat/ homo eſt animal bipes inceſſile: is non definitionem ſed propoſitionem afformat/ in qua de homine definitio ſua dicatur. In plenum quęſtio quid ſit: diuerſa ẽ ab omnibus ijs quę per ſe adſunt. Diuerſa inq̃ alio genere: q̃ quo vniuerſalia demutãt ab ijs/ q̃ intra ſe cõtinẽt ſingularib⁹/ triãgulus ab ægqpedo. Quę vero diuerſa vſq; adeo ſunt: diuerſas etiã rationes habeãt/ qbus noſcãtur/ neceſſe ẽ. Quãobrẽ aptiſſimũ puto: nichil idem in eodẽ reſpectu/ finiri & demõſtrari cõtingere.

¶NON POSSE DEMONSTRARI FINITIONEM PER SYLLOGISMVM DVPLANTEM. Cap. IIII.

SEd quęritur an definitio aliqua poſſit de re/ quę definitur: per demonſtrationẽ probari? Verbi gratia q̃ aial bipes ĩgreſſile definitio hominis ſit. quãq̃ vero de ijs quę modo retulim⁹ facilis & abſoluta q̃ſtionis hui⁹ diſcuſſio ẽ: tamẽ opinor digna cõtrouerſia ẽ/ de qua ſeorſum mẽtio & cõmentatio aliqua habeatur. Si omnis ſyllogiſmus/ aliqđ de aliquo/ per aliquod ceu mediũ cõficit: neceſſe eſt/ vt q demõſtratur⁹ ſit illũ eſſe hominis finẽ/ mediũ aliqđ cooptet/ per qđ ratiocinationẽ ſuã deducat. Hoc autẽ mediũ: ipſa ſit hominis definitio oportet/ vt demõſtratio ad hũc modũ fiat. Homo ẽ aial mortale capax rationis. tale aial

eſt bipes ingreſſile. homo igitur bipes ingreſſile ẽ. Aliter de eo qđ ſit rei eſſe cõponi ſyllogiſmus nõ poteſt. Siue enī id qđ pro medio accipitur in plura poſſit q̃ homo/ ideſt q̃ minor extremitas/ ſiue i pauciora/ ſiue & reciprocet/ nec tamẽ in eo/ qđ ſit rei eſſe/ dicatur: maior extremitas/ ideſt definitio ipſa ī eo qđ ſit rei eſſe prędicari nõ poterit. q̃ ſi hęc vera ſunt: neceſſe ẽ eũ qui de homine/ qđ ſit rei eſſe demõſtrat/ aliud ſumat/ qđ ſit rei eſſe. Sed vnde obſecro ſcieris/ aīal bipes ingreſſile: de aīali mortali rationali in eo qđ ſit rei eſſe/ p̃dicari/ aut animal mortale rationale de homine/ Non enī ſi ex ſecundo cõſequitur primũ/ neq̃ ſi ſecundũ ex tertio: neceſſariũ eſt/ primum illud definitionẽ ſecũdi eſſe. Multa adeo ſunt/ quę cõſequãtur: nec tamẽ cõſequãtur/ vt definitiones. genus/ differẽs/ proprium/ accidẽs id qđ ſeparari nõ poteſt. Si ergo ſimpliciter ſumpſeris primũ euenire ex ſecũdo/ ſecũdũ ex tertio: nũq̃ probabitur/ primũ eſſe definitionẽ tertij/ ſed tãtum hoc/ primũ ineſſe tertio vtcunq̃. Q̃z ſi duplaueris ſumptũ/ ideſt ſi ſecũdũ de tertio nõ abſolute/ ſed cũ adiũctione hac/ in eo qđ ſit rei eſſe/ prędicaueris: tum cõplexio quidẽ ſyllogiſmi conficitur ſed ſumitur/ qđ in quęſtione diſcuſſioneq̃ poſitũ eſt. Inſtitueras docere definitionẽ hominis per demonſtrationẽ addici: ſed ſtatim ſumis ſine demonſtratione aliquã eſſe hominis finitionem. Præterea ſi ita dicatur: nichil obſtabit quominus definitio vna de altera poſſit demonſtrari/ quod ab demonſtratione alieniſſimum videtur.

¶NON POSSE DEFINITIONEM PROBARI PER SYLLOGISMVM DIVIDENTEM. Cap. V.

Sed ne per diuiſionẽ quoq̃ definitio explicatur: qđ & in inſtitutione de figuris perſecuti ſumus. quia id qđ ita mõſtratur: quaſi per inductionẽ mõſtratur. nec ex certis aut probatis ſeorſum: ſed ex cõceſſis per interrogationẽ reſponſionẽq̃ ſeqtur. Fere enī tota hęc ratio per vices rogãtis/ & reſpõdentis abſoluitur. Ita videtur aliud per aliud/ qđ datũ ſit/ colligi. Ecquid homo aīal inanimalue ẽ/ animal ſumit nõ aſſeritur ſyllogiſmo. Rurſus omne aīal ecquid greſſile aut aquatile/ datur greſſile/ nõ probatur. Deide animal greſſile: ecquid bipes/ aut multipes eſt/ conceditur bipes. Tũ ratio texitur: homo eſt aīal bipes greſſile. Videtur genus hoc totũ interrogationibus & aſſenſionibus/ eorũ quibuſcũ inſtituitur conſtare. Nec enī in eo quicq̃ vt neceſſariũ: ſed vt cõceſſum accipitur. Sed neq̃ ſi qđ ſingulare ſeparatimq̃ vẽrũ eſt: cõtinuo ſeqtur vt iunctũ cũ aliis verũ ſit. Nõ enī ſi verũ eſt ſutorẽ quẽ eſſe/ & virũ bonũ: vtiq̃ neceſſe eſt eũ eſſe ſutorem bonũ. Item vt omnia etiã iunctim vera ſint: nõ tamẽ in eo/ quod ſit rei eſſe/ vera ſunt.

¶DIVISIONEM CONFERRE AD FINIENDVM. Cap. VI.

Sane qui diuiſione vtũtur/ cõpẽdiũ probationis faciũt. Nã ea quę cõfirmare eſſet neceſſe: ratione rogationis ſumuntur, propterea q̃ nichil ipſi afferũt ad perſuadendũ: ſed eo q̃ ſibi dãt/ qui cũ diſputãt/ qđ volũt demõſtrãt. Verbi gratia homini aīal ineſſe: poteſt per ſenſile ſyllogiſmo exponi/ greſſile per aliud quicq̃. luctantur hoc laboris/ qui diuidũt: propterea q̃ hominẽ & aīal eſſe & greſſile/ cõcedit is qui cũ/ inſtituta diuiſio eſt. Proinde nõ probari diuiſione: ſed adiuuari finitionẽ oportet. Nec ſyllogiſmus diuiſio eſt: ſed ratio tamen/ talis docendi ſicut inductio. hęc ſyllogiſmus dici/ vtiq̃ nõ poteſt: ſed quoquomodo aliquid conficit. Vtiliſſima vero diuiſio eſt: quoties cõmunita his pręceptis affertur/ vt omnia q̃ in eo qđ ſit rei eſſe habẽtur/ contineat. vt nichil redũdet/ nichil deſit: neu quę tranſiliat ad vltimam ſpeciem. Tranſilit qui animal ſtatim in bipes & multipes diuidit: nam prior diuiſio erat in volatile & greſſile. Omittit: qui greſſile in bipes/ & quadrupes diuidit. nam & depes & multipes prętermittitur. Hac obſeruatione diuiſio vſum ſui aliquem finientibus præſtabit. Nec tamen qui diuidet ratiocinatione ſyllogiſmoue vti dicetur. Nam quemadmodum in cõmentationibus ijs in quibus medium verbis explanatum non eſt/ etiam ſi mentẽ conceptum/ euidens non eſt/ quãobrem ſequantur: ita neq̃ in eo ſyllogiſmo/ qui ex diuiſione reponitur. Ac forte quidem ſingula/ quę in ſermonem illum vltro citroq̃ habitum incident/ probare certis rationibus poſſis (vt animatum hominem eſſe: quia non inanime, & rationale: quia non irrationale) totã certe cõcluſionem/ quę de membris diuiſionũ coalita eſt: definitionẽ hominis eſſe nõ probas.

¶PER SYLLOGISMVM FINITIVVM NON PROBARI FINITIONEM. Cap. VII.

Trumvero finitio per finitionem finitionis poſſit monſtrari: quæſtio nobis reliqua eſt. Id hoc modo exponitur. vult quis docere/ finẽ hominis eſſe animal bipes greſſile: atq̃ ita rationem format. Oratio quę conſtat ex ijs quę ad eſſentiam pertinent/ & propria rei ſunt: definitio eſt. hęc oratio/ animal bipes greſſile huiuſmodi eſt. definitio igitur hominis eſt: aīal bipes greſſile. Nũquid forma hęc probanda philoſopho eſt/ Sed deridicula videtur: & quidẽ amplius q̃ ſuperiores quia peccat idem qđ illæ/ ſed apertius euidẽtiuſq̃. Fingit enī fortiter ac pręſumit qđ eſt probandũ. Nã dicere cõplexũ hũc/ aīal bipes greſſile/ rerũ eſſe q̃ priuatim

attingant essentiã hominis: nichil aliud est q̃ cõstituere/ eam esse definitionem hominis. Igitur in propositionibus his cõclusio nõ vi/ aut potentia (nã hoc rectũ esset) sed actu posita collocataq; est. dehinc perinde faciunt qui demõstranda finitione/ finitionẽ finitionis/ propositionum loco sumunt: ac si ratiocinando finem ratiocinationis loco assumptionis adhiberẽt. Quemadmodum ergo quoties ratiocinamur/ nõ sumimus quid sit ratiocinatio: ita quoties demõstrãda finitio est/ admonendi nõ sumus quid sit finitio. sed necesse ante est/ vtrũq;: & quid ratiocinatio syllogismusue sit/ & quid finitio perspectissimũ habuisse. Vnde & nobis facillime inoffẽsissimeq; simulatq; velimus/ accurrant: & alios qui addubitarent/ docere ac persuadere possimus. In demonstrationem certe: vt partes sumptaue coaptari non debent.

¶NEQVE A CONTRARIIS/NEQVE PER INDVCTIONEM PROBARI FINITIONEM. Cap. VIII.

Dicat aliquis: si hoc modo nõ licet/ licebit alio/ ideſt affictione subiectioneq; affictione hoc loco est per hypotheticum syllogismum siue conditionalẽ/ hoc more. Si definitio mali est diuisilitas (fingatur enim diuisilitatẽ esse definitionem mali) contraria definitio contrarij fiat: ergo definitio boni indiuisilitas dicetur. Sed nonne vides: qui ita faciũt arcessere quæstionem a capite/ ideſt ad demonstrandam finitionem sumere finitionem aliam/ quæ non sit minus dubia q̃ quæ demonstrãda sit/ Nam cõtraria ea quæ diuersa dicuntur/ vt bonũ malũ/ celeritas tarditas: tantũdem euidẽtię ignorationisq; habent. Constatq; si quis definitionẽ mali explicare voluerit: eodẽ modo sumpturũ eũ definitionẽ boni. hoc autẽ aliud nõ est: q̃ inuicẽ probari & demõstrationes reciprocas/ & obãbulatorias cõmitti. Prętera cũ multa sint/ quib9 nullum contrariũ e regione occurrat: quonãmodo finiẽdis his/ ratio hęc poterit sufficere? Forte credat qspiã fines p inductionẽ probari. & hercule dici nõ potest/ quom inductio ex singularib9 existat: nulla definitio singulariũ est. inductio aliud de alio p̃dicat: definitio in cõplexu nõ est.

¶IN VNIVERSVM FINITIONEM DEMONSTRARI NON POSSE. Cap. IX.

Vis ergo modus finitionis demõstrandę fuerit: nimirũ digito/ auribus/ cõspectu/ demũ sensu aliquo vsurpari aut tangi nõ potest. Alioqui scio hoc de nobis quęri: ecquid aliqua ratio sit demõstrãdi finitiones? Et videtur nulla/ & necesse est eũ qui debet scire quid sit homo/ aut qduis aliud: pro certo habeat/ hominẽ esse. Nã id qđ nõ est: nemo potest scire quid sit. Nã qd nomen Hircocerui significet: scire quidẽ multi possunt. sed quid sit Hircoceruus nemo: si id ignorat an sit. Ergo si demõstrari posset quid quicq̃ sit: simul demõstraretur/ q̃ esset. Hoc videtur impossibile: quia vnius rei vna est demõstratio. Porro aliud ẽ scire hominẽ esse: aliud quid sit homo. Hutus definitio: illius demõstratio est. Deũ esse & prouidẽtiã esse demõstramus: qđ sit deus/ quid prouidẽtia definimus. Qui ergo potest: qui definit/ definitionem syllogismo excipere? Atq; hoc obseruari in omnibus artibus videtur. Hę seorsum/ quid sint res describũt: seorsum demõstrãt/ vt sint. quom vero id demonstrant: primũ quid res significet/ sumũt pro cõperto. Igitur anteq̃ triãgulũ probes esse/ quẽ tribus lineis cõstituas directis: necesse ẽ intelligas appellatione triãguli venire/ areã tribus directis lineis cõprehensam. propterea q̃ agnitionis in omni exqsitione caput origoq; ẽ. Ita efficitur vt demõstratio vna in plures euadat. Qui enim qđ rei esse sit/ demõstrat: simul & esse rem cõfirmat. Qui autẽ definit: nichil affert/ quãobrem necesse sit/ id esse qđ definit. Proinde qui finit circulũ hoc modo circulus est figura plana quã linea vna circũcurrẽs amplectitur: nõ demõstrat circulũ esse. Nulla enim causa in definitione ea est: q̃ vt circulus sit/ efficere videat. Sed ne ratio quidẽ aliqua cõtinetur: quor ea definitio circuli sit habẽda. posset qs definitionẽ illã æris & fibulę ipsius credere: quia nulla vis cõpareat/ qua circuli potissimũ definitio sit/ sed hoc extrinsecus petit. Si ergo nõ demõstrat rẽ esse/ qui qd rei esse ẽ/ demõstrat: definitio q̃ sit/ demõstrare nõ poterit/ sed qd nomen indicet tantũ. Ita fiet vt rerũ q̃ nõ sunt/ afferri definitio possit. Nã & Hippocẽtaurus aliqd significat. Deinde omnis verborũ explicatio notatione/ ideſt qua de causa quęq; res ita sit nominata (quã ethymologiã appellant. vt hominẽ vocari: quia sit ex humo coalitus. & aquã quia sit id/ a quo viuimus) demũ omnis nostra cõmẽtatio: confabulatione definitio diceretur. Ipsa quoq; Ilias Homeri definitio vna videri posset. Cum dico Iliada: non ipsum nomen intelligo/ sed subiectam nomini poesim. Item illud. Sed vos qui tandem quibus aut venistis ab oris? Et illud. Venimus huc missi. Et illud. Dic michi musa virum. Et illud. Nos Troia ãtiqua vestrę deus applicat vrbi. Horũ omnium fere vna vis est. Tantũ hic interrogat: ille respõdet. hic prędat: ille adnarrat. Res tota perridicula. Nã pręter id q̃ nõ omnis oratio/ q̃ qđ nomine designatur exponit/ definitio est: nec illud quoq; definitio explicat/ definitionem necessario cum nomi-

ne æquali eſſe potentia. Si enī hoc ſit: tū rebus noīa non arbitratu inſtitutioneq; hoīm/ ſed natura eſſent impoſita. nec agnominatiōes omonymiæue fierēt: ideſt ad res diſſimiles ſimilia verba accōmodari non poſſent. Ex his liquet/ neq; eandē rem videri eſſe definitionē & ſyllogiſmū: neq; eius rei ſyllogiſmū poſſe cōſtitui/ quoius definitio teneatur. Dictū & illud eſt: per definitionem neq; vt ſit res/ neq; vt eius rei definitio ſit/ cognoſci.

¶ QVANTVM ALIQVID VALET AD DEMONSTRANDVM REM ESSE: TANTVM VALET AD DEMONSTRANDVM QVID SIT RES. ITEM DEMONSTRATIONE NON SCIRI FINITIONEM SED INNOTESCERE. Cap. X.

QVoniam vero hæc diſputandi cauſa potius/ q̄ decernendi ſententia diſſeruimꝰ: nunc quid horum recte/ qd peperam dictum ſit/ & quēadmodum demonſtratio effici definitio poſſit/ extimabimus. ſed arceſſenda res altius eſt. Sicut ergo quom tenemus rem eſſe/ aliquando quærimus q̄obrem ſit/ aliquando non quærimus/ quia protinus/ quā didicimus rem eſſe/ ꝙ ita eſſet perſpicuum nobis fuit/ nec retrorſum cōtingit vt prius quiſq; q̄obrem ſit/ q̄ ꝙ ſit cognoſcat: ita nunq; quærimus qd ſit res/ niſi nobis eſſe rem conſtet. Quid enim ſtultius ineptiuſue q̄ definitionem earū rerum velle ſcrutari: quas ſint/ non ſint neſcias? Ergo neceſſe non eſt definitione oſtendi rem eſſe: quādoquidē præſumi & conſtare id oportet/ anteq; ad definitionem accedas. Et quemadmodum qui rem demonſtrat/ ꝙ eſt ſimul & ꝙ ita ſit inuenit/ nam demonſtrationes a cauſis ducuntur: ita ſępenumero fit vt in demonſtratione quæ docet rē eſſe/ definitio & quod ſit eſſe rei eluceat. Quod quidē/ qua ratione/ & quando cōtingat: repetendum ab initio eſt. Eſſe rem cōcludimus in demonſtrando multis modis. Interim ex accidētium momentis: quę ab rei ſubſtantia longe ſunt poſita. interim ex aliquo: qd in re contineatur/ vt pars. Deos eſſe probat Chryſippus: quia viſuntur altaria. Id ab accidentibus trahitur. Stoici deos aſſerunt eſſe: quia mortalibus ſuppetias plurimas afferunt/ futura vaticinātur/ cœleſtes globos innumerabilibus ſæculis cōmouent. Hęc a re ſumpta demonſtratio eſt. Porro quæ adſunt in re: alia propius/ alia remotius ſunt iuncta/ qd quidem exemplis iiſdem inſtruitur. Accidentia/ per quæ tātum docemur rē eſſe: nichil afferunt ad naturam & definitionem rei cognoſcendam/ quando & eſſe rē ægre ac exiliter demonſtrant. Nam cognitio accidentium tranſlaticia eſt: neq; habet quicq; annexum quod cogat. At ex iis quę propria ſunt/ & ab rei natura dependēt: ad definitionem & rationem eſſentiæ facilius venitur. Quantum igitur efficaciæ habēt res ad probādum rem eſſe: tantum habent ad confirmandum et demonſtrandum quid ſit. Id hoc modo explicabitur. Propoſita quęſtio ſit: ecquid deficiat luna? Quicūq; docet deficere/ propterea ꝙ luna quom ad plenitudinem orbis ſui peruenit vmbrā non iaciat: ab accidente diluit quęſtionē. nec quicq; cōmunit vnde poſſit intelligi defectus lunę qd ſit. Qui vero demōſtrat/ eo ꝙ lumē eiꝰ i plenilunio interuentu terrę occulitur: is ægregie ac ꝓprie oſtēdit lunā deficere/ atq; obit occaſionē vberē p̄ſtat vti ſciatur qd ſit defectus lunæ/ quia veram cauſam miri huiꝰ nanciſcitur. cauſa vero: definitio/ & qd ſit rei eſſe/ eſt. Itaq; in hoc genere ſimul & ratio eſſentiæ/ & quāobrem ſit conſpicitur. Quid eſt defectus? occultatio luminis ob interpoſitum terrę. cauſa ergo defectus occultatio eſt. Quid eſt tonitruum? reſtinctio flammę quā nubiū conflictus excuſſit. Definitiones has cōmuta in quæſtiones: & cauſas quāobrē vtrūq; ſit/ afferes. Quāobrē eſt defectus? ꝓpter occultationem ex obiectu terræ ortam. Quamobrē tonitrus? propter reſtrictionē ignis in nube. Ex iis quę dicta ſunt patet/ quāuis definitio & id qd rei eſſe eſt/ demonſtratione addici non poſſit: tamē fieri/ vt in iis quæ per cauſas ſuas monſtrantur/ p demonſtrationem definitio eorum innoteat.

¶ QVAE CAVSAM NON HABENT: EORVM FINITIONEM NON INNOTESCERE PER DEMONSTRATIONEM. Cap. XI.

ILlud ſane neceſſariū ē recipere: hoc qd modo diximus/ nō eſſe paſſim definiendis omnibus verum. ſed tamē iis quæ inſunt in alio: vt defectus/ vt tonitrus. Sola enim hæc in demonſtrationem vocātur: eo ꝙ mediū in iis quoddam habetur/ qd cauſa eſt & concluſionis & rei. At quæ per ſe ſunt/ nec in alio inſunt: in iis eadem ratio obſeruari nō poteſt/ quia cauſam ſuperiorē nō habēt per quā monſtrētur. quoiuſmodi ſunt ſua ſcientiis ſingulis ſubiecta/ quæ tum vt ſint/ tum quid ſint certum & cōſtitutum eſſe neceſſe eſt. Nec alio modo cognoſcibiliora euadūt/ q̄ aut inductiōe/ aut fide aliqua/ aut periculo. demonſtratione non euadunt: quom ipſa ſint principia demonſtrandi. qd quidem omnes ſcientiæ cuſtodiunt. Vnitatem eſſe/ & quid vnitas ſit: cōſtituit Arithmeticus. Non demōſtrat deum eſſe/ & quid ſit deus ſumit philoſophus. demonſtrare non poteſt: quia cauſam ꝙ dij ſint/ afferre nō eſt. Nō conſulere eos rebus humanis/ & mouere ſe perpetuo agitatu: quāq; ex momentis his ſub-

ſtantia eorum percipitur/quia naturam diuinam attingunt/non tamen ſunt cauſæ q̄ ſint/nec quor ſint dij. Ac forte cōſtitui deſcriptio quędā ex talibus poſſit/hoc modo. deus eſt/animal ſempiternum humano generi beneficium. definitio non poſſit: niſi concedendum ſit cauſam eē aliquam quamobrem ſint dij. Nam quod rei eſſe eſt: origo & cauſa intelligitur/quamobrem id qđ definitur/ſit.

¶TRES ESSE SPECIES FINITIONVM. Cap.XII.

DEfinitio multifaria eſt. alia exponit quid ſignificet nomen/quę ne definitio qđē appellari digna: ſed interprætamentū potius quoddā vocis/quæ efferatur. Plerumq; enim fit vt qui definitionis hoc genus audiunt: neq; ſit ne res/neq; vnde nā ſit nouerint. Nā vacuū qđ indicet: ſcimus. ſit non ſit/aut q̄obrē ſit poſſitue eſſe: aſſignare nō poſſum⁹. ¶Alia definitio rē qđē cōmōſtrat eē: ſed q̄obrē ſit nō cōmōſtrat. quoiuſmodi ea ē. Lunā deficere: ē lunā nō collucere pleniluniis Atq; hæc oratio/quāq̄ aliquid deſignat: nichil tamen ad ſcientiā demonſtrat. ¶Alia definitio ſimul vtrūq; complectitur. Nā & vt ſit res: & cauſam quor ita ſit cōtinet. Hæc definitio ſola minimo minus demonſtratio eſt. Nam id qđ rebus eſſe eſt/a demonſtratione demutat ſolo flexu. Eadē oratio paucis mutatis in demonſtrationem & definitionem effingitur. In demonſtrationem hoc modo. Vbi flāma reſtinguitur tonat. in nube flamma reſtinguitur. in nube igitur tonat. Nam ſermo in prima figura cōtinuus texitur. In definitionem hoc modo. Tonitruū eſt reſtinctio ignis in nube. ¶Tertiū genus definitionis eius eſt: quæ cauſam aliam vnde ſit habet/eoq; in concluſionem demonſtrationis poteſt cōferri. Vt tonitruum eſt eli ſus in nube ſonitus. ¶Quarta forma definitionis eorū eſt: quę prima imediataq; ſunt. Atq; hęc a demōſtratione non differt ſolo ſitu: quia ad cauſam ſuperiorem non refertur. Nulla enim cauſa primis immediatiſq; eſt. Neq; cōcluſio itē demonſtrationis dici hęc poteſt: ſed principium potius & theſis/ſiue propoſitū quoddam eſſentiæ qđ demonſtrari nulla vi poſſit. Dępto igitur primo: tres modi relinquuntur finitionis. Primus is de quo ante mox diximus: qui ad id qđ rei eſſe eſt pertinet/nec demonſtrari poteſt. Alter eius quę a demonſtratione poſitu caſuq; ſolo euariat. Tertius eius quę demonſtrationis concluſio eſt. Oratio certe illa quæ ſolam cauſam quāobrem continet(q̄lis hęc. ira eſt libido repuniēdi. tonitruū eſt reſtinctio ignīū in nube)imediata eſt nec demonſtrari vſq̄ poteſt.

¶QVATTVOR CAVSAS ESSE POSSE MEDIA DEMONSTRANDI. Cap.XIII

EX ijs quæ retulimus/propalam eſt: nullam finitionem demonſtrari contingere. Nam ſolæ illæ differunt/a demonſtratione poſitu: quæ cauſam rei quor ita ſit edocent. Atq; hæ ad ſcientiam ſolæ appoſitæ videntur. Quattuor autē numero ponimus genera cauſarum. Primum ſubſtantiæ rationem. Secundū rem ſubiectā: quā materiam vocamus. Tertium: id vnde initiū mot⁹. Quartū quoius gratia quippiā ſit. Oēs hæ in demōſtrationib⁹ q̄obrē ſpectātur/& medij termini ſunt. Ac ratio quidem ſubſtantiæ/ideſt qđ rei eſſe eſt quemadmodū in demōſtrationem veniret/ſupra tāq̄ per occupationem docuimus. Materia quoq; reddita eſt. Hæc in ſyllogiſmo regionem mediam maxime obtinet: propterea q̄ in demonſtratione omni/materia ſyllogiſmi videtur medius eſſe terminus. Nam medius termin⁹ duas illas propoſitiones cōſarcinat: in quibus cōſtituta demonſtratio eſt. Porro ſæpe accidit: vt materia ea quæ propria ſit allata/quæſtio quāobrem ceſſet. Quamobrem animaliū corpora cōſumātur/quia contrarijs conſtant. redditur & primum mouens/quamobrem mundus viſenda pulchritudine eſt: quia Deus opifex. hic/id a quo ortum mot⁹ habet/cauſa & medium eſt. quāobrem Socrates vxorē ducendam rebatur/vt liberos haberemus. quāobrē fabricatus eſt mundū Deus/quia bonus erat. hęc finis/& cauſa quoius gratia eſt.

¶IDEM EFFECTVS PER PLVRES CAVSAS MONSTRATVR. Cap.XIIII.

RActatio autem & conſtitutio medij atq; cauſæ/non eodē modo in omnib⁹ ſe habet: ſed aliud priore ordine q̄ effectus eſt/vt mouēs. aliud poſteriore/vt fines/& ea quorū gratia res quæq; & efficiuntur & ſunt. aliud ſimul: vt definitio & qđ rei eſſe eſt. Nichil vero prohibet: quin idem & gratia melioris notę & ex vſu materiæ ſit. Verbi gratia/quamobrem de laterna egreditur lumē: quia neceſſe eſt/vt id qđ foraminulentū eſt/& ampliuſculos habet meatus/quale cornu laternę videtur/peruium lumini ſit/vt ſubtiliori gracilioriq; hęc neceſſitas materiæ eſt. Huic coniuncta & ratio boni pulchriq; ne qui noctu procedunt ad aliqua offenſent. Idem ſed clarius in corpore cœleſti apparet. Nam & conuertitur in orbem neceſſario: quia nec graue eſt/nec leue. et gratia aliquoius: vt q̄ proxime poſſunt

imitatione/accedant ad deũ. Plurimis adeo naturæ operibus:& neceſſitas/& finis ineſt. Patet hoc in dentibus/quorum primores acuti ſunt:tum q̃ ex oſſe gignuntur tenuiore/tum gratia finis/vt cibo ſecando dirimendoq̃ habiles ſint. Contra maxillares lati:& q̃ ex pinguiore materia exiſtũt/& vt in attritum molendo & ſubigendo ſufficiant. Tonitruũ quoq̃ duplici cauſa fit:& q̃ ignis reſtictus neceſſario ſtridet perſonatq̃/& cõminatiõis terriculamentiq̃ gratia/vt ſontibus qui in tartaro ſunt formidinẽ afferat/quẽadmodum Pythagorici comminiſcuntur. Dehinc duplex cuiuſq̃ natura eſt. vna quæ ad formam refertur/& hęc cũ fine ipſo eadem eſt. Forma oculi eſt videre:idem eſt finis ad quem functi ſunt animalib⁹ oculi. Auriũ audire:idem eſt finis ad quẽ datę ſunt aures. Alia quę ad materiam neceſſitatemq̃. In inſtitutione auſcultatoria de natura quẽadmodum materia eſſe neceſſitas videtur:diſputatum nobis abunde eſt. Ea ex fictione ſubiectioneq̃ nõ abſolute neceſſitas dicitur:hoc modo. Si futuri ſunt oculi:materiam talem adeſſe neceſſe eſt. Si dentes/talem. Hęc igitur neceſſitas:in rebus naturę omnibus habetur inſita/quia materia quoq̃ omnibus addita eſt. Item actus impetuſue/qui ob materiam ſingulis corporibus ſuis debẽtur:eodẽ genere neceſſarij ſunt/nec abiungi poſſunt/ab iſs quorũ eſſe vidẽtur actus. vt terra in medium locũ mundi ad pares angulos fertur:quia grauis. contra ignis in cęleſtẽ locũ/rectis lineis ſubuolat:qa leuis. Nec igit̃ p̃ter naturã extraue/neq̃ violẽter cõiuncta rebus neceſſitas eſt:ſed ſuopte quibuſq̃ nutu ingenioq̃/& (vt ita loquar) ſponte naturæ. Videtur enim de ſubſtantia ipſa & naturali quoiuſq̃ temperatura euenire. violenta vero præter naturam:præterq̃ nutum extrinſecus afferuntur. Molitur autẽ natura qcquid molitur/fere dixerĩ aliquoius gratia. molitur inq̃:quia gratia finis molitur/qui aut bonus ſit/aut bon⁹ eſſe videatur. A fortuna temere oia. nichil prouenit aliquoius gratia:etiã ſi in reb⁹ illis conſiſtat/quę aliquoius gratia initę inſtitutęq̃ fuerint. Tũc enĩ qd cõmiſſum fortuito dicitur: quoties aliter atq̃ cogitatũ eſt cecidit. Putearius fodiens offendit aurum:ſed non propterea fodiebat vt aurum offenderet/ſed vt ęſtuarium faceret. Proceſſit alius ad balneas/debitorem inuenit/recæpit argẽtum: non tamen ægreſſus eſt vt pecuniam referret. Pleraq̃ etiam ex iſs quæ p̃ artem & intelligentiã fierent:caſu interim fortunaq̃ prodeunt. Reſtitutus quis valitudini eſt potu frigidæ:quã tamẽ non ad valitudinem/ſed voluptatis gratia ſumpſerit. Eodẽ modo caſu defenſa nauis a naufragio eſt:q̃ eam tempeſtas aliqua ſtationi tutæ applicuit. Domus certe aut lectica effingi caſu nõ poteſt. Sed ne omnes quoq̃ artes fortuna æque participant. Aliæ parcius:aliq̃ amplius plurimũ coniectura continentur/& ſunt opinabiles. Atq̃ hæc plura fortaſſe ſunt: q̃ præſens conſideratio poſtulabat.

¶ QVEMADMODVM EFFECTVS COAEVI CVM CAVSA DEMONSTRENTVR. Cap.XV.

SEmper autem cauſa ea quæ forma & eſſentiæ ratio eſt/quam magna ex parte pro medio accipi in ſyllogiſmo diximus: æqueua rebus eſt/quarum eſt forma/ſeu illæ iam ſint/ſeu gignantur futuræue ſint. Iſs quæ iã ſunt hęret indiuidua. in iſs quæ gignuntur:gignitur. cum iſs quę exoleuerunt exoleuit. in iſs quę futura ſunt:futura etiam ipſa eſt. Quãobrem defecit luna pridie/qa terra inter ſolem & lunã extitit media. Quãobrem deficiet poſtridie/quia exiſtet media. Quamobrẽ deficit modo/quia exiſtit media. Igitur in his cauſę cũ effectis ſuis inuicẽ reſpõdent: & quaſi pedẽ pariter ponũt/vnde & reciprocãt.

¶ QVEMADMODVM EFFECTVS NON COAEVI CAVSAM DEMONSTRENT. Cap.XVI.

NIſs vero q̃ ſimul non habẽtur/ſed cauſę temporibus pręcũr/quales parte plurima ſunt agentes (vt Sardas aggreſſi bello/quod contra Medos ſuſceptum eſt:cauſam dederẽt. & raptores Helenæ vt Ilium euerteretur) in iſs inquã:nec reſponſus ille/nec regreſſus ſeruatur/neq̃ eadẽ neceſſitas demõſtrationis deſcendentibus atq̃ aſcendentibus perpetua eſt. ſed ſi cęptum a cauſa ſit/cõcluſioni neceſſitas nõ affertur: ſi ab euentis/affertur. Domus eſt: oportet igitur parietes haberi. Parietes ſunt:oportet igitur fundamenta eſſe iacta. Agam⁹ retro fundamẽta ſunt:igitur & parietes. Parietes ſunt/igitur & domus:non ſequitur.

¶ QVEMADMODVM CVM HOC POST HOC ORITVR:CONTINVATIO HAEC ACCIPIENDA SIT. Cap.XVII.

SEd hoc mirum cuipiam illico ſit. Nam ſi quod factũ prius eſt/cauſa ei⁹ nõ dicitur qd poſteri⁹ factũ eſt:quomodo id cõtinuandæ generationis cauſa fuerit/ideſt ne ſubciſiuus rerum ortus interpolari ynq̃ habeat. an tempus propterea q̃ continenti ſe-

rie eſt/ videri facit res/quæ modo fiant/ contineri cum factis? Nam omnis generatio in tempore abſoluitur. eſſe quicq̄ generatum & factum: generationis conſumatio finiſq; eſt/ vt pūctus lineę. Ergo quemadmodū linea inter puncta dirimitur/ neq; pręterea cum parte quæ conſequitur/ cōtinua eſt: ita ſi factū quicq̄ eſſe & generatum notaueris/ neceſſe erit generatio inſequens attineri non poſſit cum priore. Nam generatum eſſe aliquid/ in cōfinio temporis & momēto cōtingit. Tempus ex momentis non conſtat: neq; generatio ex ijs quæ qđ cum prefatione dixerim venię ſub hoc nomine/ generatū eſſe/ intelliguntur. Sed hæc abinſtituto noſtro aliena ſunt: diligentiuſq; de his in libris de motu egimus. Illud manifeſtum eſt in ijs quæ plerūq; eueniunt: ab effectis ad cauſas/ & a poſterioribus ad priora neceſſarīū recurſum videri. ſiue enim generatio eſſet continua inter effectum et cauſam: ſiue inter poſterius & prius / media cauſa interueniret. Nūc q; acceptio terminorum continua nō eſt: ad immediata procūbit & ceſſat. Si domus ſit/ & parietes. Si parietes: fūdamēta. Si fundamēta: cemētū & lapides. Inter hos terminos nichil itercidit.

¶ QVANDO DEMONSTRATIONES RECIPROCAE CIRCVLARESQVE SINGVLARESQVE LOCVM HABEANT. Cap. XVIII.

VErum quom aliqua huiuſmodi habeant/ q̄ ſe circuitu quodā inuicē generent: in his & demōſtratio obābulatoria locū habebit. quoniā hęc in totum reciprocant/ ſibiq; modo cauſæ/ modo effecta vicibus ſunt: ita vt in argumentando robur & fęlicitas par/ ſiue ab initio/ ſiue a ſumma auſpicium capias. Terra imbri madida halat vapores. hos vi caloris efferri neceſſe eſt. ex his nubē cogi oportet. hac coacta imbrificataq; denuo madeſcit terra. Hoc autem eſt id a quo ſumptū exordium eſt. Res ergo in orbem deducitur: quom vno aliquo poſito aliud oritur/ quo orto ſubinde aliud naſcitur/ quo nato iterū ad originē reſilitur.

¶ EFFECTA QVAE MAIORE EX PARTE EVENIANT: PROBARI PER MEDIA EIVSDEM GENERIS. Cap. XIX.

SAne habitus hic maxime cernitur in ijs/ quæ perpetuo ac neceſſario generantur. In quibus enim neceſſarius eſt circularis motus: in his et demonſtratio circularis neceſſaria eſt. in his vero quę fere/ ac ppenſius euadunt: directa ratiocinatio eſt. Nec ab vtralibet parte iniī/ vt dictū eſt: ſed a conſequentibus tātū. Atq; in his media quoq; ipſa ex eodē genere cōiuga & quaſi popularia adhibere oportet: ideſt quę plurimum fieri ſoleāt/ & poſſibilia non neceſſaria ſint.

¶ QVEMADMODVM FINITIO INDIVIDVAE SPECIEI INVESTIGANDA SIT. Cap. XX.

SEd redeundum vnde abſceſſimus. quom definitio demonſtratione cōfirmari non poſſit/ per demonſtrationem reddi euidens poſſit: inuenienda nobis aliqua ratio ē/ qua venari eam veſtigareq; facile ſit. Ex ijs quę in eo qđ rei eſſe ē/ adſunt: communia quædā extenduntur vltra genus naturę eius quę ſumitur finienda/ quædam citra conſiſtunt. Ineſt ternario aliquid eſſe/ eſt enim numerus. ineſt iparitas. ſed ipſum eē ſupra eſt: q̄ numer⁹ & q̄ natura ternarij. Nam & aliæ res dicuntur eſſe: quæ numeri non ſunt. Imparitas citra eſt: quia tantū ad naturam numeri pertinet. Adeſt quinario/ adeſt ſeptenario/ adeſt nouenario/ & cæteris eius formæ/ quibus omnibus numerus ineſt communis. Reponere igitur ac ſeligere prædicata tot oportet: quot iuncta non excedāt id qđ finire volumus/ etiam ſi ſeorſum ſin gula in plus valeant. Ineſt ternario numerus/ ineſt imparitas/ ineſt vt primus imparium ſit. atq; hoc biſariam: & q; eum numerus alius non metitur/ & q; in nūeros alios referri aut reſolui non poteſt. Hæc igitur definitio termini eſt. Numerus impar primus incōpoſituſq; dupliciter. Harū conditionū prior omni numero impari promiſcua eſt: poſterior binario. propria vtraq; nulli extra q̄ ternario. Quā vero hic ſit finis ternario liquebit: ſi cōſtitutū ſit definitionē ineſſe rei/ quoius ē neceſſario/ & ſoli. quorū vtrūq; certiſſimū ē. Neceſſario: qa q̄cūq; in definitiōe ſunt/ in ſubſtantia p̄dicantur. quę in ſubſtātia prędicantur: vniuerſalia & neceſſaria ſint neceſſe eſt. Soli: nā da non ſoli/ erit ergo genus & inerit pluribus. Sed cedo quibus definitio inerit ternarij: quæ non ſint ternarij? Ergo huiuſmodi oratio definitio eſt: & quod eſt eſſe rei ſignificat. Eodem collectu definitio hominis ſarcitur: animal rationale mortale/ vel animal bipes inceſſile. Atq; hic mo⁹ finiēdis indiuiduis ſpeciebus cuſtodiri debet.

¶ QVEMADMODVM DEFINITIO GENERVM INVESTIGANDA SIT. Cap. XXI.

GEneribus autem ijs quæ in ſpecies alias ſoluuntur/ ſparguntur q;/ definiēdis: via hæc ſeruabitur. Primū ſumendæ ſunt omnes eius generis ſpecies indiuiduæ: vt numeri ternarius/ binarius/ cęteraq; formę. Fingam⁹ eni has eē vltimas ſpecies numeri: vel

q̄ſs alia. Itē omnes ſpecies lineę quę ſint recta/ circūiens/ curua. Omnes ſpecies anguli quæ ſint acutus/ retuſus/ directus. Deinde harum ſpecierum definitiões promendæ: vt pauloante præcepimus. Tum ſumenda legendaq; oīa: quæ ſint ſpeciebus iſs quæ definiantur/ communia. Quid eſt linea recta/ longitudo citra latitudinem quoius puncta media non prominent ab extremis. Quid eſt linea circunducta/ longitudo citra latitudinem: ad quoius ſummū lineæ omnes a centro ductę ſunt pares. Quid eſt linea curua/ longitudo citra latitudinē flexuoſa. In omnibus itaq; finitionibus linearum: lōgitudo citra latitudinē vt quiddam commune ponitur. Hoc reponendum: deinde redeundū ad lineam/ & in quo ex decē principijs ſit/ queręd̄ū. & quoniā in quātitatis genere eſt: hoc ſumēd̄ū & cū illo cōmuni/ qđ in definitionibus oīm ſpecierū cōperim⁹/ iūgēd̄ū. ita definitio lineę tota hęc fuerit. Linea ē quātitas citra latitudinē lōga. Nā gen⁹ ſummū cū ijs q̄ oībus ſpecieb⁹ cōmuniter inſunt: definitionem generis citerioris cōſtituit. Ea enī cōmunia ſumenda: quæ ſupra non ſint/ q̄ genus qđ definitur. & quia ſupra non ſunt: ſoli generi proprium quiddam efficiunt. Nā genus ex ſpeciebus ſuis cōſtat. & quemadmodum genera per ſuas ſpecies ſunt: ita quę generi inſunt/ per ſpecies ineſſe putandum eſt. Principia ergo definiendi finitiones ſpecierū ſimplicium ſunt. Simplices audio indiuiduas. Id enim qđ ſimplex eſt: vbiq; rationē principij obtinet. Et hic definitionis generū modus: quoties in definitionibus ſpecierum aliquid continetur commune. Quoties vero nichil cōtinetur commune: tum ſcire oportet ſpecies illas ſub vno genere compræhendi nō poſſe. Cauſa exempli/ quid eſt altitudo animi/ Primū ſumo virtutis eius ſenſilia: hoc eſt/ omnes qui magno animo memorātur fuiſſe/ Alcibiadē/ Aiacē/ Achillē. omnibus his cōmune illud aderat: iniuriam acceptā ſpune abire non pati. ſed hic bellando vlciſcebatur/ ille obtraſcendo/ alius ſibi ipſi manū afferēdo. Credūtur & Diogenes/ & Socrates magnanimi fuiſſe. nunquid & hos in eo magnanimos/ dixeris: in quo Achillē/ Aiacem/ Alcibiadē/ q; iniurię impotentes eſſent/ nequaq̄. ſed in eo q; res q̄ in fortuna eſſent poſitę: aſpernarentur inſuper haberentq;. Ergo diuerſa in his/ & in illis virtutis huius ratio eſt. Illi propterea magnanimi appellantur/ q; notam honoris modice non tulerunt: hi propterea q; bona fortunæ deſpicata contēptaq; habuerunt. Nichil in his viſitur commune. Non eſt igitur magnanimitas genus/ ſed duæ virtutes ſunt omnino abiūctę/ ac diſſimiles: ſed quæ ſocietate ſola nominis vt cætera omonyma cōuenire videantur.

¶ FACILIVS SPECIES QVAM GENERA DEFINIRI. Cap. XXII.

EX his dilucet: longe facilius ſpeciem indiuiduam finiri/ q̄ genus. Ea enim quæ ſingularibus inſunt: communia magis/ q̄ quæ ſpeciebus perſpicua ſunt. Definitio ſpeciei ex ſingularib⁹: definitio generis ex ſpecieb⁹ colligitur ſane. Præterea euidentior ſpeciei q̄ generis agnominatio omonymiaq; eſt. Proide ſpecies dicitur ſenſuum eſſe. Senſilia facile dignoramus omonymæ ſint: nec ne. vt hominem pictum a vero. Agnominatio generum: non niſi per collationē ad ſpecies diſcernitur. ideo aial pictum omonymos aial vocatur: quia homo pictus omonymos homo intelligitur.

¶ QVEMADMODVM DIVISIO VTILIS FINIENTIBVS SIT. Cap. XXIII.

HÆc vera ſunt: expeditius videt finibus q̄rēdis a ſpeciebus ſi cipere ſubireq; colligendo/ q̄ a generibus deſcendere diuidendo. Diuiſio certe per differentias generum commodiſſima eſt ad ſumendum/ quæ per ſe/ & vniuerſaliter prædicātur: quoniam ordine quodam incedit quaſi gradati incernendo & ſeligendo quæ per ſe adſint. Semper enim differens generi diuiſio/ additum genus integrum conficit. Iterū genus hoc diducēdum per differentias alias eſt: idq; vſq; eo perſequi oportet/ dum finitio e duabus rebus perfecta genere & differentia citima coaleſcat. Dixi genere: quia omnes ante citimam differentię ſi cum genere committantur/ integrum genus vnum attollūt. Quod quidem etiam ſi innominatum eſſet/ tamē vis in eo generis appareret. Nam & valeret in plura: & in eo qđ rei eē eſt/ prędicaretur. Modus hic mirifice ad ordinem conſert: nec p̄terit quicq̄ eorum quę in ſubſtātia cōtinent. Nā ſemper neceſſe differentias maiores priore ſitu diſponere: neu q̄ vellicati incōdite aut præpoſtere adducantur. Q; ſi forma hæc in diuiſionibus neglecta erit: ſępe fiet vt genus non in differentias generis/ ſed in alias diſtrahatur. vt qui animal in totipēne & ſciſſipenne diuideret: his non animalis ſed volatilis differētias afferret. Illę animalis differentię ſunt: volatile/ greſſile/ aquatile. Prima igitur in hæc cōmittenda diuiſio eſt: deinde animal volatile/ gen⁹ alterum/ in totipenne & ſciſſipenne ſoluendum. Ac primæ quidem differentiæ: in quod⁹ genus conueniunt. Animalis differentię in qđq; aial cadūt. Volatilis differentię in totum animum. Pi-

ſcis differentię/ in oñe piſcitiũ. Hac via eunti & ordinẽ hũc ſeruanti: nichil p̃termittit/ nichil redundat. ſi aggrediaris alia: neceſſe eſt collabare/ & iſcienter facias.

¶CONTRA PSEVSIPPVM: QVI PVTABAT SCIRE OPORTERE OMNIA/ EVM QVI RECTE FINIRET. Cap.XXIIII.



Iſum autem Pſeuſippo eſt: vtiq; non recte eum qui definiturus ſit/ ſcire omnia oportere. Neceſſarium inquit eſt/ omnes rei differẽtias teneri: per quas genus id qđ definire velis/ a cæteris differat. Hoc nemo aſſequi poteſt: qui cætera non cognoſcat. Primum id non eſt neceſſe omnes differentias ſciri: propterea q; infinitæ ab accidentibus trahi poſſunt/ quibus reseadem ſpecie cõpræhenſæ/ inuicẽ diſcernũtur. Socrates a Platone. Zuthus a Callia. Quocirca nichil attinet ſcire has: neq; ad ſubſtantiam rerum indicandam/ neq; ad finitionem earum conſtituendam. Deinde q genus in differentias ,ppinquas & contrarias diducit/ vt animal in rationale & irrationale/ & prẽterea cognoſcit hominem in altero membro diuiſionis reponi/ & ſumit rationale: non illico neceſſe eſt eum ſcire quęcunq; ſub irrationale/ qđ alterũ mẽbrum diſtributionis eſt/ cadunt. Nã abundanter ſcitur hominem eſſe animal rationale: ſi intelligit/ ſub altero diſcrimĩe cõtineri poſſe. Rurſũ aĩal ratiõale: aliud mortale/ aliud imortale. Sumat mortale: nichil neceſſe præterea eſt vt quæ immortalia dicantur/ quærere laboremus. Ergo hęc oratio ſpeciei/ quæ comitatu differentiũ omniũ ſæpta exaggerataq; eſt: definitio ſubſtãtię appellatur. Illud adeo nõ poteſt dici/ quom ſpeciẽ differemus ſub altera obuerſarum neceſſario cõprẽhendi. Sumptum id eſſe vtiq; non confeſſum. Nichil enim æque perſpicuũ eſt q̃ ſi differẽtię generis proximę iunctęq; afferãtur/ et q̃ ita iunctim ex altera parte adhibitę reſpõdẽteſq; ſint/ vt nichil medio ſpacio hiet: ſpeciem in altera earum includi.

¶TRIA PRAECEPTA DIVISIONVM. Cap.XXV.



Plane in diuiſionibus/ quæ ad finitionũ momenta pertinent: triplex obſeruatio neceſſaria eſt. Primũ ſumenda ſunt: quę quacũq; de re/ quã finimus dicuntur prædicatione qđ ſit. vt genera & ſpecies: cum quibus differentię eorum ſciſcendæ. Idq; ex Topicis petendum. Nã quemadmodum loci ſunt/ quibus accidens quicq̃ ſit nec ne diſcernitur: ita ſunt quibus genera & differentiæ ſubſtantiales noſcuntur. Alterũ præceptum eſt vt differentiæ collocentur & digerantur i ſeriem. Hoc fiet: ſi maiores quaſq; loco priore conſtituas. Tertium eſt: vt diuiſio vſq; eo euadat/ dũ perueniatur ad vltimã ſpeciem/ quę vltra cõcidi non poſſit/ & dum propriũ quiddã ex omnibus exeat: qđ in aliã rem nequeat tranſferri. Orationẽ his rebus ac prędijs ornatam expromittere poterimus abſolutã eſſe finitionẽ: vt q̃ in eo qđ rei eſſe eſt/ p̃dicetur/ & cũ eo qđ finiendum ſit quadret.

¶SOLVM VNIVERSALIA DEFINIRI. Cap.XXVI.



Semper aũt definitio vniuerſaliũ eſt quẽadmodũ omnis & diſciplina & ars. Medic⁹ valẽtia ſpectat nõ hui⁹ oculi: ſed ſimplicit ſpeciei & ſimplicit oculi. Sicut vero i demõſtrationib⁹ primũ id curari debet/ vt cõcluſio ſeria ſit: ita in definitionbus vt res quæ definitur/ fiat conſpectiſſima. Obſcuritatis multæ ſunt cauſę. Prȩcipua ea quæ in aſſignatione differentiarum poteſt cõtingere. Quapropter quęrendis his caute & ſollicite verſari oportet: quia communes plurib⁹ ſunt. Definitio quẽadmodũ p demõſtrationẽ cuidẽ s fieret/ & quẽadmodũ veſtigari haberet: executi affatim ſumus.

¶EX RATIONE DIVISIONVM/ ET COMMENTATIONE DISSECTIONVM: VBEREM COPIAM DISSOLVENDIS QVAESTIONIBVS COMPARARI Cap.XXVII.



AT vero facile ſit: cauſam quamobrem quicq; eſt/ reddere & quærentibus de nobis quicq̃/ abundanter occurrere. & ratio diuidendi & diſſectionum commentatio in promptu habenda: quã nobis primus Ariſtoteles perſcripſit. Si enim q̃ propriȩ ſingulis generibus ſunt diſſectiones noſſemus: ſuppeditaret nobis ad ſciendũ quor quęq; rẽs ſit/ mirabilis copia. Nam ea quę generibus omnibus inſunt cõmunia: per ea quæ ſigillatim habentur/ exquirere eſt. Verbi gratia: ĩ animali animatum & ſenſibile per diſtributiones ſciuntur. Quom enim ſubſtantiam per animantem & inanimantem diuiſeris: tum comperies animal in ſubſtãtiam animantem referri. Denuo quom ſubſtãtiam animantem in ſenſibilem & in inſenſibilem ſolueris: tum intelliges animal in ſubſtantiam ſenſibilem reponi. Hęc per diuiſiones noſcũtur. Per anatomen vero/ ideſt membrorum cõſectionem intellectum eſt: omne animal ex humidis & ſiccis conſtare. Eadem ratio ad ſingulas ſpecies accommodata magno vſui erit. Proinde & pi

ſcem proſcindere/ & auem exdorſare: vtile fuerit iſs qui communia piſcibus & auibus volũt excipere. Quamobrẽ quædã communia ex diuiſione ſummi generis: quædam ex diſſectione iſta ſumentur. qui hæc ad manũ habuerit: cauſas plurimarum rerum cognoſcere & reddere poterit. Omnia nãq; quę in genere vniuerſo inſunt: per ipſum genus in ſpecies quoq; tranſeunt. Quãobrem ſciſſipẽne animal gallinaceus eſt? quia volucris. Quãobrẽ caret pulmone glanis? qa piſcis. Qz ſi genus non habet nomen: tamen affectio aliqua deprehẽdi poteſt/ quę compluribus ex natura ſit cõmunis. vt cornigerum eſſe: ex hac/ quę ſequũtur adiunctaq; ſunt/ ſpectanda. Primũ eſt omaſum habere. Eſt autem omaſum boum & ruminantium venter. Alterum eſt primoribus maxillæ ſuperioris dentibus carere. Hæc ex anatome colligũtur. Rurſum quibus cõtingit cornuta eſſe/ ceruis/ bubus/ capris: his illa ineſſe neceſſe eſt quę ex hoc q; cornua habentur/ ſequi ſolent. Illud ergo fuerit medium. Si quęratur quãobrem bos omaſum habet? quia cornigerũ animal eſt. quãobrem ceruo vita lõga? quia vacat felle. Sed & hoc medium ex diſſectione ſumptũ eſt: qđ vero ex medio conſequitur/ accidit medio. Accidit & iſs quorum communis affectio eſt. Mediũ igitur modo per conſectionẽ: modo per diuiſionẽ accipitur. Sunt et quæ proportione ſola communia ſint: vt ſpina/ os/ ſæpium. Eſt autem ſæpium quiddam inſitum ſæpijs validiuſculum/ latiuſculumq; / fungoſum ac friabile/ inter ſpinã & os naturã mediam referẽs. Hęc ſeligere oportet: vt quæſtionibus in hoc genere ꝓpoſitis reſpõdere in prõptu quoiq; ſit.

¶QVAE SINT EAEDEM QVAESTIONES. Cap.XXVIII.

AVæſtiones autem eædem dicuntur: quę idem medium continent/ & quibus eadem ratio ſatisfacit. Quãobrem lapis magnes trahit? quãobrẽ electrum? quamobrem cucurbicula medicinalis? horum omnium (vt Platoni placet) cauſa eſt reciprocatio. ſic enim antiperiſtaſim voco. Idem medium vel ſpecie intelligi volo/ vel genere. Specie idem: in exemplo ſuperiore eſt. Nam tria illa mira/ reciprocationi aeris tribuunt. Genere hoc modo. Quamobrem echo redditur? quamobrem aſpicientes in ſpeculum/ formam ſuam agnoſcunt? quamobrem arcus cœleſtis fit? Omnia hęc per refractionem & diſſultationem contingunt: aeris echo/ obtutus repræſentatio/ radiorum arcus. Quæſtiones igitur inter ſe eodem/ quo & media/ diſcrimine differẽt. Ita aliquę ſpecie/ aliquę genere conſentient.

¶QVAESTIONES QVASDAM SVB QVIBVSDAM QVAESTIONIBVS CONTINERI. Cap.XXIX.

ESt & modus alius/ quo inter ſe quæſtiones multæ cõueniũt: vt cum cauſa vnius quæſtionis ab alterius pendet/ & continetur ſub illa. Verbi gratia/ quãobrem Nilus torrentior ab Idibus videtur? quia menſis quom exit hyemantior eſt. atq; hæc vna eſt quęſtio. quamobrem hyemantior eſt menſis/ quom exit? quia luna tum decreſcit/ & collucere deſinit. hæ duæ q̃ſtiones diluuntur cauſa vna fere/ ideſt coitu ſolis. Sed itereſt: q; coitus proxima ratio eſt/ quor luna interlunijs collucere deſinat. Remota: quor menſis vergens hyemantior ſit. Remotiſſima: quor menſe prono fluui9 cõcitatis & properantibus aqs vehat.

¶DEMONSTRATIONES EX RECIPROCIS CONSTARE. Cap.XXX.

DHęc ambigat quiſpiam de cauſa/ & eo quoius eſt cauſa. Cauſam/ ipſum medium voco: id quoius eſt cauſa/ concluſionẽ. Quemadmodum medio allato ponitur concluſio: ecquid in contrarium commeet concluſione poſita/ vti mediũ afferatur? periculoſũ id videri ne omnis demõſtratio redux & reciproca euadat. Deficit luna: qa iterponit terra. iterponit terra: qa deficit luna. Sed quẽadmodũ ſub abſurda res eſt/ demõſtrationẽ conſtituere ex retortis atq; iſs quæ inuicem probentur: ita demonſtratio putanda non eſt/ quę nullo modo aut ex cauſa/ aut ex aliquo qđ cogitatiõe prius ſit ducatur. Nã lunam deficere: non eſt cauſa quor terra ſe mediam oggerat: ſed poteſt eſſe concluſionis vtiq; rei non poteſt. Atq; hoc latiſſime patet: quãdoquidẽ detectus lunæ in definitione terrę/ aut interpoſitionis illius non ponit. Cõtra i definitionẽ defect9: terra & interpoſitio ei9 ingredit. Qz ſi nõ reciprocarent/ ſed cõcluſio ſẽp effectib9 mãdaret/ mediũ cauſis: neceſſe eẽt plura media/ & plures cauſas haberi eiuſdẽ cõcluſiõis. qđ fieri nõ poteſt. Porro tã effecta q̃ cauſæ in demõſtratiõibus vicẽ vniuerſalium cauſarumq; obtinent: & tum hęc/ tum illa in ſubiecto genere continentur. Quamobrẽ decidua arboribus folia ſunt: ſiue cauſam afferas amplitudinẽ foliorum/ ſiue inopiam humoris calidi/ vterq; ordo ſtabit. Quæ defrondeſcunt/ earumdem folia exilitate caloris humidi contrahi. & quarũ folia contrahuntur: eaſdẽ frõdes dimittere. Nullum autem incommodum ſuſcipitur: ſi cauſa talis cum ſua concluſione retorqueri dicatur. Nec enim eadem ratio vtrinq; reciprocan

di eſt. ſed quom ab euẽtis ad cauſam ſubitur/ ſyllogiſmus tantum vocatur: quom econtrario ẽ/ abſoluta demonſtratio dicitur. Sane media plura/ & cauſæ plures eiuſdem rei eſſe: niſi per accidens non poſſunt. in quo genere demonſtratio a ſignis & ex accidenti proficiſcitur. Quamobrẽ folia decidunt arboribus/ quia contrahuntur & obareſcunt. Vnde ortum incendium eſt/ ex reliquijs cinerũ aut carbonum. Sed dictum ſępe eſt: demonſtrationes hac forma deminutas imperfectaſq; eſſe/ atq; in his media non cauſas rei ſed complexionis intelligi. Explodẽda igitur ab inſtitutione noſtra hæc ſunt: ſed præcipue quę per accidens conſtant/ vt ex quibus interrogatiões ſcite afformari nõ poſſint. Nemo eni quęrit q̃obrẽ arbuſta nigra/ aut vitis pulla/ aut ſuffulta platanus folia deperdant: ſed ſimpliciter quamobrẽ arbores nudentur. Huius rei vna eſt oĩbus arboribꝰ cauſa: & merito. Cauſa eni quor folia amittãt: definitio eſt/ & eſſentia illiꝰ caſus. q̃ nichil aliud eſt/ q̃ contractio humidi: quẽadmodũ cauſa defectus lunæ/ nichil aliud ẽ q̃ intuẽtus ſrę.

¶MEDIVM SEQVI CONDITIONEM MAIORIS EXTREMITATIS. Cap.XXXI.

IN demonſtrationibus ex iſs terminis/ qui in concluſione collocãtur: maior extremitas dicitur quoius cauſa medium eſt. minor extremitas/ quoi medium cauſa eſt. medium ipſa iam cauſa. Ratio igitur maioris extremitatis quæ in concluſione ponitur: medium eſt. quocirca maiori extremitati reſpondere medium oportet: vt ſi omonyma ideſt cognominis hæc ſit/ omonymum & mediũ ſumatur. ſi ad ꝓportionẽ ſimilis/ ideſt analoga: eodẽ modo & medium ad proportionem ſimile afferatur.

¶QVEMADMODVM RECIPROCENT SVBIECTVM ET AFFECTIO. Cap.XXXII.

DE reciprocatione autem cauſę/ & eius quoius eſt cauſa & eiꝰ quoi eſt cauſa: ita res habet. Voco id quoi eſt cauſa ſubiectũ/ arborem/ vitem/ ficũ. id quoius eſt cauſa: affectionẽ. Defrondeſcere: cauſam/ humorẽ contrahi/ aut quiduis aliud. dictũ eſt ſupra cauſam/ & id quoius eſt cauſa/ ſuicem cõmutari: ſi eiuſmodi ſint vt definitio cauſa ſit/ id quod definitur effectum. Nũc quemadmodum reciprocet cum ſubiecto: breuiter explicandũ videtur. Si ex genere ſubiecto ſingulare aliquod & ſenſile adhibueris: locũ reciprocatio non habebit. vt ſi quęſieris q̃obrem ficus/ aut morus folia dimittant. Nam dimittere folia & humorem inopia caloris conſiſtere: affectiones ſunt amplius fuſæ q̃ vt cõmeare poſſint cum ficu/ aut vite. Sin vero arbores in commune attuleris quibus folia decidunt: tum reciprocatio & coæquatio ſeria & incolumis fuerit. Oportet igitur id ſciri/ q̃ omnibus arboribus quæ amittunt folia: ineſt communiter/ vt ex eo id ſumamus/ qđ ſubiectum huius affectionis ſit/ de quo nectenda ſit quæſtio quamobrem. Huic enim primo cauſa inerit medium: & quod plus eſt/ inuicẽ commeabunt. Obſeruatum eſt non cadere arboribus folia/ niſi quibus illa ſint lata: cum hoc & cauſa ipſa/ & id quoius cauſa eſt/ reciprocat.

¶EIVSDEM EFFECTI PLVRA ESSE MEDIA: SED NON PRIMA OMNIA. Cap.XXXIII.

SVnt autem in q̃ſtionibus his termini quattuor: decidere folia/ ſuccum cõcrescere/ latifoliũ eſſe/ ficus. Duo ſunt extremi/ duo ſunt medij: ſed vnꝰ ſubiecto ꝑpior & ſubiecto cõmunior/ alter prædicato affinior/ cũ quo & reciprocat. In iſigiſ/ quorũ media plura ſunt: vtrũ eorũ cauſam dixeris/ quor de ſubiecto p̃dicetur affectio/ nimirum id quod iũctius ſubiecto eſt: quia per hoc ineſt & remotius. Verbi gratia/ ficum eſſe latifolium: potius cauſa eſt/ q̃ ei folia decidant/ quoniã per hanc habetur alia cauſa in fieri/ q̃ eſt ſuccum conſiſtere in areſcere q̃. Dicat aliquis clariſſime videri plura eſſe in quibuſdam eiuſdem rei media. Nã in cõmune cauſa deliquij: & interuentꝰ lunæ in ſole/ & interuentus terrę in luna. Certe plures finitiones eiuſdẽ rei afferri nõ poſſunt/ nominis poſſunt.

¶DE HABITV PRINCIPIORVM: ET QVEMADMODVM COGNITIO VNIVERSALIVM IN HOMINE PARIATVR. Cap.XXXIIII.


DE demõſtratione dictũ eſt vt conſtet: dictum etiam de ſcientia demonſtrandi/ quoius opus demonſtratio eſt. Nunc de principijs eius quemadmodum cognitio eorũ ingenereť in nobis: & quis habitus ſit quo illa innoſcantur diſſerem⁹. Sed anteq̃ hoc diſſeramus: purganda quædam & amolienda/ quę videntur obſtare. Neceſſe eſt prima principia aut cognoſci a nobis dicere: aut nõ cognoſci. ſi cognoſcimus: aut demonſtratione/ aut alia via cognoſcimus. Item aut ſciẽtia/ aut virtute omnino aliqua. pleraq; enim ſciri per demonſtrationem nõ poſſunt: quæ nichilominus ſciuntur vt finitiones. Scire certe principia demõſtra-

tionis: neceſſe eſt eum qui ſcire vult quę de principijs oriuntur/ idq; ſupra & probauimus. nec illud ꝑmiſimus principia demonſtrandi. demonſtratione oſtēdi nō poſſe. Videamus nunc: ecquid horum quę prima immediata quæ ſunt/ ſcientia ſaltem aliqua/ aut potentia ſit. Sed a quęſtione illa initium capiamus: principia hæc iam inde ab ortu noſtro inſigníta impreſſaq; animo ſint quidem/ ſed lateāt? An vero tum demū quom adulti iam ſumus percipi a nobis/ cognoſciq; ſolea nt? & Hercules inſita illa in nobis aliquando eſſe/ nec intelligi: nō poteſt defendi, quia quēadmodum demonſtrationē tenere nemo poteſt/ ſi tenere ſe ignoret: ita nec ſcire principia qui ſcire ſe neſciat/ tanto preſertim exquiſitiore horum notitia q̄ demonſtrationis. Altera adeo pars quæ vult principiorum notiam progredientibus & confirmatis ætatibus aluí: diſſentanea nobis eſt/ qui ſtatuimus omnem doctrinam diſciplinamq; ex preſumptis quibuſdam & ante perceptis exiſtere. Nichil enim principio ſuperius priuſue eſt. Hæc ſunt quæ controuerſiam pariunt: nec diſſolui poſſunt niſi vis animæ aliqua inueniatur/ quæ prima inter cæteras cognoſcat/ & a qua principiorum intelligētia originem habeat. Ac videtur quidem hæc omnibus animalibus data: quippe quibus innexa ſit diſcernendi quædam iudicandiq; ratio. Sed quāuis omne animal inſtructū ſenſibus ſit: non tamē iudicio æq valet omne. Sunt enī ex ijs alia/ q abiuncto ſenſili ſpectrū eiꝰ diutiꝰ ſeruāt: alia q̄ non ſeruant. eorū q̄ nō ſeruāt: q̄dā oīno nō ſeruāt vt muſcę/ vermiculi/ culices q̄dā exiliter: vt brutorū & auicularū nonnullę q̄ cantibus quos audiūt/ inſueſcunt. Ea in quorum animis res ſenſibus percæptæ non manſitant: nichil ſine ſenſu cognoſcunt. At quibus digreſſo ſenſili imago eius inſculpitur/ vt ſi Socrate abeunte formam eius detineāt animo: poteſt his alia cognitio/ q̄ quæ per ſenſum accipitur contingere. atq; hæc in animalibꝰ imperfectis memoria dicitur: quoius id officium modo eſt/ vt ſimulachrū rei eius quę accæpta ſenſibus eſt/ in theſauro ſuo diu cuſtodiat. Quędam pręter hoc & connectere quę in memoria condiderint/ poſſunt: & ſimilia ſimilibus conferre. quod genus rationalia perfectaq; ſunt. De ſenſu itaq; proficiſcitur memoria: vt dictum eſt. de memoria oritur peritia & experientia vtiq;: ſi de aliqua re ſæpius agitatum cogitatūq; ſit. Nam memorię (vt ita loquar) multæ vna exit experientia. Hoc enim qđ fel diſcutit: primum ſenſu percipio veratrum eſſe. deinde & recordor. iterū ſentio/ & iterum vium eius agnoſco/ & iterum memini. Si ſimul hoc periculū ſępiꝰ fecero: tō ex pluribꝰ ſenſationibus memoria vna coaleſcit/ & ex memorijs multis peritia hęc cōſurgit. vt ſcięntia/ veratrum bilem trahere. Hæc peritia indies accreſcit: ſenſu/ experimētis/ memoria cōfirmatur. Tādē enunciatū vniuerſale reponitur: idq; in anima obmanet tale/ omne veratrum purgat.

¶VNIVERSALE A SENSV ORTVM HABERE/ ET AB INTELLECTV FORMARI. Cap. XXXV.

VNiuerſale aūt notio eſt q̄dā in ſingularibus reperta/ & ad plures differētias pertinens. Hæc initium artis & ſcientiæ omnis eſt. artis: ſi circa ea ſit quæ oriuntur & occidunt. ſcientiæ: ſi circa his contraria. Neq; igitur iā inde ab initio vitæ principia ſciuimus: alioquí perfecti abſolutiq; naſceremur. Neq; itē ab alia potētia priore pſtantioreue oriuntur hæc/ alioquí confitēdum haberemus aliquid prænoſci ante principia: ſed a ſenſu & memoria congregantur. Nam quemadmodum inclinato exercitu fuſoq; ſi vnus aliquis reſiſtere incipiat/ ſępe fit vt alius primū deinde alius/ atq; alius cōuolet/ demum globo facto/ & fauore multorum/ additō animo/ tota acies iterat pugnam/ & redintegrat prœlium: ita de ſimulacris dicēdum/ & reliquijs inhærentibus earum rerum quę ſenſu hauriuntur/ primo veſtigio ſecundum allinitur/ ſecundo tertium nectitur/ ab his alia confluunt corroganturq;/ de quibus poſtremo vniuerſalis quædam notio conualeſcit. Hæc enim animæ acrimonia eſt/ vt etiam ſi genera/ quæ accidunt ſenſibus continenter laberentur & fluerent: tamen ſimilitudines eorum excipere & memoria continere poſſit/ & quod in ſingularibus commune vniuerſaleq; eſt/ deprehendere notareq;. Nam & ſenſus hoc percipit. Quoties enim Socratem quis agnoſcit ſenſu: vna & hominem agnoſcit in Socrate. Et qui hoc rubens candidum videt: ſimul & rubens & candidum videt. An quiſdam eſt qui Calliam & hominem vt eandem omnino rem ſentiat? alioquí ſicut non eſt niſi vnus Callias: ita videre non poſſe alium hominem niſi Calliam. Sed quom Socratem videt: videt in Socrate id quod in alijs quoq; hominibus ſimile communeq; ineſt. Quare ad quendam modum vniuerſale ſenſu percipitur: non tamen ſeorſum a ſingulari/ ſed obiter ſubindeq;. Alia quippe vis eſt qua ſenſu circa ſua incidentia ſubiectaq; occupato: ipſa vnum ex multis rimatur/ indifferens ex differentibus/ idem ex diuerſis/ promiſcuum ex impromiſcuis colligat/ hominem ex Ariſtone & Callia/ animal ex homine & leone/ ſubſtantiam ex animali & plāta. Durat enim aſcēſus hic: vſq; eo dum multa in aliquid/ quod vnum omnino ſimplexq; ſit/ reducamus referamuſq; & tanq̄ religemus.

¶QVEMADMODVM VNIVERSALE PER INDVCTIONEM ACCIPI INTELLIGENDVM SIT. Cap.XXXVI



Vamobrem modus quo vniuerſale conſtituitur/cognoſciturq; inductio eſt. Inductionem accipio hac parte aggreſſionem illam rationemq; : per quam ex noticia particularium vtcūq; ad intelligentiā vniuerſalis venitur. Huius rationis aſſumptiōes: ipſi9 erunt ſenſus. Nam ſenſus quoq; principia & cauſæ ſunt vt ſingularia noſcitent. Vniuerſale mentis opus eſt & ab ea effingitur. Huic enim proprium vnire & cogere eſt: atq; (vt inquit Plato) infinibilia fini obſtringere. Diuidit illa componitq;/pluribus modis conuariat/atq; commutat: omnino agilis & permobilis natura eius deprehenditur. Porro inductionis huius in qua ſenſus vicem obtinet ſumptorum/ vniuerſale concluſionis : non ſtatim a ſumptis concluſio ſæquitur / nec paruo tempore abſoluitur/ ſed inter ſumpta & complexionem aliquāta vis incidit temporis. Nam ſumpta illico afformare incipit ſenſus. ſed quom proceſſit admodū/ac diu exercitatus eſt: tū ea vis animi q̄ intellectus nominatur/ cōcluſionē ipſam ſubiūgit. In hoc aūt opus eſt ætate longa & viſu multo: quia qđ effuſum ſparſumq; eſt/niſi ſpacio tēporis cogi/ & in vnū conferri non poteſt.

¶PRINCIPIA IN NOBIS NON NATVRA ESSE INSITA: SED CREARI AB INTELLECTV. Cap.XXXVII.



Ed adeo paulati ſenſimq; aſſumitur inductio hæc: vt continuatione ipſa late at/vnde orta pfectaq; ſit. Quapropter contingit multos credere naturā homini noticias quaſdam ingenuiſſe ſine doctrina: nec intellectum eſſe: qui de ſe illas promeret excitaretq;/quod falſum eſt. Quam vero hæc ſola vis animę ſit/quæ vniuerſales & immediatas propoſitiones communiat : hinc docebimus. Habituū qui ad intelligentiam ptinent: alij ſemper veri/ alij non ſemper ſunt. Non ſemper veri: opinio & ratiocinatio . vterq; enim earum rerum eſt: quę aliter eſſe poſſunt ac ſūt. Sed opinio fere ſpectatiui generis eſt: ratiocinatio adminiſtratiui. Veri ſemper ſunt/ ſcientia & intellectus: & ſcientia principiorum non eſt. Nam ſcientia eſt noticia per demonſtrationem quæſita : relinquitur intellectum eſſe quoi principia debeātur. Nā principia exactius & exquiſitius cognoſci: q̄ quæ a pricipijs ſūt oportet. Solus ītellectus exquiſitior oi ſciētia eſt. Intellectus igitur hic/ qui principia ſcientijs miniſtrat/ quē primum natura indidit homini/ & qui intellectus potētiæ dicitur: ſimpliciſſimus ſit oportet. Hic ceu animę oculus eſt. Hic initio vitæ iudicio & ratione omni caret. Per hunc homo ſtatim ab ortu ſuo rationale animal natura exiſtit. Hic nobiſcum ab ineunte ætate ad obeuntem ſenectam augetur/ prouehiturq;. Primum notiones ſimplices capit: quas terminos vocamus & incompoſitas voces/quæ prima orationis tanq̄ elementa ſunt. Nam hominem/ terram/ algidū/ candidū/ ſtatim a pueris efferre : & audita ab alijs in cōplexu intelligere poſſumus. Deinde quom paulū proceſſimus: tum & progrediens confirmatur animus/ & ſimplicia incipit nectere/ & quid ſit homo agnoſcere. Adhuc proficiſcente longius ætate / quaſi adultior fit: vt iam & conflare vniuerſalia & commentari a ſe poſſit. Nec ceſſat profectus/ quouſq; ad expletionem quandam & abſolutionem naturæ peruenīat: & habitum intellectualē/ per quē rationale aīal ſumus/ attollat. Ac certe accidit ſimile quiddam animo/ qđ corpori. nam paruuli primo ſic iacēt: vt neq; flectere ſe/ neq; ingredi valeant . Deinde vt quadrupedes reptant/ tum erigunt ſe: & incedunt vt bipedes/ nec indigent comite/ qui manum det. adeo vero promouent hoc proceſſu/ vt iam/ & ad curſum vegeti/ & ad omnes vſus corporis firmi robuſtiq; ſint. Eodem modo animus primum nominare tantum res poteſt : & intelligere quæ nominat. Tum componere & meditari. Poſtremo vniuerſalia quædam iudicia & notiones ſcrutatur/ quas protinus q̄ elicuit: in ſeipſo deponit atq; conſignat.

¶INTELLECTVM ESSE HABITVM PRINCIPIORVM: QVEMADMODVM SCIENTIA HABITVS EST SCITORVM. CAP.XXXIII.



Ntellectus igitur principium ſcientiæ eſt. Principio vtiq; principiorum notitia tribuenda ſubijciendaq; eſt: quemadmodū ſcientiæ omnia quę ſciri per demonſtrationē poſſunt. ita enim principium ad principiū ſe habet: ſicut ſcientia tota/ ad totū id/ qđ ſubiectū ſcientię eſt.

¶SECVNDI LIBRI THEMISTII IN POSTERIORA ARISTOTELIS
FINIS

¶TABVLA IN LIBROS POSTERIORVM.

Anteq̄ qd ſciaſ/ p̄noſcere aliqd oportere. Cap.1.
Duas eē prænotiões vt ſit & quid ſit. Cap.2.
Cõcluſionē anteq̄ demonſtratiões partim ſciri: partim neſciri. Cap.3.
Quid ſit ſcire & quid ſit demõſtratio. Cap.4.
Quid ſit propoſitio immediata. Cap.5.
Plus credi ꝓpoſitiõibus q̄ cõcluſiõi. Cap.6.
Nec ſciri demõſtratiõe oīa nec circulo. Cap.7.
Neceſſarias eē ꝓpoſitiões i demõſtratiõe. C-8.
Quid ſit dici de omni. Cap.9.
Quid ſit dici per ſe. Cap.10.
Quí modi eorum quę per ſe dicuntur: ad demonſtrationem pertineant. Cap.11.
Quid ſit vniuerſaliter dici. Cap.12.
Quemadmodũ circa vniuerſale in demõſtrando error contingat. Cap.13.
In demõſtrationē neceſſaria ingredi. Cap.14.
Quæ ſunt per accidens demõſtrationis rationem non ingredi. Cap.15.
Demonſtrationē ex propriſs nõ ex extrariſs conſtare. Cap.16.
Demõſtrationē nõ cõſtare cõmunib⁹. Cap.17.
Demõſtratiõis cõcluſionē eſſe ꝓpetuã. Cap.18.
Demõſtrationē nõ eſſe caducorũ. Cap.19.
Quid ſit principiũ cõmune: qd ꝓpriũ. Cap.20.
Quot modis pricipia p̄noſcant. Cap.21.
Differre ꝓloquia a poſtulatis ſubiectionibuſq̄. Cap.22.
Quis vſus primorum pricipiorũ in demõſtrationibus ſit. Cap.23.
In qb⁹ cõmunicẽt ſciæ: & quẽadmodũ prima phia a dialectica differat. Cap.24.
An interrogatio aliqua demonſtrationi conueniat. Cap.25.
Cõmẽdatio Matheſeos: & qd ſit ſyllogiſmũ ãpliari i directũ/ i lat⁹/ p media. Cap.26
Quẽadmodũ vna ſciẽtia vtraq̄ demõſtratione vtaſ: & q̄obrẽ & vt ſit. Cap.27.
Alius mod⁹: quo ī vna ſciẽtia vtraq̄ demonſtratio eſt. Cap.28.
Quẽadmodum altera demonſtratio in altera ſcientia habeatur. Cap.29.
Quis modus ſit: quo ī diuerſis ſcientiſs demõſtretur vt ſit/ & q̄obrẽ ſit. Cap.30.
Quę figura ſyllogiſmi aptiſſima demonſtrantibus ſit. Cap.31.
De ſyllogiſmi iperitię ignorãtiæue. Cap.32.
Quẽadmodum ſyllogiſmo imperitiæ occurratur. Cap.33.
Abolito ſenſu aliquo: ſcientiã illius ſenſus aboleri. Cap.34.
Quid ſit p̄dicari p aliud: ſeu p accidẽs. Cap.35.
An demõſtratiões i ifinitũ euadãt. Cap.36.
Infinita nõ eſſe media: & ſi i affirmatiuis hoc verũ/ in priuatiuis verũ. Cap.37.
Terminos p̄dicatos ifinitos nõ eẽ ratiõib⁹ logicis probatur. Cap.38.
De eodẽ rõnibus ꝓpriſs terminoſq̄ ſubiectos nõ exire in imẽſum. Cap.39.
Demonſtrationem vniuerſalem præſtare particulari. Cap.40.
Demonſtrationem affirmatiuam p̄ſtare negatiuæ. Cap.41.
Demonſtrationem aſſertoriã potiorẽ eẽ ducẽte ad incommodum. Cap.42.
Quot modis ſciẽtia prior & certior alia ſit. Item quę vna: quæ diuerſa. Cap.43.
Plures demõſtratiões eiuſdẽ rei eſſe. Cap. 44.
Fortuita non ſciri. Cap.45.
Senſum nõ eſſe ſcientiam. Cap.46.
Nõ oim eadẽ principia eſſe Cap.47.
Scientiã differre ab opinione reb⁹ ſubiectis. Cap.48.
Scientiam differre ab opinione genere approbandi. Cap.49.
Quid ſolertia ſit. Cap.50.

¶TABVLA SECVNDI LIBRI.

Quattuor eſſe quęſtiones. Cap.1.
In omnibus quęſtionibus cauſã q̄ri. Cap.2.
Nõ eſſe eiuſdẽ oino demõſtrationẽ finitionemq̄. Cap.3.
Nõ poſſe demõſtrari finitionẽ p ſyllogiſmum duplantem. Cap.4.
Non poſſe definitionem probari p ſyllogiſmum diuidentem. Cap.5.
Diuiſionẽ conferre ad finiẽdum Cap.6.
Per ſyllogiſmum finitiuum nõ ꝓbari finitionem. Cap.7.
Neq̄ a contrariſs: neq̄ p inductionem ꝓbari finitionem. Cap.8.
In vniuerſum finitionem demonſtrari non poſſe. Cap.9.
Quãtũ aliqd valet ad demõſtrãdũ rẽ eẽ: tãtũ valet ad demõſtrãdũ qd ſit res. Itẽ demõſtratiõe nõ ſciri finitionẽ: ſed inoteſcere. Cap.10.
Quę cãm nõ habent: eorũ finitionẽ nõ innoteſcere p demonſtrationẽ. Cap.11.
Tres eẽ ſpecies finitionũ. Cap.12.
Quattuor cauſas eẽ poſſe media demõſtrãdi. Cap.13.
Idem effect⁹ p plures cauſas mõſtraſ. Cap.14.
Quemadmodũ effectus coæui cum cauſa demonſtrentur. Cap.15.
Quem admodum effectus nõ coęui cauſam demonſtrẽt. Cap.16.
Quẽadmodũ cũ hoc poſt hoc oriſ: cõtinuatio hæc accipienda ſit. Cap.17.
Quãdo demõſtratiões reciprocæ: circulareſq̄ ſingulareſq̄ locũ habeãt. Cap.18.
Effecta quæ maiore ex parte eueniãt: ꝓbari p media eiuſdẽ generis. Cap.19.
Quemadmodũ finitio indiuiduæ

ſpeciei inueſtiganda ſit. Cap. 20.
Quemadmodum definitio generum inueſtiganda ſit. Cap. 21.
Facili⁹ ſpecies q̄ genera definiri. Cap. 22.
Quēadmodū diuiſio vtilis finitib⁹ ſit. Cap. 23.
Cōtra Pſeuſippū: q putabat ſcire oportere oīa eū qui recte finiret. Cap. 24.
Tria p̄cepta diuiſionū. Cap. 25.
Solū vniuerſalia definiri. Cap. 26.
Ex ratione diuiſionū & commētatione diſſectionū: vberē copiā diſſoluendis quæſtionibus comparari. Cap. 27.
Quæ ſint eædē quæſtiones. Cap. 28.
Quæſtiones quaſdam ſub quibuſdam quæſtiōib⁹ contineri. Cap. 29.
Demōſtratiōes ex reciprocis cōſtare. Cap. 30.
Medium ſequi cōditionē maioris extremitatis. Cap. 31.
Quemadmodū reciprocēt ſubiectum & affectio. Cap. 32.
Eiuſdē effecti plura eſſe media: ſed nō prima omnia Cap. 33.
De habitu principio⁹: & quēadmodū cognitio vniuerſaliū i hoie pariat. Cap. 34.
Vniuerſale a ſenſu ortū habere: & ab intellectu formari. Cap. 35.
Quemadmodū vniuerſale per inductionem accipi intelligendū ſit. Cap. 36.
Principia in nobis nō natura eſſe inſita ſed creari ab intellectu. Cap. 37.
Intellectū eē habitū principiorū: quēadmodū ſcientia habitus eſt ſcitorū. Cap. 38.

¶ BOETII SEVERINI VIRI CLARISSIMI DE DIVISIONIBVS LIBER VNVS.



Vam magnos ſtudioſis afferat fructus ſcientia diuiſendi/quāq; apud Peripateticam diſciplinam ſemper hęc fuerit in honore notitia: docet & Andronici diligentiſſimi ſenis de diuiſione liber ędit⁹. & hic idem a Plotino grauiſſimo philoſopho comprobatus/& in libri Platonis (qui ſophiſtes inſcribitur) commētarijs a Porphyrio repetitus/& ab eodem per hanc/ introductionis laudata in categorias vtilitas. Dicit enim fore neceſſariā generis/ſpeciei/differentiæ/proprij/accidentiſq; peritiam: tum propter alia multa/tum propter vtilitatē quæ eſt maxima/partiendi. Quare quoniam maximus vſus facillimaq; doctrina eſt: ego quoq; id/ſicut pleraq; omnia/Rhomanis auribus trades introductionis modo/habita in eādem rem competenti ſubtiliq; tractatione/& moderata breuitate pſcripſi/ vt nec anxietas deciſæ orationis & non perfectæ ſententiæ/ legentium mentibus ingeratur. nec ſuperuacuam loquacitatem harum rerum inexpertes/rudes inſolerteſq; noui audientium mentes habere. eſt æquum/ nec vllus liuor id quod & arduum natura eſt & ignotum noſtris/ nobis autem magno labore & legentium vtilitate digeſtum: obliquis morſibus obtrectationis offuſcet. dentq; potius viam ſtudijs nunc ignoſcēdo/nunc etiam comprobando: q̄ frena bonis artibus ſtringant/dum quicquid nouum eſt/impudenti obſtinatione repudiant. Quis enim non videat plurimum ad bonarum artium defectum valere: ſi apud mentes hominum/nunq̄ ſit deſperatio diſplicendi/ſed hæc hactenus: nunc diuiſionis ipſius nomen diuidendum eſt/& ſecundum vnumquodq; diuiſionis vocabulum vniuſcuiuſq; propoſiti proprietates parteſq; tradēdæ ſunt. Diuiſio namq; multis modis dicitur. Eſt enim diuiſio generis in ſpecies. eſt rurſus diuiſio cum totum in proprias diuidit partes. eſt alia cum vox ſignificans multa: in ſignificationes proprias recipit ſectionem. Præterhas autem tres eſt alia diuiſio quæ ſecundum accidens fieri dicitur. ¶ Huius autem eſt triplex modus: vnus/cū ſubiectū i accidentia ſeparam⁹. alter/cū accidēs in ſubiecta diuidim⁹. tertiꝰ cū accidens in accidentia ſecamus. hoc ita fit: ſi vtraq; eidem ſubiecto ineſſe videantur. ſed harū omnium exempla ſubdenda ſunt: quatenus huius totius ratio diuiſionis eluceſcat. ¶ Genus diuidimus in ſpecies: cum dicimus animalium/alia ſunt rationalia/alia irratiōalia. Rationalium alia mortalia/alia imortalia. vel cū dicim⁹ coloris: alia qdē alba ſūt/alia nigra/alia media. Oportet aūt oēm diuiſionē generis in ſpecies/aut i duas ptes fieri/aut in plures. ſed neq; infinitę ſpecies eſſe generis poſſunt: nec minus duabus. Hoc autem cur eueniat: poſterius demonſtrandum eſt. ¶ Totum vero in partes diuiditur: quoties in ea/ex quibus eſt cōpoſitum/vnūquodq; reſoluimus. vt cum dico domus: aliud eſt tectum/aliud paries/aliud fundamētum. & hominem/cōiungi anima & copore. cumq; hominis dicim⁹ partes eſſe Catonem/Virgilium/Ciceronē & ſin-

gulos: qui cum particulares sint / vim tamen totius hominis iungunt atq; componunt. Neq; enim homo genus/ nec singuli homines species: sed partes quibus totus hō coniungitur. ¶Vocis autem in significationes proprias diuisio fit: quoties vna vox multa significans aperitur/ & eius pluralitas significationis ostenditur, vt cum dico canis quod est nomen: & hunc quadrupedem latrabilemq; designat/ & cœlestem qui ad orionis pedem morbidum/ micat. Est quoq; alius marinus canis/ qui in immoderatam corporis magnitudinem crescens: ceruleus appellatur. ¶Sed huius diuisionis duplex modus est, aut enim vnum nomen multa significat: aut oratio iam nominibus verbisq; composita. & nomen quidem multa significat: vt id quod supra posui. oratio vero multa designat: vt est aio te Eacida Romanos vincere posse. Et nominis quidē per significationes proprias diuisio: æquocationis partitio nuncupatur. orationis vero in significationes proprias distributio: ambiguitatis discretio est/ quā Græci amphiboliam vocāt/ ita vt nomen multa significans æquiuocum/ oratio vero multa designās amphibola atq; ambigua prædicetur. Eorum autem quæ secundum accidens diuiduntur: subiecti in accidentia diuisio est. vt cum dicimus/ omnium hominum alij sunt nigri/ alij sunt candidi/ alij medij coloris. Hæc enim accidentia sunt hominibus/ non horum species: & homo his subiectum/ non horum genus est. ¶Accidentis vero in subiecta sectio euenit: vt est/ omnium quæ expetuntur: alia in anima/ alia in corporibus sita sunt. Animæ namq; atq; corpori id quod expetitur accidēs non genus est: vt boni quod est situm in anima/ & in corpore non sunt hęc species/ sed substantia. ¶Accidentium vero in accidentia diuisio est/ vt omnium candidorum: alia sunt dura vt margarita/ alia liquētia vt lac. Liquor namq;/ & albedo/ atq; durities: hęc sunt accidentia. Sed album: in dura atq; liquida separatum est. Cum ergo sic dicimus: accidens in alia accidentia separamus/ sed huiusmodi diuisio viciſſim semper in alterutra permutatur. Possumus enim dicere eorum quæ dura sunt: alia sunt nigra/ alia alba. & rursus eorum quæ liquida sunt: alia sunt alba & alia sunt nigra. Sed hæc rursus conuersa diuidimus/ eorum quę sunt nigra: alia sunt liquentia/ alia dura. & eorum q̄ sunt alba: alia sunt liquētia/ alia sunt dura. ¶Differt aūt huiusmodi diuisio ab omnibus q̄ supradictę sunt. Nā neq; significationē ptiri possum⁹ in voces: vbi vox in ꝓprias significatiōes discernatur, nec partes in totum diuiduntur/ quis totum separetur in partes: nec species secātur in genera/ licet genus in species diuidatur. Q̄d vero superius dictum est hanc diuisionem ita fieri: si vtraq; contingerent eidem ineſſe subiecto/ si attentius perspicitur liquet. Nam cum dicim⁹ eorū quę sunt dura/ alia esse alba/ alia nigra vt est lapis atq; ebenus: manifestum est ebeno vtraq; inesse/ & duritiem/ & nigredinem. In cæteris quoq; id diligēs lector inueniet. ¶Quibus autē summa operatio veritatis inquiritur: his prius intelligēdum est quæ sit omnium horum proprietas simul/ quibusq; inter se sigillatim differentijs segregentur. Omnis enim vocis & generis totiusq; diuisio/ secundum se diuisio nuncupatur, reliquæ vero tres/ in accidentis distributione ponuntur. Secundum se autem diuisionis huiusmodi differentia est. differt enim diuisio generis a vocis diuisione: ꝙ vox quidem in proprias significationes separatur. genus vero non in significationes: sed in quasdam a se quodā modo procreationes disiungitur. & genus semper speciei ꝓpriæ totum est/ vt vniuersalius in natura: æquiuocatio vero vniuersalior quidem significata re dicitur totum in voce: non etiam totum in natura. Illo quoq; modo a vocis distributione diuiditur: ꝙ nichil habēt commune præter solum nomen/ quæ sub voce sunt, quæ vero sub genere collocantur: & nomen generis/ & definitionē suscipiunt. Amplius quoq;/ non eadem apud omnes vocis distributio est. quod enim apud nos dicitur canis/ cum eius multę significationes in lingua Romana sint: simpliciter fortasse prędicatur in barbara/ cum ea quę apud nos vno nomine nuncupantur/ illi pluribus fortasse significent. Generis vero: apud omnes eadem diuisio distributioq; permanet. vnde fit vt vocis quidem diuisio/ ad positionem consuetudinem q; pertineat: generis vero ad naturam. Nam quod apud omnes idem est: naturæ est. consuetudinis vero est quod apud aliquos permutatur. Et hęc quidem sunt differentię generis distributionis/ & vocis. ¶Generis quoq; sectio/ a totius distributione seiungitur: ꝙ totius diuisio secundum quantitatem fit. partes enim totam substantiam coniungentes: actu/ aut ratione animi & cogitatione separantur. generis vero distributio: qualitate perficitur. Nam cum hominem sub animali locauero: tunc qualitate diuisio facta est. quale namq; animal est homo: iccirco/ quoniam quadā qualitate formatur. Vnde quale animal sit homo: interrogatus respondebit aut rationale/ aut certe mortale. ¶Amplius genus omne naturaliter prius est propriis speciebus: totum autem propriis partibus posterius est. partes autem quæ totum coniungunt/ sed compositi sui perfectionem alias natura tantum/ alias ratione quoq; temporis antecedūt. vnde fit/ vt genus in posteriora: totum vero/ in priora soluamus. Hinc quoq; illud vere dicitur: si genus interimatur/ statim species deperire. si species interempta sit: non peremptum genus in natura consiste-

Diuisionū ad inesse cō uenientia

Earundem inter se discrepantia

re.contra euenit in toto. Nam ſi pars totius perit:totum non erit/cuius pars vna ſit interẽpta, ſed ſi totum pereat:partes permanent diſtributæ. vt ſi de integra domo quis abſtulerit tectum: totum qđ ante fuit/interimit,ſed perempto toto:parietes/& fundamenta conſtabunt. Amplius quoq; genus ſpeciebus materia eſt.Nam ſicut ęs accępta forma/tranſit in ſtatuã:ita genus accępta differentia tranſit in ſpeciem. Totiꝰ vero partium multitudo/materia eſt:forma vero/earundem partium compoſitio.Nam ſicut ſpecies conſtat ex genere & differentia:ita totum conſtat ex partibus. vnde fit vt totum ab vnaquaq; parte ſua partium ipſarum compoſitione differat:ſpecies vero a genere differentiæ coniunctione. Amplius quoq; ſpecies idem quod genus eſt.vt homo eſt idem qđ animal/& virtus idem eſt/quod habitus.partes vero non ſemper idem ſunt quod totum.Neq; enim manus idẽ eſt quod homo:neq; idem paries quod domus. et in his quæ diſſimiles partes habẽt: hoc clarum eſt,ſed non eodẽ modo in ijs quæ ſimiles habent partes.vt in ęris virgula/cuius partes quæ ſunt continuæ quoniam eiuſdem ſunt ęris/videntur idẽ eſſe qđ totum ęs/ſed falſo. fortaſſe enim idem ſunt partes huiuſmodi in ſubſtantia:nõ etiam in quantitate. ¶Reſtat autem vocis & totius diſtributionis differentias dare. Differunt autem q totum quidem conſtat ex partibus:vox vero non conſtat ex ijs quæ ſignificat.& fit totius diuiſio quidem in partes:vocis autem non fit in partes/ſed in eas res quas ipſa vox ſignificat.vnde fit vt ſublata parte vna/totum pereat:ſublata vna re quam vox ſignificat multa deſignans/ vox illa permaneat.Nunc ergo quoniam ſecundum ſe diuiſionis differentiæ dicte ſunt: generis diſtributio pertractetur.primum quidem genus quid ſit diffiniẽdum eſt. ¶Genus eſt quod prædicatur de pluribus ſpecie differentibus in eo quid eſt.ſpecies vero eſt/quam ſub genere collocamus. Differẽtia eſt qua aliud ab alio diſtare ꝓponimus.et eſt qdẽ genus quod interrogãti qđ quęq; res ſit:conuenit reſponderi. Differentia eſt quæ ad qualis percunctationem rectiſſime reſpondetur.Nam cum quis interrogat quid eſt homo/recte animal:qualis eſt homo/conuenienter rationalis reſpondetur. ¶Diuiditur autem genus:alias in ſpecies/alias in differẽtias/ ſi ſpecies quibus oportet genus diuidi nominibus carent.vt cum dico animaliũ alia rationalia ſunt/ alia irrationalia:rationale & irrationale/ſunt differentię.Sed quoniam ſpeciei huius quę eſt animal rationale/nomen vnum non eſt: iccirco pro ſpecie differentiam ponimus/eamq; ſuperiori generi copulamus.omnis enim differentia in proprium genus veniẽs ſpeciem facit. Vnde fit vt materia quædam genus ſit:forma/differentia. Cum autem propriſs nominibus ſpecies appellatur:non in differentias/ſed in ſpecies fit recta generis diuiſio. vnde eſt vt ex pluribꝰ terminis diffinitio colligatur.Si enim omnes ſpecies ſuis nominibus appellarentur:ex duobus ſolis terminis omnis fieret diffinitio.vt cum dico quid eſt homo:quid michi neceſſe eſſet dicere animal rationale mortale/ſi animal rationale/eſſet proprio nomine nuncupatum/ quod cũ reliqua quoq; differentia/ideſt mortali iunctum/diffinitionem hominis veriſſima ratione & integra concluſione perficeret?Nunc autem ad diffinitiones ſpecierum integras/diuiſio neceſſaria eſt:& fortaſſe in eodem diuiſionis & diffinitionis ratio verſatur.Nam diuiſionibus iunctis:vna cõponitur diffinitio. ¶Sed quoniam alia ſunt æquiuoca/alia vniuoca/& quæ ſunt vniuoca ipſa in generum ſuſcipimus ſectiones/quę vero ſunt æquiuoca/in ijs diuiſio ſola ſignificationis eſt:videndum eſt prius quid ſit ęquiuocum/quid vniuocum/ne cum iſta fefellerint/ ęquiuocum nomẽ quaſi i ſpecies/ita i ſignificatiuas voces reſoluamꝰ.vnde fit vt rurſus ad diuiſionẽ neceſſaria ſit diffinitio. quid enĩ ſit æquiuocũ/qđ vniuocũ/diffinitiõe colligimꝰ.Sũt aũt differẽtię:alię per ſe/alię vero p accidens.& harum alię ſunt conſequentes ſtatim/alię relinquentes ſtatim.Relinquentes huiuſmodi ſunt/ vt dormire/vel ſedere/vel ſtare/vel vigilare.perſequentes vero:vt capilli criſpi/ſi nõ ſint amiſſi.& glauci oculi/ ſi non ſint quadam extrinſecus debilitate turbati.ſed hæc ad diuiſionem generis ſumenda non ſunt.neq; enim ad diffinitiões ſunt commoda. omne enim quod ad diuiſionem generis aptum eſt:idem ad diffinitionem rectiſſime congregamus.Illa vero quæ p ſe ſunt:ſola ad diuiſionem generis apta ſunt.hęc enim informant & perficiũt vniuſcuiuſq; ſubſtantiã:vt hominis rationalitas/& mortalitas.ſed has quemadmodum probare poſſimus/vtrũ ex eo ſint genere ſtatim relinquentium/an perſequentium/an in ſubſtantia permanentium:hoc modo eſt videndum. Neq; enim ſufficit ſcire quas in diuiſione ſumamus:niſi illud quoq; cognitum ſit/quemadmodum eaſdem ipſas quæ ſumendæ & quę reijciendæ ſunt/rectiſſime cognoſcamus. Videndum ergo primum eſt: vtrum propoſita differentia / omni poſſit & ſemper ineſſe ſubiecto.q; ſi ipſa vel actu vel ratione ſeiungitur:hęc a diuiſione generis ſeparanda eſt. ſi enim ſępe & actu & ratione ſeiunguntur:ex eorum genere ſunt/quæ ſtatim relinquunt.vt ſedere quod frequẽtiꝰ quidẽ ſeparat/& actu ipſo a ſubiecto diuidit. Quę vero ratiõe ſola a ſubiecto diuidunt: ea ſunt cõſequẽtiũ differẽtiarũ.vt glaucis oculis eẽ/a ſubiecto ratiõe ſeiũgimꝰ.vt cũ dico aial ẽ luminibꝰ glaucis/ vt qlibet hõ.q; ſi hoc nõ eſſet huiuſmodi:nõ eũ res aliq eẽ hoiem ꝓhiberet.

Aliud rurſus eſt qđ non poſſit ratione ſeparari: ꝙ ſi ſeparatū ſit/ ſpecies interimatur. vt cum dicimus ineſſe hominī vt ſolus numerare poſſit/ vel geometriam diſcere. ꝙ ſi hęc poſſibilitas ab homine ſcīū gitur: homo ipſe non permanet. ſed hæ non ſtatim earum differētiarū ſunt q̄ ſubiecto inſunt. nam non iccirco homo eſt/ quoniam hæc facere poteſt: ſed quoniam rationalis eſt atq; mortalis. Hæ igitur differentiæ per quas ſpecies conſiſtit: ipſæ & in definitione ſpeciei vt hominis/ & in generis eius diuiſione qđ continet ſpeciem vt ipſum hominem collocantur. & vniuerſaliter dicendum eſt/ quęcunq; differentiæ huiuſmodi ſunt vt non modo præter eas ſpecies eſſe non poſſit/ ſed per eas ſolas ſit: hę vel in diuiſione generis/ vel in ſpeciei diffinitione ſumēdæ ſūt. Quoniam vero quædam ſunt quę differunt/ quæ contra ſe in diuiſionibus poni non debent/ vt in animali rationale & bipes (nullus enim dicit aialiū alia ſunt rationalia/ alia duos pedes habētia: iccirco ꝙ rationale & bipes licet differant/ nulla tamen a ſe oppoſitione ſeiunguntur) cōſtat quæcunq; a ſe aliqua oppoſitione differunt/ eas ſolas differentias ſub genere poſitas/ genus ipſum poſſe diſiungere. Sunt autem quattuor oppoſitiones. Aut vt cōtraria: vt bonum malo. Aut vt habitus & priuatio: vt viſus & cecitas. quamq̄ ſunt & quædam res: in quibus diſcernere difficultas ſit vtrum in contrarijs/ an in priuatione & habitu eas oporteat collocari. vt ſunt motus quies/ ſanitas egritudo/ vigilatio ſomnus/ lux tenebræ. ſed hæc alias: nunc de reliquis oppoſitionibus dicendum eſt. Tertia oppoſitio eſt: quæ eſt ſecundum affirmationem & negationem. vt Socrates viuit: Socrates non viuit. Quarta quæ ſecundum relationem vt pater filius/ dominus ſeruus. Secundum quas igitur harum oppoſitionum quattuor/ diuiſio generis fit: rectiſſima ratione monſtrandū eſt. manifeſtū eſt enim & oppoſitiones eſſe quattuor/ & genera & ſpecies per oppoſita ſeparari. Nūc ergo dicendum eſt/ ſecūdum quam oppoſitionem harum quattuor: vel quemadmodū ſpecies a genere diſiungi conueniat. & prima quidem ſit oppoſitio contradictionis. Voco autem cōtradictionis oppoſitionē: quæ affirmatione & negatione proponitur. In hac igitur negatio: per ſe nullam ſpeciem facit. Nam cū dico homo vel equus/ vel aliquid huiuſmodi: ſpecies ſunt. quicquid autem negatione quis protulerit: ſpeciem non declarat. Non eſſe hominem: ſpecies non eſt. omnis enim ſpecies: conſtituit eſſe. Negatio vero: quicquid proponit/ ab eo qđ eſt eſſe diſiungit. vt cum dico homo/ quaſi ſit quiddam locutus ſum: cum vero nō homo/ ſubſtantiam hominis negatiōe deſtruxi. Sic igitur per ſe caret diuiſio generis in ſpecies negatione. neceſſe eſt autem ſępe ſpeciem negatiōe componere: cum ea quam ſimplici nomine ſpeciem volumus deſignare/ nullo vocabulo nuncupatur. vt cum dico imparium numerorum alij ſunt primi/ vt tres/ quinq; ſeptem: alij non primi vt nouem. & rurſus figurarū: aliæ ſunt rectiſſimæ/ alię non rectiſſimæ. Et colorū: alij ſunt albi/ alij nigri/ alij nec albi nec nigri. Ergo quoniam vnum nomen ſpeciebus poſitum nō eſt: eas negatione proferre neceſſe eſt. hoc igitur cogit interdum neceſſitas: non natura. ideoq; quoties negatione facimus ſectionē: prius aut affirmatio/ aut ſimplex dicendū eſt nomen. vt eſt nūerorū alij ſunt primi: alij non primi. Nā ſi prius negatio dicta ſit: tardior fit rei quam proponimus/ intellectus. Nam cum primū dicis eſſe aliquos primos numeros/ cum quales ſint primi exemplo vel diffinitione docueris: quales non ſunt primi/ mox auditor intelligit. ſin vero cōtrario feceris: aut neutrum ſubito/ aut tardius vtrumq; cognoſcet. Diuiſio enim quę propter apertiſſimam generis naturam reperta eſt: debet potius ad intelligſoliora deducere. Ampliꝰ quoq; prior eſt affirmatio: poſterior vero negatio. qđ autē primū eſt/ i diuiſione quoq; primitus oportet ordinari. Neceſſe quoq; eſt ſemper infinitis finita eſſe priora: vt æquale inæquali/ virtutem vicijs/ certum incerto/ ſtabile & fixum inſtabili & mutabili. Sed omnia q̄ aut definita parte orationis/ aut affirmatione proferūtur: plus finita ſunt/ q̄ aut nomen cū particula negatiua/ aut tota negatio. quare finito potius q̄ infinito eſt faciēda diuiſio. Sed ſi cui per hæc quædam paretur anxietas/ aut obſcuriora ſunt fortaſſe q̄ ipſe deſiderat: nichil ad me facilem cognitionem pollicentem. Neq; enim rudibus hęc totius artis: ſed imbutis/ & vlteriore pene loco progreſſis/ legēda & diſcenda proponimus. qui vero huiꝰ operis/ ideſt dialectici ordo ſit: cum de ordine Peripateticæ diſciplinæ michi dicendum eſſet/ diligenter expoſui. hæc quidē dicta ſunt de oppoſitione quam affirmatio & negatio conſtituit. ¶ Illa vero quę ſecundum habitū priuationemq; fit: ipſa quoq; videtur ſuperiori eſſe conſimilis. Negat enī quodam modo priuatio habitus. ſed differt: ꝙ ſemper quidem poteſt eſſe negatio/ priuatio autem non ſemper/ ſed tūc quando habere habitum poſſibile eſt. hoc vero nos iā prędicamēta docuere. quare forma quędam intelligitur eē priuatio. Non enī tantū priuat: ſed etiam certa ſeipſa priuatū quēq; diſponit. Neq; enī cęcitas oculū ſolū priuat luie: ſed ipa quoq; ſcđm ſe priuatū luce diſponit. cecꝰ enī dicit ad priuationē quodā modo diſpoſitꝰ & affectꝰ. hoc quoq; Ari. teſtat ī phyſicis. Vnde fit vt priuatiōis differētia: ad gnis diuiſionē frequēter vtamur. ſed hic quoq; eodē modo ſicut i cōtradictione faciendū ē. priꝰ enim ponendus eſt habitꝰ q ē affirmatiōi cōſimilis: poſt vero priuatio/ q̄ ne-

gationi/aliquoties tamē priuatiões quędā habit⁹ vocabulo ꝓferūtur vt orbus/cęcus/vidu⁹. Aliquoties tamē particula priuatiōis: vt cum dicimus finitū/infinitū & ęquale inęquale. ſed in his æquale & finitum in diuiſione ponēda ſunt prima: priuationes ſecundę. Ac de oppoſitione quidem priuationis & habitus hæc dicta ſufficiant. ¶Cōtrariorū vero oppoſitio dubitatur fortaſſe/ an ſecundum priuationē & habitū eſſe videatur/ vt album & nigrum: an albū quidem priuatio nigri ſit/nigrum vero albi. ſed hęc alias. Nunc autem ita tractandū eſt/ tanq̄ ſi ſit aliud oppoſitionis genus: ſicut eſt in p̄dicamētis ab ipſo quoq; Ariſtotele diſpoſitū. In contrariſs autem generum multa diuiſio eſt. Fere enim cūctas differentias in contraria ducimus. ſed quoniā cōtrariorum alia ſunt medio carentia/ alia mediata: ita quoq; diuiſio facienda eſt vt colorum/ alia ſunt nigra/alia ſunt alba/alia neutra. Fieret autē omnis diffinitio/ omniſq; diuiſio duobus terminis/ niſi/ vt ſupra dictum eſt) indigentia quę ſæpe exiſtit in nomine prohiberet. quo autē modo vtræq; duobus terminis fierēt: erit manifeſtū hoc modo. Cum enim dico animaliū alia rationalia ſunt/alia irrationalia: animal rationale ad hominis diffinitionem contendit. Sed quoniam animalis rationalis vnum nomen nō eſt poſitū: ponamus ei nomen a litteram. rurſus a litteræ qđ eſt animal rationale: alia mortalia ſunt/ alia immortalia. volentes igitur diffinitionem hominis reddere: dicemus homo eſt a mortale. Nam ſi eſt hominis diffinitio animal rationale mortale/ animal vero rationale per a litterā ſignificatur: idem ſentit a mortale tanq̄ ſi diceretur animal rationale mortale. a enim (vt dictū eſt) animal rationale ſignificat. Sic ergo a littera & mortali duobus terminis: facta eſt hominis diffinitio. ꝙ ſi reperirentur in omnibus quoq; nomina: duobus terminis ſemper tota fieret diffinitio. Diuiſio quoq; nominibus poſitis quoniam ſemper in duos terminos ſecatur: manifeſtū eſt/ ſi quis generi & differentiæ cum deeſt nomē imponat/ vt cū dicimus figurarū quę ſunt trilaterę/ aliæ ſunt æquilateræ/ aliæ duo latera habentes æqualia/ alię totę inęquales ſunt. Trina igitur diuiſio ſi ſic proferretur fieret: duplex. figurarū quę ſunt trilateræ: aliæ ſunt æquales/ aliæ inæquales. Inæqualiū aliæ ſunt duo latera tantum habentes: alię tria inæqualia/ ideſt omnia. & cum dicimus rerum omnium alia ſunt mala/ alia ſunt bona/ alia indifferētia/ quę ſcilicet neq; bona neq; mala ſunt. ſed ſi ita diceretur: gemina fiere⁹ diuiſio. rerum omnium alia ſunt differentia/ alia indifferentia. differentium alia ſunt bona/ alia mala. Ita ergo diuiſio omnis in gemina ſecaretur: ſi ſpeciebus & differentiſs vocabula non deeſſent. ¶Quartā vero oppoſitionem diximus quę eſt ſecūdum ad aliquid: vt pater filius/ dominus ſeruus/ duplum dimidium/ ſenſibile ſenſus. hęc igitur nullam habent ſubſtantialem differentiam: qua a ſe inuicem diſcrepent/ immo potius habent huiuſmodi cognationem quæ ad ſe inuicem referuntur/ ac ſine ſe eſſe non poſſunt. Non eſt ergo generis in relatiuas partes facienda diuiſio ſed tota huiuſmodi ſectio a genere ſeprarāda eſt. Neq; enim hominis eſt ſpecies ſeru⁹ aut dominus: nec numeri duplum aut dimidiū. Cum igitur quattuor ſint differentiæ oppoſitionum affirmationis & negationis (ſi nō tamen neceſſe eſt) ſēper relationis reijciēda eſt diuiſio & priuationis & habitus/ & contrariorū ſumendæ. Maximæ autem contrarietas in differentiſs ponēda ē: necnō & priuatio/ iccirco quoniam quiddam contra habitum cōtrarium videtur opponere/ vt eſt finitum & infinitū. quāq̄ enim priuatio ſit infinitum: tamen contrariſ imaginatione formatur. Eſt quędā namq; (vt dictum eſt) forma. Dignum vero inquiſitu eſt: vtrum in ſpecies/ an in differentias recte genera diuidantur. diffinitio namq; diuiſionis generis eſt in ſpecies proximas diſtributio. Oportet igitur ſecundū naturam diuiſionis: ſecūdum diffinitionem in proprias ſpecies/ ſemper fieri generis diſgregationem. ſed hoc interdum fieri nequit/ propter eam quam ſupra reddidimus/ cauſam. Multis enim ſpeciebus nō ſunt nomina. Atq; ideo quoniam quædam ſunt genera prima/ quædā vltima/ quædā media: primum quidem vt ſubſtātia/ vltimum vt animal/ mediū vt corpus. corpus namq; animalis genus eſt/ ſubſtantia corporis. ſed quemadmodū neq; ſuper ſubſtātiā quicq̄ inueniri poteſt/ qđ generis loco valeat collocari: ſic neq; ſub animali. homo ſpecies nāq;: non genus eſt. quare antiquior videbitur ſpeciei diuiſio: ſi indigentia nominum non ſit. ꝙ ſi his non habundamus: genera prima vſq; ad vltima conuenit in differentias ſeparare. Hoc autem fit hoc modo/ vt primum genus in ſuas differentias diſgregenius non in poſterioris: & rurſus poſterius in ſuas/ ſed non in poſterioris. neq; enim eædem ſunt differentiæ corporis: quę aīalis. Si qs enī dicat/ ſubſtātia aliud corporale/ aliud icorporale: recte diuiſionē fecerit. hę nāq; differentię: ꝓprię ſubſtātię ſunt. ſi vero dicat/ ſubſtātiarū alia ſūt aiata/ alia inaīata: hic nō recte ſubſtātiæ differētias ſegregauit. Corporis nāq; differētię hę ſunt nō ſubſtantię: ideſt ſcđi generis non primi. quare manifeſtū eſt ſcđm ꝓprias differētias: nō ſcđm poſterioris generis priorum generum diuiſionē faciendam eſſe. Quoties autem genus aut in differentias/ aut in ſpecies diſſoluitur: poſt diuiſionem factam mox diffinitiones/ aut exempla ſubdenda ſunt. ſed ſi qua diffinitionibus non abundet: ſatis eſt exempla ſubijcere/ vt cum dicimus corporum

alia ſunt animata/ſubiſciamus vt homines vel feram: alia inanimata/vt lapides. oportet autē diuiſionem quoq; ſicut terminum: neq; diminutam eſſe/ neq; ſuperfluā. Nam neq; plures ſpecies q̄ ſub genere ſunt/oportet apponi/nec pauciores: vt in ſeipſa diuiſio/ſicut terminus/ conuertatur. conuertitur enim terminus ſic. virtus eſt mentis habitus optimus. rurſus mentis habitus optimus virtus eſt. ſic etiam diuiſio. omne enim genus: eorum aliquid quę ſunt ſpecies erit. rurſus quęlibet ſpecies propriū gen⁹ eſt. Fit aut generis eiuſdem diuiſio multipliciter. vt omniū corporum/ & quęcūq; ſunt alicuius magnitudinis. Sicut enim circulū in ſemicirculos/ & in eos quos greci vocāt τομους/nos diuiſiones poſſumus dicere/ diſtribuimus: & tetragonum alias ducta per angulum diametro/in triangula/alias in paralellogrāmata/ alias in tetragona ſeparamus. Ita quoq; genus. vt cum dicimus numerorum alij ſunt pares/alij impares. & rurſus alij primi/alij nō primi. Triangulorū alia ſunt ęquilatera/alia duo ſola latera ęqualia habētia/ alia totis inęqualibus lateribus. & rurſus triangulorū alia ſunt rectiangula: alia acutos habētia tres angulos/alia obtuſi vnius. ſic igitur generis vnius fit multiplex diuiſio. Illud autem ſcire perutile eſt/quoniā genus vna quodā modo multarum ſpecierum ſimilitudo eſt: quę earum omniū conuenientiam ſubſtantialē monſtret. Atq; ideo collectiuum plurimarū ſpecierū: genus eſt. diſiunctiuę vero vnius generis ſpecies: quę quoniam differentijs informantur (vt dictum eſt) iccirco ſub vno genere minus duabus ſpeciebus eſſe non poſſunt. omnis enim differentia: in differentium pluralitate conſiſtit. ſed de diuiſione generis & ſpeciei: perplura dicta ſunt. Hāc igitur inſiſtentibus viam promptior per diuiſionem generis ad ſpeciei diffinitionem facultas aperitur oportet autem non ſolum quas ad diffinitionem ſumamus differentias adiſcere: ſed ipſius diffinitionis artem diligētiſſima cognitione complecti. Et illud quidem an vlla poſſit diffinitio demonſtrari: & quemadmodū per demōſtrationem valeat inueniri/ & quęcunq; de ea ſubtilius in poſtremis analyticis ab Ariſtotele pertractata ſunt prętermittam. ſolam tamen exęquar diffiniendi regulam. ¶ Rerum enim alię ſunt ſuperiores/ alię inferiores/ alię mediæ. ſuperiores quidē diffinitio nulla complectitur: iccirco q̄ earum ſuperiora genera inueniri non poſſunt. Porro autem inferiores vt ſunt indiuidua: ipſę quoq; ſpecificis differentijs carent. quocirca a diffinitione quoq; ſecluſę ſunt. Medię igitur quę & habēt genera/ & de alijs generibus/ vel de ſpecieb⁹/ vel de indiuiduis prędicātur. ſub diffinitione cadere poſſunt. Data igitur huiuſmodi ſpecie quæ & genus habeat/ & de poſterioribus prędicetur: primo eius ſumo genus/ & illius generis differentias diuido & adiungo differentiam generi/ & video vtrum illa iuncta cum genere/ æqualis poſſit eſſe cum ſpecie ea/ quā circūſcribēdam diffinitione ſuſcepi. q̄ ſi minor fuerit ſpecies: illam rurſus differentiam quā dudū cum genere poſueramus/ quaſi genus ponimus/ eamq; in alias ſuas differentias ſeparamus/ & rurſus has duas differentias ſuperiori generi coniungimus. & ſi ęquauit ſpeciem: diffinitio ſpeciei eſſe dicetur. ſi vero minus fuerit: ſecundas differētias rurſus in alias ſeparamus/ quas omnes coniūgimus cū genere. & rurſus ſpeculamur: ſi omnes differētiæ cum genere ęquales ſint ſpeciei quę diffinitur. & poſtremo toties differentias differentijs diſtribuimus/ vſq; dum omnes iunctę generi: ſpeciem ęquali diffinitione deſcribant. huius autem rei clariorem facient exempla notitiam/ hoc modo. Sit enim nobis propoſitū qđ diffinire velimus nomen: vocabulum nominis de pluribus nominibus prædicatur/ & quędam ſpecies eſt continens ſub ſe indiuidua. Diffinio ergo nomē ſic. ſumo eius genus qđ eſt vox: & diuido illud vocum alię ſunt ſignificatiuę/ alię vero minime. vox non ſignificatiua nichil ad nomē. etenim nomen ſignificat. ſumo ergo differentiam quę eſt ſignificatiua/ & cū genere iūgo/ ideſt cum voce/ & dico vox ſignificatiua: & tunc reſpicio vtrum genus hoc/ & differentia nomini ſint æqualia. ſed nondum ſunt æqualia. poteſt enim vox ſignificatiua eſſe/ & non eſſe nomen. Sunt enim q̄dam voces/ quę dolorem deſignant: aliæ quę animi paſſiones naturaliter/ quę nomina nō ſunt vt interiectiones. Rurſus ipſam vocem ſignificatiuam in alias differentias diuido. vocum ſignificatiuarum alię ſunt ſecundum poſitionē hominū: alię naturaliter. & vox quidem ſignificans naturaliter nichil ad nomen: vox vero ſignificans ſecundū poſitionem hominū / nomini congruit. Quocirca has duas differentias ſignificatiuam & ſecundum poſitionē/ iungo cum voce/ ideſt cum genere: & dico nomen eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum. ſed rurſus michi nō ęquatur ad nomen. ſunt nāq; & verba voces ſignificatiuę & ſecundū poſitionem. non igitur ſolius nominis diffinitio eſt. Diſtribuo iterum differentiam quę eſt ſecundum poſitionem/ & dico ſecundum poſitionem vocum ſignificatiuarum: alię cū tempore/ aliæ ſine tempore. & differentia quidem cum tēpore nomini non coniungitur: iccirco q̄ verborum eſt ſignificare tempora/ nominum vero minime. reſtat ergo vt congruat illa differentia quę eſt ſine tempore. Iungo igitur has tres differentias generi: & dico nomen eſt vox ſignificatiua/ ad placitum/ ſine tempore. Sed rurſus michi non plena concluſio diffinitionis occurrit. poteſt enim & vox ſignificatiua/ &

ſecundum poſitionem/ & ſine tempore eſſe:& nomen non eſſe vnum/ſed nomina iuncta quę ē oratio.vt Socrates cum Platone & diſcipulis.ſed quāq̄ imperfecta ſit hęc oratio: tamen oratio eſt.quocirca vltima differentia quę eſt ſine tempore: alijs item differentijs diuidenda ē/ & dicemus,vocum ſignificatiuarum ſecundū poſitionem ſine tempore: alię ſunt quarū pars aliquid ſignificat extra.hoc pertinet ad orationē.alię quarum pars nichil extra ſignificat, hoc pertinet ad nomen.Nominis enī pars:nichil extra ſignificat.Fit ergo diffinitio ſic. Nomē eſt vox ſignificatiua ad placitum/ ſine tēpore/ cuius nulla pars extra ſignificat ſeparata.vides ne igitur q recta diffinitio conſtituta ſit?Nam qđ dixi vocem:a cęteris ſonis nomen diſiunxi.q̄ ſignificatiuā appoſui:nomen ab nō ſignificatiuis vocibus ſeparaui.q̄ ſecundū placitum/ & ſine tēpore:a naturaliter ſignificatiuis vocibus/ & a verbis proprietas nominis diſiuncta eſt. q̄ eius partes nichil ſignificare extra propoſui:ab oratione diſiunxi/ cuius partes aliquid ſeparatę extra ſignificant.vnde fit:vt qđcūq̄ nomen fuerit/ illa diffinitione claudatur. & vbicūq̄ hęc oratio diffinitionis aptabitur:illud eſſe nomen non dubites.Illud quoq̄ dicendum eſt:q̄ genus in diuiſione totum eſt/in diffinitione pars.& ſic diffinitio eſt/quaſi quędam partes totū coniungāt:& ſic ē diuiſio/quaſi totum ſoluatur in partes. Et eſt ſimilis diuiſio generis/ totius diuiſioni:diffinitio totius/ compoſitioni.namq̄ in diuiſione generis:animal totum eſt hominis.Intra ſe enim cōplectitur hominem.In diffinitione vero:pars eſt.ſpecies nāq̄ genus cū alijs differentijs iunctū cōponit.vt cum dico animaliū alia ſunt rationalia/alia irrationalia,& rurſus rationalium alia ſūt mortalia/alia imortalia:animal rationalis totū eſt/& rurſus rationale/mortalis.& hęc tria ſunt hominis.Si vero in diffinitione dicam animal rationale mortale:tria hęc vnum hominē contūgunt.quocirca pars ipſius hominis:& genus & differentia reperitur.ſic ergo in diuiſione genus eſt totum:ſpecies pars.Eodem quoq̄ modo differentiæ totum ſunt:ſpecies in quas illę diuidūtur/partes ſunt.In diffinitione vero:& genus/ & differentię partes ſunt.diffinita vero ſpecies/ totum.ſed hęc hactenus. ¶Nunc de ea diuiſione dicimus quę eſt totius in partes. Hęc enim erat ſecūda diuiſio poſt generis diuiſionem.Qđ enim dicimus totū: multipliciter ſignificamus.Totum namq̄ eſt qđ cōtinuum eſt:vt corpus/ vel linea/ vel aliquid huiuſmodi. dicimus quoq̄ totum qđ non cōtinuum eſt:vt totum gregē/ vel totum populū/ vel totum exercitū. Dicimus totum qđ vniuerſale eſt:vt hominem/ vel equum. hi enim totum ſunt ſuarum partium/ ideſt hominum vel equorū:vnde & particularē vnūquemq̄ hominē dicimus.Dicitur quoq̄ totū qđ ex quibuſdam virtutibus conſtat:vt animę alia eſt potētia ſapiendi/ alia ſentiendi/ alia vegetandi. Tot igitur modis cum totū dicatur: faciēda eſt diuiſio totius. primo quidem ſi cōtinuū fuerit: in eas partes ex quibus ipſum totū conſtare perſpicitur.aliter enī non fit diuiſio. Hominis enī corpus in partes ſuas ita diuidimus in caput/ in manus/ in thoracem/ & pedes/ & ſi quo alio modo in proprias partes fit recta diuiſio. Quorum autem multiplex eſt compoſitio: multiplex eſt diuiſio. vt animal quidem ſeparetur in partes eas quæ ſibi ſimiles habent partes in carnes & oſſa.rurſus in eas quę ſibi non habent ſimiles partes in manus/ in pedes. Eodem quoq̄ modo & nauis/ & domus. Librum quoq̄ in verſus atq̄ hos in ſermones. hos autem in ſyllabas/ ſyllabas in litteras ſoluimus. Itaq̄ fit vt ſyllabæ/ & litteræ/ & nomina/ & verſus: partes quædam totius libri eſſe videantur. alio tamen modo acceptæ/ non partes totius: ſed partes partium ſunt. Oportet autem non omnia ſpeculari quaſi actu diuidantur:ſed quaſi animo & ratione.vt vinum aquę mixtum diuidimus in vina aquę mixta/ hęc actu. diuidimus etiam in vinum & aquam ex quibus mixtum eſt/ hæc ratione.hęc enim iam mixta:actu ſeparari nō poſſunt. Fit autem diuiſio totius:& in materiam atq̄ formam. Aliter enim conſtat ſtatua ex partibus ſuis:aliter ex materia & forma ideſt ex ære & ſpecie.Similiter autem etiam tota illa diuidēda ſunt:quę continua nō ſunt.eodem quoq̄ modo & ea quę ſunt vniuerſalia:vt hominum alij ſunt in Europa/alij in Aphrica/alij in Aſia.Eius quoq̄ totius qđ ex virtutibus conſtat:hoc modo facienda eſt diuiſio.animę alia pars eſt in virgultis/alia in animalibus. & rurſus eius quę cōſtat in animalibus:alia eſt rationalis/alia ſenſibilis eſt.& rurſus hæc aliȷs ſubdiuiſionibus diſſipantur.Sed non eſt anima horū genus:ſed totum.partes enim hę animę ſunt/ſed nō vt i quātitate/ſed vt in aliqua poteſtate & virtute.ex hís enim potentijs ſubſtantia animę iungitur.vnde fit:vt quiddam ſimile habeat huiuſmodi diuiſio/ & generis/& totius diuiſioni. Nam q̄ ſi quęlibēt pars eius fuerit/ animę prædicatio eam ſequetur:ad generis diuiſionem refertur/ cuius vbicūq̄ ſpecies fuerit/ ipſum mox conſequitur genus.q̄ autem non omnis anima omnibus ptibus iungitur/ſed alia alijs:hoc ad totius naturam referrī neceſſe eſt. ¶Reſtat vt de vocis ſignificationes diuiſione tractemus.Fit autem vocis diuiſio tribus modis.diuiditur enim ī ſignificationes plures:vt æquiuoca/ vel ambigua.plures enim res vnum nomē deſignant:vt canis. plures rurſus vna oratio:vt cum dico grecos viciſſe troianos. Alio autem modo ſecūdum mo-

dum. hęc enim non plura ſignificant: ſed multis modis. vt cum dicimus infinitum vnam rem ſignificat: cuius terminus inueniri non poſſit. ſed hoc dicimus aut ſecundum mẽſuram/ aut ſecundum multitudinem/ aut ſecũdum ſpeciẽ. ſecundũ menſuram: vt eſt infinitum eſſe mundũ. magnitudine enim dicimus infinitum. ſecundũ multitudinem: vt eſt/ infinitam eſſe corporum diuiſionem. infinitam nãq; diuiſionũ multitudinem ſignificamus. Rurſus ſecundũ ſpeciem/ vt infinitas dicimus figuras. Infinitę enim ſunt ſpecies figurarum. Dicimus etiam infinitum aliqd ſecundum tẽpus: vt infinitum dicimus mundũ/ cuius terminus ſecundũ tempus inueniri non poſſit. eodem quoq; modo infinitũ dicimus deum: cuius ſupernæ vitę terminus inueniri ſecũdum tempus nõ poſſit. ſic igitur hęc vox non plura ſignificat ſecũdum ſe: ſed multimode de ſingulis prædicatur/ vnum tamen ipſa ſignificat. Aliter vero modus ſecundũ determinationem. Quoties enim ſine determinatione dicitur vox vlla: facit in intellectu dubitationem. vt eſt homo. hęc enim vox multa ſignificat. Nulla enim diffinitione cõcluſa audientis intelligẽtia/ multis captatur fructibus/ erroribuſq; traducitur. qd enim quiſq; auditor intelligat: vbi id qđ dicẽs loquitur/ nulla determinatione concludit? niſi enim quis ita diffiniat dicens/ omnis homo ambulat/ aut certe quidam homo ambulat/ & niſi hunc nomine ſi ita contingit deſignet: intellectus audientis/ qđ rationabiliter intelligit nõ habet. Sunt etiam alię determinationes. vt ſi quis dicat/ da michi/ qđ dare debeas: nullus intelligit niſi intellectus & certa ratio addatur determinationis. vel ſi quis dicat/ ad me veni: quo veniat/ vel quando veniat niſi determinatione/ non cogniturus. Eſt autem quidem omne ambiguũ/ dubitabile: nõ omne tamẽ dubitabile/ eſt ambiguum. hęc enim quę dicta ſunt: dubitabilia quidem ſunt/ non tamen ambigua. In ambiguis enim: vtraq; auditor/ rationabiliter ſeipſum intellexiſſe arbitratur. vt ſi quis dicat audio grękos viciſſe troianos: vnus poteſt intelligere q; gręci troianos vicerint/ alius q; troiani grękos. & hęc vterq; dicentis ipſius ſermonibus rationabiliter intelligit. Cum autẽ dico da michi/ qđ dare debeas: nullus ex ipſis ſermonibus rationabiliter auditor intelligit. qđ enim ego non dixi: ille potius ſuſpicabitur/ q̃ aliqua ratione id qđ a me prolatum non eſt/ perſpicaciter videat. Tot igitur modis cum vocis diuiſio fiat/ aut per ſignificantias/ aut per modum ſignificationũ/ aut per determinationes: in ijs quę ſecundũ ſignificantiã diuidũtur/ nõ ſolum diuidẽdę ſunt ſignificationes/ ſed etiam diuerſas res eſſe quę ſignificantur/ diffinitione demonſtrandũ eſt. Ariſtoteles enĩ hęc in topicis diligenter prękepit. vt in ijs quę dicuntur bona: alia ſunt bona/ vt ea quę bonã retinent qualitatem. alia quę ipſa quidem a qualitate nulla dicũtur/ ſed q; bonam rem faciunt/ ic circo bona dicuntur. Oportet autem maxime exercere hanc artem (vt ipſe Ariſtoteles ait) contra ſophiſticas importunitates. Si enim nulla ſubiecta ſit res quã ſignificat vox: ſignificatiua eẽ non dicitur. ſin vero vna res ſit quã ſignificat vox/ dicitur ſimplex. q; ſi plures multiplex/ ideſt multa ſignificans. Diuidenda ergo hęc recte ſunt: ne in aliquo ſyllogiſmo capiamur. Sin vero amphibola oratio/ ideſt ambigua eſt: euenit vt aliquoties vtroq; modo ſint poſſibilia quę ſignificantur/ vt id qđ ſuperius dixi. potuit enim fieri vt grękí vincerent troianos: & troiani græcos ſuperarent. Sunt vero alia quę impoſſibilia ſunt. vt cũ dico hominẽ comedere panẽ: ſignificat quidem q; homo panem comedat. rurſus q; panis hominem comedat: ſed hoc impoſſibile eſt. ergo quoties ad contentionem venitur: poſſibilia & impoſſibilia diuidenda ſunt. quoties ad veritatem: poſſibilia ſola dicenda/ impoſſibilia relinquenda ſunt. ¶ Quoniam vero plures ſpecies plura ſignificantiũ vocum ſunt: dicendũ eſt/ q; alię in particula multiplicitatis ſignificationem habent/ aliæ in tota oratione. Et earum quę in particula habẽt: per ſeipſa ęquiuoca dicũtur. Tota vero ipſa oratio ſecundũ ęquiuocationem multiplex. Illa vero quę in oratione tota/ ſignificationis multiplicitatem retinet: ambigua nũcupatur. Diuiduntur autem ſignificationes ęquiuocarum ſecundũ æquiuocationem vnius particulę orationũ diffinitione. vt cum dico homo viuit: intelligitur & verus & pictus. Diuiditur autem hoc modo. animal rationale mortale viuit: qđ verum eſt. animalis rationalis mortalis aſſimilatio viuit: qđ falſum eſt. Diuiditur etiam qualibet actione quę determinet: vel generis/ vel caſus/ vel alicuius articuli. vt cũ dico canna Rhomanorum ſanguine ſorduit: & calamũ demõſtrat & fluuiũ. ſed diuidimus quidem ſic articulo vt dicamus/ hic canna Rhomanorũ ſanguine ſorduit: vel genere vt canna Rhomanorũ plen? ſanguine fuit/ vel caſu/ vel numero. In illo enim tantum ſingularis: in illo pluralis. & de aliis qđem eodem modo. Sunt autem alia ſecundũ accentũ: alia ſecundũ orthographiã. Secundum accentũ vt pone/ pone. Secũdũ orthographiã: vt queror/ & quęror ab inquiſitione/ & querela. Et rurſus hęc ſecũdum orthographiã ipſam diuiduntur: vel ſecundum actionẽ & paſſionem q; quęror ab inquiſitione paſſiuum eſt/ querot autem a querela agentis eſt. ¶ Ambiguarum vero orationum facienda eſt diuiſio: aut per adiectionem/ aut per diminutionem/ aut per diuiſionẽ/ aut per aliquam tranſmutationem. vt cum dicitur audio troianos viciſſe grækos: ita dicamus.

Audio q̄ greci vicere troianos. Hęc enim ambiguitas quolibet eorum modo ſoluitur. Nō tamē ita diuidenda eſt omnis vocū ſignificatio tāq̄ generis ſignificatio. In genere enim omnes ſpecies enumerantur. In ambiguitate vero tantę ſufficiunt: quātæ ad eum ſermonem poſſunt eſſe vtiles quē alterutra nectit oratio. Acde vocis quidem diuiſione ſufficienter dictū eſt. Eſt autem & de generis/ totiuſq̄ diuiſione propoſitum atq̄ expeditum. Quare de omnibus ſecundum ſe partitionibus diligentiſſime pertractatum eſt. Nunc autē de eis diuiſionibus dicemus: quę p accidens fuerint. Harum autē cōmune pręceptum eſt: quicquid ipſorum diuiditur in oppoſita diſgregari. vt cum ſubiectum in accidentia diuidimus/ non dicimus corporum alia ſunt alba/ alia ſunt dulcia quę oppoſita nō ſunt: ſed corporum alia ſunt alba/ alia ſunt nigra/ alia neutra. Eodem quoq̄ modo in aliis ſecundum accidēs diuiſionibus diuidēdū eſt. atq̄ illud maxime perſpiciendum eſt: ne quid vltra dicatur/ aut minus/ ſicut fit in generis diuiſione. Nō enim oportet relinqui aliquod accidens ex eadem oppoſitione: qđ ſubiecto illi ineſt qđ nō in diuiſione dicatur. Neq̄ vero addi aliquid qđ ſubiecto ineſſe nō poſſit. Poſterior quidem Peripateticę ſecta prudentię/ differentias diuiſionum diligentiſſima ratione perſpexit: & per ſe diuiſionem ab ea quæ eſt ſecundum accidens/ ipſaſq̄ inter ſe diſiunxit ac diſtribuit. Antiquiores autem indifferenter: & accidente pro genere/ & accidentibus pro ſpeciebus aut differentijs vtebantur. Vnde nobis peroportuna vtilitas viſa eſt: & cōmuniones harum diuiſionum prodere/ & eas proprijs differentijs diſgregare. Et de diuiſione quidem omni quantum introductionis breuitas patiebatur: diligenter expręſſimus.

¶ LIBRI BOETII DE DIFFINITIONIBVS FINIS.

¶ ANITII MANLII SEVERINI BOETII DE DIFFINITIONIBVS LIBER VNVS.

DICENDI ac diſputandi prima ſemper oratio eſt/ & iam dialecticis authoribus & ipſo Marco Tullio ſępius admonente/ quę dicitur diffinitio. quippe cum in certamen contētionēq̄ nichil poſſit (qđ tamē in dictione conſiſtat) aliquando deduci: niſi de quo futura pugna eſt/ prius fuerit in definitione defixum/ vt poſſit inter vtrūq̄ qui inturus eſt eam litem/ eſſe manifeſtum quid ſit illud de quo in futura quęſtione tractabitur. vnde non ſolum cōmoditatis genere perſpicienda eſt virtus definiendi: quia per hāc orationē res ſemper euoluitur/ et q̄ illa ſit quę illud de quo quæritur explicat: verum etiam q̄ principalis ſemper adhibita maximū lumen & manifeſtum parit rei quę in contrarium deducta/ habet quæſtionem. etenim ſi verba aut nota omnibus extitiſſent/ aut vnam ſignificantiam ſui ſemper tenerent/ & nō ambiguo vel obſcuro dicto audientes fallerent/ & loquentes ſub diuerſa interpretatione deciperent: omnino definitio neceſſario minime crederet. At cum nomina rebus impoſita/ voceſq̄ ſingulę per exiſtimationem eius qui ita res appellādas eſſe cenſuit/ ita ſint inſtitutę & ita arte compoſitæ/ vt nota quadā in rerū ſignificatione/ nō aperta declaratione ducerent audientes: neceſſarium admodū arbitror noſſe quid ſit definitio/ q̄ buſq̄ ſpeciebus ac partibus cōpleatur/ vt facillime & eam rem quā declarat/ poſſit oſtendere. & tollit tamen cognitis modis in dicendo ſua veritate faſtidium. at prius eiuſdem ipſius vt ordinem per pręcepta ſeruare videamur: definitionis adhibēda ē definitio. ¶ Definitio eſt (vt Marcus Tullius in topicis ait) oratio quę id qđ definit/ explicat quid ſit. hoc ita patet/ & ita intelligi neceſſe eſt: vt & in quo genere ſit definitio declarandū eſſe videatur/ & quid compræhendat/ & quemadmodum perfecte eadem definitio definita eſt. Nomina vel voces interdum res ſignificant/ interdum facta/ interdum ſingula dicta/ interdum orationes. & quāq̄ his omnibus factis ac dictis/ & orationibus genus videtur eſſe qđ dicimus res: tamen proprio nomine & certa ſignificatione aliud eſſe videatur q̄ factum ē/ aliud q̄ dictum ſingulare atq̄ vnicum/ aliud q̄ oratio. Ergo definitio non facti vox eſt/ nō rei alicuius aut corporalis/ aut incorporalis: ſed eſt oratio. Etenim talis dictio quę exprimit quid ſit id de quo quęritur: ſine dubio appellatur oratio. vt oratio eſt exordium/ & narratio/ & cętera quę partes orationis eſſe dicimus. ita ergo & definitio oratio eſt. Sed quoniam hoc generale nomē eſt qđ (vti diximus) conuenit etiā expoſitioni/ narrationi/ inuocationi/ prędicationi/ cæteriſq̄ ſingulis quę vtiq̄ orationes eſſe dicūtur: vt id qđ generaliter appoſitum eſt/ poſſit ad id deduci de quo quęritur/ adiecta eſt ſpecies. quęrebamus enī quid eſſet definitio. ad quā rem declarandā Marcus Tullius adiecit quę id qđ definit explicat:

quod ſit talis oratio/non niſi definitio eſt.Nam oratio quidem eſt quę non explicat qđ definit: ſed qđ geſtum eſt.& item alię ſingulę orationes in ſuis officijs actionibuſq; cõſtitutę aliud iunt/ & oratio quę id qđ definit/ explicat quid ſit:ita adiecta ẽ ſpecies/vt cum genus ſupra ſit oratio/ ſpecies ſit quę id qđ definit.poſtremo tamen adiunctũ ſit quo certius id/& quo magis proprium declaret.qđ dictum eſt:explicat quid ſit.ſunt enĩ aliæ orationes:quę explicant magis quale qđ ſit/aut quantũ ſit.At vero hęc nichil horum:ſed tantum quid ſit explicat.diuerſa eſt enim i iſta partitione cognitio. quippe cum aliud eſt ſcire quale ſit/& quid ſit explicare. hoc enim in percipienda rei ſubſtantia cõtinetur:illud in qualitate noſcenda. & hoc quidem Ciceronis ſit adhibita definitio.Nos tamen aptius id ipſum quid ſit definitio:noſtra explanatione faciamus.Omne quod demonſtratur oratione:aut an ſit/aut quid ſit/aut quale ſit oſtenditur.q; cum adhibetur oratio ad declarationem rei alicuius an ſit:non eſt definitio.Item cum quale ſit aliquid oratione monſtratur:pari modo/definitio non erit.cum vero quid ſit oſtenditur/ qđ inter an ſit & quale ſit medium eſt:vere eſt definitio.Ita ſcilicet medium:vt an ſit/nulla iam ſit dubitatio. Itẽ quale ſit:nõ eius qui requirit/ſed qui definit/ſit in ſcientia collocatum. Medium inquã/hoc genus quod oſtẽdit idipſum de quo quęritur quid ſit: definitio nuncupatur, omnis definitio:in q̃ſtione rem habet incertã.Omnis res/ſi certa eſt/definitione non eget:ſi incerta eſt/neq; res eſt & quęrit definitione monſtrari.Omnis enim res/ſi modo iam res eſt:quẽadmodũ diximus certa eſt.cum vero iam certa eſt/& qualitates ſuas habeat quibuſcum facile compræhenditur:facile quid ſit agnoſcitur.Nunq̃ enim quid ſit intelligi poteſt:niſi quale ſit/fuerit compręhenſum. omnis diffinitio aut rei probandę cauſa/aut ſi res in quęſtione verſatur augẽdæ/aut ſi vel apud aduerſarium vel apud auditorẽ quęlibet iam nota res eſt confirmandę:aſſumitur. nichilominꝰ tamẽ diffinitio:vt res eadem quę nota eſt/& certa/& fixa teneatur adhibetur. Omnis diffinitio aut rhetorica eſt oratio/aut dialectica.ſi eſt rhetorica: originem ex contentione ſuſcipiens per rei de qua quęritur/partes ſuas ſe diuidet.nec in vnius tractatu a ſuis rebus tota conſiſtet:vt cũ vniuſcuiuſq; rei plena & certa perfectio nota ſit/cunctis per partes ſibi eandem diſtribuant dicta certantium.Sepulturę violationem rem etiam certã/plenãq; & perfectam retinemus:cũ in etuto ſepulchro eſt etiam animus & factum violantis/vt ſtudio eruendi & prophanãdi inanes. hoc quiſpiam videatur aggreſſus.Ergo (vti diximus) violatio ſepulturę conſtat & animo & facto.plenaq; ipſa res ẽ violati ſepulchri: ex his duobus.aperuit ſepulchrum quidam vt auferret ornamenta.Idem ſepulchri violator reus in iudicũ deuocatur, ſine dubio diffinitiuam orationem/& contentionem exprimentem quid ſit violatio ſepulturę neceſſario cauſa deſiderat.ſed ſingulis partibus totus facti ac pleni vtuntur oratores/vt ſepulturę violationem ponat vnus/ quod apertum ſit ſepulchrũ.cõtra/alius ſepulturę violationem dicat:in animo cõtineri.ita exiſtit diffinitiuę orationis iſte tractatus:vt cum totum quod agnoſcitur in ſepulturæ violationem per partes ſuas fuerit diſtributum/eaſq; partes oratores ſinguli tenuerint/contendendi genere diffinitione vti videantur. ſed non recte dicitur huiuſmodi diffinitio/ cum non ſit certa/non plena/ non integra diffinitio/ niſi cum totum quicquid ipſius rei eſt/ de qua quæritur/exprimens quid ſit oratio/ declararit. Verum hæc captioſa & falſa eſt/ non certa rhetorum diffinitio. Eſt alia etiam quæ rhetoribus accommodata cognoſcitur: quæ longe a virtute diffiniendi pleniſſime ſeparatur/ quę per collectionem non quid ſit oſtendit/ ſed hoc eſſe a ſimili/cum aliud ſit oratione concludit.vt cũ quęritur quid ſit accipere:vtiq; re propria/vera certa nichil aliud eſt/niſi propria manu aliquid ab aliquo oblatum ſumere per collectionem. Marcus Tullius definit pecunias accepiſſe verrem:cũ comites ſocij miniſtriq; pecunias acceperint. Comites illi tui:manus erant tuę.Item in illo exemplo cum quęritur quid ſit inimicus:dicimus inimicum eſſe eum/ qui aliquid mali molitus ſit. ac Cicero collectione vtẽs dicit inimicũ eſſe q facit contra omnium rem/voluntatẽ/honorẽ/dignitatem.Ex quibus colligimus huiuſmodi diffinitiones cõtentioni oratorũ maxime cõuenire: longe tamen a virtute diffinitionis eſſe diſcretas.ſed eę diffinitiones quę oratoribus aptę ſunt/& poetis:ſui explicatione in oratione certum ordinem continẽt.de qua re prępcepta in rhetoricis ſunt a Marco Tullio conſtituta:ita vt omnis diffinitio/hoc eſt oratio quę explicat de quo quęritur quid ſit/his membris partibuſq; teneatur. primum vti breuiter id de quo quęritur/quid ſit oratio noſtra contineat.& hęc appellatur diffinitio.deinde eius diffinitionis ſupponatur approbatio qua illud oſtendimus:vt id ipſum quod breuiter in diffinitione poſuimus/id ita eſſe argumentorũ rationibus approbemus.Deinde tertio loco inducimus deductionem eiuſdem diffinitionis/in eam ſpeciem de qua quęſtio eſt/& de qua iudicium eſt conſtitutum.vt cum generaliter rem diffinierimus/& ita eſſe de quo quæritur dixerimus:poſtea approbationem conſtituerimus verum eſſe qđ diffinimus. tertio loco oſtenderimus/hoc eſt qđ geſtum eſt:vel id eſſe de quo quęritur.quę orationis pars:appellatur dedu-

ctio generis ad ſpeciem. Quarto loco in oratione noſtra deſtructionē diffinitionis aduerſę partis: hoc eſt vti quemadmodum aduerſarij diffinierint id ipſum de quo diffinitionem conſtituimus/ proponamus/ eamq; aduerſariorum diffinitionem vicioſam eſſe doceamus. quę quemadmodū vicioſa ſit: poſtea declarabimus. habet enim partes ſuas certas/ integras: de quibus nūc dicere ſuperſedemus. Eſt diffinitio inimicitiarum apud Marcum Tullium breuis ita collocata. An tu maiores inimicitias putas eſſe/ q̄ contrarias hominum volūtates & diſſimilia ſtudia? hęc vti diximus diffinitio rhetorica eſt: & breuiter oratio concluſa quid ſint inimicitię. Poſt diffinitionem adhibetur approbatio. fidem ac religionem ſanctiſſimam in vita qui putat: poteſt ne ei non inimicus eſſe/ qui fama ſpoliauerit omnia? deinceps reliqua quę ſequuntur/ in quo qđ animaduertere illud licet/ poſſe cōtingi & approbationem diffinitionis/ & deductionē diffinitionis in ſpeciem. Namq; hic Marcus Tullius inimicitias eſſe contraria ſtudia/ & diſſimiles volūtates approbat: ita vt ſpeciem ipſam de qua quęrebatur/ factā/ verbis includat. potuit enim approbatio fieri illas eſſe inimicitias quę contrarias cōtinent voluntates: & in rationibus ſupponendis talis dictio cōponi/ cum fidē alius ſeruet/ infidelis ſit alius. Nulla dubitatio eſt: quin tali animo non inter ſe affecti inimici eſſe credātur. Item religioſo viro irreligioſus inimicus eſt. Alia ergo ſi ex diuerſis ſtudijs & volūtatibus ſuppoſita dicerentur: ſola eſſet approbatio/ non etiā deductio generis in ſpeciem. at cū nunc ita nectitur dictio: fidem ſanctiſſimā in vita qui putat/ religionem qui colendā eſſe exiſtimat: is ſine dubio inimicus eſt ei qui fama ſpoliauit omnia/ templa violauit/ delubra polluit. Hic etiam iam veris idem factum de quo quęritur ita ſpecialiter continetur/ & includitur: vt ſimul cum approbatione & deductione diffinitionis/ in ſpeciē clauſum teneatur. poſt adiungitur vt diximus/ deſtructio diffinitionis aduerſę partis: ſed per conceſſionē ideſt ſimilium. an ſi contra rem meam feciſſet iniuriam aliquis: iure ei me inimicum eſſe profiterer? ponamus igitur aduerſę partis diffinitionem talē. Inimicitiæ ſunt cum contra rē meā/ aut fecit aliquis/ aut dixit iniuriam. Hanc diffinitionem ſic deſtruit Marcus Tullius/ vt conceſſo eo quod ita eſt diffinitum: nichilominus & alio modo ſunt inimicitiæ cum aliquis faciat cōtra omnium rem/ honorē/ & dignitatem. Talis igitur ſemper circa rhetoricā diffinitionem per mēbra quattuor/ reſtetur oratio: vt ſit diffinitio/ approbatio diffinitionis/ deductio affinitionis ad ſpeciem/ deinde poſtrema deductio diffinitionis partis aduerſę. ſed hęc apta rhetoricis: non etiam philoſophis eſſe videtur. Illa autem quę philoſophorum propria eſt: etiam oratoribus cōuenit/ eaq; ſibi & ad materiam ſuam/ & ad propriæ ornamentū dictionis adiungit orator. Omnia enī recte orator exprimit: quę ſunt in dicendo philoſophorum. Nam & vero vtitur argumento: qđ eſt philoſophorum propriū. vtitur etiam neceſſario. At contra philoſophus in diſputationibus propriis rhetorum cuncta condēnat. neq; enim adiūgit aliquando ſignū: neq; qđ credibile dicitur/ & omne probabile penitus a virtute ſui ſermonis excludit. Ea ergo diffinitio quę eſt philoſophorum propria: in rebus exprimendis quę explicat quid ſit/ quale ſit/ quēadmodum membris ſuis conſtare debeat/ exponemus. Diffinitiones eſſe principia diſputādi & ſupradiximus/ et Marcus Tullius probat/ tum in dialogis omnibus/ tum etiam in eo libro qui topica inſcribitur. in quo docet primum argumentorū locum eſſe diffinitionem: hoc eſt a toto. cui loco qui appellatur a toto/ neceſſario adhibenda eſt diffinitio/ vt ita argumētorum locus a toto ſit diffinitio. Porro vt ſupra diximus explicandi argumenti/ qđ a toto eſt/ dicitur definitio. ergo preceptis & dialecticorum & philoſophorum omniū illud tenere debemus: nō eſſe diffinitionem niſi ſolam quę in ea re quā definire volumus/ priuſq; eius rei eſſe intelligimus/ declaret atq; oſtendat ſubſtantiam. hoc apertius fiet: ſi docebimus nullam eſſe diffinitionem certā/ integrā/ approbādā: niſi eā quā dicunt philoſophi ſubſtātialē greece ουσιωδη σ appellatur. Quid autem ſubſtantia ſit: alibi explicandū. Ad cognitionem interim illud accedat: quoties de aliquo quęritur/ quid ſit tunc poſſe eſſe certam ac ſubſtantialem diffinitionē. quoties eius rei de qua quæritur (vti diximus) genus ponimus: etiam cętera per differentias in oratione ſubiungimus. Non alienū videtur exemplum ponere: & ſic ad reliqua quę ſunt obſcura tranſire. Quęritur homo quid ſit: huic vtiq; genus eſt animal. cum igitur in diffinitione qua explicabo quid ſit homo/ animal dixero/ ac deinde reliqua connectam: erit ſubſtantialis diffinitio. Subſtantiā enim hominis declarauit: cum dixi animal. Item cū quęro quid ſit album/ aut nigrum: ſi dixero album eſt color/ quia color genus eſt ab hoc de quo quęro album vel nigrum/ iam ſubſtantialis erit diffinitio quæ incipit a genere. ac ſic cętera connectit. Hęc ſubſtantialis eſſe dicetur & hęc propria/ & hęc integra/ hæc a philoſophis probata: ita vt alio modo facta/ diffinitio nunq; eſſe dicatur. verū a quibuſdā hoc nomen etiam ad alia quę alio modo diffiniuntur/ ſępe tranſfertur. Ergo hęc ſubſtantialis diffinitio a Marco Tullio ſic explicatur. Oportere nos poſito genere/ eius rei de qua q̄ritur ſubiungere ſpecies: vt alia quę vicina eſſe poſſint/ diſcretis cōmunionibus ſeparemus. & tādiu in-

terponamus differentias: quandiu ad proprium eius de quo quæritur/ signata eius expræssione veniamus. Ipse in topicis exempla subiecit: nos vero ne fiat in exēplis lectori ex iure confusio/ hoc proponamus exemplum. homo ē animal rationale mortale/ terrenum/ bipes/ risus capax. Animal cum dictū est: substantia hominis declarata est. est enim vt supra diximus: ad hominē genus animal. omne autē genus speciei suę substantialis est declaratio. sed hic/ animal quia late patebat: adiecta species est terrenum. iam exclusum est: qđ aut aereum est/ aut humidū. Bipes vero propter alia animalia positum est: quę plurimis pedibus innitūtur. Item rationale: ꝓpter illa quę rationis egent. Mortale autem: propter id quod deus est. quibus omnibus animalibus/ quę conuenire poterant ad superiora in oratione posita discretis atq; disclusis: adiectū est proprium in parte postrema. Est enim solum hominis qđ rideꝛ. sic perfecta omni ex parte diffinitio est/ ad hominē declarandū: cum posito genere exclusis omnibus quę poterant conuenire ad proprietatem eius de quo quęrebatur/ peruenit oratio. Atq; hoc pręceptū Tullianum est: eo vsq; eum qui diffiniat species in oratione interponere/ & abijcere differentias oportere/ quousq; ad proprietatem/ quę iam cōmunis esse non possit/ sermo perueniat. Verum Aristoteles diffinitionem perfectam & plenā: ait consistere ex genere & differentijs. Ex genere etiam & differentijs: hoc idem nos supra docuimus/ cum interposita species differentia sua/ alia quę possent esse consimilia separet. Quidam tamē cautiores plenioresq; in docēdo diffinitionis ipsius quasi quędam membra constituūt: dicūtq; eam perfectā diffinitionem istam quā appello substantialem/ ex quinq; partibus/ ideſt genere/ specie/ differentia/ accidenti/ proprio debere cōsistere. Sed accidēs in diffinitione minimū: propriū plurimum valet. & recte quidem ac vere ista cōmemorant: nec aliena/ aut pricipe harum artium Aristotele/ aut a Marco Tullio qui de istis præcepta tradiderunt/ iudicanda sunt. Constat enim his quinq; partibus/ veluti mēbris suis integra diffinitio. verum & Aristoteles in libris quos topica appellauit docuit quid genus sit/ quid species/ quid differentia/ quid propriū/ quid accidens. Et plurimi pręterea philosophi libris suis cōplexi: harum vim rerum/ & potentiam declararunt. Nos/ quia iam vno libro de his quinq; rebus plenissime disputauimus/ ne res rei interposita obscuritatem pariat/ haud dicta reputamus: sed lectorem ad librum qui iam scriptus est/ si adest ei indigentia ire volumus/ sibiq; nō esse impedimento quod hic prætermissum est/ animaduertat. Id enim etiam illis omnibus cognitis ex pręceptorum necessitate retinebit. in oratione ista substantiali tādiu interponere debemus species & differentias: quādiu seclusis omnibus quę hoc idem esse possunt eo perueniatur/ vt proprietas iam certa teneatur. Marcus Tullius in topicis ius ciuile voluit diffinire: & vt oportuit cępit a genere. dixit enim in principio/ ius ciuile est ęquitas: hoc iuris genus est. Sed quoniam eadē ęquitas nunc constitutiua est/ nunc naturalis/ ius autem ciuile ęquitas est ab hominibus institura: ideo adiectum ius ciuile est equitas cōstitutiua. Posito genere/ adiecta specie: speciem aliam seperauit scilicet naturalē. sed quoniam etiam ius gentium ęquitas constitutiua est/ & non est tamen ciuile: adiectum id qđ seperare poterat ius gentiū/ ijs (inquit) qui eiusdē ciuitatis sunt. qua specie interposita: ius ciuile descripsit. Est etiam nunc qđ cū altero possit esse cōmune/ hoc ipsum qđ supra dictum est: vniuersum. Etenim religionū iuri/ & sacrorū omniū conuenit. Nāq; eius religionum ęquitas est/ & constitutiua æquitas/ & ijs omnibus qui eiusdem sunt ciuitatis Sed illud ius non appellamus esse ciuile: quod est pontificum. hoc igitur vt posset excludere/ & ius ciuile vsq; ad proprium diffiniret: adiecit ad res suas obtinendas. demus aliud exemplum in orationibus positum: quo facilius res & manifestius explicetur. Diffinit Marcus Tullius quid sit gloria his vt opinor verbis. gloria (inquit) est illustris & peruagata recte factorum & ꝑmagnorum/ vel in suos ciues/ vel in rempublicam/ vel in omne genus hominū fama meritorum. gloria igitur substantialiter diffinita est: cum dictū est fama Est enim gloriæ genus fama: quæ quia nunc rerum malarum est/ nunc bonarū/ iccirco generi species addita est illustris qđ laus ē. fama enim quę bonarum rerū est: laus est/ & illustris. hac igitur re excluſa est fama deterior. & quoniam hęc fama laudatrix: potest nūc pro merito/ nūc vltra meritum esse. frequēter enim aliter ꝙ res gesta est: opinio de aliquo emanauit. Iccirco (inquit) fama meritorū. ea sunt enim merita: quę cum pręstamus/ mereri nos gloriam faciunt. ergo Cicero qui volebat tunc gloriam Cesari dare cū reipublicę pręfuisset: iccirco ista facta/ vel merita generaliter posita diuisit in species & adiunxit/ cum in suos ciues/ tum in rēpublicā/ vel i omne genus hominū: quę scilicet factorū recte species subiectę vsq; ad proprietatem glorię conuenire. habet enim nūc certam & veram proprietatem i partibus gloria. Nam omne qđ pręstamus: aut quasi debitum damus/ aut quasi non debitum. cum recte faciamus si sola facta sunt quę quasi debita sunt: dicitur illustris fama factorum. cū autē vltra qđ debitum est/ facimus/ pręstandi beniuolentia & benignitate tribuēdi: hęc merita nuncupātur. Concluſit igitur vtrūq; genus pręstandi: cum dixit illustris/ & perua-

gata fama factorum/ & pręmagnorum cum in rēpublicā/ tum i omnes ciues fama meritorum. Ex his omnibus arbitror apertam esse eam diffinitionem/ quę substantialis esse debet/ sic esse di cendam: vt posito eius rei de qua quęritur/ genere/ & adiunctis speciebus cum differentia vsq; ad eius proprium discluſa omnino cōmunione veniamus. ac si velimus iudicium veri/ philoſophis authoribus sequi: nulla dicetur alia diffinitio. etenim reliqua intellectū potius rei tribuūt/ non plenissime quid sit ea res adhibita oratione declarant. verūtamen quoniam translato nomine etiam cęteræ orationes hic/ idem imaginaria dictione retinētes pari nomine nūcupātur/ vt diffinitiones dicantur: ponēdas arbitror reliquas species/ quo facilius/ & qđ cęteri dicāt noſse possimus/ & diffinitionis cognito multiplici modo/ facile (vti supra dictū est) diffiniendi veritas reseruetur. Marcus Tullius in topicis de tribus locis primus tractās a toto/ a partibus/ a nota: vbi a toto argumentum est (vt supra docuimus) diffinitionem esse adhibendā dicit. illic enī ponitur genus quo quid res ipsa sit de qua quęritur/ explicetur. At a partibus cū argumentum est: etiā ipsa quidē dicitur diffinitio/ verū trāslato nomine cum enumeratis omnibus totius partibus/ sic qđ totum est/ recognoscitur. hac pene re nichil interest/ vtrum diffinitione a toto cunctas partes totius ex diffinitione noscamus: an collectis omnibus partibus/ qđ totū est ex partium enumeratione capiamus. Cicero talem diffinitionem partium enumerationē appellat: sed eam diffinitioni tribuens/ quoniā & enumeratio partiū idipsum qđ quęritur quid sit ostendit. et hoc idem agit suprapositā diffinitio: cuius oratio quoq; quę quid sit ostēdit/ dicitur diffinitio. vnde nulli dubium est/ quin etiam ista diffinitio esse dicatur liber. posuit igitur explicans quid sit: sed factus vel in cōtrario quid sit nō liber/ quoniam libertas censu datur/ datur vindicta/ datur testamento: & hę partes dandę libertatis sunt/ si neq; (inquit) censu/ neq; vindicta/ neq; testamēto liber est. non est igitur liber hic positis partibus/ quibus liber efficitur. sequitur negatio libertatis: si nulla harum partiū in danda libertate pręcessit. ¶Nec vos moueat q; quid non sit liber in diffinitione est constitutū: nō quid sit. Par enim ratio est & eadem diffiniēdi vis: & cum quid non sit ostenditur/ & cū quid sit adhibita diffinitione nudatur. quāq; Marcus Tullius aliter in eodem libro topicorum ait esse duo genera diffinitionum. primum enim cum id qđ est/ diffinit. secundum/ id qđ sui substantiā non habet/ hoc est qđ non est: & hoc partitionis genus in ijs q̄ supradixi clausit/ & extenuauit. sed alia esse voluit: quę esse dicebat/ alia quę non esse. Esse/ enim dicit ea quorum subiacet corpus: vt cū diffinimus quid sit aqua/ quid ignis. Non autem esse illa intelligi voluit: quibus nulla corporalis videtur esse substantia. vt sunt pietas/ virtus/ libertas. sed nos omnia ista/ vel quę sunt corporea/ vel quę sunt/ scilicet in corpore: si in eo accipiūtur/ vt aut per se esse/ aut in aliquo esse videantur: in vno genere numeranda ducimus/ vt ista omnia esse intelligantur quibus omnibus sua potest esse substantia/ siue illę corporales/ siue (vt certissimum est) & recto nomine appellari possunt qualitates. Verum pręter hęc diffinitio est/ cum aliquid qđ non sit/ ostenditur. diffinitione enī opus est: vt possimus docere/ quid nō sit. Ergo si partitione enumeratis partibus quid libertas sit dicimus: quid nō sit libertas eadem partitione mō strabimus. Fiet igitur etiam a partibus diffinitio. vt si dicā si nec mas est/ nec femina: homo nō est. Item si nec seruus est/ nec liber: homo nō est. Sane hic admonēdum puto partes sępe ab ipo de quo quęritur/ toto accipi ad eius diffinitionem. sępe nō ab eodem ipo: sed ab eo qđ ei accidit. vt accidentis enumeratio partiū possit diffinire/ q; totū est. Nāq; cum totū sit homo de quo q̄ritur quid sit: non eius partes sunt seruus ac liber/ sed accidētia homini. quorum enumeratio cū fuerit constituta: homo quid sit ostenditur. Sane etiam illud admonendū hic arbitror/ cum a pibus sit diffinitio: posse contingere vt modo totū ab omnibus partibus colligatur/ vt supra ostēdimus/ modo ita partes enumerentur in definitione vt singulis totum sit. sic illud in cōtroversijs est: auxilium ferre decernere/ mittendo proficisci/ venire etiam si non pugnaueris/ hostes ne dimicent terrere. Sic Marcus Tullius multis in locis/ & ipse pro Cornelio vbi quæritur quid sit maiestatem minuere: tractat q; malam legē tulit/ q; legendo codicem/ intercessionem sustulit/ q; seditionem fecit: in quibus omnibus diffinitur lesa maiestas. Sed ita singula sunt: vt in ipsis singulis totum/ ideſt lesa maiestas possit ostēdi. hoc etiam pro Marco Tullio tenet vbi per enumerationem malorū per quos fit dolus malus: definitio ita fit/ vt singulis speciebus dolus malus possit agnosci. hoc cum aperte positum intelligamus: tum illud quoq; manifestum est notionē quandam in ista diffinitione/ nō rem plenissimam cōtineri/ & lōge illam pręstare diffinitionem/ quā supra posuimus/ cum genere collocato ad declarationē rei quę diffinitur/ substātiā eius indicans affertur oratio. Sane adijciendū arbitror/ non esse quandam necessitatem in ista partiū enumeratione/ vbi est quodā modo diffinitio: si infinitę partes fuerint/ vel plurimę species quarum partitione facienda enumeratio est: non inquā arbitror in ista enumeratione vniuersa quę infinita sunt nos debere concludere. Sufficit enim vel plurimorum effici enumerationem/ cum

in infinitis non ſit aliquid prætermittere vicioſum. hoc Cicero in topicis collocauit poſſe nos ius ciuile enumeratione diffinire: quod in legibus/more/ æquitate/ conſiſtit. non autem totum ius enumeratū eſt: quippe cum ſit & in ſenatuſconſultis/& plebiſcitis. ſed in edictis & principū iuſſis. Sed fortaſſe adhuc/& in aliis & cum enumeratis: & ex infinitis aliquibus partibus notio data fuerit iuris/quid ius ciuile ſit in ſimilibus exiſtimabimus. Ergo diuiſione vel partitione efficitur iſta de qua loquimur/ diffinitio. ſed etiam ipſa diffinitione/ eademq; partitione cum enumeratis vel omnibus ſi paucæ ſunt/ vel multis ſi infinitę/ aut ſpeciebus aut partibus: ad cognitionem rei de qua quæritur notionemq; deducimur. Sciamus autem definitionem a genere eſſe/ cum ſpecies enumerātur: partitionem cum partes. quapropter animal diffiniamus/ huic cum ſint ſpecies numero infinitæ vt homo/bos/ equus/ leo/ piſcis/ item cætera: paucis enumeratis ſpeciebus/poſſumus quid ſit animal declarare. at ſi illas ſpecies tetigero/ quę differentiæ magis ſunt/ quæ ipſæ tres eſſe poſſunt humidum/ terrenum/ cęleſte: enumeratione harum rerum omnium animal diffinitum ſit/ hoc idem & in partium enumeratione ſeruabis. vt ſi dicamus mundus eſt/ mare/ terra/ cœlum: enumeratione partium/ ſed non tamen omnium quid mundus ſit/ explicatum eſt. At ſi hoc idem per partes alias infinita voluerimus adhibita enumeratione quid mundus ſit definire: quoniam (vt Marcus Tullius ait) enumeratio partium ſępe eſt infinitior/ præceptum nobis illud eſt/ ne aliquod vicium in enumeratione credamus/ cū aliquid prætermimus/ ea dūtaxat in re vbi partes ſunt infinitæ. Ergo poterimus eicere. Mundus eſt ſol/ luna/ aſtra/ aer/ & cuncta quę in eo ſunt/ ideſt terra & cętera. q̄ etſi non enumeratis partibus omnibus enunciata proferimus: ex dictis partium ſimilitudine comprælenſa/ quid ſit mūdus oſtendimus. Hoc igitur modo diffinitio etiam partium enumeratione tractabitur. partes pro ſpeciebus poni rationalis licentia eſt: vt totum pro genere. nunq̄ tamen genus pro toto/ aut pro parte ſpecies nominatur. Omne cuiuſq; genus ſuas ad ſpecies eſt quaſi totum. vnde totum pro genere/ iure dicimus. Eodemq; modo partes pro ſpecie nominabimus. Nam ſi id eſt genus quod ad id vocabulum/ quod dicitur totum iure ſociatur: par ratio eſt/ pro ſpecieb⁹ partes quaſi ſub tota appellatione enumerare. Illud tamē probe admonitum volo cum duo genera rerum ſint corporalia & incorporalia: in vtroq; & genus & totum accipi/ ac pari modo partes & ſpecies nominari/ ſed ſeparata rationis propriæ ſectione: vt cum genus qualitatis modo fuerit nominatum/ ei ſpecies ſuppoſitas intelligere debeamus. cum vero totum/ non quo qualitas eius animaduertatur/ quę ſignificatur ſemper in genere/ ſed quaſi quoddam ſubſtantiale corpus/ vt id ſectum in partes ſuas atq; diſtributum/ quaſi cuiuſdam quantitatis recæperit ſectionem. Siue illud corpus ſit/ ſiue vt diximus icorporale animaduerſione: vtriuſq; cogitationis/ quę aut in qualitate/ aut in quantitate eſt. Si qualitate rem appellatam velimus genus eſſe: dicamus & huic ſpecies eſſe ſuppoſitas. ſi quantitatem quandam in eo q; totum eſt compræhendimus: merito ac iure partes in ſectione eſſe dicimus/ conceſſo illo ad vſum/ & licenter accępto vt ſpecies partium nomine nuncupemus. genuſq; ipſum quod circa qualitatem diximus: totius appellatione ſine vicio proferamus. nunq̄ tamen quod qualitatis eſt/ vbi totum dicendum eſt/ genus proferamus. nec ſub toto aliquando ſpecies: ſed ſemper partes nominabimus.

¶ Tertia definitio eſt quę a nota dicitur: cum vis verbi vel nominis/ quę in compoſitione ſita eſt/ rem ſuam facta quadam ſeparatione deſignat. Fides ē (inquit Marcus Tullius) cum fit qđ dicitur. hic itaq; proſpici licet veluti ſimplex nomen ſit fictum/ atq; compoſitum vt in res ſuas obſcura licet compoſitione reſonet. pene enim ſyllabis rem ſuam dicentibus/ verbum compoſitum ad id quod ſignificat ex diſcretione cognoſcimus: ſi ſæpe verbum ſimplex purum nulla compoſitione connexum in diffinitione a nota ducetur. vbi eſt vis eius quam græci appellant ετυμολογιαν/ at Cicero veriloquium. ſed non poteſt ex diſcretione/ quæ nulla eſt/ compoſitionis oſtendi: ſed adhibita declaratione/ ac denominatione quodam modo quid ſit id de quo quęritur/ explicari. vt a bonitate bonus/& a malicia malus/& a ſapientia ſapiens. Etenim cum alio res cognita eſt: facile hoc quod ab eo eſt deriuatum/& quodam modo denominatum/ ad cognitionem deducit/ vt quid ſit oſtendat. vt in Piſone Cicero conſulem a cōſulendo ait dictū: maximeq; (inquit) q; vis nominis ipſa pręſcribit reipublicę conſulendo. & hoc diffinitionis genus eſſe dicendum eſt. Quanq̄ Marcus Tullius in topicis argumentum/ locum fecit quem nominauit coniugatū/ qui eſt finitimus loco q a nota eſt: nos tamē nō aliter neq; cōtra/ ſed cū pari præceptione diffinitionē iure dicemus. ſeruātes pręceptū vti cū cōpoſitū nomē diuiſione in res ſuas/ quas ſonat accępta/ id qđ ſignificat intelligamus: fit diffinitio a nota. Cū aūt ſimplex ver-

bum/ vnde ſit denominatũ accipere cœpimus: vt argumentum quid a cõiugato accipimus/ vt Marcus Tullius poſuit: diffinitionem tamen eſſe dicamus/ quia quid ſit oſtendit/ quod proprium eſt diffinitionis. Hę ſunt tres nunc a me poſitæ principales diffinitiones ſubſtantiales, quę a toto eſt partium enumeratione/ nota: ita vt illa quę prior eſt/ ſola vere diffinitio nuncupetur, iſtæ autem duę nominis honore & honeſtate/ quia id de quo quęritur quid ſit/ oſtendit: nõ vere/ ſed tamen diffinitiones eſſe dicentur. Nunc ad illam quę a toto eſt/ diffinitionem reuertamur/ quia (ſunt etenim & alię forſaſſe) deinde rationes ac differentias & exempla dicemus. Eſt igitur prima/ quę græce ουσιωδης: latine ſubſtantialis appellari poteſt. Secunda eſt/ εφοηματικη: quę ſolã notionem ſubiecit. Tertia ποιοτης: quę a qualitate nomẽ accipit. Quarta υποτυπωτικη quę a Marco Tullio deſcriptio nominatur. Quita κατα αντιλεξιν: quam latine aduerſiũ poſitum dicere. Sexta/ κατα διαφορας: latini de eodem/ & de altero nominant/ quę differentia dici poteſt. Septima eſt κατα μεταφορας: ideſt per tranſlationem. Octaua eſt/ κατα αφαιρεσιν του εναντιου: ideſt per priuantiam contrarij eius. Nona/ κατα υποτυπωσιν/ ideſt per quandam imaginationem. Decima eſt/ ως τυπος: latine veluti. Vndecima eſt/ κατα ελλειαν πληρεις εκ του ομογενους: ideſt per indigentiam pleni ex eodem genere. Duodecima eſt/ κατα επαινον: ideſt per laudem. Tertiadecima eſt/ κατα αναλογιαν: ideſt iuxta rationem/ quę proportio dicitur. Quartadecima eſt/ κατα το προς τι: hoc eſt id per qđ ad aliqđ eſt. Quintadecima eſt/ αιτιωδης: cauſam tribuẽs. ¶ De prima diffinitione plenius in ſuperioribus ſermo confectus eſt: cum ſubſtãtialis quę ſit diffinitio/ quibuſq; partibus compleatur/ oſtẽdimus. ¶ Secunda dicitur εφοηματικη: quã notionẽ nõ proprio nomine/ ſed cõmuni poſſemus dicere. In omnibus enim reliquis diffinitionibus: notio rei profertur/ non ſubſtantialis explicatio declaratur. vtrum hęc quę ſecũda eſt/ hoc modo ſemper diffinitur/ cum propoſito eo qđ diffiniendũ eſt: neq; dicto eius genere verbis in rei ſenſum ducentibus audiẽrem/ quid illud ſit de quo quęritur/ explicatur/ Eſtq; huic pene familiare: res poſitas per ſuperiecta nomina diffinire. vt ſi dicam/ homo eſt qđ rationali conceptione & exercitio/ præeſt animalibus cunctis: hic nõ quidem quid ipſum ſit dixit/ ſed dicendo quid agat/ quaſi quodam ſigno in notitiam deuocauit. Alia ſunt apud Marcum Tullium in rhetoricis multa/ vt honeſtum cauſæ genus eſt/ cui ſtatim ſine oratione noſtra fauet auditoris animus. & item admirabile: a quo alienatus eſt animus eorum qui auditurí ſunt. ſic reliqua cum in ſecundo libro adhibet diffinitiones in virtutibus declarandis. Primũ cum dicit quid ſit ipſa virtus/ ponitq; eius diffinitionem habitus naturæ modo/ atq; rationi conſentaneus. hic quoniam genus poſuit vt habitum diceret: ſubſtantialis diffinitio eſt. At cum dicit memoria eſt per quã animus repetit illa quæ fuerant/ & item intelligentia/ per quã illa reſpicit quę ſunt/ ac pari modo prouidentia eſt per quam futurum aliquid præuidetur: ſatis clarum eſt non ſubſtantialem iſtam diffinitionem/ ſed quemadmodum diximus/ eam quę εφοηματικη græce dicitur/ cũ rei notio non ſubſtantiali ratione perceptaſſe/ ſit actu res cognita/ proferatur. ¶ Tertia diffinitionis eſt ſpecies/ quę ποιοτης dicitur. hæc dicendo quod quale ſit/ oſtendit. & vt ſupra noſtrum proponemus exemplum: vt facile appareat de eodẽ vno plures diffinitiones confici poſſe. hominem primum ſubſtantialiter diffinituimus. deinde ſecundæ diffinitionis modo/ notionem eius expreſſimus. nunc per tertiam diffinitionem quid homo ſit explicabimus. Homo eſt vbi pietas/ vbi iuſtitia/ vbi æquitas/ continentia/ vbi rurſus malicia/ verſutia/ cęteraq; vicia verſantur/ qui ingenio valet/ artibus pollet/ & cognitionem rerum/ aut quod agere debeat diligit/ aut animaduerſione quod inutile ſit cõtemnit/ repudiat/ reijcit. his qualitatibus expreſſus eſt homo. non enim vllum aliud animal his motibus mentis qualitatẽ deſignantibus/ exigit vitam: ſed ſolum hoc animal quod eſt homo/ qualitatibus in mente poſitis & conſtitutis/ quaſi quidam vel naturalis artifex/ vel vitæ gubernator impletur. Hęc quidem tertia & ſecunda illa/ poſſunt videri quibuſdam eſſe communes. nam ſępe ſufficit in qualibet harum ad diffinitionem eius rei de qua quæritur/ ſolum eius proprium nominari. vt ſi dicam homo eſt quod ridet. hoc enim proprium hominis/ neq; vllius animalis ẽ: quo dicto/ tacitiſq; aliis omnibus quibus homo poſſit oſtendi/ ſolo tamen ſui proprio/ declaratus eſt. Et hoc Cicero de proprietate dixit genus eſſe diffinitionis/ quod notioni applicari poteſt: vt quibuſdam videtur, poteſt etiam huic diffinitioni: quæ qualitatis ſortita eſt nomen. Vnde quidam has duas inter ſe nullo fine diſcretas/ vnam eſſe potius cenſent: cum ſatis appareat illam nullis poſitis qualitatibus notionem (vt ſupra docuimus) poſſe compleri/ hanc poſitis qualitatibus quid res ſit/ tacito etiam eius proprio poſſe oſtendere. ¶ Quartam nos diffinitionem υποτυπωτικην dixímus/ non numerum quaſi proprium collocantes: ſed inſtituto ordine ad faciliorem cogni-

tionem vocabulum exhibitæ nunc notioni ſociantes. non enim quarta quæ eſt ὑποτυπωτικὴ quę a nobis deſcriptio dicta eſt: quarta dicenda eſt. ſed quia ordo propoſitionis exegerat: ideo nomen numeri collocauimus hoc loco. Namq; qui quartus eſt: Cicero de eodē & de altero diffinitionem poſuit/ & ſic ὑποτυπωτικὴν quintam conſtituit. ſed nos omiſſa numeroſitate/ quid ὑποτυπωτικὴ quę a Marco Tullio deſcriptio nominatur propoſita ratione docebimus/ & per exemplum. quę oratio non quid ſit/ potius dicit: ſed adhibita circuitione dictorum factorumq; quid quęq; res ſit deſcriptione declarat. deſcriptiua iſta dicitur eſſe diffinitio: vt cum quęritur qd auarus ſit/ quid crudelis/ quid luxurioſus/ & vniuerſa auari/ luxurioſi/ crudelis natura deſcribitur. quę diffinitionis ſpecies dicitur: exhortationis genere deſcriptio. vt luxurioſus eſt victus nō neceſſarij: ſed ſumptuoſi & oneroſi appetens/ in delitias affluens/ in libidinem pronus. hæc & alia diffiniunt luxurioſum/ & deſcriptione diffiniunt. hęc diffinitio apta ſemper eſt oratori. huic enim laus dicendi per circuitum tribuitur propter honeſtatem: non ille aptior/ & determinatus ſermo qui veluti familiaris eſt diffinitioni/ quā ſupra ſubſtantialem eſſe præcepimus. Iccirco multis in locis Marcus Tullius cum diffiniendum aliquid dicit: nō ſubſtantialiter præcepit eſſe diffiniendum/ ſed potius deſcribendum/ & hoc nomine vtitur. vt cum quęritur (inquit) quid ſit fur/ & quid ſit ſacrilegus: ſua deſcriptione monſtrandum eſt. ¶ Quinta ſpecies diffinitionis eſt quā κατα αρτιλεξιν diximus: latine aduerbium poſſumus dicere. hęc vocem illam de qua q̄rit alio ſermone deſignat vno/ ac ſingulari/ & quodā modo qd illud ſit ī vno verbo poſitū/ vno verbo alio declarat. vt conticeſcere/ tacere ē. itē latus haurit apertū: haurit/ percutit. item cum terminum dicimus finem/ aut populatas interprætamur eſſe vaſtaras. & omnino cū vnius verbi rem/ verbo manifeſtare alio declaramus: hęc erit quinta de qua loquimur diffinitio. Marcus Tullius hac vſus eſt in topicis: cum locum argumenti diffiniens dixit/ eſſe ſedem. ita locum nomine vno/ cuius rem quęrebat: alia appellatione ad verbum poſita/ per diffinitionem quid eſſet oſtendit/ ſedem dicendo. hoc græci κατα αρτιλεξιν appellant: vt αρηρ εστι ο αρθρωτος ¶ Sexta/ κατα διαφοραν ſpecies diffinitionis eſt: hanc nos per differentiam dicimus. ſcriptores vero artium: de eodem & de altero nominant. vt cum quęritur quid inter regem ſit/ & tyrānum: adiecta differētia quid vterq; ſit/ diffinitur. & omnis quidem diffinitio (ſicuti docuimus ſupra) non niſi appoſitis differentijs/ compræhenſoq; ſuo proprio: quid ſit de quo quæritur/ exprimit. non tamen hoc idem videbitur eſſe modus iſte/ de quo non loquimur. ſiquidem ſola differentia/ cum poſita fuerit inter duo/ de quibus quęritur quid ſit: vtrumq; cognoſcitur. etenim in ſuperioribus ſola quęq; definiuntur/ in duo quaſi cognita: ſed quadam inter ſe cōmunione confuſa/ adiecta differentia ſecernūtur/ per quā quid ſit vtrumq; cognoſcitur. vt rex eſt modeſtus/ & temperatus: tyrannus vero crudelis. Ex hoc illud eſt Terentij/ pudore ac liberalitate liberos retinere ſatius eē puto: q̄ metu. hic pater/ an dominus intereſt. Itē Marcus Tullius pro Sextio. Atq; inter hanc vitam perpolitam humanitate/ & illam immanem: nichil intereſt q̄ ius atq; vis. ¶ Septima ſpecies eſt κατα μεταφορας: ideſt per tranſlationem. vt Cicero in topicis/ littus eſt quod fluctus eludit. Item adoleſcentia/ eſt flos ætatis: ſenectus/ occaſus ętatis. hæc varie tractari poteſt. modo enim vt moneat/ modo vt deſignet/ modo vt vituperet/ aut laudet. vt moneat/ nobilitas eſt virtus maiorum/ apud poſteriores ſarcina. vt deſignet/ caput ē arx corporis. vt vituperet/ diuitiæ ſunt breuis vitę longum viaticum. vt laudet/ adoleſcentia flos ętatis. his itaq; & aliſs modis proferri poteſt iſta diffinitio. in quo genere tamen illud cauendum eſt: longe ſit petita tranſlatio/ aut turpis longe petita. vt turba reipublicę/ chaos eſt legum. quod Tullius pro Sextio Roſcio tempauit. quaſi ſēpiterna nox eſſet (īquit) in quo etiā ſi ſit/ quaſi vt per ſimilitudinem ſit/ vt diffinitio. Accipi poteſt temperamentum/ accipiens ex particula ſimilitudinis. Turpis tranſlatio fit duobus modis. cum honeſta turpibus definimus/ aut turpia honeſtis. vt ſi quis patrationem diffiniens: lachrimas dicat Veneris fatigatę/ quem ſudorem melius nominaret. Aut cōtra aliquis dicat. lachrimæ ſunt doloris patratio. huic vicio nec ſuperior particula/ temperamentum tribuit. ergo magnopere iſtud vitare debemus. ¶ Octaua ſpecies diffinitionis eſt κατα αφαιρεσιν του εναντιου/ ideſt per priuantiam contrarij eius quod diffinitur. vt bonum eſt: quod malum non eſt. hoc genere diffinitionis vti debemus: cum contrarium notum eſt. Nam hęc duo cū ita intelligētur/ vt alterum ſine altero eſſe nō poſſit: alterius cognitio quando fiet/ niſi fuerit vtrumq; compræhenſum? cum igitur alterum quæritur quid ſit: vtiq; hac diffinitione compræhendi non poteſt cum vtrumq; neſcitur/ q̄ ſe ita naturaliter ligat/ vt neceſſariam cognitionem ſibi vnius comprehenſione connectat. periclitatur ergo talis diffinitio. vnde an contrarium eius notum ſit/ ſcire debemus: vt hoc ſublato/ fiat eius cognitio quod diffinitur. Quare melius ſæpe fit: ſi quærentes aliquid/ quod diffiniendum ſit/ contra-

rium eius diffiniamus:quo ſublato/illud qđ quęritur/declarabimus.vt ſi bonum eſt qđ prodeſt cum honeſtate:id quod tale non eſt/malum eſt.Cicero in rhetoricis.nefarie demonſtrantur ea/ quę aliter ac debentur nec fieri nec probari poſſunt.Ponamus enim neceſſarium & non neceſſarium contraria:vt omnia cõtraria hic nos ponere intelligas/quorum ſublatione id qđ quęritur/ diffiniatur.ergo qđ non eſt neceſſarium: ita diffiniri poteſt/qđ aliter ac dicitur & fieri & probari poteſt.hoc cum tollo: neceſſarij diffinitionem cõſtituo.Ergo recte fieri poteſt huiuſmodi diffinitio:ſed hoc modo quẽadmodum docuit.Et hoc eſt/qđ Marcus Tullius in partitionibus præcepit:ſępe ex contrarijs etiam diffiniendũ. Sub hanc diffinitionem cadunt etiam notiones cũ accidentia tolluntur:& alia omnia quę diuerſa ſunt/& cum contrariũ accidentis/ vel conſequentis accidentis/tollitur.vt ſi quis eſſe ſubſtantiam dicat/qđ neq; qualitas/neq; quãtitas/neq; reliqua accidentia ſit:cum omnia alia quę diuerſa ſunt tolluntur/talis eſt diffinitio. vt ſi quis hominem diffiniens:tollat omnia animalia/vel generaliter/vel ſpecialiter. Quo genere diffinitionis deus diffiniri poteſt. Etenim cum quid ſit deus nullo modo ſcire poſſumus:ſublatione omnium exiſtentium/ quę græci οντα appellant/cognitionẽ dei nobis/circũſcripta/& ablata notarũ rerum cognitione ſupponit. Deus eſt neq; corpus/neq; vllum elementũ/neq; anima/neq; mens/ neq; ſenſus/neq; intellectus/neq; aliquid qđ ex his capi poteſt. his & talibus ſublatis: quid ſit deus poterit diffiniri/magis ſi addas qđ etiam diffiniri non poteſt/id deum eſſe. Contrariũ accidentis vel conſequentis cũ tollitur/talis eſt diffinitio. Vigilare/eſt vti ſenſibus:dormire/eſt non vti ſenſibus.naturaliter poſſunt videri huiuſmodi diffinitiones conuenire illi diffinitioni quam ſupra ερρονηματικην diximus.verum illa ex accidentibus eius rei quã diffiniuimus/cõſtat vel conſequentibus:hęc ex contrarijs. itaq; illa quę ερρονηματικη eſt:ex accidentibus fit.& docet Marcus Tullius Piſonem nõ fuiſſe conſulẽ/ita. An vero reliquo tempore conſulem te quiſq; duxerit:quiſq; tibi venienti in curiam aſſurrexit/quiſq; cõſulenti reſpondendũ putauit? Atq; huius loci ſuperior oratio:& conſequens in hac diffinitione cõſiſtit/qua varijs modis explicat eum nõ fuiſſe conſulem/docẽs etiam per ea quę repugnant cõſuli a dictis/factis/cognitis.A conſequentibus ſic diffinit.Conſulẽ animo eſſe oportet conſilio/fide/grauitate/ vigilãtia/cura/ toto denique munere conſulatus.hucuſq; a conſequentibus.Omnia enim conſequentia ſunt ex hoc qđ dicit munere conſulatus.vnde ερρονηματικη hęc erit diffinitio.hoc apertius vt fiat:dabo aliud exemplum Marci Tullij in eadem. Quid eſt aliud furere: q̃ non cognoſcere homines/ non cognoſcere leges/non ſenatum/ non ciuitatẽ/cruentare corpus ſuũ? Ergo conſequentia accidentia colligere: diffinitionis eſt ερρονηματικης/ eius vero quod diffinies / contrarium tollere. hęc eſt illa quã octauam ſupradiximus/diffinitio. ¶Nona ſpecies diffinitionis eſt κατα υποτυπωσιν/ideſt per quandam imaginationẽ.vt Eneas eſt filius Veneris/& Anchiſæ. hęc ſemper in indiuiduis verſatur:quę græci ατομα vocant.Deſideratur autem iſta diffinitio circa nomina quę homonyma ſunt/indiuidua dũtaxat.vt Aiax & Oileus/& Thelamonius. Item ſubuenit in eo genere dictionis:vbi aliquem pudor/aut metus ẽ nominare.Me videlicet (inqt) Marcus Tullius ſiccarij illi deſcribebãt de domo ſua/ſic.At pro Fũdanio ita.deſcripſiſti ne eius neceſſarium/ noſtrum competitorem iſtum ipſum/eius nunc ſtudio/ & gratia:tota accuſatio iſta munita eſt.in metu fuerat nominare.Ideo ergo deſcriptus eſt.Item pro Cornelio maieſtatis ipſa ſunt:legite vt legebatis, hinc intelligetis nulla tenuiſſima ſuſpitione deſcribi aut ſignificari Cornelium.hęc tantum de proprijs nominibus. alia illa ſit quã υπαραθηκην diximus:ſuperior diffinitio.Ergo a genere/patria/corpore/factis/dictis ſiue caſibus/atq; ab animo: vnum illum quem nolumus/ diffinitionis genere declaramus. ¶Decima ſpecies eſt ωστυπωσις.hanc veluti diximus/vt ſi quęratur quid ſit animal/reſpõdeatur vt homo:ſic Ariſtoteles dicit ουσια εστι ωσ ανθρωπωσις.rem enim quęſitam ſubiunctum declarat exemplum:vt hoc eſt propriũ diffinitionis quid ſit illud qđ quęritur/declarare. ¶Vndecima ſpecies diffinitionis eſt κατα ερημειαν πληρεις εκ του ομογενους/ideſt per indigentiam pleni ex eodem genere.vt ſi q̃ratur quid ſit quadrans:reſpondeatur cui dodrans deeſt/vt ſit aſſis. ¶Duodecima ſpecies diffinitionis eſt κατα επαινον/ideſt per laudem. vt Marcus Tullius pro Cluentio.lex eſt mens & animus & conſilium & ſcientia ciuitatis.& nos quidem vt diffinitionem oſtenderemus:ita poſuimus exemplum. Nam hoc idem Marcus Tullius dicens: non adhibita oratione diffinitionis ſimpliciter collocauit.mens(inquit) & animus ciuitatis & conſilium/& ſcientia poſita eſt in legibus/&(vt nos ſupra docuimus)diffinitionem nichil aliud voluit q̃ orationem eſſe.Ergo diuerſo modo Marcus Tullius protulit:qđ a nobis cõuerſũ oratione ſua forma diffinitionis accepit/& hoc lõge ab illo modo diſtat q fit p methaphorã. nõ enĩ tranſlatio ẽ cũ lex/mẽs dicit ciuitatis:nec tamẽ genus ẽ vt ſubſtãtialis habeatur.ουσιωδης.cõſequẽs enĩ eſt vt & p vitupatio-

nem: ſed ſine tranſlatione ponatur. ſic videri poteſt a Marco Tullio diffinitum. Seruitus eſt poſtremum malorum nō modo bello/ ſed morte etiam repellendū. quāq̄ enim ita ſit exorſus: pax eſt/ tranquilla libertas. ſed inter pacem & ſeruitutem plurimū intereſt: vt per differentiam diffinitio eſſe videatur. tamen quia non articulū illum breuiter quo diſtaret/ contēdit: ſed vnāquāq; rem ſuo genere diffinitionis collationē magis qua diſtarent/ oſtendit/ nō genere diffinitionis p differentiam. Erit igitur prior pacis diffinitio ερρονηματικη: a conſequentibus eius rei/ quā diffiniebat. pax eſt tranquilla libertas. hęc ſecunda magis per vituperationem. nō enim aut cōſequens eius eſt/ aut aliquid horum quę ερρονηματικη diffinitioni dedimus/ ſed ſola vituperatio eſt quę ſeruitutem malorū omnium dicit eſſe poſtremū. Nec accipitur rurſus malū quaſi genus ad ſeruitutem. nam malū qualitas eſt: ſeruitus ad aliquid. vnde cum diuerſę ſint res: malum genus eſſe non poteſt ad ſeruitutem. Iure igitur per vituperationem facta dicitur/ ſeruitutis ſupra poſita diffinitio. ¶ Tertiadecima ſpecies diffinitionis eſt κατα αναλογιαν/ ideſt iuxta rationē. quę proportio dicitur: cum aliquid qđ diſputari licet/ cum altero id eſſe dicitur/ q̄ illud eſt alterū propter rationem ſimilitudinis. ſed hoc contingit cum maioris rei nomine res diffinitur interior: & qđ hoc additur quid ſit iferior. gręci ſic diffiniūt ανθρωπος εστι μικροκοσμος/ ideſt homo minor mundus. Cicero hac vſus eſt ſic. qui plurimū tribuunt edicto/ præter edictum legem animam dicūt eſſe. ¶ Quartadecima ſpecies ē diffinitionis κατα το προστι/ ideſt ad aliquid. vt pater eſt cui eſt filius. Cicero in rhetoricis. Sic genus ē qđ plures partes amplectitur. Itē pars eſt quę ſubeſt generi. ¶ Quintadecima ſpecies eſt αιτιωδης: latini ſecūdum rei rationem vocant. vt dies eſt/ ſol ſuper terras. Nox/ ſol ſub terris. vt enim aut dies aut nox ſit: cauſa eſt aut ſupra terras ſol/ aut ſub terris. Sunt & alię fortaſſe ſpecies diffinitionis. verū ſi quis inuenerit/ adiiciat ad numerum: modo illud diligenter attendat ne forte harum alicui ſpecierum illud qđ inuenerit/ poſſit adiungi. Nec nos rurſus fruſtra aliquis exiſtimet tot ſpecies ſeparaſſe q̄ poſſunt ſibi aliquę conuenire. Conſideratione enim plenius cōmodata omnes inter ſe magno cernet diſcrimine ſeparatas: teneat modo qđ ſupra ſępe præcepi ſolam (vt ſupra) illam appellari diffinitionē quę a genere exordium ſumens ad proprium rei/ quę diffinitur ſeparando per differentias/ q̄ cōmunia poterāt eſſe deſcendit. Nūc iam de vicijs diffinitionis vt promiſſum eſt explicemus. Diffinitio ſubſtantialis quā primam docuimus/ quam ſolā diximus diffinitionem: duo vicia recipit principalia: ſi ea oratio quę diffinit aut amplius cōplexa fuerit/ aut minus q̄ res plena ſit declarauit. Oportet enim vt oratio diffinitiua ita cōponatur ad nomē cuius rem definit vt parem potentiam exprimendę: atq; ipſum vocabulum præſtet conuerſimq; nomen & diffinitio/ ſemutuam collata declarent. Vt ſi quęras quid homo eſt: recte reſpondeatur animal terrenum/ rationale/ mortale/ bipes/ riſus capax. hoc rurſus ſi cōuertas homo ſit optima declaratio. Quęrēti enim qđ eſt animal terrenum/ rationale/ mortale/ bipes/ riſus capax: fiet recta reſponſio/ homo eſt. At ſi ita diffinias homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis: eſt quidē declaratio hominis. nam hęc omnia homo eſt. verum ſi conuertas: non valebit. Non enim ſubſtantia animata ſenſibilis: homo tantum eſt. peccat igitur diffinitio per abundantiā quę amplius continet q̄ quęrebatur. Et omnino peccat diffinitio quę genus ponit qđ vltra ſe eſt. vicinius enim qđ ſupra eſt genus/ magis declarat. Item peccat minus continens q̄ neceſſe eſt. vt cupiditas eſt aliena appetendi deſiderium/ qđ ſimiliter cōuerſum/ non manet: quia minus comprehenſiuum diffinitione q̄ res nominis poſtulabat. Late enim cupiditas patet: nec ſola auaricia eſt. ergo vicioſa eſt diffinitio minus complexa q̄ quęrebatur. ac ſi diceret cupiditas eſt auaricia quę ſi exemplum daret & auditorē tranſmitteret in totum quod cupiditas eſt ſimilitudinis propoſitione/ eſſet illa diffiniēdi ſpecies quā decimam collocauimus ωστ υπος. Nunc non ad totum trāſmiſit per exemplū: ſed quaſi totum continens multa a toto prętereundo/ peccauit. vnde nō poterat fieri ad nomē ex diffinitione conuerſio. hęc duo vicia ſi vitentur: integra diffinitio eſt neq; hęc ſola quę ſubſtantialis ē/ ſed etiam reliquę ſpecies. Nunc hęc de vicijs. Cicero cum in rhetoricis tria eſſe vicia docuit: mala (inquit) diffinitio fit/ cū aut communia deſcribit hoc modo. ſeditioſus eſt is qui malus ē atq; iutilis ciuis. Nam hoc nō magis ſeditioſi/ q̄ ambitioſi/ q̄ calūniatoris/ q̄ alicuius hominis iprobi vim deſcribit hanc diffinitionem diximus abundantia eſſe vicioſam. Aliud vicium adiungit ita vt falſum quiddam dicit hoc pacto. ſapientia eſt pecunię quęrendę intelligētia. hoc vicium Cicero adiecit præter illa duo quæ dixi. Tertium enim ipſe poſuit quod a nobis ſecundum eſt conſtitutum. Ita enim ait. vt aliquid nō graue nec magnū cōtinēs ſit. Stultitia eſt imenſę cupiditas glorię. hoc ideo peccat: quia minus cōprehendit/ qđ ſic exprimit Marcus Tullius. Eſt hęc quidē ſtultitia: ſed ex parte quadā nō ex omni genere diffinita. Pręter hęc idē Marcus Tullius in ſecdo rhetoricorū adiecit duo vicia: ſi aut turpis ſit/ aut iutilis diffinitio. id aūt (vt ipſe ait) et honeſtatis & vtilitatis partibus approbat. Ac de turpi diffinitiōe nos ſ ſupioribus diximus cū diffinitio-

nem per translationem tractaremus. sed illud vicium in verbo est. fieri autem potest vt omnis oratio inhonesta contineat: vt inutilia cõpræhendat. In philippicis Marcus Tullius in oratione prima docebat ab Antonio cesaris acta subuerti/ & id denegabat Antonius. Attulit vterq; diffinitionem: vt ostenderet quid sit actũ eius qui togatus cum potestate in ciuitate versetur. Docui in superioribus asserendę diffinitionis partes esse quattuor: primã esse diffinitionem/ secũdã approbationem diffinitionis/ tertiam deductionẽ diffinitionis ad speciem/ quartam destructionem diffinitionis aduersę partis. Cicero actum eius qui sit in republica diffinit: leges esse Antonius chirographa. Ergo sua oratione Cicero & diffinit & approbat: & deducit ad speciẽ/ & destruit diffinitionem aduersę partis. Diffinitio est hęc/ & quidem q̃ tam proprie dici possit actum eius qui togatus in rempublicã cũ potestate & imperio versatus sit q̃ lex: deide subiũgitur eius diffinitionis approbatio. Quare acta precaris? vt leges sẽper pro me proferãtur. Quæ? illę Corneliæ quidem. Pompei tertius consulatus in quibus actis consistit? nempe in legibus hęc probatio est. Deinde adiũgitur deductio diffinitionis ad speciem a Cesare ipso si quęres quodnam egisset in vrbe & in toga: leges multas responderet se/ & preclaras tulisse. Sequitur repræhensio diffinitionis aduersę partis. eaq; fit bipartito. aut enim ex illis omnibus vicijs aliquid in ea reprę hensione concluditur: aut concesso qđ aduersarij dicunt per comparationẽ magis hoc esse qđ nos dicimus approbamus. hic vtrũq; Marcus Tullius facit. Nã & de vicijs illa ponit vt falsam diffinitionem doceat/ & turpem & inutilem. Ac deinde concedens/ magis suam confirmet diffinitionem dicatq; potiorem falsam diffinitionem sic. Cicero probat excutiendo qđ consequens sit. his enim probatur falsa diffinitio: si suũ proprium nõ habeat/ si magis contrariũ habeat/ si cõsequens suum non teneat/ si aliter dicta sit atq; in vulgi est opinione. Hic ergo quoniam quęrit quid sit actum togati ciuis in rempublicã cum potestate degentis/ dictũq; est nichil aliud esse q̃ leges: aduertendum quid Antonius dixerat chirographa esse consequentia/ diligenter aduertens falsam docet diffinitionem. sic is qui est in potestate ẽ in republica cum egerit aliquid/ actũ mutare non potest. hoc competit legi: vt cum lata sit nunq̃ a latore mutetur. At vero chirographia quia domesticus actus est: hãc consequentiam habent/ & vt mutentur/ & sępe nõ proferãtur. Ergo Marcus Tullius ita reprehendit chirographa actum nõ esse: quia cõsequentes non habẽt actus dicẽs. Chirographa vero aut mutaret/ aut nõ daret: aut si dedisset nõ istas res in actis suis diceret/ sed quia per cõcessionem reprehensi. sed ea ipsa cõcedo: ac quibusdam etiam in rebus cõniueo/ in maximis vero rebus id est in legibus acta Cesaris dissolui/ ferendũ nõ puto. Adiungit post hęc reprehensionẽ similiter duplicem: vnam ex vicijs vt & turpem diffinitionẽ dicat & inutilem. Deinde concedat conclusurus ex cõparatione suam potiorem in sorte: si quid memorię causa retulit in libellum id numerabitur in actis. Et q̃is iniquum & inutile sit/ defenditur. equitas virtus est. virtus autem ipsa honestum. ergo iniquitas turpis ẽ: quia turpitudo cõtraria est honesto. Sic igitur turpem & inutilem ipsis verbis reprehendit diffinitionem. Deinde adiecit postremum illud per concessionem qđ ad populum centuriatis comitijs tulit. id in actis Cesaris non habebitur. hæc acuto quoq; satis esse duxi.

¶BOETII DE DIFFINITIONE LIBRI VNIVS
FINIS.

¶SEVERINI BOETII DE DIFFERENTIIS TOPICIS LIBRI QVATTVOR.

¶LIBER PRIMVS.

OMNIS ratio differendi (quã logicen Peripatetici veteres appellauere) in duas distribuitur partes: vnam inueniendi/ alteram iudicãdi. Et ea quidem pars quę iudicium purgat/ atq; instruit: ab illis analyticę vocata est/ a nobis potest resolutoria nuncupari. Ea vero quę inueniendi facultatem subministrat/ a grecis topicę: a nobis localis dicitur. ac de illa quidem parte quę iudicandi magistra est/ alias disputabitur: nunc vero consilium est aperire qui sint loci/ & quę eorũ differentiæ/ & qui etiam quibus apti sint syllogismis. Nec id simpliciter atq; vniformiter videtur esse faciendum: verum duplex est tradenda partitio/ vna quidem a grecis voluminibus eruta/ altera vero ex Marci Tullij topicis sumpta. Atq; in his illud ad perfectionẽ speculationis est astruendum: vt quibus vtraq; modis diuisio differat/ quibusq; conueniat explicetur/ quoue modo altera alteram vicissim possit includere. & nunc quidẽ non in singulis immorabimur: sed de tota diuisione cõmu

niter differemus. Locorũ tantũ ex quibus argumẽta naſcũtur: diffinitiones/ exẽpla/ differẽtiaſq; colligentes, ſingula vero pro qualitate operis diligentius in his 8 voluminibus expedita ſunt: quibus Ariſtotelis topica in latinam vertimus orationẽ. vel his 7 quibus Marci Tullij Topicis lucem plenę expoſitionis infudimus. Illic igitur cũcta ſunt propriis atq; enodatis partibus expedita. hic vero quę alias per membra parefacta ſunt: cõmuni ſpeculatione tractantur. Nec dialecticos ſolũ locos: ſed etiam rhetoricos. quoue hi inter ſe atq; a dialecticis differãt: cura eſt exequendi/ vt omnibus vndiq; locis plena cõſideratione propoſitis/ eorũq; differentijs inter ſe & cõmunitatibus pernotatis/ & argumentorũ copia cõpararetur/ & locorũ clara poſſit eſſe diſtinctio. vt igitur cuncta perſpicuis rationibus conſtent: paulo altius ordiendũ eſt.

PRopoſitio eſt oratio verum falſumue ſignificans. vt ſi quis dicat cęlum eſſe volubile: hæc & enunciatio/ & proloquium nuncupatur. ¶ Quæſtio vero eſt in dubitationem ambiguitatemq; adducta propoſitio. vt ſi quis quęrat/ an cęlum ſit volubile. ¶ Concluſio/ eſt argumentis approbata propoſitio. vt ſi quis cęlum ab alijs rebus probet eſſe volubile. ¶ Enunciatio quippe ſiue ſui tantum cauſa dicitur/ ſiue ad aliud afferatur approbandum: propoſitio eſt. ſi de ipſa q̃ratur: quęſtio eſt. ſi ipſa eſt approbata: concluſio eſt. Idem igitur eſt propoſitio quęſtio/ & concluſio: ſed differunt modo ſupradicto. ¶ Argumentum/ eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. non vero idem eſt argumentum/ & argumentatio. Nam vis ſententiæ ratioq;/ ea quæ clauditur oratione/ cum aliquid probatur: ambiguum argumentum vocatur. Ipſa vero argumenti elocutio: argumentatio dicitur. quo fit vt argumentum quidem virtus/ & mens argumentationis ſit atq; ſententia. Argumentatio vero argumenti per orationem explicatio. ¶ Locus aũt ſedes argumenti/ vel id vnde ad propoſitam quęſtionem conuenens trahitur argumentũ. Quę cum ita ſint: ſingulorum natura diligentius tractãda eſt: eorumq; per ſpecies ac membra figuraſq; diuiſio facienda eſt. ac prius de propoſitione dicendũ eſt. Hãc eſſe diximus orationem verum vel mendaciũ continentem. Huius duę ſunt ſpecies: affirmatio vna/ altera vero negatio. Affirmatio vt ſi quis ſic efferat: cęlũ eſſe volubile. Negatio/ ſi quis ita pronũciet: cęlum volubile non eſſe. Harum vero alię ſunt vniuerſales/ alię particulares/ aliæ indefinitę/ aliæ ſingulares. vniuerſales vt ſi quis ita proponat. omnis homo iuſtus eſt/ nullus homo iuſtus eſt. particulares veto vt ſi quis hoc modo dicat: quidam homo iuſtus eſt/ quidam homo iuſtus non eſt. Indefinitę hoc modo. homo iuſtus eſt/ homo iuſtus non eſt. ſingulares vero q indiuiduum/ aut quid ſingulare proponunt. vt Cato iuſtus eſt/ Cato iuſtus non eſt. etenim Cato indiuiduus eſt/ ac ſingularis. Harum vero alias prędicatiuas: alias conditionales. ¶ Prędicatiuę ſunt quę ſimpliciter proponuntur/ ideſt quibus nulla vis conditionis adiungitur. vt ſi quis cœlum eſſe volubile ſimpliciter dicat. at ſi conditio huic copuletur: fit ex duabus propoſitionibus vna conditionalis hoc modo. cœlum ſi rotundum eſt/ volubile eſt. Id enim conditio hęc efficit: vt ita demum cœlum volubile eſſe intelligatur/ ſi ſit rotundum. quoniam igitur alię propoſitiones prædicatiuę ſunt/ alię conditionales: prædicatiuarum partes terminos appellamus. hi ſunt prædicatus terminus/ & ſubiectus. Terminos autẽ verba voco/ & nomina: quibus propoſitio connectitur. vt in ea propoſitione qua dicimus/ homo iuſtus eſt: hęc duo nomina/ ideſt iuſtus & homo/ propoſitionis partes vocamus. eaſdem etiam terminos dicimus: quorum quidem alter ſubiectus eſt/ alter prædicatus. ſubiectus eſt terminus qui minor eſt: prędicatus vero qui maior eſt. vt in ea propoſitione qua dicitur homo iuſtus eſt: homo quidem minus eſt/ q̃ iuſtum. Non enim in ſolo homine eſſe poteſt iuſtitia: verum etiam in incorporeis ſubſtantijs diuiniſq;. atq; ideo maior eſt terminus iuſtus: homo vero minor. quo fit vt homo quidem ſubiectus terminus ſit/ iuſtus vero prędicatus. Quoniam vero huiuſmodi propoſitiones ſimplices alterum habent prędicatum terminũ/ alterum vero ſubiectum: a maioris priuilegio partis prędicatiua propoſitio vocata eſt. ſępe autem euenit: vt hi termini ſibiinuicẽ inuenãtur ęquales hoc modo. homo riſibile eſt. homo namq; & riſibile: vterq; ſibi ęquus eſt terminus. Nam neq; riſibile vltra hominem porrigitur: neq; homo vltra riſibile. ſed in his neceſſe eſt hoc euenire: vt ſi quidem inęquales termini ſint/ maior ſemper de ſubiecto prædicetur. ſi vero ęquales: vterq; conuerſa prædicatione de ſe dicatur. vt vero minor de maiori prędicetur: in nulla propoſitione contingit. Fieri autem poteſt vt propoſitionũ partes/ quas terminos dicimus: non ſolũ in nominibus/ verum in orationibus inueniãtur. Nã ſępe oratio/ de oratione prædicatur/ hoc modo. Socrates cum Platone & diſcipulis: de philoſophiæ ratione pertractat. hæc quippe oratio quę eſt cum Platone & diſcipulis/ ſubiecta eſt: illa vero quæ eſt de philoſophiæ ratione pertractat/ prædicatur. Rurſus aliquando nomen ſubiectũ eſt: oratio prædicatũ/ hoc modo. Socrates de philoſophiæ ratione pertractat. hic enim Socrates ſubiectus ſolus eſt: oratio vero/ qua dicimus de philoſophiæ ra-

tione pertractat/ prędicatur. Euenit etiam vt ſupponatur oratio: & ſimplex vocabulum prædicetur/ hoc modo. ſimilitudo cum ſuperis diuiniſq; ſubſtãtijs iuſtitia eſt. hęc enim oratio per quã proferi ſimilitudo cũ ſuperis diuiniſq; ſubſtãtijs ſubijcit: iuſtitia vero p̃dicatur. ſed de huiuſmodi propoſitionibus: in ijs cõmẽtarijs quos in τῶ περι ερμηνειας Ariſtotelis libro cõſcripſimus/ diligentius diſſeruimus. ¶Conditionalium vero propoſitionum/ quas græci hypotheticas vocant: partes ſunt ſimplices propoſitiones. quare propoſitionis hypotheticę pars quidem ea quę prius dicitur/ antecedens: quę poſterius/ conſequens appellatur. vt in hac propoſitione quæ dicit/ ſi cęlum rotundũ eſt/ volubile eſt: rotundũ eſſe antecedit/ volubile eſſe conſequitur. ¶Harũ quoq; alię ſimplices conditionales: alię vero coniunctę. Simplices ſunt quę prædicatiuas habẽt propoſitiones in partibus: vt ea eſt quã ſuperius diximus/ ſi cęlum rotundum eſt/ volubile eſt. Rotundum eſt enim & volubile eſt: vtręq; diuiſę ac ſigillatim intellectæ/ prędicatiuę ſunt. ¶Cõiunctarum vero multiplex differentia eſt: de quibus in his voluminibus diligẽtiſſime perſpeximus/ quę de hypotheticis compoſuimus ſyllogiſmis. Simplicium vero hypotheticarum propoſitionum quattuor ſunt differentiæ. Aut enim ex duabus affirmatiuis categoricis conſtant: vt ſi rotundum eſt/ volubile eſt. vtraq; enim affirmatiua eſt. Aut ex duabus negatiuis: vt ſi cęlum rotundum non eſt/ volubile non eſt. Nam rotundũ non eſſe/ & volubile nõ eſſe: vtręq; negationes ſunt. Aut ex affirmatiua & negatiua: vt ſi quadratum eſt/ volubile non eſt. quadratum enim eſſe affirmatio eſt: volubile non eſſe/ negatio eſt. Aut ex negatiua & affirmatiua: vt ſi rotundum nõ eſt/ ſtabile eſt. rotundum non eſſe/ negatio eſt: ſtabile vero eſſe/ affirmatio. ¶Propoſitionum quoq; aliæ ſunt per ſe notę/ & quarum probatio nequeat inueniri: alię quas tametſi animus audientis probet eiſq; conſentiat/ tamen poſſunt aliis ſuperioribus approbari. & illę quidem quarum probatio nulla eſt: maximę ac principales vocantur. q̃ his illas neceſſe eſt approbari: quæ vt demonſtrari valeant/ non recuſant. Eſt aũt maxima propoſitio/ vt hęc. ſi de ęqualibus ęqualia demas: æqualia quę relinquũtur/ ſunt. Ita enim hoc per ſe notum ẽ: vt aliud notius quo probari valeat/ non poſſit eſſe. quę propoſitiones cum fidem ſui natura gerant: nõ ſolum alieno ad fidem non egent adiumẽto/ verum cęteris quoq; probationis ſolent eſſe principium. Igitur per ſe notę propoſitiones/ quibus nichil eſt notius: indemonſtrabiles/ ac maximę & principales vocantur. quę vero q̃uis auditoris iudicio comprobentur/ habent tamen aliquid notius naturaliter/ ex quo ſi de eis fiat quęſtio/ velut ex alieno fidem capiant: hę demõſtrabiles ac minores poſterioreſq; dicuntur. Et de propoſitionibus quidem iſta ſufficiant. ¶Quęſtio vero dubitabilis eſt propoſitio/ in qua neceſſe eſt eadẽ fere omnia conſiderari: quę dudũ in propoſitione dicta ſunt. Alię namq; ſunt ſimplices: alię compoſitæ. Simplices vt eę quę ex ſimplici propoſitione deſcendunt hoc modo. vt ſi quæratur: an ſit cęlum volubile. hęc enim ab ea venit propoſitione/ quæ dicit eſſe cęlum volubile. at ſi ex cõditionali cõpoſita propoſitione principium ſumat: ipſa erit conditionalis atq; compoſita/ hoc modo. an ſi cęlum rotundũ eſt/ volubile eſt/ hęc nãq; a cõditionali propoſitione ſumpſit initium quę eſt/ ſi cęlum rotũdum eſt: volubile eſt. Et quęſtio ergo alia quidem prędicatiua eſt: alia cõditionalis. quo fit vt eędem ſint partes quoq; quęſtionis: quę dudum eſſe dictę ſunt propoſitionis. ¶Prædicatiuę igitur quęſtiones habẽt terminũ prædicatũ atq; ſubiectum: vt in ea qua dubitatur/ an cęlum ſit volubile. Nam volubile prædicatur: cęlum vero ſubiectum eſt. Maior enim eſt terminus volubile/ q̃ cęlum. neq; enim ſolum cęlum volubile dici poteſt. quæ vero coniuncta eſt quęſtio/ habebit partes: qđ antecedit/ & quod ſequitur. vt in ea quę dicit/ an ſi cęlum rotundum eſt/ volubile eſt: ante cedit quidem rotũdum eſſe/ ſequitur vero volubile eſſe. quę cum ita ſint: in prędicatiua ſola quęſtione dubitatur/ an ſubiecto termino prædicatus inhęreat. In hypotheticis vero quęſtionibus id tantum quęritur: an illã rem quę præcedit/ comitetur id quod ſequens eſſe proponitur. Omnia vero quę de prædicatiuis propoſitionibus dicta ſunt/ ideſt q̃ alię vniuerſales/ alię particulares/ aliæ indefinitę/ alię ſingulares: eadem dici etiam in prędicatiua quæſtione conuenit. hoc enim tantum quęſtio a propoſitione diuerſa eſt: q̃ propoſitio vel enunciatiua ſimpliciter/ vel aliud probans/ oratio eſt verũ/ falſumue ſignificans. quęſtio vero cum ſit ipſa quidem oratio/ tamen eſt dubitabilis propoſitio. Addita igitur dubitatione/ quę in propoſitione conſiderantur: eadem etiam conuenit in quęſtione tractari. ¶Quęſtionis autem duę ſunt ſpecies: vna quę dicitur a dialecticis theſis: hęc huiuſmodi eſt/ quę de re cæteris circunſtantijs nuda/ quærat ac differat. quales a dialecticis maxime ad diſputationem ſumuntur. vt voluptas ne ſummum bonum ſit/ ducenda ne vxor/ hęc a nobis p̃poſitio/ vel propoſitum dicitur. Altera vero eſt quę vocatur a græcis hypotheſis/ a nobis dicitur cauſa: hęc q̃ſtio eſt perſonis/ temporibus/ factis/ cæteriſq; circunſtantijs implicita. ea eſt huiuſmodi. Iure ne Cicero in exilũ dubio. R. P. tempore detrudatur: quia in iuſſu Rhomani populi ciues Rhomanos necauerit/ Huius aũt duplicis quęſtionis ſubdiuiſiones alias eſſe neceſſe

eſt:& theſis quidem philoſophis/ hypotheſis vero oratoribus attributa eſt.ſed eius quidem quę-ſtionis quę eſt hypotheſis/ poſterius diuiſiones dabo. ¶Nunc vero de theſeos diuiſione pertra-ctabo:quę in quattuor diuiditur ſpecies In omni enim dialectica quęſtione prędicatiua:dubitat an ei qđ ſubiectū ē/id qđ p̄dicat̄ inhærat.Cū vero aliqđ alicui ineſſe ꝓponit̄: id aut maiꝰ erit eo de quo p̄dicat̄/ eiq̄ ſubſtantialit̄ ineſſe contēdit̄,aut maius quidē eo erit:ſed nō de eius ſubſtātia p̄dicabit̄.aut ei erit ęquale:& in ſubſtantia p̄dicabitur.aut ei erit ęquale/& minime eius ſubſtan-tiam continebit.Nam vt id qđ minus eſt de eo quod maius eſt prædicemus:fieri non poteſt.ſed ſi tale eſt/ qđ in quęſtione proponitur vt ſubiecto ſit maius/& de ſubiecti ſubſtantia prædicetur: erit genꝰ.oē enim genus eſt maius eo de quo prædicatur:& de ſubſtātia eius dicitur/ vt aial ho-minis.At ſi maius quidem fuerit/ſed minime de ſubſtantia eius prædicetur:erit accidens/ vt al-bum homini.q̄ ſi ęquale quidem ſit/ſed ſubſtantiale: ſubiecti erit diffinitio/ vt animal ratione-le mortale homini.hæc namq̄ conuertitur:& ſubiecti/ideſt hominis ſubſtantiam monſtrat.q̄ ſi æquale quidē ſit/ ſed a ratione ſubſtantiæ ſeiunctum:erit proprium .vt riſibile homini. Itaq̄ di alecticæ ſimplices quęſtiōes:aut de genere/aut de accidente/aut de diffinitione/aut de proprio ſunt.poſſunt vero fieri etiā de differentia:cum quæritur cœleſtia corpora an rationalia ſint nec ne,vel cum dubitatur/ ea ne ſit tyrāni ac principis differentia/ q̄ hic legibus ſumpſit imperium: ille violenta dominatione populum premit.ſed tātūdem eſt de differentia quęrere: quantum ſi de genere dubitetur.aut enim cōſtitutiua erit differentia:aut diuiſibilis.ſed ſi cōſtitutiua fuerit: quaſi generis obtinet locum.vt rationabilitas homini,vel ſi ratione degunt cœleſtia corpora:cę leſtibus quoq̄ corporibus.At ſi diuiſibilis:velut ſpecies cōſideratur.oīs enim ſpecies:cū diuiſibi li differentia eſt.q̄ ſi differentia nunc quidem generis/ nunc vero loco ſpeciei eſt:ambigi nō po-teſt/ cum de ea quęritur de genere dubitari. ¶Accidere vero poteſt/ vt aliquid in certamen com paratione ducatur:velut cum ambigitur / an melior ſit fortitudo iuſtitia. Sed hæc quæſtio in accidentis neceſſe eſt dubitatione ponatur.Namq̄ ad comparationem:nichil niſi accidens ve-nit.hoc enim ſolum recipit magis & minus. ¶Rurſus poteſt fieri de eo quod eſt idem certamen: vt an idem ſit vtile/ quod honeſtum.ſed hæc quæſtio diffinitioni eſt aggregāda.Quarum enim rerum eadem eſt diffinitio:ipſę quoq̄ ſunt eædē.quarum vero diuerſa ſubſtantię ratio eſt:ipſæ etiam ſunt diuerſę.Igitur ſimplicis dialecticæ quęſtionis recte quattuor ſpecies eſſe dicuntur:de quibus ſufficienter dictū eſt. ¶Nūc igitur de conditionalibus q̄ſtionibus tractandū eſt: quarū quidē alię conſtāt ex affirmatiuis duabꝰ/ alię ex duabꝰ negatiuis aliæ ex affirmatiōe & negatio-ne/ aliæ ex negatione & affirmatione,ſi igitur ex duabus affirmationibus conditionalis conſtat propoſitio:id q̄ritur an affirmatio affirmationē ſequatur.q̄ ſi ex duabus negationibus ꝓpoſitio iuncta ſit:id in decertatione eſt/ an negatio negationē comitet. q̄ ſi ex affirmatiōe & negatiōe/ vel negatione & affirmatiōe copulet:id ābigit an affirmationē negatio / an affirmatio negatio-nē comitet.Ac prius quidē eius q̄ſtionis diuiſio facienda eſt:in qua diſceptatur/ an affirmationē affirmatio conſequatur quæ prędicatiuarum quæſtionum non effugit diuiſionem.Nam vt præ-cedat aliquid & aliud conſequatur:in ijs fere rebus euenire ſolet/ quas paulo ſuperius comme-morauī.Speciem quippe ſequitur genus/ vel differentia/ vel diffinitio/ vel proprium/ vel inſepa-rabile accidens.item proprium aut diffinitionem/ ſequitur ſpecies.proprium vero ſequitur diffe-rentia & diffinitio.& diffinitionem ſequitur proprium vel differentia/ hoc modo. Nā ſi homo eſt animal eſt.& ſi homo eſt:rationale eſt.& ſi homo eſt:animal ratiōale & mortale eſt. & ſi homo eſt:riſibile ē.Si ethiops ē:niger eſt.ſi riſibile eſt:hō eſt.ſi animal rationale mortale eſt:homo eſt. ſi riſibile ē:rationale eſt.ſi riſibile eſt:animal ratiōale mortale eſt.ſi animal rationale mortale eſt: riſibile vel bipes eſt.Præter hæc autem alias quidem effectus cauſam:alias quidem effectū cau ſa ſequitur.Effectus cauſam ita.ſi ſol pręſto eſt/ lucet.Effectum cauſa hoc modo.ſi quid exuſtum eſt/ ignis affuit. vel ſic.ſi ſol videtur:lucet.Item totum ſequūtur partes. vt ſi integra domus eſt: & tectum & parietes & fundamentum conſiſtunt.Modus etiam ſequitur nomen principale: vt ſi iuſtitia bona eſt/ & qđ iuſte/ bonum eſt.Nomen etiam prīcipale ſequitur modum:vt ſi quod iu-ſte eſt bonum eſt/ & iuſtitia bona eſt.Accidentia quoq̄:comitatur id quod ſubiectum eſt.vt ſi al bum eſt:corpus eſt.Quę cum ita ſint:conditionalis quoq̄ ſimplicis ex duabus affirmationibus copulatę illa fere diuiſio eſt quæſtionis/ q̄ in ea vel de genere/ vel de proprio/ vel de diffinitione/ vel de accidēti/ vel de cauſa atq̄ effectu/ vel toto ac pribus/ vel de modo ac principali nomē du bitetur.atq̄ hęc de ea quęſtione intelligenda ſunt:quæ cum ſit hypothetica ſimplex/ ex duabus tamen iungitur affirmatiuis. In eiſdem etiam differentijs illas quoq̄ conſiſtere neceſſe eſt quæ-ſtiones:quæ ab ijs veniunt propoſitionibus/ quę ex vtraq̄ negatione conſiſtunt.Nam ſi genus non eſt:ſpecies non eſt.Itē ſi differentia/ vel diſtinctio/ vel proprium non ſit:ſpecies non erit.Et de cęteris quidem quę ſuperius dicta ſunt:eodem modo conſiderandum eſt.quicquid enim an-

tecedit vt aliud consequatur/ si id quod sequitur non fuerit: nec illud est quod antecedit. earum vero quæstionū quæ ex affirmatione & negatione consistunt: illa fere diuisio est/ q̄ vel in diuersis generibus/ vel in diuersis speciebus/ vel in contrarijs/ vel in priuatione atq; habitu continentur. vt enim affirmatione negatio cōsequat: aut diuersum ponitur genus/ vt qđ ab eo diuersum est abnuatur/ hoc modo. si homo est/ albedo non est. vel si substantia est: qualitas non est. vel si sub eodem genere diuersæ species proponantur/ hoc modo. Si homo est/ equus non est. vel si cōtraria. si album est/ nigrum non est. vel si priuationes/ si cęcus est: non videt. & postremo in omnibus quæcunq; eadem nō sunt/ euenit: si vnum est/ alterū nō est. Ita vt propositā affirmationē negatio comitetur: aut diuersa erunt genera/ aut diuersæ species/ aut cōtraria/ aut priuantia/ vel quolibet alio modo sibi inuicē incōuenientia. Vt autem negationem affirmatio consequatur/ q̄ erat quarta conditionalis propositionis differentia: fieri non potest/ nisi in ijs contrarijs q̄ medio carent/ & quorū alterum semper inesse necesse est/ hoc modo. Si dies non est: nox est. si crepusculū non sunt: lux est. ¶ Facta igitur prædicatiuarū quęstionum ac conditionalium diuisione illud insuper videtur esse addendum: q̄ omnis quæstio vel ex ratione differendi/ vel ex naturali/ vel ex morali trahitur speculatione. Ex differendi ratione hoc modo/ an affirmatio & negatio species sint enunciationis. Ex naturali ita/ an cęlum rotundū sit. Ex morali sic. an virtus ad beatitudinē sola sufficiat. Pręterea quęstio omnis: vel simplex/ vel composita est. simplex affirmatione & negatione diuiditur: ita vt totū alteri affirmare/ alteri negare necesse sit/ hoc modo. an cęlum rotundum/ sit nec ne. hic enim vna pars quęstionis affirmationem tenet/ alia negationem. Nā cum alter esse defendit/ affirmat: alter vero negat/ cū non esse contendit. Cōposita vero quęstio est q̄ in plures distrahitur affirmationes/ hoc modo. vtrum cœlū rotundū sit/ an q̄dratū/ an longū/ an cuiuslibet alterius formæ. hic enim plures affirmationes p̄bare necesse est: qui diuersa defendunt. et de quęstione quidē quantum ad præsens negocium pertinebat: sufficienter dictū est. ¶ Conclusio vero est argumentis approbata propositio: de qua eadem fere dici possunt quæ de propositione. quæ quoniam diligenter superius explicata sunt: de argumento deinceps tractandum videtur. ¶ Argumentū est ratio rei dubiæ faciens fidem. hanc semper notiorē/ quęstione esse necesse est. Nā si ignota notis probantur/ argumentum vero rem dubiam probat: necesse est/ vt qđ ad fidem quæstionis affertur/ sit ipsa notius quæstione. Argumētorum vero omnium alia sunt probabilia & necessaria: alia vero probabilia & non necessaria/ alia sunt necessaria sed non probabilia/ alia nec probabilia nec necessaria. Probabile vero est quod videtur vel omnibus/ vel pluribus/ vel sapiētibus/ & his vel oībus/ vel pluribus/ vel maxime notis atq; p̄cipuis/ vel quod vnicuiq; artifici secūdum propriam facultatem. vt de medicina medico/ gubernatori de nauibus gubernādis. & pręterea qđ videt ei cū quo sermo cōserit/ vel ipsi q̄ iudicat. In quo nichil attinet an verū falsūue sit argumētū/ si tamē verisimilitudinē tenet. Necessariū vero ē qđ vt dicit ita est: atq; aliter esse non potest. Et probabile ac necessariū ē: vt hoc ē. si qđ cuilibet rei sit additū/ totum maius efficitur. Neq; enim quisq̄ ab hac p̄positione dissentiet: & ita sese habere necesse est. Probabilia vero ac non necessaria sunt/ quibus facile animus acquiescit/ sed veritatis nō tenēt firmitatem/ vt hoc. Si mater est: diligit filiū. Necessaria vero sunt/ ac non probabilia: quæ ita sese vt dicuntur/ habere necesse est. sed his facile non cōsentit auditor: vt est hoc. obiectu lunaris corporis/ solis euenire defectum. Neq; necessaria vero/ neq; probabilia sunt: quæ neq; in opinione hominum/ neq; in veritate cōsistunt vt hoc. habere quę non perdiderit cornua Diogenē: quoniā habet id quisq; quod non perdiderit. quæ quidem nec argumēta dici possunt. Argumēta enī rei dubię faciūt fidē. ex his aūt nulla fides est q̄neq; i opiniōe hoīm/ neq; in veritate sunt constituta. Dici autē potest nec illa quidē esse argumenta quæ cum sint necessaria: minime tamen audientibus approbantur. Nam si rei dubiæ sit fides: cogendus est animus auditoris per ea quibus ipse acquiescit/ vt conclusioni quoq; quam nondū probat/ possit accedere. q̄ si quę tantū necessaria sunt/ ac non probabilia/ non probat ille qui iudicat: necesse est vt ne illud quidem probet/ quod ex huiusmodi ratione conficitur. Itaq; euenit ex huiusmodi ratione/ q̄ tantum necessaria sunt ac non p̄babilia: non esse argumenta. sed non est ita/ atq; hæc interpretatio non recte probabilitatis intelligentiam tenet. Ea sunt enim probabilia: quibus spōte atq; vltro consensus adiūgitur/ scilicet vt mox audita sunt/ approbentur. quæ vero necessaria sunt/ ac nō probabilia: alijs probabilibus ac necessarijs argumentis antea demonstrantur. cognitaq; & credita ad alterius rei de qua dubitatur/ fidē trahūtur: vt sunt speculationes oēs/ ideſt theoremata quę in geometria considerantur. Nam quę illic p̄ponuntur: non sunt talia/ vt his sponte animū discentis accedat. Sed quoniā demōstrantur alijs argumētis: illa quoq; scita & cognita ad aliarum speculationum fidem ducuntur. Itaq; quæ probabilia nō sunt/ sed necessaria: ijs quidē auditoribus/ quibus nondum demōstrata sunt/ ad aliud aliquid approbandum argumenta esse nō

poſſunt .his autem qui prioribus rationibus eorum/quibus non acquieſcebāt fidem cęperunt: poſſunt ea ſi quid ambigunt/ad argumentū vocare. ¶Sed quia quattuor facultatibus diſſerendi omne artificiū continetur: dicendum eſt quę/quibus vti nouerit argumentis/vt cui potiſſimū diſciplinæ locorū atq; argumentorum paretur vbertas/euidenter appareat .Quattuor igitur facultatibus/earūq; velut opificibus diſſerendi omnis ratio ſubiecta/ideſt dialectico/oratori/philoſopho/ſophiſtę.quorū quidē dialecticus atq; orator: in cōmuni argumētorū materia verſant. Vterq; eni ſiue ſint neceſſaria/ſiue minime: ꝓbabilia tamē argumenta ſequit. His igitur illę duę ſpecies argumēti famulant:q̄ ſunt ꝓbabile ac neceſſariū/ꝓbabile ac nō neceſſariū. philoſoph9 vero ac demonſtrator de ſola veritate ꝓtractat:atq; ideo/ſiue ſint probabilia ſiue non/nichil refert dū modo ſint neceſſaria. His quoq; duabus ſpeciebus vtitur argumēti/ q̄ ſunt probabile ac neceſſariū/neceſſariū ac non probabile. Patet igitur in quo philoſophus ab oratore/ac dialectico in propria conſideratione diſſideat:in eo ſcilicet ꝙ illis probabilitatem/huic veritatē conſtat eſſe propoſitā. Quarta vero ſpecies argumenti: quæ neq; argumentū quidem recte dici poteſt/ vt monſtrauimus ſupra/ſophiſticis ſolis attributa eſt. Topicorum vero intentio eſt: veriſimiliū argumentorum copiam demonſtrare. deſignatis enim locis ex quibus probabilia argumenta ducuntur:abundans & copioſa neceſſe eſt fiat materia diſſerendi. Sed quoniā (vt ſupra dictum eſt) probabiliū argumentorum alia ſunt neceſſaria/alia non neceſſaria: cum loca probabiliū argumentorum dicuntur/euenit vt neceſſariorū quoq; dicantur. quo fit vt oratoribus quidem ac dialecticis:hęc principaliter facultas paretur/ſecundo vero loco philoſophis. Nā in quo probabilia quidem omnia cōquiruntur:dialectici atq; oratores iuuantur. In quibus vero probabilia ac neceſſaria docentur:philoſophię demonſtrationi miniſtratur vbertas. Nō modo igitur dialecticus atq; orator/verū etiam demōſtrator/ac verę argumentationis effector: habet qđ ex poſitis locis poſſit aſſumere/cū inter argumentorum probabiliū locos neceſſariorum quoq; principia traditio mixta cōtineat. Illa vero argumenta quæ neceſſaria quidem ſunt/ſed non probabilia/atq; illud vltimū genus/ſcilicet nec probabile nec neceſſariū:a propoſiti operis cōſideratione ſeiunctū eſt/niſi ꝙ interdum quidam ſophiſtici loci exercendi gratia/lectoribus adhibebūtur. quocirca topicorum pariter vtilitas intentioq; patefacta eſt. his eni & dicendi facultas/& inueſtigatio veritatis augetur. Nā ꝙ dialecticos atq; oratores locorum iuuat agnitio:orationi per inuentionem copiam pręſtat. ꝙ vero neceſſariorū doctrinam locorum philoſophis tradit:viam quodā modo veritatis illuſtrat quo magis perueſtiganda eſt rimādaq; interius diſciplina/ eaq; cum cognitione percepta ſit/vſu atq; exercitatione firmanda. Magnū enim aliquid locorum cōſideratio pollicetur/ ſcilicet inueniendi vias. quod quidem ij qui ſunt huius rationis expertes: ſoli prorſus deputant ingenio. neq; intelligunt quantum hac conſideratione quæratur: quę in artem redigit vim & poteſtatem naturę. Sed de his hactenus:nunc de reliquis explicemus.

¶PRIMI LIBRI BOETII DE DIFFERENTIIS TOPICIS FINIS

¶SEVERINI BOETII DE DIFFERENTIIS TOPICIS LIBER SECVNDVS.

OMnia quæ ſuperioris ſerie voluminis expedita ſunt: minus forſitā eruditis ſuperuacanea quodā modo & quaſi dependētia videbuntur. Nā cum de differētijs topicis librorum titulum legerint: omiſſis doctrinę gradib9 ſtatim ad finē operis tendunt. Michi autem vel neceſſarium videtur: qđ niſi ſit præcognitū ad vlteriora diſcentis animus puenire non poſſit. ij quoq; qui nūc oēm primi voluminis diſputationem ſuperfluam putant/ſi cuncta perlegant/contextionemq; operis mente ac ratione colluſtrent: deſinent profecto iudicare ſuperfluū/qđ neceſſario viderint in parte operis collocatum. atq; hęc hactenus. ſed quoniā de ijs quæ antea poſuimus/ideſt de propoſitione/quęſtione/cōcluſione/argumento ſufficienter dictū eſt: nūc de argumentatione tractemus.

ARgumentatio eſt per orationem argumēti explicatio. Huiꝰ autem ſpecies duę ſunt: vna quidē quæ ſyllogiſmus/ altera quæ vocatur inductio. ¶Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis & conceſſis/aliud quiddam per ipſa quę cōceſſa ſunt euenire neceſſe eſt/q̄ ſint ipſa quæ conceſſa ſunt. Huius diffinitionis rationem ſecundus quidem liber eorum quibus inſtitutionem in categoricos ſcripſimus ſyllogiſmos plene continet/ſed propter intellectus facilitatē idē breuiter aperiemus exemplo. Sit enim ſyllogiſmus hic.



Omne animal ſubſtantia eſt	
Omnis homo animal eſt	
Ois igitur homo ſubſtantia eſt.	

¶ Totũ igit hoc oratio eſt: in qua poſitis quibuſdam & conceſſis/ideſt duabus propoſitionibus quæ ſunt/omnis homo animal eſt/omne animal ſubſtantia eſt/per ea ipſa quę conceſſa ſunt: efficitur aliquid/id ſcilicet quod eſt concluſio/omnis homo ſubſtantia eſt. per propoſitiones enim quę conceſſę ſunt: conſequentia neceſſario concluſionis infertur. Sunt autẽ propoſitiones/omnis homo animal eſt/& omne animal ſubſtantia eſt: atq; ex his efficitur aliud quiddam q̃ ſunt ipſa quę conceſſa ſunt. Cõcluditur enim omnis homo ſubſtantia eſt: quod longe diuerſum eſt/& ab ea propoſitione quæ dicit/omnis homo animal eſt: & ab ea quæ proponit/omne animal eſſe ſubſtantiã. ¶ Syllogiſmorum vero alij prędicatiui ſunt/qui categorici vocantur: alij conditionales/quos hypotheticos dicimus. ¶ Et prædicatiui quidẽ ſunt: q ex omnibus prędicatiuis ꝓpoſitionib9 connectũtur. vt is quẽ exempli gratia ſupertus annotaui. omnibus enim prędicatiuis propoſitionibus texitur. ¶ Hypothetici vero ſunt quorum propoſitiones conditione nectuntur. vt hic.

Si dies eſt/lux eſt	
Eſt autem dies	
Lux igitur eſt	

¶ Propoſitio enim prima: conditionem tenet hanc quoniam lux eſt/ſi dies eſt. atq; ideo ſyllogiſmus hic hypotheticus/ideſt cõditiõalis vocat. ¶ Inductio vero eſt oratio per quam fit a particularibus/ad vniuerſalia progreſſio hoc modo. Si in tegendis nauibus non ſorte ſed arte eligitur gubernator: ſi in regendis eqs auriga non ſortis euentu ſed artis cõmendatiõe aſſumit. Si in adminiſtranda republica non ſors principem facit/ſed peritia moderandi/ſimiliaq; in pluribus conquirũtur/quibus infertur & in omni quoq; re quam quiſq; regi atq; adminiſtrari grauiter volet/non ſorte accommodat ſed arte rectorem. vides igitur quomodo per ſingula res curtat oratio: vt ad vniuerſale perueniat. Nã cũ non ſorte regi nauim/ſed arte currum & rempublicam collegiſſet: quaſi in cæteris quoq; ita ſe habeat/qd vniuerſale erat cõcludit/hoc modo. In oibus quoq; reb9 nõ ſorte ductũ: ſed arte principem debere præponi. Sępe autẽ multorum collecta particularitas: aliud quiddam particulare demonſtrat. vt ſi quis dicat. ſi neq; nauibus/neq; curribus/neq; agris ſorte præponũtur rectores: neq; rebus quidem publicis rectores ſorte ducendi ſunt. qđ argumẽtationis genus maxime ſolet eſſe ꝓbabile: etſi non æquã ſyllogiſmo habeat firmitatem. Syllogiſmus nãq; ab vniuerſalibus in particularia decurrit: eſtq; in eo ſi veris ꝓpoſitionibus cõtexatur/firma atq; incõmutabilis veritas At qui inductio habet maximam ꝓbabilitatem: ſed interdum veritate deficit/vt in hac. qui ſcit canere/cantor eſt: & qui luctari/luctator eſt: quicq; edificare/edificator eſt. quibus multis ſimili ratione collectis inferri poteſt: qui ſcit igitur malum/malus eſt/qđ non ꝓcedit. Mali quip̃pe noticia: deeſſe non poteſt bono. virtus enim ſeſe diligit/& aſpernatur contraria/nec vitare vicium. niſi cognitũ queat. His igitur duobus velut principijs & generibus argumentandi: duo quidẽ alij deprehendũtur argumẽtationis modi. vnus quidem ſyllogiſmo: alter vero inductioni ſuppoſitus. in quibus quidem promptũ ſit cõſiderare/q̃ ille quidem a ſyllogiſmo/ille vero ab inductione ducat exordium: nõ tamen aut hic ſyllogiſmũ/aut ille ꝙ impleat inductionem. Hi autẽ ſunt enthimema/atq; exemplũ Enthimema quippe eſt imperfectus ſyllogiſmus: ideſt oratio in qua non omnibus antea ꝓpoſitionibus conſtitutis infertur feſtinata cõcluſio. vt ſi quis ita dicat. homo animal eſt. ſubſtantia igitur eſt. prætermiſit enim alteram propoſitionẽ qua proponitur: omne animal eſt ſubſtãtia. Ergo quoniam enthimema ab vniuerſalib9 ad particularia probãda contendit: quaſi ſimile ſyllogiſmo eſt. q̃ vero omnibus quæ conueniunt ſyllogiſmo nõ vtitur ꝓpoſitionibus/a ſyllogiſmi ratione diſcedit/atq; ideo imperfectus vocatus eſt ſyllogiſmus. Exemplum quoq; inductioni ſimili ratione copulatur/& ab ea diſſidet. Eſt enim exẽplum qđ per particulare propoſitum: particulare quoddam contendit oſtendere/hoc modo. Oportet a Tullio conſule necari Catilinã: cum a Scipione Grachus fuerit interemptus. approbatum eſt enim Catilinã a Cicerone debere perimi/q̃ a Scipione Grachus interẽptus eſt. Quæ vtraq; particularia eſſe/ac non vniuerſalia: ſingulariũ deſignat interpoſitio perſonarum. Quoniã igitur pars parte approbatur/quaſi inductionis ſimilitudinem tenet id quod exemplũ vocamus. q̃ vero non plures quibus id efficiat colligit partes: ab inductione diſcedit. Ita igitur duæ ſunt argumentandi ſpecies principales: vna quę dicitur ſyllogiſm9/altera quæ vocatur inductio. Sub his autem/velut ex his manantia/enthimema atq; exemplum. quæ quidem omnia ex ſyllogiſmo ducuntur: & ex ſyllogiſmo vires accipiũt. ſiue enim enthimema/ſiue inductio/ſiue exemplũ: ex ſyllogiſmo q̃ maxime fidem capit. qđ in prioribus reſolutorijs/quæ ab Ariſtotele tranſtulimus: demonſtratũ eſt. Quocirca ſatis eſt de ſyllogiſmo differere/quaſi principali & cęteras argumentationis ſpecies continente. Reſtat nũc quid ſit locus aperire.

LOCVS

¶ Locus nãq; (vt Marco Tullio placet) ſedes argumenti eſt. cuius diffinitiõis quæ ſit vis: paucis abſoluam. Argumenti enim ſedes partim maxima ꝓpoſitio intelligi poteſt: partim maximę propoſitionis diffe-

rentia. Nam cum ſint aliæ ꝓpoſitiones quæ cum per ſe notæ ſint/ tamen nichil vlterius habeāt quo demonſtrarentur/ atq; maximę & principales vocentur/ ſintq; aliæ quarum fidem primę ac maximæ ſuppleant propoſitiones: neceſſe eſt vt omnium quę dubitantur/ illę antiquiſſimam teneant probationem quæ ita aliis facere fidem poſſunt/ vt ipſis nichil notius queat inueniri. Nā ſi argumentum eſt quod rei dubiæ facit fidem/ idq; notius eſt & probabilius eſſe oportet/ q̄ illud eſt qđ probatur: neceſſe eſt vt argumentis omnibus illa maxima fidem tribuant/ quæ ita per ſe nota ſunt vt aliena ꝓbatione nō egeant. Sed huiuſmodi propoſitio quidem aliquoties intra ambitum argumenti continetur: aliquoties vero extra poſita/ argumenti vires ſupplet ac perficit. Exemplū quidē eſt eius argumenti/ quod maximā ꝓpoſitionem tenet/ huiuſmodi. ſit enim quæſtio an ſit regnum melius conſulatu. ita igitur dicemus.

| Regnum diuturnius eſt/ q̄ conſulatus: cum vtrumq; ſit bonum.
| At vero qđ diuturnius eſt bonū: eo qđ parui tēporis eſt/ melius eſt.
| Regnū igitur melius eſt/ q̄ conſulatus.

¶ Huic igitur argumentationi maxima ꝓpoſitio/ ideſt locus inſertus eſt: illa ſcilicet/ q̄ ꝙ ſunt diuturniora bona/ melioris ſunt meriti q̄ ea q̄ parui temporis ſunt. hoc enim ita notum eſt/ vt extrinſecus ꝓbatione non egeat: & ipſum aliis poſſit eſſe probatio. Atq; ideo propoſitio hæc totā continet probationem: & cum inde naſcitur argumentum/ recte locus/ ideſt argumenti ſedes vocatur. vt vero extra poſita ꝓpoſitio maxima/ vires afferat argumento: tale ſit exēplū. Sit propoſitū demōſtrare: quoniā inuidus ſapiens non eſt.

| Qui enim inuidus eſt: alienis affligitur bonis.
| Sapiens autem/ bonis non affligitur alienis.
| Inuidus igitur ſapiens non eſt.

¶ In hac igitur argumentatione propoſitio quidē maxima nō videtur incluſa: ſed argumentationi vires ipſa maxima propoſitio ſubminiſtrat. Eſt eni huic ſyllogiſmo fides ex ea propoſitiōe per quā cognoſcimus quorū diuerſa eſt diffinitio: ipſa quoq; eſſe diuerſa. Eſt autem in diffinitiōe inuidi alienis bonis tabeſcere. qđ quoniā non venit in ſapientem: iccirco inuidus a ſapiente ſeiungitur. Eſt igitur vno quidem modo locus (vt dictū eſt) maxima/ & vniuerſalis/ & principalis/ & indemonſtrabilis/ atq; per ſe nota propoſitio: q̄ in argumentationibus vel inter ipſas propoſitiōes/ vel extrinſecus poſita/ vim tamen argumentis & concluſionibus ſubminiſtrat. Ideo autem vniuerſales & maximę propoſitiones loci ſunt dictæ/ quoniā ipſę ſunt quę continent cæteras ꝓpoſitiones: & per eas fit conſequens/ & rata concluſio. Ac ſicut locus in ſe corporis continet quantitatē: ita hæ propoſitiones quę ſunt maximę/ intra ſe omnem vim poſteriorū atq; ipſius concluſionis conſequentiā tenent. & vno quidem modo locus/ ideſt argumenti ſedes dicitur maxima/ principaliſq; ꝓpoſitio fidem cæteris ſubminiſtrans. Alio vero modo loci vocantur maximarum differentiæ propoſitionum: quæ ſcilicet ab iis ducuntur terminis qui in quæſtione ſunt conſtituti. de quibus deinceps diſſerendum eſt. Cū enim ſint plurimę propoſitiones quę maximę vocantur/ hæq; inter ſe diſſimiles: quibuſcūq; differentijs inter ſe diſcrepent/ eas omnes locos vocamus. Nam ſi ipſæ propoſitiōes maximę/ argumentorū loci ſunt: & differentias earum/ argumētorum locos eſſe neceſſe eſt. Nam vniuſcuiuſq; ſubſtantia propriis differentijs conſtat: vt hominis ex rationalitate quę eius eſt differentia. & ij loci qui ſunt differentia propoſitionum ipſis propoſitionibus vniuerſaliores exiſtunt: velut vniuerſalior eſt rationalitas homine. Atq; ideo pauciores ij loci eſſe deprehenduntur q̄ in differentijs poſiti ſunt: q̄ propoſitiones ipſę quarū ſunt differentię. omnia enim quę vniuerſaliora ſunt: pauciora eſſe contingit. Et ideo facile ſub ſcientiam cadere poſſunt: quorū tam multus numerus non eſt/ vt cito a memoria diſcentis elabantur. quæ vero ſunt hę differentiæ: melius diuiſione ꝓducitur. In prędicatiuis autem quæſtionibus vnus quidem ſubiectus termin⁹ dicitur/ alius prædicatus. nilq; i ꝓdicatiuis quæſtionibus aliud quęritur: niſi an ſubiecto prędicat⁹ inhęreat. Qz ſi ineſſe conſtiterit: quæritur ita ne inſit vt genus/ aut vt accidens/ aut vt proprium/ aut vt diffinitio. nam ſi oſtenditur non ineſſe: nil de quæſtione relinqtur. Nam ꝙ oratio non ineſt: nec vt accidēs/ nec vt diffinitio/ nec vt genus/ nec vt propriū ineſſe poteſt. ꝙ ſi ineſſe cōſtiterit: reſtat quæſtio quiſnam modus ſit/ de quattuor inhęrendi. ſolū vero ineſſe ad accidens maxime pertinet. Nūc neq; vt gen⁹ neq; vt diffinitio/ neq; vt propriū ineſt/ ſed tamē ineſt/ vt accidēs ineſſe neceſſe eſt. q̄ cū ita ſint: eorum locorū/ quos in maximarū ꝓpoſitionū differentia conſtituimus/ facienda diuiſio eſt. Per ſingula vero quęq; currentibus: manifeſtius apparebit exemplis/ quibus maximę ꝓpoſitiones a ſuis differentijs diſtent. Etenim quæſtiones argumenta & propoſitiones maximas ac principales: earūq; locos/ ideſt differentias per vnumquodq; dabimus exēplum. Omnes igitur loci/ ideſt maximarum differentiæ propoſitionum: aut ab iis ducantur neceſſe eſt terminis/ qui in quæſtione ſunt poſiti/ prędicato ſcilicet atq; ſubiecto. aut extrinſecus aſſumantur. aut horum medij/ qui inter vtroſq; verſantur. Eorum vero locorum qui ab iis ducuntur terminis/ de quibus in quæſtione dubitatur: duplex modus eſt. vnus quidem ab eo-

rum ſubſtantia: alter vero ab ijs quæ eorum ſubſtantiam conſequũtur. ij vero qui a ſubſtantia ſunt: in ſola diffinitione conſiſtunt. Diffinitio enim ſubſtantiam mõſtrat: & ſubſtantiæ integra demonſtratio diffinitio eſt. ſed id qđ dicimus patefaciamus exemplis: vt omnis quęſtionum/ vel argumentationũ/ vel locorũ ratio colliqueſcat. Age enim quæratur/ an arbores animalia ſint: fiatq; huiuſmodi ſyllogiſmus.

| Animal/ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis.
| Arbor vero/ ſubſtantia animata ſenſibilis nõ eſt.
| Arbor igitur animal non eſt.

¶ Hæc quæſtio eſt de genere. vtrum enim arbores ſub animaliũ genere ſint ponendæ: quęrit. Locꝰ qui in vniuerſali propoſitione conſiſtit: hic eſt cui diffinitio generis nõ cõuenit/ id eius cuius ea diffinitio eſt/ ſpecies non eſt. Loci ſuperior differentia: qui locus nichilominus nuncupatur a diffinitione. videsigitur vt tota dubitatio quęſtionis ſyllogiſmi argumentatione tracta ſit per cõuenientes/ & cõgruas ꝓpoſitiões/ quę vi ſuã ex prima ꝓpoſitione cuſtodiũt ex ea ſcilicet quæ negat eſſe ſpeciẽ/ cui non conuenit generis diffinitio/ atq; ipſa vniuerſalis propoſitio a ſubſtantia tracta eſt vnius eorum termini q in quæſtione locati ſunt. vt aialis: ideſt ab eiꝰ diffinitione/ quę eſt ſubſtãtia animata ſenſibilis. Ita igitur in cæteris quæſtionibus ſtrictim/ ac breuiter locorum differentijs commemoratis: oportet vniuſcuiuſq; proprietatẽ vigilantis animi alacritate percipere. Huius autẽ loci qui a ſubſtãtia ducitur: duplex eſt modus. partim namq; a diffinitione: partim a deſcriptione argumenta ducuntur. ¶ Differt autem diffinitio a deſcriptione: q diffinitio genus/ & differẽtias ſumit. deſcriptio ſubiecti intelligentiam claudit/ quibuſdã vel accidentibus efficiẽtibus vnã ꝓprietatẽ/ vel ſubſtantialibus differẽtijs ꝓter genus cõueniens aggregatis. ſed eę diffinitiões quæ ab accidentibus fiunt: tam etſi videntur nullo modo ſubſtantiam demonſtrare/ tamen qm̃ ſępe veræ diffinitionis vice ponuntur/ quę ſubſtantiã demonſtrat/ illę etiam propoſitiones quę a deſcriptione ſumuntur/ a ſubſtantiæ loco videntur aſſumi. huius vero tale fit exemplum. quęratur enim an albedo ſubſtantia ſit: hic quæritur an albedo ſubſtantiæ velut generi ſupponatur. dicimus igitur.

| Subſtantia eſt: quæ omnibus accidentibus poſſit eſſe ſubiectum.
| Albedo autem nullis accidentibus ſubiacet.
| Albedo igitur ſubſtantia non eſt.

¶ Locus ideſt maxima ꝓpoſitio: eadem quę ſuperiꝰ. Cuius eni diffinitio/ vel deſcriptio ei qđ dicitur ſpecies eſſe non conuenit: id eius qđ eſt ſpecies pethibetur/ genus nõ eſt. deſcriptio vero ſubſtantiæ/ albedini non conuenit: albedo igitur ſubſtantia non eſt. Loci differentia ſuperior a deſcriptione/ quam dudũ locauimus: in ratione ſubſtantiæ. ſunt etiam diffinitiões quæ non a rei ſubſtantia: ſed a nominis ſignificatione ducuntur/ atq; ita rei de qua quæritur/ applicantur. vt ſi quæratur vtrũ philoſophiæ ſtudendum ſit: erit argumentatio talis.

| Philoſophia amor ſapientiæ eſt.
| Huic ſtudendũ nemo dubitat.
| Studendũ igitur eſt philoſophiæ.

¶ Hic enim non diffinitio rei: ſed nominis interpretatio argumentum dedit quo & Tullius in Hortenſio in eiuſdẽ philoſophię vſus eſt defenſione. & vocatur græce quidem ὁροματικὸς ὁρος: latine autẽ nominis diffinitio. Ac de ijs quidem argumẽtis/ quę ex ſubſtantia terminorũ in quęſtione poſitorum aſſumuntur: claris (vt arbitror) patefecimꝰ exẽplis. Nũc de ijs dicendũ eſt qui terminorũ ſubſtantiã conſequũtur. horum multifaria eſt diuiſio. plura ſunt enim quę ſingulatibus ſubſtantijs adhæreſcunt. Ab ijs igitur q̃ cuiuſlibet ſubſtantiã comitãtur/ argumenta duci ſolent: aut ex toto/ aut ex partibus/ aut ex cauſis/ vel efficientibus/ vel materia/ vel forma/ vel fine. et eſt efficiens quidem cauſa quæ mouet atq; operatur: vt aliqd explicetur. materia vero ex qua fit aliquid: vel in qua fit. Finis propter quod fit. Sũt etiã iter eos locos qui ex ijs ſumuntur quæ ſubſtantiam conſequuntur: aut ab effectibus/ aut a corruptionibus/ aut ab vſibus/ aut præter hos omnes a communiter accidentibus. quæ cum ita ſint: eũ priꝰ locũ qui a toto fit/ inſpiciamus. ¶ Totũ duobus modis dici ſolet: aut vt genus/ aut vt id qđ integrum ex pluribus partibus cõſtat. & illud quidem/ qđ vt genus totum eſt: hoc modo ſępe quęſtionibus argumẽta ſuppeditat. vt ſi ſit quæſtio/ an iuſtitia vtilis ſit: fit ſyllogiſmus.

| Omnis virtus vtilis eſt.
| Iuſtitia autem virtus eſt.
| Iuſtitia igitur vtilis eſt.

¶ Hæc quæſtio de accidenti/ ideſt an accidat. iuſtitiæ vtilitas/ locus is qui in maxima propoſitione conſiſtit/ eſt: quæ generi adſunt/ & ſpeciei adſunt. huiꝰ ſuperior locꝰ ẽ a toto/ ideſt a genere/ virtute ſcilicet quæ iuſtitię genus eſt. Rurſus ſit quæſtio an humanę res prouidentia regãtur/ dicimus ſic.

| Mundus prouidentia regitur.
| Hominis autem partes/ mundi ſunt.
| Humanę igitur res prouidentia reguntur.

¶ Quęſtio de accidẽti: locus/ qđ toti cõuenit id congruit etiã parti. ſupremus locus a toto/ ideſt ab integro qđ partibus conſtat. Id vero eſt mun

dus qui hominibus totum eſt. ¶A partibus etiam duobus modis argumenta naſcũtur.aut enĩ a generis partibus quæ ſunt ſpecies:aut ab integri/ideſt totius/quæ partes tãtum proprio vocabulo nũcupantur.& de ijs quidem partibus quæ ſpecies ſunt:hoc modo fit quæſtio/an virtꝰ mẽtis bene conſtitutæ/ſit habitus.Quæſtio de diffinitione/ideſt an habitus mentis bene conſtitutæ ſit virtutis diffinitio.Faciemus itaq; a ſpeciebus argumentationẽ ſic.

| Si iuſtitia fortitudo/moderatio/atq; prudentia habitus mentis bene conſtitutæ ſunt.
| Hæc autem quattuor vni virtuti velut generi ſubijciuntur.
| Virtus ergo mentis bene conſtitutę/eſt habitus.

¶maxia ꝓpoſitio.qđ enĩ ſingulis ptibus ineſt:id toti ineſſe neceſſe eſt. Argumẽtũ vero a ptibꝰ/ideſt a generis partibus q ſpecies nuncupanť.Iuſtitia enim fortitudo/modeſtia/& prudẽtia:virtutis ſpecies ſunt.Item ab ijs partibꝰ quæ integri partes eſſe dicũtur fit quæſtio:an ſit vtilis medicina.hęc in accidentis dubitatione conſtituta eſt.Dicimus igitur.

| Si depelli morbos ſalutẽq; ſeruari mederiq; vulneribꝰ vtile ẽ:vtiſ medicia ẽ.
| At depelli morbos/ſalutemq; ſeruari:mederiq; vulneribꝰ/vtile ẽ.
| Vtilis igitur medicina eſt.

¶Sępe aũt& vna q̃libet ps valet/vt argumentationis firmitas cõſtet hoc modo.vt ſi de aliquo dubiteť/an ſit liber factꝰ:ſi eũ vel ſenſu/vel teſtimonio vel vindicta manumiſſũ eſſe mõſtremꝰ:liber factus oſtẽſus eſt/atq; hę ptes erãt dandæ libertatis.Vel rurſus ſi dubitetur an ſit domus:qđ eminus/proſpicitur.dicemus quoniam non eſt.Nã vel tectum/vel parietes/vel fundamẽta ei deſunt:ab vna rurſus parte factum eſt argumentũ. ¶Licet autem in ſubſtantijs non ſolum:verum etiam in modo/temporibus/quãtitatibus/in loco totũ parteſq; reſpicere.Id enim quod dicimus ſemper in tempore/totum eſt.id quod dicimus aliquando:in tempore pars eſt.rurſus ſi ſimpliciter aliquid ꝓponamus:in modo totum eſt.ſi cũ adiectione aliqua pars ſit:in modo.Item ſi omnia dicimus:in quãtitate totum dicimus.ſi vero aliquid quantitatis excerpſimus:quantitatis ponimus partem.Eodem modo & i loco qđ vbiq; eſt/totũ eſt:quod alicubi/pars.Horum autem omnium hæc cõſequenter dentur exempla:a toto ad partem ſecundum tempus.Si deus ſemper eſt/& nunc eſt:a parte ad totum ſecundũ modum.ſi anima aliquo modo mouetur:& ſimpliciter mouet.mouetur autem cum iraſcitur:vniuerſaliter igitur & ſimpliciter mouetur. Rurſum autem a toto ad partes in quãtitate.ſi verus eſt Apollo in omnibus vates:verum erit Pirrhũ Rhomanoꝰ ſuperare.Rurſus in loco.ſi deus vbiq; eſt:& hic eſt. ¶Sequitur igitur locus qui nuncupatur a cauſis. ſunt vero plures cauſę/ideſt quæ principium motus pręſtant atq; efficiunt:vel ſpecierum formas ſubiectę ſuſcipiunt/vel propter eas aliquid fit/vel quæ cuiuſlibet forma eſt.Argumentum igitur ab efficiente cauſa.vt ſi quis iuſtitiam naturalem eſſe velit oſtendere/dicat.

| Congregatio hominum/naturalis eſt.
| Iuſtitiam vero fecit congregatio hominum.
| Iuſtitia igitur naturalis eſt.

¶Quæſtio de accidenti.maxima propoſitio. quorum efficiẽtes cauſę ſunt naturales:ipſa quoq; ſunt naturalia.locus ab efficientibus cauſis.qđ enim cauſa vniuſcuiuſq; id efficit eam rem/cuius cauſa eſt.Rurſus ſi quis Mauros non habere arma contendat:dicet iccirco armis minime eos vti/q; ferrũ deeſt illis.maxima ꝓpoſitio.vbi materia deeſt:& qđ ex materia efficitur deſit.locus a materia.Vtrumq; vero ab efficientibus/& a materia:vno nomine a cauſa nuncupatur.ęque enĩ id qđ efficit/atq; id qđ operantis actũ ſuſcipit:eius rei quæ efficitur cauſæ ſunt.Rurſus a fine ſit ꝓpoſitum ſic.an iuſtitia bona ſit:fiet argumentatio talis.ſi beatum eſſe/bonum eſt:& iuſtitia bona eſt.hic enim eſt iuſtitiæ finis:vt ſi quis ſecundum iuſtitiã viuat/ad beatitudinem perducatur.maxima ꝓpoſitio.cuiꝰ finis bonus eſt:ipſum quoq; bonum eſt.locꝰ a fine.Ab eo vero qđ cuiuſlibet forma eſt ita.nõ potuiſſe volare Dedalum:quoniam nullas naturali forma pennas habuiſſet. maxima propoſitio. tantum quemq; poſſe:q̃tũ forma naturalis ſua permiſit.locus a forma. ¶Ab effectibus vero/& corruptionibus/& vſibus hoc modo.Nam ſi domus bonum eſt:& conſtructio domus bonum eſt.& ſi bonũ eſt cõſtructio domꝰ:bonum eſt domus.Rurſus ſi deſtructio domus malum eſt:bonum eſt domus.& ſi bona eſt domus:malum eſt deſtructio domus. & ſi bonum equitare eſt:bonus equus eſt.& ſi bonus eſt equus:bonum eſt equitare.Eſt autem primum quidem exemplum a generationibus:quod idem ab effectibus vocari poteſt.Secundum a corruptiõibus.Tertiũ ab vſibus. Omnium autem maximę propoſitiões.cuius effectio bona eſt:ipſum quoq; bonum eſt/& econuerſo.cuius corruptio mala eſt:ipſum quoq; bonum eſt/& econuerſo.& cuius vſus bonꝰ eſt:ipſum quoq; bonum eſt/& econuerſo. ¶A communiter accidẽtibus argumenta fiunt quoties ea ſumuntur accidentia:quæ relinquere ſubiectum vel non poſſunt/vel non ſolent.vt ſi qs hoc modo dicat.Sapientem non penitebit.penitentia enim:malum factum ſequitur.qđ quia in

ſapiente non conuenit: nec penitentia quidem. quęſtio de accidẽte. maxima propoſitio. Cui nõ ineſt aliquid: ei nec illud quod eius eſt conſequens/ ineſſe poteſt. Locus a cõmuniter accidẽtib9. ¶ Expeditis igitur locis ijs qui ab ipſis terminis in quæſtione poſitis aſſumuntur: nunc de ijs dicendum eſt/ qui licet extrinſecus poſiti/ argumenta tamen quęſtionibus ſubminiſtrant. hi vero ſunt: vel ex rei iudicio/ vel ex ſimilibus/ vel ex maiore/ vel a minore/ vel a proportione/ vel ex oppoſitis/ vel ex tranſſumptiõe. Et ille quidem loc9 qui rei iudicũ tenet: eſt huiuſmodi/ vt ſi dicamus id eſſe qđ vel omnes iudicãt vel plures: & hi vel ſapientes/ vel ſecundum vnamquãq; artiũ penitus eruditi. huius exemplum eſt cœlũ eſſe volubile: q̃ ita ſapientes atq; aſtrologi doctiſſimi iudicauerunt. Quæſtio de accidenti maxima ꝓpoſitio. quod omnibus/ vel plurib9/ vel ſapientibus hominibus videtur: ei contradici non oportere. Loc9 a rei iudicio. ¶ A ſimilibus vero hoc modo. ſi dubitetur an hominis ſit propriũ bipedem eſſe: dicimus.

| Similiter ineſt equo quadrupes: vt homini bipes.
| Non eſt autem equo quadrupes proprium.
| Non eſt igitur homini bipes propriũ.

¶ Quæſtio de proprio. maxima propoſitio. ſi qđ ſimiliter ineſt/ non eſt ꝓprium: nec id de quo quęritur/ eſſe ꝓprium poteſt. Locus a ſimilibus. Hic vero in gemina diuiditur hæc enim ſimilitudo aut in qualitate aut in quantitate conſiſtit. ſed in quantitate/ paritas nuncupatur: in qualitate/ ſimilitudo. ¶ Rurſus ab eo qđ eſt magis. ſi quæratur an ſit animalis diffinitio/ qđ ex ſe moueri poſſit: dicimus ſic.

| Magis oportet animalis diffinitionem eſſe: q̃ naturaliter viuat/ q̃ q̃ ex ſe moueri poſſit.
| Nõ eſt aũt diffinitio aialis/ q̃ naturaliter viuat.
| Nec quidẽ igit/ q̃ min9 videt diffinitio eſſe/ q̃ ex ſe moueri poſſit: aialis diffinitio putanda eſt.

¶ Quæſtio de diffinitione. maxima propoſitio. ſi id quod magis videtur ineſſe/ non ineſt: nec id quod minus videbit ineſſe/ inerit. Locus ab eo qđ magis eſt. ¶ A minoribus vero cõuerſo modo. Nam ſi hominis diffinitio eſt/ animal greſſibile bipes/ cũq; videatur minus eſſe diffinitio hominis q̃ aial ratiõale mortale: erit diffinitio hominis aial rationale mortale. q̃ſtio de diffinitione. maxima ꝓpoſitio. ſi id quod minus videtur ineſſe/ ineſt: id qđ magis videbitur ineſſe/ inerit. Multæ autem diuerſitates locorum ſunt/ ab eo quod eſt magis & minus argumenta miniſtrantium: qđ in expoſitione topicorũ Ariſtotelis diligentius perſecuti ſumus. ¶ Item ex proportiõe. vt ſi quæratur: an ſint forte eligendi in ciuitatibus magiſtratus/ dicimus minime. quia nec in naui b9 qđe forte gubernator p̃ficit. eſt enĩ proportio. nã vt ſeſe gubernator habet ad naui. ita magiſtratus ad ciuitatem. Hic autẽ locus diſtat ab eo qui a ſimilibus ducitur. ibi enim vna res: vni cuilibet alij comparatur. In ꝓportione vero non eſt ſimilitudo rerum: ſed quædam habitudinis comparatio. quæſtio de accidenti. maxima propoſitio. qđ in vnaquaq; re euenit: id in eius proportionali euenire neceſſe ẽ. Locus a ꝓportiõe. ¶ Ex oppoſitis vero multiplex eſt locus. quattuor enim ſibimet opponũtur modis. aut enim vt contraria aduerſo ſeſe loco conſtituta reſpiciunt. aut vt priuatio & habitus. aut vt relatio. aut vt affirmatio & negatio. quorũ diſcretiones in eo libro qui de decem prędicamentis ſcriptus eſt/ commemoratę ſunt. ab his hoc modo argumẽta naſcuntur. ¶ A contrarijs. ſi quæratur an ſit virtutis proprium laudari: dicam nõ/ quia nec vicij quidem vituperari. quæſtio de proprio. maxima propoſitio. contraria contrarijs conueniunt. Locus ab oppoſitis/ ideſt ex cõtrario. ¶ Rurſus in quęſtione ſit poſitum/ an proprium ſit oculos habentium videre: dicam non. eos namq; qui vident: alias cęcos eſſe contingit. Nam in quibus eſt habitus: in eiſdem poterit eſſe priuatio. & quod eſt proprium: nõ poteſt a ſubiecto diſcedere. & quoniam veniẽte cęcitate/ viſus abſcedit: non eſſe proprium habentium oculos videre/ conuincitur. quæſtio de proprio. maxima propoſitio. vbi priuatio adeſſe poteſt: habitus proprium non eſt. locus ab oppoſitis ſecundum habitum & priuationem. ¶ Rurſus ſit in quæſtione propoſitum: an patris ſit proprium procreatorem eſſe: dicam recte videri/ quia filij eſt proprium procreatum eſſe. vt enim ſeſe habet pater ad filiũ: ita procreator ad procreatum. quæſtio de proprio. maxia ꝓpoſitio. oppoſitorũ ad ſe relatiuorũ ꝓpria & ipa ad ſe/ referũt. Loc9 a relatiue oppoſitis. ¶ Item ſit in q̃ſtione ꝓpoſitũ: an ſit aialis propriũ moueri. negeẽ/ qa nec inanimati quidẽ eſt ꝓpriũ non moueri. q̃ſtio de proprio. maxia ꝓpoſitio. oppoſitorũ ꝓpria ppoſita eẽ oportet. Loc9 ab oppoſitis ſecundũ affirmationẽ & negationẽ. moueri enim/ & non moueri: ſecundum affirmationem & negationem ſibimet opponuntur. ¶ Ex tranſſumptione vero argumentum hoc modo fit: cum ex ijs terminis in quibus quæſtio cõſtituta eſt/ ad aliud quiddam notius dubitatio tranſfertur/ & ex eius ꝓbatione ea quæ in q̃ſtione ſunt poſita/ cõfirmantur. vt Socrates/ cum qđ poſſet in vnoquoq; iuſtitia quęreret: omnem tractatum ad reipublicæ tranſtulit magnitudinẽ/ atq; ex eo qđ illic efficeret/ in ſingulis etiam valere confirmauit. qui locus a toto fortitan eſſe videt.

Sed quoniã non inhæret iſs de quib⁹ proponitur terminis/ ſed extra poſita res/ hoc tãtum quia notior videtur/ aſſumitur: iccirco ex tranſſumptione locus hic conuenienti vocabulo nuncupatus eſt. Fit vero hæc tranſſumptio & in nomine: quoties ab obſcuro vocabulo ad notius/ argumentatio tranſfertur/ hoc modo. vt ſi quæraſ an philoſophus inuideat ſitq; incognitum/ qđ philoſophi ſignificet nomen: dicimus ad vocabulũ tranſferentes notius/ non inuidere/ quia ſapiens ſit. notius vero eſt ſapiẽtis vocabulum q̃ philoſophi. Ac de iſs quidem locis qui extrinſec⁹ aſſumuntur/ id dictũ eſt: nũc de mediis diſputabitur. ¶ Mediĳ aũt loci ſumũt vel ex caſu/ vel ex cõiugatis/ vel ex diuiſione naſcentes. ¶ Caſus eſt alicuius nominis principalis inflexio in aduerbiũ: vt a iuſtitia inflectitur iuſte. Caſus eſt igitur a iuſtitia: id quod dicimus iuſte. ¶ Cõiugata vero dicuntur/ quæ ab eodem diuerſo modo deducta fluxerunt: vt a iuſtitia/ iuſtũ/ iuſtus. hæc igitur inter ſe/ & cum ipſa iuſtitia coniugata dicuntur: ex quibus omnibus prompta ſunt argumenta. nã ſi id quod iuſte eſt/ bonũ ẽ: & qđ iuſtũ eſt/ bonũ eſt. & ſi q iuſtus eſt/ bonus eſt: & iuſtitia/ bonũ eſt. hęc igitur ſecundum propriĳ noĩs ſimilitudinem conſequũtur. Mediĳ vero loci appellãtur/ quoniam ſi de iuſtitia quæritur/ & a caſu/ vel a coniugatis/ argumenta ducũtur: neq; ab ipſa ſubſtãtia proprie atq; coniuncte/ neq; ab iis quæ ſunt extrinſecus poſita videntur tradi/ ſed ex ipſorũ caſibus/ ideſt quadã ex ipſis leui mutatiõe deductis. Iure igitur iĳ loci mediĳ inter illos qui ab ipſis/ & eos q ſunt extrinſecus collocantur. ¶ Reſtat locus a diuiſiõe qui tractatur hoc modo. Omnis diuiſio: vel negatione fit vel partitione. Negatione fit: vt ſi quis ita pronũciet. omne animal aut habet pedes/ aut nõ habet. Partitione vero: velut ſi quis diuidat. oĩs homo: aut eſt fan⁹/ aut eger. Fit aũt vniuerſa diuiſio: vel generis in ſpecies/ vel totius in partes/ vel vocis in ſignificationes proprias/ vel accidentis in ſubiecta/ vel ſubiecti in accidentia/ vel accidentis in accidẽtia. quorũ oĩm rationem in eo libro diligentius explicui: quem de diuiſione cõpoſui. Atq; iccirco inde ad horũ cognitionem congrua petantur exempla. Fiũt autẽ argumentationes per diuiſionẽ: tum ea ſegregatione quę per negationem fit/ tum ea quę p partitionem. ſed qui iſs diuiſionibus vtuntur: aut directa ratiocinatione contendunt/ aut in aliquod impoſſibile atq; inconueniẽs ducunt/ atq; ita id qđ reliquerant/ rurſus aſſumunt. quæ facilius quiſq; cognoſcet: ſi prioribus analyticis operam dederit. horum tamẽ in preſenti talia præſtabunt exẽpla notitiam. ſit in quæſtiõe propoſitũ/ an vlla origo temporis fuerit. qđ qui negare volet: id nimirum ratiocinatione firmabit nullo modo eſſe ortũ/ idq; directa ratiocinatiõe hoc modo mõſtrabit. tẽp⁹: aut originẽ habet/ aut non. ſed quoniam mundus ęternus eſt (id enĩ paulliſper argumenti gratia cõcedatur) mũdus vero ſine tẽpore eẽ nõ potuit: tẽpus quoq; ęternũ eſt. ſed qđ ęternũ eſt/ caret origine. tẽp⁹ igit originẽ nõ habet. At ſi p ipoſſibilitatẽ idẽ deſideret oſtẽdi: dicet hoc modo. tẽp⁹: aut originẽ habet/ aut nõ. ſed ſi tẽpus habet originẽ: nõ fuit ſẽp. tẽp⁹ aũt habet originẽ. fuit igit/ quãdo nõ fuit tẽp⁹. ſed fuiſſe tempus/ eſt ſignificatio temporis. fuit igitur tempus/ quando non fuit tempus: qđ fieri non poteſt. nõ eſt igitur vllum principiũ tẽporis. poſito namq; vt ab vllo principiũ cæperit: inconueniens quoddam atq; impoſſibile contingit fuiſſe tempus quando non fuerit tempus. redditur itaq; ad alteram partem/ q̃ origine careat. Quæ vero ex negatiõe diuiſio eſt: cum per eam quęlibet argumẽta ſumuntur/ fieri nequit vt vtrumq; ſit quod affirmatione & negatione diuiditur. Itaq; ſublato vno/ alterum manet: poſito altero/ reliquum tollitur. vocaturq; hic a diuiſione locus medius inter eos qui ab ipſo duci ſolent: atq; eos qui extrinſecus aſſumuntur. Cum enĩ quęritur/ an aliqua temporis ſit origo: ſumitur quidem eſſe originem/ & ex ipſo per propriam conſequentiam de re ipſa quæ quæritur/ fit impoſſibilitatis ſyllogiſmus. quo concluſo redditur ad prius: quod verum eſt neceſſe eſſe. Siquidem id quod ei oppoſitum eſt: ad impoſſibile aliquod/ inconueniẽſq; producitur. Itaq; quoniã ex ipſa re/ de qua quæriť/ fieri ſyllogiſmus ſolet: quaſi ab ipſis locus eſt deductus. quoniam vero non in eo permanet/ ſed ad oppoſitum redit: quaſi extrinſecus ſumitur. iccirco hic a diuiſione locus: inter vtrumq; medi⁹ collocatur. ¶ At vero qui ex partitione ſumuntur: duplici fiunt modo. Aliquoties enim quæ diuiduntur: ſimul eſſe poſſunt. vt ſi vocem in ſignificationes diuidamus: omnes ſimul eſſe poſſunt. veluti cũ dicimus amplector: aut actionem ſignificat/ aut paſſionem. ſimul vtrumq; ſignificare poteſt. Aliquoties veluti negationis modo quæ diuiduntur/ ſimul eſſe non poſſunt: vt aut ſanus eſt/ aut eger. fit autem ratiocinatio in priore quidem modo diuiſionis: tum quia omnibus adeſt quod quæritur/ vel non adeſt. tum vero alicui adeſſe vel non adeſſe: quod aliĳs adſit aut minime. Nec in his explicandis diutius laboramus: ſi priores reſolutoriĳ/ vel topica Ariſtotelis diligentis animum lectoris inſtruxerint. Nam ſi quæratur vtrum canis ſubſtantia ſit/ atq; hanc diuiſionem faciat collocutor/ canis/ vel latrabilis animalis vel marinę beluę/ vel cęleſtis ſyderis nomẽ eſt/ demonſtręq; per ſingula & canem latrabilem ſubſtantiam eſſe/ marinã quoq; beluam/ & ſyd⁹ ſubſtan-

tiæ/ poſſe ſupponi: monſtrauit canem ſubſtantiam eſſe. Atq; hic quidem ex ipſis in quæſtione ꝓpoſitis videbitur argumẽta traxiſſe. At in talibus ſyllogiſmis (aut ſanus eſt/ aut eger. ſed ſanus eſt: non igitur eſt eger. ſed ſanus non eſt: eger igitur eſt. vel ita. ſed eger eſt: ſanus igitur nõ eſt. vel ita. ſed eger non eſt: ſanus igit eſt) ab ijs quę ſunt extrinſecus ſumptus eſt ſyllogiſmus/ ideſt ab oppoſitis. iccirco ergo totus hic a diuiſiõe locus/ inter vtroſq; medius eſſe perhibeẽ: qui in negatione ſit conſtitutus/ aliquo modo quidem ex ipſis ſumitur/ aliquo modo vero ab exterioribꝰ venit. Si vero a partitione ducantur argumenta: nunc quidem ab ipſis/ nunc vero ab exterioribus copiam præſtant. ¶ Et greci quidem Themiſtij diligentiſſimi ſcriptoris ac lucidi/ & omnia ad facilitatem intelligentiæ reuocantis: talis locorum videtur eẽ partitio. quæ cum ita ſint: breuiter michi locorum diuiſio commemoranda eſt/ vt nichil pręter eam monſtretur eſſe relictum/ quod non ſitra eam probetur incluſum. De quo enim in qualibet quæſtione dubitatur: id ita fit manifeſtabitur argumentis/ vt ea vel ex ipſis ſumantur q̃ ī q̃ſtione ſunt conſtituta/ vel extrinſecus ducanꝫ/ vel quaſi in confinio horũ poſita veſtigentur. At ꝑter hãc diffinitionẽ nichil extra inueniri poteſt. ſed ſi ab ipſis ſumitur argumẽtũ: aut ab ipſorũ neceſſe eſt ſubſtantia ſumatur/ aut ab ijs quæ eam conſequuntur. aut ab ijs quæ inſeparabiliter accidũt/ vel ijs adhęrent/ & ab eorum ſubſtantia ſeparari ſeiungiq; non poſſunt/ vel non ſolent. quæcunq; vero ab eorũ ſubſtantia ducuntur: ea aut in deſcriptione/ aut in diffinitione ſunt. & pręter hæc a nominis interprætatione. Quę vero ea velut ſubſtantiam continentia conſequuntur: talia ſunt vt vel generis/ vel differẽtię/ vel integri/ vel ſpecierum/ vel partium loco circa ea quę inquiruntur/ aſſiſtant. Item vel cauſæ vel efficientis/ vel materiæ/ vel formę/ vel finis/ vel effectus/ vel corruptionis/ vel vſus/ vel quãtitatis/ vel temporis/ vel modi. Quod vero propriũ inſeparabile/ vel adhęrens accidens nũcupatur: id in communiter accidentibus numerabitur. & pręter hęc quidẽ: aliud quod cuiq; ineſſe poſſit non poteſt inueniri. Quibus ita poſitis inſpiciamus eos locos: nunc quos dudum extrinſecꝰ pronunciabamus aſſumi. ea enim quæ extrinſecus aſſumuntur: non ſunt ita ſeparata atq; diſiuncta/ vt non aliquo modo quaſi ex regione quadam ea quę quęruntur/ aſpiciant. Nam & ſimilitudines & oppoſita ad ea ſine dubio referuntur: quibꝰ ſimilia vel oppoſita ſunt/ licet iure atq; ordine videantur extrinſecus collocata. Sunt autem hæc: ſimilitudo/ oppoſitio/ maius/ minus/ rei iudicium. in ſimilitudine enim: tum rei ſimilitudo/ tum proportionis ratio continetur. omnia enim ſimilitudinem tenent. oppoſita vero in contrarijs/ in priuationibus/ in relationibus/ in negationibus conſtãt. Comparatio vero maioris ad minus: quædam quaſi ſimiliũ rerum diſſimilitudo eſt. Rerum enim per ſe ſimilium in quantitate diſcretio: maius ac minus facit. quod enim omni qualitate/ omniq; ratione diuiſum eſt: id nullo modo poterit comparari. Ex rei vero iudicio quę ſunt argumenta quaſi teſtimonium prębent/ & ſunt inartificiales loci/ atq; omnino diſiuncti: nec rem potius q̃ opinionem iudiciumq; ſectantes. Tranſſumptiõis vero locus: nunc quidem in æqualitate/ nunc vero in maioris minorisue comparatione/ conſiſtit. Aut enim ad id quod eſt ſimile/ aut ad id quod maius ac minus: fit argumentorum rationumq; tranſſumptio. ij vero loci/ quos mixtos eſſe prædiximus: aut ex caſibus/ aut ex coniugatis/ aut ex diuiſione naſcũtur. In quibus omnibus conſequentia/ & repugnantia cuſtoditur. Sed ea quidem quæ ex diffinitione/ vel genere/ vel differentia/ vel cauſis argumenta ducuntur: demonſtratiuis maxime ſyllogiſmis vires atq; ordinem ſubminiſtrant. reliqua vero verisimilibus ac dialecticis. Atq; ij loci qui maxime in eorũ ſubſtantia ſunt de quibus in quæſtiõe dubitatur: ad prædicatiuos ac ſimplices. reliq; vero: ad hypotheticos & conditionales reſpiciunt ſyllogiſmos. ¶ Expeditis igitur locis/ & diligenter tam diffinitione/ q̃ exemplorum luce patefactis: dicendum videtur quomodo hi loci maximarum ſint differentiæ propoſitionum/ idq; breuiter. neq; enim longa diſputatione res eget. Omnes enim maximæ propoſitiones/ vel diffinitionem continent/ vel deſcriptionem/ vel nominis interprætationem/ vel totum/ vel genus/ vel partes/ vel ſpecies/ vel cætera/ quibus differunt inter ſe maximæ propoſitiones. Nam in eo quod ſunt maximę/ non differunt: ſed in eo q; hæc a diffinitione quidem/ illa vero a genere. aliæ vero veniunt ab aliis locis/ & his iure differre/ hiq; earum differẽtię eſſe dicuntur. ſed quoniam diuiſio Themiſtij patefacta eſt: nunc ad Marci Tullij diuiſionẽ trãſeamus.

¶ SECVNDI LIBRI DE DIFFERENTIIS TOPICIS
FINIS

.III.

¶SEVERINI BOETII DE DIFFERENTIIS TOPICIS. LIBER TERTIVS.



Vod locorum differentias multipliciter varieq; tractamus: nichil mirum diligentibus ingenijs videri debet/ cum manifestum sit vnamquamq; rem multis sæpe differentijs/ atq; in varias diuisionis figuras posse partiri. Nam quia singulas res non vna/ sed plures sæpe differentię comprehendunt: necesse est/ vt secundum differētiarum varietatem fiat etiam diuersitas diuisionū. vt & numeri nunc eas colligimus differētias: q; alij pares/ alij vero impares. nunc vero q; alij primi/ atq; icōpositi: alij secundi/ atq; compositi. Triangulorum etiā multis modis fieri partitionem geometricæ disciplinæ tenor ostendit. Iam tamen in omnibus prouidendum est/ vt nichil extra in qualibet diuisionis forma relinquatur/ nichil vltra superfluum ac præter quod necesse ē/ aggregetur. qua in re quid mirum videri debet: si cum antea secundum Themistium locorum differētias dederimus: nunc diuersas secundum Marcū Tullium depromamus. Cuius proposita breuiter partitione/ atq; exemplis conuenientibus expedita: tum demum quo differat/ vel quo cōgruat superius digestæ diuisioni/ quomodo & altera cōcludat alteram/ commemorabo. Nam cum Marcus Tullius omnem logicam facultatem/ quam rationem diligentem differendi dixit/ duas habere partes proposuerit/ vnam inueniendi/ alterā iudicandi/ & cum locos esse diffinierit argumēti sedes a quibus scilicet argumenta promuntur/ argumentum etiam ratione/ quæ rei dubiæ faciat fidem: diuisionem locorum omnium hoc modo fecit. ex ijs inquit locis/ ī quibus argumenta inclusa sunt: alij in ipso hærent de quo agitur/ alij assumuntur extrinsecus. Duas igitur locorum species fecit. alios enim in ipsis quæstionum terminis hærere proposuit: alios extrinsecus assumi. atq; eos quidem qui in ipsis hærent de quibus quæritur/ tali diuisione partitur. in ipso inquit: tum ex toto/ tum ex partibus eius/ tum ex nota/ tum ex ijs rebus quæ quodam modo affectæ sunt ad id de quo quęritur. Extrinsecus autem ea dicuntur quę absunt longeq; disiuncta sunt/ post hęc eum locum qui ab effectis ducitur. in conuenientia membra partitus est. hoc modo. Alia enī (inquit) sunt cōiugata: alia ex genere/ alia ex forma/ alia ex similitudine/ alia ex differēria/ alia ex cōtrario/ alia ex cōiūctis/ alia ex antecedentibus/ alia ex consequētib9/ alia ex repugnātib9/ alia ex causis/ alia ex effectis/ alia ex cōparatione maiorum aut minorum aut parium. quorum quidem omnium & natura breuiter attingēda est/ extra ponenda. Eorum igitur locorum qui in ipso de quo agitur/ hęrēt: primum: esse dixit a toto. ¶ Totum vniuscuiusq; rei in diffinitione constat. omnis enim diffinitio/ rei quā diffinit adæquatur. q; si vnaquæq; res tota est (nichil enim integrum esse: nisi totum potest) diffinitionem quoq; totum esse necesse ē: ideſt quæ totam rei/ quam diffinit/ substātiam claudit. ¶ Diffinitio vero est oratio: quæ vniuscuiusq; rei quidē esse designat. ab hac ita ducitur argumētum. vt si sit quęstio: an arbores sint animalia/ dicam.

Animal est substātia animata sensibilis.
At arbor non est substantia animata sensibilis.
Non sunt igitur arbores animalia.

¶ Quæstio de genere. maxima propositio. vnde diffinitio abest: inde tum claudam.

illud quoq; abesse/ quod diffuntur. locus a diffinitione. ¶ Partes non sunt: quarum conuentu efficitur totum. partes etiam vocātur/ quæ diuidunt totum. hę autem species/ vel formę nuncupari solent. a quibus hoc modo sumitur argumentum. Ab ijs quidem partibus quarum coniunctione cōponitur totū/ hoc modo. vt si sit dubitatio/ an anima sit corporea: partiemur animam velut his trib9 partibus/ q; vel vegetabilem vim/ vel sensibilē/ vel intelligibilem præstet. at neq; ipsum vegetare/ neq; sentire/ neq; itelligere: corporale est. Cumq; nulla pars sit corporalis animę: omnino anima corporalis non esse mōstrata est. Quęstio de genere ideſt an anima corpori subiiciatur vt generi. maxima propositio. a quibus partes absunt: totum quoq; abesse. locus a partibus totum coniungentibus. Item ab ijs partibus quæ totum diuidunt hoc modo. Sit in quæstione an anima secundum locum moueatur. dicā motus secundum locum tres species sunt: crementum/ diminutio/ permutatio. anima vero neq; augetur/ neq; minuitur/ neq; ab alio loco trā sit ad aliū. non igitur mouetur. quæstio de accidenti. maxima propositio eadem quę superius. locus a partibus totum diuidentibus. ¶ A nota vero argumentum est: quoties ab interpretatiōe

nominis/ rei dubiæ fides quęritur hoc modo.vt ſi dubitetur an philoſophia ſit bonū:dicemus.

Philoſophia eſt amor ſapientiæ.
At id bonum eſt.
Philoſophia igitur bonum eſt.

¶Hic igitur rem nō diffinimus: ſed nomē diffinitione prodimus.quæſtio de genere. maxima propoſitio. nominis interpretationem rem declarare.locus a notatione. ¶Coniugata ſunt/ quæ ab eodem nomine flectūtur: vt a iuſtitia/ iuſtum/ iuſte. Ab his ita capitur argumentum.vt ſi quæratur/ an ridere gaudere ſit/ dicemus/ ſi riſus gaudium eſt/ & ridere gaudere eſt.quæſtio de accidenti.maxima propoſitio.cō iugatorum eādem eſſe naturam.locus a coniugatis. ¶Genus eſt quod de pluribus ſpecie differentibus/ in eo qđ quid ſit/ prędicatur. Ab hoc ita ducitur argumentum vt ſi quęratur/ vtrum anima numerus ſit ſeipſum mouens/ vt Xenocrati placuit:dicemus.


Anima ſubſtantia eſt.
Numerus vero ſubſtantia non eſt.
Igitur anima numerus non eſt.

¶Quęſtio de diffinitione.locus a genere. maxima propoſitio .quorum diuerſa ſunt genera:ipſa quoq; ſunt diuerſa. ¶Forma eſt quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid ſit prædicatur . Ab hac fit argumentum hoc modo. vt ſi quæratur an color in ſubiecto ſit:id approbabimus eo quoniam album vel nigrum in ſubiecto ſunt/ a ſpecie ſcilicet ad genus deducentes . quæſtio de genere . Nam in ſubiecto eſſe vel non eſſe:accidens vel ſubſtātiam ſignificat/ quæ ſunt prima rerum genera.maxima propoſitio.in formis ſpectari generum proprietatem.locus a forma. ¶Similitudo eſt rerū differentium eadem qualitas.Ab hac ita fieri argumentum videtur.vt ſi quęratur/ ſorte/ an electionerectores ciuitatibus dandi ſunt/ negetur/ quoniam necin naui quidem ſorte:ſed electione peritus rector eligitur.ſimilis eſt nauis quidem ciuitati: gubernator autem magiſtratui. quæſtio de accidenti.locus a ſimili.Maxima propoſitio.de ſimilibus idem eſt iudicium . ¶Itē a differētia.vt ſi quęratur:an idem ſit rex/ quod tyrannus/ dicemus minime.Namq; in rege eſt pietas/ iuſtitia/ manſuetudo:in tyranno cuncta diuerſa ſunt.quæſtio de diffinitione.locus a differentia. Maxima propoſitio.differentium rerum non idem eſſe iudicium. ¶Contraria vero quæ Cicero appellat:quattuor diuiduntur modis.aut enim aduerſa ſunt/ vt album nigrum.aut priuantia vt iuſtitia/ iniuſtitia.aut relatiua:vt dominus/ ſeruus.aut negatiua:vt videre/ & non videre. ab his omnibus ita argumenta ducuntur.ab aduerſis:ſi bona eſt ſanitas/ mala eſt egritudo . a priuātibus:ſi iuſtitiam fugimus/ ſequamur iuſtitiam.a relatiuis quidem:quiſquis pater vult eſſe/ habeat filium.a negantibus: non me accuſas feciſſe/ quod me non feciſſe defendis.quęſtiones de accidentibus. Maxima propoſitio.in aduerſis/ priuantibus/ & negantibus:cōtraria ſibi conuenire non poſſe.In relatiuis abſq; ſe:relatiua eſſe non poſſunt. Locus a contrarijs:quæ melius oppoſita vocarentur. ¶Adiuncta ſunt quæ finitimum tenent locum/ ita vt temporibus quidem tum antecedant/ vt amorem congreſſio:tum rei cui adiuncta ſunt hæreant / vt ambulationi pedum ſtrepitus/ tum cōſequantur/ vt atrox facinus/ mentis trepidatio.neq; hæc neceſſaria ſunt/ ſed frequenter eueniunt.Nam neq; qui congreſſus eſt:modis omnibus amauit.& qui congreſſus non eſt:vno ſemel aſpectu in amorem incidit.& ambulante quo/ poteſt non eſſe ſtrepitus pedum/ & non ambulante/ pedes ſtrepere:ſi conſiſtens vno eodēq; loco pedes moueat . et trepidareq;/ cū nichil atrox fecerit:& non trepidare qui fecerit.ab his ducetur argumētum/ vel cum amare aliquem ſuſpicamur/ quia fuerit ante congreſſus . vel ambulaſſe aliquem in locum / cum pedum ſtrepitus fuit auditus.vel atrox facinus commiſiſſe: quem trepidare videamus.atq; in his quęſtiones de accidentibus .locus ab adiunctis.maxima propoſitio.ex adiunctis adiuncta perpendi. ¶Antecedentia vero ſunt:quibus poſitis ſtati neceſſe eſt aliud conſequatur. velut cum dicimus ſi homo eſt/ animal eſt. Neq; in his temporum ratio / nec rerum neceſſitas varia eſt:ſed ſtatim vt dictum fuerit id quod antecedit / comitatur id quod eſt conſequens . Hic vero locus totus in conditione eſt conſtitutus. poſita enim conditione / ſi ſit antecedens: eſſe neceſſe eſt/ qđ conſequitur hoc modo. Si peperit:cum viro concubuit.antecedens eſt peperiſſe:cum viro cōcubuiſſe cōſequēs.nā neq; illud quęrit/ qd priꝰ tēpore ſit/ qd poſteriꝰ:& ſępe ita variant/ vt id quod poſterius eſt tempore/ antecedens eſſe videatur in propoſitione. vt peperiſſe poſterius eſt/ q cōcubuiſſe:tamen ſi peperit/ modis omnibus cum viro concubuit.& hoc præcedente/ & prius poſito: neceſſe eſt illud intelligatur.aliquoties vero ſimul ſunt vt ſi ſol ortus eſt:dies eſt . aliquoties quod præcedit/ prius eſt:poſterius vero/ quod cōſequitur.vt ſi arrogans eſt:odioſus eſt.ex arrogantia enim quiſq; fit odioſus . ex antecedenti igitur argumentum ſumimus:ſi peperit/ cum viro concubuit . ſumo quod antecedit.at peperit.concludo quod ſequitur. cum viro igit cōcubuit.a cōſequētibꝰ ita ſumo qđ cōſequit.at nō cōcubuit cū viro:cōcludo qđ antecedit/ nō igitur

peperit. Quæstio est de accidēti. locus ab antecedētibus & consequētibus. maximę prpositiones/ posito antedenti/ comitari id quod consequitur. peremptο consequenti/ perimi quod antecedit. ¶ Repugnantia vero sunt contrariorum consequentia. vt vigilare/ dormire contraria sunt: ſtertere dormientibus adiunctum est. ſtertere igitur ac vigilare: repugnātia sunt. ab his ita fit argumentum. Tu ne eum vigilare dicis: qui ſtertat? q̄stio de accidenti. argumentū a repugnātib⁹. maxima propositio. repugnantia sibi conuenire non posse. ¶ Causa est efficiens/ quæ quamlibet rē efficit/ prȩcedens non semper tempore sed proprietate naturæ. vt sol diem. ab hac ita sumimus argumentum. Cur esse dubites diem: cum solem in cȩlo esse aspicias? quæstio de accidenti. nam diem esse: accidit aeri/ idest esse per solem lucidum. argumentum ab efficientibus causis. maxima propositio. vbi causa est: effectum hinc abesse nō posse. ¶ Effectum est. quod efficit causa ab hoc ita sumitur argumentum. An tu dubitas amasse: quam rapuit? quæstio de accidēti. argumētum ab effectis. maxima propositio. vbi effectum est: causam abesse non posse: veluti non abfuit amor: qui fuit causa cur rapuerit? quod est effectum. ¶ Comparatio vero maioris est: quoties id qđ minus est/ maiori comparatur. ab hoc loco sumitur ita argumentum. si is qui patriam bello persecutus est/ tandem veniam meruit a ciuibus: cur non is quoq; mereatur/ qui ob seditionem motam actus est in exilium? quæstio de accidenti. argumētū a comparatione maioris. maxima propositio. qđ in re maiore valet: valeat in minore. ¶ Minoris est cōparatio: quoties maior res confertur minori. Atq; ex ea capitur argumentum hoc modo. Si C. Gracchum/ mediocriter labefactantem statum rei publicę/ Scipio priuatus interfecit: cur non Catilinam orbem terræ cede/ atq; incendio vastare cupientem: consules persequuntur? quæstio de accidenti. argumentū a comparatione minoris. maxima propositio. quod in re minore valet: valeat in maiore. ¶ Paria sunt/ quę eiusdem quantitatis sunt. & semp paritas: similitudo est quātitatis. ab hoc ita fit argumentum. Si Demosthenem quis laudare desideret: cur vituperet Tullium? quæstio de accidēti. argumentum a comparatiōe parium. maxima propositio. parium idem esse iudicium. ¶ Restat is locus quem extrinsecus dixit assumi. hic iudicio nititur & auctoritate: & totus probabilis est/ nichil continēs necessarium. Probabile autem est quod videtur vel omnibus/ vel pluribus/ vel doctis/ vel sapientibus/ & inter hos famosis atq; prȩstātibus: vel ijs qui secundum vnamquamq; artem/ peritiam consecuti sunt. vt medico/ i medicina: geometrę/ in geometria. ab hoc loco tale est argumētum/ veluti si dicā. difficile est cum Carthaginensibus bellum gerere: quoniam id P. Scipio Cornelius Africanus dixit/ qui sępe fuerat expertus. Hic vero locus extrinsecus dicitur constitutus: quoniam non de ijs qui prædicati vel subiecti sunt termini sumitur/ sed ab extrinsecus posito iudicio venit. hic etiam inartificialis/ & artis expers vocatur: quoniam nō sibi hinc ipse conficit argumentum orator/ sed præparatis positisq; vtitur testimonijs. ¶ Expeditis igitur Marci Tullij differentijs/ quibus ipse a se maximas propositiones/ quas locos esse diximus/ separauit: pertractanda breuiter michi videtur superius digesta partitio/ vt ea quæ similia videtur/ a semetipsis ratione cōgrua segregentur. similis enim videtur locus a toto: et qui est a nota. vterq; enim in diffinitione est cōstitutus. Nam interprætatio nominis: quędam ipsi⁹ nominis diffinitio est. sed illa eorum maxima est differentia/ quia locus a toto rem diffinit: a nota vero rem non diffinit/ sed nomen interprætatur. Diuersa vero sunt/ res ac nomen. hoc enim significat: illud vero significatur. ¶ Item locus a partium enumeratione: consimilis videtur esse ei qui est a forma. Nā & forma pars est: & qui genus diuidit/ enumerat partes. neq; enim aliter fieri ex forma argumentum potest: nisi diuidatur a genere. sumi enim omnino forma nō potest: nisi per diuisionem. sed hic quoq; multa est differentia. nam partium enumeratio necesse est/ vt diuidat totas partes/ easq; vniuersas ad fidem argumētationis assumat/ siue illę partes/ siue species sint: vt genus quidem speciebus/ totum vero partibus approbetur. In forma vero sufficit ad demonstrandū quod de genere dicitur: vna quęlibet. ¶ Item locus a contrario/ & repugnantibus videt esse consimilis: sed habet differentiā/ qa cōtraria primis sibimet frontib⁹ opponūt/ repugnantia vero per cōiūctionē contrariorū sibi probant aduersa. vt dormire ac vigilare: statim sibi cōtraria sunt. ſtertere vero: repugnat vigilatiōi/ iccirco qa somno cōiūgit. ¶ Adiuncta vero antecedentia/ & consequentia quasi finitima sunt. Sed diſtant/ quoniā in adiunctis/ nulla est necessitas: in antecedentibus vero & cōsequentibus/ maxima. in adiūctis vero tēpora nimiū valēt. Nā qđ adiūctum est: id prȩcedere rem solet/ vel cum ea vno eodemq; tēpore esse/ vel subsequi posterius. At in antecedētibus nichil horum est: sed nō habita temporis ratione mox vt fuerit antecedens/ consequens esse necesse est. & si consequens non fuerit: antecedens necesse est interire. ¶ Ac de Marci Tullij locis sufficiēter dictū est: nunc ad Themistij diuisionem redeam⁹. & quo modo superius partitiones digestæ sibi consentire possint: breuiter explicemus. ac primum quia


dem totius partitionis differentias colligamus communiter. Superior autem diuiſio Themiſtij docuit alios eſſe locos/ qui in ipſis terminis de qbus quęritur inſunt: alios qui extrinſecus aſſumũtur, alios qui inter vtroſq; verſantur, vt hic trina intelligatur diuiſio. At Marci Tullij diuiſio locos bifariam oſtendit, alios enim in eo ipſo/ de quo agitur/ hęrere proponit: alios extrinſecus aſſumi. Hic igitur omnes eos locos/ quos medios Themiſtius propoſuit: ijs applicauit atq; comũxit/ qui ſunt in ipſis de quibus agitur terminis conſtituti, & communiter quidem talis diuiſionũ differentia eſt: quæ clarius apparebit/ ſi ſingula perſequamur. ¶ Eos igitur locos qui poſiti ſunt in terminis/ de quibus in quæſtione dubitatur: priore partitione Themiſtius/ tũ in ſubſtantia poſuit/ tum in ſubſtantiæ conſequentia. In ſubſtantia ſunt diffinitio/ deſcriptio/ nominis interprætatio. Subſtantiæ vero conſequentia ſunt: genus/ totum/ pars/ ſpecies/ cauſa/ efficiens/ materia/ forma/ effectum/ corruptio/ finis/ vſus/ communiter accidentia. Eos vero qui extrinſecus aſſumũtur: tum in iudicio/ tum in ſimilitudine/ tum in quantitatis comparatione/ tum in oppoſitione/ tum in proportione/ tum in tranſſumptione ſeparauit. Quos vero inter vtroſq; poſuit: hos in caſibus/ & coniugatis/ & diuiſione cõſtituit. Sed Marcus Tullius eos qui in ipſo ſunt/ de quo quęritur: tum ex toto/ tum ex partibus eius/ tum ex nota/ tum ex ijs rebus quę quodam modo affectę ſunt ad id de quo quæritur/ poſuit. ipſa vero quæ affecta ſunt: multifaria diuiſione partitus eſt. Iudicium vero extrinſecus ſegregauit. pluresq; partes eorum quæ in diuiſione Themiſtij poſita ſunt ſubſtantiæ conſequentia/ itemq; locos medios: inter affecta numerauit. In tam vero varia diuiſione: neceſſe eſt vt vtræq; ſibi non eadẽ pte cõueniãt. Id vero in cũctis multipliciter diuiſis: fieri poteſt/ velut ſi quis diuidat triangulorum formas ſic. Triangulorum/ aliæ ſunt ęquilateræ formæ/ alię duo tantum latera habentes ęqualia/ aliæ vero totis inęqualibus lateribꝰ iũctę. Rurſus ſit iſta diuiſio/ vt alias dicat aliquis rectum habentes angulum/ quæ ortogonię nuncupantur: alias dicat tribus acutis angulis contineri/ quæ ſunt oxigoniæ/ alias in obtuſum angulũ tendi/ quę ſunt ambligoniæ. Neceſſe eſt igitur/ vt vtræq; ſibi diuerſa partium ratione conueniant. Nam qđ eſt ortogonium: id ſemper vel duobus lateribus æqualibus cõtinetur/ vel tribus inæqualibus. ſed quod non eſt ambligonium: id vel duobus lateribus continetur ęqualibꝰ/ vel tribus inæqualibus. Sed quod eſt exigonium: id vel tribus lateribus ęqualibus/ vel duobꝰ continetur. Rurſus id qđ eſt ęquilaterum: ſemp eſt exigoniũ. id vero qđ duobꝰ lateribus ęqualibus continetur: vel ortogonium/ vel ambligonium/ vel exigonium eſſe poteſt. Quod vero tribꝰ inæqualibus continetur lateribus: vel ortogonium/ vel ambligonium eſſe neceſſe eſt. Secundũ igitur hunc modum cunctam Marci Tullij atq; Themiſtij diuiſionem a principio pariter ordientes: inuicem ſibimet clauſam eſſe monſtremus. in quibus omnibus & exemplorum & intelligentiæ ſuperius expeditæ/ præſens debet eſſe memoria. Diſponamus igitur omnem Themiſtij diuiſionem: & poſt hanc ſubijciatur Tullıana partitio/ vt ea quæ dicenda ſunt/ apertius oculis ſubiecta clareſcant.

¶ Themiſtij diuiſio.



.III.

¶Marci Tullij Diuiſio.



¶Quibus ita deſcriptis nunc quemadmodum Marci Tullij diuiſio Themiſtij partitioni conueniat/ explicemus. cum igitur locum/ quē Cicero dixit a toto: a ſubſtantia Themiſtius eſſe propoſuit/ vterq; enim in diffinitione conſiſtit: ſiue illa ſubſtantialis ſit/ ſiue deſcriptio) a partiū enumeratione locus ex Ciceronis Topicis poſit⁹: idem eſt/ qui in Themiſtij diuiſiōe/ inter medios a diuiſione nominatus eſt. quoties enim aliquid eſſe vel non eſſe monſtrare cōtendimus: ſi fidem a partium enumeratione capiamus/ id ex diuiſione neceſſario faciendū eſt. diuiſio vero: aut formarum proceſſit/ aut partium. Locus quoq; qui ex diuiſione a Themiſtio inter medios collocatus eſt: a Cicerone in generis tractatione ponitur. ait enim Tullius cum de genere loqueret/ hoc modo. commode etiam tractatur hæc argumentatio: quæ ex genere ſumitur/ cum ex toto partes perſequare/ hoc modo. ſi dolus malus eſt/ cum aliud agitur/ & aliud ſimulatur: enumerare licet quibus modis id fiat/ deinde in eorum aliquem id quod arguas/ dolo malo eſſe factum includere. quod genus argumenti imprimis firmum videri ſolet. A notatione Tullij locus is qui Themiſtij eſt a nominis interpretatiōe. A coniugatis communis eſt locus: cum Themiſtius in medios collocauit. A genere Marc⁹ Tullius poſuit: a toto Themiſtius. A forma Cicero: a parte/ ideſt ſpecie Themiſtij. A ſimilitudine cōmunis quidem eſt: niſi q; Marcus Tullius ſub ea proportionem comprehendit. A differentia Tullij: vel a genere/ vel a toto in Themiſtij diuiſione/ vel a parte intelligi poteſt. A genere vel a toto quidem: ſi ſit conſtitutiua differentia de qua ſumitur argumentum. a parte vero: ſi ſit diuiſibilis. A cōtrario idem locus eſt: qui a Themiſtio ab oppoſitis dictus eſt/ & extrinſecus conſtitutus. Ab adiunctis ille eſt: qui in Themiſtij partitione/ a communiter accidentibus dicitur/ inter conſequentia ſubſtantiæ nominatus.
Ab antecedentibus/ & conſequentibus: locus multifariam ſpargitur. Nam & diffinitio & deſcriptio/ & antecedere tem & conſequi poſſunt. itemq; nominis interpretatio/ itē ſpecies antecedit: genus ſequit. cauſa etiā efficiens antecedit: & ſequitur effectus/ materiam vero ſequitur effectus. communiter accidentia quoq; ſi inſeparabilia ſint: neceſſe eſt/ vt conſequantur. Coniugata autem ſeſe vel antecedunt/ vel conſequuntur. itaq; hic locus pluribus mixtus eſt: non tam in rebus ab alijs omnibus q̄ tractatione diuerſus. ipſa enī conditio conſequentiæ: locum alium facit/ cum ipſa conditio conſequentię vel in diffinitione/ vel in deſcriptione/ vel in forma/ vel in cauſa/ vel in cæteris poſita ſit. Repugnantia vero oppoſitis aggregantur: efficientia cauſis efficientibus vel materia. Effecta illi ſunt conſimilia loco/ quem Themiſtius poſuit a fine. nam cauſarum effectus/ finis eſt. A comparatione maioris vel minoris: idem locus eſt qui apud Themiſtiū inter extrinſecos locos ponit/ a maiore/ vel minore/ vel a cōparatione parīū inter eosq; ſimili ducuntur eſſe putandus eſt. dictum eſt enim in quantitate: ſimilitudinem eſſe paritatem. Reſtat locus vtriſq; communis: q extrinſecus collocat⁹ eſt/ quem Cicero/ ſicut Themiſtius a rei iudicio eſſe ꝓpoſuit. & Marci Tullij quidem diuiſio/ ſuperiori Themiſtij partitioni tali modo poterit includi: quod licet in ſubiecta deſcriptione proſpicere.

¶Tulliana diuiſſio.	¶Themiſtij diuiſio.
A toto	A ſubſtantia
A partium enumeratione	A diuiſione
A notatione	A nominis interpretatione
A coniugatis.	A coniugatis
A genere	A genere vel a toto
A forma	A parte vel a ſpecie
A ſimilitudine	A ſimili
A differentia	A toto vel a parte
A contrario	Ab oppoſitis
Ab adiunctis	A cõmuniter accidentibus
Ab antecedentibus vel	A diffinitione vel
A conſequentibus	deſcriptione/ vel interpretatione: vel ſpecie/ vel cauſa/ vel materia/ vel communiter accidentibus vel cõiugatis.
A repugnantibus	Ab oppoſitis
Ab efficientibus	A cauſis
Ab effectis	A fine
A comparatione.	
Vel maiorum	A maiore
Vel minorum	A minore
Vel parium	A ſimilibus.

¶Omnis qdē Marci Tullij ptitio locorum: i Themiſtij diuiſione ſuperioris deſcriptionis formula videtur concluſa. Nūc Themiſtij diuiſio ad Marci Tullij diuiſionē reducenda eſt. Cuius quidem multa pars Ciceroni cõuenit: ſicut prior etiā deſcriptio docet. qđ vero ex Themiſtij ſupereſt diuiſiõe: id ſi ad Tullij partitionis ordinem referatur/ facili cõpendio quēadmodum ad ſeinuicem partitiones reducantur/ oſtenditur. Nā continuę Marci Tullij diuiſioni ex Themiſtij locis: hi ſuperiore deſcriptione conuenerāt. Ciceronis quidem a toto: Themiſtij a ſubſtātia. A partiū enumeratione Ciceronis: a diuiſione Themiſtij. A notatione Ciceronis: ab interpretatione Themiſtij. A cõiugatis vtrorumq; communis. a genere Cicero: a toto Themiſtio. a forma Cicero: a parte/ ideſt ſpecie Themiſtio. a ſimilitudine communis. a differentia Cicero: a toto vel a parte Themiſtio. a contrario Cicero: idem apud Themiſtiū ab oppoſitis. ab adiunctis Cicero: eundem a cõmuniter accidentibus Themiſtio dixit. Ab antecedentibus & conſequentibus/ mixti cum pluribus. a repugnantibus Cicero: idem a Themiſtio ab oppoſitis dicitur. ab efficientibus Cicero: a cauſis Themiſtio. ab effectis Cicero: a fine Themiſtio. a comparatione maioris ac minoris Marco Tullio: iidem ſunt a maiore ac minore Themiſtio. a comparatione partium Cicero: a ſimilibus Themiſtio. ¶ Cum igitur Marci Tullij plena diuiſio aliquibus membris Themiſtianæ diuiſionis aptetur: fieri non poteſt/ vt non mẽbra Themiſtianæ diuiſionis ſtatim ad Tullianæ conuenientia reducantur. quocirca ſi quid reliquum eſt in Themiſtij diuiſiõe/ quod ſuperiori formulę non videatur adſcriptum: plenę Marci Tullij diuiſioni/ ſic poterimus aptare. inuicem igitur diuiſiones alterna reciprocatione coniunctæ ſunt. Reſtant autem ex Themiſtij locis hi: ab vſibꝰ ab effectibus/ & corruptionibus/ & proportione/ & tranſſumptione. quorum quidem ab vſibus/ ſi vſus alicuius rei ſemper effector eſt: ei loco Ciceronis adhibendus eſt/ qui ab efficientibus nũcupatur. Qz ſi ipſe vſus efficitur: ei loco Ciceronis aptādus eſt/ qui ab effectis vocatur. ab effectibus vero: ii quidem efficit aliquid effectus/ ab efficientibus cauſis eſt. ſi vero ipſe effectus plenum aliquid confectumq; demonſtrat: is locus eſt quem ab effectis Tullius dixit. a corruptionibus vero: ab efficientibus dici poteſt. Nam cum omnis generatio efficiat aliquid/ ideſt ſubſtantiam formę: corruptio rurſus ipſa quoq; efficit qddā ideſt ſubſtantiali forma ſpoliat ac priuat/ velut mors facit corporis diſſolutionem. a proportione vero idem eſt: quē Tullius a ſimilibus dixit. nā multorum in multis ſimilitudo eſt proportio. Tranſſumptio vero ſi quidē ad maiora ſit: locus a maiorum comparatione eſt. ſin vero ad minora: locus eſt a minorum comparatione. q; ſi ad paria: locus eſt a parium comparatione. atq; in his omnibus reducēdis: tale ſatis eſt deſcriptionis exemplum.

Themistij		Ciceronis.
Ab vsibus	Si ipse vsus aliquid efficit	A causis.
	Si ipse vsus efficitur.	Ab effectis.
Ab effectibus	Si effectus aliquid efficit.	A causis.
	Si effectus efficitur.	Ab effectis.
A corruptionibus		A causis.
A proportione		A similibus.
A transsumptione	Si sit ad maius	A cõpatiõe maiorũ.
	Si sit ad minus	Minorum.
	Si sit ad par	Parium.

¶LIBRI TERTII DE DIFFERENTIIS TOPICIS FINIS.

¶SEVERINI BOETII DE DIFFERENTIIS TOPICIS LIBER QVARTVS.

AC DE dialecticis quidem locis/quantum propositi operis ratio postulabat: explicuimus. nunc vero de rhetoricis dicendum est quid sint/vel quid a dialecticis discrepare videãtur. Ad cuius plenam disputationem si qs operis titulũ diligens examinator inspiciat: cum de topicis differentijs conscribamus/non id a nobis tantũ expectare debebit/vt locorum inter se dialecticorum/ vel etiam rhetoricorum differentias demus: verum id multo magis vt dialecticos locos a rhetoricis segregemus. qđ nos efficacius aggredi posse arbitramur: si ab ipsa facultatum natura disputandi sumamus exordium. Ostensa enim dialectice/ ac rhetoricæ similitudine ac dissimilitudine: ab ipsarum facultatum necesse est formis/etiam locorũ qui eisdem facultatibus deseruiunt/ cõmunitates discrepantiasq; dicamus. dialectica igitur thesin tantũ cõsiderat. Thesis vero est sine circunstantijs quæstio. rhetorica vero de hypothesibus/ideſt de quęstionibus circunstantiarum multitudine inclusis tractat/& disserit. Circunstantię vero sunt: quis/quid/vbi/quando/quomodo/quibus adminiculis. Rursus dialectica quidem si quando circunstantias/ veluti personã/factũue aliqđ/ad disputationẽ sumit: non principaliter/sed omnem eius vim ad thesin/ de qua disserit/ transfert. Rhetorica vero si thesin assumpserit ad hypothesin trahit. & vtraq; suam materiã quidem tractat: sed alterius quidẽ sumit/vt proniore in sua materia facultate nitatur. Rursus dialectica interrogatione/ac responsione constricta est. Rhetorica rem propositam perpetua oratione decurrit. Item dialectica/perfectis vtitur syllogismis. Rhetorica enthymematum breuitate contenta est. illud etiam differentiam facit: q; Rhetor habet aliũ præter aduersariũ iudicem: qui inter vtroſq; disceptat. Dialectico vero ille fert sententiam: qui aduersarius sedet. ab aduersario enim responsio veluti quędam sententia: subtilitate interrogationis elicitur. Quę cum ita sint: omnis earum differentia vel in materia/vel in vsu vel in fine/est constituta. In materia: quia thesis/atq; hypothesis materia quidem vtriſq; subiecta est. in vsibus: q; hęc interrogatione/illa perpetua oratione disceptat. vel q; hęc integris syllogismis: illa vero enthymematibus gaudet. In fine vero: q; hęc persuadere iudici/illa quod vult ab aduersario/extorquere conatur. quibus ita pręcognitis: paulo posterius & quęstiones rhetoricas quę in constitutionib9 positę sunt/& proprios generis enumerabimus locos. Nunc paulisper michi videtur de tota admodum breuiter facultate tractandum/ magnũ opus atq; difficile. quãta enim sibimet ars Rhetorica cognatione iungatur: non facile considerari potest/vixq; est etiam vt auditu animaduerti queat/ nedum sit facile repertum. De cuius quidem rei traditione: nichil ab antiquis præceptoribus accępimus. de vnoquoq; enim prędicunt nichil: de cõmuni laborantes. quã partem doctrinę vacuã: vt possumus/ aggrediamur. dicemus igitur de genere artis/ & speciebus/& materia/ & partibus/& instrumẽto instrumentiq; partibus/ opere etiam/ officioq; actoris/& fine: post hæc de quęstionibus/ ac de

locis.Quocirca quod *in cõmuni ſpeculandum* eſt:hinc differendi ſumamus exordium. Rhetoricę igitur genus:eſt facultas.Species vero tres:iudiciale/ demonſtratiuũ/ deliberatiuum.& genus quidem id eſſe qđ diximus:patet. Species autem iccirco ſunt/ quas enumerauimus ſuperius:quoniam in his eſt tota facultas.Rhetoricę in iudiciali genere cauſarum integra eſt.Item in demonſtratiuo/ vel deliberatiuo.ſed hęc genera ſunt cauſarum.Omnes enim cauſę:vel ſpeciales/ vel indiuiduę ſub horum trium generum vno cadũt/ vt ſub iudiciali quidẽ ſpeciales vt maieſtatis/ vel repetundarum.ſub deliberatiuo vero cadunt quęcunq; cauſę cõſultationem habẽt: vt ſi ſpecialiter accipias de bello/ vel pace.Eodem modo etiam in demõſtratiuis quęcũq; veniunt in laudem/ aut vituperationem.ſpecialiter quidẽ/ vt laus viri fortis/ indiuiduę vero/ vt laus Scipionis:ſub demõſtratiuo ponũtur.Materia vero huius facultatis eſt omnis res qdẽ ꝓpoſita ad dictionem.Fere autem eſt ciuilis quæſtio.In hanc ſpeciem a Rhetorica venientes quaſi quędam formę capiunt ſibi materiam:& triplici informatam tenẽt figura/ quod poſterius liquebit. vt ciuilis quæſtio/ quę adhuc informis ſecundum ſpecies erat/ fiat accępto fine vnicuiq; ſpecierum Rhetoricę ſubiecta:vt informis adhuc ciuilis quæſtio cũ accęperit ex iudiciali finem iuſti/ fiat ipſa ciuilis quæſtio in iudiciali genere conſtituta.Cum vero ex deliberatiuo ſumpſerit vtile/ vel honeſtum:tunc fiat ipſa ciuilis quæſtio in deliberatiuo cauſarum genere conſtituta.Si vero ex demonſtratione ſumpſerit bonum:tunc fit demonſtratiua ciuilis quæſtio. veniunt autem in materiam ſpecies ex rhetorica:iccirco ꝙ aliter in materia ſua quęlibet facultas non poteſt operari/ q̃ ſi ſuas adhibeat partes. abſentibus enim cunctis partibus ſuis: rhetorica quoq; ipſa eſt abſens.ſed quoniam de ſpeciebus dictum ẽ Rhetoricę/ quoniam ſunt genera cauſarũ:ita ſunt/ vt omnium negociorum quę in ciuili quæſtione conſtituta ſunt accępto fine iuſti/ iudiciale ſit genus.omnium vero quę conſtituta ſunt in ciuili quæſtione/ honeſtum/ vel vtilem finem cœperunt:deliberatiuum ſit genus:omnium quoq; quę in ciuili quæſtione poſita/ finem honeſti tantum/ boniue ſumpſerũt: ſit demonſtratiuum genus.ſed de his hactenus: nũc de partibus Rhetoricę prouidendũ eſt.Partes autẽ Rhetoricę ſunt quinq;:inuentio/ diſpoſitio/ elocutio/ memoratio/ pronunciatio.partes autem vocantur:iccirco/ ꝙ ſi aliquid harum defuerit oratori/ imperfecta facultas eſt.atq; ideo quę vniuerſam formant oratoriam facultatem:ea/ partes facultatis eius dicere ius eſt. ſed hę partes quoniam Rhetoricæ facultatis ſunt: totamq; Rhetoricam facultatem cõponunt:neceſſe igitur eſt/ vt vbi fuerit Rhetorica integra/ ipſę quoq; partes conſequãtur in ꝓprijs ſpeciebus. omnes igitur Rhetoricę ptes:inerũt rhetoricę ſpecieb⁹.quocirca ciuilibus negocijs tractandis adhibentur:quę a prędictis ſpeciebus Rhetoricę informantur.ęque igitur in iudiciali negocio/ & in deliberatiuo/ & in demõſtratiuo: inuentio. diſpoſitio/ elocutio/ memoria/ pronunciatio q; conueniunt.quoniam vero omnis fere facultas inſtrumẽto vtitur ad faciendũ qđ poteſt: erit etiam Rhetoricę facultatis aliquod inſtrumentum.hoc vero eſt oratio: quę partim in ciuili genere verſatur/ partim minimę.De ea autem oratione nũc loquimur:quæ aliquam habet quæſtionem/ vel quę ad finem expediẽdę quæſtionis accõmodatur.ea vero oratio/ quę in ciuili genere verſatur:continue decurrit. Ea vero quę non eſt in ciuilibus cauſis: interrogatione & reſponſione explicatur.ſed prior/ rhetorica:ſecunda/ dialectica nũcupatur.quæ hoc a ſuperiore differt:primum ꝙ illa ciuilis hypotheſin/ hęc theſin conſiderat. dehinc ꝙ hæc interciſa oratione:illa continua peragitur.& ꝙ Rhetorica oratio habet pręter aduerſarium/ iudicem:dialectica vero eodem iudice/ quo aduerſario vtitur.Hęc igitur Rhetorica oratio/ habet partes ſex:procœmium qđ exordium eſt/ narrationem/ petitionem/ confirmationẽ/ reprehẽſionem/ perorationem/ quę ſunt partes inſtrumenti rhetoricæ facultatis. & quoniam rhetorica in omnibus ſuis ſpeciebus ineſt:eiſdem inerunt. Nec potius inerunt: q̃ eiſdem ea quæ peragunt/ adminiſtrabunt.Itaq; etiam in iudiciali genere cauſarum: neceſſarius eſt ordo procœmij & narrationis/ atq; ceterorum.& in demonſtratiuo deliberatiuoq;/ neceſſaria ſunt. ¶Opus autẽ rhetoricę facultatis eſt docere mouereq;/ quod nichilominus eiſdem partibus fere ſex inſtrumẽti/ ideſt oratiõis partibus adminiſtratur.Partes autem rhetoricę:quoniam partes ſunt facultatis/ ipſę quoq; ſunt facultates.quocirca ipſę quoq; orationis partibus/ quaſi inſtrumentis vtẽtur: in partem atq;/ vt his operentur/ eiſdem inerit.Nã in exordijs niſi quinq; ſint prædictę partes rhetoricæ/ vt inueniat/ diſponat//ęloquatur/ meminerit/ pronũciet: nichil agat orator.eodẽ quoq; modo & reliquę fere partes inſtrumenti/ niſi habeãt omnes rhetoricę partes:fruſtra ſunt. ¶Huius autem facultatis effector eſt orator:cuius eſt officium dicere appoſite ad perſuaſionem. Finis autem tum in ipſo/ tum in altero.In ipſo quidem benedixiſſe: ideſt dixiſſe appoſite ad perſuaſionem.In altero vero perſuaſiſſe.neq; enim ſi qua impediunt oratorem/ quominus perſuadeat:officio facto finis non eſt conſecutus.ſed is quidem/ qui officio fuit contiguus/ & cognat⁹: conſequitur/ facto officio.is vero qui extra eſt:ſępe non conſequitur/ neq; tamen rhetoricã ſuo

fine contentam honore vacuauit. hęc quidem ita ſunt mixta: vt Rhetorica inſit ſpeciebus/ ſpecies vero inſint cauſis. Cauſarum vero partes ſtatus eſſe dicũtur: quos etiam alijs nominibus/ tum conſtitutiones/ tum quęſtiones nominare licet. qui quidem diuidũtur ita: vt rerum quoq; natura diuiſa eſt. Sed a principio quęſtionum differẽtias ordiamur: quoniam rhetoricę quęſtiones circunſtantijs inuolutæ ſunt. omnes autem inſcripti alicuius controuerſia verſantur: aut p̃ter ſcriptum ex re ipſa ſumunt contentionis exordium. & iſtæ quidem quęſtiones quę in ſcripto ſunt: quinq; modis fieri poſſunt. Vno quidem: cũ hic ſcriptoris verba defendat/ ille ſententiam. atq; hoc appellatur ſcriptum & voluntas. Alio vero modo: ſi inter ſe leges quadam contrarieta te diſſentiant/ quas cũ ex diuerſa parte defendunt/ faciunt controuerſiã. atq; hic vocatur ſtatus legis contrariæ. Tertio cum ſcriptũ/ de quo contenditur: ſententiã claudit ambiguã. hęc ſuo nomine ambiguitas nuncupatur. Quarto vero cum ex eo/ qđ eſt ſcriptũ/ aliud non ſcriptũ intelligitur: qđ quia per ratiocinationem/ & quandã ſyllogiſmi conſequentiã inueſtigatur/ ratiocinatio/ vel ſyllogiſmus dicitur. Quinto vero q̃ cum ſermo eſt ſcriptus/ cuius non facile vis/ & natura clareſcat/ niſi diffinitione detecta ſit: hic vero dicatur finis vel inſcriptio. quas omnes a ſe differentias: non eſt noſtri operis/ verum rhetorici demonſtrare. hęc enim ſpeculanda doctis nõ rudibus diſcenda proponimus: quãuis de eorum differentia in topicorum cõmentis per tranſitũ diſſeruimus. Earum autẽ conſtitutionũ/ quę præter ſcriptum in ipſarũ rerũ contentione ſunt poſitæ: ita differentia ſegregãtur/ vt rerum quoq; ipſarũ diuerſa eſt natura. In omni enim rhetorica quęſtione dubitatur: an ſit/ quid ſit/ quale ſit/ & præter hęc an iure/ an more poſſit exercere iudicium. ſed ſi factum/ vel res quę intẽditur ab aduerſario negetur: quęſtio eſt vtrum ſit ea quę cõiecturalis conſtitutio nominatur. q̃ ſi factum eſſe conſtiterit/ quid vero ſit id quod factum eſt ignoretur: quoniã vis eius diffinitione monſtranda eſt/ diffinitiua dicitur conſtitutio. ac ſi & eſſe cõſtiterit/ & de re de diffinitione cõueniat/ ſed quale ſit iquiratur: tũc quia cui generi ſubijci debeat/ ambigitur/ generalis qualitas nuncupatur. In hac vero quęſtione & qualitatis & quantitatis: cõparationis ratio verſatur. ſed quoniam de genere quęſtio eſt: ſecũdum generis formam in plura neceſſe eſt hãc conſtitutionem mẽbra diſtribui. omnis igitur quęſtio generalis/ ideſt cũ de genere/ & qualitate/ & quantitate quęritur facti: in duas diſtribuitur partes. Nam aut in præteritum quia de qualitate propoſiti/ aut inpręſens/ aut in futurũ. ſi in præteritum: iuridicialis cõſtitutio nũcupatur. ſi pręſentis vel futuri temporis teneat quęſtionem: negocialis dicitur. Iuridicialis vero/ cuius inquiſitio pręteritum reſpicit: duabus partibus ſegregatur. aut enim in ipſo facto vis defenſionis ineſt/ & abſoluta qualitas nuncupatur: aut extrinſecus aſſumitur/ & aſſumptiua dicitur conſtitutio. ſed hęc in quattuor partes deriuatur. Aut enim conceditur crimẽ/ aut remouetur/ aut refertur/ aut quod eſt vltimum cõparatur. Conceditur crimen: cum nulla introducitur facti defenſio/ ſed venia poſtulatur. Id fieri duobus modis poteſt: ſi deprecęris/ aut purges. Deprecaris: cum nichil excuſationis attuleris. purgas: cum facti culpa his aſcribatur/ quibus obſiſti/ obuiariq; non poſſit. neq; tamen perſonę ſint. id enim in aliam cõſtitutionem cadet. Sunt vero hęc imprudentia: caſus/ atq; neceſſitas. Remouetur vero crimen: cum ab eo/ qui inceſſitur/ trãſfertur in aliũ. ſed remotio criminis duobus modis fieri poteſt: ſi aut cauſa referatur/ aut factum. Cauſa refertur: cũ aliena poteſtate aliquid factũ eſſe cõtenditur. Factum vero: cum alius aut potuiſſe/ aut debuiſſe facere demonſtratur. Atq; hęc in his maxime valent: ſi eius nominis in nos intendatur actio/ q̃ non fecerimus id quod oportuit fieri. Refertur crimen/ cũ iuſte in aliquem facinus commiſſum eſſe contenditur: quoniam is in quem cõmiſſum ſit/ iniurius ſępe fuerit atq; id quod intẽditur/ meruit pati. Comparatio eſt: cum propter meliorem vtiliorẽue/ factum quod aduerſarius arguit cõmiſſum eſſe defenditur. horum vero omnium ſunt propriæ differentiæ: atq; adeo minutiſſimę diuiſiones quas Rhetorum in his docendis explicandiſq; cõſcripti libri diligentius continent/ nos hęc a Marco Tullio ſumpſiſſe ſufficiat. Ad aliud enim tota operis feſtinat intentio: de quibus omnibus hoc modo inſpiciendum eſt. Marcus enim Tullius cauſarum partes conſtitutiones eſſe demonſtrat eo loco quo contra Hermagoram nititur dicens. q̃ ſi generis cauſę non poſſunt recte partes putari/ multominus recte partis cauſę partes putabuntur. Pars autem cauſę: conſtitutio omnis eſt/ partes cauſę conſtitutiones eſſe deſignãs. qua de re multa quęſtio eſt. quomodo enim partes eſſe putabuntur cauſę? Si enim ita partes/ vt ſpecies: quomodo fieri poteſt/ vt in vna cauſa plures conſtitutiones ſint? Nam ſpecies ſibiinuicẽ impermixtę ſunt. At veniunt in cauſam plurimæ conſtitutiones. non ſunt igitur partes cauſarum: velut ſpecies ſtatus. Illud quoq;/ q̃ nulla ſpecies aliam ſibi ſpeciem oppoſitam ad ſubſtantiam iuuat. conſtitutio vero: conſtitutionem cõfirmat ad fidem. nec vero fieri poteſt/ vt ita ſint cauſarum: quaſi totius partes. nullum enim compoſitum: ex vna parte totum/ atq; integrũ eſſe

poteſt. Ac in cauſa conſtitutio vna idonea eſt/ conſtituere cauſam. quid igitur eſt dicendum: præter via rationi. Neq; enim cauſę eius pars dicitur eſſe conſtitutio quę in controuerſiã venit/ & quam ſtatus conſtituit: cum præſertim qui additur ad cauſam ſtatus/ vna iam conſtitutione firmata/ non ſit principalis/ ſed accidentalis. atq; in vno negocio tot veniant controuerſiæ: quot ſunt conſtitutiones. ſed quot controuerſię: tot cauſæ. & licet eas vnum contineat negociũ: cauſæ tamen impermixtę ſibi variantur. vt qui iuuenem de lupanari exeũtem vidit/ paulopoſt de eodem loco vxorem ſuam vidit egreſſam/ accuſat iuuenem adulterij. hic vnum negocĩ: hoc quod vertitur eſt. cauſę autem duæ. vna/ coniecturalis: ſi neget ſe feciſſe. Altera/ diffinitiua: ſi in lupanari concubitum dicat non poſſe adulterium putari. ſed neq; neganti pars eiuſdem cõtrouerſię coniecturalis ſtatus: neq; diffinienti diffinitio. totam enim continet cauſam. cauſam autẽ voco non generaliter/ ſed controuerſiam conſtitutione aliqua formatam. ſunt autem conſtitutiones partes cauſæ generalis hoc modo. Si enim omnis cauſa coniecturalis eſſet/ nec alius ſtatus inueniretur: non eſſet ſtatus coniecturalis cauſę pars/ ſed ipſa cauſa eſſet ſine dubio cõiectura. ſed quoniam partim coniectura/ partim ſine/ partim qualitate/ partim trãſlatione cauſæ omnes tenentur: pars eſt conſtitutio cauſę non eius quã tenendo informat/ ſed eius quam diuidit generalis/ cuius ſcilicet quaſi membrum aliquod abſcindẽs ſuum facit vnumq; cõſtitutio. Sũt igitur partes vt ſpecies/ conſtitutiones cauſæ generalis: nõ eius/ quam vnaquęq; tenens informauerit. quare genus eſt rhetoricæ: facultas. Rhetoricę vero ſpecies tres: iudiciale/ demonſtratiuum/ deliberatiuum. Materia autem/ ciuilis quęſtio: quę dicitur cauſa. partes huius materiæ/ cõſtitutiones. Rhetoricę partes: inuentio/ diſpoſitio/ ęlocutio/ memoria/ pronũciatio/ inſtrumẽtum/ oratio. inſtrumenti partes: exordium/ narratio/ partitio/ confirmatio/ reprehenſio/ peroratio. opus eſt docere & mouere. actor eſt orator. officium benedicere. Finis tum benedixiſſe/ tum perſuadere. eſt vero tota Rhetorica in ſpeciebus. Species vero ita totam materiam informant: vt tamen viciſſim totam ſibi vendicent. quod ex hoc intelligi poteſt: quoniam omnes materiæ partes/ ſingulę/ ſpecies tenent. Nam in iudiciali quattuor conſtitutiones inuenies: & in deliberatiuo/ demonſtratiuoq; eaſdem quattuor inuenire queas. Vnde oſtẽditur/ ſi omnes partes cauſæ generalis quę eſt ciuilis quęſtio/ ſingulæ ſpecies habent/ omnes vero partes/ cauſa ipſa eſt: cauſam/ ideſt ciuilem quęſtionem a ſpeciebus viciſſim vendicari totam eodem modo/ quo vox vno tempore ad plurimorum aures peruenit/ cum ſuis integra partibus ideſt elementis. nã eodem tempore: tota cauſa ad diuerſas ſpecies cum ſuis partibus tranſit. Sed cum ſpecies in materiam venerint/ ideſt in ciuilem quęſtionem/ & eam cum ſuis obtinuerint partibus: inferũt ſecum etiam ipſam Rhetoricam facultatem. Quare etiam rhetoricæ partes in ſingulis conſtitutionibus inerunt. ſed illata materia/ Rhetorica infert ſecum inſtrumentum ſuũ. infert igitur ſecum orationem. & hęc etiam proprias partes. eritq; in conſtitutionibus tractãdis exordium: & cætera. ſed cum inſtrumẽtum venerit in ciuilem quęſtionem: operam quoq; ſuam ſimul infert. Hęc docebit igitur/ ac perſuadebit in omni conſtitutione. ſed hęc per ſe venire non poterũt: niſi ſit/ qui hęc moueat velut artifex/ atq; architectus. Hic autẽ eſt orator/ qui cum ad cauſam acceſſerit: faciat officium ſuum. bene igitur dicet/ & in omni genere cauſarum/ & in omni conſtitutione orator: faciet etiam finem/ tum vt benedixerit in omni conſtitutione/ tum vt perſuaſerit. de ſingulis igitur nunc quidem in cõmune tractauimus. De vnoquoq; vero ſeparatim/ poſt ſi erit ocium commodum differemus. Atq; hęc hactenus: nunc de inuentione tractandum eſt. eteni prius quidem dialecticos dedimus: nunc Rhetoricos promimus locos. quos ex attributis perſonę/ ac negocio venire neceſſe eſt/ perſona eſt quę in iudicium vocatur: cuius dictũ/ factũue reprehenditur. Negocium: factum dictumue perſonæ propter quod in iudicium vocatur. Itaq; in his duobus omnis locorum ratio conſtituta eſt. quę enim habent reprehenſionis occaſionẽ: eadem niſi omnino ad inexcuſabilẽ partẽ vergunt/ defenſionis copiã ſubminiſtrãt. ex eiſdẽ enĩ locis: omnis accuſatio defenſioq; conſiſtit. Si igitur perſona in iudictũ vocatur/ neq; factum dictumue vllum reprehenditur: cauſa eſſe non poterit. Nec vero factum/ dictumue aliquid in iudicium proferri poteſt: ſi perſona non extet. itaq; in his duobus: omnis iudiciorum ratio verſatur in perſona/ atq; negocio. Sed (vt dictum eſt) perſona eſt quę in iudicium vocatur: negocium/ factum dictumue perſonæ/ propter quod reus ſtatuitur. perſona igitur & negocium: ſuggerere argumenta nõ poſſunt. de ipſis enim quęſtio eſt. de quibus autem dubitatur. ea dubitationi facere fidem nequeunt. argumentum vero erat ratio rei dubiæ faciens fidem. faciunt autem negocio fidem ea quę ſunt perſonis/ ac negocijs attributa: ac ſi quando perſona negocio faciat fidẽ. veluti ſi quęratur contra rempublicam ſenſiſſe Catilinam/ quoniam perſona eſt viciorum turpitudine denotata: tunc non in eo q; perſona eſt/ & in iudicium vocatur/ fidem negocio facit/

ſed in eo q̄ ex attributis perſonę quandam ſuſcipit qualitatem. Sed vt rerum ordo clarius colli-
queſcat: de circunſtantijs arbitror eſſe dicendum. Circunſtantię ſunt/ quę conuenientes ſubſtã-
tiam quęſtionis efficiũt. Niſi enim ſit qui fecerit/ & q̄d fecerit/ cauſam q̄ cur fecerit/ locus/ tẽpuſq̄
quo fecerit/ modus etiam facultateſq̄ ſi deſunt: cauſa non ſtabit. Has igitur circunſtãtias in ge-
mina Cicero partitur: vt eam quę eſt quis circunſtantiam/ in attributis perſonæ ponat. reliquas
vero circunſtantias in attributis negocio conſtituat. & primam quidem circunſtantiam eam/ q̄
eſt quis/ quoniam perſonæ attribuit: ſecat in 11 partes. nomen/ vt Verres. naturã/ vt barbarus.
victum/ vt amicus. nobilium ſtudium/ vt geometer. fortunam/ vt diues. caſum/ vt exul. affectio-
nem/ vt amans. habitum/ vt ſapiens. conſiliũ/ vt ergo age chare pater ceruici imponere noſtrę.
facta & orationes/ ea quę extra illud factum/ dictum q̄ ſunt: quod nunc in iudicium deuocatur.
Reliquas vero circunſtantias quę ſunt quid/ cur/ quomodo/ quibus auxilijs/ vbi/ quando: in at-
tributis negocio ponit. quid & cur/ dicens continentia cum ipſo negocio. cur in cauſa conſtitu-
ens. ea enim cauſa eſt vniuſcuiuſq̄ facti/ propter quã factum eſt. Quid vero ſecat in quattuor p-
tes. in ſummam facti: vt parentis occiſio. ex hac maxime locus ſumitur amplificationis. ante fa
ctum: vt concitus gladium rapuit. dum fit/ vehementer percuſſit. poſt factum/ in abdito ſepeli-
uit. quę cum omnia ſint facta/ tamen quoniam ad geſtum negocium/ de quo quęritur/ pertinẽt:
non ſunt facta quę in attributis perſonæ numerata ſunt. illa enim extra negocium/ de quo agi-
tur/ poſita: perſonam informantia/ fidem ei negocio pręſtant/ de quo verſatur intentio. Hęc ve-
ro facta quæ cõtinentia ſunt/ cum ipſo negocio: ad ipſum negocium/ de quo quęritur/ pertinẽt.
Poſtremas vero quattuor circunſtantias/ Cicero ponit in geſtione negocij: quę eſt ſecũda pars
attributorum negocijs. & eam quidem circunſtantiam/ quę eſt quando: diuidit in tẽpus/ vt no-
cte fecit. & in occaſionem/ vt cunctis dormientibus. ea vero circunſtantia quę eſt vbi: locum
dicit/ vt in cubiculo fecit. quomodo vero ex circũſtantijs modum: vt clam fecit. quibus auxilijs
circunſtãtiarum facultatem appellat/ vt cum multo exercitu. quorum quidem locorum/ & ſi ex
circunſtantiarum natura diſcretio data eſt: nos tamen beniuolentius faciemus ſi vberius eorũ
a ſe differentias oſtendamus. Nam cum ex circunſtantijs alia Tullius poſuerit eſſe continentia
cum ipſo negocio/ alia vero in geſtione negocij/ atq̄ in continentibus cum ipſo negocio illum
enumerauit locum/ quem appellauit dum fit: ex ipſa prolationis ſignificatiõe idem videtur eſſe
locus hic dum fit/ ei qui eſt in geſtione negocij. ſed non ita eſt. quia dum fit: illud eſt quod eo tẽ
pore admiſſum eſt/ dum facinus perpetratur/ vt percuſſit. In geſtione vero negocij ea ſunt: quę
ante factum/ & dum fit/ & poſt factum q̄d geſtum eſt/ continent. in omnibus enim tẽpus/ locus/
occaſio/ modus/ facultas inquiritur. Rurſus dum fit: factum eſt/ quo adminiſtratum eſt negoci
um. quę igitur ſunt in geſtione negocij: non ſunt facta/ ſed facto adhęrentia. nullus enim tem-
pus/ occaſionem/ locum/ modum/ facultatem facta eſſe conſenſerit: ſed (vt dictum eſt) quę cui-
libet facto adhęrentia ſunt/ atq̄ id nullo modo relinquũt/ quadam ratione ſubiecta ſunt ipſi q̄d
geſtum eſt negocio. Item ea quę ſunt in geſtione negocij/ ſine ijs quę ſunt continentia cum ip-
ſo negocio eſſe poſſunt. poteſt enim & locus/ & tempus/ & occaſio/ & modus/ & facultas facti cu
iuſlibet intelligi/ etiam ſi nemo faciat: q̄ illo in loco vel tempore/ vel occaſione/ vel modo/ vel
facultate fieri poſſet. itaq̄ ea quę ſunt in geſtione negocij/ ſine ijs quę continentia cum ipſo ne-
gocio/ eſſe poſſunt: illa vero ſine his eſſe nõ poſſunt. factum enim præter locum/ tempus/ occaſi-
onem/ modum/ facultatemq̄ eſſe non poterit. atq̄ hęc ſunt quę in attributis perſonę/ ac nego-
cio conſtant: veluti in dialecticis locis ea quę in ipſis hęrent/ de quibus quęritur. Reliqua vero
quę vel ſunt adiuncta negocio/ vel geſtum negocium conſequuntur: talia ſunt qualia in diale-
cticis locis ea/ quę ſecundum Themiſtium partim rei ſubſtantiam conſequũtur/ partim ſunt ex-
trinſecus/ partim verſantur in mediis. ſecundum Ciceronem vero inter affecta numerata ſunt/
vel extrinſecus poſita. ſunt enim adiuncta negocio/ ipſa etiam quę fidem faciunt quęſtioni: affe-
cta quodam modo ad id/ de quo quęritur/ & reſpicientia negocium/ de quo agitur hoc modo.
Nam circunſtantię ſeptem in attributis perſonæ/ vel negocio numeratę ſunt. hę cum cœperint
comparari/ & quaſi in relationem venire/ ſi quid ad ſe continens referatur/ vel ad id quod con-
tinetur: fit aut ſpecies/ aut genus. at ſi ad id referatur/ q̄d ab eo longiſſime diſtet: contrariũ eſt.
at ſi ad finem ſuum atq̄ exitum referatur: euentus eſt. eodẽ quoq̄ modo ad maiora/ ad minora/
& paria comparãtur. Atq̄ omnino tales loci in ijs/ quę ſunt ad aliquid conſiderantur. nam ma-
ius/ aut minus/ aut ſimile/ aut æque magnum/ aut diſparatum accidunt circunſtantijs: quæ in
attributis negocio/ atq̄ perſonę numeratę ſunt. vt dum ipſę circunſtantię aliis comparantur: fi-
at ex his argumentum dicti/ factiue/ quod in iudicium trahitur. Diſtant autem a ſuperioribus:
q̄ ſuperiores loci vel facta continebant/ vel factis ita adhęrebant/ vt ſeparari non poſſint. vt lo-

cus/ tempus/ & cętera quę geſtum negocium non relinquunt. hęc vero quę ſunt adiũcta negocio: non adhęrent ipſi negocio/ ſed accidunt circunſtantijs/ & tunc demum argumentum præſtant/ cum ad comparationem venerint. Sumuntur vero argumenta non ex contrarietate/ ſed ex cõtrario/ & nõ ex ſimilitudine/ ſed ex ſimili: vt appareat non ex relatione ſumi argumenta/ ſed ex adiunctis negocio. & ea eſſe adiuncta negocio: quę ſunt ad ipſum de quo agitur negocium/ affecta. ¶ Conſecutio vero quę pars quarta eorum quę negocijs attributa ſunt: neq; ipſis ineſt rebus/ neq; rerum ſubſtantiam non relinquit/ neq; ex comparatione reperitur/ ſed rem geſtam vel antecedit/ vel etiam conſequitur. atq; hic totus locus extrinſecus eſt. primum enim in eo quęritur id quod factum eſt: quo nomine appellari conueniat. in quo non de re/ ſed de vocabulo laboratur: qui deinde actores eius facti/ & inuentionis comprobatores/ atq; emuli fuerunt. Id totum ex iudicio/ & quodam teſtimonio extrinſecus poſito ad ſubſidium confluit argumenti. deinde & quę eius rei ſit lex/ cõſuetudo/ actio/ iudicium/ ſententia/ artificiũ. Deinde quęritur/ ſi natura eius euenire vulgo ſoleat: an inſolenter/ & raro. vtrum hominem id ſua authoritate comprobare: an offendere in his conſueuerint/ & cętera/ quę factum aliquod/ ſimiliter cõfeſtim/ aut interuallo ſolent conſequi. quę neceſſe eſt extrinſecus poſita ad opinionem magis tẽ dere: q̃ ad ipſam rerũ naturam. Itaq; in his quattuor licet negocijs attributa diuidere: vt ſint partim continentia cum ipſo negocio/ quę facta eſſe ſuperius dictum eſt/ partim in geſtione negocij/ quę non eſſe facta/ ſed factis adhęrentia dudum monſtrauimus. partim adiuncta negocio. hęc (vt dictum eſt) in relatione ponuntur. partim geſtum negocium conſequũtur. horum fides extrinſecus ſumitur. Ac de rhetoricis quidem locis ſatis dictum eſt: nunc illud eſt explicandum quę ſit his ſimilitudo cũ dialecticis/ quę vero diuerſitas/ quod cum idonee conuenienterq; mõſtrauero/ propoſiti operis explicabitur intentio. Primo adeo vt in dialecticis locis (ſicut Themiſtio placet) alij ſunt qui in ipſis hęrent/ de quibus quęritur: alij aſſumuntur extrinſecus/ alij vero medij inter vtroſq; locati ſunt. ſic in rhetoricis quoq; locis alij in prima/ atq; negocio conſiſtũt/ de quibus ex diuerſa parte certatur: alij vero extrinſecus/ vt ij qui geſtum negocium conſequuntur. alij vero medij. quorum quidem proximi negocio ſunt ij qui ex circũſtantijs/ ſicut reliqui/ in geſtione negocii conſiderantur. Illi vero/ q̃ in adiunctis negocio collocãtur: ipſi quoq; inter medios locos poſiti ſunt/ quoniam negocium/ de quo agitur/ quadã affectione reſpiciunt. vel ſi quis ea quidem quę perſonis attributa ſunt/ vel quę continentia ſunt cum ipſo negocio/ vel quę in geſtione negocii conſiderantur: iis ſimilia locis dicat/ qui ab ipſis in dialectica trahũtur/ de quibus in quæſtione dubitatur. Conſequentia vero negocium ponat extrinſecus: adiuncta vero inter vtrũq; conſtituat. Ciceronis vero diuiſioni hoc modo fiet ſimilis. Nam ea quę cõtinentia ſunt cum ipſo negocio/ vel ea quę in geſtione negocii conſiderantur: in ipſis hęrent de quibus quęritur. ea vero quę iuncta ſunt/ inter affecta ponuntur. ſed ea quæ geſtum negocium conſequuntur: extrinſecus locata ſunt. vel ſi quis ea quidem quę continentia ſunt cum ipſo negocio/ in ipſis hęrere arbitretur: affecta vero eſſe ea quę ſunt in geſtione negocii vel adiũcta negocio. extrinſecus vero ea/ quę geſtum negocium conſequũtur. iam vero ſunt illæ perſpicuę cõmunitates: q̃ quidem ipſi pene in vtriſq; facultatibus verſantur loci/ vt genus/ vt pars/ vt ſimilitudo/ vt contrarium/ vt maius/ ac minus. de cõmunitatibus ſatis dictum eſt. ¶ Differentiæ vero illę ſunt/ q̃ dialectici theſibus apti ſunt. Rhetorici tãtum ad hypotheſes/ ideſt ad quęſtiones informandas circunſtantiis aſſumuntur. nam ſicut ipſę facultates a ſemetipſis vniuerſalitate & particularitate diſtinctæ ſunt: ita etiam eorum loci ambitu & contractione diſcreti ſunt. Nam dialecticorum locorum maior eſt ambitus. & quoniam pręter circunſtantias ſunt/ quę ſingulares faciunt cauſas: non modo ad theſes vtiles ſunt/ verumetiam ad argumenta/ quæ in hypotheſibus poſita ſunt/ eorumq; locos/ qui ex circunſtantiis conſtant/ claudunt atq; ambiunt. itaq; fit: vt ſemper egeat Rhetor dialecticis locis. dialecticus vero ſuis poſſit eſſe cõtentus. Rhetor enim/ quoniam cauſas ex circunſtantiis tractat: ex eiſdem circunſtantiis argumenta præſumet/ quę neceſſe eſt ab vniuerſalibus & ſimplicibus confirmari/ qui ſunt dialectici. Dialecticus vero/ q̃ prior ẽ: poſteriore nõ eget/ niſi aliquãdo inciderit quęſtio perſonę. vt cũ ſit incidens dialectico ad probandam ſuam theſin cauſa circunſtantiis incluſa: tum demum Rhetoricis vtatur locis. Itaq; in dialecticis locis/ ſi ita contingat a genere argumenta ſumuntur/ ideſt ab ipſa generis natura. Sed in rhetoricis ab eo genere: qđ illic genus eſt/ de quo agitur. nec naturæ generis/ ſed de re ſcilicet ipſa/ quę genus eſt. Sed vt progrediatur: ratio ex eo pendet/ q̃ natura generis ante pręcognita eſt. vt ſi dubitetur/ an fuerit aliquis ebrius: dicetur ſi refellere velimus/ nõ fuiſſe/ quoniam nulla in eo luxuries anteceſſerit. iccirco nimirum/ quia cum luxuries ebrietatis ſit quaſi quoddam genus: cum luxuries nulla fuerit/ nec ebrietas quidem fuit. ſed hoc pẽdet ex

altero.Cum enim luxuries non fuit:ebrietas eſſe nõ potuit.ex natura generis demonſtratur:qđ dialectica ratio ſubminiſtat.Vnde eni genus abeſt:inde etiã ſpecies abeſſe neceſſe ẽ. quoniã genus:ſpecies non relinquit.& de ſimilibus quidem/ & de contrariis eodem modo:in quibus maxima diſſimilitudo in Rhetoricos/ac dialecticos locos.Dialectica eni ex ipſis qualitatib9:Rhetorica ex qualitate ſuſcipientibus rebus argumenta veſtigat. vt dialecticus ex genere/ ideſt ex ipſa generis natura:Rhetor ex ea re quę genus eſt.Dialecticus ex ſimilitudine:Rhetor ex ſimili/ideſt ex ea re quæ ſimilitudinem cępit.Eodem modo ille ex contrarietate: hic ex contrario. omnibus igitur quęſuperius propoſuimus expeditis:illud arbitror apponendum/ q9 Marcus Tullius topica quæ ad. C. Trebatium peritum iuris edidit/ non eo modo quo de ipſis diſputari poſſit diſſeruit/ſed quemadmodum Rhetoricę facultatis argumenta ducerentur. qđ in iis cõmentariis diligentius expediuimus/ qui a nobis in eſuſdem Ciceronis Topica conſcripti ſunt.Quo autem modo de his dialecticis rationibus diſputetur:in iis cõmentariis/quos in Ariſtotelis topica a nobis tranſlata conſcripſimus/ expeditum eſt.

¶QVARTI LIBRI DE DIFFERENTIIS TOPICIS ET TOtius operis/logicæ adminicula.ex Ammonio/Boetio & Themiſtio deſumpta complectentis/finis. Pariſijs ex officina Henrici Stephani Chalcographi.
Anno ab incarnatione domini
M.D.XI. XXVIII.
Octobris.

